

Opera nunquam excusa jamdiu desiderata, ac è tenebris in lucem prodita in duas partes distincta. Quarum prior commentarios in Hippocratis Aphorismorum primam, secundam et quartam sectiones plus sex, & triginta annorum spatio elaboratos: altera vero de febribus tractatum singularem et primi libri [Galen] ad Glauconem praeclaras explanationes: item de calidi significationibus ac calido nativo doctissimum libellum complectitur ... Cum indice rerum, ac sententiarum insignium locupletissimo ... / [Giovanni Argenterio].

Contributors

Argenterio, Giovanni, 1513-1572.
Galen. On the therapeutic method. Bk. 1.
Hippocrates. Aphorisms. Bks. 1, 2, 4.

Publication/Creation

Venetiis : Apud Juntas, 1606.

Persistent URL

<https://wellcomecollection.org/works/v63fyft8>


License and attribution

This work has been identified as being free of known restrictions under copyright law, including all related and neighbouring rights and is being made available under the Creative Commons, Public Domain Mark.


You can copy, modify, distribute and perform the work, even for commercial purposes, without asking permission.


**wellcome
collection**


Wellcome Collection
183 Euston Road
London NW1 2BE UK
T +44 (0)20 7611 8722
E library@wellcomecollection.org
<https://wellcomecollection.org>



407







COPIA N. 513.

1851

1852

1853

1854

1855

1856

1857

1858

1859

1860

1861

1862

1863

1864

IOANNIS
ARGENTERII
CASTELLONOVENSIS
PEDEMONTII

PHILOSOPHI AC MEDICI ACUTISSIMI
SIMVL ET GRAVISSIMI,

IN FLORENTISSIMIS ITALIAE GYMNASIIIS,
Neapolitano, Pisano, Taurinensi, &c. quondam Medicinæ cum Theoricæ,
tum Practicæ Professoris primarij, ac celeberrimi

OPERA NVNQVAM EXCVSA.
Iamdiu desiderata, ac è tenebris in lucem prodita.

In duas partes distincta.

QVAVM PRIOR COMMENTARIOS IN HIPPOCRATIS
Aphorismorum primam, secundam, & quartam sectiones plus sex
& triginta annorum spatio elaboratos.

ALTERA VERO DE FEBRIBVS TRACTATVM SINGVLAREM
*& primi libri ad Glauconem praeclaras explanationes: Item de Calidi significationibus,
ac Calido Natiuo doctissimum libellum complectitur.*

In quibus potissima, ac difficilima totius Medicinæ controuersia, subtiliter, & exactè dijudicantur;
ipsaq; sanitatis Tuendæ, ac Restituendæ ratio planissimè traditur.

Cum indice rerum, ac sententiarum insignium locupletissimo.

AD CAR. EMMANVELEM SABAVDIAE DVCEM :
ET PEDEMONT. PRINCIP. SERENISSIMVM.




VENETIIS, MDCVI.

APVDIVNTAS.
Superiorum permissu, & Priuilegijs.



CAROLO EMMANVELI
SABAVDIAE DVCI,

AC SVBALPINORVM INSVBRVM
PRINCIPI SERENISSIMO.



QUOD ijs vsu venire solet, qui in splendidissimum solis iubar oculos intentius dirigunt, ut quoquo subinde aspectum circumferant, lucidissimi eius orbis multiplices, vbique sibi obuersantes imagines videre, videantur: Id vero, cum mihi Serenissime Princeps, tum alijs contigerit omnibus, qui mentis aciem in præclarissima illa heroicarum virtutum, quibus inter sublimiores, non Italiae modò, sed totius Europæ, huius æui Principes, Celsitas tua effulget, paulò attentiore cogitatione defigunt. Ita enim, ex omni parte laudum tuarum radij, rerumq; abste domi & foris piè ac fortiter gestarum gloria sese effundit, vt omnia nominis tui splendore, non tam appareant, quam reuera conspiciantur illustrata. Ac mihi quidem, in eam solam liberalitatem, ac munificentiam intuenti, qua ingenita ad bene merendum propensione, iam inde à pueris, præstantes quosq; in vtraque Minerua viros prosequi & fouere non destitisti: propiusq; domestica hæc, quæ in Argentorios Argentieriq; familiæ affinitate, vel amicitia coniunctos omnes, optimè tuæ voluntatis extare voluisti monumenta, contemplanti, tot & propemodum eximia tuæ benignitatis in ea soles, quot capita videntur elucere. Vixit autem triginta & tres annos Ioannes Argentorius Pater meus: nec ita pridem ex humanis excessit Georgius, eius ex Bartholomeo fratre nepos, quem vterque locum apud te, Inuictissimumq; Ducem, immortalis memoriæ parentem tuum obtinuerit, quoq; in honore semper habitus fuerit, libenter commemorarem, nisi in hac grati animi mei testificatione, omnem profus vitandam ambitiosæ vanitatis suspicionem arbitrarer. Ille certe quidem, post varias regiones peragratas, clarissimumq; insignis suæ eruditionis, exteris nationibus, atque adeo in celeberrimis quibusq; Italiae Academijs, datum specimen, Serenissimi Genitoris tui accersitus in patriam ad publicè docendam Medicinam, perhonorifica luculentissimaq; conditione reuocatus, ante obiit quam scripto, quod summopere cupiebat, aliquo posteris suam singularem erga C. T. ad opes maximas tunc primum efflorescentem testatam facere potuerit obseruantiam. Hic vero, quo maturius ad habendam valetudinis tuæ, etiam inter Archiatros est admisus, Artisq; suæ peritiam, cum summa fide, ac diligentia coniunctam præstare tibi, ac probare potuit; eo sanè vberiores ex perenni liberalitatis tuæ flumine, honores & præmia hausit, ac in suos deriuauit. Habet Ecclesiasticum solum ex eius liberis maiorem Carolum Sancti Benigni Abbatem, ac Montis Regalis Antistitem, ea oris probitate, ea animi moderatione, atque prudentia præditum, vt in eo promouendo, non tam gratiæ, quam publicæ utilitati tribuisse videaris. Habet Aula Militareq; Mauricio Lazarianum sodalitiū minorum natu Emmanuelem Philibertum equitem, ac Bagnasci Comitem. Habet supremum

Rationalium tribunal, primum præsidem, non minus eruditione, quam integritate conspicuum, Fabium Argenterium Georgij fratrem, eiusq; cognatum Carolum Brogliam huius Ciuitatis Taurinensis Archiepiscopum dignissimum, matrisq; meæ fratrem. Nec vllus est in his prouincijs eminentior decretus honori locus, in quo insignis C. T. in Argenterios beneficentia omnium oculis, tanquam in clara luce posita, non splendeat. Quæ cum ita sint, constetq; Argenterios omnes, tuis adeo beneficijs obstrictos, atque deuinctos, vt omnia tibi debere non agnoscant solum, sed libentissimè prædicent, summæq; laudi ac gloriæ ducant; a qua profecto mihi hæreat, si quid officij mei sit, atque obsequentię in his patris mei posthumis Commentationibus edendis, vel nimirum dubitem. Itaque quod ipse viuus adhuc expirans, animo destinarat, protinus facturus fuisset, si aliquando longiorem vitam fata concessissent; hosce ego Commentarios in Aphorismos Hippocratis Medicorum Principis, reliquaq; omnia, quæ quidem plagiariorum manus effugere, ac in meas peruenire potuerunt, eiusdem Opera Serenissimæ C. T. ex omnium Argenteriorum voto, nunc demum publico rei Medicæ bono in lucem prodeuntia offero, dicoq;. At verò cui magis propitio genti nostrę in terris numini quam nomini tuo inscribi possint & dedicari? certe nemini; minimeq; vereor, quin genio tuo acceptissimi futuri sint, ij fructus ingenij, quos vtriusque Serenissimi Parentes tui liberalissimus fauor, iam pridem in tui ipsius potissimum gratiam aluit, & eduxit. Illud vnum quibus possum enixissimis humilimisq; precibus Celsitatem tuam rogo, atque obsecro; vt qua animi propensione, erga Argenterios, ab ineunte ætate fuisti; eos demum perpetuo meq; ipsum, in primis tueare, Hoc si exoraro, & felicissimi patris mei Manibus litasse me, & optatissima quęque consecutum arbitrabor. Vale.

Augustæ Taurinorum Idibus Aprilis Anno salutis MDCVL

Celsitudinis tuæ Sereniss.

Additissimus humilimus subditus
Hercules Argenterius.



HERCVLES ARGENTERIVS IOANNIS FILIVS

Ad Lectorem.



*Q*uam male cum ijs agatur liberis, qui post iniectam parentibus glebam in lucem prodeunt, norunt omnes: neque quisquam est tam humanitatis expertus, qui necem eorum non doleat, cum quibus subiiciantur periculis animaduertit. An uero meliore conditione sint y ingeniorum factus, qui post auctorum suorum funera eduntur, eis relinquo indicandum, qui ueterum iuxta ac recentium in quocumque artium & literarum genere posthuma illustrum scriptorum opera cum ijs qua uiuentes ipsi peruegarunt, aliquando contulere. Sine enim absoluta relinquuntur ac elumata: sine inchoata tantum, necdum satis exposita: siue in doctas, siue in rudes incidant manus: siue ad suos heredes, siue ad extraneos iure aut iniuria perueniant, tot undique emissis oculis obsidentur, tot subdolis unguibus appetuntur, tot circumstantur insidijs, ut, nec ipsa si cupiat Salus, ea ex omni parte ueri, ac prestare possit incolumia. Habent suos fucos, atque uinam non habent, Musarum aluearia: homines ignaros, qui, cum per se nihil conficere possint egregij, alienos labores conficiunt ipsi ac depascuntur. Habent & earum luci atque antra suas corniculas, suosque gryphes. Hi quales sine, quamque infesti quibusque paulo cultioribus scriptis, quid atmet dicere? Verior est, quam vulgator, eisi vulgatifissimus, Flaccianus apologetus in eos, qui ex alienis pennis sibi alas ad gloriam continnare nituntur. Ruidiculi illi quidem cum furuis nudantur coloribus: sed ideo tamen perniciosiores, quod dum ex aliena industria famam sibi colligere callidius moluntur, integra plerumque nondum edita volumina, una atque altera deiracta splendidiore lacrima, incomparabili Reip. literaria damno interuertunt ac supprimunt. Taceo plagiariorum fraudem, atque impudentiam, qui genuinis aliorum partus pro suis uenditare non erubescunt: magisque his succensco, qui Arimaspearum volucrum manem solertiam, peruersamque cupiditatem imitati, omnia de repente inuolant, quocumque uispiam nitere scripta conspiciantur, eaque in abdutissimis scriniozum latebris, quasi cunctis ac specubus tanta improbitate congerunt, & occultant, ut nec sibi, nec alijs uisus esse possint. His porro incommodis si quis domesticis furta, bellicas diripiiones, ruinas, incendia, ceterosque, dominantibus rebus in humanis casus adiungatis, ceriè nihilo posthumis equiorem libris, quam liberis esse fortunam comperiet. Ac ne longius abeam, ecce tibi, Beneuolentissime Lector, orobis uaptes, qui rem ita se habere quidam omnibus liquidò testatum facies, simulq; me ipsum, quod imprimis nunc ago atque cupio, ab immunitate pietatis, segniorisq; negligentia, qua dolo proxima iure creditur, suspicione liberabis. Ha sunt IOANNIS ARGENTERII immortalis memoriae parentis mei: Argentery, inquam illius toto orbe celebratissimi reliqua de Medicina, in qua suo auro familiam duxit, commendationes tandem ac tantopere à studiosis omnibus, professoribusque, ipsi, uirius perpetuo uotis, expectata & expectata; quas tandem aliquando, atque adeo nunc primum in apertum proferimus ac euulgamus. Quis enim Genus tanti uiri tam docta, tamq; fructifera ac fructuosa monumenta totos iriginta tres, ac eo plus anno publicè utilitati inuiderit, uix quisquam conijcere, ac ne quidem comminisci queat. Illud uero quis credat, ea tanto tempore in cuiusquam musco abdita sine fraude deluiscere potuisse? Deluiscerunt tamen, ac quod magis in uere, nec mea, nec aliena culpa. Quomodo autem id acciderit, quoniam publicè intere est sciri, meiq; officij uidetur in hoc ipso edendorum Operum quasi vestibulo palam facere, defungar breuiter, nec multis te morabor. Neque enim hic ad pompam scribimus, aut uerbosus praefationibus, quod plerique hodie nedum in nouis editionibus, sed in sauratijs etiam sacre solent, muneris nostri, uel paterni laboris commendationem auscipamur. Quantum nanque pater ingenio, quantum mentis acumine ac iudicio ualuerit, quantum polioribus literis, quantum Philosophia omnis cognitione praestiterit, quantum Medicinae scientia, quam priuatim & publice professus est, excelluerit, qua inter manus hominum uersantur emissisa ab eo iam pridem uaria, eruditissimaq; uolumina, me tacente, satis, superq; declarant. Quibus autem amicitijs sternerit: quo in loco, quoque in honore apud maximos aut sui principes, ac clarissimos quosque tam sua gentis, quam exterarum nationum uiros, habitus fuerit, praemia, & inscriptiones, seu, quos dedicatorias uocant, litte ra singulis propemodum tractatibus ac commentarijs praefixa, ita omnium oculis subiiciunt, ut nemini, qui quidem eas inspexerit, uix sua, studiorumq; ac actionum rationem obscuram esse patiantur. Annus uix agens uigesimumquintum Barolomaei fratris uidentis desiderio Lugdunum profectus, eiusmodi in urbe amplissima, eruditionis sua Specimen dedit, tantaq; cum dignitate, tamque felici successu medicinam fecit, ut incolis atque aduenis pariter admirationi fuerit, nec, nisi Magni Medici nomine, ab omnibus uisurparetur. Ibi, inter ceteros, artis atque exercitationis collegam habuisse Ioannem Iobertum, doctissimum, quod eius scripta testantur, uiram, complures ab eo scripta epistola demonstrant. Sed, cum ex alto quinquennio Antuerpiam celeberrimam atque opulentissimum tunc temporis orbis terrarum Emporium se contulisset, ea in ciuitate summam cum Vincentio Lauro, qui postea in Episcopum Montis Regalis ac Romanum Cardinalem euasit, amicitiam contraxit, coluitq; quamdiu uixit, maxima apud populos omnes, qui eò undique confluebant doctrinae fama, ac auctoritate comparata.

comparata. Ab illo tempore & amicorum continuis precibus, & amplissimis que proponebantur premijs in Italia renouatus, laboriosissimum publice docenda Medicina curriculum ingressus, non modo feruidis, quibus ad omne gloria fastigium ferebatur, ingenij rotis inuidia remoras ac obices omnes facile superauit, sed longe post se spectatissimos quoque, qui in eodem puluere non tam currere, quam praecurrere videbantur, summa de sua docendi, atque dicendi subtilitate & facundia, Neapoli primum, deinde Pisis admiratione concitata, reliquit. Qua fama permotus Emmanuel Filibertus Dux Sabaudia Serenissimus, tunc primum patrio solo atque solo relictus, cum doctissimos viros undique conquireret ad eam quam sibi renouandam proposuerat in Monae Regali Academiam, Argenterium imprimis duxit quibuscumque conditionibus aduocandum. Itaque, relicto Heruaria Duce, is nihil cumelatus, ac impetita magis propensione animi, quam spe amplificanda fortuna, ad suum se Principem libentissimè recepit. Tandem vero transata, ac constituta Augusta Taurinorum Academia, huc cum reliquis commilitonibus demigravit: anctaque potius quam, quod maximis plerumque viris accidere solet, imminuta praesentia fama, ita omnium ordinum, vixdum de facie cognitus, humanitate sua, ac quotidianis officijs promeruit beneuolentiam, ut ei suam ipsi ciues ciuitatem vltro atque gratuito ob honorem impertierint. Et sane hanc sibi suarum longarum peregrinationum metam caelitus destinatam facile animo prospiciens, uxorem duxit Margaritam ex nobilissima Brollia Chariensi familia, eius Caroli Brollia sororem, qui nunc sedet huiusce ciuitatis Archiepiscopus, ob singularem morum suauitatem, minimeque suauem vitam sanctimoniam Principi, proceribus, ac toti populo iuxta gratissimus, vipote quem omnino omnes talem esse norint, qualem se quisque ea dignitate haberi nolit. Ex hoc coniugio, quinque susceptis liberis, me unicum marem, atque adeo, proli dolor, impuberem tum maxime cum ex nostro, & studiosorum Medicina omnium bono superesse debuit, reliquit. Reliqui autem haeredem ex asse: ac tutore tabulis una cum matre Georgio Argenterio suo ex fratre, nepote adscripto, eidem aduersaria sua omnia, regestasque in chartaceos codices scholas, demique schedas suas omnes tradidit insi: atque ex ijs uelle se typis mandari, eos dumtaxat declarauit, quibus summam imposuerat manum, nempe hos ipsos, quos nunc demum exhibemus Commentationes in Aphorismos Hippocratis, & in librum primum ad Glauconem; virosque sane genuinos, nec cuiusquam literatoris mangonio interpolatos. Reliquos porro Tractatus De Febribus, & De calore nativo, quandoquidem diligenter exaratos, & ad colophonem per duos inuenimus, tametsi de ijs nihil supremo cauit elogio; tantumque nostro permisi arbitrio, eos nos iudem tuo permittimus libentissimè. Commentationum autem in Aphorismos quatuor fuere cum obijt Sectiones, accuratissimè omnes, diuersis licet manibus, exaratae: sed, heu damnum? Tertia Sectio, omnibus rimis atque vestigijs post patris decessum, domi suae, ac quorundam familiarum, quibus aliquando totum opus dederat utendum & perlegendum, indagata nusquam inueniri potuit. Vt vel hoc uno exemplo constet, quod initio proponebamus, esse verissimum. Siquidem fideliori custodia committi non potuisse certum est: nec cuiquam hominum, nedum mihi fas sit de eius fide ac probitate dubitare, quem pater ut filium dilexit, colui ego ut patrem, ac ipse Princeps ob perspicillissimam fidem atque integritatem honoribus atque beneficijs cumulauit. Quid ergo? Iam vides fati peruersitatem, cernis infortunium: vel potius eorum gryphum perfractam, qui tantum Thesaurum, sibi profectò futurum inuisilem, publica utilitati auerterunt. Sed quando querimonis parum prescitur, neque hic cuiusquam animum offendere cogitamus, precibus utemur: eumque quisquis est, & ubicumque gentium, qui hanc Tertiam Sectionem penes se habet, per omnes Musas, perque ipsam TYRËIAN, cuius res agitur, ut eam vel nobis quam primum restituat, vel publica utilitati, concedat, rogamus. Tu vero in ea expectatione, Lector humanissime, his Argenterij laboribus eo equiore animo uere ex fructuere, quod nihil in ijs additum, detractum, nullà ue parte immutatum est: quin optima fide expressa tibi dantur omnia; nec si qua longior fortassis mora in his edendis contracta est, tam ad id, quod recessit, quam quod nunc accedit lucrum respicias: ne ue minus Argenterijs eorumque nomini, sanctas quam studijs ipsi tuis ac commodis semper fauere cupierunt.



O R A T I O
I O A N N I S A R G E N T E R I I
N E A P O L I H A B I T A I N I N I T I O

suarum lectionum anno 1555. quarta Nouemb.

SI quis vestrum Viri ornatissimi aliorum consuetudine, & instituto ad ductus vel opinione quã de meis studijs fortè concepit commotus, aut alia ratione persuasus, in hoc amplis loco, & frequentis. Auditorio, elegantem & elaboratam orationem hodie à me expectat, illi impitimus eo animo quo omnibus placere cupio rationes meas exponere institui, quibus (vt arbitror) intelliget, haud temerè hoc à me prætermisum, aut certè faciliorem veniam mihi concedendam esse.

Nam etsi mihi verba deesse non possunt in omni pulcherrima regione, & nobilissima ciuitate, in tanta vestra erga me beneuolentia, & Illustris. virorum fauore, nec oratorias exercitationes, politioresq; literas vnquam contempsi, tamen in tot tantisq; meis negotijs, quæ necessariò accidit nouo homini in re domestica erigenda, & componenda, in tot amicis visendis, & suscipiendis nostrarum Artium studiosis, in alijs denique propemodum infinitis officijs obeundis minimum certè ocij, sine quo nequeunt hæc rectè fieri mihi est concessum, posteaquam huc apuli, cogita re; potui, de qua re potissimum esset dicendum.

Addo quod cum ad medicinam docendam, in eaq; formandos vestros animos sim acersitus; & ob uix longitudinem, & alias plurimas difficultates diutius retardatus, satis esse putem, ea quæ nostri muneris sunt ad vestram vtilitatem protinus aggredi, & decursi iam temporis damna resarcire, quam alia attingere, quæ sentio me hoc tempore nequaquam pro dignitate explicare posse.

Dabis ergò mihi hanc veniam Prorex Illustrissime, si de tua summa eruditione, prudentia, magnanimitate, & reliquis rarissimis virtutibus, deque tuis maximis gestis, ad quorum enarrationem, & laudes, tua qua in me vteris summa humanitas, & fauor, quo me iuuare, & mea illustriora reddere studes, inuitant, nihil nunc dico, alio enim tempore immortalis (vt spero opere) illa posteris testabor, & grati hominis officium præstabo.

Nec est quod tu Reuerendissime Antistes huius præclarissimæ Academix Moderator, laudes tuarum virtutum à me expectes, quandoquidem nunc uix commemorare possem, tot tantusq; tuos labores, tam operam, & diligentiam qua non solum in me, Nicolaog; Beltramino, viro ob excellentem eruditionem & optimos mores omni laudes digno adducendo, sed etiam in omni alia re vteris, ut hoc Gym-

nasium refloueat, & antiquum suum cultum ferè contemptum recipiat.

Posses multa dicere de præclarissimis Viris. Marcello Beringucio, ætatis nostræ præstantissimo iuriconsulto, ac de Marino Spinello, & alijs plurimis præstantissimis Medicis, necnon de Bernardino Lógo, ac Antonio Solisio Philosophis doctissimis, quorum beneficia, & egregia officia sum expertus, perpetuoque illa in animo habebò, sed quoniam vestram dumtaxat vtilitatem studiosissimi iuuenes nunc querò, ea præmittenda esse Duco.

Aggredior itaque vestra bona gratia Medicinam ab initio, ex meo munere docere, & quoniam duas passim video vigere docendi rationes, ne temerè, aut vobis inconsultus, ad quos spectant omnia mea studia labores, & cogitationes aliquid fiat, pauca primum de hac re dicam.

Quidam enim sunt, qui in antiquorum Medicorum libris nihil superfluum aut diminutum, aut confusum aut re vera falsum, aut alia ratione perperam dictum esse putant. Itaque medicinam censent illi docendam esse autoritate maiorum, ita vt nihil immutare, aut nostro labore addere nobis liceat: omnia enim rata esse debere, quæ ab illis sunt tradita, in hoc que dumtaxat laborandum, vt eorum sensu aperiamus, & inter se dissidentes Authores conciliemus.

Alij verò sunt qui Antiquorum libros legi quidem & enarrati volunt, fatenturq; eorum Authores doctissimos viros, quibus similes fortè nunquam erunt alij extitisse, eos tamen humano more errare potuisse & propterea singula diligenter excutienda esse, non omnia recipienda, sed ea dumtaxat quæ sunt optima. Alia vero mutanda, & nostro labore ac ingenio, elaboranda perficiendaque.

Vtrumque docendi genus, ego quidem (ni fallor) assequi possum præstantissimi iuuenes, vobisq; concedo ut a me requiratis, quod maximè placet, si tamè meum iudicium expectatis, vt æquum est, præceptum eligere, quæ sunt præstantiss. & suis auditoribus accommodatiss. Illud sequemur quod postremo loco proposuimus.

Primum quidem quod antiquiss. est illud sit: nã si Platonem Aristotelem, Hippocratem, Galenum Auicennam, Auerroem, & alios antiquiores philosophos, & medicos, legamus, inueniemus profectò eos liberè contra alios disputasse, nec spectasse quid alij se priores dixissent, sed quid ratio & experientia suaderent.

Nam Aristoteles aduersus Platonem præceptorum

rem suam sæpè disputat, vtrumque sæpè refellit Galenus; Hunc contendunt errasse Auicenna, Auerroës, & multi alij qui hos sunt sequuti, & denique semper liberum fuit, in Philosophia, & Medicina apud maiores nostros dissentire ab alijs & in medium adferre quod quilibet suo studio, & labore inuenisset.

Quod nobis vt illis cur non liceat facere, nulla lex vnquam vetuit, sed introduxit Barbaries paulo ante nostra tēpora, quando nemo vel Latine aut Græcè loqui nouerat, ac propemodum extinctæ erant omnes disciplinæ, tantum abest vt intelligi posset in quo ab alijs esset erratum.

Præterea hæc docendi ratio excitat nostra ingenia, vt quæ ad veri inuestigationem, non autem ad assentiendum singulis rebus sunt cōparata; hæc quæ diu durauit, tam diu bonæ Artes, & disciplinæ sunt auctæ desierit autem tunc perfici, quando illa mutata fuit.

Ad hanc quoque nos hortantur maiores nōstri, cū fauentur Artes ab vno inchoari, & absolui nō posse, sed multorum labore tandem perfici, hac ratione constant, & indies crescunt alia vniuersæ facultates.

Quod si Pictores, statuarij, & alij Artifices non solum spectant, quod à suis Authoribus sit factum, sed quo pacto singula rectè fieri debeant, & in hac honesta æmulatione virtute sua enituntur antiquitatem omnem superare, cur nobis non licebit in nostra Medicina cum maioribus nostris de gloria contendere? Præsertim quod in illa nullos authores habeamus, qualis in philosophia extitit Aristoteles.

Nam Hippocrates dumtaxat exigua quædam, & illa quidem rudia & inculta Medicinæ semina nobis reliquit, Galenus dum infinitam librorum multitudinem conscripsit, quorum minimam partem, in tot tantisque voluminibus quæ adhuc extant habemus, & illi vix intra multos annos legi possunt, fateturque se non omnia diligenter scripsisse, sed quædam in Adolescentia, ad sui exercitationem, alia aduersus suos æmulos, ad contentionem & victoriam potius quàm ad veri inuestigationem, alia amicorum quorundam gratia, nullum vnquam opus, ut facilè ostendere possem, rescripserit, omnia sparsim, & in locis incertis tradat, ac in singulis vbertate illa Asiatica redundet, nobis profectò nisi omnia ociosi, & plus æquo alijs addicti esse velimus, multa reliquit exco-gitanda.

Auicenna (vt optimè nouistis) morte præuentus opus suum expolire absoluereque non potuit, Orbasius verò Paulus, Aetius, Trallianus, & alij vniuersi Græci, qui Galenum sunt sequuti, si audeo dicere quod sentio, aut Medici non fuerunt, quippè cum integra capita, & etiam libros integros, ex alijs transcribant, aut certè tales non sunt authores, vt ab illis Medicinam discere possimus, quandoquidem nulla ponunt principia, nullas adhibent probationes, & multas Medicinæ partes intactas prætermittunt.

Ergò in his difficultatibus, laudabimus ne Medicinæ professores? qui solùm ea velint docere, & eo modo quo ab alijs hæcenus sunt memoriæ prodita.

Ego certè aliter sentiendum esse puto, multa enim esse mutanda, multa addenda, plurima refecanda.

Hæc qui dicit nos præstare non posse. Naturam sanè accusat, quod paucos dumtaxat homines, olim ediderit omnium bonarum rerum authores, & perfectores, reliquis verò ademerit eum vsum, & vim quam in alijs vniuersis facultatibus, in nostris sensib. & ingenio, adhuc residere videmus.

Nostro hoc seculo Anatome est aucta, & perfecta, & alijs ignorata, dum nimia credulitate, & superstitione, credebamus Galenum omnia nouisse.

Sunt & multa alia quæ ego non despero me posse, quod iam fortè non infeliciter sum aggressus, addere illis quæ à maioribus nostris sunt prætermissa, alia lucidiora facere quæ adhuc sunt apud eos obscura, & perplexa, alia refecare, tamque superuacanea, alia denique negligentius explicata, continuo studio expolire, elaborare, melioraque reddere.

Tantoque facilius me id consequuturum sperabo, quod uos felicissimo ingenio natos, veritatisque assequende cupidissimos, & mei studiosissimos, quæ vestra humanitas est, agnosco, ac plurimos audio in hac nobilissima Ciuitate esse, & Professores, & Medicos, qui me ad sui imitationem, ad hanc optimam docendi rationem incitabunt, aut me præeuntem, ea humanitate qua solent vniuersos bonarum artium studiosos amare, aut eo studio, quo veritatem, & virtutem amplectuntur sequentur.

Quod si fortè ea uobis grata non erit (quod nulla ratione adduci possum vt credam) eam mihi ipsi reseruabo, & illam sequar, quam à vobis expeti agnoscam.

Vestra enim causa huc sum perductus, vt vestram quæram vtilitatem, & quantum mihi licebit, place-re studeam.

Quod si vos studiosi iuuenes me duce, & præceptore Medicinam discere optatis, legemus quidem inprimis Hippocr. & Galenum tanquam præcipuos in hac facultate authores, nec interim contemnemus Auicennam, & alios recentiores Medicos, qui multa etiam vtilia nobis reliquerunt, eos amabimus, & laudabimus, omnes qui suo labore, & industria nobis profuerunt, eos tamen agnoscemus fuisse homines, qui errare potuerunt, & nos quoque homines esse, qui nostro ingenio, & studio, possimus agnoscere, quid in illis redundet, aut deficiat, quid confusum, quid non rectè probatum, quid denique ab illis non sit elaboratum, & perfectum.


Iuris interpretes imitabimur, qui docti non putantur, nisi docendo dicant aduersus communem, & receptam iam ab alijs opinionem, alios artifices sequemur, qui de inuentione, & arte, cum antiquitate contendere nituntur.

Hanc amplectemur docendi rationem, quæ in se continet aliorum præcepta, interpretationesque, ac multa alia de suo pollicetur, noua, vera, & maximè vtilia.

Quod si in ea opinione estis, nihil aliud superesse video nisi vt vobis omnibus, qui honoris mei causa huc venistis, quas nunc possum referam gratias, & rem ipsam crastina die aggrediamur, quod & vobis, & mihi, diu felix, faustumque sit.

INDEX RERUM ET SENTENTIARUM INSIGNIVM,

Quae Commentarijs in primam, secundam, quartam sectionem
Aphorismorum Hippocratis comprehenduntur.



<p>A <i>Bortus quomodo concitetur. col. 1. d. e.</i> pagina 239 <i>Abscessus in febribus unde gignantur. col. 2.</i> 285 <i>Abscessus quibus partibus accidunt in febribus cum lassitudine. col. 2. b.</i> 263 <i>Abscessus quibus partibus accidunt post febres. d. ibid.</i> <i>Abscessus cur accidunt partibus ante morbum dolentibus. col. 1. d.</i> 264 <i>Abscessus à febribus longis quomodo cibi multitudinem significent. col. 1. e.</i> 271 <i>Abscessus qui febrem non solvunt, quare morbi longitudinem significent. col. 1. d.</i> 274 <i>Accessio pro crisi sumi non potest. col. 2. a.</i> 169 <i>Accessio quid. col. 2. e.</i> 71 <i>Accessiones inaequales. col. 2. e.</i> 74 <i>Accessionis divisio. col. 1. a.</i> 72 <i>Accessionibus omnibus quid commune. col. 2. c.</i> 72 <i>Accessionibus carentes febres qua. col. 1. c.</i> 266 <i>Accessiones qui habeant per circuitus. col. 1. e. 109. qui non habeant. col. 2. a.</i> ibid. <i>Accessionis seu maioris afflictionis in continuis alia est ratio. quam in intermittentibus, concoctio. s. agitatio, sed ratio, non noua putredo. col. 2.</i> 277 <i>Accessionis similis, & eadem hora reuertentis vera causa. col. 1. b.</i> 263 <i>ex Accessionibus quomodo praeoscimus febris longitudinem, seu indicium difficile. col. 2. per tot.</i> 262 <i>Accessionis incrementum in tribus spectatur, quae cito salutem, aut mortem praenunciant. col. 1. e.</i> 76 <i>ex Accessione morbi nulla indicatio sumitur ad vitium rationem instituentiam. col. 2. b.</i> 71 <i>in Accessione an semper à cibo abstinendum. col. 1. b. 72</i> <i>in Accessione quare non cibandum. col. 1. d. e.</i> 72 <i>in Accessionibus an omnino abstinendum à cibo, non autem parvo re vitandum. col. 1. a.</i> 73 <i>in Accessione an sit potus dandus. col. 2. d.</i> 73 <i>in Accessionis die an medicamenta exhiberi possint, aut in ipsa accessione. col. 2. e.</i> 73 <i>in Accessione morborum licet sanguinem mittere, purgare, & cibare. col. 2. e.</i> 67 <i>Acid: an conueniant febricitantibus. col. 1. e.</i> 101 <i>Acida febribus biliosis, & acutis optima, non autem pituitosis. col. 2. b.</i> ead. <i>Actio non in simile, sed in dissimile fit. col. 1. a.</i> 44 <i>Actiones nostra quot modis laedantur. col. 1. d.</i> 152 <i>Actiones laedi possunt non solum ab intemperaturis, & structura instrumentorum per morbos vitata, sed etiam ob vitia calidi influentis, & materiam, circa quam versantur actiones. col. 2. d.</i> 210 <i>Actio abolita est symptomata summum. col. 1. e.</i> 63 <i>Acutus, vide Morbus, Febris.</i> <i>Adenes cur recipiant fluxiones. col. 2. b.</i> 263 <i>Adolescentia pars pubertatis. col. 2. d.</i> 80 <i>Aeger qua debeat praestare. col. 2. c.</i> 19</p>	<p><i>Agris qualis conueniat vitulus. col. 1. b.</i> 56 <i>Aegri quomodo peccent in sensu vitium. col. d. 1.</i> 60 <i>Aegrotis qua consuetudo mutanda, qua retinenda. col. 1. c.</i> 231 pagina <i>Aer calidus animi defectum adfert. col. 1. b.</i> 178 <i>Aer frigidus gignit apoplexiam. col. 2. c.</i> 217 <i>Aeris temperies quomodo ad vires conferat. col. 2. c. 45</i> <i>Aeris constitutio in hyeme confert ad curationem factam in ea febris. col. 1. e.</i> 208 <i>Aere temperato licet insueto minus offendimur, quam intemperato consueto. col. 2. d.</i> 230 <i>Aestas diuiditur in partes duas, hyems in tres. col. 2. a.</i> pagina <i>Aestate nativus calor proximè ad febrilem accedit. col. 1. c.</i> 90 <i>Aestate cibos difficilimè ferimus. col. 2. b.</i> 107 <i>Aestivi morbi cur breviores sint autumnalibus, aut hyemalibus. col. 1. e.</i> 190 <i>Aetas unde dicatur, & quae eius significationes. col. 2. c.</i> pagina <i>Aetas quid Fernelio. col. 2. e.</i> 79 <i>Aetas hominis quousque se extendat. col. 1. a.</i> 80 <i>Aetates hominis quot sint. col. 1. b.</i> ead. <i>Aetates quatuor secundum Mathematicos. col. 1. e.</i> 80 <i>Aetatum quatuor differentia quare à Mathematicis constituta. col. 1. b.</i> 81 <i>Aetatis quod tempus cuiuslibet planeta assignetur. col. 1. & col. seq.</i> 81 <i>Aetates ab Astrologis non sicut rectè distribuuntur. col. 2. e. pag.</i> 81 <i>Aetates quot secundum Reip. administratores. col. 2. e.</i> pagina <i>Aetates dua tantum Philosophis, accretionis, & decretionis. ibid.</i> <i>Aetates quinque Medicis, & quanto tempore quaeque definiatur. col. 2. b. pag.</i> ead. <i>Aetas declinans, ac consistens idem apud Galenum. ibid. d.</i> <i>Aetatum divisio secundum Fernelium rejicitur. col. 2. e. pag.</i> 81 <i>Aetatum cuique temperamentum quod, humorum quis tribuatur. col. 1. c.</i> 82 <i>Aetati consistenti varia possunt temperamenta tribui. col. 2. b.</i> 82 <i>Aetate consistente si frigidi constituantur, & seci, quomodo differant à senibus. col. 2. a.</i> 82 <i>Aetates quomodo conferant ad vitium instituendum. col. 2. a. b.</i> 79 <i>Aetates & genus, & quantitatem vitium indicant. col. 2. c.</i> 79 <i>Affectus qui dicantur. col. 1. b.</i> 180 <i>Affectiones omnes sunt lethales, in quibus atra bilis excernitur. col. 1. a.</i> 247 <i>Agens naturale omne in agendo repetitur ex 1. de gen. c. 8. & 9. col. 1. c.</i> 14 <i>Argentum diversorum diversa est proportio ad diversum.</i> Index Aphorism. b uersa,</p>
--	---

I N D E X.

uersa, quæ patiuntur. col. 2.a.	38	anima vegetatiua, vel eius vicaria laet in semine.	
Agricultorum habitus non est optimus contra Gal. col. 1. b.	42	col. 1. c.	12
pagina		anima rationalis superat agentis naturalis vim. ibid.	
alimento per concoctionem assimilatur tum secundum substantiam suam, tum etiam qualitates. col. 2. a.	127	producitur a Deo. d. ibid.	
pagina		anima unio cum corpore est immediata causa vita, et dissolutio mortis. col. 1. a.	10
alimento immoderatam pituitam, & cruditates causat: sic & alimenta mala, & onus, & vehementior motus. col. 1. e.	27	anima per somnum sensuum omnium functione priuatur. col. 2. c.	93
alimenti defectus colorem acriorem facit, ut primo stana bilis, deinde nigra gignatur, atque impotens tandem reddatur. col. 1. e.	27	animi defectus non est syncope. col. 2. c.	141
alimento pro virium facultate adhibendum. col. 1. a. pag.	52	animi defectus causa. d. ibid.	
alimento conficiens eiusdem mensuram indicat. col. 1. a. pag.	52	animi defectus est subita virium dissolutio. ibid.	
alimenti & caloris cum est proportio, non est opus euacuatione artificiosa. col. 2. b.	27	anni tempus aptum, aut ineptum, ad medicinam faciendam, quod, & cur. col. 1. d.	245
alimento copiosius debetur ijs, quibus hepar magnum est. col. 1. b.	176	anni tempora quomodo concurrant ad indicandum, & moderandum victum. col. 2. a.	106. & seq.
alimento omne, quod plurimum nutrit, crassum est, & viscosum. col. 1. a.	167	anni temporum constitutiones, quæ contrariae sunt morbis, vim habent eos solvendi; similes vero augendi. col. 2. a. b.	190
alimento si nimium assumatur, ut non fiat à morbo conualescentis corroboratio, sui ne solum deurationem inducet, an adhuc quid aliud. col. 2. 163. & sequen.		aphorismus vulgo quid, & quare varia de eo sententia. col. 1. b. c.	3
alimento actu calida an febricitantibus exhibenda. col. 2. e.	101	aphorismus non est brevis sententia. col. 1. e.	3
alimento suaviora etiam minus bona anteponenda sunt melioribus minus suavis. col. 1. c.	211	aphorismi essentia in eo non consistit, ut omnes rei proprietates complectatur. col. 2. a.	ibid.
in Alimento varietas non est damnanda. col. 2. d.	211	aphorismus non est oraculum, nec decretum. col. 2. b.	3
allemationes præ. nat. quæ. col. 1. d.	196	aphorismus unde deriuatur. col. 2. c.	3
allemationes secundum artem qua. col. 1. b.	197	aphorismus est sententia separata, & quomodo. col. 2. d. 3	
aloe non probatur in pregnantibus, non quod factum interficiat, sed quod venas aperiat, & mordet. col. 1. d. pag.	238	aphorismi definitio. col. 1. d.	4
alterationis tres species col. 1. a.	225	aphorismus qualis sententia. ibid.	
alvus humida qua col. 2. b.	235	aphorismus non est dignitas, positio, definitio, theoremata. col. 2. c.	4
alvus humidioris causa. col. 1. d.	176	aphorismi non continent uniuersam Medicinam. col. 1. c.	5
alvus humida quomodo fiat. col. 1. e.	235	aphorismorum liber continet inter sealem doctrinam eorum omnium, de quibus in libris prædictionum egit. col. 1. a.	175
alvus humida facilius in siccam, quam hæc in humidam mutatur. col. 1. c.	235	aphorismi tam religiose scripti, ut nihil omnino in illis mutari possit, non nisi a diuini senis sententia. col. 2. a. pag.	42
alvus humida quibus de causis mutetur in siccam, aut contra, progressu ætatis: & quibus ea mutatio non contingat. col. 2. c.	176. & seq.	aphorismi penè omnes meliorem interpretationem desiderant, quam que ab interpretibus alijs adhuc exco-gitata sit col. 1. c.	6
alvus humida melior quam sicca. col. 1. d.	235	aphorismi sine præceptore à tyronibus frustra in manus sumuntur. col. 1. d.	6
alvum striccam, aut liberam, qua reddant. col. 2. a. pagina	175	aphorismorum vniuersa ad alium nullius ferè ordo. col. 2. a. pag.	6
alvi siccitas unde. col. 1. d.	175	aphorismorum operis quis scopus. col. 2. a. 5. divisio, & subiectum. ibid. quod singulorum librorum argumentum.	ibid.
alvus fertur, seu sine ab hæmorrhagia, & quare. col. 1. c. d.	261	aphorismorum opus quem habeat ordinem ad reliquos libros. col. 2. c.	6
alvi excrementa quid indicent, & quarum partium virtus ostendere possint. col. 2. d.	78	aphorismos singulos qui coniectant, misere & frustra se torquent. col. 1. a.	237
alvi excrementa qualia esse debeant. col. 2. e.	140	aphorismorum tertius liber foret primus nature ordinis. col. 2. b.	237
alvi excrementa qua mala sunt, ac quid portendant. col. 1. b. c.	141	aphorismi de eadem materia continentur in diuersis sectionibus. ead. col. e. eiusd. pag.	
alvi fluxus si colores excrementorum mutant, quid portendant. col. 1. 2.	170	aphoristica doctrina cur Hipp. usus fuerit. col. 2. c.	7
per alvum cur raro natura morbos suiat. col. 2. c.	145	aphorismus primus est præmium. col. 1. e.	7
angina quatuor species sunt. col. 2. e.	264	aphorismus primus est præmium totius Medicinæ. col. 2. b. 7	
angina latens sine st. a. col. 2. b.	264	aphorismus primus tantum unus est, non plures, & quis eius scopus. col. 1. d.	8
angina à laxata vertebra lethalis. col. 1. b.	265	aphorismus tertius primus cum sexto eiusdem conciliatur. col. 2. b.	46
angina quot die quomodo solui soleat. col. 2.	278	aphorismus ceteris libri primi, se ad septimum præcedentem habet, ne pars ad totum. col. 1. b.	65
anima non est forma, nisi in materia, neque operatur sine maceria. col. 2. a.	11	aphorismus decimus quintus secundi parum utilis est. col. 1. b.	171
animarum qua sit origo, inuestigatur. col. 2. b.	11	aphorismi secundi quarta sectionis differentia à secundo prima. col. 1. c.	240
anima an sint à primo Motore. col. 2. c.	ead.	aphorismus vigesimus quintus sectionis quarta est indig-nus Hippoc. col. 2. b.	259
anima an ex syderibus conuenit. col. 2. d.	ead.		
anima an sint nostro in semine, & an ex radice fiant. Adstruitur argumentis. col. 2. e. 11. & seq. solumur hæc argumenta. col. 2. per tot.	12		

I N D E X.

col. 2. a. 257. concedit tamen excrementa nigricantia ex flava bile genita. col. 2. b.	258
Bilis atra quomodo generetur in atate declinante, co- lum. 1. e.	82
Bilis atra putrescens longe peiores facit deiectiones, quam qua sunt sine febre, subaudi ex alio humore nigro. col. 1. c.	256
Bilis atra a malitia unde profisciscatur. col. 2. b.	257
Bilis atra etiam sine febre exiens quocunque tempore le- tibi nuncia est. col. 2. d.	257
Bilis atra a quomodo extenuanda. col. 1. c.	165
Bilis neutra ante euacuationem, si impuris, est conco- quenda. col. 2. a.	134
Bilio sus, & tenuis humor concoquitur, non ut aptior red- datur ad purgationem, sed ut natura expulsionem magis inuet. col. 2. d.	241
Bonum aliquid est dupliciter, vel ut signum, vel ut cau- sa. col. 2. b. e.	259
Bona que natura sua sunt, non semper inuuant, licet qua natura sua mala, semper laedant. col. 1. b.	229
Brasavolus confutatur. col. 2. c.	194
Bubonum febres quo loco habenda. col. 1. c.	275
Bubonum cause: & cur hi diarias, illi puridas gignant. ibid. & seq.	
Bulmos, vide Fames.	

C

C alculi causa. col. 2. a. 287. causa efficiens. colum. 1. b. pag.	288
calculi in rebus, & vesica plerunque gignuntur. col. 2. e. pag.	287
calculi in ventriculo, & in intestinis genitus per anum eiectus. col. 1. a.	288
calculi ut efficiatur non sufficit calor, sed etiam requi- ritur naturalis constitutio, & dispositio corporis. co- lum. 1. d. e.	288
calculi quomodo in nobis procreentur. col. 1. e.	288
calcolorum materia. col. 1. e.	255
calculi materia qua ratione perueniat ad renes. col. 2. pagina	288
calculi fiunt simul, & equaliter ex nutrimento pituitoso renum. col. 2.	288
calculi quomodo fiunt per additionem, & inaequaliter. colum. 2.	288
calculi materia au pituita sola, an ex alijs humoribus si- ne pituita, an ex sanguinea massa, an ex sabulo. co- lum. 2. c. d. e.	287
calculosi qui. col. 2. d.	213
calidi varie significationes. col. 2. c.	85
calidum absolute sex modis dicitur. ibid.	
calidi, frigidi, & c. nomen quomodo Elementa, Humo- res, Alimenta, Medicamenta, Partes, Anni tempora colis status regio, participant. col. 2. e.	85 & seq.
calidum innatum est corpus; calor innatus qualitas est. col. 1. c.	86
calidum innatum quatuor modis a Galeno dicitur. col. 1. d. e. & col. 2.	seq. 85
calor humore indiget ut subiecto. col. 1. e.	13
calidum per se calefacit, per accidens vero concoquit, vnt, & dimidit. col. 1. a. b.	126
calor insitus non tam actus, quam potentia calor est. colu- mna. 1. b.	129
caloris insipientis necessitas. col. 1. b.	10
eiusdem fontes. col. ead. c.	10
eiusdem motus in somno, & vigilia. ibid. & seq.	
calor proprius non est precipua causa concoctionis. colu- mna. 2. d.	128
calidum natuum vnicum natura instrumentum. colu- mna. 1. c.	241
calor tam insitus quam insitens est instrumentum conco-	

tionis. col. 2. b.	129
calor & humor augentur in nobis. col. 2. e.	13
calidum innatum qua ratione abundet in ijs, qui crescant col. 2. b.	86
calor innatus equalis est secundum se in omni atate, sed ob diuersitatem subiecti, in quo est, diuersus esse videtur. col. 2. b.	89
calor natuus cur hyeme abundet, quo tempore plurima pituita gignitur. col. 2. b.	95
calor ad motum incitat, ut frigus contrarium facit. co- lu. 1. a.	153
calor imbecillis frigus nominatur. col. 2. e. 82. est crudita us auctor. ibid.	141
calidum innatum graniter affectum est causa animi de- fectus. col. 2. d. e.	268
de calore, & frigore partium: quid inuuant. col. 2. c.	268
caloris & frigoris subita mutationes unde fiunt. col. 1. e. 2. a.	269
calore extincto, forma viuentis recedit. col. 2. a.	13
calor insitens extinguitur si non habeat liberum motum & nisi bene temperetur. col. 1. d. e.	13
calor conclusus, & supra modum auctus febris, & mul- torum aliorum morborum est causa. col. 2. a.	10
calor insitens ne ad partes externas semper feratur, qua impediant. col. 1. b.	94
calor redditur acrior propter defectum alimenti; & pri- mo flauam bilem, deinde nigram gignit, atque ad ex- tremum impotens redditur. col. 1. e.	27
calor cur nequeat humidam & aeream substantiam pro- creare. col. 1. e.	14
calor ipse quoque mutatur, quia vi caloris mutatur hu- moris qualitas. col. 1. e.	14
calor qualis aptus est ad concoctionem faciendam, mode- ratusne an alius. col. 1. d.	129
calor moderatus moderata actionis; immoderatus vero immoderata actionis est auctor. col. 1. b.	153
calor febrilis concoquit. col. 2. a.	129
calor omnis febrilis concoquendi vim non habet. colu- mna. 2. c. d.	129
calor vnicus est, qui & secundum, & prater naturam ef- se dicitur. col. 1. a.	225
calorem mistum esse ex naturali, & ex eo, qui est pre- nat. quomodo intelligendum. col. 1. b.	225
calor solus non efficit in nobis lapidem, sed etiam natura- lis constitutio, & dispositio corporis. col. 1. e.	288
calor secundum naturam, & prater naturam idem sunt respa, sed tantum secundum gradus differunt. colu- mna. 2. a.	181
calor naturalis medetur morbis etiam calidis per acci- dens concoquendo, & expellendo. col. 2. b.	181
calor & humor quomodo dolorem procreent. col. 2. b.	161
caliditas non est causa famis canina. col. 2. a.	178
caliditas appetentiam potius extinguit. ibid.	
canicula regnat quinquaginta dies. col. 2. c.	244
canicula cur difficiles reddat purgationes. col. 2. d. ibid.	
canis maior. e. ibid.	
canis minor quando oritur. col. 1. b.	245
cantharides ad vrinam prouocandam exhibentur; sed cum periculo semper. col. 1. b.	18
capillamenta qua cum vrima excernuntur quid signifi- cent, & ex qua materia fiunt. col. 2.	286
cardanes laudantur. col. 1. b.	262
cardani opinio de causis dierum decretoriorum infir- matur. col. 2. 265. & col. 1. 2.	266
cardanus medicamentorum pregnantibus conuenien- tium prauum facit delectum. col. 1. d.	238.
cardani aphorismum secundum libri quarti multis com- mitem, & vilem, ad vnicum, & rarum morbi ge- nus contrahentis reprehensio. col. 1. a.	240
cardanum in causis rigoris haliacutatum esse monstra- tur. col. 2. d. e.	271

I N D E X.

cardani discursus de febribus bubonum refellitur. col. 2.c.d.	275	per cogere aegros quid intelligat in Aphorif. 19. primi Hippocrates, aliorum, & propria sententia. col. z. b. c. d. pag.	109
cardanus notatur. col. z. d. e.	277	colli peruersiones unde. col. 1. b. c.	265
cardanus de diebus imparibus egregie sophisticatur. col. 1. e.	278	colorum subita mutationes in partibus unde fiant. col. z. a. pag.	269
cardanus refellitur de assignatis ictero causis. col. ...	279	coma est species somni pr. nat. col. 1. a.	155
cardanus refutatur, dicens conuulsiones fieri materia febrili transmissa ad nervos. col. 1. d.	281	comitialis, vide Epilepsia.	
cardanus diu causas eruditatis urinae perspicue, & alba conatur reddere, scopas affert dissolutas. col. 1. e. z. 84	284	compositum est quod generatur, non forma. colum. z. a. pagina	12
cardiogramos, & ventriculi estus, symptomata timenda in febribus, unde fiant. col. 1. b.	281	concoctio non est preparatio humoris ad expulsionem. col. z. a.	124
carnis generatio an coniuncta cum duplici excremento. col. z. d.	225	concoctio non est separatio boni à malo. col. 1. d.	125
carnis parum habentia corpora quae. col. 2. c. 245. aptiora ad vomitum. ibid.	225	concoctio non est alimenti confectio, mistio, aut alteratio. col. 1. c.	126
carnosi medicruter ad omnes purgationes sunt apti. colum. 1. c.	246	concoctio quid. col. 1. b.	173
caharrius quid. col. 1. d.	213	concoctio quid Galeno. col. 2. a.	126
caruncula parua, quae minguntur, quid significent. colum. 2. e.	286	concoctio, suppuratio, putredo quomodo differant. col. 1. c. z. z. 5. ad eundem finem diriguntur. d.	ead.
caruncula intestinorum excreta mortem praesagiunt. colum. 2. b.	260	concoctio & Nutritio quomodo differant. col. 1. b.	127
causa, & ratio idem significant. col. 2. c. d.	195	concoctio non fit propter nutritionem. col. 1. c.	128
causarum sunt octo genera. col. 2. b. c.	74	concoctrix facultas sola cum nutritione indices, cur Hippocrat. à multis indicationem sumendam scribit. colum. 1. e.	53
causa morbi cur motiones appellentur. col. 1. a.	65	concoctio sunt, quae assimilata sunt concoquentibus. col. 1. c. pag.	127
causa morborum quae congruunt temperamento, atati, habui, minus sunt periculosa. col. 2. c.	208	concoctio probe quando res dicantur. col. 1. b.	130
causa morbi plerumque oppugnanda neglecto morbo. colum. 2. c.	100	Quicquid Concoquitur est actu dissimile ei, quod concoquit. col. 2. d.	132
causa morborum vitium mutandum indicant. col. 2. c. pag.	53	concoctiones quot in corpore nostro, & ubi fiant. col. 2. d. 26	26
causam nullas habet accessiones. col. 1. d.	266	quod concoquitur, simile redditur concoquenti. col. 1. d. pag.	37
caelus quod sanis aliquando plus, aliquando minus insto edendum suadeat, improbat. col. 1. b.	156	concoctionis finis est assimilatio. col. 1. d.	125
cerebri inflammatio non generat apoplexiam. col. 2. c. pagina	217	concoctionis finis accuratius explicatur. col. 1. b.	130
cibus solus nutrire potest, quod potus, aut odor nequit. colum. 1. b.	168	Eorum quae concoquuntur quaedam secundum substantiam, & qualitates efficiuntur similia concoquentibus, quaedam secundum solas qualitates quaedam neutro modo. col. 2. d. e.	132
cibus omnis plurimum nutriens, crassus est, ac viscosus. col. 1. a.	167	concoctiones semper fiant secundum rationem, Excretiones non item. col. 1. a.	197
cibari bene qui dicantur. col. 1. b.	204	concoctio triplex, prima in stomacho, secunda in hepate, & venis, tertia in singulis partibus. col. 1. e.	173
cibi non habent irritandi vim. col. 1. e.	113	concoctionis species non sunt spectanda ex diuersa materia, quae concoquitur, ut Manardus arbitrat. colum. 2. d.	125
cibanda ratio quum à vi morbi, an à statu sumenda sit. col. 2. c.	62	concoctionis species, Matratio, Elixatio, Assatio. colum. 1. e.	127
cibos qui difficulter ferunt. col. z. b.	107	concoctionis species, & differentia. col. 1. c. d. 130. differentia unde sumantur. col. 2. b. c.	130
cibos quot modis praeter naturam ingeritur. colum. z. d. pagina	171	concoctionis materia quae sit, siue quid concoqui possit. col. 2. b.	127
cibi plus sumere praet. nat. & Galeni de eo reprehensio. colum. 1. a.	172	concoctio quidnam facilius aut difficilius. col. 2. d.	189
cibi copia cur multos sudores efficiat. col. z. d.	269	concoctionis causa efficiens est calor proprius rei concoquentis Aristotelis, & Galeno. col. z. d.	128
cibi nimia quantitas producit apoplexiam. colum. z. b. pagina	217	concoctionis efficiens est forma rei, quae concoquit. col. 1. a. pag.	129
cibo qui sapius, aut rarius, qui copioso, aut parciore indigeant. col. 1. e.	103	concoctio quomodo fiat. col. z. d.	130
cibi quales actu rei potentia, ac qualiter preparati febri cutantibus competant. col. 1. & z. 101. quales, ac qualiter preparati noceant. ibid.	103	concoctionis varia munera. col. 1.	126
cibus in omni accessione morbum auget. col. z. d.	72	concoctio omnia incrassat, ac viscida reddit. colum. 1. d. pagina	124
cibus deterior duobus modis dicitur. col. 1. d.	211	concoctionem semper incrassare tum auctoritate, tum ratione confirmatur. col. 2. d. e.	130
cibus malus agris periculosus. col. 1. e.	211	concoctio non omnis incrassat quenis. col. 1. a.	131
cibus deterior & suauior cur melioribus, sed minus suauibus sit praesertendus. col. z. e.	211	concoctionem non semper incrassare qua doceant. col. 1. b. pag.	131
cibo vescentes praeter naturam purgationes difficile ferant. col. 1. d.	210	in concoctione quomodo ex siccis fiant humida, & ex crassis tenuia. col. 1. d.	131
cimis quomodo generetur ex materia febrili post vigorem, & quid de eo fiat in corpore. col. 1.	280	concoctio per se omnia incrassat. col. 1. a.	131
clysters an sint adhibendi ante concoctionem. colum. 1. e. pag.	137	in concoctione omni duo sunt excrementorum genera. col. 2. d.	132
caena hominis liberè viuientis copiosior sit prandio eiusdem. col. 1. b.	90	concoctio omnis quod duo pariat excrementa quomodo sit	

fit intelligendum. col. 1. a.	226	muntur. columna z. e. pagina	229
non concoqui, & occidere an idem sint. col. 2. b.	213	consuetudini quantum per sanitatem, & per morbum fit concedendum. col. 1. c.	106
concoquente natura, non potest ab eadem fieri expulsio. col. 1. a.	39	consuetudo in quibus morbis seruanda, aut immutanda. col. 1. d.	106
concoctio euacuationem precedere debet. colum. 2. d. pagina	196	consuetudo quomodo mutanda.	ibid.
concoctio non precedit omnem euacuationem à natura factam. col. 2. e.	196	consumata, & distillata an febribus conueniant. col. z. d.	101
concoctio non multum vacat in principio natura. col. 1. a. pag.	248	pagina	180
concoctio medicari quomodo intelligendum. colum. 2. b. pagina	137	contraria sunt, qua plurimum inter se distant. col. z. c. pagina	180
concoctio cur expectanda in morbis. col. 2. c.	132	contraria aequalia inter se agunt ad temperiem: inaequa- lia ad victoriam comparandam. col. 1. b.	181
concoctio nunquid expectanda in omni euacuatione. col- lum. 1. a. b.	39	contrariorum contraria sunt remedia. col. z. d.	179
concoquendi ne sint omnes humores ante purgationem. col. 1. d.	133	contrariorum contraria sunt remedia non tam actu quàm vi, & facultate. col. 1. c.	181
concoctio humorum in pituitosis, non autem biliosis mor- bis expectanda. col. 2. e.	137	contrarium indicat contrarium in his qua mutatione gent. col. z. e.	29
concoctio ante purgationem spectanda solum in humori- bus putrescentibus. col. 1. e.	133	conualescentes qui melius aut deterius habeant quomodo ex appetentia coniciendum. col. z. c. d.	204
concoctio semper expectanda in atra bile, & crassiore pu- trescente. col. 1. c.	138	conualescentes quibus impedimentis non recreantur. col. 1. e. 162. quomodo impedimenta illa sint auferenda. col. z. 163. col. 1.	164
concoquitur humor non ut aptior reddatur ad purgatio- nem; sed ut natura expulsiuam magis inueniat. col. 2. d. pagina	241	conualescentibus consueta, an vero insueta magis conue- niant. col. 1. d.	231
concoctio non omnis quiete melius, quam motu perficitur. col. 1. e.	145	convulsio, & motus voluntarius quomodo differant. col- lum. 1. d.	194
concoctiones in animalibus per somnum melius, quam per vigiliam perficiuntur. col. 1. c.	129	convulsions definitio ab Auicenna posita conuulsiu. co- lum. 2. c.	191
concoctio in ventriculo optimè perficitur per contactum pueri bene carnosum. col. 1. d. e.	129	convulsio non est morbus.	ibid.
concoctionem que innant, ea aut calidi innati substantia augent, aut eiusdem qualitates excedentes temperant. col. 2. a. b.	132	convulsio 3 definitio à Galeno tradita reprehenditur. d. ibidem.	
concoctioni opitulantur non solum calida, & humida, & emplastica, & leniter adstringentia, sed quoque som- nus, inedia, acrimonia, & retundentia. &c. colum. 1. a. pagina	132	convulsions perfecta definitio. col. 1. a.	192
concoctio nonnunquam per frigida, & sicca innatur. co- lum. 2. a.	132	convulsio quomodo fiat. col. 1. c.	194
concoctio calidis, & humidis remedijs, expulsio exientian- tibus, & incidentibus innatur. col. 1. a.	125	convulsis cur sensu potius fiat ad originem, quam ad fi- nem nervi. col. 1. d.	194
concoctionem crassorum humorum precedere debent ex- tenuantia. col. 1. b.	131	convulsions differentia unde sint sumenda.	ibid.
conseruatio an fiat per contraria, an per similia. col. 2. b. pag.	97	convulsions causa. col. 1. d.	192
constitutio corporis, & Habitus quomodo differant. col- lum. 2. e.	42	convulsions ab inflammationibus sunt, à scirrhis vero, siccitatibus, & frigidationibus minime. col. z. b.	273
consuetudo an omnia facilius ferantur. col. 1. d.	229	convulsions causa aliter proponuntur, atque à Galeno fa- ctum. col. z. c.	276
consuetudo molestiam plerumque adferunt, insueta placent. col. 2. a.	229	convulsio non fit ab inanitione. col. z. b. 192. & col. z. c. 276 non à siccitate col. z. c.	192
consuetudo in sanis, & aegris, conualescentibus qua dimitteuda, qua retinenda. col. 1. z.	231	convulsio non à solis inanitione & repletione. col. 1. a. 192. & col. z. c.	276
non consuetudo interdum meliora consuetis. col. 1. a.	231	convulsio quomodo à frigore fiat col. z. b. 193. quomodo à Pulueribus.	ibid.
ad non consuetudo facienda mutatio, ut nobis familiaria enadant. col. z. d.	231	convulsio an fiat à melancholico humore col. z. b. 93. an efficiatur ab aqua frigida.	ibid. 5.
consuetudo temperamentum ostendit, & nouam natu- ram facit. col. z. d.	105	convulsio num facilius ab humectantibus, an vero siccan- tibus exciteitur. col. z. c. d.	194
consuetudinis mentionem cur fecerit Hipp. ad inuenien- dum nutriendi modum, non autem ad indagandum cibi quantitatem. col. z. d. e.	105	convulsio subita, aut tarda unde. col. 1. e.	194
consuetudinis quantitas vis fit. col. 1. a.	106	convulsions in somno, & à somno quales. col. 1. b. c. d. 281. vtra sint deteriores, & quare.	ibid.
consuetudinis vis in quibus sit euidenissima. colum. 1. d. pagina	230	convulsions preludium quandoque est respiratio inter- rupta. col. 1. b.	282
consuetudo in cibi quantitate plus potest, quam in qualita- te eiusdem, maxime vero in modo, & tempore cibandi. col. z. b. c.	229	convulsio in febribus acutis non solum mala sed etiam mortalis, ac cur. peculiaris Argenteryratio. columna 1. d.	284
consuetudo in ijs, qua extrinsecus innant, aut nocent, non tantam vim habet, quantum in ijs, qua assu-		convulsio cur melior ante febrem quam post. columna z. d.	194
		convulsio à qua febre soluitur, & quomodo. col. 1. b. 193.	
		convulsio cur a superueniente febre sanetur. col. z. d.	276
		cor non refrigeratur, aut afficitur in somno contra Arisf. col. 1.	93
		cor quoties grauiter laeditur, toties mors sequitur. colum- na. z. e.	219
		cordis morsus vide Cardiomos.	
		corpus Galeno quid significet. col. z. a.	123
		corpus in nomine, (cum pro habitu accipiunt) qua intelli- gantur, col. 1. b.	27

I N D E X.

corpus in tres ventres dividitur. col. 1. c.	209	crassum ex frigore, calefacientibus tenue efficitur. ibid.	
corpus nostrum constituitur ex substantia triplici, aerea, humida, solida. col. 1. e.	48	crassa quomodo fiant tenuia in concoctione. col. 1. d.	131
corpora quae crescunt, quomodo habeant plurimum calidi imati. col. 2. b. p. 36. abundant quoque in siccitate. col. 1. a.	87	crassi humores ut concoquantur, extenuantia debent adhiberi. col. 2. b.	131
corpus ut in eodem statu permaneat, crescat, aut de crescat, qua causa faciat. col. 1. d. e.	198	crassities spiritus nimia prohibet expulsionem, ut etiam tenuitas. col. 1. b.	127
corporis in eodem statu perseverantis, aut tabescentia secundum aut praeter rationem quid denotet. col. 1. 2. pagina	199	crassa, viscida, acerbata, austera, qua crassa sugienda per se in febris sum. col. 1. d.	101
corpus & vires an per nutrimentum auferri possint. col. 1. e.	56	crefcere quid significet apud Hipp. col. 1. a.	87
corpora & vires quomodo augeantur, minuantur, aut in eodem statu permaneant. col. 1. d.	56	crefcere quando dicatur morbus. col. 1. e. 65. quando infans. col. 2. a.	ibid.
corpora quantum raro fiant crassiora. col. 2. d. e. pagina	198	crefcunt plurimum, qui humida, & calida substantia constant. col. 2. a.	85
corpora facilius potius, quam cibo nutrimur. col. 2. c. pagina	166	criseos varia significaciones. col. 2. d.	110
corpora nostra quomodo sint fragilia. col. 2. a.	11	crisis quid. col. 2. c. 110. & col. 1. d.	183
corpora nostra in dies redeuntur sicciora. col. 1. a.	14	crisis non est subita mutatio in morbis.	ibid.
corpora nostra cur fiant rugosa. col. 1. d.	14	crisis non est perturbatio. col. 2. b.	183
corpus aetatis cursu semper siccatur. col. 1. c.	98	crisis non est mutatio consensum facta.	ibid.
corpora quomodo gracilia fiant. col. 2. b. c.	235	crisis est mutatio, qua fit in morbis a natura. d.	ibid.
corpora quare parum carnis habeant.	ibid.	crisis generaliter sumpta est solutio morbi a natura facta cum excretionem. col. 1. b.	184
corpus n. a. quum quod. col. 1. d.	236	criseos divisio. col. 1. b.	111
corpora humana cur ad anteriora, non ad posteriora cernuntur. col. 2. e.	236	crisis perfecta. col. 1. c.	ead.
corpus quomodo fluidum efficitur. col. 2. b.	164	crisis fida. col. 1. d.	ead.
corpora molliora facile sustinent repentinas mutationes, non autem duriora, aut seniora. col. 1. e.	106	crisis mala. col. 2. a.	ead.
corpora impura numquam laedantur, si copiosius nutriantur. col. 1. a.	166	crisis bona quibus notis deprehendantur. col. 1. a. & seqq. 111. & seqq.	262
corpora impura sunt aut cacochyma, aut plethorica quomodo videntur opinione. col. 1. c.	166	crisis difficilis quae. col. 1. d.	262
corpora plethorica non sunt impura. col. 1. c.	166	crises bona tam diebus paribus, quam imparibus possunt evenire. col. 1. e.	185
corpus impurum quanto magis nutritur, tanto magis laedatur, & tamen,		crises bona sunt etiam in quarta, & diebus paribus. col. 1. c. pag.	266
corpora, qua corruptione laborant, plerimo alimento egent. col. 2. a.	166	crisis in quibus morbis spectanda. col. 1. a.	184
corpora ex tenuitate quomodo reficienda. col. 1. a. & seqq. pagina	162	crisis quomodo indicentur morbi. col. 2. b.	112
corpora qua longo tempore extenuata sunt, cur lente, quae vero brevis, quare cito reficere oporteat. col. 1. b. pagina	163	crisis tantum in morbis acutissimis fieri solent. col. 2. b. pagina	169
corpora, qua post morbum refici non possunt. col. 1. e. pagina	163	crises fiunt tam in morbis, qui absque accessionibus sunt, quam in us, qui eas habent. col. 1. d.	266
corpora qua non corroborantur a morbo, quia pluri alimentum utuntur, an tantum huius detractioe indigeant. col. 2. c. & seqq.	163	crisis nulla fit in morbi declinatione. col. 1. d.	112
corruptio si non cadendo, sed ascendendo. col. 1. b. pagina	43	crisis perfecta non nisi in statu morbi, bona tamen in augmento esse potest. col. 1. d. e.	112
corruptio, & putredo substantiae, non qualitatum vicia sunt. col. 1. c.	135	crisis per sudores in febris qua bona, qua non bona. col. 1. d. e.	265
crassum quot modis dicatur. col. 1. b.	220	crises per pectoralem, alvianam, urinariam excretionem qua bone, vel male. col. 1. & 2.	272
crassities nostri corporis unde. col. 1. b.	220	cruda cur non medicanda. col. 1. c.	133
crassities qua damnum adferat, qua utilis sit. c. & seqq. ibidem.		cruda passiones non cedunt purgantibus medicamentis, col. 1. b.	23
crassitudo partium ad umbilicum pertinentium bona ut signum, & vi causa. col. 1. e.	209	ob cruditatem recentem possunt aliquis in ulcerosa lassitudinem incidere. col. 2. b.	157
crassum est, quod difficile penetrat, aut penetratur. col. 1. c.	49	curare Medicis quid. col. 1. e. d.	180
crassum vel numero, vel magnitudine dicitur; illud separatione partium, hoc divisione substantiae sua fit tenue. col. 2. c.	164	curationis nomen in Aphorismo sexto libri primi sumitur generaliter pro omni tractatione aegrotantis. col. 1. e.	61
crassum siue spissum aliquid quatuor modis fieri potest. col. 1. a.	165	curatio morbis iam factis debetur, ut praeservatio causis, & morbis in fieri. col. 1. d.	180
crassum terreum aqua, & aeri admixtione tenue efficitur. col. 1. b.	165	curatio debetur etiam causis constituentibus, sunt formae libus, ut praeservatio efficientibus. col. 2. a.	180
crassum per assationem redditur tenue per refrigerantia, & humectantia. c.	ibid.	curatio exactissima remediis extremis, & vitiis extremo, & lenioribus quoque summa diligentia adhibitis consistat. col. 2. b.	61
		curatio si per contraria, qua sunt aequalia in gradu. col. 1. b.	181
		curationis morborum modus in 22. tempus vero in 23. secunda sectionis Aphorismo exponitur. col. 1. b. pagina	182
		curatio laudatur. col. 1. b.	121
		curatio reprehensio ordinem affirmantis in Aphorismis observari. col. 2. b.	6
		curatio notatur de scopo Aphorismi secundi in primo libro. col. 1. b.	21

I N D E X.

curij sententia de prandio, & cona examinatur. col. 1. d. 96
 curius non rectè ostendit quid sit reuulsio. col. 1. d. p. 115
 neque rectè docet quid reuellendum. col. 2. b. c. pagina 116
 curij sententia in reliquis ad reuulsionem spectantibus, re-
 fellitur. col. 1. a. 118
 curius derinationem rectè non definit. col. 2. c. 121

D

Decrepitios alendi modus. col. 2. b. 103
 Decrepiti cur frequenter reficiendi. col. 2. c. 84
 Decrepiti distinguuntur à senibus. col. 2. c. & seq. 82
 Deiectiones non multitudine. & c. Aphor. 23. prima sect.
 eius scopum non sunt affectus interpretes alij. col. 2. b.
 139. Galeni interpretatio probatur. d. ibid.
 Deiectiones nigrae quomodo fiant. col. 2. d. 255
 Deiectiones nigrae quare mala, & an omnes mala. e. &
 sequen. ibid.
 Deiectiones nigrae quadam mala ut signa, bona ut cau-
 sae, quadam viroque modo pessima. col. 1. a. 256
 Deiectiones sponte venientes quae. d. ibid.
 Deiectiones variorum colorum, quae sponte fiunt, cur om-
 nes mala. col. 2. b. ibid.
 Deiectiones, quae sordiditatem solvunt, quales esse debeant.
 col. 2. c. 261
 Delirium tum in male imaginando, tum in male ratio-
 cinando. col. 1. c. 151
 Delirium est deprauatus motus imaginatricis, aut cogi-
 tatricis facultatis. ibid.
 Delirium solum morbosum affectum imaginatricis,
 aut rationatricis facultatis continet. d. ibid.
 delirij differentia, & species. ibid. alia differentia. col. 2. e.
 ibidem.
 Delirij quae causa efficientes Gal. col. 2. c. 152
 Delirij causa efficientes sunt imbecillitas facultatis, & cal-
 or natiuus ac spiritus vitiatu. e. ibid.
 Delirium nascitur in cerebro contra Methodicos, & Ari-
 stot. col. 2. a. 153
 Delirium an sit affectus deterior febre, aut inflammatio-
 ne. col. 1. c. 154
 Delirio laborantes per morbos pauci evadunt. col. 1. d.
 pagina 154
 Densitas corporis non facit vehementiores febres contra
 Montanum. col. 1. a. 88
 Derivatio quid secundum Curtium, & eius reprehensio.
 col. 2. c. 121
 Derivatio à Reuulsione differt, & quomodo. col. 2. d.
 pagina 121
 Derivatio convenit humori leniter fluenti. col. 1. d. e.
 pagina 122
 Diabetica passio. col. 2. c. 284
 Diatriarij qui. col. 1. b. 58
 damnantur. ibid.
 Dies criticus quid. col. 1. b. 183
 Dies decretorius est, in quo fit crisis. d. ibid.
 Dierum criticorum tot sunt differentiae quot crisisum. co-
 lum. 1. d. 183
 Dies decretorius is est, in quo mutationes fiunt in morbis
 à natura per excretionem. col. 1. d. 184
 Dies intercidens. col. 1. d. 184
 Dies index. col. 1. d. 184
 Dies decretorius etiam index dicitur, & index decreto-
 rius. col. 2. e. 184
 Dies quotus sit decretorius, aut index, aut intercidens,
 aut medicinae naturae. col. 2. a. b. 184
 Dies decretorius quot sint. col. 2. b. c. 184
 Dies primus, & secundus aut decretorius. col. 2. d.
 pagina 184
 Dierum criticorum qui sint digniores, Galeni sententia,

& eius reprehensio. col. 1. b. 185
 Dies indicatorij certi nulli sunt. col. 2. d. 266
 Dies pares an impares finire febres debeant. col. 1. i
 pagina 278
 Dispositio morbosa non est morbus, sed materia morbi.
 col. 2. b. 202
 de Diueticis, atque Diaphoreticis idem est iudicium. co-
 lum. 1. a. 37
 Doloris nomen & causam doloris, & affectionem, quae ex
 causa nascitur, significat. col. 2. d. 159
 Dolor non est actio laesa, & deprauata. ibid.
 Dolor est molestia, quae oritur in sensatione, aut animi sensu
 etionibus ex his, quae continuum solvunt. col. 1. b.
 pagina 160
 Dolor non est rei contrariae sensus. col. 2. a. 161
 Doloris species, & differentiae unde sumenda. col. 1. i.
 c. pag. 160
 Doloris causa. col. 2. c. 160
 Dolor est sensus rei contrariae, & à sola intemperie fieri
 potest. col. 1. b. 161
 Dolorem quacumque paruum, ea continuum solvunt. co-
 lum. 1. c. 161
 Dolor non à sola alteratione, sed etiam simul à solutio-
 ne continui fit. col. 1. d. 161
 Dolor ut percipiatur, tria necessaria sunt. col. 2. d.
 pagina 161
 Dolores, aut Tumores cur post longas febres nascantur.
 col. 1. d. 271
 Dolores duo an simul fieri possint in eadem particula.
 col. 1. c. 223
 Dolor curatur dolore. col. 2. c. 181
 Dolor quomodo obscuret dolorem. col. 2. b. c. 223
 Dolor non attrahit. col. 1. b. 264
 Dolor non habet vim calefaciendi contra Cardanum. c.
 ibidem.
 Dolores omnes supra septum an vomitu sint curandi.
 col. 1. c. 254
 Dolores qui praecedunt morbos, quomodo praesagunt ab-
 scessus. col. 1. d. 264
 Dracuncululus digitorum longus in renibus hominis inuen-
 tus. col. 2. 286
 Dulcia an conveniant febribus. col. 2. b. 101
 Dulcia facile vertuntur in bilem. c. ibid.
 Dysenteria quid. col. 1. e. 258
 Dysenteriae differentia unde petenda. col. 2. b. c. 260
 Dysenteria quae speciem relinquat, quae vero eam prorsus
 adimat. col. 2. a. 258. & col. 2. d. 260
 Dysenteriae scopi varij quomodo distinguendi. col. 2. c.
 c. pag. 258
 Dysenteria quo modo, & quibus remedijs sanetur ab Ar-
 gent. col. 1. a. & seq. 259
 Dysenteria hepatica morbus longus, & tamen à Gal. ten-
 nui vultu tractatur. col. 1. c. 57

E

Elixatio quid. col. 1. d. 130
 Elleborus albus quibus corporibus conveniat. co-
 lum. 2. e. 259
 Elleborus albus quibus morbis congruat. col. 1. c.
 pagina 251
 Ellebori albi dosis, ac preparandi ratio. d. e. ibid.
 Elleborum qui sumptus, quis motus convenit, & quo-
 tem pore. col. 2. d. 251
 Elleborus cur assumptus a carnes sanas habentibus. conuul-
 sionem faciat. col. 1. c. 253
 Emanuelis Philiberti Sabaudia Ducis heroica facinora.
 col. 1. b. c. 1
 Empiricorum de iudicio sententia probata. col. 2. b.
 pagina 18
 Enaorema unde fiat in urina. col. 2. c. 78

Epile-

I N D E X.

<i>Epilepsia varia nomina, & eorundem ratio. col. 1. d. e. 221</i>	221	<i>Euacuandum est tamdiu, quamdiu humor in corpore vacuandus superest. col. 1. a.</i>	140
<i>Epilepsia definitiones Galeni variae. col. 2. a. 221. vera definitione. c.</i>	ibid.	<i>Euacuandi quantitates praescribit Hippocr. ex humoris qui, euacuatur, qualitate. col. 1. d.</i>	140
<i>Epilepsia differentiae tres.</i>	ibid.	<i>Euacuationis quantitas ab humoris copia, & viribus eius qui debet euacuari, sumenda est. col. 1. a.</i>	45
<i>Epilepsia causae. d.</i>	ibid.	<i>Euacuationes immoderate plerumque male, extremae semper periculose, & in quibus non conueniunt perniciose, & quare. col. 2. d. e. 46. & seq.</i>	46
<i>Epilepsia cerebri est affectio. col. 1. c.</i>	222	<i>Euacuationes magnas qui facilius ferunt. column. 1. d. pagina</i>	45
<i>Epilepsia & Apoplexia quomodo differant. e.</i>	ibid.	<i>Euacuatio quando magna sit, ut magna fiat refrigeratio. col. 1. a.</i>	46
<i>Epilepsia nonnulli afficiuntur ab humore ascendente à digito pedis, aut manus. col. 2. e.</i>	115	<i>Euacuatio interdum cur ad animi deliquium vsque facienda. col. 2. a.</i>	141
<i>Epileptici omnes an iuuentur mutatione aetatis. column. 2. b. pag.</i>	222	<i>Euacuatio qua fit vsq; ad animi defectum, non facile tollerari potest. col. 2. b.</i>	141
<i>Euacuationis tractatio quāti momenti sit. col. 1. d. 25. quāsi sit ardua, & controuersiarum plena. col. 2. a.</i>	ibid.	<i>Euacuationis immodice damna. col. 2. c.</i>	141
<i>de Euacuatione primū. postea de Nutritione, atq; ad extremum uerum de euacuatione cur agat Hippocr. col. 2. b.</i>	20	<i>Euacuantes omnia vires minuunt; purgantia id non solum praestant, sed etiam natura inimica sunt. column. 1. a.</i>	113
<i>Euacuationis nomen uarium. col. 2. c. 25. quid significet Hippocrati. d.</i>	ibid.	<i>Euacuationis modus quis dicendus sit. col. 2. c.</i>	113
<i>Euacuatio in genere quid sit, ac quib. conueniat. col. 2. e. 25</i>	26	<i>Euacuationis modum non uires, sed affectus egens euacuatione praescribit. col. 2. c. d.</i>	232
<i>Euacuationis species. col. 1. a.</i>	26	<i>Euacuatio plurima, & repentina mala, quemadmodum Repletio. col. 2. c.</i>	233
<i>Euacuationis species, & differentia unde sumenda. b. ibidem.</i>	26	<i>Euacuationis locus docetur in aphor. 21. sect. prima. column. 2. c. d.</i>	113
<i>Euacuationis necessitas, & usus. col. 1. d.</i>	26	<i>in Euacuatione an potius sit spectandus natura motus, quam loci aptitudo, & humoris inclinatio. col. 1. b. 114</i>	114
<i>Euacuatio leuis, & uilis, non idem. col. 2. c.</i>	24	<i>in Euacuationibus quandoq; non humoris, & natura motus, sed oppositum spectari debet. col. 1. e.</i>	114
<i>Euacuatio uilis non omnis morbum minuit. column. 2. c. pagina</i>	24	<i>Euacuare quando medicus debeat. col. 1. d. e.</i>	31
<i>Euacuatio uilis quid. col. 2. d.</i>	24	<i>Euacuatio omnis an debeat humorum concoctionem expectare. col. 1. a. b.</i>	39
<i>Euacuatio qua facili. col. 1. d.</i>	23	<i>Euacuatio non conuenit omnibus morbis in principio. column. 2. c.</i>	200
<i>in Euacuatione primū spectandi scopi eius. col. 2. d. pagina</i>	27	<i>in Euacuationibus quas natura sponte facit, tales non debent esse humores, quales medicamenta euacuantes requirunt. col. 2. b. c.</i>	240
<i>Euacuationis septem scopi. col. 2. d. e. 27. non esse plures probatur. col. 1. a. b. c.</i>	28	<i>de Euacuatione conualescentium. col. 1. c.</i>	164
<i>Euacuationum scopi omnes propositi per epilogum. col. 1. e. & col. 2. a.</i>	28	<i>Excessus in euacuatis maioribus in repletis maioribus, in alterantibus uero maiora semper incommoda ab excessu, quam defectu committuntur. col. 1. d. 156</i>	156
<i>ante Euacuationem qua spectanda. col. 2. c.</i>	28	<i>Excessus immoderatus per alium immoderatum tollitur. col. 2. e.</i>	180
<i>Euacuationem qua medicent. col. 1. c.</i>	29	<i>Excretio quid significet. col. 1. d.</i>	173
<i>Euacuanda, quae non possunt assimilari. col. 2. a.</i>	29	<i>Excretio celeris, & conseruata facta differunt. col. 2. b. 173</i>	173
<i>Euacuatio omnis aliquid boni educit. col. 2. d.</i>	29	<i>illa sine hac esse potest. ibid. illa cur sequatur nutritionem celerem. a.</i>	ibid.
<i>Euacuatione uiendum non est ubi concoctio uitium emendare potest. col. 2. b.</i>	29	<i>Excretiones à natura non semper sunt secundum rationem, ut concoctiones. col. 1. a.</i>	197
<i>Euacuatio à sola plenitudine indicatur. col. 2. c.</i>	29	<i>Excretionem magis aut minus bona quando. column. 1. c. pagina</i>	38
<i>Euacuatio alia nulla supplet sanguinis missionis vires. col. 1. b.</i>	32	<i>Excretionem per alium, & uesciam cuius substantia, coloris, odoris, bona, mala in febribus non intermittunt. col. 1. 2.</i>	272
<i>Euacuatio nulla per se fit, nisi propter plenitudinem. column. 2. d.</i>	30	<i>Excretionem bilis atra cur non semper febris comitetur. col. 2. c. p. 257. uide Bilis atra.</i>	272
<i>Euacuationi omni, quae à natura sit, subest aliqua plenitudo: sic etiam in ea, quae ab arte per se fit. column. 2. e. pagina</i>	30	<i>Excrementa quae, & quot ex quaque concoctione gignantur. col. 2. e.</i>	26
<i>Euacuationem quid contraindicet. col. 2. d.</i>	32	<i>Excrementorum necessitas unde. col. 1. b. p. 27. eorundem euacuationis necessitas unde, & quot modis sint. pag. eadem.</i>	26
<i>Euacuationem sensibilem, aut insensibilem quae possident. col. 2. c.</i>	31	<i>Excrementorum duo genera num perpetuo comitentur omnem coctionem. col. 2. c.</i>	225
<i>Euacuatio aequalis à quo indicetur. col. 2. d.</i>	31	<i>Excrementum unicum sit in generatione carnis, dum uulnus, aut ulcus curatur. col. 1. b.</i>	226
<i>Euacuationis species, & differentia à quibus indicantur. col. 2. a.</i>	31	<i>in Excrementis quae, & quot sint obseruanda, ut longiudinem breuitatemue morbi exinde eliciamus, col. 1. & seq.</i>	77
<i>Euacuationes diuersa diuersas qualitates in humoribus, & diuersa praesidia postulant. col. 1. b.</i>	37	<i>Index Aphorism. c Excre-</i>	
<i>Euacuatio à parte quid sit. col. 1. b.</i>	123		
<i>Euacuatio simpliciter dicta quid. col. 1. d.</i>	123		
<i>Euacuatio à toto quid. col. 2. a.</i>	123		
<i>Euacuationem à parte quomodo euacuationem à toto praecipiat. col. 2. c.</i>	123		
<i>Euacuationis quantitatem docet Hippoc. in aphor. 3. primi lib. col. 2. e. 20. qualitatem in secundo quarti. col. 1. c. 240. non uero in secundo primi. col. 1. b.</i>	21		
<i>Euacuationis quantitatem non mensurari à viribus. column. 1. b.</i>	46		
<i>Euacuationis iustam mensuram assequimur, quando naturalem statum per eam affectui sumus. col. 1. d. o. pag.</i>	46		
<i>Euacuationis quantitas non indicatur à leui tolerantia. col. 2. e.</i>	139		

I N D E X.

Excrementa alia quorum verum indicia prebent. col. 1. a. p. 171. vide etiam <i>Alia</i> .	171	<i>Fames in aphor. decimosexto secundi, ubi labor prohibetur, est alimenti inopia. col. 1. d.</i>	171
Excrementa unde colores mutantur, & quid exinde praesagiri debeat. col. 1. z.	170	<i>Fames cibi desiderium. col. 2. c.</i>	155
Excrementa nigricantia ex flava bile genita distinguenda ab atra bile. col. z. b.	258	<i>Fames quomodo fiat. col. 1. d. e.</i>	43
Excrementa bene reddi in anni aetate bonum est. col. z. e. pag.	235	<i>ad Fames faciendam quot videantur requiri. col. 2. b.</i>	43
Excrementa, quae ex alimentorum concoctione resultant, non sunt omnino euacuanda, ita ut nihil eorum in intestinis supersit. col. 2. c.	140	<i>Fames animalis, & naturalis differunt. col. 1. e.</i>	83
Excrementorum quantitas, quae ex alimentis gignuntur, mensuranda est ex quantitate, & qualitate eorum, quae ingestis sunt. col. z. d.	140	<i>Fames praet. naturalis genera. col. 1. e.</i>	177
Exercitatio vehemens minus appetentiam in biliosis, contra situm primum. col. z. e.	83	<i>Fames Bulimia, siue ingens. col. 2. a.</i>	177
Exercitationis quando est usus. col. 1. b.	37	<i>Fames Bulimia inde nascitur. b.</i>	ibid.
vide etiam <i>Motus</i> .		<i>Fame Bulimia laborantes quomodo curandi. ibidem. & sequent.</i>	
Exolutio quid. col. 1. b.	214	<i>Fames canina quae col. 1. a.</i>	177
Exolutio, Animi defectus, Syncope idem. c.	ibid.	<i>Fames canina, quas causas habeat. col. 1. c.</i>	178
Exolutionis differentia. d.	ibid.	<i>Fames canina, minus sit a caliditate. col. 2. a. 178. minus a vermibus stomachum rodentibus. b. ibid. neque a sola ventriculi frigiditate. c.</i>	ibid.
Exolutionis causa. e. & seqq.	ibid.	<i>Fames canina gignitur a solo humore acido in tunnicis ventriculi contento. col. z. d.</i>	178
Exolutio a spirituum vitio est. col. z. e.	214	<i>Fames pica, siue malitia quae. col. z. a.</i>	177
Experientia duplex. col. 2. e.	17	<i>Fames pica, quas causas habeat. col. 1. b.</i>	177
Experientia quid.	ibid.	<i>Febris est vitium, in quo calor praeter modum est auetus. col. z. b.</i>	180
Experientia eorum, quae ab alijs experta, aliquando est periculosa. col. 1. a.	18	<i>Febris quanam careant accessibus. col. 1. c.</i>	166
Experientia eorum, quae nunquam in usum veniunt, duplex est periculum. col. 1. d.	18	<i>Febris putris quomodo gignatur, & quare sanguinis missione egeat...</i>	
Expositiones cuius substantiae, coloris, odoris, bonae, malae in febribus non intermitentibus. col. 1. z.	272	<i>Febris ardentis omnes sunt putride. col. 1. c.</i>	142
Exstenuatio corporis quid. col. 1. b.	162	<i>Febris acutissima materiam uniformem habent. col. 1. d.</i>	38
Exstenuationis causa. col. z. b.	162	<i>Febris e Bubonibus quales fiant. col. 1. c.</i>	275
Exstenuati quomodo reficiendi, vide <i>Corpora exstenuata</i> .		<i>Febris cur non semper continetur atra bilis excretionem. col. z. c.</i>	257
Exstenuans quid, ac, ut differat a tenui, & tenuium partium. col. 1. e.	49	<i>Febris Tertiaria, vide Tertiaria.</i>	
Exstenuandi vi praedita sunt non modo calida, sed etiam frigida. col. z. e.	164	<i>Febris Quartana, vide Quartana.</i>	
Exstenuatio humorum quomodo procurari debeat. col. 1. a.	165	<i>Febris Maligna, vide Maligna.</i>	
Exteriora quae Hippocr. in Aphor. primo, & qualia. col. 1. b. c. d.	20	<i>Febris diurna nota. col. 2. a.</i>	262
Extractione quibus rebus conueniat. col. z. e.	25	<i>Febrim symptomata, vide Cardiomos, Conuulsio, Dolor Praecordiorum, Illerius, Palpitatio, Pavor, Respiratio, Ventriculi astus, Urina.</i>	
E		<i>Februm prognostica ex eorum quae expuntur, minguuntur, deiciuntur, specie, colore, odore. col. 1. z. pagina</i>	272
F acies in vigilantibus cur naturalem retineat colorem in dormientibus, vero palleascat. col. 1. a.	94	<i>Febris continua non uacant periculo, intermittentes periculum abesse significant. col. 1. e.</i>	270
Facultas habet suam essentiam in temperamento. col. z. d. pag.	152	<i>Febris non intermitentes quae tertio die fortiores fiunt, quae intelligat Hippoc. & quare haec sunt periculosiores. col. 2. a. b.</i>	270
Facultates tres, Animalis, Vitalis, Naturalis, & quas anxie seruare oporteat in morbis. col. 1. d. & z. b. c. 69		<i>Febris intermittentes cur periculo careant. col. z. c. d. e. p. 270. quando commissa cum periculo. ibid. Galeni, & propria opinio. & seq.</i>	ibid.
Facultas vitalis maxime fovenda, & consideranda, deinde naturalis. col. z. a.	69	<i>Febris continua quae difficiles. col. z. a.</i>	240
Facultas animalis irradiat in nervos, & organa sensus, & motus, ut sol in diaphanum. col. 1. b.	217	<i>Febris acuta sunt periculosiores in senibus, an in iuuenibus. col. 1. a.</i>	88
Facultas animalis non indicat copiam alimenti. col. 2. b. 52 nec vitalis.	ibid.	<i>Febris quanam dixerit Hippoc. diebus imparibus iudicari solere. col. z.</i>	278
Facultas naturalis sola nutritionem indicat. col. 2. d. 52	52	<i>Febris diurna per abscessum indicantur. col. 1. a. p. 271 vide Abscessus.</i>	
Facultatum naturalium sola concoctrix alimentum indicat. col. 1. a.	53	<i>Februm terminus ultimus non potest in certo dierum numero constitui. col. 1. d. e.</i>	266
Facultas tamen naturalis in nutriendis aegris non tam respicitur, quam vitalis.	ibid.	<i>Febris per se frigida postulat. col. z. b.</i>	102
Facultas vitalis sola contraindicat euacuationem. col. 1. z. d.	32	<i>Febricitantium uetus qualitas. col. 1. z.</i>	101
Facultatibus omnibus in sauis consulendum, non item in aegroto. col. 2. b.	69	<i>Febris ardentissima cum dolore, & tensione totius corporis ostendit multum esse nactuandum. col. 1. z. c. pagina</i>	45
Facultatem quamq; esse validam quae signa indicant. col. 2. e.	69	<i>Febris nulla purida sanguinis missione sola curatur. col. 1. d.</i>	142
Fames quid. col. 1. d. e.	83	<i>Febris purida initio num medicamenta propinari debent. col. z. a.</i>	135
Fames quid significet. col. 1. c.	171	<i>in Febre pestilenti an uena secunda sit in cubito. col. 1. d. pagina</i>	121
		<i>Fernelij sent. de uita consutatur. col. 1. b.</i>	9

I N D E X.

<i>Fernelij opinio de indicante missione sanguinis resellitur.</i> col. 1. a.	35
<i>Fibra obliqua in retinendo transuersa in expellendo recta in attrahendo laborant.</i> col. 1. d.	158
<i>Ficri qua dicantur.</i> col. 1. a.	180
<i>Flatulosa, quomodo ulcerosam lassitudinem prouident.</i> col. 2. c.	157
<i>Fluidum quomodo corpus efficiatur.</i> col. 2. b. 164. & col. 1. d. pag.	165
<i>Fluxio ad quas partes fieri soleat in febrilibus.</i> col. 2. a.	263
<i>Fluxio cur fiat ad partes motu aguiatas.</i> col. 1. a.	264
<i>Fluxionis in corpore causa sunt pars mitis, & dolor partus recipientis.</i> col. 2. b.	117
<i>Fluxionis interne ad Glandulas causa humorum copia, & prauitas.</i> col. 2. d.	275
<i>Fluxionibus, qua exira corpus tendunt, Reuulsio, laque scensiu. vero ysdem Deriuatio debetur.</i> col. 1. d.	117
<i>Fluxio a Capite ad Pectus non reuulsitur, vel impeditur remedijs ad curam adhibitis, sed augetur.</i> col. 1. a. 116	116
<i>in Fluxione cum nascitur, qua pars humorem mutat in aliam, reuulsione a parte maxime distante facienda est.</i> col. 2. d.	118
<i>Forma naturales certam subiecti requirunt magnitudinem.</i> col. 2. d.	10
<i>Forma potius appetunt materiam, quam contra.</i> col. 1. c.	11
<i>Forma vniuoca quadam, equiuoca alia.</i> col. 2. b.	11
<i>Frictiones aequaliter, & insensibiliter partes externas tantum euacuant.</i> col. 1. d.	32
<i>Frictiones quo morbi tempore adhibenda.</i> col. 1. b.	37
<i>Frigoris nomen tribuitur exiguo calori.</i> col. 1. c.	288
<i>Frigus repentinum qua mala adferat.</i> col. 2. d.	233
<i>Frigus vim miscendi non habet.</i> col. 1. b.	219
<i>Frigus vehemens quomodo dolorem pariat.</i> col. 2. b. pagina	161
<i>Frigus, & calor in partibus quid significant.</i> col. 2. c. pagina	268
<i>Frigoris & caloris subita mutationes in toto corpore cur morbi nunciant longitudinem.</i> col. 1. a. b. p. 269. unde fiant. col. 2. a.	ibid.
<i>Frigus externarum partium cum calore internarum, & sui unde fiat, ac quid significet.</i> col. 1. a. b. c.	273
<i>Frigidas morbus a causa frigida curatur.</i> col. 2. c.	181
<i>Fuchsius suo se ingulat gladio loquens de ictero septimum.</i> col. ...	279

G

G aleni sent. de scopo primi Aphorismi resellitur. col. 2. d.	7
<i>Galeni sententia de diuisione primi Aphorismi. resutatur.</i> col. 1. c.	8
<i>Galeni sententia resellitur de vita.</i> col. 1. b.	9
<i>Galeni de nomine artis sententia, & reprehensio.</i> col. 1. b. pag.	15
<i>Galeni error de iudicio.</i> col. 1. c.	18
<i>Galeni duplex reprehensio de indicante euacuationem.</i> col. 2. a.	29
<i>Galenus in diuisione plenitudinis lapsus est.</i> col. 1. b.	30
<i>Galenus sent. de indicante, ac contraindicante sanguinis missione.</i> col. 1. b. p. 33. reprehenditur. ead. col. c. ead. p.	38
<i>Galenus reprehenditur de signis humorum distinctiuis non recte traditis.</i> col. 2. e.	39
<i>Galenus quid intelligat per habitus nomen, & eiusdem reprehensio.</i> col. 2. d. e.	41
<i>Galenus agricolarum habitum male nominat optimum.</i> col. 1. b.	42
<i>Galeni opinio de quantitate euacuationis resellitur.</i> col. 1. a. b. 45. & col. 2. c. d.	232
<i>Galenus in eadem re vituperatur, quod a principijs suis recedat.</i> col. 1. b.	46

<i>Galenus a scopo 4. aphor. prima sect. aberrat.</i> col. 2. d. pagina	48
<i>Galenus sent. de victu tenui, & tenuissimo eiusdem q; reprehensio.</i> col. 2. c.	49
<i>Galeni sententia de morbo acuto recensetur, & oppugnatur.</i> col. 2. c.	54
<i>Galenus sent. quis victus cuiuslibet acuto morbo conueniat, resutatur.</i> col. 2. c.	56
<i>Galeni interpretatio, qua docet egros in tenui victu delinquere damnatur.</i> col. 1. a.	60
<i>Galenus in explicatione Aphorismi septimi carpitur.</i> col. 1. a.	62
<i>Galenus sent. de verbis, extremos habet labores, reprehenditur.</i> col. 2. a. b.	63
<i>Galeni de morborum temporibus opinio, & reprehensio.</i> col. 2. b.	65
<i>Galeni doctrina, qua noscere docet morbi tempora, improbat.</i> col. 1. c.	66
<i>Galenus sent. quare in morbi statu cibo tenuiore sit utendum, & eiusdem vituperatio.</i> col. 2. c.	66
<i>Galenus sent. de scopo Aphorismi noni prima sect. rejicitur.</i> col. 1. b.	68
<i>Galeni interpretatio decimi aphorismi prima resellitur.</i> col. 2. a.	70
<i>Galenus non est sequendus in explicatione aphorismi duodecimi prima sect.</i> col. 2. b.	74
<i>Galenus quaestionem de calore pueri, ac iuuenis non bene soluit.</i> col. 1. b.	89
<i>Galenus sent. de veris temperie late consutatur.</i> col. 2. p. 90. & col. 1.	91
<i>Galeni doctrina de causis somni reprehenditur.</i> col. 2. a. pagina	93
<i>Galenus in assignando saccari temperamento aberrauit.</i> col. 2. c.	101
<i>Galenus Hippocr. in Aphor. 17. primi scopum non est assecutus.</i> col. 2. a. b.	102
<i>Galenus absurda usus est ratione inuestigandi modi, qui cibandi agris obseruari debet.</i> col. 1. 2.	104
<i>Galenus auctoris institutum in aphor. 18. prima non recte proposuit.</i> col. 2. b.	106
<i>Galenus sent. de aphor. 19. libri primi, & eiusdem reprehensio.</i> col. 1. c.	108
<i>Galenus verbum, ante indicationes, in aphor. eod. non recte interpretatus est.</i> col. 1. a.	110
<i>Galeni sententia de concoctione, & eius reprehensio.</i> col. 1. d.	126
<i>Galenus sent. de Euacuatione vsq; ad animi defectum, et quibus conueniat, & eiusdem reprehensio.</i> col. 1. b.	142
<i>Galeni opinio, & argumenta de non purgando proxijs in acuti morbi iniurio.</i> col. 1. e. & seqq. 143. soluitur. col. 1. a. & seqq.	144
<i>Galenus sent. de duabus atrabilis speciebus oppugnatur.</i> col. 1. e.	257
<i>Galenus non repugnasse purgationi in principio.</i> col. 2. p. 146. & col. 1. 2.	147
<i>Galeni interpretatio de eo, quod est cum prameditatione facere, & eius reprehensio.</i> col. 2. a.	148
<i>Galenus sent. quando somnus in morbo noceat, & eiusdem reprehensio.</i> col. 1. b.	150
<i>Galeni interpretatio de mutatione colorum in excrementis damnatur.</i> col. 1. e.	170
<i>Galeno quid significet labor, quem prohibet Hipp. ubi famas est, & eiusdem reprehensio.</i> col. 1. d.	171
<i>Galenus non recte explicauit, quidnam sit, cibi plus prater naturam ingerere.</i> col. 1. a.	172
<i>Galenus sent. cur in morbis acutis non sint omnino certa praedictiones, consuetur.</i> col. 1. c.	174
<i>Galenus conuulsionem non recte definit.</i> col. 2. d.	191
<i>Galenus causa conuulsionis allata non recipitur.</i> col. 2. c. 276	276
<i>Galenus quam lapidis in renibus causam attulit, non est perpetua.</i> col. 2.	288

I N D E X.

<i>Galenus varius in explicando die critico . colum. 1. a.</i>		<i>Granida an septimo mense sint purganda. b. c. ibid.</i>	
<i>pagina</i>	183	<i>Granida an tertio mense purganda Hippocr. contradi-</i>	
<i>Galenus nihil certi habet, quod de diebus decretorijs sta-</i>		<i>ctio. col. 1. a.</i>	239
<i>mat. col. 1. a.</i>	185	<i>Grauidam non ferre moins vel animi, vel corporis; &</i>	
<i>Galenus numerus, quem diebus decretorijs assignavit, re-</i>		<i>non ferre purgantia diuersa est ratio. c. d. ibid.</i>	
<i>prehenditur. col. 7. c. d.</i>	184	<i>Granida sine noxa ferunt purgationem blaudam, pra-</i>	
<i>Galenus nouatur, quod recte non censuerit de dierum cri-</i>		<i>sertim primis mensib. & quare. col. 2. a.</i>	239
<i>ticorum dignitate. col. 1. b.</i>	185	<i>Gravidas a quarto cur incipiat purgare Hippocrates. v.</i>	
<i>Galenus à Cardano defenditur. col. 2. pag. 278. & col. 2.</i>		<i>diuidem.</i>	
<i>pagina</i>	282	<i>Gymnasticorum quor genera. col. 1. b.</i>	42
<i>Galenus veram causam, cur uterus in febris ante se-</i>			
<i>ptimam diem malus non attingit. col. 1.</i>	279	H	
<i>Galenus de rigore, quomodo post cum febres intermiten-</i>		<i>Habitus vtriusque significationes. col. 2. b.</i>	41
<i>tes finiantur, non satis solide philosophatur. col. 1. b.</i>		<i>Habitus proprie dictus. col. 2. c.</i>	41
<i>pagina</i>	280	<i>Habitus bonus quis. col. 1. b.</i>	42
<i>Galenus ratio refellitur, qua conuulsionem, qua antecedit</i>		<i>Habitus structuram corporis significat. colum. 1. d.</i>	
<i>febrem meliorem putat. col. 2. e.</i>	194	<i>pagina</i>	42
<i>Galenus errat, cum dicit morbum ipsum esse meliorem</i>		<i>Habitus, ac corporis constitutio quomodo differant. co-</i>	
<i>in statu, & cum melius à forti distinguit. colum. 2. a.</i>		<i>lum. 2. e.</i>	42
<i>pagina</i>	201	<i>Habitus nomen quid comprehendat, cum dicitur conue-</i>	
<i>Galenus nihil habet, quod viuiam rationem reddat cur</i>		<i>nive cum morbo. col. 2. d.</i>	206
<i>in principio mouendum, in statu quiescendam. co-</i>		<i>Halitosa qualitas semper est benigna. col. 2. c.</i>	157
<i>lum. 2. c.</i>	201	<i>Hemorrhoeae sunt febres, quae tertio die dicuntur ab Hip-</i>	
<i>Galenus negando aeris constitutionem conferre ad cura-</i>		<i>poc. fortiores fieri, & quare sunt magis periculosa, qua</i>	
<i>tionem facta in ea febris, omnem Medicinam euer-</i>		<i>ceret. col. 2. b.</i>	270
<i>tit. col. 1. d.</i>	208	<i>Hepar ut nutriatur, duas alimenti concoctiones postulat.</i>	
<i>Galenus circa exolutionis causas parum feliciter ver-</i>		<i>col. 1. a.</i>	27
<i>satur. col. 2. c.</i>	214	<i>Hepar habentes magnum copiosiore egent alimento. co-</i>	
<i>Galenus ternarius spirituum numerus eueritur. col. 1. a.</i>		<i>lum. 1. b.</i>	176
<i>pagina</i>	215	<i>Hiera exhibita, humores, qui in iunctis ventriculi sunt</i>	
<i>Galenus Epilepsia, & Apoplexia differentiam non satis</i>		<i>imbibiti dissoluit, & excutit. col. 2. b.</i>	179
<i>exacte nouit. col. 1. e.</i>	222	<i>Hippocratis genus, patria, annus natiuitatis, praecipio-</i>	
<i>Galenus sententia quod in omni concoctione pullulent duo</i>		<i>res, amici, discipuli. col. 1. a. b. c.</i>	2
<i>excrementorum genera non est vera. col. 2. d. p. 225.</i>		<i>Hippoc. quos habuerit filios.</i>	ibid.
<i>qua ratione commodè explicari queat. colum. 1. a.</i>		<i>Hippocr. scripta. col. 1. d.</i>	2
<i>pagina</i>	226	<i>Hippocratis constantia, fides in patriam, continentia. co-</i>	
<i>Galenus ratio, & interpretatio de laboribus consuetis tole-</i>		<i>lum. 2. b. c.</i>	2
<i>ratiu facilioribus absurda est, & prorsus reijcienda.</i>		<i>Hippocratem sua doctrina ducem sequuntur omnes se-</i>	
<i>col. 1. e. 228. Galeni aliquot obscura loca de Euacuati-</i>		<i>ctae. col. 2. d.</i>	2
<i>one declarantur. col. 1. c. & seqq.</i>	242	<i>Hippocr. reuera nullius sectae fuit. e.</i>	ibid.
<i>Galenus multa errata commisit, de consuetis differens.</i>		<i>Hippocr. erat pius. col. 1. a.</i>	3
<i>col. 2. a. b.</i>	230	<i>Hippocr. quando & ubi vita functus, & sepultus fuit.</i>	
<i>Galenus medicamenta dysentericis praescripsit confusus</i>		<i>a. b. ibid.</i>	
<i>adeo, ut plus saepe obsit, quam proficiat. columna 2. c.</i>		<i>Horror, Rigor, Pandiculatio, Inaequalitas, Ulcerosus sen-</i>	
<i>pagina</i>	258	<i>sus per magis, & minus differant. colum. 1. a.</i>	158
<i>Galenus opinio de sudore frigido refellitur. colum. 2. b.</i>		<i>vide Rigor.</i>	
<i>pagina</i>	267	<i>Humidum dicitur, vel actiu, aut potentia; vel natiuo, aut</i>	
<i>Galenus sententia de febris ex Bubombus refellitur. co-</i>		<i>excrementoso humore. col. 2. c. 100. qualis victus hu-</i>	
<i>lum. 2. b. c.</i>	275	<i>midus febricitantibus conueniat. col. 1. a.</i>	101
<i>Genus vnum si aliud genus indicat, species prioris gene-</i>		<i>Humorum vitium in corporo tria genera. col. 2. b.</i>	13
<i>ris indicat, ubi species posterioris. colum. 2. c. pag. 31.</i>		<i>Humoris cuius defectus mors contingat.</i>	ibid.
<i>& col. 1. d.</i>	33	<i>Humorum omnium massa cur sanguis appelletur. col. 2.</i>	
<i>Genus grauitas vnde. col. 1. d.</i>	255	<i>e. pag.</i>	21
<i>Germani & Galli frigido sunt, ac molli corporis habitum.</i>		<i>Humorum massa non solum in venis, sed etiam arterijs</i>	
<i>col. 1. d.</i>	45	<i>continetur. col. 1. a.</i>	22
<i>Glandula ad quem usum facta à natura. col. 2. a.</i>	275	<i>Humorum qua naturalis constitutio. col. 1. b.</i>	22
<i>Glandulae cur facile fluxiones recipiant. col. 2. b. p. 263.</i>		<i>Humores non viuunt. col. 2. d.</i>	210
<i>& col. 2. d.</i>	275	<i>Humor, & calor augentur in nobis. col. 2. e.</i>	15
<i>Gonorrhoea vera quid sit, falso dicta vlcus penis est in lue</i>		<i>Humor qui additur, cur non sit omnino similis ei, qui</i>	
<i>venerea.</i>	ibid.	<i>dissoluitur in corporibus viuentium. col. 2. b.</i>	14
<i>Graciles an obesi periculo mortis magis obnoxij. col. 2.</i>		<i>Humor quis in qua; aetate dominetur. col. 1. c.</i>	82
<i>a. pag.</i>	220	<i>Humores quales in quoq; anni tempore gignantur. col. 1.</i>	
<i>Gracilitas quarum partium cui purgationi qua ratione</i>		<i>b. pag.</i>	243
<i>magis contraindicet. col. 2. e.</i>	209	<i>Humore vno exuperante, contrarium minus necesse est.</i>	
<i>Grauedo quomodo gignatur. col. 1. c.</i>	213	<i>col. 2. a.</i>	21
<i>Grauedo in valde febribus qua ratione concoctionem non</i>		<i>Humorem nullum praeter sanguinem concoqui posse qui</i>	
<i>recipiat. d.</i>	ibid.	<i>bis argumentis probetur. col. 2. c. p. 127. dissoluitur</i>	
<i>Granda quibus medicamentis purganda. colum. 1. c.</i>		<i>ista argumenta. col. 1. a.</i>	128
<i>pagina</i>	238	<i>Humor nullus simplex in sanguinem mutari potest. co-</i>	
<i>Granda qua necessitate purganda. columna 2. a. pa-</i>		<i>lum. 1. a.</i>	138
<i>gina</i>	238		

I N D E X.

<i>Humorum singularum crisis, color, ac consistentia.</i> col. 2. d. e. pag.	21	<i>Hydrops è vitio uteri, absque vlla hepatis, & aliorum viscerum offensione, qui viginti annos durat in vetula.</i> col. 1. d.	249
<i>Humorum naturales colores qui, aut non naturales.</i> col. 2. a. pag.	256	<i>Hydrops ascites, vide Ascites.</i>	
<i>Humores singuli quibus notis cognoscendi.</i> col. 2. d. e.	39	<i>Hydrops tympanites, vide Tympanites.</i>	
<i>Humorum signa à calore influente.</i> col. 2. e.	40	<i>Hydropici qui, & quare urinas mingant aquosas.</i> col. 1. a. pagina	285
<i>Humores peccantes, aut peccant quantitate, qualitate, puretate, aut corruptione.</i> col. 2. a.	133	<i>Hyemis temperamentum.</i> col. 2. b.	90
<i>Humorum quantitatis diminutionem qua sequantur.</i> col. 1. c. pag.	22	<i>Hyemis in tres partes sit divisio, & dicitur in duas.</i> ibid.	
<i>Humorum exuperantiam qua sequantur.</i> ibid.		<i>Hyemis & Ver replent corpus nativo calido, sed diversa ratione.</i> col. 1. b.	92
<i>Humor, & calor quomodo dolorem progenerent.</i> col. 2. b. pagina	161	<i>Hyeme, & Vere cur somni longissimi.</i> col. 2. c.	94
<i>Humores quando qualitate peccare dicantur.</i> col. 1. d. 22		<i>Hyeme optimus, & plurimus sanguis gignitur, & tamen tunc pituita exuperat.</i> col. 2. c. d.	95
<i>Humorum qualitas vitiosa quos morbos pariat.</i> ibid.		<i>Hypochondriorum durities in febris acutis unde fiat.</i> col. 2. d. e.	280
<i>Humor calidus, acris, & purus diutius si contineatur in venis, qua sequantur incommoda.</i> col. 1. e.	145	<i>Hypochondriorum inflatio quas habeat causas, & solutio nis modos.</i> col. 1.	285
<i>Humor acris & mordax vim exulcerandi habet.</i> col. 1. e. pagina	157	<i>Hypostasis in urina originem habet à pituita.</i> col. 2. e. pagina	78
<i>Humores crassi, tenues, vide Crassum, Tenue.</i>		I	
<i>Humor Melancholicus, vide verbum Melancholicus.</i>		<i>Icterus cur in febris ante septimum malus variorum sententia.</i> col. 2. e. 278. & col. 1. a. & seqq. 279. propria opinio. col.	279
<i>Humores si qualitate peccent quid agendum.</i> col. 2. c. d. 22		<i>Icteri flauus, nigri, misti cause ex Cardani distinctione.</i> col. 2. d. e. 278. refutatur. col.	279
<i>Humores si peccent effusi, ruptis, aperti, aut erosio vasis, quod agendum.</i> col. 2. b.	22	<i>Icterus ab exsiccatione mentis colidochi visus in Cardinale de Gaddis.</i> col.	279
<i>Humores qualitate peccantes purgationes requirunt.</i> col. 2. b.	21	<i>Icterus qui ante septimum malus ab Hippocrate dicitur, is est qui conferuntur sit, natura expellente, ac tran sferente materiam ad cutem.</i> col. 2.	280
<i>Humores qui purgantur, aut euacuantur.</i> ibid.		<i>Icterus flauus quibus diebus bene appareat.</i> col. 2.	280
<i>Humoris euacuandi quot differentie.</i> col. 2. b. c.	114	<i>Icterus malus in febris acutis post septimum fieri etiã potest à scirrbo, & obstructione vasorum, non à sola phlegmone.</i> col. 2.	280
<i>Humoris vitia non necessario vacatione corriguntur, sed alteratione etiã emendari possunt.</i> col. 1. e.	164	<i>Icterus ne integrè fiat etiã in diebus criticis qua impedi ant.</i> col. 2.	280
<i>Humores nocivi non semper euacuandi.</i> col. 2. a.	36	<i>Ieiunium qui facile ferant.</i> col. 1. b.	83
<i>Humores an similes sint, quos Natura, & Medicus euacuarè debet, & quando id fiat, & quando non.</i> col. 2. b. pagina	36	<i>Imaginatio deprauata qua.</i> col. 1. b.	151
<i>Humor euacuandus qualis esse debeat.</i> col. 1. e.	38	<i>Imaginatio debilis.</i> ibid.	
<i>Humor qualis à Medico purgari debeat.</i> col. 2. d.	38	<i>Imaginatio crispis, aut voluptuosa.</i> ibid.	
<i>Humores acres, qui scabiem faciunt, victu refrigerante corriguntur.</i> col. 1. e.	31	<i>Imbecillitas non nisi ab intemperatura nascitur.</i> col. 2. e. pagina	215
<i>Humores corrupti curantur per affluxum boni nutrimenti.</i> col. 1. b.	104	<i>Inaqualitas, Pandiculatio, Vlcerosus sensus, Horror, Rigor per magis, & minus differunt.</i> col. 1. a.	158
<i>Humor iurgens aptus est ad euacuationem.</i> col. 1. b. 238		<i>Indicatio, Condiatio, Contraindicatio, Correpugnancia quomodo differant.</i> col. 2. d.	28
<i>Humores qui iurgere dicantur, aliorum opinio, col. 2. a. 138. Galeni variis è locis ibid. per tot.</i>		<i>Indicationes, & Contraindicationes unde sumantur.</i> col. 2. e. pag.	28
<i>Humores iurgere dicendi, vel qui sunt in motu, vel qui ad motum sunt habiles.</i> col. 1. b. 139. vide Turgere.		<i>Indicantia qua.</i> col. 1. b.	29
<i>Humores quanto tenuiores fuerint, tanto facilius euacuantur, nisi per spuum.</i> col. 1. b.	125	<i>Indicantia, & Contraindicantia quomodo differant.</i> col. 1. a. pag.	46
<i>Humor peccans quando per inferiora, aut per vomitum educendus.</i> col. 1. a.	24	<i>Indicatio à viribus acri omnes alias tollit.</i> col. 2. a.	211
<i>de Humoribus quibusnam intelligendum, quando dicitur quo natura vergit.</i> col. 2. a.	114	<i>Indicatorii differentie quomodo reperiantur.</i> col. 1. e.	103
<i>Humorum, qui mouentur, differentia unde capiuntur.</i> col. 2. d. e. 114. quomodo mouentur praxidia. col. 1. b.	115	<i>Indicante vno genere aliud genus, species prioris generis indicabunt species posterioris.</i> col. 2. c. 31. & col. 1. d.	33
<i>Humorum tres cum sint differentia, qui affectum faciunt, aut facere possint, soli fluenti humori debetur remissio proprie diela.</i> col. 2. e.	116	<i>Indicatio sit vnius ab uno.</i> col. 1. e.	29
<i>Humoribus à capite ad pectus fluentibus, remedia cruribus adhibita nequaquam reuellant, sed potius fluxionem allicunt ad locum affectum.</i> col. 1. a. ead.		<i>contrarij à contrario.</i> col. 2. c.	29
<i>Humoris euacuandi quantitate indicantia, euacuatio nem indicant per accidens, & qua sint illa.</i> col. 2. d. 45		<i>praesentium à praesentibus.</i> col. 1. a.	30
<i>ex Humoribus, qui vacuatur, qualitate praescribit Hipp. euacuandi quantitatem.</i> col. 1. d.	140	<i>futurorum à futuris.</i> ibid.	
<i>Humida temperies solum humida requirit.</i> col. 1. b.	99	<i>praeteruorum à praeteritis.</i> ibid.	
<i>Humida temperies omnium optima.</i> c. ibid.		<i>Inedia tam internas, quam externas partes aequaliter, & insensibiliter vacuat.</i> col. 1. c.	32
<i>Humiditas excrementitia sequitur cruditatem, vel caloris imbecillitatem in senectute.</i> col. 2. d.	82	<i>Inedia calorem, & siccitatem parit.</i> col. 2. e.	39
<i>Humectantia quare febricitantibus dentur, cum febris non sit morbus siccus per se, sed calidus.</i> col. 1. a.	102	<i>Inedia, & cibi parsimonia quando iuuent concoctionem.</i> col. 1. c.	132
<i>Hydrops in omnis à frigidityate.</i> col. 2. e. & seqq.	248	<i>Inedia non est extremum remedium.</i> col. 2. b.	61
<i>Hydrops omnis non sit à frigidityate hepatis.</i> col. 1. b.	250	<i>Inedia quando adhibenda.</i> col. 1. a.	37
		<i>Inediam quam uarie praescribit Galenus.</i> col. 1. e.	57
		<i>Inflammatio cerebri deterior est delirio.</i> col. 1. e.	154

I N D E X.

Inflammationes viscerum non pariant bubones. col. 1. e. pagina 275
in Inflammationibus magnis nunquid semper sanguis mittendus vsque ad animi defectum. col. 2. d. 142. an ad coloris vsque mutationem. *ibid.*
Inflammationes internas sanguinis missione ac purgatione quomodo iusserint Hipp. & Gal. curari. col. 2. per tot. & seq. 146
Innatum quatuor modis dicitur. col. 1. b. 86
Immutare dicuntur non quae conservant, sed quae mutant. col. 1. e. 113
Interperics quacumque insignis actionem perdit. col. 8. pagina 178
Intervius causa. col. 2. b. 10
Intervalum a conualescentia differt. col. 2. c. 72
Intestinorum caro ab eorum tunica excessa, ut verè prognosticetur, diligenter distinguenda. col. 1. a. 261
Judicium. vide Crisis.
Judicium duplex. col. 1. a. 18
Judicium quomodo in aphorismo primo sumendum. col. 2. a. b. 18
Judicium pro adjudicatione sumi potest. *b.* *ibid.*
Judicatio quid significet Galeno, & eiusdem reprehensio. a. 110. *Moutanus quoque id non intellexit.* *ibid.* b.
Judicationis prima nomine quid intelligatur. col. 1. 274
non Judicatum duobus modis sumitur. col. 2. a. b. 113
Juscula a gravio pro victu tenui exhibenda. col. 2. b. 58
Juvenis, ac puer, vires calidior. col. 1. 88
Juvenes quibus rationibus videantur calidiores pueris. col. 1. d. e. *ibid.* & seq.
Juvenes quomodo calidiores Argentorio. col. 1. e. 89
Juvenes cur non ferant vinum facilius, quam senes. col. 2. d. e. 84
Juvenes ne an senes frequentius in morbos incidant. col. 1. e. 212
Juvenes in quibus morbis periclitentur. col. 2. 207
Juvenibus quomodo alvus siccescat, aut humidafiat, dum senescunt. col. 1. 2. 175. 176

L

Labor omnes tum animi, tum corporis actiones denotat. col. 1. b. 228
Labor quid significet cum dicitur à somno fieri. col. 1. c. 1
Laborare corpus quid significet. col. 2. b. 226
Laborandum non est, ubi est fames, seu alimenti inopia. col. 2. c. 171
Labor quid Galeno significet in hoc aphor. 16. secunda sect. & eius reprehensio. col. 1. d. 171
Labor pituitam expellit, bilem gignit. col. 1. a. 286
Labores consueti cur facilius ab imbecilibus exantlentur, quam non à robustioribus vera causa. col. 2. b. pagina 221
Labores morborum per senutritionem non impediunt. col. 2. e. 63
Labri peruersio in febre continua, debili existente corpore, mortem propinquam significat. col. 2. a. 273
Lacta asina ventrem in Causone aperiendum iubet Hippocr. col. 2. c. 146
Lachryma voluntaria, aut non voluntaria, quomodo fiant. col. 2. a. 274
Lachryma involuntaria in quibus morbis periculum significent. *b.* *ibid.*
Lapis in renibus aut vesica, vide Calculus.
Lassitudo est affectus, qui exercitationes sanorum, aut latentes morbi causas sequitur, qui symptomati resistit. col. 2. c. 156
Lassitudo quid. col. 2. a. 156
Lassitudo an sit symptoma. col. 1. b. 159
Lassitudo ipsa, qui in neutro statu sunt, accidit. col. 2. b. 156
Lassitudo quomodo futuros morbos praenunciet. col. 1. c. 159

Lassitudinis differentia: alia Motoria, Spontanea alia. col. 2. c. 156
Lassitudinis species sunt, ulcerosa, tensiva, & phlegmonosa. *ibid.*
Lassitudinis cuiusque generis causa. col. 1. a. 157
Lassitudinis Ulcerosa causa: materiales, efficientes, locus, proprietates. *ibid.* & seq.
Lassitudo Ulcerosa potest fieri circa cruditatem in corporibus boni succi. col. 2. b. c. 157
Lassitudinis Tensiva Motoria causa efficiens, & locus. col. 1. b. 158
Lassitudinis Tensiva Spontanea causa est humor superfluus, aut vapor, locus, vena. *ibid.* e.
Lassitudinis tensiva signa. col. 1. a. 158
Lassitudinis Phlegmonosa causa. col. 2. c. 158
Lassitudinis ossa causa. c. d. *ibid.*
Lassitudo Spontanea potest ne esse signum futuri morbi. col. 1. a. b. 159
Lassitudo omnis spontanea vel à mala qualitate, vel à nimia quantitate, vel ab utraque fieri solet. d. *ibid.*
Lassitudo motoria cur morbi non sit praenuncia. e. *ibid.*
Lassitudines quae conualescentibus accidunt quid praemonstrent. col. 2. c. 263
de Lassitudinibus quae antecedunt in partibus morbos, an ibi praesagiant abscessus. col. 1. d. 264
Lassitudo in febribus quibus accidat. col. 1. e. 268
Lassitudo quibus contingit in febribus, corripuntur abscessibus in artibus, & circa maxillas. col. 2. b. 263
Lenor circa dentes in febribus quid notet. col. 2. c. 277
Lenor ille quas habeat causas. d. *ibid.*
Lien recipit humorem melancholicum post concoctionem. col. 1. e. 135
Lien non nutritur humore melancholico. col. 1. e. 256
in Lienteria quis locus affectus. col. 1. e. 250
Lienteria qua causa. col. 2. d. 250
Lienteria quo tempore potissimum fiant. col. 2. b. 250
Lienteria à quibus remedijs tollantur. col. 2. e. 250
Limonis tiam vim incidendi, & aperiendi habent, ut calculos renum frangere dicantur. col. 2. b. 101
Lingua nigra, dura, & aspera signum magna interna inflammationis. col. 1. c. 273
Loca conferentia qua. col. 2. b. 114
Longitudo morbi cur sequatur in febre non omnino lenis, quando corpus non minuitur. col. 1. c. 199
Lues Venerea ex India est. col. 2. d. 208. *in ea regione non plus afficit homines, quam nos hic scabies.* *ibid.*
Lues Venerea laborantes per cutem evacuandi. col. 1. d. 114
Lumborum nomine qua intelligantur, & unde eorum dolor. col. 1. d. 255
Lumborum dolor an solvatur per alui humectationem, per staturum eruptionem, aut per copiam urinae. col. 2. pagina 285
Luna à Solis recessu omnes mutationes recipit. col. b. 186
Luna vires quae & quales. *ibid.*
Luna motus inordinati sunt. col. 2. b. c. 182
Luna, & Solis coniunctiones, aut varij eorum inter se aspectus non sunt auctores crismum. col. 2. a. 186
Luna non facit statum tempus mensurorum. col. 2. d. e. 186. *neque accessiones Epilepticas* *ibid.*

M

Magnus quot modis dicatur esse morbus. col. 2. c. 48
Magni morbi quot modis cognoscantur. col. 2. d. 68
Magnitudo morborum & symptomatum ex magnitudine causa metienda. col. 1. d. 154
ad Magnitudinem morbi pertinet aphor. septimus, ad tempus vero, in quo maxime riget, octavus. col. 2. d. 64
Magnitudo morbi non indicat sanguinis missionem. col. 1. c. 34. *varij respondendi, & effugiendi modi praecipiuntur, & interceptantur.* col. 2. a. 34

I N D E X.

<i>Magnitudo pro longitudine corporis sumpta.</i> col. 1. e. 236.	
<i>Magnitudo humoris de cora quo.</i> col. 2. a.	236
<i>Magnitudo corporis cur semibus inutilis; inuenibus vero decora. b.</i>	ibid.
<i>Malatia uide Fames.</i>	
<i>Maligna febres causa leuis calore, si sanguis mittatur, hominem uigilant.</i> col. 2. e.	33
<i>Malum, & Periculosum non idem.</i> col. 1. e.	233
<i>Mala que sunt natura sua, semper ledunt; non tamen qua natura bona sunt semper inueniunt.</i> col. 1. b.	229
<i>Mala, que dicantur prater rationem euenire sunt a causis inueniuntibus.</i> col. 2. a.	197
<i>Manardi sententia de Syrupis reprehenditur.</i> col. 2. d. pagina	131
<i>Manardus labitur in distinctione concoctionis.</i> col. 2. d. pagina	125
<i>Mama minor a maiori soluitur.</i> col. 2. d.	181
<i>Materia non appetu successione formaturum.</i> col. 1. b. 11	
<i>Materia nostra quomodo fragilis.</i> col. 2. a.	11
<i>Maturatio quid.</i> col. 1. d.	110
<i>Mature scunt omnia cum partes sicca beneficio coloris miscetur humidis.</i> col. 1. e.	125
<i>Medici quales esse debeant.</i> col. 2. b.	19
<i>Medicine Professor pecunia mercenarius non sit.</i> col. 1. a. pagina	19
<i>Medici prudentiores quanto prestantiores finalijs.</i> col. 2. a. pagina	68
<i>Medici audaces reprimuntur, & superstitiosi taxantur.</i> col. 1. b.	212
<i>Medicus qua prestare debeat.</i> col. 1. e.	18
<i>Medicus tentare non debet, quod natura prestare potest.</i> col. 1. c.	31
<i>Medicus cito, tuto, & iucunde agere debet.</i> col. 2. d. pagina	122
<i>Medici importunitate a gri a Ratione non recedat.</i> col. 2. c. pagina	234
<i>Medicorum vulgarium medendi ratio depingitur.</i> col. 1. c. pagina	148
<i>Medicina nomen proprie sumptum cui conuenit.</i> col. 1. a. pagina	15
<i>Medicina finis, ac scopus sanitas.</i> col. 2. c.	27
<i>Medicamenta nature inimica.</i> col. 2. e.	112
<i>Medicamenta sola, non uero cibi habent vim irritandi.</i> col. 1. e.	113
<i>Medicamenta malo odore preedita a medendi usu seruanda.</i> col. 2. d.	145
<i>Medicamenta an possunt exhiberi in accessionis die, aut in ipsa accessione.</i> col. 2. e.	73
<i>Medicamenta ex pharmacopolijs, uel aliunde accepta quot modis uisita, & periculi plena.</i> col. 1. b.	18
<i>Mediocritas in uictu an semper obseruanda.</i> col. 1. b. c. pagina	156
<i>Mel calidum est & siccum, saccarum calidum, & humidum.</i> col. 2. b. c.	101
<i>Melancholici quales.</i> col. 1. b.	40
<i>Melancholici cur sapius purgandi.</i> col. 1. d.	247
<i>Melancholicis cur per inferiora purgandi. ibid. qua seruanda per superiora euacuandos.</i> col. 2. a.	247
<i>Melancholia non est delirium, sed tristis imaginatio factulans imaginatricis.</i> col. 1. e.	151
<i>Melancholicus humor frigidus, siccus, niger, crassus.</i> col. 2. d.	21
<i>Melancholici humoris sapor.</i> col. 1. e. d.	257
<i>Melancholicus humor fame in excitas.</i> col. 2. e.	178
<i>Melancholicus humor a liene, Urina a renibus, Bilis a vesica hepatis annexa post concoctionem recipitur.</i> col. 1. e. pagina	135
<i>Melancholicus humor quas faciat deiectiones, quomodo bona, mala, quando.</i> col. 1. a.	256
<i>Melancholici humoris tria genera.</i> col. 2. d.	246
<i>Melancholicus humor naturalis ex quo gignatur.</i> col. 2. d. pagina	246
<i>Melancholicus humor, qui neque est omnino secundum naturam, neque omnino contra, unde gignatur.</i> col. 1. a.	247
<i>Memoria qua dicatur esse debilis, deprauata, aut irrisita.</i> col. 2. e.	150
<i>Memoria perditur a nimia cerebri humiditate, aut irrisita facultate.</i> col. 2. a.	152
<i>Mens quomodo agrotare dicatur.</i> col. 2. e.	161
<i>Mentis uitia Latins nominibus donata.</i> col. 2.	151
<i>Mente constare quid, & quid significet.</i> col. 2. a.	205
<i>Menstrua dum patitur mulier, si febre uehementiore corripiatur, eodem tempore uena in cubito secta est euacuanda.</i> col. 1. b.	231
<i>Merenda sententia de sanguinis missionis indicante refutatur.</i> col. 1. a.	35
<i>Mesenterium non potest per intestina eici contra Cardan.</i> col. 1. b.	261
<i>Michael Villanouanus, qui & Sernetus, Geneue combusit.</i> col. 2. d.	137
<i>Minoratiua in quibuscunque peracutis laudantur.</i> col. 2. e.	247
<i>Modus natura mediocritas est.</i> col. 2. e.	155
<i>Modus nullus ei statuitur, quod omnino tollitur.</i> col. 2. a. pagina	108
<i>Montanus scopum secundi Aphor. prima secti. non attigit.</i> col. 1. b.	21
<i>Montanus errat, dum senes ob densitatem subiecti febribus uehementioribus fecit obnoxios.</i> col. 1. a.	88
<i>Montanus de calido innato grauiter accensitur, & caligans adeo in luce literarum excusari non potest.</i> col. 1. d.	88
<i>Montanus inepte ridet Galenum somni hyemalis longitatem in nocturnam prolixitatem referentem.</i> col. 2. c.	94
<i>Montanus errat in aphorismo septimo prima sectionis explanando.</i> col. 1. c.	62
<i>Montani contradictio.</i> col. 2.	6
<i>Montani opinio absurda de aphorismo decimo tertio prima.</i> col. 1. e.	79
<i>Montani sententia de atatibus improbat.</i> col. 1. b. pagina	82
<i>Montani sententia de arte reprehenditur.</i> col. 2. a. pagina	15
<i>Morbis, morbi causa, & symptoma complectuntur omnia prater naturam.</i> col. 1. c.	110
<i>Morbi nomen Hippocrati complectitur quandoque etiam causas, & symptomata.</i> col. 1. d. 206. & col. 2.	208
<i>Morbi nomine etiam illius causa in nono aphorismo intelliguntur.</i> col. 2. c.	68
<i>Morbis quid significet in aphorismo duodecimo prima.</i> col. 1. e.	75
<i>in Morbis non reponitur quatuor gradus, ut sit in re medijs.</i> col. 2. d.	180
<i>Morbis nature congruere quid sit.</i> col. 2. c.	206
<i>Morbis Cause, uide Cause.</i>	
<i>Morbis symptomata, uide symptomata.</i>	
<i>Morbis diuisio.</i> col. 2. d.	
<i>Morbi qui ex uisita humorum qualitate nascuntur.</i> col. 1. d.	54
<i>Morbi constitutio quid.</i> col. 1. c.	22
<i>Morbis constitutio quomodo cognoscatur ex eorumdem causis.</i> col. 1. a.	75
<i>Morbi qui longi, aut breues dicendi.</i> col. 1. d. e.	76
<i>Morbi ad mortem usque comites qui.</i> col. 2. c.	155
<i>Morbos que longiores, que breuiore faciant.</i> col. 1. d. e. pagina	212
<i>Morbis quot modis magnus dicatur.</i> col. 2.	189
<i>Morbis vnus dicitur maior alio tribus modis.</i> col. 2. c. 64	33
	Motus

I N D E X.

Motus magnus cum duobus modis dicatur, quomodo accipiendus in aphorismo sexto libri primi. col. 1. b. pagina	61	dum est. col. 2. c.	100
Morbus extremus quis Galeno. col. 1. a.	61	morbus quilibet non indicat victum. col. 1. a.	54
morbi extremi sunt, qui maximi, vehementissimi, & acutissimi sunt. col. 1. d.	61	morbus nullus victum indicat. col. 1. a.	103
morbi vehementiores gignuntur ex multitudine humorum, quam ex eorundem prava qualitate. col. 1. d. pagina	159	morbi qui concoctionem alimenti impediunt. colum. 1. c. pagina	54
morbus acutus quis. col. 2. b.	53	morbi longi, & acuti solum cur Hippocr. meminerit in instituendo victu. col. 2. a.	55
morbi acuti qui, & cur tales dicantur. col. 1. a.	174	in morbis acutis minus nutriendum, quam vires postulant. col. 1. a.	56
morbi acuti unde oriuntur. ibid. b.		morbis tanto plenior victus convenit, quanto magis ab extremo recedunt. col. 1. d.	64
morbus acutus ut primum innadit, extremos habet labores. col. 1. c.	63	in morbis peracutis cur tenuissimo cibo sit viendum. col. 2. c.	63
morbus acutus omnis habet conimictam febrem. col. 1. a. pag.	64	morbis acutis quibus non conveniat tenuis victus. col. 2. e. pagina	57
morbum acutum qui per illius terminum definit, principium petis. col. 1. c.	182	in morbis longis an viendum victu conservante. col. 1. e. pagina	56
morbus acutus quomodo melius definiatur. ibid.		morborum in acutorum principio an sit purgandum, etiam si materia non turgat, Galeni sententia, & eorum, qui eum sequuntur. col. 1. & 143. solentur eorum argumenta, qui in principio nullo modo purgandum sustinent. col. 1. a.	144
morborum acutorum divisio. col. 2. e.	54	morbi valde acuti (ut tales) per se exigunt purgationem, sine cum febre, sine absque ea incidant. col. 2. c. pag.	247
morborum peracutorum divisio. col. 1. b.	55	morbi quidam sunt, in quibus nulla temporis ratio habetur, ut fiat enacuatio. col. 2. d.	200
morbi simpliciter acuti, quatuordecim dierum spatium finiuntur. col. 1. e.	182	morbi acuti non indigent humorum extenuatione. col. 2. c. pagina	148
morbi acuti quomodo dicantur decimo quarto die solvi per oppositionem Luna. col. 2. b.	182	mors non est separatio animae de corpore. col. 1. a.	9
morbi acuti cur decimo quarto finiantur die, ratio nulla reddi potest. col. 2. d.	182	mors immediata causa est dissolutio unionis animae cum corpore. col. 1. a.	10
morbi tempora, vel aetates quomodo dicantur. col. 1. a. pagina	65	mors naturalis qualis. col. 1. e.	11
morbi tempus & pars idem sunt. ibid. vide Tempora. Principium, & c.		mors naturalis unde nascatur. col. 1. b. 13. & col. 1. d.	14
morbi non omnes habent coctiones & cruditates. col. 1. d. pagina	65	mors su, si deficiat calor insuens. col. 1. d.	13
morbus an sit melior in statu. col. 1. e.	201	mors cuius humoris defectu nobis contingat. col. 2. e.	13
an morbi qui cum natura, & temperie congruunt, minus sint periculosi. col. 1. c.	207	mors quae violenta. col. 2. e.	13
morbus qui maior est, & à maiore causa, semper periculosior. col. 2. a.	207	mors violenta causa. col. 1. e.	11
an morbus, qui cum aetate congruit, minus habeat periculi. col. 2. a.	ead.	mors repentina cur accidat, si quis frequenter, sine causa manifesta exoluatur. col. 2. d.	215
an morbi qui temporis consentanei sunt, magis periculo vacent. col. 1. b.	208	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morborum acutorum praedictiones, quae salutem aut mortem praesagunt, cur incerta sint; disputatio cum Galeno. col. 1. b.	174	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbi longi quoque habent praedictiones incertas. col. 2. a. pagina	174	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbi omnes quantum excedentes gradum sunt lethales. col. 2. e. pag.	180	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
Morbum fore longiorem, aut breviorum qua ostendant. col. 1. b. pag.	75	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbi aetatis quomodo alijs breviores esse dicantur. col. 1. d. pagina	191	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbi cur longitudo significetur, quoties totum corpus subito mutatur ex calore in frigus, aut contra, aut subitas colorem patitur mutationes. col. 1. a. b.	269	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbus quot modis deficiat, & hebetescat. colum. 1. d. pagina	70	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbi solutio & perturbatio non sunt crises. colum. 2. d. pagina	183	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbi qui per crisin indicentur. col. 2. b.	112	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbus, qui per crisin finitur duo habet. col. 2. d.	112	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morborum in morbo metastasis. col. 2. c. d.	114	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbum unum supervenire alijs, est eius secundo loco fieri. col. 2. d.	194	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
in morbis relicta qua sunt recidivas facientia. colum. 2. b. pagina	168	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbus extremis an extrema remedia sint adhibenda ut paria paribus respondeant. col. 2. d.	61	motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226
morbo contempto plerumque contra causas eius pugnan-		motus nomen complectitur & voluntarios, & naturales, & mentis motus. col. 2. a.	226

I N D E X.

Mutationes repentinas facillè ferunt corpora molliora; non verò duriora, seniorave. col. 1. e. 106
Mutationes repentine quare damnanda. col. 2. b. p. 233.
& col. 1. a. 234
Myrobalani non conveniunt purgandis dysenteria correptis. col. 2. e. 258

N

Natura quid significet, dum morbus ei dicitur congruere. col. 2. a. 206
 Naturam aliquo vergere quid significet. col. 2. e. 113
 Natura per artem, & consuetudinem non discit bene agere. col. 2. a. 229
 Natura non gaudet consuetis magis, quam insuetis alimentis. col. 1. e. 230
 Natura optima quantum appetit, tantum concoquit. col. 1. c. 109
 Natura modus mediocritatis est. col. 2. c. 155
 Naturam cuius ignoramus, eius signa tradere non possumus. col. 2. a. 195
 Natura est morborum medicatrix; Medicus eius minister. col. 2. e. 112
 Natura quando sit totum permittendum, quando non nobis saltem victum congruentem instituentibus. docet Hipp. in aphor. 20. primi lib. col. 2. a. 110
 Natura sola concoctione, & evacuatione malis resistit. col. 2. c. 196
 Natura concoctioni non multum vacat in principio. col. 1. a. 248
 Natura cur non evacuet sanguinem in principio febrium col. 1. a. 38
 Natura non debet expellere, nisi sua excrementa. col. 1. e. pag. 37
 Natura cum concoquit nequit expellere. col. 1. a. 39
 Natura nullam vtilem facit vacationem, nisi collo huiusmore. col. 1. c. 37
 Natura, nisi irritata, non expellat. col. 1. d. 242
 Natura, & Medicus an evacuent similes humores, & quando id fiat, & quando non. col. 2. b. 36
 Natura cur in acutissimis una actione, in longioribus pluribus ad quod mimicum est expellit. col. 1. d. 38
 Natura consensum est conservandum; contrarium permittendum. col. 2. b. 97
 Natura quae contraria sunt, auferenda non consuetis. col. 1. a. b. 231
 Natura subtilis & vehementes non patitur mutationes. col. 2. c. 99
 Natura dissolvitur ab immodicis evacuationibus. col. 2. c. pag. 141
 Naturale, aut prae-naturale quomodo aliquid dicatur esse. col. 1. d. 24
 Naturalis constitutio, & dispositio corporis requiritur, ut lapsus in aliqua nostri parte generetur. col. 1. e. 288
 Nervorum contractiones, vide Convulsiones.
 Nivium, & multum differunt. col. 1. e. 232
 Nix refrigerat, & humidat. col. 2. d. 96
 Nox amecedens accessionem cur gravior esse soleat, quam quae sequitur. col. 2. d. 169
 Nubecula urinae si est pituita, ut hypostasis. col. 1. c. 78
 Nubecula in urina natans crudelitatem, subsidens concoctionem materia significat. col. 2. d. 283
 Nubecula rubra in urina quomodo fiat, & quid portendat. col. 2. d. e. 283
 Nutrimentum quid, & quot eius species. col. 2. a. 26
 Nutrimenti differentia unde scienda. col. 2. b. 48
 Nutrimentum actum dissimile, potentia simile est ei, quod alitur. col. 2. b. 26
 Nutrimentum cur necessarium. columna 1. b. pagina 27

Nutritio quicquam non est commodius vel ad sanitatem tuendam, vel ad morbos prostrigandos. colum. 1. e. pagina 47
Nutritio octo scopi. col. 1. c. 48
Nutrimenti tria genera. col. 1. d. 48
Nutritum an augere possit corpus aut vires. col. 1. c. pag. 56
Nutritio quare continua esse nequeat. col. 1. d. 14
Nutritum plurimum quid. col. 1. d. 87
Nutrire plurimum quae dicantur. col. 1. e. 168
Nutrientia plurimum, crassa sunt omnia, ac viscida. col. 2. b. 50
Nutritum copiosius an offendant impura corpora. col. 1. a. & seqq. 166. vide Alimentum, Cibus, Potus.
Nutritum aliqua citò tum ratione materiae, ex qua constant, tum ratione causae efficientis. col. 1. a. 173
Nutrientia multum, & citò quae. c. *ibid.*
Nutritum velociter, & statim, quorum excretiones sunt veloces. col. 2. b. 172
Nutrire univèrsim, seu confertim quid. col. 2. e. p. 172. quid tardè, & paulatim. *ibid.*
Nutrire celeriter, & confertim differunt. col. 1. c. 173
Nutritio celeris spectat tempus assumptionis usque ad principium nutritionis, Conferunt verò principium, & finem nutritionis comprehendit. col. 1. a. 173
Nutritio celeres cur sequantur celeres excretiones. col. 2. a. 173
Nutritum citò, qui, qui statim à cibo se roborari sentiunt. col. 2. d. 173
Nutritio cum à sola concoctrice facultate indicetur, quare Hipp. voluerit indicationem esse sumendam à multis. col. 1. e. 53

O

Obesi & Graciles inter se conferuntur quoad duntaxat nitentiam. col. 2. a. 220
 ad Oblata bene se habere quid sit, & quid praenunciet. col. 1. d. 205
 Obstructio meatuum si humorum copia, aut eorumdem crassitie & lentore. col. 1. e. 165
 Obstructiones urinam causantes aquosam. col. 1. b. 285
 Occasus duo significat. col. 1. b. 16
 Occasus quid. col. 1. c. 16
 Occasus duplex. col. 2. a. 16
 Occasus univèrsalis quid. *ibid.*
 Occasus particularis. b. *ibid.*
 Occasus quantitate, & qualitate remedium an continetur. ead. col. c. *ead. pag.*
 Occasus agendi cum univèrsalis, tum particularis quomodo comparetur. col. 1. a. 17
 Occasus univèrsalis, & particularis quandoque coincidunt. col. 2. d. 17
 Occasus cur momentanea. col. 2. a. 17
 Occasus non est momentanea in omnibus. col. 2. c. 17
 Occasus in quibus morbis sit momentanea. *ibid.*
 Odores nutritum contra sent. Arist. col. 2. e. 167
 Odores quomodo nutriant. col. 1. b. 165
 Odor solus, aut potus nutrire non potest; cibus autem potest. *ibid.*
 Odores citius quam potus, & hic, quam cibus nutrit. d. *ibidem.*
 Olera iis, qui gravi febre iactantur, sine incommodo proponi possunt, quemadmodum lactuca, beta, spinachia. col. 2. c. 58
 Oleum coarctat, non elixatur. col. 1. e. 130
 Oleum, & insculum pinguis alium subducunt. col. 2. c. pagina 165
 de Oppositione qua in Renuisione requiritur. colum. 2. e. & seq. 118

I N D E X.

<i>Oribasius notatur. col. 1. d.</i>	189	<i>tura alterari. column. 2. a. pag.</i>	46
<i>Oribasii sententia de primo Aphorismo refellitur. col. 1. d. pag.</i>	8	<i>Puuliosi quales. col. 1. b.</i>	40
<i>Oribasii error de iudicio. col. 1. e.</i>	18	<i>Planctus quilibet quid efficere in corpore humano dicatur col. 1. c.</i>	81
P			
P <i>Algebra peruersio in febre continua, debili existente corpore, mortem propinquam significat. col. 2. a. pagina</i>	273	<i>Planctus cuiuslibet quod tempus aetatis tribuatur. ibidem. paulo post. & col. seq.</i>	161
<i>Palpitationis causa, & malitia in febris. column. 1. b. pagina</i>	281	<i>Platonis sententia de dolore refellitur. columna 1. d. e. pagina</i>	161
<i>Pandicatio. Inaequalitas. Ulcerosus sensus, Horror, Rigor per magis, & minus differunt. col. 1. a.</i>	158	<i>Plenitudo una est Galeno ad vires, altera ad aasa. col. 2. d. pag.</i>	29
<i>Parotides quando expectanda in febris. column. 2. c. pagina</i>	263	<i>Plenitudo triplex contra Galenum, scilicet ad Viros ad Vasa, secundum proportionem. col. 1. b.</i>	30
<i>Pars similis nihil est, quod in corpore non vivit, naturalibusque facultatibus non est pradium. col. 2. d. pagina</i>	210	<i>Plenitudo an sola indicet Euacuationem. column. 2. d. pagina</i>	29
<i>Pariet quare caleant, aut frigeant. column. 2. d. pagina</i>	268	<i>Plenitudo sola si indicat euacuationem in cacochymia purgandum non esset. col. 1. b.</i>	30
<i>Pariet illa, quae sudant, non indicanda sunt laborare morbo. col. 1. 2.</i>	268	<i>Plenitudo si indicat euacuationem, cur cum pituita bona abundat non purgamus. col. 1. c.</i>	30
<i>Passiones quae col. 1. b.</i>	180	<i>Plenitudo quando in corpore existere dicenda. column. 1. c. pag.</i>	30
<i>Pastatum fieri quid. col. 2. a.</i>	232	<i>Plenitudo nulla est in humorum profusio in vulneratis, aut contusis, & tamen euacuamus, & cur hoc fiat. column. 2. b.</i>	30
<i>Pauores in somno unde fiant. col. 2. b. in febris remanent etiam post somnum, quod spiritus corruptantur, & facultas obpnedinem melancholice humoris, c. ibid.</i>	281	<i>Plenitudo indicat sanguinis missionem non quavis, sed in qua omnes humores abundant. col. 1. d.</i>	35
<i>Pepones iis, qui graui febre intantur, siue incommodo proponi possunt. col. 2. c.</i>	58	<i>Pleuriticis toties victum Galenus mutat, quoties de iis agit. col. 1. d.</i>	57
<i>Pepones crudi calidis morbis laborantibus viles, si appetuntur. col. 2. d.</i>	58	<i>Pleuriticis vena oppositi brachij secta tardam, imò nullam cur ferat opem. col. 1. a. p. 116. cur etiam noceat in cruribus apertis.</i>	ibid.
<i>Periclitari quid sit in morbis. col. 1. e.</i>	206	<i>Pleuriticis superiore pectoris parte affectis cur venam in cubito secuerit Hipp. veram non reddat rationem Curtius. col. 1. b.</i>	121
<i>Periculosum, & malum diuersa sunt. col. 1. e.</i>	233	<i>Pleuriticis quare purgandi, si descendat dolor, ac quando, & quibus. col. 2. a. & seqq.</i>	146
<i>Periculosum omne graue, licet non contra. col. 1. d.</i>	58	<i>Pleuriticis quando latus aperendum, & incidendum. column. 2. c. d.</i>	120
<i>Perturbatio, & Morbi solutio non sunt crises. column. 2. d. pagina</i>	133	<i>Podagra generationis modus. col. 2. d.</i>	213
<i>Philosophia necessaria in republica. col. 1. a.</i>	1	<i>Poma cocta, cruda iis, qui graui torquentur febre, concedi possunt absq; noxa. col. 2. c.</i>	58
<i>Phthisis quandoq; significat puris spiritum, non praegressa reiectio sanguinis...</i>		<i>Potus quid significet in aphorismo undecimo secundi. column. 2. d.</i>	166
<i>Phymata seu tubercula quid significent. col. 2. d.</i>	170	<i>Potus an cuius nutriat, quam cibis. col. 1. d.</i>	167
<i>Pica, vide Fames.</i>		<i>Potus absq; cibo nequit nutrire. col. 1. b.</i>	168
<i>Pilos multos cum vrina mixti Hispanus. column. 2. a. pagina</i>	286	<i>in Prandione, an vero in Cena plus edendum. col. 1. d. pagina</i>	96
<i>Pinguet, & corpulenti sunt homines in aetate inclinate, & quare. col. 2. b. c.</i>	82	<i>Pracepta de rebus plane notis non sunt tradenda. col. 2. b. pagina</i>	154
<i>Pisces non praebent victum conseruantem. col. 2. c.</i>	58	<i>Pracordiorum inflatio raro descendit ad lumbos. col. 2. a. pagina</i>	285
<i>Pituita frigida, humida, alba, viscida. col. 2. d.</i>	21	<i>Pradiciones non sunt minus incerte in morbis longis, quam acutis. col. 2. d.</i>	174
<i>Pituita quae in sanguinem vertitur. col. 1. e.</i>	84	<i>Pradicendi ratio vera unde sumi debeat. c. d. e. ibid.</i>	ibid.
<i>Pituita pura in sanguinem mutari non potest. col. 1. a. pagina</i>	131	<i>Pregnantes quibus medicamentis purganda. col. 1. c. 238 vide Graue.</i>	238
<i>Pituita an exciet appetitum. col. 1. a.</i>	84	<i>quid sit cum Praemeditatione facere. col. 2. c.</i>	148
<i>Pituita differentia, quae efficiant urinarum differentias. col. 1. a.</i>	285	<i>Praeseruatio causis, & morbis qui adhuc sunt, curatio morbis iam factis debetur. col. 1. d.</i>	180
<i>Pituita sola potest lapidis esse materia. col. 2.</i>	287	<i>Praeseruatio non accommodatur ad causas constituentes sed ad efficientes. col. 2. a.</i>	180
<i>Pituita non est coquenda ante euacuationem, qua debet fieri per medicamenta purgantia. col. 2. a.</i>	133	<i>Praesidia Medica semper aliqua mali afferunt. col. 1. d. pag.</i>	31
<i>Pituita qua cum sanguine sit, & in eo manet non est purganda. col. 2. c.</i>	133	<i>Principium morbi quid. col. 1. c.</i>	65
<i>Pituita si concoqueretur, resulerent ex ea duo excrementa, vnum crassius, tenuius aliud. col. 2. c.</i>	133	<i>Principium morbi est, cum humor est crudus. col. 1. d. 138</i>	138
<i>Pituita nec sola, nec cum alijs humoribus mista concoctionem desiderat ut euacuetur. col. 1. b.</i>	134	<i>Principium morbi tribus modis dicitur. col. 1. b.</i>	77
<i>Pituita quo modo concoqui dicenda sit. col. 1. c.</i>	134	<i>in Principio morbi nullus perire potest. col. 2. e.</i>	65
<i>Pituita nuda quo modo emendetur. col. 1. d. e.</i>	134	<i>Principio, & Augmento morbi an eodem victu sit utendum. col. 1. b.</i>	71
<i>Pituita viscida per assationem incrassata extenuatur refrigerantibus, humectantibus, incidentibus, abstergentibus. col. 1. d.</i>	165	<i>in Principio morbi non omnibus euacuantibus utendum. col. 1. e.</i>	200
<i>Pituita est ianum vacuandum, quantum nequit a na-</i>			Prin-

I N D E X.

Principio si quid mouendum, motu, quomodo intelligendum. col. 1. e.	136	alia cause. c. pagina	ibidem.
Principio morbi acuti an purgare liceat, non surgente materia disputatio pag. 143. usq; ad 149.		Purgandum nunquam in statu morbi. colum. 1. b. pagina	201
Principio mouendum in statu quiescendum explicatur. col. 1. per tot. 201. de quibus morbis intelligendum. colum. 2. e.	203	Purgationes laudabiles, vel excedentes quomodo conielemur ex suis. col. 2. e.	254
Pisana in variis morbis nunc prohibetur, nunc conceditur. col. 1. b. d.	57	in Purgationibus maior error infra modum consistere, quam paululum modum excedere. colum. 2. b. pagina	140
Pisana vires. col. 2. e.	211	Purgandum non est usque ad animi defectionem. col. 2. e. pag.	142
Puella Germanica sine cibo vixit. col. 2. a. b.	26	Purgans medicamentum auerabit humorem sibi similem, etiam inuita natura. col. 2. e.	145
Pueri non ferunt ieiunium. col. 2. a. b.	84	Purgantia non modo ut vacuantia viribus detrahunt, sed etiam natura aduersa sunt. col. 1. a.	113
Pueri cur leuius ieiunium ferre nequeant, quam iuuenes biliosi. col. 1. b.	85	Purgantia an possint praeberi in accessionis die, aut in ipsa accessione. col. 2. e. & seq.	73
Pueri mitiorem calorem, quam iuuenes habent. pagina ibidem.		Purgantia medicamenta si supra modum sumantur, vix cohiberi possunt. col. 1. a.	143
Puer, an Iuuenis calidior. col. 1. e.	88	Purgantis non satisfaciens repetitio. col. 2. e.	254
Pueri quibus rationibus videantur calidiores, quam iuuenes. col. 2. a. b. c.	ibid.	Purgantia mitissima sunt exhibenda in febrium acutarum principio. col. 1. d.	248
Pueri cur plurimum dormiant. col. 1. n.	93	Purgans in quibus exhiberi possit vna saltem hora post vena sectionem. col. 1. e.	248
Pueritia quattuor partes. col. 2. e.	80	Purgantia qua commode in pregnantibus admitti possint pro vsu, qua Hippocr. tempora cognouerunt. col. 1. c. pag.	238
Pulmo cur fluxionibus obnoxius. col. 2. a.	263	Purgantia qua, & qualia dysentericis propinanda. colum. 2. d.	258
Purgatio quid. ibid. & col. 1. d.	21	à Purgante medicamento an somnus imperandus. colum. 2. a. pag. 252. an liquor aliquis sumendus sit. b. ibidem.	
Purgatio non est remedium aduersus omnes paruas qualitates. col. 2. e.	22	Pus quid. col. 2. e.	223
Purgatio non suffinet nicem sectionis vena, nec contra. col. 2. b. ibid. & col. 1. b.	32	in Pus nihil mutatur, quod prius non putruit. col. 1. a. pagina	224
Purgatio non debetur plethorae. col. 1. d.	166	Pus non recte cineri comparatur. col. 1. b.	224
à Purgatione non est petendum auxilium, vbi omnes humores aequabiliter peccant. col. 2. e.	31	Puris differentia. col. 1. b.	224
in Purgatione qua observanda. col. 2. a.	164	Pus in quibus affectibus gignatur. col. 1. c.	224
Purgatio quo fiat modo. col. 2. b.	165	Puris causa efficiens pars similis, & instrumentum calor. col. 2. d.	224
Purgantur humores non qui educuntur, sed qui relinquuntur. col. 2. c.	21	Puris materia sanguis. col. 1. d. 224. an aliquis syncerus humor possit esse materia puris, aut aliqua substantia ab humore diuersa. col. 2. b. cad. pag.	225
Purgandi per superiora, aut inferiora qui. colum. 2. a. pagina	253	Puris finis assimilatio. col. 1. d.	225
Purgantur supra difficile crassi, tabidi, pituitosi. col. 1. c. p. 251. vide Pomius.		Pus dum gignitur, cur dolores, & febres fiunt. colum. 1. d. e. pag.	225
Purgatione superna vel inferna quanam mala indigeant. col. 1. c.	254	Pus omne acre est. col. 2. a.	225
Purgationes per inferna quare obsint partibus circa vmbilicum, & venirem extenuatis. col. 2. c. d. 209. per superna autem non adeo. e.	ibid.	in Puris generatione cur Medici includant spiritus. colum. 1. a.	225
Purgationes an difficile ferant, qui prauo cibo viuunt. col. 1. d.	210	Pus solum mingitur absq; renum, aut vesicae vlcere, cum sanguine vero non absq; eo. col. 1.	286
Purgationi tempus aptum quod. col. 1. c.	124	Pus solum cum vrina exiens quandoque renum, aut vesicae vlceris significat, ut sputo reiectum, vel in sissiphin. col. 1.	286
Purgatio sanguinis missioni praeponenda. columna 1. a. pagina	28	Putredo, Suppuratio, Concoctio, quomodo differant. colum. 1. c. p. 225. vnus ijs omnibus à natura finis propositus est. d.	ibid.
Purgationi semper praemitenda sunt extenuantia, incidentia, & vias aperientia. col. 2. d.	165	Putredo, & Corruptio substantia, non qualitatum vitia sunt. col. 1. c.	135
Purgationem in acuti morbi principio an Hippocr. solummodo concesserit surgente materia. col. 1. d. p. 146. an Galenus. col. 2.	ibid.	Putredo interna quomodo concitet Rigorem. col. 2. e. 261	
Purgare licet ante absolutam concoctionem: & tanto citius, quanto materia, qua concoquitur, pars aliqua cocta est, ut inde natura citius, & tutius liberetur. colum. 1. b. c.	136		
Purgationis indicantia adesse in principio morbi, nec contraindicantia sat habere virium. col. 2. b.	147		
Purgatio lenis in principio morbi acuti non est damnanda. col. 1. b. pag. 145. admittitur ab Oribasio, & Aetio. colum. 2. d.	147		
Purgationis in principio valde acutorum adequata ratio. col. 2. c.	247		
Purgatio in peracutis, & acutis quanto tardior, tanto deterior. col. 2. a.	248		
Purgationes optime fiunt in morbi statu. columna 2. a. pagina	136		
Purgatio non conuenit in statu, quia materia non est tunc apta ad euacuationem. columna 1. b. pag. 203.			

Q

Qualitas humoris, qui euacuatur, quantitatem euacuationis docet. col. 2. b.	141
Quantitas excrementorum, vide Excrementa.	
Quantitas euacuationis, vide Euacuatio.	
Quantitas purgationis, sanguinis missionis, vide ibid.	
Quantitas victus, vide Victus. &c.	
Quantitas substantia dissoluta, non indicat quantitatem alimenti. col. 2. b.	51

I N D E X.

<i>Quartana febres ex quo melancholico humore gignantur.</i> col. 1. b.	247
<i>Quartanarij cur reddant urinas aquosas.</i> columna 1. a. pagina	285
<i>Quartana nulla vehemens.</i> col. 1. c.	34
<i>Quartana astuta cur sint breviores naturalibus, & hec illis, qua hyemem attingunt.</i> col. 2. d.	189
<i>Quartanarum Hyemalium cur non meminerit in Aphorif. Hippocr. colum. 2. c. pag. 188. cur neque Vernalium.</i>	ibid.
<i>Quartanarijs cur vomitus imperetur.</i> columna 1. c. pagina	247
<i>Quartana laborantibus exhibendum purgans videtur in accessione.</i> col. 1. a.	74
<i>Quies quomodo concoctioni conferat.</i> col. 1. a.	137
<i>Quies non semper melius, quam motus concoctio peragitur.</i> col. 1. c.	145
<i>Quies purgationem sistit, quemadmodum motus eam auget.</i> col. 1. c.	252
<i>Quies quomodo sit remedium malorum qua ex motu sunt.</i> col. 2. d.	227

R

R atio, & Causa idem significant. col. 2. c. d.	195
secundum Rationem, aut prater rationem qua dicantur fieri. col. 1. c. d.	196
secundum Rationem sunt, qua natura efficiuntur, vel arte. col. 2. b.	196
secundum Rationem facere quid sit. col. 1. d.	234
Rationi consentaneum si quis aliquid inueniat, ac aggredatur, nisi statim pro voluntate nostra, & desiderio, euentus non succedat, tamen non est recedendum ab eo, quod ratio distat. col. 2. c.	234
Raucedo quomodo gignatur. col. 1. c.	213
Raucedo in valde senibus quomodo concoctionem non admittat. d.	ibid.
Recidiva non ad febres solas referenda. col. 2. c. qua sint qua post morbos relicta recidivas faciunt. colum. 1. a. pag.	169
Recidiva morbos ex atra bile potissimum sequuntur. colum. 1. b.	169
Recidiva qua crism sequantur.	ibid.
de Rebtitudine, qua in Reuulsione desideratur. col. 2. a. & sequen.	119
Rebtitudinem in deriuationibus obseruare non est necessarium. col. 2. d. e.	122
Regio frigida quid indicet. col. 2. d.	39
Regio calida, & sicca quid indicet.	ibid.
Reij morbi duo genera, flauum scilicet & nigrum. colum. 2.	278
Reij morbus unde col. 2.	278
vide lterus.	
Remedium quid. col. 1. a.	103
Remedia qua morbis presentibus auxilio sunt, mala sunt ad sanitatem conseruandam. col. 2. d.	227
Remedia extrema cur morbis extremis adhibenda. colum. 1. d.	61
Remedia quando non varianda. col. 2. c.	234
Remedia etiam periculosa, & molesta quandoque adhibenda. col. 1. d.	58
Renum structuram videtur ignorasse Hippocrates. columna 1.	287
Renum vlcus quomodo deprehendatur. col. 1. 2.	286
in Renibus hominis reperitur dracmentus digitum longus. col. 2.	286
Repletiones vel ad vasa, vel ad viues, vel ad proportionem. col. 2. a. § 8. vide Plenitudo.	
Repletio summa consistere non potest. col. 1. c.	43
Repletionis summa remedia. col. 2. a.	44

<i>Repletio si extrema sit, cur vacuatio extrema esse non debeat.</i> col. 2. b.	46
<i>Respirandi difficultatis differentia, & quid significant.</i> col. 2. c.	273
<i>Respirationis mala differentia, qua vsui, qua instrumentis, qua facultati accepta referenda.</i> col. 2. c.	281
<i>Respirationis interrupta in morbis qua, & quot sint causa.</i> col. 1. a. 282. & cur Hipp. nobis solum significarit, conuulsionis esse praludium.	ibid.
<i>Respiratio quomodo praeseruari possit, alijs motibus sublati.</i> col. 2. a.	216
<i>Respirandi difficultas cum delirio quid notet.</i> col. 2. d. 273	
<i>Reuulsio quid Curtio.</i> col. 1. c. 115. quid Galeno. col. 2. a. ibidem.	116
<i>Reuulsio an in contrariam partem, an potius per contrarium motum facienda.</i> col. 2. b.	115
<i>Reuulsio est attractio humoris ad contrarium motum.</i> col. 2. b.	121
<i>Reuulsio & Deriuatio differunt.</i> col. 1. d.	122
<i>Reuulsio an debeat praecedere deriuatione.</i> col. 2. a. p. 122	
<i>Reuulsions dua species.</i> col. 1. e.	116
<i>Reuellendum quid videatur Curtio.</i> col. 2. a. b. 116. reprehenditur.	ibid.
<i>Reuulsio non contra repletionem, sed contra impetu fluxus humoris adhiberi debet.</i> col. 1. c.	117
<i>Reuulsione est vtendum etiam in humoribus quiescentibus si illi aliquando fluere soleant.</i> col. 2. d.	117
<i>Reuulsio aliquando adhibetur humoribus in substantia parui receptis.</i> col. 1. a.	118
<i>in Reuulsione qua, & quot sint spectanda.</i> ibid. & seq.	
<i>Reuulsiones per partes maxime distantes, non autem per propinquas facienda.</i> col. 2. d.	118
<i>in Reuulsione ea, opposito spectanda, qua est inter partes maxime distantes, vbi fluxionis origo ignoratur.</i> colum. 1. c.	119
<i>in Reuulsione quauis non est opus obseruare omnes oppositiones.</i> col. 1. d.	119
<i>in Reuulsione facienda an semper sequendus sit motus humoris.</i> col. 2. a.	121
<i>ad Reuulsionem faciendam, an vena magna, vel parua aperiri debeat.</i> col. 1. a.	121
<i>in Reuulsione, qua fit per sanguinis missionem, an conferim, vel paulatim sanguis mittendus sit.</i> col. 1. c.	121
<i>Rhabarbarum quo febrim biliosam si remedium.</i> col. 2. a. 181	
<i>Rhabarbarum non conuenit purgandis dysentericis.</i> colum. 2. e.	258
<i>Rhabarbari iusta dosis ac secundum rationem.</i> col. 2. a. 199	
<i>Rigor, Horror, Pandiculatio, Inaequalitas, Vlcerosus sensus per magis, & minus differunt.</i> col. 1. a.	158
<i>Rigor quid, ac qua eius causa immediata.</i> colum. 2. d. pagina	261
<i>Rigorem non fieri ex materia sparsa per habitum.</i> col. 1. a. pag.	277
<i>Rigoris causa ab Hippoc. secundo de morbis allata resu- iantur.</i> col. 1. a.	272
<i>Rigoris causa mediata, mouens, principalis, est interna putredo.</i> col. 2. e. additur suppuratio interna magna, profundaque inflammationis. col. 1. b.	272
<i>Rigor in continuis quomodo fiat.</i> col. 1. a.	262
<i>Rigor superueniens quomodo soluat ardentem febrem.</i> colum. 1.	277
<i>Rigor praecedit expulsionem causa morbifica, estq; signum criseos non causa.</i> col. 1. b.	277
<i>Rigores quotidiani, uel tertiani, uel ex maioribus interuallis, non sunt febres intermittentes, sed significant solum, quod finientur.</i> col. 1.	280
<i>Rigor putredinis, & simul concoctionis est indicium, expulsionis vero haud certa est nota.</i>	ibid.
<i>Rigor in febribus continuis sexto die significat difficulte iudicium.</i> col. 2. d.	261

I N D E X.

Rigor in agro debili, ut lethalis sit, non opus est ut repetitis vicibus agrum concutiat. col. 2. b. p. 271. huius rei rationem neq; Galenum, neq; Cardanum reddere potuisse. col. 2. d. ibid. Argenterius veram causam reddidit. col. 1. b. 272

Rigor in febrilibus intermittentibus, etsi frequenter incidat, tamen non est periculosus, quia putredo lenis est ex pauca materia. col. 1. b. 272

Robor non est causa, cur exercitationes consuetae facilius ferantur. col. 2. a. 230

Robusti qui. col. 1. b. 69

S

S Alina non est materia spuma. col. 2. b. 219

Sanguine partes omnes nutrir quomodo intelligendum. col. 1. b. 27

Sanguis calidus, humidus, ruber, fluxilis. column. 2. e. pagina 21

Sanguis est frantum bilis. col. 1. d. 142

Sanguis quo modo possit degenerare in pituitam. col. 2. d. e. pag. 95

Sanguis extra venas sine corruptione haud esse potest. col. 1. b. 226

Sanguis niger quomodo fiat. col. 2. d. 255

Sanguis non est causa apoplexia. col. 2. a. 217

Sanguinem cur natura non euacuet in principio febrilium. col. 1. a. 38

Sanguinis profusum in principio morborum obest. col. 1. d. pag. 241

Sanguinis fluxus in principio morbi bonus, aliorum autem humorum non item. col. 1. c. 112

Sanguinem per partes superiores excernere non est semper malum; ut neque per inferiora, aluum, vesicam, bonum. col. 1. 260

Sanguinis per nares ad 22. libras vsq; effusio ex vulnere male conglutinato nata compesci non potuit, nisi aperto rursum vulnere. col. 2. d. 259

Sanguinis per os excretionem, qua bona, qua mala, qua ratione. col. 2. d. e. 259

Sanguinis vomiti memorabilis historia, & causa notatu digna. col. 1. a. 260

Sanguinis fluxus quos affectus gignat in abdomine. col. 1. d. pag. 261

Sanguis solus per renes atque vesicam exit absque horum ulcere, sed si cum puro prodeat, ulceris indicium est. col. 1. p. 286. & col. 1. 287

Sanguinis nigri exclusio in extenuatis, & debilitatis cur postredie mortem minuetur. col. 1. b. 258

Sanguinis missionem indicat morbi magnitudo apud Galen. col. 1. b. 33

Sanguinis euacuationem quid indicet propria Argenterii sententia. col. 2. d. 35

Sanguinis missio est remedium plethorae. column. 2. c. pagina 38

Sanguis in lenioribus morbis non est mittendus. col. 2. d. pagina 61

Sanguis per vena sectionem euacuandus debet esse maxime prius. col. 2. b. 38

Sanguis cum alienam qualitatem habet, purgatione, aut alteratione eget. col. 2. d. 38

Sanguis mittitur per se, & primo propter plenitudinem, per accidens vero propter alias causas. column. 1. a. pagina 36

Sanguinis missionem qua impediunt. col. 1. b. 36

Sanguinis missionem contraindicant vires infirmae, & puerilis aetas. col. 1. c. 33

Sanguinis missio non sufficit ad exonerandam naturam in principio morbi. col. 1. b. 146

Sanguinis per vena sectionem extractio sanguinis curat

profusum. column. 2. e. pagina 181

Sanguis omnibus mitti potest, etsi non eodem modo. column. 1. b. 36

Sanguis non resolutus, & grauidis mitti potest, citra periculum. col. 1. c. 36

Sanguis quo morbi tempore mittendus. col. 2. c. 36

Sanguis cur prius mittatur, quam medicamenta adhibeantur. col. 2. d. 35

Sanguis in inflammationibus, an semper vsq; ad animi deliquium exhauriendus. col. 2. d. 142. an vsq; ad coloris mutationem. ibid.

Sanguinis missio immoderata cur delirium pariat. column. 1. a. 153

Sanguinis nimia detractio causat apoplexiam. col. 2. c. pagina 217

Sanguinei quales. col. 1. b. 40

Sanis qualis debeat victus. col. 1. b. 56

Sani cum appetunt, edere debent. col. 1. c. 109

Sani a quibus consuetis non auellendi. col. 1. c. 231

Sani quae consueti mutare, & variare debeant. col. 2. c. ibidem.

Sanitas est perfectio ex debita moderatione, & temperamento qualitatum proueniens. col. 2. c. 180

Sanitas Medicinae scopus, seu finis. col. 2. c. 27

Sanitas in habitu. col. 2. d. 41

Sanitas ut in mediocritate consistit, ita per mediocritam conseruatur, aut amissa recuperatur. col. 2. d. 155

Sanitas an per mediocritam semper recuperetur. ibid.

Sauetas est repletio, quae fit a cibo. col. 2. c. 155

Scabies curatur a uictu refrigerante. col. 1. c. 31

Scaligeri sententia refellitur de vita. col. 1. b. 9

Scholares, seu studiosi quales esse debeant. column. 2. a. b. pag. 1

in Scholis Italicis qui auctores praelegi soleant. col. 1. b. 6

Sedimentum in urina est pituita, in sanis cocta, in agris suppurata. col. 2. b. 224

Sedimentum in urinis, puri, quod fit in inflammationibus, respondet. col. 1. d. 224

Semen, & sanguis ut dicuntur immatum calidum. col. 1. e. pag. 85

Senes facile ieiunium ferunt, si paucum alimentum appetunt. col. 1. b. 83

Senes cur facile ieiunium ferant. col. 1. c. 84

Senes non ferunt inedia. col. 2. c. 84

Senes simplici pituita non nutriuntur. col. 1. d. 84

Senibus parum immati calidi est: paucis propterea somnibus egent. col. 1. e. 87. quia a multis extinguuntur. column. 2. c. ibid.

Senes minus bene coquunt hyeme. col. 1. b. 92

Senes in quibus morbis periculo exposti. col. 2. 207

Senes qua ratione interficiantur a passionibus sibi propriis. col. 2. b. 213

Senibus febres non adeo sunt acutae, quia frigidi corpore. col. 2. d. 87

Senes a Medicis ob diuersos scopos, nunc ut frigidis, nunc ut humidis considerantur. col. 2. e. 82

Senectutis quod temperamentum. col. 2. d. 82

Sicca qualitas in nostro corpore quotidie augetur. col. 1. b. pag. 14

Sicca ut fiant humida in concoctione. col. 1. d. 131

Siccitas constringit, ac repellit. col. 1. d. 155

Siccitas quo modo causet dolorem. col. 2. c. 161

Siccitas non est causa tenuitatis urinae. col. 2. d. 284

Siccitas non est Conuulsionis causa. column. 2. b. pagina 273

Siccantia num profint in dysenterico ulcere. column. 2. e. pagina 258

Signa omnia unde sumenda sunt. col. 2. b. 74

Signa sumuntur a causis, & effectibus, & substantia, cuiusq; rei. col. 1. b. 149

I N D E X.

<i>Signa rei tradere non possumus, cuius natura nos latet.</i>	
col. 2. a.	195
<i>Signa nullam vim habent minuendi morbi, sed sola causa efficiens.</i>	col. 1. e.
	197
<i>Signorum supernumerarium alia morem morbi, alia futuram mox crisis; alia non solum signa, sed etiam causa sunt crisis.</i>	col. 2. c.
	76
<i>Simile indicat simile in his, qua conservationem postulant.</i>	col. 2. c.
	29
<i>Simile quomodo conservetur à simili.</i>	columna 2. e. pagina
	97
<i>Simile simili augetur, ac conservatur.</i>	columna 2. c. pagina
	91
<i>Similia valde concoquenti, illi assimilantur secundum substantiam, & qualitatem.</i>	col. 1. d.
	37
<i>Similia similibus offenduntur, à contrarijs inuariantur.</i>	col. 2. d.
	93
<i>Similitudo causa est attractionis, retentionis, concoctionis, dissimilitudo expulsionis.</i>	col. 2. c.
	124
<i>Similitudo in alimentis antequam coquantur non actus, sed potentia est spectanda.</i>	col. 2.
	167
<i>ob Similitudinem non ostenduntur aliquid consuetum facilius ferri, quam insuetum.</i>	col. 2. b.
	230
<i>Similitudo parentum, & filiorum in quibus consistat, & unde pronemiat.</i>	col. 2. e. 12.
	& seq.
<i>Singulis causas communes habet cum Conuulsione.</i>	col. 1. c.
	193
<i>Sitis in morbo laborantibus quomodo fiat.</i>	columna 2. e. pagina
	210
<i>Sitis celerioris, aut tardioris à purgatione causa.</i>	col. 2. d. c. pag.
	254
<i>Somnus quid.</i>	col. 2. b.
	92
<i>Somni tres species, naturalis, præter naturam, & non naturalis.</i>	
	ibid.
<i>Somnus sine refrigeratio.</i>	
	ibid.
<i>Somnum non fieri vapore cerebrum petente.</i>	col. 2. d. pagina
	92
<i>Somni causa ex sententia Argenterij propria.</i>	col. 2. c. pagina
	93
<i>Somnus & Vigilia passiones sunt totius animalis, quatenus est sensus particeps.</i>	col. b.
	149
<i>Somnum inducendi vim qua habeant.</i>	columna 1. c. pagina
	94
<i>Somnus qui dicatur modum excedere, & qui plus, vel minus dormiant.</i>	col. 2. b.
	154
<i>Somni diversi effectus tum ex parte sui, tum ex parte temperamenti, aut affectionum corporum.</i>	col. 2. a. pagina
	149
<i>Somnus quando nocet in morbis.</i>	col. 2. c.
	149
<i>Somnus in quibus morbis profuit.</i>	
	ibid.
<i>Somnus an prædicat mortem in omnibus morbis, in quibus nocet.</i>	col. 1. d.
	150
<i>Somnus quomodo nocet concoctioni.</i>	columna 1. e. pagina
	150
<i>Somnus ubi delirium sedat bonum.</i>	columna 2. c. pagina
	150
<i>Somnus si in morbo laborem facit, lethale.</i>	columna 1. c. pagina
	149
<i>Somnus nihil facit, sed calor natiuus per somnum.</i>	
	ibid.
<i>Somnus quibus modis possit delirium sedare.</i>	col. 2. d. pag.
	153
<i>Somnus non solum delirium sedare, sed etiam excitare potest.</i>	col. 1. c.
	154
<i>Somnus, & liquor à sumpto purgante an imperandus.</i>	col. 2. a. b.
	252
<i>à Somno statim quare cibum non appetamus.</i>	col. 2. a. pag.
	95
<i>Spine luxationes unde.</i>	col. 2. e.
	213
<i>Spiritus non viuunt, neque humores.</i>	columna 2. d. 210
<i>Spiritus qui ac quomodo vocentur calidum inmatum.</i>	col. 2.
	86
<i>Spiritus vnus est, non tres, illeq; in corde gignitur.</i>	col. 1. a. 215. & col. 1. b.
	217
<i>Spiritus corrupti delirium parant.</i>	columna 1. b. pagina
	153
<i>Spiritus offendens male translatus est à Leoniceno pro Respiratione interrupta.</i>	col. 1. b.
	282
<i>Sponie sanguinem mingi quid.</i>	col. 1.
	287
<i>Rarum est, vix visum.</i>	
	ibid.
<i>Sponie venientes deiectiones qua.</i>	columna 1. d. pagina
	256
<i>Spuma quid.</i>	col. 2. b.
	218
<i>Spuma materia non solum humor, sed aer cum humore mistus.</i>	ibidem. neque omnis humor, sed crassior. e. ibidem.
	ibid.
<i>Spuma stabilis ex humore est.</i>	
	ibid.
<i>Spuma causa efficiens.</i>	col. 1. e.
	219
<i>Spuma nunc, alius bulla cur fiat ex eadem materia.</i>	e. ibidem.
	ibid.
<i>Spuma cur strangulatis eneniat.</i>	columna 2. a. pagina
	ibidem.
<i>Spuma qua in strangulatis signum moris.</i>	col. 1. a. pagina
	220
<i>Sputum quid.</i>	col. 1. a.
	77
<i>Sputi differentia.</i>	
	ibid.
<i>Sputi præsentia.</i>	
	ibid.
<i>Sputum bonum, vel malum quod dicendum.</i>	col. 2. b. pagina
	272
<i>Sputi crassities nimia est inepta ad excretionem, vi eius nimia tenuitas.</i>	col. 1. b.
	125
<i>Statim tempus quattuor dierum significat.</i>	columna 2. b. pag.
	44
<i>Statum, siue Principio, tria significat.</i>	columna 1. b. pagina
	63
<i>Statim, aut Cuius aliquid fieri, quid significet.</i>	col. 1. d. pag.
	77
<i>Status morbi totus per verbum, consistere, intelligitur.</i>	col. 1. c.
	70
<i>Status morbi extenditur ad duas, aut tres ad summum accessiones.</i>	col. 1. c.
	70
<i>Status morbi eiusdem priores partes soluit.</i>	col. 2. d. pagina
	181
<i>ante Statum morbi qualis victus exhibendus.</i>	col. 2. pagina
	68
<i>ante Statum vi ager bene nutriatur coniectura à quattuor rebus petenda.</i>	col. 2. c.
	68
<i>in Statu cur tenuior victus adhibendus Galeni sententia, & consuetudo.</i>	col. 2. c. p. 66. vera causa propter quam in statu morbi tenuissimo victu sit utendum.
	col. 1. a. & sequen.
	67
<i>in Statu non semper utendum est tenuissimo victu.</i>	col. 1. e.
	67
<i>in Statu licet aliquando magis alere, quam in principio morbi.</i>	col. 2. b.
	67
<i>in Statu quiescendum, in principio mouendum, sententia, que pertinet ad febres acutas putridas.</i>	col. 1. c. pagina
	201
<i>in Statu à purgatione cur quiescendum.</i>	col. 1. c. pagina 203, quandoque tamen purgandum.
	col. 1. b. pag.
	201
<i>in Statu omnia esse fortiora, de quibus intelligendum.</i>	col. 1. d.
	201
<i>in Statu morbi sunt optima purgationes.</i>	col. 2. a. pagina
	136
<i>Stercus, & Urina gignuntur in ventriculo.</i>	col. 2. e. pagina
	26
<i>Strangulatio quid.</i>	col. 2. d.
	264
<i>Strangulati, quibus circa os spuma apparet, cur non viuunt.</i>	col. 2. e.
	219

I N D E X.

Seritio camelus ferrum & lapides concoquit, quod nullum animal facere potest. col. 2. d. 128

Subiectum scientia quod ex Arist. primo poster. c. 7. & 8. colum. 2. c. 3

Sudores quid, & quomodo significant. columna. 1. d. pagina. 79

Sudores quarum praeserant rerum indicia. colum. 1. a. pagina. 171

Sudores sunt quid praeter naturam. col. 1. e. 24

Sudores causa efficientes & materiales. columna 2. c. pagina. 269

Sudoris duplex materia. aquosus humor, & vapor crassus. colum. 1. a. 267

in Sudoribus qua consideranda. col. 1. b. 267

Sudor copiosior quid significet. col. 2. b. 269

Sudor multus calidus vel frigidus, semper fluens frigidus magis, calidus minus, significat morbum. col. 1. a. pag. 270

Sudor quo morbi tempore utilis sit. col. 2. e. 36

Sudores quo morbi tempore boni sunt, aut mali. col. 1. b. pagina. 241

Sudores in morbi principio mortem, aut morbi longitudinem significant, si morbus continuus, acutus, aut longus fuerit, col. 1. a. 79

Sudores in principio tertianae febris utiles. columna. 1. b. pagina. 79

Sudores quoto die prodire debeant ut boni sint. colum. 1. c. 269. & seq.

Sudor cum febre incipiens, aut statim erumpens malus. colum. 1. b. 276

Sudor si febricitanti supervenerit, utrum, febre non deficiente significet morbi longitudinem. columna 1. b. pagina. 276

Sudores frigidi quomodo generentur. colum. 1. a. 267. & col. 1. b. 270

Sudores frigidi ubi gignantur. col. 1. c. 267

Sudores frigidi quomodo fiant in acutis febribus. col. 1. a. pagina. 268

Sudores frigidi cur in acutis febribus lethales. ibid.

Sudor qua parte corporis est, sibi significat morbum: quomodo intelligendum, & in quibus verum sit, aut contra. col. 1. d. 268

surditas sumitur saepe pro gravi auditu. columna. 1. a. pagina. 278

surditas soluitur à biliosis deiectionibus. columna. 2. a. pagina. 261

surditas an à bile fieri possit. b. ibid.

suppuratio, Concoctio, Puroredo, quomodo differant. columna. 1. c. 225. unum & eundem sibi finem propositum habent. d. ibid.

suppuratio qualem requirat calorem. columna 2. c. pagina. 224

Symptomatum divisio. col. 1. b. 149

Symptomata morbi, an virtutem significant. columna 2. d. pagina. 53

Symptomata non omnia nascuntur a morbis. col. 1. b. 159 & col. 2. c. 210

Symptomata natura, aetati, & c. consentientia minus afferre periculi. col. a. c. 208

Symptomata morborum per se nutritionem non impediunt. col. 2. e. 63

syncope fit, cum spiritus liberum exitum non habent. colum. 1. a. 142

synpi digestini an opem ferant concoctioni. columna 2. c. pagina. 131

T

T Abidi qui proprie. col. 2. a. b. 246

Tabi qui obnoxij. ibid.

Temperies omnium bonarum actio causa, sed non eodem modo. col. 1. e. 204

Temperies humida omnium optima. col. 1. c. 99

inter Temperies naturales qua maximè mutando. ibid. d. & seqq. qua vitæ producenda, cuiusque functionibus magis aut minus apta. ibid.

Temperamentum cuique aetati quod adscribitur. col. 1. c. pagina. 82

Temperati à temperatis; intemperati ab intemperatis inuariantur. col. 2. a. b. 40

Temperamentum primo coindicat victum, secundo loco aetatis. col. 2. b. 79

Temperamenti causa, & effectus quomodo multum vel parum significant evacuandum. col. 2. e. 45

Tempora morborum minutim subdividenda, ut medendi ratio melius instituat. col. 2. b. 65

de Temporibus morbi numero quid sentiendum. col. 2. c. pagina. 65

Tempora sine partibus morbi alia vniuersalia, particularia alia. col. 1. b. 65

Tempora morbi vniuersalia quattuor. columna. 1. b. pagina. 65

Tempora particularia morbi, seu partes qua. ibid. c.

Tempora morbi singula quomodo cognoscere docuerit Galenus col. 1. c. 66. quomodo verè cognoscantur. col. ead. e. ibid.

Tenuis, Extenuans, Tenuium partium quomodo differant. col. 1. c. 49

Tenuium partium quid. ibid. d.

Tenuis est, quod facile penetrat. ibid.

Tenuis victus, vide victus.

Tenuia corpora, vide Gracilia.

Tenne facilius, crassum difficilius patitur. columna. 1. c. pagina. 125

Tenuius quod est, facilius assimilatur, quam crassum. colum. 1. e. 168

Tennes humores non sunt incrassandi ante purgationem. colum. 2. c. 165

Tertianae exquisita materia Galeno est bilis purissima extra vasa. col. 2. 277

Tertianae febre qui laborare solent, biliosi sunt. col. 2. e. pagina. 40

Tertianae qua faciles, aut difficiles. col. 2. b. 240

Tertianae febres per solos clysteres curatae. columna 2. a. pagina. 137

Thoracis inflammationibus Galenus praescribit victum roborantem. col. 1. c. 57

Tolerantia facilis qua. col. 2. c. d. 242

Tolerantia leuis non indicat quantitatem evacuationis. colum. 2. e. 139

Tormina quid sint, & à quibus causis fiant. columna 2. c. pagina. 248

Tormina ex qua materia creentur. col. 1. c. 255

tracta per vim calidiora sunt. col. 2. a. 23

Transelutendi difficultas qua curabilis, qua non. col. 1. c. pagina. 265

Tubercula, seu Phymata quid significant. columna. 2. d. pagina. 170

Tumores, aut dolores cur. post longas febres nascuntur. colum. 1. d. 271

Turgere quid Hippocrati. col. 2. per. tot. 138

non Turgere plurima cur idem pronunciarit. col. 2. a. pagina. 139

Turgentia nihil aliud habet, nisi inane nomen. columna 1. a. pagina. 248

I N D E X.

Turgentia quid aliorum duplex sententia. ibidem & sequent.
*Turgens materia facile sequitur motum medicamen-
 ti. col. z. c. d.* 241
Tussis leuis firmi extinguit. col. 1. b. 275
*Tympanites a qua causa fiat, & quid sit. colum. z. e.
 pagina* 248
*Tympanites videtur Ascitem precedere semper & gi-
 gnere.* ibid.
*Tympanites ex humore aquoso, & mucoso colum. 1. a.
 pagina* 249

V

Vacuatio, vide Euaacuatio.
Vena & Arteria quis vsus. col. 1. b. 22
*Vena ex repletionis rumpuntur, non autem ventriculus.
 col. 1. d.* 172
*Vena potius rumpuntur a spiritu quam humore.
 ibidem.*
*Vena quomodo veniant ad tantam plenitudinem, ut
 rumpantur. col. 1. c.* 44
*Vena an rumpatur in renibus. col. 1. c. 287. quomodo
 id fiat. d. ibid. que sit illa vena. e.* ibid.
*Vena sectio aequaliter enacuat totum corpus. colum. z.
 b. pag.* 44
*Vena secta sanguis fluit non per attractionem, sed per
 expulsionem. col. z. d.* 119
*Vena in morbo vehementi an secanda ante concoctio-
 nem. col. 1. d.* ead.
*Vena sectione non est videndum in summo estu aut frigo-
 re, nisi morbus praesentibus. col. z. c.* 44
*Vena sectio in febre maligna cum calore, hominem ener-
 nat, ac interficit. col. z. e.* 33
*Vena sectio purgationem debet antecedere, ubi vena ple-
 nae sunt col. 1. b.* 147
Vide sanguinis missio.
Ventris varia significationes. col. z. d. 23
*Venter in qua significatione sumatur in aphor. secundo
 primi. col. 1. a.* 24
*Venter omnem corporis cauitatem significat. colum-
 na 1. d.* 90
*Venter in Aphorif. decimo quinto primi quid signifi-
 cet. col. z. a.* 90
*Ventres quomodo hyeme calidissimi dicantur. col. z. b.
 pagina* 91
*Ventris turbatio significat magnam per eam partem ex-
 cretionem. col. 1.* 278
*Ventriculus, & venter quomodo differant. columna 2.
 d. pagina* 23
*Ventriculus vnica mutatione alimenti, quo nutritur e-
 get. col. 1. a.* 27
*Ventriculus an replevi tantum possit, ut rumpatur.
 col. 1. c.* 172
*Ventriculi frigiditatem fluxus alui non sequitur neces-
 sario col. 1. d.* 261
*Ventriculum incendium vna cum Cardigmo quid cau-
 set in febribus, & quam sit malum. col. 1. b.* 281
*Ver quodnam temperamentum habet late contra Gale-
 num ostenditur. col. z. b. & seqq. 90. & col. 1.* 91
*Ver calidum est, & humidum, & iam temperatum,
 & salubre. col. z. a.* 91
*Ver & hyems replent corpus nativo calido, sed diuersa ra-
 tione. col. 1. b.* 92
*Vere & Hyeme cur somni longissimi. columna. 2. c. pa-
 gina* 94
*Vere minus facile quam hyeme corpora cibos ferant. col-
 um. 2. d.* 107
*Vere an vomitus inducitur, vel comidetur. colum. 1. d.
 pagina* 246

Veritas sola omnes errores arguit. col. z. b. 156
*Vesica scabie laborat, quando excernuntur cum vrina
 crassa fursurea quadam. col. 1. a.* 287
*Vesica vlcus quomodo ex sanguinis simul ac puris mi-
 elione cognoscatur. col. 1.* 286
*Vermes in vrina lentis forma, & magnitudine. col. 2.
 pagina* 286
Verugines quomodo gignantur. col. 2. c. 210
Verugo non semper immediatè morbum parit. ibid.
Veruginem qui patiantur. col. 2. e. 253
*Verugo an fiat ob morsum ventriculi solum. colum. 1. a.
 pagina* 254
*Vesperis plus, quam mane homini liberè vini est eden-
 dum. col. 1. b.* 90
Victus multiplex significatio. col. 1. d. 47
*Victus nomen quomodo in Aphorismis accipitur. co-
 lum. 1. a.* 48
Victus quid. col. 1. a. 103
*Victus tenuis quis. colum. 2. a. 49. aliorum de victu te-
 nuis, & tenuissima sententia, & reprehensio. col. 2.
 c. pagina* 49
Victus tenuis tribus modis exhibetur. col. 2. e. 49
*Victus tenuis, conseruans, aut plenus simplicitate dictus
 quomodo spectandus. col. 1. a.* 50
Victus quomodo dicatur vires minuire. col. 1. c. 50
*Victus minuens vires, qua consideranda, ac fouenda es-
 sent, cur instituat a Medico.* ibid. d.
*Victum tenuem qua praestant, ac suppeditant, quot mo-
 dis fiant, ac qua ratione talis melius instituendus. co-
 lum. 1. d. e.* 50
Victus tenuis quis Celfo. col. 2. b. 50
*Victus tenuissimi nomine quid intelligendum. colum-
 na 1. a.* 64
*Victus tenuis institui potest Galeno tribus modis, &
 quam sit hac in re varius. col. 1. a. b.* 57
*Victus extremus quis, & quomodo decernendus. co-
 lum. 1. b.* 58
Victus tenuis, & exquisitus differunt. col. z. c. 50
Victus exquisitus quis. col. 2. d. e. 50
*Victus ratio an a viribus indicetur, an vero a quantitate
 eius, quod dissolutum est, disputatio. colum. 1. & 2.
 pagina* 51, 52
*Victum indicantia, contraindicantia, comidantia, cor-
 repugnantia breuiter repetitur. col. 1. c.* 74
*Victus non quantitas, sed differentia in Aphorif. quarto
 primi proponitur. col. 1. b.* 49
*Victus qualis conueniat sanis. colum. 1. b. 56. qualis e-
 gris.* ibid.
*Victus quomodo mutetur iuxta aetates varias. colum. 2.
 c. pagina* 79
*Victus quomodo variet iuxta singula anni tempora.
 col. 1. a.* 90
*in Victu quid condonandum consuetudinis. col. 1. c. 106.
 quid dandum tempore. col. 1. d.* 107
*Victus ratio qua singulis debeat affectibus, seu qua sin-
 gulis congruat corporis statibus. col. 2. a.* 57
*in Victu instituendo cur Hippocr. solius longi, & acui
 morbi meminerit. col. z. a.* 55
*Victus solius tenuis cur mentionem fecerit, praetermissis
 reliquis victus differentiis. col. 2. c.* 55
*Victus cuiuslibet acuto morbo quoniam conueniat Galeni
 sententia & eiusdem reprehensio. col. 2. c.* 56
*Victus ratio non pro statu morbi, sed pro illius magnitu-
 dine instituenda. col. 2. d.* 62
*Victus tanto plenior conceditur morbis, quanto magis
 ab extremo recedunt. col. 1. d. & seqq.* 64
*Victus qualis requiratur ante statum. col. 2. a. 68. quibus
 comedituris inueniatur.* ibid. c.
*Victus an idem praebendus in morbi principio, & in aug-
 mento. col. 1. b.* 71

I N D E X.

<i>Vitū tenuissimo in morbi statu utendum quomodo intelligendum . colum. 2. a.</i>	67	<i>Virium gratia nutrimur . col. 1. e.</i>	52
<i>in Vitū tenui quomodo a pros delinquere dicat Hippocr. ex aliorum sententia . col. 1. z. 59. ex propria sententia . colum. 1. d.</i>	60	<i>Vires indicant nutritionem, & vniuersos eius scopos . col. 2. a. pagina</i>	52
<i>Vitū tenuem non simpliciter in aphorif. quinto prima sect. damnat, nec omnino pleniori postponi . colum. 2. b. pagina</i>	60	<i>Vires quae indicant alendum, & c. sintne animales, vitales, an naturales . ibid. &</i>	seq.
<i>Vitū tenuis, & tenuissimus periculosi, & graues, non tamen semper vitandi . col. 1. d.</i>	58	<i>Vires non indicant quantitatem euacuationis . colum. 1. c. pagina</i>	45
<i>Vitū an sit in morbi principio diminuendus . & in quibus . col. 1. d. & seqq.</i>	59	<i>à Viribus non sumitur indicatio ad modum vitūs in itinendum . col. 2. d. e.</i>	102
<i>Vitū qualitas proponitur in aphor. decimo sexto lib. primi . col. 1. c.</i>	97	<i>Virium modus indicat cibandi modum . colum. 2. b. pagina</i>	108
<i>Vitū qualis humidus febricitantibus conueniat . col. 1. a. pagina</i>	101	<i>Virium modus quomodo cognoscendus . ibid. c.</i>	108
<i>Vitū frigidū in febricitantibus cur non meminerit Hippocr. vi. humidi . col. 1. a.</i>	102	<i>Vires euacuationis modum non praescribunt, sed affectus euacuatione indigens . col. 2. d.</i>	232
<i>Vitū modi nomine quid intelligendum . colum. 1. e. pagina</i>	102	<i>Virius per se, non quāstus gratia exercenda . colum. 1. b. pagina</i>	19
<i>Vitū praeibendi modum communem tam sanis, quam aegris praescribit Hippocr. in aphor. 17. prima sect. contra Galeni sententiam . col. 2. a. b.</i>	102	<i>Vita varia significationes . col. 2. a.</i>	8
<i>Vitū modus pro mutatione virium semper instituentus . col. 2. e.</i>	103	<i>Vita quid in primo Aphorismo significet . colum. 2. b. pagina</i>	8
<i>Vitū modum indagandi ratio à Galeno adhibita ut ab sarda reijcitur ac confutatur . col. 1. d. 104. vera ratio inueniendi modi, qui aegris cibandi seruari debet . col. 2. c. pagina</i>	104	<i>Vita quid sit inquiritur, & Aristotelis, Galeni, Scaligeri, Fernely Viuis sententia impugnantur . col. 2. pag. 8. & col. 1. pag.</i>	8
<i>Vitū occasionem sola vires indicant . colum. 2. e. pagina</i>	108	<i>Vita quid sit Argenterio . col. 1. d.</i>	9
<i>Vigilia quomodo fiat . col. 1. b.</i>	155	<i>Vita definitur . col. 2. a.</i>	9
<i>Vigilia morbosae, aut ex sola siccitate, aut caliditate, aut utraque iunctis fit . col. 1. c.</i>	155	<i>Vita ab Arist. diuisa in negotium, & otium . colum. 1. a. pagina</i>	1
<i>Vigilia quomodo delirium pariat . col. 1. c. d.</i>	153	<i>Vita an longa, an breuis . col. 2. c.</i>	9
<i>Vigor morbi quis . col. 2. a.</i>	65	<i>Vita longissima spatia . col. 2. d.</i>	9
<i>Vide etiam Status.</i>		<i>Vita cur non sit perpetua . col. 2. d. e. 9. & col. 2. d.</i>	13
<i>Vinum omne nutrit, sed aliud magis, aliud minus . col. 2. d. pagina</i>	166	<i>Vita causa immediata est vniō animae cū corpore, ut dissolutio mortis . col. 1. a.</i>	10
<i>Vinum quando ieiunij sumptum confert, aut nocet . col. 1. e. pagina</i>	177	<i>Vita terminus cur nō sit idem omnibus, quae sunt eiusdem speciei . col. 2. a.</i>	14
<i>Vini potio naturalem famem non sedat, sed potius conuulsionem, & deliria excitat . colum. 1. d. 177 & colum. 1. c. pagina</i>	179	<i>Vita breuioris, aut longioris causa quatuor . colum. 2. d. pagina</i>	14
<i>Vini potio conuenit Bulimia, & Canina fami . colum. 1. d. pagina</i>	179	<i>Vitium diutius, quae plurimum habent natui caloris, & humoris . col. 2. a.</i>	14
<i>Vinum facit disertos, & alacres . col. 1. c.</i>	156	<i>Vita cur breuis dicatur . col. 2. d.</i>	14
<i>Vini calidioris potio delirium gignit . colum. 1. c. pag. 153</i>	153	<i>Vita breuis artis comparata . col. 2. e.</i>	14
<i>Vini potio copiosa causat apoplexiam . colum. 2. b. pagina</i>	217	<i>vitens omne quam diu viuūt tam diu nutritur . colum. 1. c. pagina</i>	47
<i>Vinum consuetum, per sanitatem longè molestius est febricitantibus, quam aqua . col. 2. b.</i>	231	<i>vinentes sine cibo . col. 2. a. b.</i>	26
<i>Vinum in febris admodum pituitosis semper conuenit . colum. 1. c. d.</i>	132	<i>vinis sententia de vita refellitur . col. 1. d.</i>	9
<i>Vinum non esse praebendum aegris, incipientibus signis conuulsionis in febris vehementibus . ibid.</i>	132	<i>ulceris sensus in venis oriri non potest . col. 2. d.</i>	157
<i>Vinum conuenit etiam declinante febre acuta . ibid. e.</i>	132	<i>ulcerosus sensus, Pandiculatio, Inaequalitas Horror, Rorper magis, & minus differunt . col. 1. a.</i>	158
<i>Virium essentia in temperamento, structuraeque corporis posita est . col. 2. a.</i>	97	<i>ulcera quae, & quot habeant excrementa . col. 2. d.</i>	225
<i>Vires quomodo augeri, minui, aut in eodem statu permanere dicantur . col. 1. d.</i>	56	<i>ulcerandi habentia vim, crasse substantia sicut . colum. 2. b. pagina</i>	157
<i>Vires an augeri queant nutrimento . col. 1. c.</i>	56	<i>ulcerati cur tenuius cibandi . col. 1. b.</i>	54
<i>Vires prout diuerso modo sunt affectae, ita, aliā atque alia semper significant . col. 2. b.</i>	45	<i>vinum indicat tantum vnum . col. 1. c.</i>	29
<i>Vires in aegris quomodo dicantur validae . colum. 1. d. pagina</i>	69	<i>vinum semper natum est facere idem per se . col. 2. e.</i>	125
<i>Virium robur quomodo cognoscendum . col. 1. b.</i>	69	<i>vomitū spontaneus quomodo dicatur . col. 1. b.</i>	24
<i>Vires indicant, quantum nutriendum sit . col. 1. b.</i>	52	<i>vomitū spontaneus quis . ibid.</i>	24
<i>Vires virium indicant nutriendum esse, nec ne ? colum. 1. b. c. d. pag.</i>	52	<i>vomitū naturalisne, an praeter naturam . colum. 1. c. pagina</i>	24
		<i>vomitū sanguinis in quodam miris, & eius remedium . colum. 1. a.</i>	260
		<i>vomitū minus periculosus in gracilibus, quam alijs . col. 2. e. pag.</i>	245
		<i>ad vomitum faciles, qui collum habent breue . colum. 1. a. pagina</i>	246
		<i>vomitū quomodo facilis fiat . col. 1. e.</i>	39
		<i>vomitū difficilis est ijs, qui crassi, tabidi, pituitosi . col. 1. c. pagina.</i>	251
		<i>vomitū maximè nocet tabidis . col. 2. b.</i>	246
		<i>vomitū quo tempore anni vitilis . col. 2. c.</i>	243
		<i>vomitum coindicat aetas, ut contraindicat per inferna purgationem . col. 2. a.</i>	247
		<i>vomitū cruditatis vitia emendat . col. 1. d. e.</i>	243
		vomitū	

I N D E X.

vomitus quo morbi tempore utilis. columna 2. e. pagina	36	Vrina crassa quanam, & quas causas habeant. columna	282
vomitus in principio febrium confert, alui fluxus nocet. columna 2. d.	37	z. d. pag.	282
vomitus vomitus, & alui fluxus fluxui medetur: sic pro fluxibus sanguinis icterica sectio curat. col. 2. e.	181	Vrina opaca quomodo fiat. col. z. b.	78
Vomitus quocumque fiat tempore semper iuuat lientericos contra Hippocr. col. 2. c.	250	Vrina opaca ex spirituum extinctione sunt. columna 1. a. pagina	283
Vomitus cur impetitur Quartanarijs. columna 1. c. pagina	247	Vrina turbantur à frigore, aut calore. columna 1. a. pagina	283
vomitoria medicamenta hodie usurpanda. columna 2. a. pagina	251	Vrina cruda ac cocta vnde. columna 2. per tot. pagina	284. & seq.
urina quid. col. z. d.	77	Vrina dicitur concocta, quia res concoctas, concoctionis indicia recipit col. z. a.	284
urina vsus. col. 1. b.	78	in Vrini quomodo fiant odores. col. z. b.	78
urina vbi primo gignitur. ibid. paulo post.		Vrina Nubecula, Enarcoma, Hipostasis ex eadem materia, pituita scilicet constat. col. 2. c. 78. vide Nubecula, & c. Sedimentum.	
urina & stercus gignuntur in ventriculo. columna 2. e. pagina	26	Vrina farinacea vnde. col. 1. a.	285
urina concoctionem nullibi nisi in ventriculo recipit. columna 2. e. 285. substantiam vero, & contenta in hepate ibidem.		in Vrina Vermes magnitudinis & forma lentis. col. z. pagina	286
urina, & sudor eadem materia. col. 1. c.	78	Vrina quid ostendere possint.	ibid.
urina differentia.	ibid.	Vrina quarum rerum indicia praebeant. columna 1. a. pagina	171
urina tenues nunquam sunt crassa, vbi emicta sunt. ibid.		Vrina crassa quando mala. col. z. d. 282. quomodo superueniente multitudine, & tenuitate corrigantur. ibid. & col. seq.	
urina tenues, & crassa quomodo fiant. col. 1. e.	78	Vrina quibus crassa, confusa, alba sunt in febribus, horum pauci euadunt. col. 1. b.	283
urinae causa materialis quae.	ibid.	Vrina alba, & perspicua mala. col. 1. b. 284. quae sit huius rei causa. col. 1. a.	285
urina comentorum varia genera. col. 1. d.	78	Vrina perturbata, quales sunt in mentorum, quare significant dolorem capitis. col. 1. c.	283
urinae qualitates, ac colores vnde. col. 2. a.	78	Vrinam, cuncta vide Diuresica.	
urinarum color ex aliorum humore permixtione gignitur. col. z. e.	282	Qui Vulnerantur, cur dolorem non percipiant. columna z. d. pag.	160
urinarum varij colores vnde nascantur. col. 1. b.	283	Vulnera quomodo censent conuulsionem. col. 2. b.	193
urina, quamdiu vivit animal, non potest in interioribus partibus ob frigus liuorem contrahere. col. 2. a.	78	Vulnerati cur parcius alendi. col. 1. b.	54
urina cruenta quomodo reddatur. col. 1. 286. & col. 1. pagina	287		
Vrina grumosa atramento similis. col. 2.	286		

F I N I S.

GLi Eccellentissimi Signori Capi dell' Illustrissimo Consoglio di Dieci infra scritti, hauuta fede dalli Signori Reformatori del Studio di Padoua per relatione delli due à ciò deputati, cioè del Reuerendo Padre Inquisitore, & del Circ. Segretario del Senato, Zuane Marauegia, con giuramento, che nelli Commentarij, & opere di D. Gio. Argenterio medico, cioè vn Tomo sopra li Aphorismi di Hippocrate, vn' altro Tomo, che è sopra il secondo de gli Aphorismi di Hippocrate, vn' altro Tomo, che è sopra il quarto di detti Aphorismi; vn' altro, che sono lettioni sopra il primo libro di Galeno de curandi ratione, & vn' altro Tomo de Febribus; non si troua cosa contra le leggi, & sono degni di Stampa, concedeno licentia, che possino esser stampati in questa città.

Dat. die 13. Martij. 1606.

D. Z. Giacomo Zane.)

D. Zorzi Corner.) Capi dell' Illustrissimo Consoglio di Dieci.

D. Piero Barbarigo.)

Illustrissimi Conf. X. Secretarius
Leonardus Ottobonus.

1606. a 15. Marzo Registrato in libro à carte 148.

Ant. Lauredanus Officij Con. Blasph. Secr.

Faint, illegible text at the top of the page, possibly bleed-through from the reverse side.

I. Eccellentissimi Signori Capi dell' Illustrissimo Consiglio di
Dietta intitolati, hanno fede dalli signori Reformatori del
Studio di Padoua per relatione della due a cio deputati, cioè
del Reverendo Padre Inquisitore, & del C. Secretario del Senato,
X. de Manegia, con giuramento, che negli Commentari, & opere
di G. Argensola medico, cioè in Tomo sopra li Aphorismi di
Hippocrate, in altro Tomo che sopra il secondo de li Aphorismi di
Hippocrate, in altro Tomo, che sopra il quarto de li Aphorismi;
in altro, che sono lezioni sopra il primo libro di Galieno de curandi
ratione, & in altro Tomo de Epidemias; non si troua cosa contra le leg-
gi, & sono degni di stampa, concedendo licentia, che possano esser stan-
pati in questa città.
Dat. die 13. Martij. 1608.

D. V. Giacomo X. me.)
D. X. Corri Conr. •) Capi dell' Illustrissimo Consiglio di Dietta.
D. Piero Barbarigo.)

Illustrissimi Conr. X. Secretarius
I. conr. Oronobus.
1608. r. 17. Marzo Registrato in libro a carte 148.
Aut. Illustrissimi Conr. X. Secretarius.



IOAN. ARGENTERII CASTELLO NOVENSIS

PEDEMONTII

PHILOSOPHI, AC MEDICI PRAESTANTISSIMI.

In Lib. I. Aphorif. Hippocr. Comment. Cap. I.



ARISTOTELES in Politicis scribit totam vitam nostram diuisã esse in negotium, & otium, bellum, & pacem, & finem belli esse pacem, & negotij otium: atq; in bello, ac negotio fortitudine, & constãtia opus esse; in pace, & otio Philosophia; in utroque vero tempore, temperantia, & iustitia: quapropter optimos Principes, & Respublicas benè constitutas dare operam debere, vt propriã in suis temporibus virtutes vigeant, tunc enim beatos, & felices fore populos quibus tales Principes dominantur. Et propterea rectè quoque scribit Plato libro de Republica benè gubernanda, tunc optimam fore gubernationem, quando Principes erunt Philosophi; aut Philosophi imperabunt; tanquam sine Philosophia, & literarum cognitione nequeant mores formari, populi regi legibus, diuina eoli, & animi ad rerum cognitionem, & contemplationem excitari. Quod si nos rerum nostrarum præteritum statum in quo sine pace & otio, integram ferè ætatem in bello, ac crudelissimo dominatu viximus, memoria recenti repetemus, viri præstantissimi, est quod agamus immortales gratias Deo optimo, qui Emanuelem Philiberti, legitimum nostrum Principem tandem nobis restituit; belli, & pacis virtutibus clarissimum: Bellum enim non sine magno suã vitæ discrimine gessit, vt nobis vitam seruaret incolumem, sed illud sua fortitudine, & constantia felicissimè confecit, vt nobis, qui pacis artes excolimus, prodesset, & populos suos afflictos, & concussos, tot tantisque miserijs & calamitatibus ad otium duceret, & in eo Philosophiam, & alias disciplinas, quæ vbique languescunt, excitaret. Ac ego quidem veritus aliquando sum, ne literæ ad eam obscuritatem redirent, ad quam proximis seculis erant redactæ, nisi Princeps aliquis manum huic rei admoueret, & alios torpescerent in voluptatibus, aut auaritia corruptos, suo exemplo, ad præclara hæc studia inuitaret; Huc Deus, nobis dedit Principem sine vitio, omni virtute præditum; hunc ergo amemus, laudemus, & illi perpetuam salutem, & felicitatem precemur. Tu quoque Carole Illustrissime vir, huius ciuitatis gubernator, virtute bellica, & literis clarissime, qui pacem nobis tuis victorijs accelerasti; Et vos ciues optimi maxima laude digni estis,

A quod Principis egregiam voluntatem suscepitis ad iuuandam, & promouendam, dum inuis Academiã in vestra ciuitate erexistis, magnis sumptibus, & maxima humanitate atque animi propensione in vestris domibus, nobis ad habitandum commodum locum conceditis, ac omni ratione prouidetis vt nos vobiscum, honestè, & commodè viuere possimus; Sunt hæc sane magna beneficia nulla vnquam oblivione delenda; Vos autem studiosissimi iuuenes, quorum gratia hæc sunt instituta; date quæso operam, vt vos tales præbeatis, quales tantus Princeps, optimus gubernator, & hi officiosissimi ciues, maximè cupiunt, & uestri parentes sperant, scilicet diligentes in studijs, in ciuitate quietos, nequaquam petulantes & seditiosos, agnosciteque uos ex literarum studio, & bonis moribus laudem & honorè assequuturos fore. Ego vero quantum in me est, omni diligentia & studio operam dabo, ut nunquam uobis mea opera defuisse videatur; Nam si nemo vnquam eam à me desiderauit, cum exteris instituerem in alieno dominatu, quid nunc non faciam dum Principi meo & vobis nauo operam? Ac quoniam scio vos à me non exigere orationem de laudibus Medicinæ, aut de alijs rebus quæ nihil ad uestram institutionem pertinent, ideo consulto illa prætermitto, & ad ea accedo quæ propria sunt mei officij, & à uobis maximè expetenda. Suscepi enim uobis, enarrandos Aphorismos Hippocratis; Qua quidem in re Methodo utar ad docendum usitata, & accommodatissima. Primum enim proponam, quæ communia sunt uniuerso operi, deinde quæ propria sunt singulis Aphorismis, singulasq; sententijs, & uerba enarrabo; nullum enim uerbum est in hoc opere otiosum. Porro quæ communia sunt in explicatione librorum *απολεγομενος* Græci, nos prælectiones cepimus uocare, ea sunt quæ dicuntur ex auctore, libri, inscriptione, scopo, materia subiecta, diuisione, difficultate, ordine, utilitate, differentia, quam ad alios auctoris, uel in tota facultate libros propositum opus habet, necnon de docendi ratione qua utitur auctor quamque sequi uult doctor; quibus sanè rebus legentium, & auditorum animos ad auctorem intelligentem præmunimus, & quodammodo alacriores ad discendum reddimus; quæ tametsi merito fortè à me prætermitti posse uideantur, in hoc auctore ab omnibus infinitis laudibus celebrato, & potissimè

in hoc eius opere omnium dignissimo continuas lectione propemodum trito, tamen ne rudioribus, aut meo etiam officio defuisse uidear, concedent mihi doctiores, ut paucis ista perstringam, atque eo praesertim quod nullus ex alijs interpretibus haec omnia sit complexus, & multi nonnulla ex his perperam explicant. Primo igitur de auctore dicam, deinde reliqua ordine prosequar.

De Hippocrate. Cap. II.

VT de auctore primum pauca dicamus, fuit igitur Hippocrates author huius operis, Cocus, sic dictus quod in Coo insula Thesaliæ, in mari Pamphilio posita, natus sit; patrem habuit Heraclidem nomine, matrem vero Praxitheã, Pheneretis filiam, ut Soranus in eius uita memoriae prodidit. genus eius nobilissimum, siquidem ad Herculem, & Aesculapium, originem generis sui referebat, ab illoque uigesimali, ab altero uero decimum nonum se numerabat; Praeceptoribus usus est Heraclide patre. Herodico, Gorgia Leontino rhetore, & Democrito Philosopho, ut idem author refert; tamen si de Democrito est quod dubitemus: nam refert Hippocrates in suis Epistolis se accersitum, ab abderitis, ad Democritum, ut ipsi putabant, quod perpetuo rideret insanientem, curandum, & a Democrito ipso fuisse exceptum, non tanquam discipulum, & antea cognitum, sed ut insignem Medicum, & uirum ob suas uirtutes, ab omnibus celebratum; Natus octuagesimo primo Olympiadis anno, sub monarchia Abriade; floruit temporibus Peloponnesiacis regnante Perdica Macedonum Rege, quo etiam tempore Thucydides clauit. Mortuo patre ex patria discessit, ut Andreas quidam referente Sorano malignè scripsit, propterea quod publicam Gnidiorum bibliothecam concremasset, & ut alij referunt, ut à multis disceret, & in varijs locis Medicinam exercebat; ubi autem medicinam factitauerit, ex ultimo capite libri praenotionum licet intelligere, ubi in Libya, Delo, Scythia, signa quæ tradit uera se comprobasse scribit. filios duos reliquit Thesallum & Draconem insignes Medicos; nam Thesallus ut Galenus tradit in tertio de causis respirationis, creditur secundum, quartum, & sextum librum de morbis vulgaribus composuisse, tamen in commentario in Prorethica, librum illum ait à quibusdam referri ad Draconem, ab alijs uero ad Thesallum, Hippocratis filios: Ceterum uterque illorum filium habuit quem Hippocratem monauit ac Hippocrates, Draconis filius, Medicus quoque fuit, existimaturque ut Galenus refert in libro secundo de difficili respiratione librum quintum de morbis vulgaribus conscripsisse; quamquam initio tertij eiusdem operis eum librum & septimum non putet dignos doctrina eorū, qui ab Hippocrate emanarūt, habuit etiam Auim, qui & Hippocrates nominatus est, & Gnosicidi filius Hippocrates est dictus. scripsit ille ut idem author commemorat, libros de fracturis & articulis; An uero hos, qui inter Hippocratis opera extant de fracturis, vel alios intelligere oporteat, Galenus non explicat, putauerim ego illos esse, quandoquidem in libro secundo de difficili respiratione, ubi genuinos Hippocratis libros enumerat mentionem non faciat librorum de Articulis & Fracturis; Ceterum Hippocrates noster Heraclidæ filius, ad differentiam Hippocratis Gnosidici filij dictus est; ad differentiam uero nepotum magnus Hippocrates & senex nominari solet. alios fuisse Hippocrates Medicos antiquos, ex Oribasio, quiquis

fuit ille qui Oribasij nomine circumfertur qui scripserunt comentarios in Aphorismos, satis constat; sed de alijs nihil ad rem praesentem. Nosler autem Hippocrates per totam Græciam ob eam laudem quæ ex Medicina sibi comparauerat omnibus admirationi fuit; & non solum quidem in Græcia cognitus, sed etiam à Perdica Macedonum rege, qui tunc laborare putabatur, accersitus fuit; Abderitæ quoque eum ad Democrati insaniam curandam, missis nauibus & optimis ciuibus pro legatis accersuerūt. falsò tamen tradit Soranus Democratum ab eo sanatum, & ciuitatem Abderitarum a peste liberatam, cum ipsemet Hippocrates, in Epistolis suis referat, se Democratum non insanientem, sed insaniam simulantem deprehendisse, nulla etiam facta mentione pestis illius loci. Ab Artaxerxe Persarum rege, ciuitates & maxima alia præmia ei proposita fuerunt si ad pestem propulsandam, a castris Persarum ad se proficisci uellet; id quod negauit se facturum, propterea quod illi barbari essent, & Græcorum hostes; Græcos autem ipsos ut refert Plinius a peste quæ ueniebat ab Illyrijs praeseruauit, sibi que publicis & priuatis beneficijs deuinxit; Quamobrem eisdem honores illi, quos & Herculi decreuit Græcia; A meo quidem iudicio nullus inter omnes scriptores eo unquam doctior aut melior fuit: Nam doctrinæ summæ, & incomparabilis certa inditia ex illius libris, non humano, sed diuino potius ingenio conscriptis, & antiquorum plurima extant testimonia; siquidem Plinius eum medicinæ Principem appellat; Aristoteles item summus Philosophus, & diuinus Plato in natura rerum explicanda, ut Galenus testatur, & illorum libri satis ostendunt, tanquam duces & optimum magistrum ita secuti sunt, ut multa alia & docendi præsertim Methodum, ab eo mutuauerunt. Sed enim quem alij Medicinæ, ego multarum aliarum artuum parentem, non uereor appellare: nam linguæ Ionicae inter Græcos eloquentissimus, & omnium optimus author ceteris: Mathematicarum uero artuum ita se peritum in libris quos nobis reliquit passim ostendit, quasi nihil ignorasse, sed illarum omnium disciplinarum semina antiquissimis omnium ferè autor posteris dedisse uideatur. Medicinam tamen nostram præ ceteris artibus ita excoluit, ut antiquiorum omnium memoriam extinxerit, alijs uero nihil ad aliam nouam artis huius inuentionem reliquerit, sed omnes ad sui imitationem, suarumque rerum propagationem quandam potius excitauerit, & quod mirum est in hac arte in qua stabilienda & constituenda ut Plinius refert, nihil instabilius aut difficilius unquam fuit, omnibus ita semper placuit Hippocrates, ut aliorum medicina cum proprijs autoribus extincta, aut certè obscurata, solus ut olim, etiam nunc uigeat; & bonos Medicos, non bonos, sed Hippocraticos potius nuncupemus. unde omnes Medici eum suæ sectæ authorem esse uolunt, Empirici quidem ut testatur Galenus in tertio commentario libri de Articulis, quod illis uideretur tradere solum quæ experientia constarent. Methodici uero, quod in cõmunitatibus quibusdã uersari uideatur. Rationales autem, quod non solum experientia, sed etiam ducere ratione medicinam eum conscripsisse dicant, et si rationes rerum breuitatis causa sæpius omiserit, nullius tamen sectæ teuera fuit, fallunturque egegi in hoc autor introductorij, & Montanus, qui cum rationalis sectæ principem constituunt; siquidem auctore Plinio & Celso post Hippocratem sectæ ortusunt; eum autem à Galeno rationalis dicitur, ita intelligendum est, quod ratione nitatur, ut qui rationalem sectam sequuntur, non prout rationalis distinguitur ab Empirico; in eo quoque errat Montanus quod

quod patet Acronem Agrigentinum Siculum, anti-
quorem fuisse Hippocrate, & ante hunc illum in-
choasse sectam Empiricam: Nam id quoque Plinius
& Celsus refellunt. Ceterum prohibitus illius viri
quæ non minus quàm doctrina in Medico requiren-
da est, specimen habemus in Sacrosancto eius iusu-
rando quo discipulos suos astringebat, in eo enim o-
stendit se nihil vnquam in uita charius habuisse ho-
nestate, & probitate; Porro diuitiarum minimè cu-
pidus fuit: nã vt antea retulimus, ciuitates à rege Pet-
farum sibi oblatas spreuit; Scribens etiam in qua-
dam sua epistola ad Abderitas, inquit, neque au-
rum mihi ad vos veniendi natura, neque Deus promit-
tere potest, liberę enim artis opera, libera esse sinatis.
quot annos vixerit incertum est; nam quidam tradunt
eum octuagesimo quinto suæ ætatis anno periisse, alii
nonagesimo; alij centesimo quarto, sunt qui cen-
tum & nouem annos eum attigisse dicant. Perijt a-
pud Larissos. Sepultus est inter Myrtholem & Larif-
sam, vbi inquit Soranus in hunc vsque diem mo-
numentum eius cernitur. Atque hæc de auctore
sufficiant.

Aphorismi. Cap. III.

Recpta est ad omnibus qui Aphorismos
sunt interpretati opinio, nihil aliud esse
Aphorismum quàm orationem, quæ om-
nes rei proprietates de qua agit, paucis verbis com-
plectitur; adferuntq; ad id probandum multos ex
Galeno locos, & primum illum qui habetur in pri-
mi Aphorismi commentario, vbi ille Author scribit
Aphorismum omnes rei proprietates, quam breuissi-
mis verbis comprehendere. Est alius locus in Com-
mentario Aphorismi 14. primi libri, vbi ait Hippo-
cratem sibi in hoc opere proposuisse compendiosam,
& aphoristicam doctrinam; Scribit idem author 28.
Aphorismo 2. libri, modum doctrinæ Aphoristicæ
summam sequi breuitatem; ad idem pertinet quod
habet in Comment. Aphorismi 47. libri 4. vbi habet
conuenientius esse doctrinæ Aphoristicę, si compen-
diosius aliter dixisset Hippocrates; est alius locus in
Comment. 4. lib. de Ratione victus in morbis acutis
textu 19. vbi inquit Galenus se mirari cur sermo ille
non sit inter Aphorismos positus, cum in paucis ver-
bis vis magna reperitur; Accedit quod scribit in
sexto libro de Medicamentorum facultatibus cap. 1.
Aphoristicę doctrinæ inquit conceditur, vt multa
conciße dicantur, verum ex his Galeni locis non so-
lum intelligere possumus Aphorismum significare
breuitatem, sed & alia nonnulla; Nam vult Apho-
rismum de proprietatibus rerum agere eum scribit
illum omnes rei proprietates breuissime circumscri-
bere, quin etiam, ex loco citato ex libro de morbis
acutis, non solum in Aphorismis requirit breuitatē,
sed quod cum breuitate vis magna, & pondus senten-
tiarum adfit; Propterea nonnulli ex recentioribus
idem esse putant, Aphorismum, oraculum, & decre-
tum, quare non constat adhuc in quo consistat Apho-
rismi essentia, cum solam breuitatem sepius ponat
Galenus, aliquando tamen addat pondus sententia-
rum, & proprietatum explicationem, ego vero in
nullo istorum puto ponendam esse essentiam Apho-
rismi, nam si à breuitate Aphorismus suam essentia
sumit, quid obstat quo minus prædictiones eiusdem
authoris, imo omnia illius opera, quæ mira breuitate
sunt conscripta, & artem medicinalem Galeni, Eu-
clidis theoremata quibus nihil breuius excogitari po-
test Aphorismos nuncupemus? Scribit præterea pri-
mo Prognosticorum in Aphorismis tradita esse per

A capita breuia, quæ in libris Epidemion proxilium sunt
conscripita: nam si Aphorismi nomen breuitatem si-
gnificat, satis erat si dixisset alibi tradita esse p Apho-
rismos quæ in libris Epidemion proxilium docentur.
Ceterum in Aphorismi essentia illud non contine-
ri quod omnes rei de qua agit, proprietates explicet,
facile probare possum; nam vnus Aphorismus ne-
quit vniuersas proprietates eius de quo agit compre-
hendere; plures autem simul coniuncti non definiun-
tur; deinde non videmus Hippocratem studere vt
ex multis aphorismis alicuius rei vniuersas proprie-
tates colligat, cum vnum solum sæpè de vno doceat.
Præterea pauci sunt Aphorismi qui agant de proprie-
tatibus; quidam enim de vacatione corporis, alij
de nutritione, alij de signis, alij de causis, alij de re-
medijs, alij de permutatione, alij de generatione,
morborum agunt, alij prænunciant quid in ægotan-
tibus & sanis corporibus sit futurum, alij remedio-
rum quorundam vim, alij denique alia enarrant, quæ
nihil ad proprietatum explicationem pertinet; quod
vero Aphorismus rectè non dicatur esse oraculum fa-
tis constat: nam oracula, deorum dicuntur esse res-
ponfa, nec putare quidem oportet, ideo oracula dici
posse quod diuinas sententias contineant: nam
maior pars Aphorismorum nihil habet, quo docti in
Arte medica suspicere debeant: sunt enim multi qui
leuissimas sententias continent, ut quilibet legendo
intelligere potest; qui vero Aphorismos decreta esse
volunt, illi Hippocratem legislatoris munere fungi
statuunt, at ille non imperat, sed enunciat, quod si-
bi de vnaquaque re videtur in arte nostra docendū;
ego vero nihil aliud puto esse Aphorismum quam se-
paratam sententiam. Id enim primum ostendit ver-
bum ἀπορίστων, vnde Aphorismus dictus; significat
enim non breuiter aut diuine loqui, non leges con-
dere, non proprietates rerum explicare, sed separate
seuungere; vnde Paulus in Epistola ad Romanos ait
se ἀπορίστων, id est separatam, & segregatam ab alijs,
ad Euangelium enunciandum; secundo ad id
pertinet quod habet Aristoteles initio primi Rhetorico-
rum, vbi dicit, Dialecticam, & Rhetoricam non esse
alicuius ἀπορίστων ἐπιστήμης, id est separate
definitæ scientiæ; Adde quod scribit Galenus
in principio libri sexti de morbis vulgaribus, vbi ait
se mirari cur sextus, & septimus illius operis libri inter
Aphorismos non sint positi, cum plurima illo-
rum doctrinæ portio, Aphorismi quidam esse videan-
tur, singuli propria circumscriptione separatim qua sen-
tentia quid potest esse clarius? suffragantur huic opi-
nioni etiam Arabes, qui hoc opus librorum diuifor-
um sermonum inscribunt; necnon Philoteus, qui
ait Aphorismum esse dictum, quoniam ab his quæ
ante & post ipsum sunt, separatus & seuinctus sit.
Ergo propria significatio & essentia Aphorismi in
hoc consistit, quod sit separatus ab alijs; intelligere
autem oportet sepatatum esse, non quod de separatis
& diuersis materijs agat, ut recentiores putant,
quæ quod de eisdem rebus multi deinceps Apho-
rismi agant, se effectum putant vt separate sententiæ
dici non debeant, sed vt Galenus sexto de morbis vul-
garibus scribit, quod propriam quandam circumscri-
ptionem unusquisque habeat, lineis distinctam sepa-
ratis, ita ab auctore & Galeni tempore ut nunc etiam
in nostris codicibus digesti, vel vt Philoteus ait, quod
ab his qui sunt ante & post ita separati & seuincti
sint, vt vnus ab alio non pendeat, sed singuli inte-
gram & perfectam sententiam faciant; quod etiam
Galenus testatur, vigesimo quarto textu secundi com-
mentarij sexti libri de morbis vulgaribus, vbi scribit
Aphorismū esse sententiam ita separatam ab alijs, vt
nullo alio ex precedentibus, aut subsequenti-
bus, egeat,

vt intelligatur: quo nulli aliteri operi contingit, quippe cum posteriora prioribus sint annexa, & ut intelligantur mutuo auxilio sepius egeant. Inuenio etiã alia ratione, Aphorismos posse dici sententias separatas, quod scilicet ab alijs Authoris libris sint excerpti & seiuuncti, nam id ex eo patere potest, quod omnes ferè Aphorismi in alijs libris Hippocretis scripti spatium inueniantur, quos postea tanquam veriores, & vniuersaliores, & vtiliores sententias continentes, ab alijs libris in quibus multa Empiricorum more sunt conscripta, seiuuncti, & in vnum opus redegit. Ad hoc pertinet quod habet Galenus, textu decimonono tertij commentarij sexti libri Epidemion; quæ longo inquit, tempore iudicauerat Hippocrates, per Aphorismos, id est communes enunciationes sunt redacta, firmioresque, ob id & veriores Aphorismos exillimare oportet quàm illa, quæ dum quaerentur, antea nondum cognoscebantur; Aphorismi ergo id est sententiæ separatæ dicuntur, quod in opere in quo sunt scripti, quilibet propriam habeat circumscriptionem, lineis, & punctis, distinctam; & quod quilibet sententiam faciat propriam, à præcedenti & sequenti separatam, & quod ab alijs operibus in quibus antea continebantur, sint separati; ergo quum Galenus Aphorismum dicit esse separatam sententiam, explicat tunc illius propriam naturam & essentiam; cum vero addit breuitatem, & sententiarum pondus, & explicationem proprietatum, docet quæ Aphorismo accidunt, ex alijs rationibus; nam quia Hippocrates, ut alij omnes antiquissimi Auctores, breuitatem affectauit, quemadmodum scribit Gal. in textu vigesimo octauo, tertij commentarij libri de his quæ in medicina fiunt, & in libro tertio de difficili respiratione & passim alibi. Ideo Aphorismos breuissimè quoque scripsit; breuitas ergo illis accidit, vna ratione ex scribendi more ipsius authoris, alia vero ratione ex ipsius instituto & scopo; nam conclusiones solum eorum quæ alibi prolixius docuit, in Aphorismis assumit & tradere instituit; sunt autem suapte natura conclusiones breuissimæ, quoniam verò author maximi fuit ingenij & sapientiæ, ideo sententiæ quas proferebat, erant graves & tales, vt Deorum responsa videri possint. Ideo oracula à quibusdam dicti sunt Aphorismi: nã ut Cicero in Topicis scribit, oracula ex eo ipso appellata sunt, quòd inest his deorum oratio; accidit etiã ut aliquando rerum proprietates explicent Aphorismi. Igitur si ex propria solum essentia, Aphorismum definire velimus, nihil aliud dicemus eum esse quã separatam sententiam; at si placet accidentia illius addere, quæ assumit ex authoris instituto, scribendi modo, & doctrinæ excellentia, dicemus aphorismum esse sententiam separatam, breuem, & grauem, siue multa comprehendentem. Cuius vero generis sit sententia, nunc expendere oportet; nam Aphorismum esse orationem quandam, quæ vel falsum dicit, certissimum est, sed cum Theoremata, axiomata, definitiones, hyposteses, id est suppositiones, enigmata, verum vel falsum etiam dicant, operepretum est videre quomodo hæc inter se differant; quod quidem difficile est explicare, quia hæc nomina à Græcis sunt ducta, nec ab illis satis explicata, tentat quidem docere Aristoteles in libro primo de Demonstratione quomodo nonnulla ex istis differant, sed ita profecto, vt perfectò eo quod ille tradit cap. 2. lib. 1. de Demonstratione non multo doctior quispiam euadat; At enim propositionem esse enunciationis alteram partem, vnum de uno affirmantem, aut negantem. Dialecticam autem propositionem, quæ quamlibet partem similiter accipit, demonstratiuam autem quæ determinatè alteram partem sumit. Enunciatio-

tionem esse quamlibet partem contradictionis: contradictionem vero esse oppositionem cuius non est medium secundum se; Ceterum positionem esse quã non licet demonstrare, non tamen necesse est habere qui dicit, quam vero necesse est habere, dignitatem vocat; At suppositionem ait esse positionem quæ vtramlibet partem enunciationis accipit, ut dico aliquid esse aut non esse, quæ vero sine hoc est, definitio, inquit, est, definitio enim positio est; hæc de his Aristoteles, quæ quidem Ioannes Grammaticus & alij qui Aristotelem interpretantur, fusius explicant; primum ostendentes enunciationem propositionem, & problema subiecto eadem esse, habitudine autem differre; enunciationem enim tunc vocari propositionem, quando fit pars syllogismi, Dialecticam autem propositionem per interrogationem vtranque partem proponere, Demonstratiuam autem propositionem dicit esse, quæ sine interrogatione partem vnã assumit. Enunciationem esse contradictionis quamlibet partem, id est, affirmatiuam aut negatiuam. Affirmationem, & negationem per se esse enunciationis; positionem non esse per se creditam discenti, sed ex docente aliquam explicationem requirere. dignitates esse quæ à quolibet statim verè esse cognoscuntur; Definitionem esse, quæ ostendit quid res sit. suppositiones autem aliquid de aliquo prædicare; non enim definitione prædicari animal rationale de homine, vt aliud de alio, quia hæc idem sunt. Iam vero suppositionem diuidi ait in petitionem, & equiuocè dictam suppositionem, petitionem enim suppositionem esse, quæ nota non est, sed probatione indiget: sumitur autem sine demonstratione à præceptore; Suppositiones autem equiuocè dictas esse quæ nota sunt, & quas simul audiendo admittit discipulus, ita ut dignitas, suppositio, petitio, & definitiones, principia sint. Quid sit Theorema, enigma, apophthegma, non docet ille, & ut videre est, quæ docet, inter se confundit, nec facile est ulla ab alijs separare; quod facile docere possem si id nunc meum esset institutum; sed quod est præsentis operis saltè attingamus; Aphorismi, dignitates, suppositiones, petitiones, & definitiones non sunt, quia hæc principia sunt, Aphorismi verò probationem diligentiorè requirunt; quod si aliqui sunt qui ad principiorum naturam accedere videntur, certe illi sunt pauci, nec legem communem omnibus Aphorismis facere possunt; Theorema vocat Cicero præceptum, alij propositiones, verum ex ipso nomine non omnis propositio, sed quæ in contemplatione versatur, ita vocari debet, vnde Euclidis geometrica theoremata dicta sunt, quod proponant ea quæ in sola contemplatione versantur; Aphorismi autem theoremata non sunt, quia ad opus referuntur; nec dicere possumus Aphorismum esse enunciationem, vt Montanus sentit: nam si enunciatio, & propositio, differunt solum habitudine, & utraque constat ex nomine & verbo, propositioque est quæ sumitur in syllogismo, ex qua conclusio elicitur, constat Aphorismum nec simpliciter enunciationem, nec propositionem esse posse, nimirum cum Aphorismi sæpè constent ex pluribus enunciationibus, nec apti esse possint vt syllogismorum fiant propositiones: nec vero Aphorismus, enigma dici potest, sunt enim enigmata, sermones nodosi & inuoluti, quos diuinare magis, quàm interpretari oportet, Aphorismi autem sensum habent, quem interpretari facile possis. Apophthegmata Montanus statuit esse sententias, quæ vt inquit ille alios mordicant, sed perperam: nam vt in Apophthegmatis Plutarchi videre est multa sunt Apophthegmata, quæ neminem vellicant, quare rectius dicuntur acutè & breues sententiæ philosophorum

sophorum, oratorum, legatorum, illustriumque viro-
rum sunt autem Aphorismi non Apophtegmata; quia acutiem in se non continent, & Medici solum sunt sententiæ Aphorismi quoque rectè leges dici non possunt, quia non imperant omnes, sed sæpè nunciant, quid in nobis fiat; quod vero Aphorismi non sint prouerbia clarius est quàm ut doceri debeat; quare nihil aliud reuera de Aphorismi essentia dici potest, quàm quod antea diximus, quod scilicet sententia sit ab alijs separata: sententię enim dicuntur orationes quę animi sensu aperiunt verum aut falsum dicendum, alia vero nonnulla ex prædictis omnibus Aphorismis non sunt communia, ad quibusdã duntaxat propria sunt enim quidam Aphorismi simplices enunciationes, alij vero ex pluribus enunciationibus constant quare oratio quidem enunciativa dici potest Aphorismus eo quod in illo vel vnum prædicetur de vno, aut quod ex compositione & coniunctione vna sit, enunciatio autè simpliciter minime; accidit & illud quoque vt Aphorismi nonnulli theorematibus esse possint, si ad solam contemplationem referantur. Atque hæc quidem satis de Aphorismi definitione.

De scopo sive intentione authoris in hoc Opere.
Cap. IIII.

Putant Oribafius, Montanus, Brassauolus, & alij recentiores Græci, & Latini Aphorismorum interpretes, Hippocratem velle in hoc vniuersam Medicinam per Aphoristicam doctrinã tradere; quorum quidem opinionem primum refellit, Medicinæ amplitudo: nam tot illa habet partes, vt omnes in hoc Opere explicari non possint. Quod si quis diligenter inspiciat, inueniet multas ex illis esse, quas author in hoc Opere nullo pacto attingit, alias verò quas non explicat, vt eum facere oportet, qui totam artem docendam susceperit: omittit enim partem illam quę de elementis, humoribus, spiritibus, partibus similaribus, & organicis, & facultatibus, & actionibus, & vsu corporis agit; Omittit & formationem fœtus, & generationis illius ratione, & vt vno uerbo dicam, vniuersam corporis compositione. Præterea, affectus non explicat quę corporibus accidunt; Quid scilicet sit sanitas, quid morbus, quot illorum differentię, quę causę, qui effectus; Nec signorum quidem genera diuidit, nec commune quippiam de illis ostendit. Addo quod nihil tractet de materiæ medicę cognitione, compositione, & vsu; nec sufficiunt quę ille docet de euacuatione, & nutritione; Tradit præcepta quædam medendi, sed illa sine Methodo, & ars quidem postulat, vt ea etiam comprehendat, quę pertinent ad sanitatem tuendam, morbos præcauendos, lenienda symptomata, & restaurandos conualescentes; non vtiur definitionibus, diuisionibus, nulloque ordine præceptiones suas tradit; quippe cum in diuersis libris multi de eadem re inueniantur scripti Aphorismi; quare nemo vnquã ex soli Aphorismis medicus fieri poterit, nisi doctor ad illorum explanationem violenter trahat ex eodem authore, & alijs quę necessariò requiruntur ad integram Medici institutionem: est Galeni sententiã quædam in libris Methodi medendi, vbi scribit Hippocratem solum quædam seminia artis nostrę reliquisse; Quod si in vniuersis suis Operibus solum continentur semina artis, quis poterit ex hoc vno suo opere, in quo multa non attingit in alijs tradita, totam ipsam artem perdiscere? repugnat, vt diximus, alia ratione Galenus huic opinioni: nam scribit octauo textu primi Commentarij Protheticorum, propo-

Atum esse Hippocratis in prognosticis, Aphorismis, & in libris de fracturis & de articulis, & de victus ratione in morbis acutis, vt duntaxat vniuersaliter explicet, quę particulariter in vnoquoque morbo in Epidemijs perquirat author; at in libris Epidemion vniuersam medicinam non docet, quare nec in Aphorismis. Scribit & in primo libro de Crisibus capite sexto Hippocratem in Aphorismis capita eorum scripsisse, quę in prognosticis particulatim est profecutus. Scopus ergo illius est, velle tradere vniuersales quasdam præceptiones, vtilis quidem valde Medicinæ studiosis, sed quę tamen vniuersam artem non comprehendant, & doceant; & quamuis bona pars Aphorismorum vniuersalia contineat præcepta, multa tamen particulariter explicat author, vt quę ad vnius morbi causas, signa, curationem pertinent; Est hic scopus vniuersi operis, singulorum verò librorum scopus commodius docebitur in sequenti capite, vbi de subiecto, & diuisione Operis agemus.

De diuisione, & Subiecto huius Operis.
Cap. V.

Diuiditur Opus hoc in septem libros, nam octauus qui adiectus est à Brassauola spurcius est, vt qui repetat magna ex parte Aphorismos aliorum librorum, & alij si quos habet non uos sint falsi, aut certe parui momenti, Quod autem ad Subiectum attinet, docuimus in Commentarijs nostris in Artem Medicinalem, Subiectum operis, nihil aliud esse quàm materiam de qua author in opere agit; Est autem multiplex materia de qua in hoc Opere tractat: nam in primo libro nutriendi, & vacuandi rationem docet: duos enim scopos sibi proponit author, non vt Curtius & alij scribunt, qui tradunt vnum solum ab eo doceri, nempe vacuandi rationem, quam dicunt fieri tum per victum, tum per alia vacuantia, & fortè in hanc opinionem inciderunt, quòd viderent Hippocratem, in ediam, & tenuem victum quibusdam iniungere, hæc autem ex accidenti corpus vacuant: sed interim non animaduertunt illi cum author de pleno, & conseruante victu agit, qui victus corpus exinanitum replet; præterea agit author de qualitate, tempore, & nutritionis modo, quę nihil ad vacuationem faciunt; & denique qui de nutritione præcepta tradit, contrarium facit ei, qui de euacuatione agit: nam illi consilium est vires reparare, & id quod à corpore euacuatum est reponere, tametsi in quibusdam victus differentijs contingit ob morbi præsentiam, vt minus exhibeamus quam postulet corporis euacuatio; qui verò euacuat nunquã studet aliquid reponere, sed à corpore substantiam demit; Porro secundus liber totus ferè in signis morborum maximè præfagijs explicandis consumitur; tertius morborum causas communes, quę sumuntur ex tempore, & ætatibus abundè explicat, quattuor sequentes in particularium multorum morborum generatione, permutatione, curatione, remediis aliquorum explicatione, varia denique, & multiplici materia, pari modo uersantur, atque hoc est subiectum huius operis, de subiecto autem scientiarum, artium, & ipsius Medicinæ, aptiore loco egimus in Commentarijs nostris, in Artem Medicinalem.

De difficultate, & utilitate Operis. Cap. VI.

Difficile esse Aphorismorum opus, duabus potissimum rationibus constat: tractat enim de rebus, quæ ad illam intelligentiam postulant, rationem & experientiam multi enim sunt Aphorismi, quos ratione explicare non poteris, sed sola experientia vera esse quæ in ijs docentur deprehendenda; author; alij verò qui probationem requirunt non solum ex Medicinæ principijs; sed etiam ex iuris Philosophiæ partibus; Varia præterea est, & multiplex Aphorismorum materia, & ob id non facilis ijs, qui in multis disciplinis non sunt versati, alia difficultas nascitur ob docendi rationem quæ nulla Methodo nititur, sed sparsim sine principijs, & probatione brevissime omnia tradit. huiusmodi enim doctrinam difficilem esse necesse est, quare optimè consultum esse puto, quod in scholis Italicis observatur, ut scilicet primum discipuli audiant primam Fen Anicænæ, deinde artem medicinalem, postremo Aphorismos; sic enim à primis, & facilioribus, ad postrema, & difficilissima res ducitur. Ad hoc quoque facit quod habet Galen. Aphorismo septuagesimo primo libri quarti, neminem aggedij debere expositionem librorum Hippocratis, prius quam totam ipsius artem præcognoverit; nec non quod habet sexto Methodi, ubi inquit neminem ad lib. Hippocratis legendos se conferre debere, antequam ipsius Galeni libros perlegerit: hæc enim magna difficultatis huius operis sunt inditia, & id quoque quod putem paucos esse Aphorismos, qui non accipiant meliorem interpretationem, quam sit hæcenus ab alijs omnibus interpretibus excogitata; Quod verò ad utilitatem pertinet, sunt qui putent Aphorismorum libros utiles esse his qui medicinam ingrediuntur, & alijs qui in ea iam magnos progressus fecerunt, non aliter profectò quam artem medicinalem, quæ rudioribus & doctis, par modo agnoscitur esse utilis. Verum non est par ratio: nam Ars Medicinalis incipit ab artis principijs, & per capita vniuersam artem explicat, quare rudioribus utilis est, eo quod illis ostendit summam totius medicinæ, ad quam debent vniuersa sua studia dirigere: prouectionibus autem utilis est ad memoriam, remissionem, & collectionem aliorum omnium, quæ alibi prolixius traduntur; Aphorismi autem non continent Medicinæ principia, nec totam ipsam artem, sed potius quæ ad ultimas Medicinæ partes spectant, carent præterea Methodo, & ordine, quæ maximè sunt necessaria, ad rudiores docendos; Nec verò in ea opinione sum, ut putem auditorem posse aggredi lectionem huius Operis, nisi à præceptore illius audiat explanationem: nam quæ ad ultimas Medicinæ partes spectant, ab initio à rudiore auditore, sine præceptoris opera percipi non possunt: ergo opus hoc potissimum utile prouectionibus medicinæ studiosis, imò Medicis ipsis, ratione & experientia iam confirmatis, si in signem interpretem inuenerint, qui reconditos adhuc in illis sensus eliciat; Ex ipsa autem tractatione, & materia quæ tractatur, vile est opus ad plurimarum rerum recordationem; quia breuiter multa hæc reponuntur per compendium, sed & vniuersaliter discenda, quæ prolixius alibi, & præsertim in libris Epidemion, sunt tradita; ex illis enim quæ experientia docebat in particularibus, sunt collectæ vniuersales istæ sententiæ; non tamen propterea rudiores velim desperare se posse plurimum ex hoc Opere proficere: nam boni interpretis opera, Operis difficultatem minuet.

De ordine quo utitur author, & quem tenet Opus vniuersum inter alios authoris, & vniuersos Medicinæ libros. Cap. VII.

Ordinem in Aphorismis nemo requirat ob varietatem rerum, quæ nec coniungi, nec coherere inter se possunt, & non solum varietas rerum, sed etiam Aphorismi natura id postulat: nam separatam ab alijs quilibet Aphorismus sententiam facit; quod si Galenus, aliquando notat aliquem ordinem in Aphorismis ita ut vnus priore loco ponatur, qui in alio collocari debebat, & vnum esse alterius causam, qui propterea proponi debebat, id tamen raro fit; & præter authoris institutum, tamen si aliquos Aphorismos inter se coherere aliquando videmus; quam ob rem errat Curtius, qui eos scriptos esse tradit ordine, & doctrina compositiua, quippe cum nulla compositionis ratio hic reperitur, nec aliquis necessarius ordo; repugnat enim ordo scientificus doctrinæ Aphoristicae, quæ ad placitum authoris est constituta; nec valet quod scribit Curtius, doctrinam Aphoristicam non esse definitiuam; nec resolutiuam; igitur esse compositiuam: nam si Hippocrates proponeret in Aphorismis se velle artem vniuersam Medicinam per vnâ ex illis tribus doctrinis scribere, concluderet vtique illius argumentum, sed cum quasdam duntaxat sententias ad artem pertinentes tradat, & illas sine ordine, frustra queret aliquis in hoc instituto vnâ ex illis tribus doctrinis; Porro ordinem inter alios Hippocratis libros hoc opus tenere videtur, ut postremus sit: nam cum plurima illius portio contineat præcepta ad medendum necessaria, alia præcedere debent, sine quibus medendi ratio institui nequit; Cæterum sunt, qui putent hoc opus inter introductorios libros Medicinæ reponendum esse, qui euidenter errant: nam ad introductionem pertinent, qui vel à primis Medicinæ partibus auspicantur, aut vniuersam medicinam comprehendunt, aut docent quæ communia sunt vniuersæ medicinæ, quorum nullum præstat hoc opus, estque in hac re euidentis Montani error, nam ille scribit primum in Aphorismo contineri totam Medicinæ scientiam, quæ Praxim, & Theoricam simul comprehendit; postea verò ubi quaerit an inter Hægogicos liber, iste sit reponendus, scribit Hippocratem in nullo suorum librorum artem Medicinæ composuisse, sed semina quædam duntaxat tradidisse.

De proportione huius Operis ad alia, & docendi ratione. Cap. VIII.

CAeterum hoc Opus ad alios authoris libros vniuersos ita se habere videtur ut perfectius, ad imperfectum, & multiplex ad simplex: perfectiores enim in hoc continentur sententiæ, quam in alijs libris; nam in hoc ut plurimum sunt vniuersales sententiæ, ratione collectæ ex ijs, quæ experientia nota uerat, docet in Aphorismis multa de multis, & varijs rebus; in alijs vero libris unicam materiam proficere solet, ad libros uerò de morbis vulgaribus, & de uictu acutorum, ita se habere uidetur, ut uniuersale ad particulare, in illis enim particulares casus recenset, ex quibus collegit uniuersale, quod in hoc Opere Aphorismorum est positum.

De Docendi ratione. Cap. IX.

EX prædictis satis constare puto, authorem in hoc Opere nullam obseruare scientificam docendi rationem: nam in primo libro vacuandi, & nutriendi modum in sanis & ægris docet; in secundo Signa, in tertio Causas morborum explicat; in alijs, multa particularia de morborum generatione, quæ omnia præcedere deberent: nam antequam possit quisquam instituere victum, & euacuationem in morbis, debet illorum generationem causas, & signa tenere; præterea ex principijs non procedit illius tractatio, nec probationes adhibet; quare docendi nulla vera ratio, etsi non paruus est usus ex pondere, & bonitate sententiarum quæ scribuntur in hoc opere; nos vero hanc docendi rationem seruauimus, primum Aphorismi cuiuscumque intentionem indicabimus; Deinde rationem qua nititur, docebimus; Postea singula verba difficiliora exponemus, & in singulis tractationibus principia inuestigabimus, ad quæ singula sunt referenda, & in omnibus attingemus aliorum interpretum opiniones, vt studiosi intelligere possint quid nos præstiterimus, nec interim aliquos commoueri velim, si aut omnia, aut certe plurima, aliter quam fecerint alij interpretes explicauero; Hoc enim nostrum semper fuit institutum, non ex alijs colligere interpretationem, sed eam nouam inuenire, & de virtute cum maioribus nostris contendere, sed iam ad authoris dictionem accedamus.

Vita breuis, ars longa, occasio præceps experimentum periculosum, iudicium difficile. Nec solum seipsum præstare oportet oportuna facientem, sed, & agrum, & assidentes, & exteriora. Cap. X.

IN hoc commentario primo docendum an quod proponit author sit vnus Aphorismus vel plures, deinde si sit proemium vel non, et si proemium, an huius operis duntaxat, an vero etiam omnium librorum Hippocratis, quarto quid velit docere per illa verba; & quorsum illa scribat, quinto an totus ille contextus tendat in eundem scopum, an in diuersos vt Galenus putat, qui dicit in prima parte vnus doceri, in secunda aliud; postremo singulas dictiones explicabimus, & rationem reddemus eorum quæ dicuntur. Vnum esse Aphorismum & non plures constat, quia vna est totius contextus circumscriptio, vnus scopus, vt docebimus, in quem vniuersa ea verba tendunt; & quemadmodum sequentes Aphorismi qui à Galeno separatim commentarijs explicantur, singuli vnus sunt Aphorismus, etiam si rationem reddunt eius quod proponat, idem de hoc existimandum est. Sūt qui negent hunc Aphorismum esse proemium, quod requisitas in proemio conditiones non habeat. Verum etsi in tanta breuitate exacta omnia exprimi non possunt, proemij tamen seruat formam, cum proponat rem magnam & difficilem, nempe Medici institutionem, quæ plena est multis difficultatibus, ex qua te beneuolus sit auditor, proponit & tacite quodammodo finem, se velle scilicet Aphorismos scribere, id est sententias separatas breues, plenas oculis sensibus ex quo docilis sit auditor; attentum non est quod separata ratione faciat auditorem, quia satis attente audiunt & legunt auditores, cum à tanto authore res tales proponun-

Aur, ad laborem illorum subleuandum. An vero proemium sit commune omnibus libris Hippocratis, an solum huic Operi perpendendum. Galenus in commentario probabile prorsus ita esse scribit, aliud tamen etiam ab eo factum fuisse commune proemium in libro qui inscribitur κατ' ἰντροίον in illis verbis ubi scribit similia, & dissimilia esse consideranda; verum mihi non videntur illa verba proemium facere posse commune vniuersæ arti: nam similibus & dissimilibus consideratio pertinet potissimum ad eam medicinæ partem, quæ de signis agit: nam cum homo simili aut dissimili affectu suæ naturæ habitui, & alijs quæ secundum naturam in eo sunt qui afficitur tunc enim minus aut magis laborare agnoscimus; id quod etiam Hippocrates in sequenti quodam Aphorismo docet 34. lib. 2. in his vero quæ sunt solum secundum naturam, dissimilium consideratio nihil prodest, sicut nec in alijs multis Medicinæ partibus; præterea in eo opere agit solum de vna particula medicinæ, nempe chirurgia, cui loco non conuenit, Proemium vniuersæ arti commune. Aphorismum autem hunc Proemium commune vniuersæ arti merito quis statuatur, quoniam in eo omnia proponit quæ considerari debent à studioso Medicinæ antequam se facultati dedat, & posteaquam se ad illam contulerit, admonet quæ ab eo sint discenda, & vbi omnia didicerit quæ ars præcipit, quænam in Medicina factitanda ab eo obseruari oporteat; sit ergo aptum totius artis hoc proemium, quorsum vero huiusmodi Proemio datur, variegati erunt opiniones; quidam enim id volunt factum, vt medicinæ studiosos ad artem longam & multis difficultatibus implicatam perdiscendam hortetur; alij, ut eosdem dehortetur; alij, ut experiretur quinam essent diligenter aut negligenter artem aggressuri; sūt qui putent scriptum, ut ostenderet artem esse coniecturalē; alij, vt doceret causas quibus Medicus suo sine frustratur; Postremo quidam putant hæc scripta esse ab authore, ut causam redderet, propter quam oporteret scribere Medicinam per Aphorismos, quorum opinionem probat Galenus, aliorum autem omnium refellit; quasi author ita diceret, quoniam ars est longa ob occasionem momentaneam, & experientiam periculosam, & iudicium difficile, ita vt illius magnitudo vitam hominis excedat, neque possit ab eodem inchoari, & absolui, propterea operæ pretium esse ad artis longitudinem vincendam Aphorismos scribere, quæ quidem opinionem recipere non possumus: nam illa quæ adfert Galenus potius docent non esse Aphorismos scribendos: cum enim Aphorismorum doctrina breuissima sit, & difficillima, ad artis longitudinem, & alia quæ necessaria sunt ad Medici institutionem, & subleuandam, nequit esse apta, ut quæ aliam addat ex modo scribendi difficultatem: repugnat enim breuitati, facilitati, & perspicuitati doctrinæ, siquidem ut Horatius scribit de arte Poetica: Dū breuis esse laboro, obscurus fio, quod & ipse testatur textu 32. tertij Commentarij de his quæ in medicina fiunt, scribit etiam tertio & decimo Methodi, se multos annos consumpsisse in uno Aphorismo nimirum 36. sectione 6. intelligendo, in quo scribit author: dolores oculorum meri potione, uenæ sectione, purgatione, balneo, & fomento solui. Itaque cum ars suapte natura longa sit, multo longior, & difficilior nobis redditur ex tam breui, & spinosa doctrina, quæ multa subicit, pauca probat, & plurima nobis somnianda relinquit; nam si ad eas difficultates quas habet Medicus superandas confert doctrina Aphoristica, erunt dampnandi non solum Hippocrates, & Galenus, sed etiam alij omnes Medici, quoniam omnia sua non scripserint Aphoristicè. Nunc aliorum opiniones, quia parum probabiles apparent, sigillatim

tim non examine placet illorum opinio, qui uolunt Hippocratem medicinæ studiosos hac oratione hortari ad rem hanc diligenter capefcendam, & alios negligentiori tardiorique ingenio admonere, ne rem tantam, tot difficultatibus implicatam aggrediatur: quasi ita diceret, quicumque medicæ facultati se dare uoluerit, & in ea excellere, is sciat se rem arduam aggredi, primo quod uita breuis fit, ars uerò longa, deinde quod posteaquam artem didicerit, & ad eam exercendam accedet, aliæ occurrant ei difficultates: nam & agendi occasiones sunt obseruandæ, quæ quoniam momentaneæ sunt, difficilè apprehendi possunt, Experimenta item faciendæ, quæ periculosa sunt, Iudicandum de infinita rerum multitudine, quod quidem difficilè est, tum etiam quod medicum ipsum optimè à natura comparatum, & omni alia uirtute ornatum esse oporteat, Postremò quòd medicus in arte faciendâ non solus sit, sed commune sit opus illi cum ægro, assidentibus, & exterioribus, quorum omnium curam, cognitionem, institutionemque medicum habere oportet, & ueluti authorem, & ducem esse, quæ profectò præstari à Medico difficillimum est; Ita, ut fatius sit hebetiores natura, & negligentiores hæc non attingere; alios uerò non nisi continuo studio, & omni diligentia credendum sit ea consequi posse; Quibus rebus incumbere debent, qui se huic arti dederint, & non temerè tempus, & uita nostræ breue hoc spatium in nugis, sophismatis, & uanis quaestionibus, ut nostrâ adhuc ætate fit, conterere. Hanc interpretationem nostram Galenus libro sexto, de Simplici medicina, cap. primo. Item in libro de plenitudine, sequitur, si quis authorum testimonio magisquam probabili persuasione nostrâ, flecti desideret. Quinetiam illud quod Galen. in Commentario scribit Aphorismum hunc in duas partes diuidi sensu discrepantes, ita ut secunda pars incipiat ubi scribit: nec solum seipsum, &c. sitque ueluti consilium quoddam quod lecturis hoc Opus datur non probo, esset enim admodum ridiculum precipere, quæ omnes nouerunt: Quis enim ignorat, non solum in Aphorismis discendis, sed etiam in omnibus alijs efficiendis, diligentiam, & operam eorû, quibus opus commune est, requiri? alioqui nihil perfectum constitui posse, & non solum in hoc Opere, sed etiam in alijs omnibus eadem ab authore, eant præcipienda: siquidem in illis, non minus quam in hoc Opere diligentia requiritur; Neque etiam Orisatio credendum, qui putat hunc alium esse Aphorismum, quo recreet auditorem, quum potius alijs difficultatibus premit. Itaque mihi magis placet, ut unus sit Aphorismus, qui totus in eundem finem tendat, ut doceat rei difficultatem: Nam cum artem dixisset esse longam, occasionem momentaneam, experientiam periculosam, iudicium difficile, ne quis putaret si semel has difficultates superasset, se omnia consequutum, quæ in perfecto medico requiruntur, alias subiungit, quod scilicet in Medici personæ, & officio multa requirantur, & in ægro, & assidentibus, & exterioribus, quorum si quid defecerit, nihil rectum, nihilque perfectum à Medico fieri possit. & hæc satis de totius Aphorismi sententia dicta sint. Sed iam ad Aphorismi uerba interpretanda accedamus, quibus quidem intellectis licebit facilius cognoscere uerum esse scopum eum, quem nunc tradidimus de toto Aphorismo: Nam ex partibus non absonum est totum declarari posse.

Vita breuis.

Quid uitæ nomen significet Primum docendum est; Deinde, quæ significatio sit huic loco accomodata; Tertio, quid propriè sit Vita; Quarto an uita sit breuis uel longa, & cur perpetua esse non possit, quaque, ratione alijs longior, alijs breuior sit à rerum natura cõcessa; Postremò, cur breuis hic dicatur ab Hippocrate esse uita. Vitæ nomen multis modis tum à Græcis tum à Latinis usurpatur; significat enim uitæ cõditionem, quomodo dicimus hominem medicam uitam agere, & hanc uel illam uitam nobis esse gratam, uel odiosam. Sumitur, & uita pro loco in quo uiuimus ut cum dicimus animalia esse amphiuia, id est (si ita loqui licet) ambiuita, quæ scilicet in duobus locis aqua & terra degunt; Philotæus coniugium uitæ nomine etiam intelligi scribit, ut cum hominem dicimus uitam mutasse, coniugatum intelligentes; significat & animi mores, ut cum dicimus aliquem Philosophicè, & honestè uiuere, id est Philosophicis & honestis moribus: Plutarchus in libro de audienda poetica, scribit etiã uitæ nomine intelligi opes; Sunt & aliæ uitæ significationes apud alios authores: sed hic nos tempus quo uiuimus uitæ nomine intelligimus. Verum quid sit hoc ipsum quod dicimus uiuere, & uita, non ita faciliè est docere; alij enim aliter interpretantur & definiunt, & idem author diuersa in hac re ob illius ut puto rei difficultatem tradit: nam Arist. qui inter alios omnes scriptores ppetuo sibi consentire uidetur, varia de hac re docet: nã in libro secundo de anima cap. 2. dicit uiuere esse vegetari, sentire, moueri, & intelligere: in libro uero octauo Metaphysices cap. ultimo, illis assentiri uidetur, qui uitam statuunt esse coniunctionem & colligationem animæ cum corpore: in libro uero primo Politicorum cap. 3. statuit uitam esse actionem & non factionem; At in libro de Vita, & morte, siue de Respiratione, cap. 7. dicit uita esse vegetatricis facultatis eum calore moram Galenus uero in libro undecimo Methodi medendi dicit, nihil aliud esse uitam quam dispensationem & gubernationem quæ fit à tribus facultatibus, quæ sunt ut ille censet Naturalis, Animalis, & Vitalis. Diger, doctus sanè nostra tempestate uir, dicit uitam esse actum animæ; id est eius vim per unionem utriusque, scilicet animæ, & corporis. Ioannes Fernelius definit uitam esse propriam & inseparabilem animæ actionem; Ludouicus Viues Hispanus uitam ponit esse conseruationem instrumentorum, quibus anima in corpore utitur, quæ diuersæ opiniones, ne alias omnes prosequar, argumento euidenti sunt, nõ faciliè esse definire quid propriè sit uita. Quod uero uita non sit ut Aristot. tradit, vegetatio, sensatio, motio, & intellectio, & uiuere non sit vegetari, sentire, moueri, & intelligere, patet: quoniam si hoc est, non potest uita esse colligatio & coniunctio animæ cum corpore, ut in Metaphysices scribit, & non magis esset actio quam factio: nam moueri, sentire, non magis ad actionem quam ad factionem diriguntur: nam beneficio vegetationis, sensus, motus, dirigimur & euadimus apti ad agendum & faciendum. Præterea, cum uitam dicit esse vegetationem, sensationem, motionem, & intellectioem, non omnium uitam, sed hominis duntaxat definit. At ratio postulat ut omnium uita definiatur; deinde etiam homo cum non sentit nec intelligit per somnum, uiuit tamen; Postremò, absurdum est dicere, uitam esse sensum, motum, vegetationem, & intellectioem, quod tamen sequitur, si quidem uiuere est vegetari, sentire, moueri,

veri, & intelligere. Nec vero vita est animæ cum corpore coniunctio: nam ut mors non est animæ separatio à corpore, sed quod sequitur eam separationem, ita animæ coniunctio cum corpore vita non est, sed vitæ causa; si quis enim querat quæ sit vitæ causa, non aliam sanè adferet quàm quod animam habeat in corpore; ex illius enim præsentia & coniunctione cum corpore fit vt res viuant, & quamdiu illa inter se coniunguntur, tamdiu vita perseverat. quo etiam argumento refellitur quod dicit vitam esse moram facultatis vegetatiuæ cum calore; nam hoc facit vt res viuat. Ceterum, vita nec est actio nec factio, sed est causa actionis & factiois, qui enim uiuunt, agere & facere possunt, sed cur magis vita erit actio quàm factio? nonne qui factiuas artes exercent, æque uiuunt, atque illi, qui actiuas facultatibus incumbunt? Definit quoque Galenus vitæ causam pro vita, cum dicit illam nihil aliud esse, quàm dispensationem & gubernationem, quæ fit à tribus facultatibus corporis: nam quamdiu regitur corpus ab anima, & illius facultatibus, tamdiu uiuit; facit ergo anima & facultatum ipsius præsentia, ut res viuat. In eandem porro opinionem incidere videtur Scalliger, cum dicit vitam animæ actum, id est vim eius per vnionem utriusque: nam animæ actus & vis, facit vt res viuat, grauissimè tamen inter omnes hæc illius hallucinatur: nam quo pacto potest vita esse propria & inseparabilis animæ actio? nulla enim est anima solius actio, in corpore, cum illa sine organis nihil præstare possit; & qua ratione quæso propria & inseparabilis agnoscitur esse illa actio ab anima? quænam est actio animæ quæ aliquando non cesset? nam sensus, motus, & intellectio, sepe non fiunt, resident tamen anima in corpore; at ex illius actionibus definitur vita ab Aristotele; deinde si est actio, esset in prædicamento actionis, non ergo dicere possemus rectè corpus viuens; Præterea anima & non corpus, nec totum potius diceretur viuere; Adde, quod actio nis esset actio: nam vitæ actiones sunt ex Aristot. vegetare, sentire, moueri, & intelligere. Præterea, quænam, & qualis actio esset vitæ naturalis, an vitalis, vel animalis, an omnes simul: non est sola naturalis, sic enim animal cum non sentit, nec mouetur, & propterea non agit, quatenus animal est, uiuere, non vitalis, siue pulsatoria, quoniam plantæ uiuunt sine huiusmodi pulsibus; ac multò quidem minus animalis est actio, quia non solum plantæ, sed & animalia ipsa cessantibus illis functionibus vita fruuntur. Ceterum, absurdum est vitam ponere omnium actionum collectionem, quippè cum multa uiuant absque omnium operationum exercitatione. Reicienda patet est Ludouici Viuis opinio, qui vitam ponit esse conseruationem instrumentorum, quibus anima in corpore vitatur, etenim conseruatio sequitur vitam, & amissis multis instrumentis vita perseverat. Dicam ego quid de hac re sentiam, hoc vno posito principio, quod res omnes sint & dicantur esse, quando formam suam habent, & quæ sola forma constant, ut intelligentiæ, suam habent esse ex sola ipsa forma; quæ vero ex forma & materia constant, sunt, quamdiu hæc inter se coniunguntur; Porro, animata omnia diuersum habent esse ab inanimatis, & propterea diuerso & peculiari nomine illorum esse à maioribus nostris vitæ nomine est expressum: nam si quis diligenter rem inspiciat, inueniet perinde esse dicere viuere, & esse in animatis, & vitam & essentiam siue substantiam illorum, idem esse; quis enim est qui non agnoscat idem esse, si quis dicat Hippocratem non amplius esse, & non amplius viuere, & nos esse, & viuere, idem esse? mortuum aliquid esse, & non amplius esse? Quid ergo tantum laboramus in vita definienda,

A cum nihil aliud sit reuera quàm essentia & substantia, siue permanentia rerum animatarum, quæ quidè contingit ex animæ cum corpore coniunctione, cognoscitur autem talis colligatio & præsentia consistere ex actionibus, quæ natæ aptæque sunt edidit pro cuiusque formæ & corporis naturæ: viuere. n. plantas facit anima plantæ cum illius corpore coniuncta, & illas agnoscimus viuere ex operationibus, quas plantæ edere possunt, nempe, ex uegetatione, idest generatione, auctione, & nutritione; quia uero animalia præter illas operationes etiam habent sensum & motum; ideo ex uegetatione sensu & motu ea agnoscimus viuere, quia uero homo non est homo, nisi intelligat, idcirco uiuit, & viuere agnoscitur, quamdiu intelligit, ubi uero, nullam amplius intelligendi habet potestatem, quod tamen est impossibile, etiam si sentiat moueatur, & nutriatur, tamen vt homo, amplius non est, nec uiuit. Ergo alij hæcenus non vitam ipsam, sed vitæ causas, aut signa definiunt, nam animæ coniunctio, & colligatio, aut gubernatio quæ prouenit ex facultatibus animæ regentis corpus, & vt alij censent conseruatio instrumentorum, causa sunt vitæ: vegetare autem, sentire, mouere, & intelligere, inditia sunt non omnis vitæ, vt Aristoteles credere videtur, cum viuere per illa omnia definit, sed hominis duntaxat, Vegetatio uero sola, vt diximus, manifestat, vitam plantarum, sensus & motus animalium, ratio uero & alia, quæ principes dicuntur animæ facultates, hominis vitæ potissimum sunt inditia, non quod semper requiratur actus istorum actionum, sed potentia agendi, quæ faciliè ad actum duci potest; non enim negabimus hominem viuere, vt animal, & vt hominem, propterea quòd dormiendo, nec motum, nec intellectum exercet, cum potentiam habeat vt moueri, & intelligere possit, sed qui ita est affectus, vt amplius sentire, nec moueri valeat, mortuus est vt animal, & qui amplius intelligere, nec ratiocinari potest, mortuus est, vt homo. Hæc nostra est opinio de vitæ definitione, sequantur alij aliam si hæc illis non placet, interim ad reliqua quæ proposuimus hoc loco examinanda accedamus.

Aristoteles scribit hominem, & Elephantem, inter animalia longissima esse vita, ita vt immeritò naturam homo accuset, si quod alijs animantibus breuissimum id illi longissimum concesserit.

D Scribit Plinius lib. 7. Natur. histor. c. 49. Lucium Terentium Bononiæ, & Marcum Aponium, Arimini, centum & quinquaginta annos uixisse, atque explosam esse à Petrosi, & Necepsæ, Epigenis sententiam, qui centum & viginti duos annos usquam impleri posse negabat; probant enim illi ex Astrologia, posse in Italia tractu, centum & viginti sex annos vitæ contingere. Nunquid homo debet tot annorum numero esse contentus, & non vitæ breuitatem accusare, sed potius naturam quæ in tot morbis, & perpetuis curis, atque miseris longissimam illi concessit? Ergo si ad aliarum rerum vitam nostram comparatur, breuis dici non potest, sed potius longa.

E Sed quæ causa esse potest, quòd posteaquam ultra centum annos progressa est, nequeat perpetua esse? cur enim non licebit in sequentibus temporibus ea præstare ad uitam perpetuandam, quæ antea adhibuimus, ex quibus factum est, vt ea tot annos durauerit uerum cum rerum uiuentium conditio agnoscat ex omnium interitu perpetua esse non posse, causa querenda est, ex qua fit ut naturali cursu tandem abire cogamur; Postulat huius rei consideratio, ut principia doceamus, & causas, per quæ fit, ut res sint & uiuant: nam ut ex illarum præsentia fit uita, ita ex recessu fit mors; eo ergo inuento, quod recessus est

est causa mortis, & causa eius de quo quaeritur patebit. Porro, si uiuere in rebus animatis est esse, & uita est essentia, & subsistentia, & ea contingit ex unione animae cum corpore, immediata causa uitae erit haec unio, & priuationis uitae causa immediata, erit unio illius dissolutio. At uero, ipsa anima cum sit forma naturalis quae in suo subiecto est nata, & apta solum exercere suas operationes, requirit aptam sibi materiam longè diuersam ab inanimatis, praesertim animalia & homo, qui inter omnia uiuentia perfectissimo modo uiuit: cum enim animata omnia nutrantur, & augeantur, non solum requirunt primam materiam spoliatam omnibus qualitatibus, sed bene temperatam ex qualitatibus elementorum, in qua tamen calor prepolleat, ut concoctio, & assimilatio, & alia naturae opera fieri possint; & quoniam oportet in animatis quae multis partibus constant quasdam esse officinas, quae publicum munus exercent quo participes fiant reliquae corporis particulae, ad huiusmodi autem officia, concavitates, figure, magnitudo, numerus, connexio, & situs, requiruntur, ideo partes uiuentium oportet esse organicas; propterea rectè dicit Aristoteles libro 2. de Anima, cap. 1. ipsam animam esse actum, & formam non cuiuscumque corporis, sed organici.

Ceterum, animalia & homo praeter calorem quem habent insitum, alium requirunt longè ampliorem, aliunde influentem: nam cum plantae habeant solum certas quasdam facultates, quibus nutriuntur, & augetur, & eas quidem stabiles, & firmas, & terreae sint infixae, à qua humorem, & calorem, trahunt, non egent peculiari aliquo fonte caloris, sed illis sufficit calor, qui insitus est singulis earum partibus: homo uero qui plurimas, & diuersas habet actiones, in quibus plurimum laborat, duplicem calorem postulat, influentem unum, insitum alium singulis membris, qui est ueluti potentia calor, qui non satis est efficax instrumentum ad actiones hominis obeundas; id quod satis apparet per somnum, in quo sensus, motor, intellectus, memoria, & ratio cessant, non quod eas partes in quibus illae functiones exercètur, anima, aut insitus calor reliquerit, sed quod alius calor illis desit, quoniam per somnum ad interna uiscera sese recipit, sunt huius caloris fontes, cor, hepar, testes, sed praecipuus a quo alij oes emanant, est cor, hoc enim feruentem quandam spiritum perenni quadam actione gignit, qui delatus per uniuersum corpus, commune fit instrumentum uniuersis corporis actionibus, dum insito calori coniungitur & illum excitat, eique dat actum, & vim agendi efficaciter. Hic calor influens sponte ad suae premas externaesque partes mouetur, dum ex nutrimento in suis fontibus est auctus, ut apparet eum absoluto somno, ille suo motu exiens ab internis uisceribus ad externa prorumpens, uigiliam patit, id est sensibus adest; ubi uero ipse calor ob dissolutionem subiecti, scilicet spiritus, languescit, nequit amplius uersari, & extendi per uniuersum corpus, sed cogitur redire ad suos fontes, & concoquere si quid illic est, (ut esse solet in publicis officinis alimenti) quo tempore somnus fit & quies; Habet ergo hic calor suos motus, alios habet cum ab anima ipsa euocatur, quod enim est animae instrumentum, illud animae vim & motum sequi oportet, unde uideamus cum cogitare uolumus, aut mouere corpus, calorem, caput, & externas partes petere, & cum per iram augere uolumus robur, & vires intedere, ebullitionem quandam in corde ipso excitari, ubi ite est sedes.

Egimus de natura, vi, & motu huius caloris in libro quem inscripsimus de Somno & uigilia, diligentius fortè, quam sit ab alijs factum: nunc satis sit intellexisse ad nostram uitam requiri insitum quen-

dam & influentem calorem, & hunc motu exercere suum munus publicum, quando quidem sine motu non poterat singulis partibus, quando eo est opus, adesse; Quod si ita est, necesse quoque est corporis cavitates per quas mouetur, liberare esse ab omni impedimento; Unde uideamus perire & suffocari animalia impedito illius cursu, iniectis uinculis ceruici, & quoniam ex eo feruore gignuntur vapores qui dam fuliginosi, prohibere non oportet corporis transpirationem: alioqui retentis illis calidis excrementis, praeter modum augetur calor, qui postea febris, putredinis, & multorum aliorum malorum est causa. Iam uero cum uiuentia omnia postulerent unionem ex anima & corpore, in quo est materia elementorum, partes similes, & organice; calor quoque insitus in omnibus uiuentibus fit, & influens in nobis & alijs animantibus, in quibus cor est, uel aliquid quod cordi proportioni respondet: uideamus ita quae nam sint ex ijs quae unionem uitae causant, corruptam, & nos mortales reddant; possit quispiam credere, id contingere ob appetitum materiae primae, illam enim ex Philosophorum & praesertim Aristotelis cap. ultimo lib. 1. Physi. opinione, formam appetere, quomodo dicitur femina matrem appetere, nec contentam esse ea forma cui subijcitur, sed gaudere successione formarum; eam ergo causam esse nostrae mortalitatis; Alij uero excogitare possent, causam sumi huius rei à contrarietate quae est in partibus similibus: nam cum materia uiuentium (id est partes similes) consistat ex quattuor elementis, quae contrarias inter se habent qualitates, rationi esse consonum ut non possit perpetuo durare ea pugna, quae necessaria nascitur ex illis inter se mixtis qualitatibus, sed tadem uincere aut calidum, frigidum, aut humidum, sicum, aut contra, aut tandem plura, uincant, aut uincantur, aut omnia unius potestate & imperio te-

neantur, in cuius naturam aut cetera omnia conuertantur aut certe unumquodque ad sui simile redeat. Adferre etiam possumus uitae finem contingere ex fragilitate materiae nostrae, quae suapte natura sit corruptibilis: ideo enim caelum perpetuum esse, quia constat materia firma & stabili, longè diuersa à nostra. Quis etiam non agnoscat uitae filium rescindi ob calidi influentis affectiones? quandoquidem eo praeter naturam aucto, lethales febres, & eo suffocato ob impeditum illius cursum & transpirationem, aut oborto ob materiae copiam, ut in crapula & ebrietate contingit, aut extincto ut accidit in uehementi frigore, non solum herbis omnibus, sed etiam alijs plantis & animalibus, saepe mortem succedere uideamus; An non etiam sublata aliqua parte instrumentali ut capite aut illatum numero aucto, ut in monstris quae geminum habent caput, mors inferitur? Scribit etiam Aristot. rerum naturalium formas certam sibi magnitudinem subiecti postulare, quare si contingat rerum uiuentium corpora ultra naturae modum parua aut magna generari, illa diu nequeunt uiuere, nec uiuent quidem, si insignis error in cavitare aut soliditate partium; aut in figura, aut asperitate & lenitate, aut in situ, & connexionem fuerit factus, aut si continuitas quae communis est affectio similibus & organice, sit uitiata. dissoluere igitur possunt unionem, corporis uita. Sunt etiam qui putent hanc uiolari unionem ab anima ipsa, sed de illius recessu sunt variae antiquorum opiniones; quidam enim credunt animam sponte non appetere materiae coniunctionem, à qua laedatur, sed dimitti e caelo à rerum omnium auctore, ut res uiuentes fiant, & eam ueluti in carcere quodam uolenter contineri, & tandem sese ab hac societate liberare, ut ad puram suam sedem in qua & ipsa pura agnoscat, redeat; quae opi-

uio fuit Platonis; Alij ex Platonis probabile esse putant, Authorem animarum, & generationis uiuentium inuidere nostræ immortalitati, & propterea animas ad se reuocare, posteaquam illæ ex perfectio uiuentium opere, aliquando summi opificis, & rerū conditoris potentiam & vim ostenderunt; quæ quæ opiniones in illa parte veritatem continent, in qua decernunt animas à cælo à rerum omnium auctore creati; in reliquis magna ex parte à philosophiæ veritate abhorrent, & à Peripateticis etiam sunt explosæ.

Nec videtur probanda eorum opinio qui dicunt forma uiuentium, & mortuorum opponi, & has illas extrudere, vt dominari aliquando etiam possint in communi materia; nec propterea dubitare possumus de nostro & aliorum uiuentium interitu, si omnes & singulæ causæ vnionis nunc citius, nunc tardius eam violant, ut in soluta vnitate corpora in similibus partibus atque organicis detrimenti patiantur; Quare perpetua nequit esse uita; ita causæ quæ sunt aduictæ vulgo quidem verosimiles videntur esse, sed veræ nequaquam sunt: namque materia non appetit formam, ut vulgo erroneè circumfertur, aut certe non appetit successione formarū, posteaquā in se recepit uiuentium formam mihi persuadere non possum, nam cum quælibet res sui conseruationem postulet, quo pacto materia quæ essentiam suā habet in potentia appetere potest formam per quam potentiam suam amittit, & actu fit aliquid. Quod si videmus eam continuo subijci formis, id non accidit ex eius appetitu, sed quum agentia perpetuò exercent suam vim, nec illam sine formis consistere permittunt; Ridiculum propterea est dicere, in materia aut in forma esse aliquem appetitum, & si est, potius est in forma, quam in materia; Cum enim formæ rerum naturalium aptæ natureque sint dare esse rebus naturalibus, frustra erunt illæ, nisi cum materia coniungantur. solæ enim & separatæ actum dare nō possunt, coguntur ergo illæ appetere materiam si forma esse debent: propterea si materiam appetere formam ex eo putamus, quod perpetuò cum forma consistere cognoscatur, non propterea cupit eam deponere quam habet, ut aliam quærat: nam cum rerum animatarum perfecta sit forma, rationi consensu est, vt materia ea contenta maneat, nec appetat perfectam formam amittere, vt deteriori subijciatur, vt enim persistamus in exemplo de femina, sicut femina nulla vult mori, vt illius materia formæ masculæ tandem subijciatur, vel ut ipsa masculus euadat, & appetit matrem non masculi formam, sed confortium, ut perfectioris nature fiat particeps; & posteaquam perfecto & pulcherrimo masculino est coniuncta, illius recessum nequaquam desiderat, ut imperfectissimo & deformi & fedissimo coniungatur, sic si materia mutat formam uiuentium, id non fit ex ipsius insatiabili appetitu, quo nequeat quiescere sub vna forma, sed quod in ea aliqua sint qualitates quæ cogant formas abire, quod nos accidere videmus per sanitatem & morbos, vbi enim valet animal, videmus materiam subijci libenter formæ, & inter illas societatem iocundam & stabilem iniri, vbi verò passiones violentæ fiunt, tunc non statim sequitur mors, sed vbi tolerabile amplius non est malum, tamquam grata sit inter materiam & formam societas, vt quæ nō nisi magna violētia dirimi possit.

Ceterum, contrarietatem illam quæ est inter qualitates Elementorum mortis esse causam docet experientia; sed violentæ illæ sunt mortes quæ ex ea pugna & contrarietate nascuntur, quæ vero ætatis curtu accidit, non solum est sine violentia, sed etiam sine sensu aliquo, cum videamus eos qui in extrema

senectute moriuntur non dolere, nec contristari, sed iocundissimè aliquando loquendo expirare. Materiam nostram esse fragilem certissimum est, sed ea fragilitas non nascitur ex ea materia, quæ subijcitur omnibus formis, & in quam vltimo fit resolutio, hæc enim perpetua est si modo vicissim subijcitur formis sed ex ipsis qualitatibus insidentibus, hæc enim ob eam quam habent agendi, & patendi vim, proximam rerum materiam violant.

Nascitur quoque violenta, & non naturalis mors, vitiatas organis corporis, vt quilibet quotidie agnoscit, ex malis qui ex eorum vitio nati, vitam tollūt; at verā anima ipsa quæ forma esse non potest rei naturalis nisi in materia sit, suapte natura appetere potest dissolutionem, quippe cum in ipsa materia sit, & sine illa non est apta exercere suam vim.

At quoniam hæc disputatio originem animarum, tangit, opere pretium erit quid veteres philosophi, quid naturalis ratio, & quid etiam Catholica fides hac de re decreuerit indicare; Antiqui igitur Philosophi in hoc argumento versantes, supposito tamquam fundamento quod formæ aliæ vniuocæ, aliæ æquiuocæ sint, illæ formæ rerum sint, quæ ex putredine gignuntur, hæc verò earum quæ ex femine proueniunt: de vniuocarum origine in varias sententias distracti sunt; Quidam enim voluerunt extrinsecus accedere, & inde à primi mobilis motore. Alij verò illas extrinsecus quidem aduenire credunt, sed non à primi mobilis motore, verum siderum conuentu eas fieri, & imponi materia; Alij verò statuunt eas educi ex materia per præparationem materiam, aiuntque præparationem illam fieri assiduo incrementum, donec ad summam peruenerit perfectionem, tunc enim ad substantiæ quoque formam peruentum erit, nam perfectionem illam vt aiunt forma necessariò comitatur: Alij has opiniones infringunt, & primam hoc pacto: quia formas primi mobiles motor dare non possit, non enim Deus asserunt esse ille motor, qui simplex est, nihil habens in potentia, sed omnia in actu, immo ipse est actus putus, primus, medius & vltimus, nec in eo est tempus, sed ipse est temporis Dominus, quouis principio nobis cognito, vel incognito prior; primus verò ille motor finitus est essentia circumscriptio, & potentia, propterea non habere in se formas quæ successione temporis rebus indantur, nec illas singulis momentis in quibus generationes fiunt tum variæ, & multiplices sibi fabricare potest; Absurdum quoque esse inferunt, ex siderum coniunctione credere nostras fieri formas, quando enim inquirunt id vnquam est visum aut cognitum, quænam siderum debeant esse coniunctiones quæ nostras, & aliarum rerum formas pariant, vt non magis probabilis hæc opinio existat quam illorum qui fortuitum esse nostrum ortum statuunt; neque esse recipiendam eorum sententiam, qui dicunt ex præparatione materia formas educi; nam cum præparatio fiat particulatim, forma quoque pars alia post aliam educeretur: est enim educitio motus, & sic diuisibilis, propterea non potest esse in præparatione perfectio; perfectio enim post illam est, nempe forma quæ est actus. Quibus opinionibus explosis, existimant in femine formam rei existere, vt in femine humano formam hominis, non enim homo ex humano femine per putrefactionem fit, sicuti ex limo putrefacto rana, nec quemadmodum iuuenis ex adolescente, nec quemadmodum ex animali fit animal, vt fit in cruce, & bombee, nec sicuti ex ouo pullus, sed perfectiori quodam modo: nam in femine anima est actu inquirunt, quæ sibi corpus fabricat sicut Artifex, vt inquit Arist. habet autem Artifex formam in sua potestate sibi insitum, quam im-

ponit materiam sic Aristot. scribit 7. Metaph. in semine esse principium mouens; & in 2. de generat. animalium ait animam esse corporis conditricem, ut concludant agere formam quæ est in semine actu; alioquin quomodo agere posset, nisi esset actu causa ordinationis situs, numeri, figuræ, connexionis, ut secundum illos semen hominis fit imperfectus homo, carentes tantum articulationibus; & occurrit tacite objectioni, cum possit aliquis dicere, auferri generationem si dicamus in semine iam generato esse hominem, respondentes hominem tunc dici gignere cum producit semen. Formæ igitur viuientium secundum ipsos in semine ipso actu sunt, nec aliunde accedunt: nam si extrinsecus aduenirent, quomodo diceretur pater generare filium, dicitur generare qui formam dat. Quapropter si materiam dat mater, & formæ extrinsecus accedunt, pater nullam habebit generandi vim; nisi fortè dicas, illum partem materiam ex suo semine exhibere, propterea comprobant suam opinionem ex similitudine, ex quo sumetur similitudo filiorum ad patrem, non enim materia similitudinis est causa, sed forma. Nec obstat, quòd dicit Aristot. hominem generari non solum ab homine, sed etiam à sole, intelligit enim inferiora corpora tendere ex superioribus propter æquiuocam connexionem non propter uniuocam affectionem communionem: sunt enim superiora inferiorum tanquam formæ conseruatrices, igitur concludunt, animam actu in semine existere non solum in animali, sed etiam in homine.

Præsens quæstio aliquot assertionibus explicanda est. Prima assertio est, animam vegetatiuam per facultatem formatricem, vel eius uicariam in semine reperiri, & hac ratione semen esse animatum, de qua facultate si intelligantur argumenta proposita, nullam in se continent falsitatem.

Secunda assertio, quæ in Aristot. uera philosophia & in fide est uera, forma hominis quæ est anima rationalis, nõ producitur à uirtute seminali, nec ab aliquo agente naturali, neque in semine reperitur, nam nullum agens naturale potest producere aliquid esse supra ipsam materiam, anima rationalis habet esse supra materiam, ergo non potest produci ab aliquo agente naturali. discursus est notus, Maior probatur: omne agens naturale, agit actione circa materiam, & recepta in materia, non ergo potest producere nisi esse, quod super ipsam non eleuat, nec est alterius generis. Probatur etiam à simili, ex parua certa que ceræ quantitate possunt fieri multe imagines, quæ tñ quantitatem ceræ non excedant: tamè turris magna excedens quantitatem ceræ, nullo modo fieri potest, quia non est sub potestate talis ceræ, & agens Artifex nihil agit ultra potestatem materię illius; Minor probatur: quia anima rationalis habet operationem eleuatam supra materiam, puta intelligere, ergo & ipsum esse.

Tertia assertio: Anima rationalis à solo Deo est producta per creationem; quæ primo sic induci potest à sufficenti diuisione: si enim anima habet principium sui esse, & illud non est agens naturale, nec agens ex materia, ergo agens erit aliqd quod ager sine materia. Est autem notandum, non sic animam rationalem producit sicut reliquas formas, reliquas enim producit concurrente causis secundis, at animam rationalem solus ipse facit. An uerò prius natura anima habeat esse, quàm sit homo, & quàm sit in materia, puto dici posse in utramuis partem probabiliter, uel prius natura esse in se, & terminet sic creationem Dei; uel non prius sed simul natura infundi; & esse in corpore, mihi magis placet: quia hic non est simplex creatio ut Angeli, sed concreatio. De prio-

ritate temporis dicendum, quod non prius produci- tur quam uniatu corpori, sed in uno instanti temporis utrumque produci. Atque hæc est resolutio huius difficultatis. Explicanda nunc sunt argum. pro- vltima opinione adducta, quæ nihil contra propo- sitas assertiones probant.

Ad primum, cum dicebatur, homo est uniuocè animal, cum omnibus alijs, ergo idem est ipsius & aliorum modus: sed alia producuntur per produ- ctionem animæ à uirtute seminali ergo. Huic ar- gumento ita occurrendum est; Id quod generatur non est nisi compositum ipsum, & quantum ad ge- nerationem compositi, non est differentia inter ho- minem & alia animalia, homo enim hominem & equus equum producit, & hoc sufficit ad uniatem genericam, discrimen tamè est, quod homo non com- producit animam sicut equus & alia; sed id discrimen non impedit quin sit idem genus productionis, quia productio à termino primo & per se, quod est ipsum compositum summi debet: illud tamen facit discrimen hoc, quod sicut homo cuncta excedit ani- malia, ita ipsius productionis modus, tria autem hæc interueniunt aut quattuor, ut possit dici uera homi- nis extrinsecè generatio. Primò, quia exhibet alteram partem compositi, puta materiam & corpus unde generetur; Secundò, quod concurrat etsi non ad esse- sentiam animæ, saltem ad eius unionem cum corpore, & ad eius informationem; Tertio hinc etiam con- currit ad productionem totius compositi; Quarto, quia facit omnes dispositiones usque ad ultimam, quæ sunt necessariae ad ipsius animæ introductionem, & ita concurrat quoque dispositiue & hæc sunt satis ad uniuocam generationem.

Ad secundum uero argumentum dum dicebatur, homo est causa hominis sicut equus equi, ergo produ- cit sua uirtute animam aliter nihil faceret: nam non facit materiam, anima extrinsecus aduenit, ergo nihil facit.

Respondèdū solutionem patere ex dictis; & ut cla- rius pateat, asserendum est, hominem esse causam ho- minis, non quod formam faciat, hoc enim per acci- dens est in generatione, sed compositum, sicuti etiã dicitur aliquid causa mortis hominis; non quod destruat animam, sed compositum ipsum, in hoc enim uera ratio corruptionis consistit; & quamuis non faciat materiam, dat materiam, dat corpus organicum, ac- præparat, & disponit; & quamuis non faciat ani- mæ, concurrat tamè ad eius unionem, & ad eius in- formationem. Alia duo argumenta pertinent ad num- erum, situm, figuram partium, & filiorum simi- litudinem. Ad primum dicitur tales operationes il- lius facultatis esse quæ formatricis uicaria dicitur, for- matrix enim cum insit in generante, a quo ut à prin- cipali causa fetus produciatur, ab ea deriuatur impri- miturq; in semine alia similis uirtus, eius quasi uicaria, quæ materiam fetus tractat & constringit, & alias operationes producit, de qua intelliguntur duæ Ari- stot. auctoritates.

Ad alterum argumentum quod erat, quomodo si- lij generarentur simile parentibus, si actu in semi- ne forma hominis non existeret. Respondendum, similitudinem potissimum in duobus consistere, in colore, & membrorum figura, & lineamentis; com- munis causa ex qua proximè colores nascuntur, est temperamentum quattuor primarum qualitatum ex quarum permissione colorum uarietas existit; com- munis autem causa delineationis, & figuræ mem- brorum est uirtus formatricis, à parentibus semini impressa; princeps causa temperamenti efficiens sunt progenitores, qui ut compositum gignant eique esse conferunt, ita quæ ad illius conseruationem requi- runtur

runtur, quorum unum temperamentum est, tribuere debent.

His accedit quoque solis celi que conditio, atque in fluxus corporum celestium, quæ ut ad hominis ingenia, ita ad qualitatum compositionem mutanda & modificanda non parum conferunt, ut docet Plato 5. Dialogo de Legibus, Arist. 7. Polit. cap. 7. & Ptolemæus in 2. tract. quadripartita, ideo causa proxima ob quam filij in colore similitudinem referunt sunt ipsi parentes; immediata est conuenientia natiui temperamenti, in quo nunc materna nunc paterna vis, ad proprium colorem imprimendum excellit nunc ambo ex æquo influunt; Similiter quod ad membrorum figuram spectat, eius præcipua causa sunt patres, instrumentaria, & immediata est virtus formatiua, cuius ministerio parentes delineationem simile suam in fætu consignant, ut ij qui sigilli interuentu suam imaginem in cera exprimunt: ut id muneris existimandum sit esse facultatis formatricis, & propterea hac de causa non esse putandum veram formam hominis quæ est anima rationalis actu in semine existere, sed extrinsecus aduenire; gigitur anima rationalis quæ uis à superius mittatur, non propterea poterit perpetuo esse in nostra vita ut uita nunquam finitura sit; neque putare debemus, uitam non finiri eo quod mortuorum formæ uiuentium formas extrudant: nam ut in eadē materia duæ contrariæ formæ consistere nequeunt, ita succedunt mortuorum formæ formis uiuentium; gigitur cum istæ causæ mortem non adferant naturalē, sequitur ut ea nascatur ob affectiones omnes, uel aliquam cōmunis animæ & corpori instrumenti, nēpē, calidi innati. Est porro (ut alibi ostendimus) non una calidi innati natura & significatio, sed multiplex: & diuersa: nam per calidum innatum sanguinem & semen, nostræ generationis principia Galen. intelligit; aliquando uero intelligit calidam, & humidam substantiam insitam singulis membris, & derelictam à primis illis initijs. Est uero cum intelligit eo nomine spirituosam & sanguineam substantiam, quam cor in se gignit, & in singulas partes mittit. Capit aliquando nomine calidi innati coniunctam substantiam ex insita & influente; & hæc quidem plurima est, & ad agendum efficax, cum alia uiget: cum enim in cordis substantia aerea illa & aquea substantia plurima est, copiosus spiritus ex ea confurgit, & cor ipsum concoctricem facultate pollet, cuius uis plurimum spiritus & sanguinis spiritus gignit, perfecteque concoquit & perficit. Ac mors quidem contingit primo & immediatē in nobis uitio calidi innati influentis; quamdiu enim illud est in corpore, tamdiu uiuimus: tunc uero mors accedit, quando ultimus spiritus emittitur; uerum calor iste ob multas causas perit, quoniam multa requirit, ut fungi possit officio suo postulat. n. liberos pro corpus uniuersum motus, quibus si priuetur, suffocatur; quod ostendit mors, quæ fit in his qui strangulantur: nam prohibito motu, nec aer externus immittitur, nec fuliginosa excrementa, quæ à feruore cordis gignuntur, expirant. Quare idem accedit nostro calori, quod igni, qui suffocatur, cum fumus liberum non habet exitum, nec aer immittitur aliquis qui ignem excitat, & alit. Postulat & calor certam temperiem, ut eommodum fiat naturæ instrumentum, propterea corrumpitur per extinctionem à frigido, & intenditur illius qualitas ex prohibita transpiratione, & alijs causis quæ illum actiorem, & uehementiorem reddere possunt.

Ceterum, cum calor sine subiecto consistere, nec ferri per corpus, uel alicubi sua officia exercere possit, ideo humore eget sibi proprio, subiecto, & tanquam pabulo ac mors quidem uiolenta est quæ per

A suffocationem uel extinctionem caloris fit: quæ uero ob illius subiecti consumptionem accidit à solis ipsius naturæ principijs, illa sola secundum naturam est, & sine dolore, ut Aristot. etiam testatur in lib. de uita & morte, ut enim ignis consumpto humore qui erat in ligno, & in flammam conuerso, marcescit & perit, ita noster calor paulatim dissipato, & consumpto suo humido & pabulo quo alitur & sustinetur, simul euanescit & expirat: ablato autem calore, anima destituta suo instrumento, nequit amplius forma esse corporis, quare recedit. ita unione dissoluta mors sequitur, id est uiuentia esse desinit; id quod (ut diximus) fit, quia primum calor deficit, id quod accidit, quia humidum illi deest; humoris autem defectum peperit calor noster ipsi insitus, dum eum calefacit uertitque in uaporē. Verū cū humor sit unus in nostro corpore, qui partes siccas glutinat, & unione continuitatisque partium est causa; alius uero qui partes reddit molles & plurimo rore atque sudore præditas; alius uero (ut diximus,) qui in animalibus gignitur in corde, uel in parte que cordi proportionem respondet, non primus ille quidem humor per naturalem mortem consumitur & perit, sed post mortem adueniente putredine, & corruptionis cadaueris, quæ naturaliter fit per putredinem, est causa. Sed alius est humor, quem diximus, esse inditum singulis membris, & plurimus agnoscitur esse in ortu & primis ætatibus, non solum in animalibus sed etiam in plantis, quæ ob illius copiam facile flectuntur, maximè & felicissimè crescunt, nutriunturque; quando enim pro ratione caloris sufficiens ad uitam & unionem animæ cū corpore retinendam ille adest & abundat, tamdiu plantæ uiuunt: quæ uero influentem calorem uel non habent, uel non ita euidenter, ut animalia, præsertim, quæ cor habent, hæc (ut diximus) tunc pereunt, quando aereus & spirituosus ille humor, qui à corde continuo emittitur, deficit, ad hunc autem humorem sicut etiam ad alium, uterque calor conspirat, & qui insitus est singulis membris, & qui ipsi spiritui est inditus, sed hæc alio loco diligentius enarrauimus; Ad id uero quod ad rem propositam attinet, iam accedamus.

Nam si tamdiu durat uita, quamdiu restituitur humor, fit autem hæc restitutio per nutritionem, cur non licebit alimenta suppeditare corpori, & illud nutrire, & ex nutrimento affundere humorem quamdiu placebit, & rerum natura alimenta exhibebit, atque ita uitam perpetuam reddere. Verum cum hoc fieri non posse ostendat omnium mors, quærenda causa est quæ facit, ut uita perpetua esse non possit. Quidam sunt qui credunt id accedere uitio alimentorum, quæ non apta sint talem reparare substantiam, qualis est illa, quæ quotidie dissoluitur; uerum cum ex ijs nutriamur ex quibus constamus, & semen ex quattuor humoribus sit confectum, ij autem ex alimentis sint geniti, possunt utique alimenta suapte natura similem præbere substantiam ei, quæ est consumpta. Alij uero dicunt, primum illam humorem de quo agimus, non posse auferri, sed perpetuo minui; quos refellit corporis incrementum quod fit in primis ætatibus, & in alijs nonnullis, & usque ad senectutem perseverat, addita carne, & alia substantia, ex qua corporis moles crescit, at nequit auferri corpus nisi plus reponatur humoris & substantiæ, quam sit uis caloris consumptum, docent idem morbi qui extenuant corpus, post quos solita, & maior nonnunquam crassities ex nutrimento assumitur auferri ergo potest humor & calor noster, nam hic ad illius incrementum crescit; Galenus in libro primo, de sanitate tuenda tradit calorem nostrum ab initio ad finem usque corpora nostra exsiccare, donec

eo perueniat exsiccatio, vt humor deficiat, ex quo calor ipse refici solet, tunc enim mortem sequi. Verum si augetur corpus, vt diximus in primis ætatibus, & in nonnullis alijs, quomodo semper exsiccatur corpus? At qui experientia docet, quod Galenus tradit verum esse: nam si corpora eorum qui recenter sunt nati, expendamus, ea longè molliora, flexibiliora, & ad dissolutionem, & euaporationem aptiora inuenimus, quàm sint in subsequente ætate postea; id quod ostendit progressu ætatis perpetuo magis exsiccati corpora, omnia enim tandem dura, & squalida euadunt; dicimus ne ergo augeri quidem substantiam dum crescit corpus, siccius tamen illud semper reddi, nec posse cum eodem humore, eandem reponi materiam? Aëreus enim est qui ex primis principijs inditus est humor, & per multas concoctiones elaboratus in ventriculo, hepate, in habitu corporis, & in testibus; Qui verò ex nutritione additur humor, ea elaboratione priuatur quæ in testibus perficitur; quare non ex alimenti natura, sed ex coctionum numero, humor qui additur, nequit esse prorsus similis ei, qui dissoluitur, sed semper deterior euadit substantia quæ reponitur, si cum priore comparatur; id quod progressu temporis maxime apparet; nutrimentum enim quod in senibus fit, frigidum & incoctum est, & ob id non solum ineptum ad augmentum, sed etiam improbum nutritioni; id ergo quod in ea ætate euidenter apparet, in primis cepisse certissimum est; Sed cur est quod sicca qualitas continuo augeatur in nostro corpore; id certè ex actione caloris prouenit dissipantis humorem; Verum quam est causa, qua fit, vt calor nequeat æquè humidam, & aëream similem prorsus substantiam procreare, est profectò vt puto humoris subiecti qualitas, nam cum ille aëreus esset & oleosus, (vt ita dicam) & calor illum dissipare cepit, redditur ipse calor acrior, atque ita acriores, siccioreque humores gignit, vt ostendunt humores qui in pueritia, adoleſcentia, iuuentute, & declinante ætate procreantur continuo sicciore, crassiores, & terreni magis; quia ergo vi caloris, mutatur humoris qualitas, ipsum quoque calorem mutari oportet, & diuersam agendi vim accipere; Alia sumitur causa diuersæ actionis ipsius caloris ex agendi modo, nam cum omne agens agendo repatiatur, necesse est calorem agendo continuo retundi, igitur cum primum esset prorsus integer, perfectum opus edebat, postea verò in dies agendo, sensim teritur flaccescit: vnde non mirum, si ab initio vsque ad finem deterius alimentum sibi parat, & non solum siccius, sed & tandem prorsus ineptum, & quia continuo agit in humorem sibi subiectum, continua autem nequit esse nutritio, & restauratio, quia necesse est præcedere publicas concoctiones, quæ non nisi certis temporibus fiunt, & mora egent, ideo rugosa euadunt nostra corpora ætatis progressu, quia minus reponitur, quàm dissipetur; quòd si tunc incrementum fit, est ex pinguedine, non quòd solida substantia augeatur, ergo mors tandem aduenit rebus, nec potest vita perpetua esse caloris vitio, qui humorem & pabulum suum sibi congenitum insitumque singulis mēbris, & cum qui influit semper depascitur, nec alij sibi similem (quia ipse ab initio ad consumptionem sui humoris omnem vim suam exercet,) nec tandem æqualem reponere potest, quoniam ex continua actione minuitur, & continuo dissipatur humor, cuius continua non potest fieri restauratio, ita continuo auctis illis vitijs in alimento tandem expirat calor consumpto prorsus suo natiuo pabulo, quod ex alimento nullam amplius restaurationem capere potest. Is qui potest meliora docere in re tam perplexa, adferat quæso.

A Verum si caloris actio causa est suæ consumptionis, & nostri interitus, cur in eadem specie non est idem vitæ terminus; imò cur omnia viuientia æqualia non habent vitæ spatia? Huius rei rationem reddit Aristoteles in libro de longitudine, & breuitate vitæ, cap. 2. & vnam dicit esse causam, quæ sumitur ex quantitate, & qualitate nativi humoris: ea enim diutius viuere, quæ plurimum habent nativi humoris, si modo humor ille fuerit oleosus & pinguis, talem enim humorem qui etiam multus sit, non faciliè exsiccati & dissolui; Verum cum dissolutio fiat facilis & difficilis, non solum ratione materię, sed etiam ratione agentis, non esset hæc causa omittenda quæ à diuersitate agentis sumitur: nam quæ acriore calore ab initio acceperunt, illa facilius exsiccantur, & sanguine consumuntur; propterea biliiosi citius intereunt sanguineis; Habent quoque ad rerum corruptiones externæ causæ suam vim, nam herbæ vehementi calore & frigore pereunt, cum. n. illæ ob exiguam suę substantię molem, faciliè extrinsecus patiantur, non mirum si torridus calor promptè earum humorem depascitur, & vehemens frigus eundem congelat, & calorem extinguit; idem accidere videmus, in nostris corporibus: nam quæ admodum gracilia sunt, faciliè patiuntur ab externis causis, crassa verò & obesa ab internis; Illa enim faciliè peruertit omnis externa noxa, horum vero meatus angustos promptè occupant humoris copia & fluxus. vnde calori via occluditur. Itaque cum in nostris corporibus oporteat calidum natiuum, non solum idoneo pabulo abundare, & temperatum esse, sed & liberè moueri per vniuersum corporis habitum, & rursus redire ad suos fontes, vt morbus contingit, si in uno istorum vitium aliquod fit, sic mors sequitur, si malum accidit insigne & immedicabile. An fortè etiam formarum differentia, causa est longioris & breuioris vitæ? nam vt ob diuersas formas actiones & officia rerum tantopere inter se discrepare agnoscimus, cur ob eandem rationem non dicemus vitæ spatia variari? nam si quis omnes plantas diligenter inspiceret, inueniret in aliquibus herbis vt in portulaca, aloë, plantagine, plus inesse humoris viscosi, quàm in arboribus multis seruata proportione magnitudinis, cum tamen nulla arbor minus viuat quam illa, in Picea & therebintho oleosus humor plurimus est, vita tamen breuior illius est quam palmæ, & cupressi; ergo si placeat, vnam tribuamus causam breuioris & longioris vitæ diuersis rerum formis, aliam humori, tertiam, calori, quartam diuersæ structuræ corporis. iam vero videamus qua ratione vita nostra breuis dici possit, Plutarchus putat illam breuem ideo vocari, quòd tempus quo viuimus sit breuissimum, adeo vt vix etiam momentum dici possit, si ad Deum comparatur, vel ad infinitum seculum, verum etsi hæc interpretatio, vera est, tamen ad nostrum institutum nõ facit, quia hic fit ad Deum vel seculum vitæ relatio; Plinius vitam breuem esse putat, quoniam homo dimidio vitæ suæ spatio viuat, cum alia pars per nocturnas quietes morti similes, agatur, adeo, vt si etiam infantia, & senectæ annos qui sensu ferè carent, tot præterea periculorum & morborum genera, & alias vitæ miseræ occupationes à quibus cum detinemur, non viuere, sed mori potius videmur, à vera vita detrahimus, breuissimam profectò illam sortiti sumus. Sunt & hæc vera, sed ad nostrum institutum non faciunt; quare breuem vocemus vitam ad artem medicam eã comparantes, breuissimam vero ac potius momentaneam dicamus, si ad ea omnia quæ à Medico cognoscenda & perdiscenda sunt, eam referamus; nam si Cicero lib. 1. de Oratore, oratori otioso iam in humana vita homini, multarum & penè omnium rerum

tum cognitionem tribuit, quid nos non tribuimus Medico, à quo mortalium omnium vita & salus pendet, qui perfectus esse nequit, nisi sibi omnium aut certe plurimarum rerum cognitionem cōparauerit.

Ars vero longa.

Artem vero non Medicinam, dixit, ut in libro qui inscribitur de Arte, quoniam Medicinæ nomen omnes artis nostræ partes non comprehendit, ut Galenus scribit in opere de tuenda sanitate ad Thrasibulum; non enim comprehendit partem quæ de sanitate tuenda agit, aut conualescentes restituit, aut morbos præcauet, sed illam solum quæ medetur morbis: illa enim sola Medicina dicta est, & vniuersæ arti nomen dedit; maluit ergo dicere artem quam Medicinam, vt omnes eius partes artis nomine complexus eam merito longam intelligeremus, quod non ita patebat verum esse si ad vnicam solum partem perdiscendam vitæ tempus comparemus, quod Galenus 2. Methodi confirmat vbi scribit: Quum ars ipsa tota sit magna, non leuissima huius pars est, scientia ordinandi victum, vbi totam artem longam esse tradit. Quid vero artis nomine sit intelligendum nunc docendum est, præsertim, quod alij interpretes significationes excogitauerint ab auctore alienas: nam Galenus per artem nihil aliud intelligere videtur, quàm artis inuentionem, breuem enim vitam esse si quis velit artem inuenire: nam ad artis inuentionem, experimento est opus, quod quidem liberè facere non possumus, cum periculosum alioqui sit in corpore humano omnium dignissimo experiri quæ ante nondum experta fuerunt; sic esse opus iudicio in singulis iudicandis quæ eueniunt, quod quidem difficile est. Requirit præterea occasionem, quæ quidem momentanea est, ita ut has difficultates, vnius vita superare nequeat; quæ sanè interpretatio non placet; Primo, quod dictioni authoris vim inferat, pronunciat enim Hippocrates omnia inter se distincta, cum ait. Vita breuis, ars vero longa; occasio autem præceps, experimentum periculosum, iudicium verò difficile; ita enim Græcè, ista leguntur distincta; quæ quidem ostendunt singula per se esse considerata, & nouam difficultatem addere, non autem reddere rationem longitudinis artis. Deinde Hippocrates non dixit artis inuentionem esse longam, sed artem ipsam, plurimum enim refert, si dicas longo tempore opus esse ad artem aliquam inueniendam, & artem ipsam longam esse, & non nisi longo tempore disci posse; in illo enim artificis labor, in hoc artis difficultas ostenditur, fierique potest vt diu multumque insudauerint artifices in arte quapiam inuenienda, & constituenda, quæ iam inuenta, & constituta, faciles ac paucas præceptiones habeat, quæ breuissimo tempore disci possunt. Præterea, cum vbiq; duo faciat instrumenta solum ad artes inueniendas, rationem, & experientiam, frustra hic Occasio adderetur; quod si occasio additur, cur & quantitas & vtendi modus, locus, ordo, &c. non adduntur quæ medicamentis experiendis in nostro corpore sunt consideranda? Quod si forte quis diceret, in experimento hæc contineri, quod scilicet is qui experimento agit, quantitatatem, modum, & prædicta obseruet, idem de occasione dicere liceat, cum eo teste primo ad Glauconem, nec disci nec arte comprehendi ea possit, sed solum exercitatione & experientia assequatur; atque hoc modo iterum frustra post experimentum occasio adderetur; quod si de inuenienda arte ageret author, perperam diceret occasionem esse

momentaneam: licet enim in omni tempore inuentioni artis studere & præcepta condere quibus ars constat.

Adde, si nulla adhuc est ars cum inuenitur, quomodo longa dici potest? quod enim nondum est, nec breue; nec longum est; facit etiam id contra institutum authoris, qui vt ipse testatur, non artis inuentionem docere vult, sed ea tradere per capita, quæ iam sunt inuenta: Postremo, sequeretur nunc artem Medicam longam non esse, siquidem defunt longitudinis assignatæ causæ: omnia enim aut certe plurima sunt experientia confirmata, & iudicata, & agendi oportunitates notatæ; quod si ita est, alibi falso traderet artem nobis adhuc longissimam esse. Hæc satis ad Galeni interpretationem. Montanus aliam explanationem comentus est, quæ est absurdissima: ait enim, per artem hic intelligi artis vsum, & exercitationem, quæ sequitur habitum; totum enim vitæ tempus non sufficere, vt quis possit artem Medicam quæ didicerit exercere; ipsam verò artem longam non esse, sed vnius anni spatio illam comparari posse: egregia sanè interpretatio, quæ dimidio duntaxat temporis spatio differat ab opinione Theslali, quem Galenus in primo Methodi acerrimè reprehendit, quod scilicet Medicinam vniuersam sex mensibus perdisci posse assereret; Montanus verò sex alios addit, & vno anno promittit Medici institutionem; quod si ita est, cur singulis annis eam operam discipulis non præstitit. Quod verò de exercitatione artis, non intelligat author, idem refellit quod supra diximus, nepe quod in Medicina exercenda, & facianda, non solum occasio remediorum, sed etiam qualitas, quantitas, vtendi modus, ordo, locus aptus ad agendum in corpore requirantur; deinde præmium non conueniret cum his quæ docentur in Opere, quod Galenus putat esse necessarium: nam ille vult artis præcepta docere, non autem artis vsum; is enim in particularibus consistit, quæ teste Gale. lib. 1. ad Glauconem, nec dici, nec scribi possunt. Præterea, nõ video cur non possit Medicus, qui omnes artis partes ex authoribus sibi comparauerit, artem facititate multo facilius, quàm Montanus credit, videmus enim paucorum annorum spatio iam doctos in arte Medicos, vsu medendi clarissimos euadere, neque eas difficultates subire, quas hic author proponit: non enim cum periculo artem exercent, quia rebus vtuntur iam probatis, quantum vim tenent, & facile possunt iudicare de rebus, & occasiones obseruare: nam ex artis cognitione, & aliquo vsu redduntur hæc difficulta quidem, sed non incomprehensibilia vna ætate hominis. Nos verò putamus, Hippocratem artem vsurpare in propria significatione, vt vniuersalia præcepta continet; Est enim ars ratione eorum præceptorum ex quibus reuera constat, per se longa, id quod ex Gal. multis locis probare possumus; ait enim ille in libro de plenitudine, & capite decimoquinto libri primi de Crisibus, artem esse longam, quoniam illius partes, & præcepta multa sunt, quæ non nisi longo tempore percipi possunt. Præterea, tota vita opus esse dicit, in primo capite de dignotione pulsuum, ad pulsus dignoscendos. Et eodem libro cap. secundo aperte scribit, artem sua sponte esse longam, & in libro de causis procatarteticis, ait artem ab Hippocrate dictam esse longam, secundum seipsam, longiorumque fieri à Sophismatis Medicorum; sua sponte autem & secundum se, longam intelligere debemus ex his quæ per se, arti insunt, & arti sunt propria. Cōstat autem ars (vt ille tradit in libro de optima secta) præceptorum vtibus, & positis principijs consentientium, multitudine, non autem ex his quæ sunt particularia, cuiusmodi est experimentum; artem enim

nim non experientiam, sed principia inuenta, & comprobata tradit, nec iudicat ars de particularibus, sed præiudicata ex illis collecta præcipit; occasiones in singulis non obseruat, quæ nec dici nec scribi possunt, sed generalem quandam rationem præscribit, qua tempus ad agendum commodum percipere possumus. Ad id facit quod primo cap. sexti de Simplicibus scribit, Artem longam dictam ab Hippocrate, ubi studeamus per viam compendiosissimam, i. per ea quæ sunt in arte ipsa vtilissima, artem ipsam cõparare, & non in Sophismatis, fabulis, & incantationibus tempus conterere. Ex quibus quidem locis satis constat, artem dicendam esse longam ex præceptorum multitudine, & multis suis partibus difficilissimis, quæ non nisi longo tempore disci possunt; id quod verum esse vnusquisque experitur, qui pro dignitate omnes Medicinæ partes tractauerit, & consequi studuerit. Quod si verum etiam est, longo tempore opus esse ad artem nostram inueniendam, tamen (vt iam satis ostendimus) cum author agat non de artis inuentione, sed de arte ipsa docenda, nihil ad rem presentem illud facit.

Occasio verò præcept.

KΑΙΠΟΣ Græcis, vt Galenus refert in lib. de Optima secta, duo significat tempus opportunum ad agendum, & morbi tempus, in lib. verò de temporibus morborum solū tempus morbi significare tradit, verbum autem (occasio) de tempore morbi non dicitur: quare non semper καίπος occasio verti debet, sed solum cum tempus ad agendum opportunum significat. Est autem occasio, vt in libro tertio, de victu acutorum definit textu 25. tempus, quo ex consuetudine, aliqua re vt consueuimus, vel quo aliquid iuuare solet; in libro autem de optima secta definitur esse tempus idoneum ad exhibenda remedia. Prima tamen definitio recipienda, vt quæ vniuersalior sit: non enim solum in remedijs, sed etiam in victu, & omni actione, occasionem agenti querimus. Quam Galenus occasioni tribuat, ostendit cum 12. de vsu partium scribit, artem non fore longam, si occasio momentanea non esset; & cum primo ad Glauconem, statim in principio, totam medendi Methodum solum constare scribit quantitate, qualitate, modo, & occasione remediorum; difficultatem huius rei ostendit eodem loco, cum non nisi à peritissimis Medicis eam dignosci posse scribit, propterea pingitur occasio capillata solum circa frontem, vt intelligatur, semel duntaxat inueniri, & apprehendi posse in vno, & non in pluribus locis, & non solum Medici, sed etiam Poeta illius vtilitatem nouit eum cecinit;

Temporibus Medicina valet, data tẽpore prodest,
Et data non apto tempore vina nocent.

At, tantum abest vt recentiores interpretes locum hunc pro dignitate explicent, vt nihil omninò attingant quod ad Medici institutionem pertineat: cum enim quid sit occasio, & quotuplex sit, & qua ratione deprehendi possit, & quæ momentanea, & in quibus, docendum esset. Hæc omnia prætermittunt, & satisfecisse alijs se officio suo putant, si Galeni duo verba repetant, occasionem scilicet momentaneam esse ob facilem corporis mutationem, & alijs vt Curtij studiosi ineptius sophistauerunt de re non intellecta, cum quarunt, an à tempore sumatur aliqua indicatio: quid enim id ad rem propositam pertinet? docet quidem Galenus in quarto libro Methodi, à tempore quo quis laborare cepit indicationem ad curandum non sumi, sed solum signa ad affectus natu-

Aram cognoscendam; hic autem de tempore apto ad agendum differimus. Ceterum, duplex est occasio, vniuersalis vna, particularis altera, vniuersalẽ appellamus occasionem, longius quoddam tempus ad id quod volumus peragendum accommodatum, de qua quidẽ Hippocr. sæpius agit, veluti cum scribit in Aphor. in principio, si quid videtur mouendũ, moue; Item, in acutis passionibus raro, & in principijs purgandum. De eadem agit in Aphorismo, Concocta medicari; constat enim morbi principium in quo mouere possumus, sæpè aliquot dierum & mensium spatio circumscribi quod ad mouendũ euacuandũque corpus est idoneum, sicut & pars ea morbi, in qua noxius humor est concoctus ad purgationem est accommodata: ac nos quoque per sanitatem hæc com-
Bmodè fieri, ut victum exhiberi, & alia per morbum, ut remedium dicimus, quo casu vniuersum tempus quo sani sumus, vel morbo laboramus aptum ad ea obeunda quibus egemus, statuimus; particularis autem occasio est illud angustissimum tempus, quo iam re aliqua vtimur, cuius mentionem facit Hippocrates in Aphorismis, cum momentaneam occasionem vocat, & Galenus primo ad Glauconem in principio ferè, quando eam scribit cognitu esse difficillimã, adeo vt vix etiam ab exercitatissimis medicis cognosci valeat; nam aliam omnes facillè cognoscere & apprehendere possunt. Illud vero iam explicandum diuerso modo quod scribit, Galenus, ait enim ille in primo ad Glauconem in principio medendi Methodum constare qualitate, quantitate, occasione, & modo remediorũ; At in arte medicinali, ubi agit de causis salubribus, totam medendi rationem scribit contineri qualitate, & quantitate remediorum, nec addendam esse occasionem, tanquam tertium separatum, quoniam in qualitate, & quantitate continetur. Hanc controuersiam nullus ante nos dissoluit, docuimus enim in libro de officijs Medici, probabilem esse vtramque opinionem: nam quoniam corpus nostrum in perpetua quadam mutatione uersatur, describi nequit certa qualitas & quantitas rei, quæ ad illius vsum adhibetur, nisi certum tempus statuamus, in quo illud perinde afficitur, vt tali & tanta re opus habeat, præterlabitur enim & mutatur nonnumquam temporis momento corporis status, vt ea quidem inutilia reddantur modo, quæ paulo antea iudicata sunt optima; siquidem abiente morborum accessione, vtile censemus esse (ita fortè exigente affectu) uenam tundere, aut medicamentum propinare, vel clysteres injicere, qua statim aduentante, nihil horum amplius opportunè adhiberi potest; Quare, nemo de qualitate, & quantitate præsidiorum deliberare potest, qui prius non constituat tempus, in quo putet huiusmodi esse corporis affectum, ut illi tale tantumque præsidium debeat: antea vero quæ qualitas, & quantitas inuenta sit, scopum facit distinctum occasio, ad quantitatem, & qualitatem affectus corporis docendam necessarium: sic enim quod Galenus ait ad Glauconem, se ad docendam occasionem tanquam tertium quendam scopum ponere, intelligere oportet, quod scilicet ad inueniendam, & docendam qualitatem, & quantitatem affectus conserat; id quod facit, quoniam mutationem, quæ in corpore fit, ostendit; Hac sane ratione morborum tpa notamus, cum dicimus in principio morbi acui mouendum esse, quod nobis huiusmodi tempus mōstret corpus perinde affectum vt mouete remedio illi sit opus: contra vero in statu non esse vacuandum dicimus, non quod significetur eo tempore virtus corporis infirma, quæ vacationem ferre nequeat, quæ admodum in libro de optima secta scribit Galenus (quippè cum sæpius in grauissimis etiam morbis citra
villam

ullam novam vacuationes sustinere possit) sed quoniam affectus eo tempore vacuationem non exigunt, sed alterationem potius & coctionem, declinationes vero morborum, aptissimas ad purgationem esse putamus, propterea, quod in ea morbi parte notavimus humorem esse concoctum, & ad vacuationem idoneum; eodem denique modo purgationem, vel alia remedia in presententi vel sequenti tempore aegrotis describimus, quod credamus tunc huiusmodi fore corporis statum, ut eo remedio opus habeat. Quae quidem etsi recte dicantur, tamen satius esse duco, ut occasionem ab alijs scopis seungamus: sic enim res facilius evadet, & ratio id suadere videtur. Nunc videndum est qua ratione liceat agendi occasiones assequi. Scribit Galenus in lib. de optima secta, eos errare qui uniuersalem occasionem ex morbi temporibus sumi dicunt, cum tamen ipse nono libro Methodi scribat remediorum tempus à quattuor morborum temporibus indicari; & in libro secundo de differentijs febrium, cibandi tempus per morbos, aut sumi ex accessionis & intermissionis tempore, merito refellendi sunt ij Galeni loci quos adduximus ex Methodo & libro de differentijs febrium: nam morborum tempora non indicant occasionem, sed morbos, & illorum causas ostendunt esse in certo statu, quo presente, tunc remedia adhibere oportet, id autem est coindicare; non autem indicare; Recipienda autem illius est opinio, in libro de optima secta, ubi scribit uniuersalem occasionem sumi ex presentia eorum quae remedium postulant, & absentia eius quod potest impedire: merito enim credere debemus, tunc esse tempus opportunum ad agendum, quando adest id quod actionem postulat, & absunt ea quae impedire possunt, & hoc in omni quidem statu verum est, siue remedia, siue victus, aut alia praesidia sint adhibenda, aut aliud quid facienda. Ceterum particularem occasionem ex presentia illorum quae postulant, & absentia eorum quae possunt impedire, & praeterea ex remediorum sequentium consideratione, & aegri proprietate sumi, tradit idem author; verum nulla ratio cogit ut alios scopos addamus praeter eos, à quibus uniuersalem occasionem sumi diximus: nam aegri proprietates, & non solum sequentia praesidia, sed etiam antecedentia, & affectus qui antecesserunt vel subsequuntur prohibent vel permittunt aliquid fieri. Sed haec in libro secundo de officijs Medici diligentius docuimus, aut vero si ex his occasio sumitur, cur est quod Galenus tradit in primo ad Glauconem uniuersalem occasionem posse, particularem vero non posse scribi? Scribi autem posse intelligit ille, & scopos quosdam literis mandari, ex quibus singula ducuntur; quemadmodum locos affectos, & causas de scribi dicimus, quoniam scopi quidam ponuntur, ex quibus causae & loci affecti noticia petitur; etenim, scopos ut in uniuersali, sic in particulari occasione inuenimus, tradidimusque. Porro, si intelligamus nullo modo scribi posse quae ostendant particularem occasionem, fallimur, siquidem uniuersales illius scopi explicantur & docentur, sed ad minima usque investigari nequeunt, ut uniuersalis occasionis scopi, facile enim est in illis id quod remedium & victum postulat notare, & quod repugnat, illorumque differentias usque ad minimas prosequi: non ita in particulari occasione euenit: nam cum à proprietatibus hominum, & praecedentibus, sequentibusque affectibus & remedijs sumatur, propria autem haec sint unicuique, & infinitae proinde hominum proprietates, varietque praeterea numerus praeteritorum, futurorum remediorum, & affectuum in singulis, non mirum si haec literis tradi nequeant, siquidem, quae peculiariter, & propria sunt unicuique, ut

A nullo certo numero continetur, sic nec arte ulla comprehendi possunt; Quare, optime Galenus non nisi ab exercitatis Medicis huiusmodi occasionem cognoscit scribit, nimirum, quod ex particularibus multis petatur, in quibus non ratio, sed experientia versatur. His positis, sequitur explicandum cur occasio momentanea sit, & an omnis occasio sit momentanea, & si non omnis, an ea quae est momentanea sit in omnibus corporis statibus, & Medici operationibus; Est autem momentanea inquit Galenus quoniam corpus nostrum facile alteratur & mutatur; & hanc interpretationem omnes recipiunt; verum, etsi corpus nostrum tum ab internis, tum ab externis causis mutetur, tamen ea mutatio quae ab illis fit, est insensibilis; adeo, ut non impediat Medici actionem; quod si extraneae causae & praeter naturam in corpus agant, tunc magna & subita fieri possunt mutationes, quae diuersum corporis statum efficiunt, ita, ut in qualibet mutatione diuersis praesidijs sit opus; id quod patet in accessionibus febrium, in quibus frigus subito occupat corpus, & paulo post inaequalitas sequitur, postquam calor innadit quem sequitur capitis, & aliarum partium dolor, sitis, vigilia, alui deiectio, sudor, vrina multa, & quies; Fiant haec enim omnia breuissimo temporis spatio, & in singulis affectionibus diuersa sunt agenda. Verum in sanis longum tempus conceditur ad id praestandum quod volumus, quia tales non reperiuntur mutationes, & propterea recte scribit Galenus noster in libro de sanitate tuenda tertio, occasionem in sanis non esse momentaneam; nec vero in morbis longis ita breuis esse potest, quin concedat longum satis tempus ad ea agenda, quae sunt necessaria: nam si in quartana febre opus sit venam secare, aut purgare, non vno momento temporis praeterlabitur occasio, quippe, cum non multum reterat si haec primo, aut alijs diebus, fiant. Idem ad huc apparet euidentius in hydrope, & alijs longis morbis, qui nullas habent aut leuissimas accessiones, horum enim causae eundem tenorem agendi seruunt, & propterea subitas non faciunt mutationes, quae occasionem mutare possint in breui tempore; igitur in solis acutis morbis in quibus corpus celeriter statum mutat ob causarum agentium vehementiam, occasio est praecipua, & quanto acutior erit morbus, tanto breuior erit occasio, adeo, ut in acutissimis duntaxat momentanea dici possit, in alijs vero tanto longior sit, quanto morbus magis ab acutissimo recedit: non enim aequale oportet esse occasionis spatium in morbis spatijs, & celeritate differentibus. Patet ergo, non uniuersalem, sed particularem occasionem esse breuiem, & qua ratione ea, & in quibus momentanea sit aut longior. Accidit tamen, ut uniuersalis, & particularis aliquando coincidant, ut in angina, tetano & in alijs peracutissimis morbis; nam, ut tempora uniuersalia morbi & particularia eadem sunt, ita occasio uniuersalis & particularis eodem tempore coeluduntur. Haec satis hoc loco de occasione.

Experimentum periculosum.

Duplicem esse experientiam, vnam quam particularem, simplicem, & primam vocant, aliam uero tritam, & ex particularibus illis conflata, meminit Galenus in libro de subfiguratione Empirica, unde & diuerso modo experientiam definit, ut cum in libro de optima secta, ait esse cognitionem, quam à se quispiam proprio intuitu consequitur; verum, cum intuitu nostro corporis affectus, & quae iuuant, aut laedunt cognoscere possumus, non illorum, sed horum cognitio experimen-

tum dicitur. Alio loco experientiam esse dicit, eius, quod scriptum, & eodem modo visum est obseruationem, siue memoriā. vel prius (vt inquit Aristoteles in ultimo capite 2. posteriorum) ex sensu fit memoria, ex hac experimentum, ex hoc Vniuersale. Quomodo intelligimus Medicum expertum, & Empiri eos vocamus Medicos, non qui res nunquam expertas primo experiantur, sed qui ab alijs iam experientia comprobata, in particularibus sæpè experti fuerint in vsumque medēdi duxerint; Hoc autem loco Galenus experientiam sumit pro prima, & noua aliquid rei probatione, & vsu, quod ostendit, cum scribit ea experiri quæ non sunt experientia comprobata non est extra periculum. Mihi autem vtroque modo ab authore experientia sumi videtur; nam et si periculosum est ea experiri, quæ antea nunquam in vsum venerunt, tamen non sine periculo sæpè his vtuntur, quæ ab alijs obseruata fuerint, cum nonnunquam vti cogamur vehementissimis rebus quarum visus inspecti non potest, veluti cum cantharides ad urinam prouocandam exhibemus, quæ non solum medicamento officium præstant, sed propria ueneni natura assumpta ueliscam, aut aliam partem urinæ destinatam, sæpè exulcerant; sic ob qualitatem rei propriam, uel tempore, uel ex mala præparatione accepta, periculosa redduntur medicamenta, quo modo antiqua pharmaca, uel recentiora plus quam oportet, uel male confecta, aut perperam seruata, periculosa esse dicimus; quoniam præterea quantitatē rerum iustam certa mensura deprehendere non possumus, non mirum, si etiam ob quantitatis excessum, uel defectum sæpè incommoda incidant; Item, cum importunè nec eo modo, quo oportet, & ordine, nec quibus conuenit exhibentur, medicamenta, uitæ periculum adferunt. Quare, si quis materia medica, sine periculo uti uolet, utatur primo iam expertis, & in illis scopos, quæ antea tradidimus assequi studeat; Verbum autem *οπαρσπὴ* quo utitur Hippocrates, & Galenus, periculosum interpretatur, fallax etiam significat, quo significato Oribasius usus est, & utrāque in interpretationem admittit author, ut enim periculosus est experientia, sic & fallax, nisi enim ratio adhibeatur, quæ omnia distinguat, & diiudicet, sæpè nos fallit experientia, unde Philotheus rectè dicitur, experimentum ob id fallax esse, & incertum, quoniam iudicium difficile; & Galenus scribit rationem non leue momentum obtinere, ad experientiam vel ornandam, vel corrupendam: quantum enim recta ratio ornando adijcit, tantum vel etiam amplius, (inquit) vitiosa detrahit. Itaque qui rectè experiri uolet, & non falli experimentis, artem prius edicat, qua omnia distinguere, & ea singulis accommodare rectè possit; Verum et si utraque experientia periculosa sit, ea tamen in qua experiri volumus quæ nunquam antea in vsum venerant, geminum habet periculum: nam & illi qui experientiam facit, & ei in quo facit, periculum imminet, cum ignoreretur an tutò illud contrectari possit, vel non.

Iudicium difficile.

Iudicium intelligit perperam Oribasius, quod in morbis fit, id est etiam; quorsum enim Hippocrates in difficultatibus recensendis quæ à Medico superandæ sunt, dixisset crism in morbis esse difficilem? Galenus rationem interpretatur, quod scilicet iudicium à ratione proficiscatur, cui interpretationi repugnat primo authoris dictio: Non enim agit de ratione, sed de iudicio; Deinde, non omne iudicium, (vt ille ait in libro de sectis) à ratione proce-

Adit: ait enim eo loco, duo esse genera iudicij, unum quod à sola ratione procedit, alterum à rebus his quæ euidenter apparent. Quare, si eo quod iudicium à ratione procedit rationem per iudicium intelligere debemus, licet etiam iudicium sumere pro his quæ sensibus sunt nota, si quidem, ab illis quoque iudicium procedit. Quoniam uero in Methodo medendi scribit ad artium inuentionem esse opus experientia & ratione, ideo ut suæ interpretationi, in qua putat Hippocratem hic agere de artis inuentione dictionē accommodet, iudicium per rationem exponit; Verum, cum Hippocrates non agat hic de artis inuentione, sed de omnibus difficultatibus quæ à futuro Medico sunt superandæ, nō alio modo iudicium interpretabimur, quā omnes vsitata & vulgari significatione sumunt, difficile enim est iudicare de his, quæ ad Medici institutionem pertinent; & propterea iudicium difficile; difficultatem enim ostendunt tot tantæque sectæ, quæ in medicina sunt ortæ, & maximè controuersia quæ in singulis sectis agitantur de omni Medicinæ parte, & non solum quidem in arte ipsa discenda, sed etiam dum illam factitamus per difficile est iudicare de his quæ sunt in particularibus à natura, & medicamentis. Quapropter non est aliena Empiricorum interpretatio, quam obiter in Commentario refert Galenus, ut crism pro *δύσπασιν*, id est iudicium pro adiudicatione sumatur, in singulis enim difficile est inuenire quid unicuique adiudicare, id est attribuere oporteat.

C *Nec solum seipsum præstare oportet oportuna facientem.*

Loquendi hæc formula nimium sapit Græcismum, quare seruata sententia ita dicerem, nec solum oportet Medicum ipsum præstare quæ debet, sed &c.

Hactenus Hippocrates docuit difficultates quæ sumuntur ex arte ipsa discenda & exercenda: nunc uero alias addit quæ sumuntur ex persona ipsius Medici & aliorum, quorum opera necessaria est in medicina factitanda, quasi diceret, qui futurus est insignis Medicus, non putet se omnia consequentum, si artis longitudinem sua diligentia, & studio in uitam breui superauerit, & occasiones agendi nouerit, & toto omnia sciat experiri, & de singulis rebus bene iudicare: nam multa alia in persona Medici requiruntur, & in ægro, & ministris, & exterioribus, quæ aliis non minores difficultates Medico ad famam & gloriam comparandam afferunt. Ac quoniam plura requiruntur in prædictis quam Aphorismi breuitas comprehendere possit, ideo solum admonet uno verbo, quid eos præstare oporteat: omnes, inquit, præstent quæ illis conuenit præstare; Quid autem in persona Medici requiratur, conantur nonnulli docere, quod scilicet oporteat illum esse sapientem, doctum, expertum, mansuetum, quorum quædam iam sunt comprehensa, alia uero non satis expli-
D cant pro sua dignitate: nam qui artem tenet doctus est, & qui omnia scit oportunè & cum iudicio experiri, ille experientia non eget. Scripsit Hippocrates in ægros libros & ipsarum in alijs multis, quibus personam Medici instituitur nititur, quæ nos certa & breui Methodo ita comprehendemus, ut quædam ad illius animum informandum, alia ad corpus, alia uero ad externas illius actiones pertinere dicantur. Itaque, in primis fidem, deinde amorem erga egrotantem in libro inscripto de medici officio in Medico requiro; quod etiam Galenus facit, quod optimus Medicus sit Philosophus: si enim Medicus illa non habuerit,

habuerit, nunquam nisi spe præmij, mouebitur ad ægrum sanandum; uel etiam ad mala aliqua in cura perpetranda excitabitur. Ingenium præterea summum in Medico requiro, ut scribit Galenus in libro de Præfugio ex pulsibus, quo se omnium moribus accommodare & fraudes quibus versuti quidam, uel utinæ falsæ inspectione, uel alterius rei consideratione eum decipere, & ridiculum reddere conantur, euitare possit; probis moribus sit ornatus, ut Hippocr. in libro de officio Medici scribit, quibus se omnibus amandum & colendum reddat, vitam honestam ducat, quæ ad authoritatē comparandam plurimū facit; minime auarū Medicū esse decet Hippocr. nostræ artis authoris exēplo, qui dicebat nō esse æquū, ut liberæ artis professor, pecuniæ mercenarius reddatur: Est enim uirtus per se expetenda, & exercenda, non quæstus gratia, præsertim quod liberaliores, quæstus liberalior sequitur; non superstitiosum, sed candidum, & ut vno verbo dicam, optimum Medicum, virum optimum esse oportet. Porro, quæ ad Medici corpus exornandum pertinent, hæc sunt in primis (ut Hippocrates in libro de officio Medici scribit) prospicere debet, quatenus suapte natura possit, ut corpore sit sano, valido, colore optimo, neque enim vulgò is rectè alios curaturos videtur qui sui ipsius corporis diligentem curam non habet: Vnde aduersus eos illud dicitur *ἀλλὰ, ἰατροὶ αὐτοὶ δὲ λέκται βρῖσι.* Deinde eum exteriore habitu ita ornatum esse oportet, ut neque nimio sumptu atrogantiam, neque parciore sordiditatem, & abiectiōnem in dicit, sed moderato, & politiore honestus, iucundusque ægrotis appareat; Et ne quis putet nos superstitiū hæc proficere, Hippocratem legat in libro de decenti ornatu, & Galenum lib. 6. de morbis vulgaribus, qui ita in Medici habitu explicando occupantur, ut vnguuium, & capillorum etiam moderate incisionis curam habeant. At verò, externas actiones alias omnibus communes cum quibus medicus uiuit, alias, ægrotis proprias esse dicemus; Viuet autē, ut neque arrogans, nec superbus, nec abiectus, nec asper, nec adulator, sed humanus, moderatus, temperatus, comis, affabilis, iucundus, seruata tamē grauitate conspiciatur; Aegroti verò causa, quædam extra domum ægroti, quædam in domo ipsius ægri sūt, extra enim omni diligentia utetur in parandis bonis remedijs apud seplariarios, & in omnia re excogitanda, quæ ægro utilis esse possit; Aegri verò domū non sæpè frequentabit, nisi magna necessitas postulare videatur, nimia enim hæc diligentia, Medici auctoritatem minuit, & fastidium domesticis, & ægro etiam ingerit. Quare eo tempore medicus ad ægrum proficisci debet, quo & necessarium illi videatur, & se expectari, & ægrum sua præsentia delectari speret. Quod si expediat ut in magnis, & periculosis morbis accidit, ut si ministros ritè omnia quæ iusserit, esse acturos diffidat, apud ægrum pernoctabit; Ingressus verò domum medicus, à sceminis, virgunculis, cæterisque rebus non parui momenti, qui omnibus horis occurrunt, non solum manus, sed etiam oculos abstineat, & si quæ viderit tacenda, taceat, & postea quàm de ægri statu ab assistentibus percontatus fuerit, ad infirmum ingrediatur; Ingressum autem vult Galenus fieri sine strepitu submissa voce, quod ut plurimum faciendum esse intelligendū est, aliquando enim ut in soporosis affectibus aliter fieri debet, & posteaquam apud ægrum consisterit, ita corpus componat, ut & vultus, & habitus compositione, æger probum, humanum, iucundum, & grauem hominem cognoscat: nisi enim (inquit Galen.) Medicum æger, ut Deum quendam admiretur, nunquam illius præceptis obtemperabit. Medicus autē

A ægrotum ipsum ita alloquetur, ut non solum eum, sed etiam astantes ita efficiat, ut neque argumento; nec prolixitate, aut garrulitate vnquam offendat; nā ut ait Hippocrates, petulantia, & garrulitas despiciuntur; Quinetiam, aliquando efficaces ita oportet esse Medici sermones, ut ægrotum ad omnia remedia sibeunda repugnantem allicere possint, & ita iucundi, varij, & spe pleni, ut cum multo quietiorem, & melius sperantem relinquat; in pollicitationibus tamen modus adhibendus est, ne immoderatis negligentior æger fiat, aut parciore, in desperationem adducatur.

Astantes autem ita instruet, ut neque liberalioribus, instructionibus illi ægrotantem nimia licentia perimant, aut seuerioribus in eo quod vel nihil, aut minimum quidem obesse poterat, excrucient, & pro remedio morbum alium excitent, aut presentem intendant, & augeant. Ab ægro autem discedat Medicus, cum bene sperantem, & quietiore animo esse viderit, & penitus eum deseret, cum medicina amplius non egebit, & si quid mali superest, à sola natura vinci potest. Ac ne singula in hac re profequamur, quæ propemodum infinita sūt, & nullis præceptis satis explicari possunt, ad has omnes difficultates superandas, & tantam rem consequendam, hogatur Hippocrates, ut ex tota hominum multitudine prudentissimi natura eligantur, & ingeniosi, qui Philosophia deinde instructi, Deo (inquit) euadent æquales, & omnia prædicta commodè præstare poterunt; & Galenus etiam scribit, oportere Medicum esse etiam Philosophum, non solum ut ex Philosophia adiuuetur ad artem propriam consequendam, sed maximè ad prudentiam discendam, & optimos mores efformandos quæ Philosophia Christiana multò melius quam Ethnica præstare potest.

Sed & ægrum.

P Osteaquam medici personam instruxit Hippocrates, ad mouet ægrum, ut ille etiam quæ ad se pertinent, rectè faciat, id est ea præstet, quæ ad salutem propriam recuperandam pertinent; quod quidem faciet, si Medico prius paruerit, & cognouerit se cum Medico morbum oppugnare debere, non ut morbo faueat, & Medici actionibus reluctetur; Constat enim ars Medico, ægro, & morbo, quorum Medicus, & æger, communi consensu, & concordia ad morbum propulsandum conuenire debent; quod si alteruter à pugna hac se subtraxerit, aut etiam inimico suppeditas tulerit, non nisi casu, vel nature prouidissimæ beneficio vinci poterit morbus, & æger liberari. Est ergo & hæc summa ægri uirtus, obedientia; deinde fortitudo qua præditus, omnia inuictò animo paratus sit sustinere, ne à remedium austeritate & crudelitate deterreatur, Eundem, & quieto animo, vel intenso præditum esse oportet, ut scilicet casus, resque, exigunt; temperantem, ne quid per intemperantiam, & incontinentiam peccet; Prudentem, ut & Medicorum infirmitatē & astantium imperitiā aut negligentiā, aut si quid temerè accidit, absque perturbatione, corrigere, & sustinere possit; Confidat enim Medico oportet, & tanquam virum doctissimum admiretur, ut posteaquam semel de illo hanc conceperit opinionem; auctoritate illius motus, ad omnia faciendā & sibeunda ducatur; atque, (ut semel dicam) ita sese componat, ut curationem, suamque salutem omnibus modis adiuuet, & promoueat, & nunquam seuiendi occasionem morbo præbeat.

Assidentes.

Assidentes uocat ministros ægri, qui astant ægroto, qui in primis deligi debent docti, & medicinæ non ignari, ut si quid absente Medico præter spem contingat, ægrum iuuare possint, & singula referre sciât Medico, quæ a groto contigerunt. Præter doctrinam, & prudentiam, & auctoritatem in astante requiro, ut se ad ægri ingenium accommodare valeat, & ægri libidinem, & incontinentiam compescere, & animi contentionem, illiusque perturbationes sedare, & permouere, ubi expedit, possit. Faciet ad hanc rem si ægroto iam antea gratus fuerit talis minister, & ab eo ad id officium expetitus: mirum enim est, quantum ægroto grata hæc procuratio conferat, præsertim, si hominis illius talis natura fuerit, ut videatur sibi hoc munus quasi à natura concessum, quare optarem, mulieres ad hanc rem gerendam, potius quam uiros institui, quod illæ ad ægrum cibandum, & contrectandum aptissime, à natura comparatæ videantur, ut etiam à Sapiente dictum sit, ægrum gemere, & grauius affligi, ubi mulier non adit.

Exteriora.

Per exteriora intelligere debemus alia omnia, quæ præter Medicum & assidentes, fortuito contingere possunt; aut illi ad curationem sunt necessaria; inter quæ habitationis locus primò occurrit, quem talem esse uult Hippocrates, ut nullus malus ventus molestat, lumine non careat, quod ijs qui curant necessarium est; cauendum tamen, ne contra faciem ægri lumen sit, ne oculorum aciem debilitet, quanquam præstet de loco in summa aliter percipere, quod scilicet ad morbum propellendum conferat, & ægroto sit gratus: nam si æger melancholico humore laboret, habitatio eligenda in loco claro, & amœno, si phrenitide, in obscuro, & sic de alijs morbis, contrarius locus morbi naturæ opponetur, gaudent & ægroti magis vno loco quam alio, quibus obtemperandum, nisi curationi id obstat, lintea quæ circa ægrum admouentur, exteriorum nomine etiã ueniunt appellanda, quæ pura, mundaque Hippocrates esse uult, contra receptam uulgarium Medicorum opinionem, qui putant malum esse, si æger linteis albis, & mundis inuoluatur; superstitio hæc est, & nihil ægro molestius, quam in sordidis linteis, & vestibus detineri. Per exteriora etiam remedia omnia, aliorum uisitationes, nuncia, & alia huiusmodi sunt intelligenda, in quibus ea adhibenda est cura, ut quæcumque profint, eligantur, & euitentur, quæ obesse possunt: non enim res hæc leuis est momenti, cum externa res, etiam minima, ita afficere naturam possit, ut illius actiones salutares, & impedire, & ad perniciem conuertere ualeat; quod etiam Auicenna notat, Galli canum Crisim impedisse, & naturam uorum peruertisse; Sit ergò Medico non minor cura in his percipiendis, quam in remedijs excogitandis, & astantibus instruendis.

APHORISMVS SECVNDVS.

In perturbationibus ventris, & vomitibus spontanis, si talia purgantur, qualia purgari oportet; confert, & leuiter ferunt, sin minus, contra. Sic & vasorum inanitio si talis fiat, qualis fieri debet; confert, & bene tolerant; sin minus, contra. Inspecere itaque oportet, & regionem, & tempus, & aetatem, & morbos in quibus conueniat, aut non.

Proposito proœmio tractationem aggreditur, & Primò agit de euacuatione; Postea de nutritione; Postremo in fine huius libri redit ad euacuationem.

Nec absque ratione videtur id facere: nam magna pars ægrotantium, aut aliorum qui Medicina egent, opus habet ab initio aliqua euacuatione, quam adhibemus per clysteres, leuem purgationem, & sanguinis detractionem, quibus peractis, victum institutum accommodatum ad concoctionem humorum, & alia naturæ opera, quæ si nequeat sese liberare post concoctionem suis excretionibus uia, cogitur Medicus purgare corpus, & alijs euacuationibus uti, ut humorum reliquijs à corpore eductis, pristina sanitas recuperetur. Ut autem patet ex ipsius authoris uerbis, hunc Aphorismum agere de euacuatione, ita non constat inter interpretes, quid author in hoc Aphorismo docere uelit, quidam enim credunt Hippocratem uelle hic agere de quantitate euacuationis, & hæc fuit antiqua opinio, ut videre est in Commentario Galeni: Alij uerò, ut Galenus ipse, tradunt Hippocratem docere uelle qualitatem euacuationis. Alij uerò qualitatem humoris qui euacuandus est, quam opinionem etiam Galen. probat: nam in Commentario suo scribit, hic agi nunc de quantitate euacuationis, nunc de qualitate humoris euacuandi. Sunt qui putent scopum esse de qualitate, & quantitate simul, eo quod Galenus dicat purgandum esse, & sanguinem uacuandum: nam sanguinis missionem remedium esse aduersus plethoram, id est humores quantitate lædentes, purgatione uerò non solum uacuare humores qualitate, sed etiã quantitate peccantes; purgandum enim esse quando bilis, aut humor excepto sanguine exuperat, uel alienas habet qualitates, & magis in illo quam in hoc casu purgationem requiri; humoris enim excessum qui plenitudinem facit, non nisi euacuatione corrigi posse; qualitates uerò humorum contrarijs qualitatibus temperari si modo contrariorum contraria sunt remedia. Et huius opinionis sunt Montanus & Curtius. Fuchsius cum uideret Galen. scribentem quod hic solum tractetur de qualitate humoris interpretatur qualitatem speciem; itaque Hippocratem docere quem humorem oporteat euacuare, eum scilicet qui nocet, siue sanguis sit, siue alius quilibet humor. Et sunt quæ extant inter se diuersæ opiniones de scopo huius Aphorismi; ex quibus ego nullam recipio: nam primam de quantitate opinionem, tribus argumentis quibus Galenus aduersus eam utitur, ita refello: Primum est, quod Hippocrates utatur uerbis tali & quali, quæ non sunt nomina quantitatis, sed qualitatis. Secundum sumitur à nomine purgationis, quæ est euacuatio (ut idem inquit) humorum non quantitate, sed qualitate peccantium. Tertia ratio est, quod de quantitate agatur in sequenti Aphorismo:

est

Ita autem à ratione docendi alienum, idem præcipere duobus proximis Aphorismis. Quod uero non doceat Hippocrates qualitatem euacuationis (vt Galenus putat) ita ostendit, sunt enim euacuationis qualitates illæ & differentie, cum dicimus euacuationem esse bonam, uel malam, fidam uel infidam, facilem aut difficilem, symptomaticam uel decretoriam, perfectam aut imperfectam, uilem uel inutilem, & alie huius generis; At qui Hippocrates non docet omnes qualitates euacuationis, nec explicat Galenus quas doceat, quas uero prætermittat, & quid explicet de illis quas fortè docet, Meminit quidem conferentis & facilis euacuationis; sed de illis nihil præcipit, sed eas sequi pronunciat, si humores euacuabuntur tales, quales euacuare oportet. Præterea, scribit Galenus, Hippocratem hic admonere medicum, vt noxios humores euacuet: uiles uero non attingat: at hoc non est docere qualitates euacuationis. Nec uero dicere potest Hippocratem hic docere qualitates humoris euacuandi: nam si docet uacuandum esse sanguinem, bilem, aut alium humorem qui molestat (ut ille sentit,) non exprimit humoris qualitates, sed totam rem ipsam & substantiam quæ educitur. Curtius uero, & Montanus, cum scribunt Hippocratem hic agere non solum de qualitate, sed etiam de quantitate euacuationis, Galeni mentem non percipiunt: non enim sentit ille, Hippocratem solum dicere uelle, eos esse euacuandos humores qui nocent sua qualitate, uel specie (ut alij uolunt) id est, quod sit uel bilis, uel sanguis, sed quod Hippocrates in hoc Aphorismo euacuandi quantitatem non monstrat, sed qualitatem, hoc nomine (vt diximus) intelligens id, quod est uacuandum, non curans hoc loco an illud lædat quod sit bilis, uel sanguis, aut quod præter naturam se habeant qualitates, an præter modum exuperent, & ob quantitatem obfint, aut alio modo; & propterea rectè ipse in initio Commentarij scribit, non de quantitate eorum quæ euacuantur, sed de qualitate tantum sermonem esse. Dubium ergo est, an de quantitate uel qualitate ageret Hippocrates id est, an doceat quantum, uel quale sit euacuandum, non autem in eo est differentia, an ea quæ euacuanda sunt, lædant semper sua qualitate uel quantitate. Nec uero rectè sentiunt, cum putant purgationem potius esse remedium aduersus humores exuperantes, quam qualitate peccantes: non enim illi purgationis definitionem à Galeno traditam intelligunt: nam cum purgatio dicitur esse humorum sua qualitate peccantium euacuatio, intelligere nequaquam debemus nomine humorum, eos qui à medicamentis purgantibus educuntur, sed uniuersam humorum massam ex omnibus particularibus humoribus confectam: illa enim est quæ est infecta, & ab ea corpus, & propterea purgatione opus habet; & ea fit, quando educitur humor qui erat causa impuritatis; eo enim euacuato, puri & purgati redduntur humores, & corpus ipsum. Quod uero humoris nomen, & humorum massam cum de euacuatione agimus, significet, non peculiarem aliquem humorum, sed quod ex omnibus est constat, intelligere possumus, ex eo quod præcipit Galenus de sanguinis missione; solet enim dicere, esse opus sanguinis missione, quando humor uel humores quantitate peccant; Omnes autem ad proportionem peccant, quando plenitudo ad uasa uiget. Igitur si intelligimus humoris nomine totam massam, quando dicimus eos peccare, ita ut uenæ sectione sit opus; cur etiam non intelligemus in eodem significato humoris uerbum quando dicimus eos peccare qualitate, & propterea purgatione esse utendum? Docet propterea id quod de qualitate humorum dicitur; nam tota ipsa massa est, quæ qualitatem mutat, & non quantitatem

A quando purgatio necessaria est; nam quantumcumque fuerit excessus alicuius humoris, excepto sanguine, nunquam tota massa in quantitate exuperante uitium aliquod habebit, sed in sola qualitate; aucta enim præter modum bile, calidior & sicciore, exuperante uero pituita, frigidior & humidior, uincit atram bilem, frigidior & sicciore, crescente aquoso humore serosior reddetur uniuersa humoris massa. Sed quia uno exuperante humore contrarium minui necesse est, ideo nunquam in tota mole humoris uitium aliquod fieri potest, quod distendat uenas, uel ob suam copiam corpus grauet, ita ut sanguinis missione uti sit opus ad naturam exonerandam; sed (vt diximus) uitium quod fit in uenis, & in massa humorum, spectat ad eorum qualitatem, quæ nequit consistere bona & pura, si proportio nequaquam seruetur; peccatum ergo & uitium fit in humorum qualitate, ex qua illi redduntur impuri, & propterea purgationem requirunt, quæ quidem fit, cum humor qui impuritatis erat causa, educitur: ille ergo qui impuritatis erat causa, euacuatur, non purgatur; illi autem purgantur, qui manent & erant impuri, uitiatamque habebant qualitatem; ab affectu enim purgatio nomen accepit, ut Plato in Cratilo asserit: fit enim purgatio, & sequitur, quando illi humores qui impuritatis erat causa, educuntur: sic enim Galenus in libro quinto de locis affectis ait purgari hepar, cum excrementa pessima per aluum excernuntur; & in libro quarto de usu partium scribit, renes factos esse, ut attractione humoris aquosi, sanguis purgetur; eoque attracto humore, purus maneat; unde constat purgationem ad humores qui relinquuntur pertinere, fierique cum humor qui illos inficiebat, educitur, & ita per consequens purum quoque & purgatum corpus euadit, quod à mala humorum qualitate, ut humores ipsi, erat infectum & impurum. Igitur, illi qui putant Hippocratem hic agere de peccato humorum in quantitate, eo quod purgatio ad eos etiam pertineat, aberrant.

Verum, quoniam diximus uitia quæ fiunt in humoribus, spectare ad totam ipsam massam, & quantitati exuperanti competere sanguinis missione, & alia quæ æqualiter uacuant, uitiosæ uero qualitatis purgationem, uidentur, videndum est, an sola purgatio remedium sit contra malam qualitatem humorum; quod si sola non est, quomodo intelligendum sit illam esse auxilium contra huiusmodi qualitatem; quod faciliè intelligemus, si docuerimus, uitia omnia quæ in humoribus fiunt, & illorum causas: id quod commodè fiet hinc sumpto initio, quoniam nostrum corpus varias debebat edere actiones, ideo necessarium fuit illud componi ex partibus inter se discrepantibus, temperie, duricie, mollitie, crassitie, tenuitate, conformatione, magnitudine, quod non poterat fieri, si humorum massa ex qua illorum generatio fit, uniformis esset, & ex una substantia confecta; ergo est ex quattuor humoribus temperie & alijs qualitibus discrepantibus, nempe, ex pituita frigida, humida, alba, uiscida; ex humore melancholico, frigido & sicco, nigro, crasso, siue spisso; ex bile calida, sicca, tenui, & pallida; ex sanguine calido, humido, rubro, mediocriter fluxili: additur & serosus quidam humor, qui quotidie ex potu gignitur; ex his omnibus humoribus constat massa quædam humorum, quæ sanguinis nomen accepit, eo quod colorem ipsius sanguinis referat, qui ad pondus exuperat, plus enim sanguinis est quam pituitæ, plus huius, quam bilis pallidæ, huius plus quam humoris melancholici, minimum enim humoris est in corporibus bene affectis. Porro ex omnibus his humoribus inter se confusis, tota massa dicitur

tur temperata euadere, & sufficere ad omnium partium generationem, & posteaquam generatio absoluta est, ad earum auersionem, nutritionem, & quantum cuiusque natura permittit durationem; præterea, ad spirituum generationem; & denique ad omnes actiones corporis & partium usum. Ex seroso vero humore nulla pars gignitur, sed tota massa liquidior & ad distributionem aptior euadit, ita ut possit facillè penetrare per venas & angustos corporis meatus ad omnium partium nutritionem. Ceterum tota ea humorum massa continetur in venis, & aliqua ex parte in arterijs: ad id enim natura vasa illa effinxit, ut sua concatenata continere possent hos humores, & ut multiplici diuisione, & ductu spargeret per vniuersum corpus alimentum, spiritum, & calorem influentem; itaque humorum nostri corporis naturalis constitutio in his consistit, vt debita tum quantitate, tum qualitate, tum etiam ut suis sedibus commixti, contineantur; quando enim inter se confusi sunt, humorum retinentur appellationem, vbi vero vnus ab alijs separatur, non amplius humores, sed propriè excrementum dicitur, adeò, ut verum sit, quod antea diximus, humoris nomine nihil aliud reuera intelligi, quàm quod ex omnibus prædictis est conflatum; At vero, si in qualitate, quantitate, & loco idoneo, virtus & commoderatio humorum posita est, in oppositis erit peccatum & immoderatio; & quemadmodum ex illorum naturali statu corpus nostrum bene valet, ita si in aliquo illorum peccatum aliquod oboriatur, sanitas nostra corrumpitur, nutritio, auctio, & aliæ actiones animæ & corporis, vitiantur; id quod ostendunt varij affectus, qui ex illis malis nascuntur: nam cum minuitur humorum quantitas, gracilitas, macies, & tabes sequuntur, & omnes actiones debilitantur: cum vero præter modum exuperant humores, oriuntur grauitates corporis pigrities, tensiones membrorum, obstructions meatuum, caloris natui suffocationes, & vasorum ruptiones; quod si à proprijs suis receptaculis exeant, fiunt sanguinis fluxus, apoplexia, epilepsia, phrenitides, pleuritides, angina, peripneumonia, podagra, ceterique huius generis morbi, qui ex fluxione humorum excitantur; quod si vnus ab alijs seceratur, certos etiam affectus excitabit, veluti si bilis, aut pituita, vel serosus humor, aut melancholia, ad intestina feratur, sit alui fluxus; si vero in aliqua parte fixentur, tumores excitant præter naturam, suis nominibus distinctos. Peccant autem humores qualitate, cum massa illa calidior, frigidior, humidior, siccior est reddita; vel alienam aliquam qualitatem, nec propriam toti massæ, neque humori alicui assumptam; veluti, cum pituita salsa redditur, & bilis eruginosa, vel vitellina, aut humor melancholicus in atrabilem transit; vel cum venenosa aliqua qualitas (qualis ex aere pestilenti, vel ex veneno sumpto, aut vibrato à motu animalium, aut ex alia causa nascitur) humores inficit. Vitiatur etiam qualitas humorum, quando nimiam crassiciem, lentorem, tenuitatem, vel alias alienas qualitates secundas (vt uocant) assumunt. Nec desunt quidem morbi ex vitata humorum qualitate: nam febres omnes, & alij calidi, frigidi, humidi, sicci, & ex his compositi affectus ex iis consistunt. Præterea pestis, synopes, animi defectus, epilepsia quoddam genus, & alij omnes maligni morbi. Sunt qui referant has qualitates malignas ad substantiam & formam humorum, ita, vt vitium quoddam dicatur esse in humorum tota substantia, (ut Galenus loqui solet, vel vt nos Philosophos secuti) in forma, quibus ego non repugno, modo omnia vitia comprehendamus. Sunt hæc simplicia vitia humorum, ex quibus inter se iunctis, com-

A posita alia fiunt, quum scilicet humores nocent ob malas qualitates, & exuperantem quantitatem, & quando ex locis suis exeunt; his malis succurrendum est per contraria auxilia; ergo si quantitas deficiat, augenda illa est, id quod fit per nutritionem; si excedit, vacuanda, per ea quæ æqualiter & sensibiliter, vel æqualiter & insensibiliter euacuant, eligendo propria præsidia pro natura plenitudinis, & eius vi & effectu, vt antea docuimus; quæ vero sensibiliter & inæqualiter euacuant, & idonea non sunt remedia huius plenitudinis, in qua omnes humores ad proportionem æqualiter augentur: nam etsi educi possint per medicamenta purgantia reliqui omnes humores, excepto sanguine, tamen, quoniam sanguis qui remanet, proportionem non potest seruare, alij iam multum euacuatis, & propterea temperiem amittit humorum massa, ideo ab eo remedio abstinendum; quapropter recipienda non est, (ut antea quoque diximus) Galeni opinio, cum scribit purgationem, venæ sectionis vicem supplere; At si humores nocent, eo quod vel apertis, uel ruptis, vel erosif vasif effunduntur in alias corporis partes, pugnandum erit aduersus id, quod causa est patefactionis, retundendo scilicet acrimoniam, aut minuendo quantitatem, aut refrigerando caliditatem, aut euacuando eos qui acrimoniam habent, aut incrassando qui tenuiores sunt quam conueniat. Præterea, ocludenda est via per propria auxilia; ad hæc adhibendæ sunt reuulsiones, deriuationes, repercussiones, quæ humorum imperum alio conuertant; postremo quod in parte iam receptum est insensibiliter, vel sensibiliter, vacuandum pro natura humoris, & loci conditione. Ceterum, si qualitate peccat humor, videndum est quidnam sit causa illius malæ qualitatis: nam si totius massæ qualitas primo & per se vitata est secundum naturales qualitates, veluti eum calidior facta est in febribus diarijs, sola alteratione per euacuationem qualitates malum corrigitur: si uero qualitas illa venenosa sit & maligna, Antidotis emendatur; At si qualitas humorum ob qualitatem intensam alicuius particularis humoris est corripita, videndum est an illa possit alteratione vinci, & tunc alterantibus pugnandum, vt bilis calidior, refrigeratione temperatur; at salsedo quæ est in pituita, vix potest alteratione emendari, quare euacuatione tollitur. Idem contingit in bile eruginosa & vitellina, quæ vel nullo modo, vel non nisi longo tempore contrario uictu temperiem assequuntur. Ceterum, si aliquis ex particularibus humoribus exuperat, & ea ratione mutatur naturalis qualitas totius massæ, si alteratione malum emendari possit, ea utendum; ut in pituita exuperante, quæ per concoctionem creditur in sanguinem mutari; quod si humor talis naturæ sit, ut alteratione illius vitium emendari nequeat, cuius generis est vtraque bilis, quicquid ex eo exuperat educendum, quoniam ex ea nihil relinquere potest supra illius proportionem, quod naturæ cultum recipiat; atque horum quidem humorumeductio, & aliorum omnium qui inficiunt totius massæ qualitatem, purgatio uocatur, ab effectu, quod scilicet illis euacuatis, tota massa purgata relinquatur. Ex quibus quidem patet, purgationem non esse remedium aduersus omnes malas qualitates quæ in humoribus sunt, quandoquidem (ut antea ostendimus) alijs auxilijs etiam pugnamus aduersus eas qualitates. Definitio ergo purgationis, cum dicimus illam esse humorum qualitate peccantium euacuationem, ita intelligi debet, quod purgatio remedium sit aduersus malam qualitatem humorum, quando uacuatione utendum est ad illud vitium emendandum; quasi ita dicendum sit, purgatio est ea euacuatio, quæ debetur humoribus

qualitate peccantibus: nam & humor qui educitur, etiam si plurimum exuperet, solum in qualitate peccatum facit: qualitatem enim totius massæ, & non quantitatem vitiat, & tota ipsa massa, quæ purgatur in sola qualitate vitium habet, vnde etiam purgatio dici potest de humore, qui educitur, ad hunc sensum quidem cum purgatio fit totius massæ educatur humor qui sua qualitate nocet: nam quaecumque sit in eo vitium solum potest inducere in qualitate malum.

His ita explicatis, ex quibus constat eos errare qui credunt Hippocratem in hoc Aphorismo docere vel le qualitatem, & quantitatem euacuationis, sequitur vt eorum opinionem examinemus qui volunt eundem authorem docere, quænam species humoris sit euacuanda; quorum sententia etiam damnanda est: nam Hippocrates qui Aphoristicè, & breuissimè hic docet, non esset vsus ea circumlocutione verborum, si talia qualia oportet purgare, & si talis qualis fieri dēt inantio, dixisset enim, si id vacuetur, quod vacuare oportet, id enim substantiam significat, quod nequit significare, tale, quale. Præterea, oportet intelligere, id esse euacuandum, quod cum euacuatur, eos effectus pariat in corpore quos hic recenset Hippocrates: at si vacuetur bilis, vel pituita, aut alia species humoris qui molestat corpus, non semper sequetur conferentia, & leuis tolerantia: nam in morbi principio adest humor noxius, non tamen utilis est, & cum leui tolerantia illius euacuatio, quippe cum authore Hippocrate crudæ passionis non cedant purgantibus medicamentis, & propterea expectanda sit concoctio, vt in Aphorismo, concocta medicari, postea docet; Aliud ergo intelligit Hippocrates per talia, & qualia, quam speciem & substantiam humoris euacuandi, nec aliud quidem intelligere potest, quam qualitatem, id enim authoris verba ostendunt: sed non docet quales oporteat eos esse humores, quoniam, vt postea ostendemus, id non poterat Aphoristica breuitas comprehendere; eas ergo qualitates supponit, & docet quando expectanda sit utilis; & facilis euacuatio; & id est quod docet in hoc Aphorismo: non enim docet aliquid esse vacuandum, nec quale oporteat esse humorem qui vacuatur, sed ex hypothesi ita loquitur: si purgentur, & euacuentur talia, qualia euacuare, & purgare oportet, sequetur conferentia, & leuis tolerantia. Euacuatio igitur qualitates, & effectus optimos prænuñciat, perinde enim est, ac si quis diceret: Si febris molestat corpus, sequetur actionum noxa: at, hoc non est docere, quænam, & qualis sit species, & qualitas ipsius febris, sed illam supponit, & quid ex illius presentia sequatur, explicat; Sic sanè hoc in loco statuit docere quænam utilis, & facilis sit euacuatio, ea est, inquit, in qua euacuantur humores tales, quales euacuare oportet; Qualem verò oporteat esse humorè ex cuius euacuatione sequitur conferentia, & leuis tolerantia, postea suo loco explicabimus, Vtitur autem argumento à maiori ad minus, quod cum intelligi non possit ex nostri interpretis versione, ideo prius verba ex quibus argumentum elicitur, sunt rectè explicanda. Verba autem sunt, quæ sequuntur.

In perturbationibus ventris, &c.

Galenus lib. 3. de victu acutorum textu decimonono *ταράττων* verbum significare dicit immoderatè excernere: quare errat noster interpret qui *ταράττων* perturbationem vertit, cōmunem verbi significationem, non Medicis propriam secutus; nemo enim est qui perturbationis nomine

A intelligat immoderatam excretionem, quippe quum ventrem perturbatum eos habere etiam dicamus, qui vel nauseant, vel flatu distenduntur, aut alio vitio affliguntur; nec id quidem sine causa adnotatum est: solet enim Hippocrates cum alicuius vim vult ostendere magnam esse, contrarium aliquot, quod magnam etiam vim habeat ad illius naturam corrumpendam adferre, vt cum hoc ab eo superetur, eius quod superat vim maximam esse cognoscamus, vt lib. de Natura humana, cum de pituita frigiditate loquitur, videre licet, vbi ait: Quæ vi trahuntur, ob eam violentiam, quæ in attractione fit, calidiora reddi solent; At qui pituita etiam vi attracta, calida non sentitur; ex quo constat, pituitam maximè frigidam esse; ita etiam hoc loco, ut maximam esse utilitatem ostendat, cum humor qui uacuatur talis est, qualis esse debet, illi adiungit uacuationis uehementiam, ex qua corpus perturbatur, quasi ita diceret: magna per ventrem excretio corpus grauiter afficere deberet; Verum tantum abest, ut id faciat, ut etiam conferat, & facilè feratur magna hæc excretio, si modo excrenatur humor talis, qualis excerni debet; legatur ergo pro perturbationibus, immoderatis excretionibus. Vtitur ergo tribus argumentis, ut probet Medicum qui studet utiles & faciles facere euacuationes, eligere debere tales humores, quales esse oportet, & primum sumitur ad imitationem naturæ: nam si natura, inquit, in suis euacuationibus quæ utiles sunt, & faciles, exigit humores tales, quales esse oportet, merito idem faciet Medicus naturæ minister. Secundū autem, ut diximus, argumentum sumitur ex coniunctione contrarij; ex magnitudine, inquam, & uehementia euacuationum; quasi diceret: si magna euacuationes quæ naturam solent turbare, faciles sunt, & utiles, quando humores qui euacuantur tales sunt, quales esse debent, constat magnum momentum habere si bonam qualitatem quæ ramus in humoribus, quando euacuare volumus. Tertium ducitur argumentum ex contrarij effectu, nempe, quod euacuationes non conferant, nec leuiter ferantur, si humor non fuerit talis, qualis esse debet. Quæ quidem argumenta partim ex dictione ipsa patent, partim vero ex sequentibus innotescunt. Quod Græci *γαστήρ*, nos ventrem, & quod illi *σπλῆν*, nos Venterculum uertere solemus, est utrumque illi utroque nomine significare etiam soleant: nos autem propriè uenterculum partem eam uocare solemus, quæ primo nutrimentum gula, & ore suscipit: Ventrem autem partem illam, quæ à thorace ad pudenda usque extenditur. Quum autem aliarum partium concauitates uenterculos uocamus, non simpliciter, sed ad dito partis nomine nuncupamus, ut cum dicimus uenterculos cerebri, aut cordis. Græci autem suis illis uocabulis, ut Galenus refert, communi quadam significatione omnem cauitatem sæpè intelligunt, unde cum tres reperiantur in corpore nostro insignes cauitates, caput, thorax, & uenter à nobis dictus, merito quidam Medici, cum de uentre corporis loquerentur, tres esse dixerunt, unum supremum uentrem appellantes, caput; medium, thoracem; inferiorem, illud quod est à thorace ad pudenda spacium, quod in sublimem, & profundam partem primo diuiditur idque sūmen, & abdomen uocatur; quod rursus in tres partes, nempe in hypochondria, partes ad umbilicum attinentes, & unum uentrem diuiditur, ut Galenus est 35. Aphor. 2. & 17. 6. qui & 4. Methodi uentrem in superiorem, & inferiorem diuidit, superiorem uocat thoracem, inferiorem totam cauitatem, quæ à sepro transuerso est; Alibi uero ut 4. acutorum tex. 11 2. tex. 9. 2. Comm. 1. Epidemion, scribit antiquos superiorem uentrem aliquando thoracem

racem intellexisse, aliquando ventriculum inferioriorem autem intestina omnia, aliquando non omnia, sed solum, quæ crassiora sunt, & nonnunquam non omnia crassa, sed colon solum, ventrem inferiorem vocasse. Sed hæc de varia huius vocabuli significatione satis, ne confusio aliqua in legendis libris antiquorum Medicorum oboriatur, sed distinguere possit lector quæ significatio singulis locis conveniat; nos hic per ventrem, ventriculum & intestina intelligimus: nouimus enim non solum naturales, & sponte factas per ventrem excretiones, sed etiam eas quas per medicamenta molimur, fieri, cum humor à ceteris partibus ad ventriculum & intestina delabatur; Quod si inferior ventriculi pars debilis fuerit, superior verò robusta, tunc per anum humor excernitur: si verò contra fiat, vomitus excitatur.

Vomitibus spontaneis.

Spontè fieri vomitum, & alias excretiones, intelligere debemus, non quòd voluntariè fiant, & à voluntate iubente proveniant, quemadmodum motus voluntarius esse dicitur, & nos spontè aliquid facere, quod est voluntariè facere: nam & vomitus, & alia excretiones, sæpè fiunt, cum vis expultrix sola à causa molestante irritatur, & ad expellendum insurgit, nihil ad hoc conferente voluntate nostra, sed spontè vomitum fieri dicemus, ut ille spontè aliquid fieri ait, quod nullam habet externam causam, vel quod nostra opera non fiat, 2. Aphor. 4. 26. tex. 3. Commentarij 1. Epid. Quod spontè ergò fit, ei quod artificiosè fit, vel voluntate nostra opponitur: voluntas enim pro extetna causa habetur, ut cum nausea, & ructu vomitum excitamus, quod perinde est, ac si quæ parantur ad vomendum remedia sumeremus, quod si quis vomere incipiat à nullo extrinseco prouocatus, postea autem naturæ motum, vel digiti inmissione, vel alterius remedij ope iuuet, partim spontaneus, partim non, dicitur huiusmodi vomitus. Quod autem quærunto hoc loco interpretes, an scilicet vomitus sit naturalis, vel præter naturam, facile solui potest ex diuersa naturæ significatione: quod enim à naturali facultate fit, naturale dicitur esse; ut cum auctiorem, & nutritionem naturæ opera, id est naturalis facultatis; sensum verò & motum animæ, id est animalis facultatis actiones scribit Galenus in initio primi lib. de natural. facultatibus, hoc modo omnis vomitus naturalis est, quoniam ab vna ex naturalibus facultatibus, nempe expultrice irritata, fit; Aliquando naturale ei opponitur quod ab intèpestiua irritatione est factum, vel uti cum sudores, concocto humore, naturales dicimus, & à natura fieri; in principio verò morbi quæ fiunt excretiones, symptomaticas & præter naturam vocamus, qua ratione vomitus aliquando naturalis, aliquando præter naturam dicitur esse: Dicitur alio modo naturalis, aut præter naturam aliqua euacuatio, ob materiam quæ educitur: si enim bilis pallida vomitu reijciatur, naturalis vomitus dicitur: si verò sanguis, præter naturam censetur esse. Alio præterea modo naturale dicitur, quod secundum naturæ ordinem fit, præter naturam verò, quod aliter contingit, ut monstra præter naturam dicuntur esse. At, vomitus aliquando fieri, monstruosum non est, sed secundum naturam contingunt. Est alia significatio, cum dicimus illud esse præter naturam, quod à morbosis causis fit, secundum naturam verò, quod fit in bene affectis corporibus ex moderatis causis; quo modo Diocles sudores præter naturam esse dicebat, eo quod non contingant vbi corpus est bene affectum;

A qua ratione nullus vomitus est naturalis; oportet enim morbosam subesse in corpore causam, vbi natura ad vomitum excitatur. Vocant illud esse naturale, alio modo, quod non fit ab arte, sed à natura; qua ratione vomitus potest partim esse naturalis, partim non, cum scilicet nunc à sola natura, nunc vero adiuuante etiam arte excitatur. Postremo, præter naturam vomitum, ut & alios motus, intelligere possumus, qui fiunt contra naturam mobilis: in qua significatione omnis vomitus est præter naturam, quippe cum omnis humor ab insita grauitate deorsum, & non sursum feratur.

Si talia purgentur qualia purgare oportet, confert, & leniter ferunt.

B

ID est, si in euacuationibus in quibus purgatio fit humores qui euacuantur, tales fuerint, quales esse debent, confert huiusmodi euacuatio, & leniter fertur.

Quid vero sit vtilis, siue cōferens euacuatio, quid item sit facilis & leuis, siue ea in qua sequitur leuis tolerantia, nunc docendum est, præsertim, quod Brasfaulus, & alij interpretes, hæc malè interpretètur: aiunt enim, idem esse conferre, & leniter ferre, & utilem, & leuem euacuationem idem esse, unumquod alterum explicare; dicuntque conferentiam in eo spectari quod morbus, uel eius symptomata minuantur, leuem autem tolerantiam in eo ostendi, quod uideat gaudeatque qui uacuatur, & non conquatur. A quorum quidem opinione cogit ratio, ut differentiam, atque in prius separem utilitatem, & conferentiam euacuationis, à leui tolerantia: nam cum sanguinem mittimus, aut purgamus usque ad animi defectum, confert eiusmodi euacuatio, quandoquidem illam tanquam utilem imperamus, eam tamen leniter non fert qui euacuationem patitur, idem fit, quando sine plenitudine ad reuulsionem in uulneratis, & contusis eadem adhibemus remedia: sani enim, ut inquit Hippocrates Aphorif. 37. 2. id est, qui noxios non habent humores, nequaquam ferunt facile purgationes, & euacuationes. Nec uero utilis euacuatio definienda, qua morbum aut symptomata minuit, nam sæpè post multas euacuationes, morbus & symptomata crescunt, quoniam scilicet morbi causa & impetus, alia præsidia desiderant, nec solis euacuationibus sisti possunt. Præterea, non solum de euacuatione quæ fit in morbis, sed de ea etiam quæ fit in sanis agit Aphorifimus. Definitio ergo hoc modo utilem euacuationem, quæ status corporis exigit, quidquid postea sequatur; uel morbi diminutio, uel incrementum, si tandem proficit: nam si mors sequitur, inutilia omnia fuerunt remedia; leuis autem tolerantia non etiam in eo spectanda est, quod rideat gaudeatque; qui euacuatur. id enim uix in minimis, & insensibilibus euacuationibus contingit, sensibilis enim omnis euacuatio cum malo homine boni multum, si mul educit, ut scribit Galen. in lib. de optima secta; qua ratione qui euacuantur, non ita ridere, aut gaudere possunt. Alij, non conferre tunc euacuationem, nec leniter ferri, cum fit, sed postea cum facta fuerit, credunt, sed id Hippocrati repugnat, qui scribit, confert, & leniter ferunt; Galen. vero tex. 5. 1. 2. Prognosticor. inquit, fert facile euacuationem, qui in melius proficit: at, nec id verum est, in eo enim qui uulneratus est, & nullum in humoribus vitium habet, adhibita euacuatio ardet inflammationem, & à uulnere sanatur. Proficit ergo in melius, non tamen facile fert euacuationem. Quare facilis hæc tolerantia explicanda est ex Commentatio Aphorifimi 13. lib. 1. Senes

Senes facile ieiunium ferunt, ubi Galen. dicit, facile eos ferre ieiunium, qui ab eo non læduntur; itaque facile fert euacuationem, qui ab ea sensibiliter salte non læditur; etsi enim omnis sensibilis euacuatio ui res lædit, quia tamen sensibiliter id non facit, facile ferti dicetur. Rectè igitur scribit utilem, & facilem fore euacuationem, quæ à natura fit, si talia purgentur, & euacuentur, qualia purgare, & euacuare oportet.

Si minus, contra.

ID est, si non vacuabitur humor talis, qualis vacuari debet, tunc fieri quidem poterit ut talis euacuatio confectat, non tamen id fiet vnquam, vt simul conferat & leuiter feratur.

Sic & uasorum inanitio, si talis fiat, qualis fieri debet, confert & leuiter ferunt, sin minus contra.

Hoc est præceptum quod Hippocrates tradit in hoc Aphorismo, quo præcipit, ut Medicus qui uasa euacuare, id est, quæ eumque euacuationem facere instituit, eligat eam qualitatem in humoribus, qualem requirunt singula medicamenta euacuanti, tunc enim (inquit) sequetur conferentia, & facilis tolerantia; quod si humor talis non fuerit, qualem oportet esse secundum naturam, vim, & qualitatem medicamento euacuantis, contrarium fiet, id est, non conferet, & difficile feretur ea vacuatio; igitur antequam Medicus aggrediatur euacuationem, expendere debet, an humor quem euacuare uult, iam habeat conuenientes qualitates; quod si non habet, eas arte inducere debet, si ars sola potest id facere; aut naturam iuuare, si communi opera hoc opus perficiendum est: Sed quoniam hæc, & multi alij Aphorismi qui sequuntur de euacuatione scripti, intelligi non possunt, nisi perspectis principijs & fundamentis, quibus constat & nititur uniuersa euacuandi ratio, ideo operæpretium esse duco, de ea hoc loco diligenter tractare, sic enim postea licebit facile intelligere, qui in hac re ab eo dicatur, quid item delit, quid principium aliorum sit, quid ab alijs deriuet, & quorsum tandem singula referantur, quæ profecto miror ab alijs scriptoribus vel prætermitti, vel non satis diligenter elaborata: Vnde, non mirum, si tot, tantaque controuersia de venæ sectione, purgatione, inedia, & (vt semel dicam,) de omni uacuatione ortæ sint, & adhuc in nostra arte agitentur: Nam contempto quod omnibus est commune, hæc incommoda sequi necesse est. Nec eo quidem existimare oportet hanc tractationem negligentius à maioribus nostris literis mandatam, quod illa paruam habeat in medicina utilitatem, rarissimamque usum; vel quod perinde facilis sit huius rei cognitio, ut quilibet quod in ea querit minimo negotio inuenire possit: nam alijs præsidijs ferè omnibus vel ad sanitatem tuendam, vel ad morbos profligandos utimur, uacuationis uero usus in omni corporis statu maximus, & frequentissimus est: habent enim sani naturalia sua excrementa, quæ ex tribus concoctionibus resultant, steruus, urinam, utramque bilem, vaporem, & sudorem quæ nisi quotidie excernantur, obsunt; Ab agris uero corporibus, non solum illa, sed etiam humores ipsos, necnon pus, faniem, lumbricos, aliaque plurima quæ nocent, euacuare oportet; At, si perinde facilis esset hæc, ut putamus, tractatio, non tot, tantosque errores committerent Me-

A dici in euacuationibus; Ego uero tantum abest, ut hanc rem putem difficultate carere, ut nullam putem in nostra facultate vnquam difficiliorem esse: nam cum omnis alicuius rei explicatio quadam ponere debeat, tanquam nota, alia uero, quibus continetur uniuersa tractatio, ne temerè exordiamur unde non licet, aut plura vel pauciora ponamus quam tractatio ipsa exigit, difficillimum esse puto in utroque modum, aut quod uerum est assequi; id quod docent qui de euacuatione, nostra hac ætate nonnulla ediderunt inter se multis modis discrepantia; nec solum quidem in his arduum est, quod est exactum inuenire & tradere, sed etiam in singulari materia maximè extant controuersia, id quod ostenderunt, qui de venæ sectione in pleuritide tantopere contenderunt hoc nostro seculo; quod si in minima parte huius operis tanta sese offert difficultas, quid de reliquis credere debemus, quas adhuc nemo attingit, nec suo labore illustrauit, de quibus suo loco dicemus: nunc enim tempestiuum esse puto rem aggredi, & à certis capitibus exordiri, quibus uniuersum hoc negotium continetur; Itaque uniuersa euacuandi ratio quadam præcognita ponere, alia uero quibus constat & perficitur, docere debet; Quod enim uacuationis sit, quot illius genera, & differentia, tenere Medicum oportet, antequam præcepta quarat quibus illa rectè institui potest; Sic etiam quid à corpore euacuari possit prænotandum est; Verum cum hæc non satis sint à maioribus nostri explicata, aut certè sparsim & confusè, ne aliqua oriatur in hoc opere difficultas, placet nonnulla etiam de his dicere. Igitur euacuationis nomen non uno modo usurpatur à Medicis, nec constat an omnia quæ educuntur à corpore & vacuari uidentur, rectè ita dicantur fieri. Et enim *καταρροια* id est euacuationis nomen, de solis humoribus, *καθάρσις* uero, id est detractionis, de solidis quidem magis, interdum uero etiam de humoribus dici scribit Galenus in secundo textu tertij, Commentarij 6. Epidem. ex quo loco patet, pinguedinis excretiones, aut ramentorum quæ à partibus exulceratis abraduntur, necnon lapidum extractiones, aut lumbricorum expulsiones, non rectè uacuationes dici. Quod si uacuationis nomen de solis humoribus effertur, non solum hæc quæ prædiximus, sed nec flatus vacuari dicemus, quamquam tamen Galenus illos euacuari scribit text. 45. Commentarij 6. lib. Epid. Quinetiam in libro de Constitutione artis, tractatibus medicamentis uenena, & spicula infixis corporibus, refert euacuari; & Aphorismo decimo septimo 2. lib. scribit euacuationis nomē usurpari ab Hippocrate, quando humores omnes æqualiter uacuauerunt, quo modo purgatio non esset euacuatio. Scribit præterea, text. 18. tertij Prorethororum, euacuationis nomen dici pro excretionibus quæ ui morbi sit. Dubium quoque est, an commodè dicere possimus humores euacuari, cum ab una parte in aliam decumbunt, ueluti quædam in pleuritide humor qui latus occupabat, eo relicto migrat ad pulmonem; Ex quo quidem patet, euacuationis nomen multifariam usurpari in Medicina, nec adhuc constare quomodo propriè sumi debeat; Ad quas omnes difficultates effugiendas, & ut aliquid certum in hac tractatione ponere possimus, dicimus euacuationem esse mobilis substantiæ ab eo loco in quo erat recessum, quo cumque modo absq; chirurgia, factum, sic enim non solum humorum, sed & vaporum, ramentorum, lapidum & aliarum rerum, quæ à suo loco dimoueri possunt, & manu non extrahuntur uacuationis nomine rectè comprehendemus; cum uero solida corpora, ut lapides & ossa, & caro, à corpore demuntur manu, rectius extractiones quam euacuationes dixeris, humorum ue-

ro, & puris eductiones, euacuationes quoque dicuntur, etiam si manu fiant, modo loco aperto sponte huiusmodi materia exeat; nam alioqui detersiones potius dicuntur, veluti cum pus, & saniem ab viceribus immixtis linteis, aut spongia, uel alia re, detergimus. Porro nonnulla sunt euacuationis species, quæ peculiariter & simpliciter nomina sumunt veluti *diarrhoea* id est deiectio, quæ dicitur esse euacuatio quæ fit per anum, & emictio euacuatio quæ fit per urinam, & purgatio inæqualis, humorum euacuatio: & vomitus, vacuatio quæ fit per os à ventriculo sudor, euacuatio aquosi humoris per cutem; euaporatio siue transpiratio vaporum per cutem excretio. *Vulvismus*, & ipsius excretionis nomen propriè pro euacuatione excrementorum: nam ab excrementis, excretio derivari videtur, tametsi sanguinem & omnes humores excerni quoque dicimus; possunt, & apud nos & Græcos simpliciter alia nomina reperiri, quibus certas euacuationes significamus, plurimæ tamen sunt, quæ circumlocutione exprimuntur, quomodo euacuationem dicimus fieri per sputum, per os, & nates. Ceterum, differentias euacuationis, non est facile certo numero certaque Methodo complecti; neque enim aliquid de hac re arte scriptum adhuc extat; nos autem, veluti figura quadam dicemus, differentias sumi à rebus quæ uacuant, ab his, quæ euacuatur, & ipsius euacuationis ratione, vacuat autem aliquando natura, aliquando ars: propterea dicimus quandam euacuationem fieri à natura aliam ab arte. Item quædam extrinsecus admota, alia intro immixta, alia quæ à nobis fiunt euacuare dicuntur. Vnde euacuationes quædam extrinsecæ, alia intrinsecæ dicuntur, cuius differentia sunt alia quædam ab his deductæ, veluti cum dicimus euacuationem fieri per balnea, vel inedia, vel sectionem venæ, aut medicamentum, aut alia huiusmodi; quæ differentia sumuntur ab his quæ euacuant; Cum vero dicimus euacuationes quædam sanguinis, aliam bilis, aut alterius rei, differentias sumimus ab eo quod euacuatur, iam vero cum dicimus euacuationem quandam esse æqualem, aliam inæqualem, aliam localem, aliam reuulsionem, aliam derivatoriam; præterea, aliam esse vniuersalem, aliam particularem, aliam immoratoriam, aliam eradicatiuam, aliam sensibilem, aliam insensibilem, aliam magnam, aliam paruam, aliam extremam, aliam symptomaticam, aliam decretoriam, aliam spontaneam, aliam artificiosam, aliam facilem, aliam difficilem, aliam quæ paulatim, aliam quæ subito, aliam quæ confertim, id est quæ simul, aliam quæ per vices peragitur, & si quæ huiusmodi alia sunt, tunc differentias sumimus, à qualitate, quantitate, modo, & denique à ratione euacuationis.

De necessitate & usu euacuationis & nutritionis, nonnulla præfari oportet, ex quibus tanquam ex principiis quibusdam quæ sequuntur, facilius innotescet, fiet autem id communi quadam tractatione, quoniã hæc opera sibi mutuo succedunt & à communi causa proueniunt sumpto initio ab his quæ superius docuimus. Igitur calor qui à natura primis que nostris principiis, singulis partibus & vniuerso corpori est inditus, sua vi, qua reliquis qualitatibus quibus temperatur, constatque nostra hæc corporea moles, præ pollet, perpetua quadam actione in qualitates passivas & totam ipsam substantiam agit, ita profectò, ut paulatim depascendo, tandem humorem nostri corporis digerat & absumat, quo quidem consumpto, illius etiam sequitur extinctio, & compositi viuentis dissolutio, & mors, id quod citissime fieret, ob uehementem illius vim, nisi natura subsidium inuenisset, quo quantum fieri potest, consumptam ab eo substantiam restitueret, vocaturque materia hæc

A quæ pro dissipata reponitur, nutrimentum, quod triplici natura constat, vt tres sunt substantiæ quæ dissoluntur, aerea, humida, & solida, vocatur autem id quod restituit aeream substantiam, spiritus; id autem quod refarcit humoralem quæ dissoluitur substantiam, potus; materia vero quæ substantiam à solidioribus partibus dissolutam restituit, cibus nomina tur; Porro, vnumquodque corpus humanum triplici hac materia eget ad restorationem, nisi morbi vi quadam, calor perinde debilitatus fuerit, ut solam aeream substantiam dissolueret possit, tunc enim solo aere viuitur, qui simplex non est, sed ex alijs elementis compositus, & propterea non ineptus ad leuissimam nutritionem; est hæc ratio cur puella Germanica nostro tempore, & alij nonnulli antea integros annos sine cibo & potu vixerint, non quemadmodum quidam existimauerunt, qui ex pituita relicta per morbum eos nutrirî tradiderunt, sic enim quæ ea specie aquæ inter eum quæ leucophlegmatia vocatur, laborant, ita, ut vniuersum corpus ob pituitæ redundantiam tumeat, sine cibo & potu multo magis & facilius perdurarent, quam puella, quæ colore subpallido, habitu gracili, pituitaque propemodum vacua depingitur. Sed hæc attigisse sit satis. Ceterum, quum dissoluta substantia ex his erit, ex quibus moles nostri corporis constat, quæ vero in illius locum sufficitur, dissimilis est, & non nisi potentia similis, oportebat aliquam esse vim in corpore, quæ assumptam materiam mutaret & assimilaret, quod quidem factum est; omnes enim partes à natura donatæ sunt concoctricem quadam facultate, quæ alterando quod vile & simile erat potentiam in alimento, simile singulis partibus quæ agunt & concoquunt, reddit, quod uero post concoctionem assimilari non potuit, excrementum fit; quod cum inutile sit & noxium etiam corpori, euacuationem postulat, ad quam natura quoque vim quandam, quam expultricem ab officio nominamus, corporibus indidit: addidit & duas alias, quæ concoctrici famulantur, attractricem inquam, & retentricem, illam, vt attrahat in singulas partes proprium nutrimentum, hanc, quæ in partibus illud retineat donec concoctrix suum munus absoluerit; alia autem facultates quæ nutritioni seruire dicuntur, non tam facultates sunt à superioribus distinctæ, quam quod illarum officia exprimentes cum enim singula partes bene retinent quod attraxerunt, idem apponitur & adhæret, ita cum perfectè concoquitur, & retinetur, agglutinatur, assimilatur, & corpus nutritur. Porro, nutrimentum quod dissimile est, non statim ex vna mutatione simile omnibus partibus corporis redditur, sed quædam partes sunt quæ plures requirunt ad sui nutritionem alimenti alterationes; sunt autem tres quæ sunt in nostro corpore natura distinctæ concoctiones, quoniam diuersa faciunt excrementa, à quibus quidem cum non vincitur, quod assumitur, illud inutile omnino ad nutriendam censetur; Prima concoctio fit in ventriculo; secunda in hepate; Tertia in singulis corporibus. Nec recipienda est eorum opinio, qui quartam concoctionem, & eam primam statuunt fieri in ore; nam etiam alterationem quandam nutrimenta in ore assumunt, concoctionis tamen nomine ea digna non est, sed preparatio quadam est ad concoctionem quæ fit in ventriculo, eo modo quo venæ mesaraicæ præparant nutrimentum hepati, & reliquæ venæ singulis corporis partibus; vt enim mutatio quæ fit, concoctio sit, necesse est, vt ex ea resulent duo genera excrementorum, vnum crassius, alterum tenuius, quæ admodum in tribus positis concoctionibus fieri agnoscitur, si quidem ex ea quæ fit in ventriculo, stercus & vrina proueniunt, ex ea autem quæ in hepate, humor

humor melancholicus, & bilis flava sequuntur; ex tertia quæ in singulis partibus perficitur, sordes quæ cuti adherent, interulasque; tingit, & tenuis vapor qui per insensibilem transpirationem exhalat, cuius odore moti canes, dominos sequuntur, & feras prosequuntur, resultant; quicquid autem in ore manditur, in vetriculo descendit absque generatione alicuius excrementi. Vtrautem partes, quæ in habitu corporis positæ sunt, triplici egent alimenti mutatione, sic ventriculus vnica, quam ipse facit; nutritur enim ex ea materia quam concoxit & mutauit, quippè, cum vnaquæque pars ex eo quod attrahit, retinet, & concoquit, nutritur; finis enim omnium istarum actionum nutritio est; Hepar verò duas requirit alimenti, concoctiones, antequam nutriri possit, eam scilicet quæ ipse perficit, post eam quæ in ventriculo est peracta; Quod si Galenus aliquando omnes partes corporis sanguine nutriri scribit, partes corporis intelligit, quæ in habitu corporis sunt positæ: vt enim corporis nomine intelligimus habitum corporis, qui musculos, carnem, ossa, & reliquas partes circumstantes, & ambientes viscera continet, sic partes corporis intelliguntur quæ in corpore sunt, id est in habitu corporis; Igitur ex euacuatione quæ à calore fit, nutritionis necessitas, ex nutritione, excrementorum generatio provenit; ex generatione excrementorum, vacuandi rursus necessitas insurgit.

Porro, ex his excrementis quædam perpetuò excernuntur, quæ scilicet nostro arbitrio non parent, sed à calore excitantur, cuius generis sunt sordes, & vapor: alia vero, ne homo esset alienus à Musis (inquit Galenus) nostra voluntate ad stata quædam tempora cohibentur, in quibus voluntate permittente musculi cohibentes relaxantur, insurgitque postea ius expultrix, quæ ea protrudit, vt in alui excrementis, & vrina fieri apparet; Verùm, ad expellendum, concoquendum, & deducendum nutrimentum per corpus, natura vitur calido natiuo tanquam instrumento, quod suo incremento decremento, & varijs motionibus actiones omnes perficit: vnde natura ad caloris huius conseruationem auxilia excogitauit, quibus ipse foueri, & singulis actionibus corporis seruire possit: nutrimento enim (vt diximus) aucto humido suo pabulo, refocillatur, per somnum, concoctionibus, & actionibus internarum partium seruit, ipseque in cauitatibus internis, vbi copiosum est alimentum, pabulatur: per vigilias exit ad externas partes, & exeundo distributiones nutrimenti adiuvat, trahitque secum suum pabulum, humorem scilicet, in quo consistit, & viget, interimque ministrat actionibus, quæ exercentur ab externis membris; consumpto vero eo pabulo, cogitur rursus ad interna viscera sese recipere; interim externæ partes suo instrumento destitutæ, coguntur sua officia interimittere. Iam vero idem calor per exercitationes corporis, foris & intus agitatus, in toto corpore vim suam exercet, quo fit, vt cum naturalia hæc auxilia quæ ad calorem roborandum & intro, extraque ducendum natura nobis dedit, perpetam adhibentur, malè peragantur actiones corporis, hinc malæ concoctiones, malæ distributiones, maior excrementorum prouentus, multiplex, & varia illorum generatio: nam si minus alimenti assumitur quàm requirat vis, & proportio caloris, acuitur primum calor, acriorque redditur, & plurimum bilis, primum flauæ, deinde nigre procreat; postea vero languet ipse calor, impotensque redditur ad corporis usum; at si plus quam exigat alimenti ingeritur, opprimitur ab excessu proportionem idem calor; vnde pituita, & cruditates infestant; eadem contingunt vitia ex malis alimenti qualitatibus, ex otio, vel motu nimio, aut ex longiore bre-

A uioreque somno, & vigilia, & ex nimia aut diminuta cogitatione, & sensuum functione: nam vt læditur calor si error fit in ipsius pabulo, sic fit per aliarum rerum errorem nõ mouetur, aut plus vel minus in partibus internis, vel externis detinetur, sequitur in ipso calore vitium, & in actionibus noxa; quo fit, vt non solum ex nutrimento externo, quod recenter assumptum est in corpus, plurima excrementa proueniant, sed etiam ex ipsis humoribus in suis fontibus, & venis contentis; vitio enim caloris alterantur, putrescunt, & alijs modis corrumpuntur, excrementaque fiunt: mutatis suis qualitatibus, & substantia, aliquando etiam seruatis proprijs qualitatibus immo deratè augentur humores, & multitudine sua nocent, euacuationemque; ob id postulant quod excrementa sint facta, id est, excretionem egent ob suam multitudinem. Seruanda igitur est proportio caloris cum alimento, & ea quæ est inter ipsas caloris motiones, quæ cum rectè fiunt, arte non est opus ad euacuationem excrementorum, sola enim naturis actionibus sufficit: cum vero error committitur, oritur necessitas vacuationis, quæ à Medico instituitur, vt scilicet uacuentur, quæ à sola natura extrudi nequeunt: at quemadmodum illa leuioribus motibus, & ueluti quiete quadam utitur, cum solita excrementa expellit, vehementiorem autem impetum adhibet, cum excrementa præter naturalem modum sunt aucta, uel alteratio, ueluti cum per morbos crises facit: ita etiam Medicus leuiora quædam remedia inuenit eadem cum illis, quæ à natura libera fieri solent, qualia sunt exercitia, balnea, frictiones, ieiunia, quibus in leuiore malo nature opituletur; alia uero ualidiora, ut purgationem, uenæ sectionem, quibus cum natura, uel ex uehementia aliqua læditur, uel maiore pondere grauat utendum est; igitur, cum Medicus cogatur uacuare, ut nature opem aliquando ferat, ne temerè id aggrediatur facere, arte est opus, quæ scopis quibusdam constat, & ratione qua scopos propósitos consequi docet, de quibus tempestiuum est, ut agamus.

Ut in uniuersa arte nostra finem nobis proponimus, & scopum ipsam sanitatem, quam semper spectamus, cum quid dicimus aut facimus; sic in omni parte Medicinæ scopos aliquos proponere oportet, ad quos referamus quicquid in ea præstare aggredimur. Igitur in uacuandi ratione scopos quosdam ponemus: ac primum quidem quinam, & quot sint hi scopi ex nostra opinione, docebimus. Postea uero, quod alij de alijs censeant exponemus: Primum mihi uidetur illud obseruandum esse ab eo, qui rectè uacuaciones instituere uelit, ut intelligat an uacuandum sit, uel non. Deinde, quid, uacuandum, an scilicet sanguis, uel bilis flaua, uel atra, uel serosus humor, aut pituita, aut stercus, uel sordes, aut vapor, aut aliud quidpiam, quod uacuacionem postulet an præterea totum corpus, uel quædam duntaxat partes sint uacuandæ; quo intellecto, spectare debemus quantum uacuandum sit; post hunc uidentur, quomodo uacuandum, an semel tantum, uel sæpius, & an æquales sint faciendæ uel inæquales, uacuaciones; spectandum deinde est, quo tempore sit uacuatio faciendæ, an in initio morbi, uel incremento; aut vigore uel declinatione, an mane, uel uespere, an ante, uel post cibum; Denique, tempora apta ad uacuacionem notanda sunt; & quoniam referant per os, uel per intestina, aut vrinam, aut sudorem, aut nares, uel secta uena in parte affecta, aut ab ea distante, aut solum scarificata cute, aut per aliam denique partem materiam educas, ideo eligendus est locus in corpore ad uacuacionem omnium aptissimus; at, si plures sunt uacuaciones, ordo contemnen-

dus non est, ne præponatur vacuatio earum rerum, quæ aliàs sequi debent: non enim sine discrimine præponitur purgatio sanguinis missioni, ubi hæc præcedere debet. Hos scopos qui assequetur, rectè uacua bit, nec meo quidem iudicio alios addere cogetur; vel enim illi scopi non sunt euacuationis, aut in prædictis continentur, aut eos sequuntur, vel quod eos simus assecuti, sunt iudicia, neque enim addere oportet scopum in quo spectamus qualitatem euacuationis, nam superius ostendimus nihil aliud esse de qualitate euacuationis agere, ut in hoc Commento sumit Galenus, quam tractare de eo quod est uacuandum; nec alium quidem debemus ponere scopum in quo consideremus qualis debeat esse humor qui euacuandus est, an concoctus, vel crudus, uel tenuis, & minimè viscosus, aut alia qualitate præditus hic enim continetur in tempore euacuationis, tunc enim purgationem aggredimur, aut aliam vacuationem, quando humor concoctus est, aut pro ratione euacuationis faciendæ præparatus; Nec impedio si quis hæc sub primo scopo comprehendere uelit non enim vacuationem aggredimur nisi ad sit id, quod vacuationem postulat; neque enim purgandum est, quod est crudum, crassum, & viscidum, uel hæc etiam inter contraindicantia ponenda: nam si humor sit qui plenitudinem facit, vacuatione utendum est: at impedit illius cruditas, crassities, viarum obstructio, & alia quæ possunt adesse impedimenta, ergo hæc non faciunt scopum separatim considerandum in euacuatione; cum uero docet Hippocrates in hoc Aphorismo inditia ex facili aut difficili tolerantia, an tales humores uacuati fuerint, quales oportebat, uel non oportebat euacuare, scopum alium non proponit, sed signa docet, quibus nostram coniecturam confirmemus; At si quis dicat Medicum in vacuationibus spectare debere quo, quali, quanto, quomodo, quo ordine, tempore, loco, utendum sit remedio, verum quidem dicit, sed hæc tanquam præcognita supponi videntur, vel potius à scopis propositis indicantur: nã si quis inuenerit sanguinem esse demendum à uena indicatur esse opus remedio quod insensibiliter & equaliter secta uena euacuare possit; sic qualitas, ut caliditas humoris euacuandi contrariam indicat medicamenti qualitatem; eadem ratione modus & ordo eorum quæ vacuantur, modum & ordinem remediorum ostendunt. Indicantur ergo hæc remedia euacuationem, sed scopi non sunt ipsius euacuationis. Quod si magnopere quis contendat adhuc, hæc scopos facere, nec supponi nec indicari solum, quid obest qui minus in secundo scopo hæc contineantur? ubi enim uacuandum esse inuenimus, & quid uacuandum sit, querimus etiam quodnam sit remedium adhibendum, & quale, & quantum, & quomodo, quo tempore, quo loco, & ordine utendum illo sit; non multum equidem repugno, siue nostro modo, aut alio quis censeat, modo certos scopos nobis ante oculos proponamus, quos in uacuatione, ut in alia omni operatione, consequi studere debemus; Ac ut illis etiam satisfaciamus, qui malunt omnia distincta habere, quam alia ex alijs elicere, uniuersos scopos in hac re necessarios ita enumerabo; An euacuandum, quid quantum, quomodo, quo tempore per quem locum, & quo ordine quo item remedio quali, quanto, quomodo, quo tempore, quo ordine sit adhibendum remedium cui loco etiam: nam etsi non querimus quale debeat esse id quod uacuandum est, quia id in tempore continetur euacuationis, tamen in remedijs euacuantibus refert, an calida, vel frigida, solida, vel liquida, vel alia qualitate prædita illa exhibeas, eodem pacto querendum est quantum de unoquoque remedio sit exhibendum, nam etsi intellexeris esse mul-

A tum uel paucum euacuandum, non propterea mensura, & quantitas remedij nota est, nec statim patet quomodo remedia sint diuidenda, si intellexeris quomodo uacuandus sit humor noxius, nec per quem locum sit assumendum remedium, patet semper, si no ueris per quem locum humor deducendus sit: nam per alium excrementa intestinorum educi debent, at remedia quæ ad id conferunt, per os & anum indispunt; non est etiam idem tempus exhibitionis, remedij, & euacuationis, nam quod crastina die euacuatur, hodie postulat aliquando euacuantis remedij assumptionem; Ac ubi plura remedia sunt exhibenda, ordo inter illa queritur præter ordinem eorum quæ euacuantur. Sint ergo hoc modo distincti scopi, ne rudioribus maior difficultas aut confusio aliqua exhibeatur.

Ex quibus, scopos prædictos consequi poterimus.

Quid sit quod nos ad uacuandum moueat, tradere nititur Galenus, nunc enumerando singulos casus in quibus utimur vacuatione, quæ docendi ratione usus est in libro de uenæ sectione. Nunc uero quod commune est omnibus tradendo, quod eodem libro & alibi, sed non satis diligenter, nec pro dignitate huius tractationis facit: Porro singulorum casuum enumeratio empiricam tractationem facit, nec unquam omnia potest enumerare; id quod maxime patet ex ipso Galeno, qui eo loco multa plura omittit, quam uere sentiat ex his quæ euacuationem desiderant; quid uero de eo quod est commune senserit, nunc uidendum: nam interdum multa simul expendit prius quam uacuet, ut morbi præsentis aut imminenti magnitudinem, ætatem, regionem, cæli statum, consuetudinem, plenitudinem, otium, malos humores, uitæ conditionem, & infinita alia, quæ etsi considerata sunt omnia in consequendis scopis euacuationis, non tamen eiusdem sunt rationis, & facultatis, sed quædam indicant, alia contraindicant, alia coindicant, alia correpuant; queri autem debet id ipsum quod indicant, tanquam illud quod nos recta ducit ad id quod in omni officio præstare uolumus: nam cum indicatione vel analogismo, uel oblatione possit Medicus singulos scopos consequi, ut in libro de officijs Medici ex Galeno docui, indicatione debet in his uti rationalis Medicus, de quorum natura & uis sunt ex eo libro nonnulla breuiter commemoranda, ut tractatio hæc ex suis principijs procedat. Porro, quatuor ostendimus esse quæ inter se differunt, indicationem, coindicationem, contraindicationem, & correpuantem: nam Indicantia sunt quæ postulant auxilia; Contraindicantia sunt quæ impediunt primo & per se; Coindicantia sunt signa indicantium, correpuantia uero, inditia sunt contraindicantium; quæ quidem sic exemplis declaro. Vires uictum indicant, Morbus contraindicat, ætas, anni tempus, coindicant, ostendunt enim quales quantæque vires subsint? color uirgæ, pulsus celeres præter naturam, correpuant, quia morbi sunt inditia. Cum uero Contraindicantia non habent vim repugnandi permittentia, admittentiaque dicuntur, ut vires validæ permittunt admittuntque fieri euacuationem; Ceterum inter permittentia numerantur etiam quæ nunquam habent vim impediendi, ut situs & connexio partium non impediunt fieri euacuationem, sed illam admittunt quotiescumque est opus; Ceterum indicationes & contraindicationes, rei, de qua agitur, natura, sumuntur, & eorum illa est vis, ut ea percepta ipsorum natura, protinus intelligamus

mus quid agendum, fugiendumue sit; ut morbus ex sua natura quæ in eo consistit quod præter naturam sit, indicat sui ablationem querendam esse, & fugiendam esse conseruationem, Sanitas vero, utpote quæ sit secundum naturam, & propterea amica & utilis ijs quibus inest, sui conseruatione opus esse indicat, & fugiendam esse mutationem, ex qua labefactari & tolli possit; Ad hæc Contraindicantia etiam indicantia sunt re ipsa, & ab illis solum differunt ratione & relatione, vires enim ut hoc exemplo vtar, sue conseruationis si indicantia sunt; contraindicantia vero dicuntur, quando referuntur ad ea, quæ aliud postulant, à quo ipsæ labefactari possunt; propterea dicuntur contraindicantia euacuationem, quando illam ferre non possunt ob infirmitatem, quod si eandem sustinere valent, permittentia dicuntur. Coindicantia vero, & correptantia, cum signa aliorum sint, non magis à natura rei sumi dicuntur, quam à proprietatibus, & ab illis rationibus ob quas signa esse possunt.

Ceterum, si indicantia sunt, quæ auxilia postulant, constat nec contrarietatem, nec externas causas, nec aerem ambientem, & proinde nec celi statum, nec regionem, vel anni tempora, nec aliud quod extra nostrum corpus sit, indicare posse, & multò minus indicabunt, quæ præsentia non sunt, eo quod iam abierint, uel quod adhuc futura sint, illa enim nec conseruari, nec mutari possunt; & propterea rectè Gal. in 4. lib. Methodi, dicebat illos errare qui indicationem curandi sumebant à rebus externis, ut causis externis, illas enim procreato morbo recessisse, nec aliqua re amplius egere, & propterea nullum remedium posse indicare, sed solum coindicare posse, id est ostendere qualis sit derelicta ab illis in corpore dispositio; propterea ætas, sexus, consuetudo, vitæ conditio, & alia quæ significant corporis dispositiones, indicantia esse nequeunt, quia solum sunt signa eorum quæ sunt in corpore, nec quicquam agere in re media, nec ab illis pati sunt apta & nata. At vero si indicantia à rei natura sumuntur, constat vnum posse duntaxat vnum indicare, quia vnus vna est natura, quæ ad vnum habet relationem, à quo mutari, vel conseruari potest; quod quidem generali exemplo patet; omnia enim quæ sunt secundum naturam, solum indicant sui conseruationem; quæ vero præter naturam sunt, possunt solum sui ablationem indicare; Quod si in re vna diuersa sint rationes, poterunt & diuersa indicari, ut multitudo calidi humoris indicat euacuationem & refrigerationem opus esse. Quapropter scribit Galenus in lib. 11. Meth. eos non esse dignos ut aggrediantur medendi Methodum, qui igno-rant vnum solum indicare vnum: aut si illud sciunt, tamen huius præcepti vim diligenter nequaquam obseruant, & merito quidem: nam eo contempto, nunquam inueniemus in tanta rerum multitudine, quid postulet remedia, id est, ea auxilia, quæ malis affectis corporibus competunt; nec quid vitium indicet, id est, conseruantem materiam naturalis corporis status, necesse enim est confusionem magnam oriri, hoc violato præcepto; & qui vim indicantium, contraindicantium, correptantium, & coindicantium, admittentium inter se seiungere negligunt, illi nihil vnquam exactè intelligent, sed omnia confundent, quæ natura & vfu distincta esse oportet. Hæc ego etiam admoneo, ne hæc mea legant, quæ solum illis utilia esse possunt, qui propriam & exactam docendi rationem querunt; sunt alia quidem præcepta de indicationibus, quæ postea suo loco asseruimus. His ergo ita positus, videamus quid illud vnum in nobis possit esse, quod euacuationem indicet. Scribit Gal. in Comment. huius Aphorismi, va-

cuandos esse noxios humores, tanquam illi sint qui euacuationem indicent, qua quidem in re, non solum reprehendo, quod euacuationem ad solos humores contrahat, cum alia (ut ante ostendimus) à corpore vacuentur, sed quod etiam non doceat, quales oporteat esse noxios humores, qui euacuationem postulant; neque enim omnes noxij humores euacuandi sunt, id quod antea nos, & ipse in lib. 4. de tuenda sanitate scribit, Medicos inquam aduersus noxios humores pugnare duobus modis, alteratione & euacuatione; itaque, si alteratio suum locum habet, euacuatione non potest semper indicari ab humore noxio. Ceterum, in eodem lib. & in Methodo medendi, statuit illud esse euacuandum quod assimilari nequit, & merito quidem: nam, quæ similia fieri possunt, & in nostrum corpus mutari, nemo educere tentabit, si modo ea sunt retinenda, quæ utilia sunt futura ad corporis nutritionem.

Ad hæc, cum omnis euacuatio demat aliquid boni à corpore, cum eo quod noxium est, concoctio vero non solum illa quæ proba sunt, sed etiam quæ sunt feminalia bona reddat absque aliquo corporis incommodo, nemo profectò quæret ex euacuatione remedium, vbi concoctio vitium emendare valet. Licet etiam inductione probare, ea scilicet ettuanda esse, quæ assimilari corpori amplius non possunt: ideo enim alui & vesicæ excrementa euacuamus, quoniam post nutritionem dissimilia & inutilia sunt relicta: sic vbi vitiosi exuperant humores, quos alterare & vincere non possumus agente natura vel Medico, admonemur vacuationem esse tentandam; verum, etsi humores qui nequeunt assimilari, vacuationem vnquam indicabunt: nam cum remedia à solis contrarijs indicentur, (si quidem remedium est ut definit Galenus in lib. de sectis quod mutandi corpus vim habet) necesse profectò est, ut quidquid euacuationem indicare debet, ratione plenitudinis id faciat: est enim plenum, & nihil aliud, vacuo contrarium; itaque, indicantium ratio id postulat, ut sola plenitudo vacuationem indicet, si modo (ut antea diximus) vnum debet indicare, vnum, & vnum indicari ab vno; & in his quæ mutatione egent, & vacuatione, contrarium indicat contrarium; sic simile indicat simile, in his quæ conseruationem postulant. At, si ita statuamus hoc omnibus commune esse, quod commune remedium indicat, nempe solam plenitudinem indicare vacuationem, non parum profectò ambiguitates emergent: sæpe enim videmus vti euacuatione, vbi nulla adest plenitudo, veluti contingit in cacochimia, vel sanguinis aut alui profluio, necnon in his qui ab alto ceciderunt, aut grauius vulnerati fuerunt, in quibus nulla plenitudo apparet, cum enim Galeno teste duplex solum sit plenitudo, vna ad vasa; alia ad vires, & in predictis affectibus nec vires grauantur, nec vasa distenduntur (negat enim Galenus in lib. 4. Methodi, in his qui ab alto sunt deuoluti, & contusi, aliquam esse plenitudinem) quibus tamen sanguinem demimus, aut purgationem adhibemus. Idem testatur cacochimiam à plenitudine separari posse; ac tanto magis in profertuo humorum id verum est, quanto euacuatione illis qui ita afficiuntur, ex nimia euacuatione pericula imminet; ridendique sunt qui instare his ex plenitudine periculum censent; in illis vero qui sunt contusi, etsi inflammatio, aut aliud morbi genus ex multitudine humorum timeatur in aliqua parte, tamen nequit quod est futurum malum, remedium præsens indicare, si modo illa aduersus sua contraria pugnare debent; nequit autem pugna fieri inter illa, quorum vnum est præsens, aliud vero absens; est enim de hac re sententia Galeni in lib. de optima se-

sta, ubi feribit, nihil absens postulare remedium; quod si futuri morbi, vel plenitudinis periculum, presentem aliquam indicaret euacuationem, cur sanitas futura post presentem morbum, non indicaret conferuantia auxilia, quod si fit, sequitur maximum absurdum, ægros scilicet non nisi uictu & conseruatione egere. Postulat igitur ratio, ut presentia auxilia à presentibus affectibus, & futura à futuris, & praterita à prateritis indicentur; quod si contingit noxijs humoribus cauere morbos futuros, non tamè morbi ipsi euacuationem indicabunt, sed presentis plenitudo humorum, qua quidem educta, accidit ut morbos præcauamus, qui ab illis erant orituri: Est igitur alia querenda solutionis ratio: nam si sola plenitudo euacuationem indicat, sequitur aut nos male uti in supradictis casibus euacuatione, aut plenitudinem aliquam in illis esse, ut certè nonnullis est, et si Galenus eum non agnouit, ut quæ plenitudinis nomen arctius quàm par sit usurpauerit: uult enim plenum & multum bifariam solum dici, vel supra vires nostri corporis, vel plus quàm vasa continere possint; addi enim debet tertia significatio quæ proportionem spectat; plus enim dicimus esse humoris aut multum, quando proportio non seruatur cum viribus à quibus reguntur humores, aut cum vasis, à quibus continentur, aut cum alijs humoribus vel alia materia, cum qua certam proportionem habere debent; quod si ita non statuamus, nequaquam licet dicere, plus esse bilis aut alterius humoris in corpore, quam conueniat, ad quid enim illud plus referretur? itaque si apta sit ad alios humores collatio, ut sit ad vires, & ad vasa, merito reprehenditur Galenus, qui quod tribus modis dicitur, duobus duntaxat usurpari pronunciauerit: tribus vero illis modis positus, iam illud effugimus dubium, cur scilicet in cachochimia vacuatione utamur, quoniam adest plenitudo. Verum & in hoc restat non leuis dubitatio, si enim in plenitudine ad proportionem, vacuatio requiritur, cur cum pituita bona exuperat, perpetuò vacuatione non utimur, sed aliquando sola concoctione, illius exuperantiam (authore Galeno lib. 4. de tuenda sanitate) emendamus? An quòd non omnis excessus humorum plenitudo est, sed cum insignis est vitium? nam cum plenitudo omnis remedium postulet, necesse profecto est nomine plenitudinis humorum vitia contineri, quæ in euidenti excessu sunt posita: siquidem, remedia, malè affectorum sunt corporum quæ scilicet vel iam præter naturam se habent, & ægrotant, vel cum morbis imminutibus conflantur, eo quod iam conspicua sint in corpore illorum causa. Sic sanè dicimus eos plenos esse malis humoribus, non qui quomodocumque, vnum habent, aut alterum ex humoribus exuperantem, quandoquidem hoc modo in omni ætate, omni que anni tempore plenitudinem pateremur, sed qui grauius in humoribus afficiuntur; est de hac re Galeni sententia Aphorismo 17. secundi ubi scribit, corruptionem à plenitudine differre, quod illa nequeat, hæc vero post euacuationem possit emendari alteratione, adeo, ut humoris vitium plenitudo non debeat vocari, nisi eius generis sit, ut euacuationem postulet, & postulet, & post illam quod relinquatur, si fortè vitium aliquod habet, alteratione emendari sit aptum; itaque concedimus pituitam aliquando sola alteratione vinci, sed tunc non esse illius plenitudinem, quæ cum iam adest, vacuationem quoque postulat, quod multi docent affectus pituitosi, qui purgationem necessario requirunt: nam & in alijs humoribus id quoque contingit quod in pituita vitio, scilicet paruos illorum excessus mixtione boni alimenti & alteratione emendari, maiores vero à va-

Acuatione auxilium necessario postulare; quod si rem diligentius expendamus, minorem agnosceremus inueniri in pituita, quàm in alijs humoribus difficultatem, quippe, cum euidentiores sint alterationes sine euacuatione in illis; pituita verò exuperans vinci nequeat, nisi vel adhibita inedia, vel calefacientibus remedijs, quæ quod exuperat, dissoluunt, & vacuant insensibiliter, reliquum verò calefaciunt, & assimilant, adeo, ut ad Galeni dictum id quod responderi possit, non esse opus cum pituita abundat euacuatione sensibili, hanc enim ferè solam euacuationem vocare solemus: ergò in humorum vitio non utimur euacuatione nisi ad sit plenitudo; Ceterum vacuamus in sanguinis, & aliorum humorum profluuiis, necnon in vulneratis, & contusis, ubi nulla est plenitudo, non quod consilium nostrum sit euacuare, ranquam aliquid sit in corpore, quod euacuationem indicet, sed quia reuulsione subbita, & validissima est opus, quæ nequit fieri absque euacuatione, in quo quidem casu corpus lædimus euacuando, cum nulla subsit plenitudo, sed saluti, & vite consulimus, adhibita reuulsione valida, quæ separari non potest à vacuatione: nam ut bona secamus aliquando vsque ad animi defectum, non quod aliquid sit quod indicet ipsum animi defectum, sed magnam euacuationem, quæ necessario animi defectum infert, & sæpè ubi solum vacuatione est opus, medicamenta adhibemus, quæ non solum euacuant, sed etiam alterant, obfuntque; ob suas qualitates, veluti cum bilem rhabarbato, & scamonio calidis pharmacis extrahimus: sic in illis cogimur vacuare, quoniam non licet aliter impetum fluentis humoris coercere, & frangere. Eodem pacto in febribus ardentibus sanguinem mittimus, ubi sæpè sanguis eductio nem non indicat, sed quoniam nulla alia refrigerantia præsidia valida tuto adhiberi tuoc possunt, exceptis his, quæ sanguinem demendo refrigerium præstant ab ea euacuatione auxilium petimus. Præterea, vacuamus ubi humor non exuperat, sed corruptus est, adeo, ut alteratione vinci nequeat illius vitium, id quod facimus non per se, sed per accidens, quia enim qualitas illa nequit emendari, ideo educimus substantiam, ad cuius euacuationem corrigitur vitium in qualitate: itaque tunc plenitudinis remedium non est euacuatio, sed qualitatis malè per accidens; igitur videndum cuiusnã causa euacuatio fiat, an scilicet illius, quod euacuationem postulat, an alterius, quod sine euacuatione nequit fieri, sic enim intelligemus quid per se, quid verò per accidens fiat: quod si hæc inter se distinxerimus, inueniemus profecto eas vacuationes, quæ per se suscipiuntur à natura, à sola plenitudine indicari, nec vnquam euacuationem fieri, nisi aliqua urgeat plenitudo, sic enim natura excrementa alui, & vesicæ extrudit, quoniam facultas grauat ad, ut nequeat diutius pondus sustinere quo molestatur; idem facit per morbos, cum humores distendentes vasa, aut expultricè irritantes, excedentesque retentis vires, expellit; quod si ob qualitatem vellicantem, & mordentem moueatur ad euacuationem, id non facit per se, sed quod nequeat se ab eo morbo liberare, nisi materiam eam extrudat in qua huiusmodi residet qualitas, adeo, ut perpetuum sit in his euacuationibus, quæ agente expellenteq; natura fiunt, per se semper subesse aliquam plenitudinem, vel ad vires, vel ad vasa, vel ad proportionem: nam in illis qua actione caloris digerentis, euacuantisq; substantiam nostram obeuntur, non id querendum est, utpote quæ non fiunt ob aliquem finem, et si contingit interim nunc tolli, nunc verò intendi corporis mala, prout scilicet rectè aut perperam ea euacuatione vitur Medicus, qui moderari

moderari potest alimenti copia, aut inopia, vel alijs A
 præfidijs, quod natura nequaquam est concessum
 facere: ac non solum quidem in euacuationib. quas
 natura præstat, sed etiam in alijs quæ à Medico insti-
 tuuntur, inuenimus semper euacuationem fieri per
 se, vt plenitudo tollatur, vel per accidens, vt aliud
 faciamus, quod sine euacuatione fieri nequit, vt in-
 quam refrigeremus, exsiccemus, calefaciamus, hu-
 mectemus, irritamenta, expellamus, potenter reuel-
 lamus, deriuemus, & vt alijs remedijs detur locus,
 quæ pleno corpore administrari non possunt; tum
 etiam, vt citò perficiamus per euacuationem, quod
 alijs auxilijs nequit, nisi paulatim obiri, vel vt eua-
 cuationem aliquam prouocemus; sanguinem enim
 mittimus in febribus ardentibus ad corporis refrige-
 rium, pituitam exuperantem educimus, ut sublato
 humore, qui corpus plus à quo refrigerat, corpus ca-
 lidiùs, & temperatum reddatur, bilem flauam, aut
 atram quæ siccitatis, & gracilitatis corporis sunt cau-
 sa, uacuamus, ut corpus humectetur, & crescat, sero-
 sos humores, pituitam, & sanguinem copiosum edu-
 cimus, ut corpus siccius reddatur, quod nimio hu-
 more irrigatur; humores, uentriculum, aut aliã par-
 tem mordicantes, euacuamus, ut ablata substantia
 in qua aeris residet qualitas, mordicationi remediũ
 afferamus; uulneratis, aut contusis euacuationem
 adhibemus ad reuulsionem humorum, qui parati
 sunt ferri ad partes dolentes, ubi adsunt obstructio-
 nes in remotis partibus euacuatione utimur humo-
 rum, qui in partibus sunt præcedentibus, ne uia im-
 pediatur medicamentis, quæ ad obstructas partes
 properare debent; acres, & uitiosos humores, qui
 scabiem committunt, possumus quidem refrigeran-
 te uictu tandem temperare, sed qui cupiunt sese ab
 eo molestia citò liberare, adhibita euacuatione per
 sanguinis missionem, & purgationem, suo malo etiã
 succurrunt: uenas aut aperimus, & per illam sangui-
 nem euacuamus, ut humores qui superiores partes
 infestare solent, affueciant per inferiores ferri: uenam
 malleoli secamus in mulieribus, ut menses elician-
 tur. Ergo inuenimus iudicari euacuationem per se
 à sola plenitudine, per accidens uero, ab illis quæ sine
 euacuatione nequeunt fieri, aut cum illa sunt citius,
 commodiusue; uerùm cum id sit natura, & Medico
 commune, & nos queramus quænam sint, quæ indi-
 care possunt an Medicus euacuare, & quid debeat,
 progrediendum natus est, & præcepta de hac re tra-
 denda: ac quoniam Medicus naturæ est minister,
 nemo illius operam requirat, ubi ipsa natura præsta-
 re poterit, quod ad nostram salutem pertinet: nam
 cum natura utatur internis suis instrumentis com-
 paratus ad rerum conseruationem, temerè ubi illa
 potest sufficere, nos adhibebimus ex nostra arte eua-
 cuationis præfidia, quæ semper aliquid mali corporib.
 inferunt: nam siue sanguinem mittas, siue purges
 corpus, aut aliter uacues, temper bonæ substantiæ
 multum, cum mala detrahas, quapropter tunc Medi-
 cus intelliget esse euacuandum, quando videbit
 naturam, nõ posse expellere plenitudinem à qua gra-
 uatur, aut alia præstare, quæ non nisi præcedente,
 aut simul cum euacuatione fieri possunt: sic enim in
 E
 athletico habitu admonemur ex plenitudine, quæ
 naturam premit, sanguinem esse mittendum, & in
 ardenti febre putrida, idem esse faciendum, ut de-
 posita ea sarcina, natura ualeat noxios humores con-
 coquere, & post concoctionem si irritatur, eos ex-
 cernere; ex eo ergo quod natura aduersus humores
 nequit præstare, agnoscit Medicus an uacuare de-
 beat, & quid illum euacuare oporteat.

Nunc sequitur, ut doceamus quidnam indicet spe-
 cies differentiasque euacuationis, sub prædictis sco-

pis contentas: non enim sufficit intellexisse an tra-
 uandum sit, & quid uacuandum, sed præterea quid
 sensibiliter, quid insensibiliter, quid equaliter, quid
 inæqualiter, quid per sanguinis missionem, quid per
 purgationem, quid per inediam, frictions, balnea,
 exercitationem, quid per localia remedia, quid à to-
 to, quid à parte, quid utiliter solum, quid uero cum
 utilitate, & facilitate, quid leuiter, quid tihemen-
 ter uacuandum, nec solum hæc generatim cogno-
 scenda sunt, sed usque ad ultimas species res ducen-
 da: nam particularia sunt quæ in usum ueniunt, nõ
 enim satis est nouisse id, quod indicat sanguinis de-
 tractione, sed etiam quid uenæ sectionem, scarifi-
 cationem, uel hirudinum, aut cucurbitularum ad-
 motionem, uel aliud, si quid est, quod sanguinem de-
 trahat, indicare possit; ita in purgatione, non solum
 quid eam indicet, sed quid indicet scammonij, hel-
 lebori, rhabbarbari, uel alterius rei purgantis exhibi-
 tionem ignorare non oportet: quæ quidem ex con-
 trariorum ui, & effectu dignoscemus: nam si plenu-
 dinem euacuare oportet, aut alia præstare euacuãdo,
 quæ per alia auxilia nullo pacto, aut certè non ita
 promptè, aut cõmodè fieri poterant, merito fit, ut ex
 diuersitate eorũ quæ uacuanda & faciendã sunt, indi-
 centur diuersæ euacuationis species, & diuersa reme-
 diorum euacuantium genera; quia non potest quod unum
 habet naturam, repugnare diuersis naturis; sed prop-
 ria auxilia à proprijs malis, & certa à certis indicari
 necesse est: est enim de hac re principium apud Ga-
 lenum in lib. de optima secta, ubi scribit, si genus ali-
 cuius, indicat genus præfidiij; differentias, & species
 generis indicantis, indicare differentias & species si-
 bi respondentis generis præfidiij; ueluti, si morbus
 indicat curationem, species & differentie morbum,
 indicabunt differentias curationis, & nihil aliud po-
 terit illas indicare; Quod quidem præceptum est dili-
 genter quoque obseruandum ne ab illis petamus indi-
 cationes specierum, & differentiarum, remedio-
 rum, & uictus, quæ illas præstare nequeunt; ergo
 cum ea quæ sensibiliter euacuunt, si ad alia compa-
 rentur quæ insensibiliter idem faciunt, cito uim
 suam exerceant, nihil indicabit sensibilem euacua-
 tionem, quod subita non eget euacuatione; quapro-
 pter, si plenitudo nondum nocet, aut leuiter, aut si le-
 uiter obsunt irritamẽta, aut subitum malum nequa-
 quam timemus, nec sanguinis missionem, nec purga-
 tionem, rectè adhibemus; proprie enim non sunt hæc
 remedia eorum, quæ insensibilem postulant euacua-
 tionem & ubi insensibiliter euacuantia sufficiunt, au-
 xilium petere ab alijs non debemus, tutior enim &
 salubrior est illorum usus contra uero ubi est quod
 uiget per se, vel per accidens euacuationem postu-
 lans, temere ex inedia uel frictionibus, aut alijs in-
 sensibiliter euacuantibus opem querimus; Docent
 ergo differentie eorum quæ uacuantur, differentias
 eorum quæ uacuant; Ceterum, æqualem euacuatio-
 nem indicat plenitudo in qua omnes humores ob-
 sunt, aut aliquid faciendum est, quod sine huiusmo-
 di euacuatione præstari non potest, cuiusmodi est
 corporis refrigeratio, transpiratio: quoniam enim cũ
 equali euacuatione vapores eleuati à tota massa hu-
 morum expirant, ideo contingit per eiusmodi eua-
 cuationem corpus refrigerari; temerè ergo ubi omnes
 humores equaliter obsunt, à purgatione petimus re-
 medium, aut ubi humores noxios non ledunt omnes, auxi-
 lia adhibemus quæ equaliter euacuent; iam uero sen-
 sibilem & æqualem euacuationem indicabunt ea
 mala, quæ composita hoc modo euacuatione opus
 habent; equalis inquam plenitudo, quæ subitam po-
 stulet euacuationem, & alia quæ per accidens con-
 iunctum requirant & mixtum remedium. Igitur in
 plenu-

plenitudine sanguinis que iam nocet euidenter, pro sanguinis missione tutum non est ab alijs euacuationibus remedium exigere, sicut nec in angina, aut in contusionibus & vulneribus dolorem vel inflammationem inferentibus, quia enim omnes humores in his casibus iam obfunt, vel subito obesse possunt, omnes subito sunt euacuandi; sed quoniam de sanguinis detractioe alia extant precepta ab Hippocrate, Galeno, & alijs antiquioribus Medicis memoriae prodita, que à nobis plus fortè quam ratio postulet obseruantur, ideo postea quam absoluero indicantia differentias predictas euacuationum, separatim multa de ea te dicere paro. Ceteram, purgationem ut euacuationem nihil indicare potest preterquam plenitudo inæqualium humorum, nec illa vnquam suppleuicem potest sanguinis missionis, ut Galenus aliquando scribit, si modo hæc æqualiter, illa inæqualiter euacuant; quod si in inæquali humore aliquid sit quod alteratione cito, aut commodè emendari nequeat, aut si reuulsione vel deriuatione inæqualium humorum est opus, aut si eosdem euacuare oportet ad corporis temperiem conciliandam, vel ut alijs remedijs detur locus, tunc purgatio per accidens requiritur, & ea indicantur eligenda esse remedia purgantia, que id quod indicant præstare, & alijs minimè obesse possunt; veluti si cum plenitudine inæqualis humoris, febris coniuncta sit, intelligimus assumenda esse ea euacuantia medicamenta, que possint quidem eos humores euacuare, sed interim tamen febrem suis qualitatibus, aut uehementia non exasperent: hoc enim perinde est, ac si dicamus esse habendam rationem contraindicantium. Iam uero cum inedia internas, & externas partes, æqualiter, & insensibiliter uacuet, eam indicabit equalis plenitudo in toto corpore, que tardam possit expectare euacuationem, si tardam putamus esse, que unius, aut duorum dierum spatio compleatur, quo fit, ut rectè non imperemus inediam, si aut in solo uentriculo, aut in partibus solum externis, huiusmodi continetur plenitudo: interim enim cum plenis partibus predest, alijs que nullam postulant euacuationem, obest; ab ea quoque querimus opem per accidens, cum uolumus corpus euacuando primùm calefacere, deinde refrigerare, & ab internis partibus reuellerè, excitata euacuatione per transpirationem: hæc enim præstare potest inedia; que uero impediunt eam adhiberi, hic, ubi solum indicantia prosequimur, docenda non sunt: frictions, quoniam æqualiter, & insensibiliter externas partes euacuant, indicantur à plenitudine æquali, in externis partibus contenta, & subitam euacuationem nequaquam postulant: per accidens uero ab his que reuulsionem postulant, non profus uehementem, qualem præstat sensibilis, & æqualis euacuatio. At uero, quoniam balnea ex dulci aqua, externas partes æqualiter, & insensibiliter, aut certè cum aliquo sensu, (si quidem cum ampliore calore sudorem eliciant) euacuant, & simul etiam humectant, si plenitudo sublit in illis partibus, cum aliqua acrimonia, aut intemperie loci sicca, quemadmodum accidit in scabie, ex sanguine acriore, tunc indicantur balnea ex dulci aqua, ex calefacta; at si æqualiter, & insensibiliter, cum siccitate externas partes euacuare consilium est, hanc præstabit euacuationem balneum ex aquis sponte nascentibus, quibus insit vis calefaciendi, & exsiccandi. Ceterum localia præsidia euacuantia, qualia sunt que per unctiones, & cataplasmata obeuntur, indicat plenitudo partis, que insensibilem, & æqualem, vel inæqualem, pro natura humoris subiecti requirit euacuationem; postulabunt uniuersalem euacuationem plenitudines uniuersales; utilis iudicabi-

tur fore euacuatio, quam corporis status postulat, utilis uero, & facilis, que humores habet noxios, & paratos ad euacuationem; Leuiter euacuantia indicantur, ubi parua est plenitudo, aut humores facillè cedunt, quales sunt tenues, & in partibus continentur, ad quas integris uiribus pertingere potest uis medicamenti; aut cum leuiter præstare debemus, quod per accidens cum euacuatione faciendū est; Vehementem euacuationem predictis contraria postulant; Ac ne singula prosequamur, nos, qui Methodum, potius quam particularia prosequi instituimus, querat quilibet naturam eius, quod postulat euacuationem, & eius quod euacuata potest, & singulorum vim inter se comparet, & tunc demū agnoscat; si sibi respondebunt euacuantia præsidia cum his, que euacuationem indicant: nam si solum indicatur euacuatis, quodlibet remedium euacuans sufficiat: si sensibilis euacuatio requiritur, erunt adhibenda sensibiliter euacuantia, si cum sensibili euacuatione requiritur etiam æqualis cum reuulsione, vel calefactione, vel alia re, tunc inter omnia euacuantia sumenda, que tot præstare possint, quot indicantur esse necessaria; atque ita rectè indicationibus, & indicantibus utemur. At quoniam in omni actione aliquid solet sese opponere indicantibus, uidentur quid possit impedire primam euacuationem, deinde particulares ipsius differentias: Nihil profectò est quod per se contraindicare possit euacuationem, præter id quod ab ea seditur: non læditur autem figura, magnitudo, numerus, & cõpositio partium & corporis, sed temperies, & facultates nostri corporis, uerum temperies, & si mutetur ab euacuanti, eam tamen admittit fieri, si urget, id quod eam exigat, At uiras, & actiones nostri corporis; si infirmæ admodum fuerint, uacuationes omnes non ita admittunt, sed quasdam omninò respuunt; At non omnes facultates & actiones parem vim habent, in arcendis, aut moderandis euacuationibus: nam si pulsus constet, non magnoperè curamus si motus, sensus, ratio, concoctio, nutritio & aliæ animales, & naturales facultates laborent, quandoquidem sæpè eorum malis per euacuationem succurimus; At si pulsus non ex plenitudine, sed ex dissolutione, aut malignitate, languidi sunt, ex euacuatione debilitantur, & propterea contraria postulant præsidia, à quibus foueantur, & augeantur; id quod facit repletio, euacuationi contraria; propterea sola uitalis facultas est, que potissimam habet vim in contraindicanda euacuatione, uerum non par imbecillitas requiritur, ad arcendam, vel moderandam communem euacuationem: nam insensibilem euacuationem ferè sustinet quælibet infirmitate, sensibilem non fert nisi validior uirtus præsertim si humorum requiritur euacuatio: nam excrementorum euacuatio nullum robur requirit; magnum requirit sensibilis, & æqualis euacuatio præsertim, si ab internis uisceribus humor educitur, tunc enim plurimum spiritus simul exit; propterea in sectione uenæ maius exigitur robur, quam si sanguis per cucurbitulas, & scarificata cute demitur. Inedia minus robur requirit, quam frictio; exercitatio maius quam balneum: nã frictio subito exhauriet corpus, si ualidius adhibetur; exercitacionem ferè non possunt; ob imbecillitatem, que decumbunt corpora; balnea sustinent etiam hectici; uehementes euacuationes non ferunt, nisi firma corpora; externam euacuationem facilius quam internam admittimus, & particularè facilius, quam uniuersalem, ut spontaneam, & naturalem sustinemus leuius, quam artificiosam, vires ergo uitales sunt, que ex differentia, quam assumunt per magis, & minus, in robore, & imbecillitate prohibent

hibent omnino, aut admittunt, & moderantur euacuationes; nec id quod dicimus, in robore, & imbecillitate, plus vel minus, arte aliqua comprehendi potest, sed coniectura relinquitur expendendum, & comparandum cum singulis remedijs euacuantibus. Habent quoque in contraindicando quandam vim per accidens certi affectus, qui ad se peculiarem curam trahunt, quæ euacuationem adhiberi prohibent: nam et si plenitudo inæqualis humoris indicat opus euacuatione, tamen si simul sit adiuncta cruditas, antequam concoctus sit humor, euacuatione locum non habet; eadem impeditur, si obstructio occupat corporis vias; videndum ergo quinam adsint affectus, qui prohibent eam euacuationem quæ indicatur.

Quid indicet sanguinis detractionem.

Nihil est magis tritum apud Medicos, & quod ab illis certius putetur, quam quod sola magnitudo morbi sit, quæ sanguinis detractionem indicet: nam Galenus qui post Hippocratem huius opinionis est author, id asserit in lib. 4. Methodi medendi, imo in vniuerso eo opere, & idem repetit in lib. de sanguinis missione, & 4. de victu acutorum morborum, & alibi passim tradit, sanguinis mittendi scopos, siue indicantia, plenitudinem in se nequaquam comprehendere; sed solam magnitudinem morbi iam presentis, vel imminentis, id remedium indicare, si modo vires sint valide, & puer non sit natus 14. annum, cui sanguis sit demendus; adeo, ut id quod indicat, sola sit magnitudo morbi. Contraindicantia vero sunt vires infirmæ, aut ætas puerilis, quam quidem sententiam (pace illius dixit) tanquam penitus absurdam, & causam multorum in arte nostra errorum, ex propriis de euacuatione principijs, & ex his quæ ille alibi tradit, nunc refellere aggredior: Est enim apud illum ex lib. 11. Methodi medendi, & ex lib. de optima secta, sumptum principium antea a nobis usurpatum, vnum indicare solum unum, & vnum indicati posse solum ab uno: et si genus vnum indicat genus vnum remedij, differentias generis indicantis, indicare differentias generis indicati: et si differentia, differentiam aliquam indicat, alia illius differentia indicabit alterius differentiam. Quæ quidem principia ut verissima retinenda sunt, & talia esse facile exemplis ostendere possum, quod antea etiam vtrumque feci. Morbus simpliciter sumptus curationem indicat: & solus morbus potest curationem indicare: & sola curatio indicatur solum à morbo, quod si morbus indicat curationem, morbi differentia indicabunt curationis differentias, ut magnus morbus, magnam curationem, & magna remedia ad curationem apta: sic paruus morbus, paruam curationem, paruaq; remedia indicabit; Quod si paruus morbus indicat parua remedia, magnus morbus indicabit magna. Itaq; si in lib. de sanguinis missione tradit Galenus plenitudinem indicare euacuationem, quod & ratio docet, necesse profecto est, vt species quadam plenitudinis sit, quæ speciem hanc euacuationis ostendat; aut si species, vel differentia morbi indicat differentiam, & speciem vnam remedij, necesse est; vt alia species morbi, indicet remedium oppositum alteri; & si differentia vna morbi indicat differentiam vnam remedij, sequitur ut morbus ipse sine differentia sumptus, indicet genus remedij sine differentia. Quibus positis principijs, quæ verissima sunt, & ab ipso Galeno inuenta, licebit non solum probabili argumentatione, sed mathematica demon-

Astratione eam opinionem euertere: nam si morbus magnus semper indicat sanguinis missionem, paruus indicabit remedium euacuans contrarium sanguinis missioni: ergo paruus morbus indicabit necessario insensibilem, & inæqualem euacuationem: hæc enim sanguinis missioni opponitur: igitur, in omni paruo morbo, insensibiliter, & inæqualiter euacuabimur; at multi sunt morbi parui, qui nullam postulant euacuationem, quales sunt, qui ex intemperie sine humore consistunt, aut structuram corporis labefactant. Præterea, sequitur non plenitudinem indicare euacuationem, sed morbum; nam si magnus morbus indicat speciem vnam euacuationis, ita vt differentia differentiam indicet, sequitur ex positis principijs, morbum ipsum euacuationem, nempe genus, indicare genus: Deinde, si in tertio Methodi, & passim alibi scribit ille, morbum, id esse, quod indicat curationem, non potest idem indicare euacuationem, si modo unum indicat solum unum; ad hæc, si morbus magnus indicaret sanguinis missionem, sequeretur, illum hoc remedio euacuari, ut enim morbus indicat curationem, & curatur, sic debet euacuari, quod euacuationem indicat: absurdum enim putat esse initio tertij Methodi, si aliud indicet curationem, quam morbus, qui curatur: pari itaque ratione, morbus magnus euacuabitur, eo quod sanguinis missionem indicare dicatur; Adde, quod si remedia contraria indicantur à contrarijs, (vt ille testatur) sequeretur vtique, morbum contrarium euacuationi, quod nec per se, nec per accidens esse potest; nec specto, si Sophistæ imaginari possint hic aliquam accidentalem oppositionem, cum queramus vera indicantia, quæ scilicet per se postulant sanguinis missionem. Postremo, non pollet ea magnitudo indicare nunc sanguinis missionem, nunc purgationem, vt in 4. Methodi & 23. Aphorismo primi libri scribit de magnis doloribus. Ergo morbus magnus præfens ex supradictis principijs nequit hoc remedium indicare, & multo minus profecto id faciet morbus, qui futurus est, & imminet magnus: nam (ut antea ostendimus) nihil, quod futurum est, indicare potest præfens remedium, quoniam inter præsentia, & absentia nulla actio, vel pugna esse potest, alioqui, si absente morbo indicantur præsentia illius remedia, sequeretur (quemadmodum diximus) ut absente sanitate indicentur remedia, quæ sanis conueniunt, ex quo fieret, ut præfente morbo, ob sanitatem futuram, hominem perinde tractare debeamus, ac si iam valeret: id enim ratio postulat, si adhuc valente homine, ob suspicionem futuri morbi, huius remedia indicari putemus; vacuamus quidem ad præcautionem, quoniam in corpore subest materia, quæ quidem euacuationem postulat: tamquam igitur præfens sit indicans, præfens adhibemus remedium: quo contigit, sublata causa morbi, ipsos euitari morbos. Quod si omnes morbi magni differentias consideremus, inueniemus profecto, nec omnes, nec aliquam fortè esse differentiam, quæ semper postulet hoc remedium: tribus enim modis morbos magnos esse & iudicari, scribit Galenus in medendi Methodo, libro quarto; Vno modo magnos eos esse censet, qui sunt maligni. Secundo modo, eos, qui sunt in parte aliqua nobili. Tertio, qui sua natura sunt magni, id est vehementes; at, quis sanguinem mittet, ubi intemperies aliqua frigida, sicca, vel schyrrus, vel edema, cerebrum vel hepar, vel aliam nobilem partem premit? Maligni morbi postulant Antidota, tanquam propria auxilia, ac sanguinis missione sæpe fiunt deteriores: quod ostendunt febres malignæ cum laui calore, & vrinis concoctis, quæ missio sanguine nulli parcunt. Quod vero in omnibus vehementibus mor-

bis, sanguinem non detrahat Galenus satis constat ex multis locis, tum maximè ex Commentario 22. Aphorismi huius libri eo enim loco scribit in maximis dispositionibus dolorificis, adhibendam esse distinctionem, an sanguinem mittere, vel purgare oporteat; id quod etiam in quarto lib. Methodi reperit, ubi magnitudinem morbi nunc sanguinis missionem, nunc purgationem indicare scribit. Quod si ita esset, quomodo unum semper indicaret unum, si quidem magnitudo morbi, nunc sanguinis missionem, nunc purgationem eo auctore indicat. Perpetuum ergo non est remedium vehementium morborum sanguinis missio, si purgatio sæpè locum habet absque sanguinis detractioe; At, si eos casus perpendamus, in quibus vel admittit, vel arcet sanguinis detractioem Gale. multos inuenimus, qui nullam habent vehementiam, quibus hoc remedium iniungit, & quosdam in eodem genere vehementiores, quibus negat convenire sanguinis euacuationem, quam mitioribus concedit: nam in primo libro ad Glauconem, præcipit adhibendam esse venæ sectionem in quartana, si sanguis abundet crassus: si vero sanguis tenuis est, & flatus censet ab eo auxilio abstinendum; at nemo est qui nesciat, febres, quæ fiunt ex sanguine tenui atque flauo, vehementiores esse, quam quæ ex crasso consistunt, tardi enim sunt, & obtusi morbi, qui ex humore melancholico nascuntur. Quod si magnum intelligamus; ut nos ostendimus in libro de differentijs morborum, intelligi posse morbum magnum, qui vires nostras excedit, & propterea periculosus nominatur, ea quoque ratione, potius sanguinem mittimus, ubi in quartana sanguis tenuis est, quam si crassus fuerit: magnum enim oportet esse à naturali statu recessum, quando exuperante sanguine aquoso, quartana febris oritur, & propterea eos qui ita afficiuntur, magis periclitari, in quodam Aphorismo postea docet Hippocrates. Sed enim, contempta ea differentia, quæ in maiore, & minore vehementia esse potest, in duabus quartanis à diuersis humoribus factis, ratio vincit in nulla quartana sanguinem esse demendum, si morbi vehementia ea est, quæ hoc remedium indicet, quippè cū qualibet quartana vehementia careat, ob tarditatem motus, ex humoris crassitie, & frigiditate, & multo quidem minus in hydropse sanguinem mittimus, quod tamen putat ille aliquando necessarium. Cur præterea in tertiana exquisita, potius quam in notha, aut in omni quartana sanguinem non mittimus est tamen exquisita tertiana longè maior, & vehementior illis, & propterea inter morbos acutos, sæpè à Galeno numeratur. Est quoque magnus affectus melancholia, in qua sanguis melancholicus continetur in solo capite, aut tenuis etiam in venis, verum Gal. prohibet in hoc affectu, sanguinis missionem, nisi sanguis melancholicus in venis contineatur. Scribit præterea idem author in libro secundo de medicamentis secundum locos, capite duodecimo, venam secandam esse, si humoris adeest multitudo, maximè circa venas, idque nulla facta mentione magnitudinis, aut alterius differentie morbi.

Præterea, mittit sanguinem etiam in paruis morbis, in podagra, scabie, alopecia, & alijs cutis affectibus, in lassitudine, in febribus intermittentibus, quartana, tertiana, & denique in plurimis alijs morbis, in quibus nulla est vehementia, nullum periculum, nulla malignitas, nec partis nobilis maium præfens, vel futurum. Igitur si sanguinem detrahimus in morbis paruis, nec semper in magnis, & ubi sanguis certo modo afficitur, aut in certis locis continetur, constat magnitudinem morbi non id esse, quod sanguinis missionem nobis ostendit, tanquam regu-

A la, & ut id quod indicationem præbet. Nec illud vero credere oportet, quod nonnulli volunt, in omni morbo magno sanguinem quidem esse detrahendū, sed vires obstare, in quibus non mittitur: non enim eo quod vires impediunt, sed quod non adfit id, quod indicat, abstinemus sæpè ab hoc præsidio: nam quis crederet vnquam iuuenem quartanarium, aut melancholicum, in quo sanguis est tenuis, ferre non posse sanguinis detractioem, quam senes in vehementi febre, ætate, & morbo debilitati, sustinere posse dicuntur: quis quæso sanguinem mittet, in schirro hepatis, etiam si vires validæ subsint: quia ergo non est, quod indicet sanguinis detractioem, ideo illum non euacuamus; & nullum est genus morbi, in quo vires nõ subsint valide, si tempestiuè hoc remediū adhibetur.

B An vero putamus indicantis nomine, coindicans in tellexisse Gal. cum morbum magnum, hoc remediū indicare tradit? quod. I. sublit materia necessario in morbo magno, quæ venæ sectionem desideret, adeo, ut huius generis morbus signum sit talis humoris: at nec hoc quidem verum est: nam ut ex Galeni Comment. 22. Aphorismi huius libri antea annotauimus, & pariter idemmet testatur in quarto Methodi, magnus, & vehemens morbus ostendit nunc subesse materiam, quæ purgationem postulat, nunc aliam quæ sanguinis missionem, vel aliud remedium desiderat; id quod etiam ostendunt morbi parui: nam in podagra, & cutis affectibus, conuenit aliquando purgare, aliquando sanguinem educere, aliquando vtrumque præstare, aliquando ab vtroque abstinere, & victus ratione debita, & localibus remedijs pugnare. Alij vero aiunt intelligi morbum magnum, qui cum plenitudine humorum sit, quos Galenus refellit in quarto Methodi, ubi scribit sanguinem esse mittendum etiam si nulla adfit plenitudo modo adfit magnitudo morbi: Ergo morbi magnitudo, nec vt indicans, nec vt contraindicans, nec vt coindicans, sanguinem ostendere potest à corpore esse auferendum. Hinc illæ controuersie, quæ inter Medicos, de sanguinis missione oriri solent, cum vnus negat morbum esse magnum, alius vero contendit, talem esse, aut imminere; nec interim intelligit, quomodo morbum magnum capere oporteat, & an talis sit, qui præsens est, nec ostendere potest eum, si quis venturus est, magnum fore.

C Et quis non contendet in ea re, quæ nihil habet veri, nihil certi, nihil deniq; quod principijs positus, de indicationib; consentiat? Quare videndum est, si ex eo auctore aliquid inueniri possit, quod hoc remediū reuera indicet. Superius diximus eum in libro secundo de medicamentis secundum locos, censere sanguinem esse mittendum, si sanguis abundat in venis, purgandum vero esse, si humorum nocet qualitas; at vero hoc Primum damnandum est præceptū, quod contemptis omnibus alijs modis, quibus sanguis extrahitur à corpore, agat duntaxat de venæ sectione; Deinde quod ipse, non in omni sanguinis multitudine velit uenam secari, sed ubi sanguis est crassus, aut certa alia qualitate affectus, ad hoc remediū idonea, ubi enim tenuis est (ut ostendit in quartanarijs, & melancholicis) iubet esse abstinendū ab hoc remedio. Præterea, mittimus sæpè sanguinem, ubi nulla urget illius multitudo, sed profluuium; Addo, quod in biliosis febribus, & melancholicis affectibus, sanguinem mittit; Postremo, si in omni multitudine sanguinis, illum mittimus, quis potest esse vsus inedia, frictioem, exercitationis, & aliorum præsidiorum, quæ excogitata sunt ad eam multitudinem minuendam; Ceterum in lib. 4. Methodi (ut diximus) duo ponit sanguinis missionem indicare, vel plenitudinem, vel magnitudinem morbi; quod

si ita fit, quomodo vnum, vt ille testatur, vni est contrarium, & propterea vnum potest solum indicare vnum, & vnum indicari ab vno? Hæc ferè sunt, quæ inueniuntur apud Galenum, sanguinis missionem indicare posse; quæ cum nequaquam comprehendant omnem sanguinis detractionem, sed solû eam, quæ fit per venæ sectionem, nec in ea aliquid statuere possit, quod certa, firmaque sit regula vsus huius remediij, videndum est, cum alijs quidpiam de ea re melius scripserunt. Merenda, & Fernelius de euacuatione separatim scripserunt, traduntque plenitudinẽ esse, quæ vacationem indicet: sanguinis verò missionem indicari à morbi magnitudine, qui profectò nequaquam rationem euacuationis attingere deberent, si vim indicationum, & vsum ignorant; aut si illam obseruare volunt, facillè agnoscent, quantum aberrent: nam si Galeno auctore, posuimus vnum solum indicare posse vnum, & vnum indicari posse ab vno, & id quod genus indicat, indicare quoque generis indicati differentias, ex suis differentijs, quozlo modo statuere possunt, morbum aliquem indicare aliquam speciem vacationis, si plenitudo ipsa euacuationem ipsam indicat: an morbus magnus species, aut differentia aliqua est plenitudinis? igitur tractatio falsa hæc esse agnoscitur, quia differentia euacuationum non indicantur à differentijs plenitudinis; at verò nec id, quod vacationem per sanguinis missionem postulat, rectè ab illis est positum: nam cum vnum debeat indicare vnum, illi nunc plenitudinem sanguinis, nunc morbi magnitudinem, venæ sectionem indicare statuunt, quorum neutrum, nec separatim, nec coniunctim id facit: ante enim refellimus, morbi magnitudinem; sanguinis verò plenitudinem id refellit, quod inutilia sunt alia præsidia, vt inedia, frictions, balnea, animi, corporisque motus, quibus talem plenitudinem minuimus, si à sanguinis missione huius vacationis remediũ semper petimus. Nec semper à venæ sectione postulare debemus sanguinis euacuationem, si aliquando cucurbitulæ, & hirudines suum vsum obtinere debent. Itaque, cum nihil adhuc firmum & stabile, memorie sit proditum, quod vim, & vsum sanguinis missionis generatim primum ostendat, & postea singulos modos, quibus sanguis detrahatur, experiamur nos, quid in ea re præstare valeamus.

Itaque cum omnia, quæ sanguinem extrahunt à corpore, æqualiter, subitoque euacuent, sequitur sanguinis missionem indicari à plenitudine in qua vniuersi humores abundant, & opus est subita euacuatione: cum enim remediũ à contrario suo indicetur, nihil inuenimus contrarium æquali, & subita euacuationi, præter quàm huiusmodi plenitudinẽ, quæ cum etiam nullum aliud remediũ inueniri possit, quod suis malis succurrere possit, æqualibus scilicet, & subitis, merito fit, vt talis plenitudo ponatur, sanguinis missionem indicare: sic enim contrarium proprio contrario opponitur, & indicantiũ vis retinetur, & principia huius tractationis seruantur, quod in omni re maximè est obseruandũ; quod si in venis huiusmodi plenitudo continetur, indicatur remediũ, quod illam à venis extrahere possit, id, quod facit venæ sectio, siue scalpello, siue hirudinibus admotis orificijs, venæ aperiantur. At si circa cutem, & musculos, sanguis est abundantia, ut in lassitudine fieri solet, tunc per cucurbitulas admotas, & cutis scarificationem, sanguinem elicimus. Nec illud quidem nos mouere debet, quod in inflammationibus, ubi sanguis est sparsus per musculos, & substantiam partis inflammata, sanguinem mittamus, secta uena, quoniam id facimus non ut inflammatio soluat, sed ut extrahatur sanguis in uenis cõ-

tentus, qui alioqui paratus est inflammationem augete. Hæc ergò sunt quæ propriè, & per se uacuationem indicant, quæ fit per sanguinis detractionem: Mittitur autem sanguis alia ratione, quàm ob uacuationem, per accidens scilicet ad corporis refrigeriũ, & transpirationem, quomodo in ardentissimis febribus etiam ubi multitudo sanguinis nulla subest uenam secamus: quoniam enim alia præsidia refrigerantia ualida pro magnitudine affectus adhiberi nõ possunt in initio febrilium, ideo à sanguinis missione auxilium petimus: ea enim plurimum uaporis calidi, & fuliginosi, quo febris gignitur, & fouetur, cum sanguine educit, unde corpus transpirare & refrigerari cõtingit. Eadem ratione in scabiè, ad refrigerandas uenas, hepar, & habitum corporis, quæ acres humores gignunt, scabiemque fouent, sanguinem educimus. Alio quoque modo sanguis mittitur per accidens, scilicet ad reuulsionem: nam ubi ob dolorem uehementem, uel ob aliam causam fluxiones magnas ueremur, quoniam non licet alio remedio potenter, & subito reuellere, ideo præcipuum sumitur præsidium à sanguinis detractione, in quo casu nec multitudinem sanguinis, uel alterius humoris, nec aliud quicquam spectamus, nisi ualidam, & subitam reuulsionem, aut deriuationem; qua ratione rectè quis dicit morbos, qui suapte natura sunt magni, & uehementes, uel in parte nobili, talesque, ut fluxiones mouere possint, cuiusmodi sunt qui nascuntur à solutione continui, uenæ sectionem postulare, etiam si nulla adsit plenitudo: quoniam fluxiones timendæ sunt ob morbi, & partis naturam, at hoc non est indicare sanguinis missionem, ut remediũ euacuant, de quo agunt auctores, sed ut potentissimum reuulsorium remediũ.

Ceterum cum mittatur sanguis in melancholia, & quartana, ubi sanguis est crassus, & non tenuis, id non ostendit qualitatem sanguinis indicare illius detractionem, sed qualitatem eam non impedire, multitudinem autem indicare: non enim ubi solum crassus sanguis est, uenam secari uult Galenus, sed ubi simul est multus & crassus, tanquam multitudo suum remediũ postulet, cui non refragatur crassities, quod si tenuior fuerit sanguis, quoniam id fit exuperante aquoso, frigidoque humore, ideo sanguinẽ mittimus, ne corpus plus æquo refrigeretur, sed purgatione extrahimus aquosum humorem, qui sanguinem inicit, facilisque fit purgatio ob materia tenuitatem. Quare etiam, ubi sanguis est flauus, & tenuis purgatio facillè huic malo mederi potest, cuius proprium non est auxilium ipsa uenæ sectio; ubi uero crassus, & melancholicus humor est cum plenitudine, nequeunt purgantia medicamenta per uenas subire, ut attrahant humorem crassum, qui difficillè sequitur purgationem. Quapropter, sanguinis missione prius uenas euacuamus, ut promptè postea sese possint in corpus insinuarè medicamenta, atque ita expeditior fiat attractio, & purgatio humoris crassi; & quia inedia, balneum, exercitatio, aptè non adhibentur, ubi subest multitudo sanguinis melancholici: nam inedia, & labor crassiores reddunt hos humores balneum, & exercitatio in plenis corporibus tuto non adhibentur) ideo cogimur à uenæ sectione primum petere auxilium, postea uero à purgatione. Eodem pacto cum ad uescicam, uel renes aliquid penetrare debet, quod facillè nequit fieri, nisi inanitis uenis, tunc si subito illud faciendum est, aut si materia multa alijs remedijs aptè euacuari non potest, tunc uenam secare cogimur. Et aliquando ubi sanguinem mittimus, quando cito succurrere morbis nonnullis uolumus, etsi dolorem capitis, ex multitudine humorum inedia uincere possumus, sed non nisi

nisi longiore tempore, quod qui expectare non vult aut ferre non potest doloris vehementiam sanguinis detractione cito liberatur, quod si per oēs affectus in quibus sanguinem mittimus discurrere placet, inuenimus in hoc remedio firmū esse præceptum quod antea ostendimus, in omni euacuatione scilicet sanguinem mitti, vel ad euacuationem plenitudinis que necessario postulet hoc; & non aliud auxilium, cuius generis diximus esse æqualem quæ iam vel cito obesse potest, vel per accidens, cum sanguinis missione præstatum, quod cum alio remedio apte fieri nequit, scilicet refrigeremus, reuellamus, deriuemus, vel ut alijs remedijs detur locus, vel ut citò perficiamus sanguinem euacuando, quod per alia auxilia nequit nisi paulatim fieri. Hæc ergo sunt quæ sanguinis missionem indicant generatim & singula remedia, quibus vtimur ad sanguinem demendum à corpore. Nunc vero restat, ut paucis doceamus ea que possunt sanguinis missionem impedire, siue contraindicare: De qua quidem re scribit multis in locis Galenus, & præsertim in 7. lib. ad Glauconem, vbi ait, nec in frigido, nec calido aere, nec in cruditate humorum, nec in pueris, nec in debilibus sanguinem esse mittendum; Hippocrates excipit quoque gravidas mulieres: nos autem neminem arcemus à sanguinis missione cui aliqua sit salutis spes: nam etsi ijs quibus vires sunt infirmæ, fortè non ferunt sanguinis euacuationem, quæ sit secta vena; certè eam que fit ad motus cucurbitulis, aut hirudinibus sine aliqua noxa sustinent. Requirit quidem robur aliquod in hac euacuatione certum est, at non omnium virum, sed vitalis duntaxat facultatis, quando quidem sensus & motu propemodum extinctis, & plurimum debilitatis naturalibus functionibus, sanguinem mittimus. Illud quoque spectandum est, ne fallamur in robore vitalis facultatis, puto enim satis validam esse vitalem facultatem ad hoc remedium ferendum, vbi pulsus desperatæ salutis indicia nequaquam præbet; quod Gal. 5. Methodi aperte testatur cap. 3. vbi ita scribit. Quod si æger ex sanguinis profluuio resolutus adhuc non sit, etiam vena secanda est, & grani dis tuto mitti sanguinem posse docet quotidie experientia, & Cornelij Celsi sententia, qui ita scribit: Siquidem antiqui primam ultimamque ætatem sustinere non posse hoc remedij genus iudicabant, persuaserantque sibi mulierem gravidam, quæ ita curata esset abortum esse facturam: postea verò vsus ostendit nihil ex his esse perpetuum, aliaque potiores observationes adhibendas esse; ad quas dirigi curantis cõsiliū debeat. Quid vero de pueris sentiendum sit, & alijs contraindicantibus in tractatione nostra de febribus ostendimus; at non solum vires sed etiã contrarij affectus sanguinis detractionem secta vena prohibent, nisi reuulsionis causa mittatur, sæpè enim cogimur tunc contemnere omnia alia incommoda, vt præcipuo malo succurramus, alioqui vbi refrigeratione noxiam timemus, ab hoc præsidio abstinendum est. His ita explicatis, ex quibus intelliget Medicus an vacuare, & quid, quoue remedio debeat, iam pergere possumus ad interpretandos occultos authoris sensus.

Si talis fiat qualis fieri debet.

Rectè quidem scribit Galen. Hippocratem hic agere de qualitate quæ requiritur in humore qui vacuandus est, nam id ostendunt authoris verba, talia, qualia, talis, qualis, & quæ superius adduximus argumenta ex purgationis nomine, ut, & vsu; Verum non rectè explicat eam qualita-

tem: at enim in huius, & secundi Aphorismi vbi eadem sententia repetitur Commentario, tales fore humores, quales oportet esse si noxij fuerint, & molesti, vel si superabundauerint: nam dignum non est Hippocratem præcipere quod ea sint euacuanda quæ excedunt naturalem mensuram; quis enim non agnoscat repletionem cutari euacuatione? quis præterea non nouit vbi euacuandum est, educendos esse eos humores qui nocent, & ab alijs abstinendum qui nullum nocumentum adferunt? Præterea, falsum est vacuos semper esse noxios humores: nam vt superius ostendimus, sæpius pugnamus aduersus noxios humores alteratione quam vacuatione; deinde, idem argumentum quo alios refellimus, Galenum urget, scilicet, non sequi semper conferentiam, & leuem tolerantiam, quando noxij humores euacuantur: nam vigente febre ardente, aut incipiente quartana, noxij adsunt humores in corpore, tamen illorum euacuatio nec utilis est, nec facilis, quoniam scilicet, tunc tales non sunt humores, quales esse debent, si utilis & facilis expectanda est euacuatio. Latet ergo sub uerbis talia & qualia, talis & qualis occultior quidam sensus, maior vis & energia, quam nemo hæcenus expressit, nec author ipse docere poterat Aphoristica breuitate. Quam ob rem aggrediamur nos rem hanc obscuram sanè patefacere: ac quoniam Hippocrates agit de euacuatione quæ fit non solum à Medico, sed etiam à natura, de vtraque pariter est à nobis tractandum, & primum uidendum, an tales oporteat esse humores quos natura euacuat debet, quales sunt quæ requirunt euacuationes quas Medicus instituit. Porro, diuersos esse oportere facile est ostendere; nam in morbi principio, natura sanguinem euacuare utiliter nequit, in morbi vero incremento, & uigore, sæpè morbos rectè iudicat per sanguinis profluuium; contra uero Medicus studet in principio sanguinem mittere secta uena; crescente uero morbo, minore utilitate id facit: eodem uero uigete, præcipit pro hominis dubia salute hoc remedium, quod in prioribus temporibus oportune adhibetur: declinante iam morbo, nulla illius remedij utilitas, nullus usus. Ceterum, in purgatione idem aliquando fit à natura & Medico, aliquando diuersum: nam incipiente febre, natura aliquando utiles molitur purgationes per vomitum, per aluum uero, nequaquam; in statu uero, & declinatione, non solum per uomitum, sed etiam per inferiorem euacuationem feliciter corpus exonerat; Medicus uero purgationem tentat in acutis febribus, cum illæ incipiunt, vel declinant; in alijs uero quæ longiores sunt, ab initio non purgat, in statu uero purgare potest, & magis in declinatione; nec inutiles quidem aliquando sunt, crescente febre; in febris acuta incremento, tanto deteriores præstat euacuationes natura, quanto ea incrementi pars uicinior est, principio; tanto uero utiliores efficit, quanto plus augmento ad uigorem accedit; unde Galenus bonas etiam Crises crescente adhuc morbo fieri scribit; Medicus uero utilius purgabit urgente acuta febre in principio incrementi, quam in fine: in alijs uero potius in fine, quam in principio; Vomitus in febribus intermittentibus inuadente accessione, & Medicus & natura pari modo utiliter eliciunt; in continuis uero, non nisi iam multum crescente aut vigente morbo, aut planè declinante, natura uomitum tentare solet, Medicus uero post accessionis initium, in alijs temporibus inferiorem eligit euacuationem. Ceterum, sudores in acutis & continuis febribus agente natura in morbi principio, prorsus inutiles, & noxij: in statu & declinatione optimi: in febribus uero intermittentibus, vt in tertianis exquisitis, utiles quidem non sunt

in totius morbi principio, sed in declinatione & statu accessions, in principio vero mali; at Medicus cauebit sudorem elicere in statu febris acuta, nisi natura inceperit eam euacuationem: in declinatione non verebitur id facere, sicut nec in declinatione accessions febris intermittens: in principio vero ab eadem euacuatione pariter abstinebit; quod de sudore dictum est, idem de his quæ urinam mouent, dicendum esse statuo; at vero alui excrementa in omni morbi tempore natura commodè excernit, Medicus vero non nisi in declinatione accessions, vel in interuallo, aut declinante certis horis febre continua, vel certè leuius affligente: inedia quibus utilis est, vtilius adhibetur in principio, incremento, & statu morbi, quam in declinatione, & in morbis acutis vtilius in statu quam in principio, in alijs vero, incipiente morbo potius, quam vigente; frictions commodissimæ in declinatione morbi, nec tamen inutiles sunt inuadente morbo. Exercitationis in acutis morbis, & calidis nullus est usus, in longioribus non paruis ad vacuandum in omni fere tempore morbi, vt in Hidrope. Hæc cum ita fiant, non aliam habere possunt causam, quam quod diuersas requirant qualitates in humoribus diuersæ euacuaciones, & ea quæ euacuant præsidia diuersa: nam si natura haberet talem humorem in principio febris acutæ, qualem habet in declinatione, pari successu posset in vtroque tempore purgationem tentare; si natura non alias potest qualitates in humore, quam præsidia quibus vtitur Medicus ad euacuandum, in eodem tempore morbi pari vtilitate vterque illorum eosdem humores educeret; igitur cum vniuersa huius rei ratio pendat à qualitate quæ requiritur in singulis euacuacionibus, tentemus inuenire Primum si quid commune est in naturæ operibus, quod illa requirat in suis euacuacionibus. Deinde quod proprium est. Porro videmus naturam nullam facere vtilem euacuacionem antequam concoxerit humores: nam talis est ordo in ter naturales facultates, vt prius attrahatur quæ familiare est, postea retineatur, deinde concoquatur, & post concoctionem quod inutile est, expellatur, & quoniam vtile vel inutile agnoscitur esse, & fit per concoctionem, ideo hanc præcedere oportet antequam aliquid expelli possit: nam quia concoctio fit per alterationem partium concoquentium, alteratio autem per contactum, necesse est vt ea quæ concoquuntur, similia reddantur concoquentibus, quantum materia quæ concoquitur, admittit, & præstare possunt concoquentia; quo fit, vt ea quæ admodum amica, & familiaria sunt, mutantur & assimilantur per substantiam, & qualitates, ex qua mutatio ne nutritio sequitur, qua peracta, quoniam nulla substantia est ad nutritionem apta, quæ aliquid non habeat inutile, alioqui nutrimentum quod assumitur actu esset & non potètia simile, nec aliqua opus esset alteratione: ideo necesse est quædam excrementa relinqui, quæ propriè nihil aliud sunt, quam quod erat inutile, & dissimile in ipso nutrimento: quæ quidem excrementa tanquam inutilia, natura cogitur excernere, ne obsint corpori, cui sunt dissimilia: concoctio ergo requiritur, antequam fiat expulsio, quoniam expulsio officium est eijcere excrementa; cum antea potentia continerentur commixta cum alia parte vtili, quæ cum facta sit similis, retinetur, & in nutrimentum cedit corporis partibus: quoniam ergo natura non potest nec debet rectè expellere, nisi sua excrementa, meritò fit, ut ante concoctionem, nullam possit tentare vtilem & facilem euacuacionem, id quod in euacuacionibus excrementorum in quibus sequitur concoctio & assimilatio per substantiam, & qualitates iam satis ostensum esse puto, idè

A fieri intelligemus in ea concoctione in qua materia quæ concoquitur solum assimilatur per qualitates, substantia vero dissimilis remanet, ut in puris generatione fieri apparet; est enim tunc pus concoctum, quando factum est, (vt inquit Hippocrates,) album, lenè, æquale, & minimè fetidum: tunc enim eam concoctionem recipit, quam assumere vnquam potest: & quia inutilis est substantia quæ relinquitur, ideo excrementum fit corpori & propterea expellenda; & rectè tunc expellitur quando pro sua natura concoctionem est adepta, & quicquid est concoctum, expellendum est, quia totum est excrementum, non enim in tali concoctione gignuntur duo genera excrementorum, vt in alia, in qua substantia aliqua assimilatur, & in nutrimentum transit; sic in febribus, humor qui sensit putredinem, & ob eam & eas qualitates quas calor præter naturam inuehit, dissimilis factus est, rursus alterationem & concoctionem desiderat vt similis fiat, quantum fieri potest, potest autem solum per qualitates, quia quod putridum est, corruptum est, id autem ad pristinam naturam redire nequit, & peracta concoctione & assimilatione, iam potest ab alijs humoribus cum quibus erat commixtus, separari & excerni, reliqui vero qui assimilari potuerunt per qualitates & substantiam, eo quod putredinem non senserint, retinentur ad corporis nutritionem: non mirum ergo, si natura, alui excrementa & urinam singulis diebus, & toties quoties fit concoctio cibi, & potionis, ac etiam in omni tempore morbi rectè expellere potest: illa enim ex materia gignuntur, quæ in locis continentur, vbi paucis horis concoqui potest nulla lædente putredine; humores vero qui putredinem senserunt pro eorum diuersitate & locis in quibus continentur, difficiliorem habent concoctionem, plus, vel minus inter se, & omnes magis quam alimenti concoctio; propterea, quidem non nisi quatuor dierum spacio concoqui possunt, alij septem requirunt, alij quattuordecim, alij viginti, alij plures dies, hebdomadas, & menses postulant, antequam vniuersa massa corrigi possit; vnde, crises & expulsioniones naturæ, certis diebus & stasis temporibus eueniunt; vbi vero in morbis accessiones fiunt, quia ex tota massa portio quædam duntaxat iam putredinem sentit, id vero quod relinquitur, solum habet dispositionem ad putredinem, quam postea concipit, ideo cum ad eam accessions partem peruertum est, in qua natura vicit & assimilauit humorem, ita, vt iam separari possit à reliquis, tunc vtilis fieri possunt euacuaciones, vt in statu, & declinatione, in principio autem, quia nulla adhuc evidens pugna & victoria à natura est facta, ideo nihil rectè tunc expelli potest; quod autem in principio accessions febrili, euacuaciones quæ fiunt per vomitum conferant, obsit autem alui fluxus, ratio est, quod ea materia quæ per vomitum eijcitur, concocta sit, alia vero minimè: nam ventriculus ex hepate recipit humores, qui ex priore accessione sunt relictæ, quippè cum natura non prosequatur semper omnia excrementa, sed quæ ab illis molestatur, vt semper ferè aliquid in intestinis relinquat ex excrementis alimenti, quos humores naturæ quæ nouum insultum ex noua materia & calore putredinali sentit, vt melius possit reluctari, & vincere, extrudit ac sese exonerat ab eo quod iam habebat victum, & iam molestabat, eo quod ex nouo calore & insultu sit commotum; quia ergo talis humor siue excrementum acceruari solet circa venas mesaraicas, hepar, & ventriculum, & præsertim circa illius orificium, ideo per vomitum illi via paratur; quoniam verò alui fluxus coningere solent cum excrementa quæ in venis continentur, ad intestina protruduntur, ideo ante statum, & de-

D clina-

elinationem accessionis, non solet natura aluum agere, quia ante ea tempora concoctio non fit, nec excrementorum illorum generatio; Accidit tamen aliquando in tertianis, ut pro vomitu, natura tentet excretionem inferiorem, si eadem materia, quæ ex prior accessione fuerat relicta, facilius recipiatur in intestinis, aut mittatur à partibus expellentibus, eò còuerso suo motu; Sed cur est, quod sanguinem natura nequeat euacuare in principio febrium? an ex eo fortè fieri debet excrementum, quod à tota massa sit separandum, id fortè in biliosis febribus continuis, locum haberet, quandoquidem bilis quæ putrescit, suam concoctionem requirit. Verùm quid de sinochis dicemus? Dicendam certè est, naturam in eo sanguine excalescèto præter modum, & ob id dissimili factò, prius aggredi alterationem, & assimilationem, ut in alijs facere solet, ut quæ scilicet sine aliqua, aut minori certè noxa malis succurrit, quàm euacuatio, quæ boni multum cum malo semper excernit, quàm in alterationem posteaquam tentauit, nec potuit planè vincere, & in incrementum conuètere, cogitur expulsionem uti; sed cur est, quod cum totus sanguis excalescètus, & dissimilis per illas febres est redditus, totus non expellatur à natura, ut solet per sudores, & alui profiuua extrudere quidquid nocebat excrementi? an quod natura mediocritatem solum querat, in qua illi nulla sit molestia, quia ergò ad euacuationem portionis sanguinis expirat magna copia vaporis fuliginosi & putridi, ideo calor temperatur, & febris abit; improvidè autem natura ageret, si posteaquam tantum euacuauit, quantum fuit necessarium, reliquum quod mediocritatem iam est assecutum, prosequeretur; quia verò mediocritatem illam non assequitur, ubi expellendus est aliquis peculiaris humor, nisi aut totus, aut maxima ex parte ille expellatur, ideo cogitur sese integrè exonerare, si integra sanitas speranda est, alioqui ad portionem euacuationis, mediocritatis portionem assequetur, ut in crilibus imperfectis fieri videmus; Ergo ut semel dicam, natura in eo tempore solum potest bene uti euacuatione, quando ea materia, quæ expellitur, concocta reperitur, & quanto plus concoctionis accepit excrementum, tanto melior fit euacuatio; Undè in declinatione laudabiliores sunt excretiones quocunque modo factæ, quàm in statu, in hoc tempore meliores, quàm in incremento, in principio vero nulla humoris peccantis laudabilis fit euacuatio, nisi aliquid ab alijs sit prius separatum & còcoctum; ac mirum quidem non esse debet, si in acutissimis morbis, natura non solet partim euacuationes, sed expellendo vnam, & integram expulsionem se liberat; in longioribus vero morbis, aut in intermittentibus, repetere solet euacuationes: nam acutissima febris ex materia maximè vniiformi constat, quæ vniiformem recipit alterationem, & propterea in certo tempore absoluitur illius concoctio, & quoniam natura solet expellere ut molestatur, rationi est consonum, ut ubi calidissimi, & acutissimi humores adsunt, natura uehementer irriteretur, ex uehementi autem irritatione, uehemens conatus oritur; & ex hoc, magna expulsio, quàm sequitur totius materiae noxiæ euacuatio, ubi uero materia est difformis, oportet iuxtaquales & difformes fieri concoctiones, & aliquid alio prius concoqui, quod postea extendit, ne oblit corpori, & ut illa exonerata, quod reliquum est, melius concoquere, & assimilare possit. Ergo talis erit humor, qualis esse debet in omnibus excretionibus, quæ à natura cum facili tolerantia, & conferentia fiunt, si concoctus ab ea fuerit: nam nostras alterationes natura, quæ suis instrumentis, & non alienis utitur, non requirit ad suorum operum perfectio-

nem, etsi eas non spernit ad auxilium, ea enim est; quæ concoquit; Medicus uero concoctionem solum iuuare potest.

Nunc sequitur, ut doceamus quales oporteat esse humores, ubi tales euacuationes ex Medicina expectamus; non potest quidem unica qualitas apta esse ad omnes euacuationes quæ à Medico obeuntur: nã cum nonnulla ex suis præsidijs euacuantibus, attrahendo suum munus exercent, alia uero uasa aperiendo, alia fundendo humores, alia rarefaciendo corporis superficiem, alia exsiccando, alia intus calesfaciendo, & digerendo, ratio conuincit, ut diuersa qualitas requiratur in humoribus; quandoquidem oportet inter diuersa agentia, proportionem esse ad ea quæ patiuntur diuersam; ut enim natura quæ utitur unico instrumento, nempe expultrice facultate ad sua excrementa expellenda, unicam postulat in illis qualitatem; ita non mirum si diuersè requirantur qualitates in his quæ euacuantur à Medico, ob diuersa instrumenta quibus medicina utitur, quam ob rem cogimur expendere propriam qualitatem quæ singulæ euacuationes in humore desiderant; Est porro ad uacuationem, quæ fit per sanguinis missionem humor idoneus, cum maximè naturalem suam qualitatem seruat: nam cum sanguinis detractio requiratur primo, & per se ad illius multitudinem, quæ sit bitam postulat euacuationem, minuendam, tunc maximè ille abundabit, quando omnes humores proportionem inter se seruant, & tunc proprii effectus huius remedii apparent; quidquid enim mali est in humoribus, eo solo auxilio refecatur.

Propterea rectè scriptum est à maioribus nostris plethoræ remedium esse sanguinis missionem. Cum uero sanguis alienam qualitatem accipit, purgatio, vel alteratione est opus; idem confirmat, quod scribit Galenus in lib. 4. de sanitate tuenda, non esse mittendum sanguinem, quando humores infra qualitates mediocres sunt frigidiores, & crudiores, vel eam mediocritatem excedunt. Quapropter, non mirum si sanguinem mittimus commodius incipiente febre, quàm crescente, & vigente, nunquam uero declinante, tunc enim sanguis corruptus est ob generationem excrementi, & propterea purgatio requiritur, ut massam sanguinis purget: In principio uero & incremento, simillimus adhuc est sibi ipsi naturaliter affecto, in statu uero per se non mittitur sanguis ad euacuationem, sed ad refrigerationem caloris excitati à putredine, & fuliginosis excrementis.

Ceterum, ad uacuationem, quæ fit per purgationem scribit Galenus in 23. textu tertij Prognosticorum, calidum & tenuem humorem idoneum esse, quod mihi non uidetur rationi consonum, nam in statu ardentis febris, subest humor biliosus calidissimus & tenuissimus, nemo tamen purgationem tunc aggredietur tanquam alias requirit adhuc humoris qualitates; erit autem ut arbitror paratus humor in purgatione qui tenuis est, & nullam insignem, vel extraneam qualitatem habet: nam cum in ea euacuatione requiratur, & medicamenti attrahētis vis, & natura expellentis, & quantitas medicamenti facultatis auxilium, tenuitas humoris facit, ut facile trahi possit à medicamento, & absentia amarū qualitatum liberat naturam ab alteratione: atque ita non impedita in alteratione humorum, purgationi seruire potest, & ubi nulla est extranea qualitas, nulla cruditas præcessit, aut si præcessit, iam concoctio adest; nouimus enim ex Galeni libro de optima secta medicamenta purgantia ferè solum naturam mouere ad expulsionem, & illam postea insurgere, & euacuationem perficere, quod si illa à qualitate humoris vexetur, minus profecèto confertur ad euacuationem

nem in alio occupata negotio; vbi enim concoctioni dat operam, nequit expellere, quia vnico vtitur in strumento, nempe calido nativo, quod vbi occupatur vehementer in aliquo officio, reliquis feruire nequit; Proinde, tenues humores in initio morbi euacuandos esse scribit Galenus cum nullam adhuc insignem qualitatem eo tempore habeant, & tenuitas adlit propria ad attractionem, eo etiam spectat Aphorismus in quo scribit Hippocrates: Corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere; fiunt enim, inquit Galenus, fluida, idest ad purgationem parata, quando humores tenues sunt redditi.

At si quis contra adferat Aphorismum, Concocta medicari: & dicat requiri concoctionem ante purgationem in humoribus, illam autem omnia in crassare: respondeo, concoctionem desiderari quidem, quia ante concoctionem, vbi humor est crudus, nullum est excrementum, quod vacationem desideret, vbi autem adest, praestaret illud tenue esse quam crassum, & propterea post concoctionem illi feliciter experiunt purgationem, qui humectantibus spissitudinem ex concoctione contractam emendat; Igitur concoctio vna ratione ad purgationem confert, quod excrementum efficiat, & naturam liberet ab alteratione; alia vero ratione obest, quod crassitudo aliquem & lentorem adferat; ut autem concoctio requiritur vbi cruditas adest, vt in febris, in quibus, in quibus adueniente calore extraneo, humores facti sunt dissimiles, & rursus similitudinem requirunt, vt excrementum eliciatur, sic in sanis, aut in hydrope aut alijs morbis, sine febre putrida laborantibus, nulla praecedere debet concoctio purgatione, quia nulla adest cruditas, quae sirupos nostros, aut alia remedia postulet; sed quidquid exhibetur, alia ratione prodest purgationibus, nempe, quod extenuet, vel incidat humores, vel vias aperiat; & id est quod in illis requirit Hippocrates, cum scribit: Corpora cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere, nulla concoctionis facta mentione. Ceterum ad euacuationem quae per balneum fit aquae dulcis, erit aptus humor qui tenuis est iuxta cutem positus, & nulla alia insigni qualitate praeditus, quae cum qualitatibus balnei congruat: nam si paulo calidius adhibetur balneum exasperantur humores admodum calidi, si tepidum balneum sit, competit humoribus calidioribus & actioribus, humores crassi inepti sunt ut per cutem expirent; quapropter, quotidianis febris vbi humores sunt crassi & lenti, balneum non adhibemus; nec in quartanis nisi ad corporis humectationem; nec in vigore febris acutae, quia plus equo calidi sunt humores, nec perfecta est concoctio postquam excrementa exhalant; vt autem balneum aquae dulcis requirit humores tenues, & non frigidos & pituitosos, sic balnea ex aquis sponte nascentibus quae calefaciendi & exsiccandi vim habent, his humoribus remedio sunt, quemadmodum & euacuationes quae aere excalefacto perficiuntur, his enim remedijs eos qui aqua intercutem laborant, euacuamus; ad eam vero euacuationem, quae fit per inedia, aptus est humor qui frigidus est & humidus, vel temperatus, vt in plethora, vel humidus solum qualis solet in pluuioso tempore procreari: hi enim humores a calore & siccitate quos inuehit inedia non exasperantur, & interim euacuuntur, eadem ferè qualitas requiritur in humoribus qui per frictions digeruntur; iam vero per vomitum fit facilis humorum vacuatio, quando illi multi sunt, absque visciditate, crassitie, & acrimonia: multi enim naturam stimulant ad expellendum: propterea qui per vomitum solent sese exonerare, prius ventriculum multis & varijs cibis replent, ex vehementiore autem ipsius motu,

A diu non haret in via materia; quare liberior & facilius fit motus, & vbi nulla adest acrimonia, nullus fit morsus in stomacho, quare liberi & faciles vomitus fiunt. Haec quidem sufficere possunt his qui methodum quaerunt, non autem omnium particularium explicationem.

Inspicere itaq; oportet & regionem, & tempus, & aetatem & morbos in quibus conueniat, aut non.

Hanc partem Aphorismi ita explicant omnes interpretes, quod cum Hippocrates dixerit exuperantem humorem esse euacuandum; certa autem non semper habeamus inditia humoris laedentis, admoneat regionem, tempus aetatem, & morbos considerandos esse, ex quibus cognoscemus quis humor exuperet, & quis non, & quemadmodum haec expectanda esse scribit Hippocrates, ita alia consideranda esse, quae Galenus partim hic & alibi sparsim commemorat praebere signa exuperantis, laedentisq; humoris, nos vero, qui in humore cum vtilitate & leui tolerantia euacuando non solum abundantiam, aut illius molestantem qualitatem, sed alias qualitates diximus esse expendendas, ad easdem etiam praedictorum considerationes referemus, dicimusque ea spectanda esse, non solum vt cognoscamus quis humor exuperet, sed quis eas habeat qualitates, quas requirit euacuatio, quae utilis & facilis futura est. Quae quidem verba authoris satis ostenduntur: cum ait (in quibus conueniat aut non,) scilicet, euacuare: nam humores cognoscere, semper necessarium est, ita, ut de illorum cognitione dici non possit, aliquando vero non, sed semper non possumus euacuare, quia semper talis non subest humor, qualem requirit utilis, & facilis euacuatio, quam nos, quantum fieri potest, affectare debemus, tanquam omnium optimam; est autem huiusmodi humor, vt diximus, qui cum nocet, & alteratione vinci non potest, simul est ad propriam euacuationem paratus. Ostendunt autem aetas, tempus, regio, morbus, &c. quis humor exuperet, & quis possit alteratione vinci, aut non, & quales habeat quilibet humor qualitates aptas ad singulas euacuationes, etenim regio frigida indicat frigidum in corpore humorem abundare, qui tamen necessario non est euacuandus, cum alteratione per calida vinci possit, calida vero & sicca regio quantum in se est, calidos & siccos humores abundare ostendit, qui tamen semper non sunt euacuandi, quandoquidem sola refrigeratio eorum potest esse remedium, vt putridae febres significant subesse humorem qui alterationem & euacuationem requirit, quoniam calorem habent praeter naturam, & aliquid iam corruptum; quadrant ergo nostra interpretationi authoris verba.

At quoniam locus postulat vt de signis agamus, quibus licet humores cognoscere, prius videndum est, quid alij de ea re censerint, ac quod ea quae hic tradit Hippocrates non sufficiant, Galenus in hoc Commentario, & in eo quem scripsit in secundum Aphorismum quarti, & libro 4. de sanitate tuenda & passim alibi multa addit ad hanc rem pertinentia. Verum illius tractatio etiam damnanda est, quoniam fontes rerum non apperit, sed singularia quaeque prosequitur, veluti cum ea signa sumi scribit ex colore, ab excretionibus consuetis retentis, a symptomatis, victu antecedente, viuendi conditione, facili tolerantia, ab his quae cum natura humorum coniuncta, a sexu, ab vrina, deiectionibus, sudore, sapore, so-

mno, vigilia, calore, frigore ex pustulis quæ in corpore oriuntur, ex otio, labore & huiusmodi alijs quæ à nullis certis principijs ducuntur; deinde, non docet signa quæ genus humoris à specie, & differentias inter se distinguant; quæ præterea significant humores abundare in vniuerso corpore, quæ vero solum in partibus, quæ item sint certiora inditia. Egimus nos de hac re in cap. septimo libri secundi de Signis, ex quo loco plenam tractationem quilibet sibi comparare potest: hic tamen cogimur breuiter saltem capita enumerare, ne in hoc instituto desit mea opera. Sumuntur autem signa cognoscendorum humorum ab iisdem fontibus, à quibus omnium rerum notas peti in opere ostendimus, nempe, ab essentia rei de qua agimus, ab ipsius causis, ab effectis, & à similitudine quæ cum reliquis rebus habet. Est porro de essentia humorum propria ipsorum forma, & qualitates ex quibus constant, bilem enim in corpore abundare agnoscimus, si forte à corpore conspicitur excreta; sic calidos subesse humores agnoscimus cum tactu calidius, quam par sit corpus sentimus. Ceterum inter effectus humorum numerantur annexæ cum illis qualitates, color, sapor, odor, crassities, tenuitas, visciditas. Merito enim hæc qualitates cum nascantur ex primis in quibus humorum natura est posita, inter effectus reponenda sunt; Effectus vero quos pariunt ipsi humores omnibus suis qualitatibus præditi, pertinent vel animum, vel ad corpus: animi enim mores, quales vigeant humores, produunt: nam iracundi & furibundi biliosi; stolidi, incontinentes, impudentesque sanguinei, melancholici, astuti, cauti, prudentes, constantes, ingeniosi quibus vero atra bilis dominatur, ij maligni, proditores, simulatores, olores, iniuriarum memores, obtuso ingenio præditi pituitosi. Memoria valent melancholici, facilius imaginantur & discunt, sanguinei, & pituitosi; vnde pueri & mulieres maximè dociles putantur, idem ostendunt corporis actiones, naturales, animales, vitales, & singule illorum species, & qualitates, habitus, pili, asperitas, leuitas, durities, mollities, & aliæ qualitates quæ in habitu corporis conspiciuntur; Ad hunc fontem etiam pertinent morbi qui ex humoribus nascuntur; Illorum enim natura, accessiones, longitudo, breuitas, vehementia, benignitas, malignitas, continuatio, intermissio, & reliquæ differentiarum quas in opere nostro notauimus, & solutionis ratio, & modus, præbent sua inditia; Sunt pariter humorum effectus, dolor, & illius differentiarum quæ euidentes præbent significationes de humoribus lædentibus. Ponenda quoque sunt inter passiones corporis alleuationes, & aggrauationes quæ sequuntur excretionem humorum, grauius enim solet esse euacuatio familiarium humorum, aut qui parati nõ sunt ad excretionem. Ceterum, humores multas habent causas: nam ea quæ temperiem inducunt in nostro corpore, ex qua gignuntur humores, causæ illorum sunt: ad quod genus causæ ætas, aeris conditio, regio, anni tempus, vitæ conditio, somnus, vigilia, sexus, & si quæ alia similia rediguntur. Præbet quoque suas notas materia ex qua humores gignuntur, tanquam materialis causa: eam autem suppeditant quæ assumuntur suis qualitatibus, substantia, quantitate, modo, ordine, & tempore assumptionis: nam pro horum diuersitate diuersos humores gigni, & ostendi necessarium est, eandem materiam suppeditant quæ retinentur.

Colligimus pariter humorum notas ex communi corporis instrumento, nempe calido nativo influente: nam pro illius differentia differentes humores gigni rationi est conionum; quibus enim nativus calor imbecillior est, ijs pituita abundat; quibus vero

A est validus, sanguis viget, quibus est acrior, illis augetur bilis; Melancholicum verò procreat humorem, si cum siccitate est infirmus; quinetiam causæ sine quibus non suas quoque exhibent notas: nam si non retinetur alimentum donec sit perfectè elaboratum, pituita plurimò gignitur; contra verò bilis exuperat, si postea quam est concoctum excrementa diu retinentur, longiora enim mora materia exurit; Habent quoque in ostendendis humoribus causæ iuuantes, & lædentes suam vim: nam qui à temperatis iuuantur, temperatis habent humores: intemperatos verò, quibus profunt intemperata. Præbent & sua inditia signa quæ sumuntur à similitudine, & proportionem: nam si nouimus per dissectiones, aut alio modo, aliquos abundare certis humoribus, licet colligere alios qui simili affectu tenentur, similibus humoribus redundare. Sunt hi signorum fontes, quos si quis sciat explicare, intueniet quid ostendat an humores sint temperati, an intemperati, boni vel mali, benigni vel maligni, varij & inæquales, aut vniiformes & æquales, crassi vel tenues, lenti aut sine lentore, vel in his qualitatibus mediocres, qui præterea sint qui alteratione vinci possint, qui uero vacationem postulent, & qui ad eam sint parati, quæ utilis, & facilis futura est; item, qui in toto corpore abundant, vel solum in uenis, aut extra venas in habitu, vel in alia parte corporis. Verum in certis fontibus adhibendæ sunt nonnullæ animaduersiones, vt certa reddantur inditia; nam in signis quæ sumuntur ex qualitatibus primis humorum, quæ tactu dignoscuntur, cauendum est, ne corpus inæqualiter afficiatur: nam inuadente accessione cum rigore, corpus frigidum sentitur, cum tamen humores subsint calidi & biliosi; idem obseruandum cum ex colore corporis de subiectis humoribus iudicare volumus: nam in timore reuocatis humoribus ad interna viscera, cutis ostendit frigidus humores abundare, quoniam verò in ira, & clamore & gaudio, humores ad cutem effundunt vniuersi, multo sanguine abundare credetur qui fortè biliosus est, aut pituitosus; absint ergo cum ex colore dignoscere volumus humores abundantes, calor, & frigus externarum partium; Item, febris, pudor, ira, tristitia, cogitatio, gaudium, somnus, vigilia immoderata, recessus corporis motus, aut nimia quies, & si quid aliud in humoribus ebullitionem, aut motum ad internas, vel externas partes excitat, quæ verò sumuntur inditia ex sapore, ea semper sunt certa; at quæ sumuntur ex animi moribus, inditia, debent ex ipsa temperie, & humoribus duci: nam religione, aut metu penæ coercerentur mores, & nimia licentia efferuntur, quo casu colligere non demus eum humore melancholico abundare, qui timidus apparet, aut biliosus, qui sine periculo audaciã vendicat. Præterea, animi mores nõ solum sequuntur dominium humoris, sed et vnius solum qualitatis in tota massa humorum excessum; Illi aut effectus qui præter naturam ab humoribus fiunt, certè sunt notæ ipsorum humorum abundantiam, semper. n. verum dicit qui ex tertiana colliget biliosos humores infestare. Non perinde certa sunt signa quæ sumuntur ex habitu corporis molli, duro, aspero, obeso, gracili, crasso, & ex pilis: nihil. n. prohibet, ut in molli corpore & obeso bilis flaua, aut atra abundet, si præcesserint validæ causæ, quæ tales humores procreare potuerint; nec alienum est à ratione pituita abundare posse in eo qui pilos habet flauos; Ceterum in excrementis illud obseruandum est, ne illorum euacuatio fiat ab alia causa, quam ex ipso humore quæ excernitur, sanguinis enim profluvium sequitur sæpè vehementes corporis & animi motus, aut bilis acrimoniam, quo casu temerè pronũtiabimus ex sanguinis effusione illius

in corpore copia. Quod vero ad causas humorū attinet, si oēs ad gnationem velocius humoris concurrūt, certas præbent notas; necessarium enim est, eum bile flaua abundare, qui iuuenis sit, & vitam degat laboriosam in acre calido & sicco, cum cibo, & potu parco, calidiore, & sicciore; quod si omnes causæ eandem non habent vim, tantum à certitudine deficiet cognitio, quantum inter se causæ repugnant: inueniet tamen Medicus si omnes fontes excutiet, certa signa quantum ars nostra præstare potest ad ea, quæ de humoribus cognoscenda sunt apta, etsi semper in vno fonte quod querit inuenire nequit. Hæc sufficere puto ad explicationem præsentis Aphorismi; quare ad sequentem accedamus.

APHORISMVS TERTIVS.

Habitus exercitatorum qui ad summum bonitatis attingunt, periculosi, si in extremo consistierint, neque enim possunt in eadem permanere, neque quiescere: Cum uerò non quiescant, neque possunt proficere in melius, reliquum est igitur, ut decidant in deterius; his de causis bonum habitum statim soluere expedit; ut corpus rursus nutriri incipiat: neque compressiones ad extremum ducenda (periculosum enim) sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit; Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosa: Et rursus refectiones cum extrema fuerint, periculosa.

Dicit Hippocrates in superiore Aphorismo in omni euacuatione Medicum eligere debere tales humores, quales singulæ euacuationes, & remedia euacuantia postulant: Sic enim fore euacuationem vtilem & facilem, & nos ea addidimus, quæ explicant proprias illas qualitates quantum affectui potuimus, & reliqua, quæ ad aliarum partium Aphorismi enarrationem pertinent. Nunc autem author docet quantum sit vacuandum, ut verba ostendunt, neque compressiones ad extremum ducenda; Item, verba illa (sic & euacuationes, quæ ad extremum ducunt) Docendi autem ratio qua vitur ad probandum quantum sit vacuandum, sumitur ab exemplo, ut in superiore Aphorismo; Exemplum autem capit ab athleticis, ut satis verba ostendunt, sed meo quidem iudicio non eo modo quo Galenus interpretatur. nam hic scribit Hippocratem damnare Athleticarum habitum, ob nimiam repletionem, de qua re etiam multa scribit in libro ad Thrasylum, ubi hunc Aphorismum etiam exponit: Ait enim per Gymnasticos, id est, eos qui se exercent, nos intelligere posse, tum eos qui fodiendo, aut remigando, aut in alio opere sese exercent, tum vocatos Athletas, de quibus hic intelligit author, quorum professio paulo ante Platonem nata, & A theone, & Trifone scriptis illustrata, olim in maximo pretio est habita, addeò, ut apud Græcos tota penè iuuentus relictis melioribus studijs illi incumberet: quam ob rem extat Euripidis Carmina quibus Athleticam tanquã maximam pestem, & corruptricem morum iuuentutis omnibus modis insectatur; quod etiam Galenus in locis præcitatis, & in libro suasorio ad bonas artes argumentis Medicis probare nititur. Athletas enim summam repletionem affectare, quæ maximè peri-

Aculosa est, ut quæ quibusdam venas rumpat, alios verò suffocet, alios alijs morbis affligat, & interim in certamine hos occidat, alijs oculos effodiat, omnes denique grauius afficiat, quibus malis debilitati, & languidi facti, omni genere miseriarum pleni conspiciuntur; quod & nomen ipsum, inquit, ostendit: nam Athletas inde dictos esse vult, quod *ἀθλοῖς* id est miseris sint, vel vtrumque à miseria, quam Græci *ἀθλοῖς* vocant deduci putat; quin etiam, & illis hæc obijcit, quod illorum constitutio non sit secundum naturam, & quod habitus nomen ab illis detraxerit Hippocrates, quoniam scilicet nomen habitus rem stabilem indicet, Athleticarum autem sanitas lubrica res sit. Verum ommissis conuictijs quibus vitur aduersus Athletas, videndum est, an Athletæ talem habeant habitum, qualem interpretatur Galenus, id quod facilius intelligemus cum explicauerimus, quid habitus nomen significet. Est enim multiplex huius nominis significatio, Etenim apud Aristotelem habitus significat affectum ex pluribus dispositionibus comparatum, qui veluti nobis inheret, & difficile elui potest, Galenus vero ad Thrasylum, habitum cum de sanitate dicitur, firmam quandam sanitatem, & bonam significare scribit: & ut sanitas alia bona, alia melior, alia optima, ita alium esse habitum sanitatis, qui firmam quandam sanitatem, & nihil propterea indicat; alium bonum habitum sanitatis, qui meliorem quandam sanitatem ostendat; alium summè bonum habitum, quæ perfectissima sanitas sit; Bonum autem habitum, ut & sanitatem bonam, alium simpliciter bonum, alium non simpliciter bonum, quo Athletæ præditi sunt; Alibi autem habitum vocat compositionem, siue structuram, ut 2. acutorum tex. 3. 1. Sumitur & habitus ab eodem pro corporis partibus, quæ primæ oculis subijciuntur, nempe musculis, quomodo dicimus eos esse bono corporis habitu, qui musculosi sunt, ut in Arte Medicinali capit, cum de habitu corporis egit. Item bonum habitum nonnunquam vocat eorum qui carne compacta sunt præditi, ut lib. 4. acutorum tex. 2. 5. Verum etsi tot sunt, & aliæ fortè adhuc habitus significationes, propria tamen & præcipua à qua aliæ deriuantur, ea est, quod firmum & stabile quid, significet: ideo enim Aristoteles quod nascitur ex frequentiori operatione, aut ex multis dispositionibus, habitum vocat, non quod illud reuera habitus sit, sed quod iam habitum contraxerit, id est firmum quidpiam & stabile, ut re vera virtus est affectus quidam qui in nobis hæret, & difficile elui potest, & propterea potius in habitu quodam est, quam sit ipse habitus. Eadem ratione inter corporis partes ossa, nerui, musculi, caro, quoniam stabilem, & firmam habent naturam, non ut humores & spiritus, qui mutationes magnas recipiunt, ideo dicuntur corporis habitum constituere. Sic sanitas perfecta in habitu dicitur sanitas quia firma est, necnon qui carnem habent compactam & duram respectu aliorum, maiorem in ea stabilitatem obtinent. Ceterum, cum habitus nomen multis modis sumatur, Galen. habitum de quo hic agit Hippocrates, pro sanitatis habitu usurpat, contendit; in Athleticis simpliciter bonum habitum non esse, sed in agricolis. Verum nequit ita intelligi Hippocratis dictio; Primum, quod nusquam alibi in eo significatu habitum usurpauerit hic author; Deinde, ad verbum scribit, habitum Athleticarum summam bonitatem attingere, id est summè bonum esse; & paulo postea repetit, eum bonum habitum soluendum esse, nulla factæ malitiæ additione: non enim intelligere oportet, ut Galenus interpretatur dictionem Hippocratis, ut dicat Athleticarum habitus, sed habitus qui ad summum est bonus in Athleticis, ita

enim Phrasis Græca ostendit. Plurimum enim refert, hoc vel illo modo dicere. Præterea quod summè bonum est, illud simpliciter bonum; addo, quod si simpliciter bonus non est huiusmodi habitus, in melius proficere possit: quod enim simpliciter non est bonum, melius fieri potest: at cum dicat in melius non posse proficere, constat huiusmodi habitum summam bonitatem esse assecutum, quinetiam, si Athletas vitioso habitu præditos esse vellet, ad quid conferret exemplum ab illis sumptum: Mirum enim non est si malè affectos offendit nimia repletio, aut vacuatio; quapropter, ex hoc non sequitur, non esse multum replendum, aut vacuandum. Licet præterea probare ex ipso Galeno hunc habitum esse simpliciter bonum: nam in lib. ad Thrasibulum definit eum esse bonum habitum, qui actiones validas edit; Athletæ autem validissimi, quare non solum simpliciter bono, sed etiam optimo habitu præditi dicentur; Illud quoque adferre possum, quod de Athletis non agat, sed de Gymnasticis, qui ut Galen. ait sunt in duplici differentia, quidam enim Athleticam, alii veram Gymnasticam profitentur, qui optimè sunt affecti; quid ergo est quod nos cogat illos potius, quàm hos intelligere, præsertim cum antiquissima fuerit vera Gymnastica, Athletica vero recens; illud quoque mirari licet, quod Agricoliarum habitum simpliciter bonum esse dicat. sunt enim illi à sole perusti, & calidiores gracilioresque ex continuis laboribus redditi, quàm ut perfectam sanitatem obtinere possint. Habent ergo Athletæ bonum habitum. Nec obstat quod periculosus sit huiusmodi habitus, ut qui paratus sit in variis morbos labi: nam id primum omnibus athletis non convenit, sed his solum qui iam ad summam repletionem peruenerunt; aliud deinde est, periculosum aliquid esse, aliud malum; laudat enim Hippocrates, & summè bonum Athletarum habitum vocat, & tunc solum non periculosum esse dicit, cum in summo fuerit, quæ enim summè bona sunt, cum nihil melius acquirere possint, facilius periclitantur, quàm quæ à summo bono abijunt; & sequenti Aphorismo victum tenuem periculosum dicimus esse, non tamen propterea malum. Sed ne in his immoremur, habitum hoc loco in consueta authoris significatione prostructura, & conditione corporis usurpemus, dicamusque athletas ad summum bono habitu esse præditos, quoniam optima, & calidissima structura sunt præditi, genusque musculorum validissimum obtinent; Hanc significationem habitus boni Galenus etiam sequitur in Commentario cum Athletas validissimam structuram habere scribit, & non amplius habitum sumit, ut in principio Commentarij, & in Thrasibulo pro sanitatis habitu. Iam licet videre vim argumenti quo vitur Hippocrates ad probandum, quod extrema non debeat fieri euacuatio: nam si in Athletis qui robustissimum habent corporis habitum, nimia euacuatio periculosa est, tanto magis erit periculosa in alijs, qui postulant euacuationem, quanto illi debiliores sunt Athletis, & malis humoribus magis abundant, hi enim faciliè exoluntur cum euacuantur, eo quod paucos habent bonos humores, cum quibus robur consistere solet, quod verò euacuatio extrema periculosa sit simpliciter, & in omnibus, probat ex repletionem, quæ periculosa est est cum extrema est; Igitur duobus argumentis probat non esse extremè vacuandum à Medico, quoniam in athletis periculosa est extrema euacuatio & repletio & quia repletio extrema est simpliciter periculosa, non tamen propterea sequitur huiusmodi euacuationem esse malam ut postea ostendemus, aliud enim est (ut iam quoque diximus) aliquid esse malum; aliud esse peri-

culosum. Atque hæc quidem sufficiant de scopo & docendi ratione huius Aphorismi, nunc singulas dictiones & sententias explicemus.

Habitus Athletarum qui ad summum bonitatis attingit.

Hippocratis Aphorismos tam religiosè scriptos esse mihi persuadeo, ut nihil omnino in illis immutari possit non vitiosa etiam diuini huius scriptoris sententia. Quare ad verbum quantum linguarum diuersitas patitur, auctorem hunc inter omnes vertendum in interpretandumque censeo: id vero faciendum esse in hoc Aphorismo facile intelliget, qui non solum crassa quacumque intelligentia librorum delectatur, sed omnia exactè habere cupit. Itaque totam huius Aphorismi Latinam interpretationem Græcis verbis respondentem hic adscribam, ex qua vnusquisque vel mediocriter Græcè doctus intelligere poterit interpretem nostrum non satis fideli vsum fuisse interpretatione, id quod etiã nos procedente oratione ostendemus. Habet autem Aphorismus Græcè ad hunc modum.

Εν τοῖς γυμναστικοῖσιν αἱ ἐπ' ἄκρον ἐνεχθῆαι σφαλεραί ἢ ἐν τῷ ἐσχάτῳ ἔσσι. ἔδὲ δυνάμται μὲν ἐν τῷ αὐτῷ ὅτε ἀρτεμῖν, ἐπει γὰρ οὐκ ἀρτεμῖσσι, ἢ κ' ἔτι δυνάμται ἀδὶ τὸ βέλτιον ἐπιδιδόναι. λείπεται δὲ ἀδὶ τὸ κείρον. τούτῳ δὲ ἀνεκατὰ τὴν εὐχέλῳσιν ζυμῆρῳ μὴ βραδύς, ἵνα πάλιν ἀρχὴν σφαιρῆσιν λάβῃ τῷ σώμα. μὴδ' ἐπὶ ζυμῆσιν ἐς τὸ ἐσχάτῳ ἄγι. σφαλερὸν γὰρ ἀλλ' ἀκρίαν ἢ ἢ φύσιν ἢ τοῦ μέλλοντος ἰσχυρῆσιν, ἐς τὸ ἐσχάτῳ αὐτὸς γὰρ κ' ἀκονόσιν αἱ ἐς τὸ ἐσχάτῳ ἄγῃσιν, σφαλερῆσιν. καὶ πάλιν αἱ ἀναδρέψιν αἱ ἐν τῷ ἐσχάτῳ εἶσιν, σφαλεραί. Ita autem uerbo.

In his qui se exercent ad summum boni habitus periculosi, si in extremo fuerint, neque enim possunt manere in eodem, neque quiescere, quoniam verò non quiescunt, non amplius possunt in melius crescere, reliquum est igitur ut in deterius; His igitur de causis bonum habitum soluere expedit non tardè, ut renutriri incipiat corpus; neque verò ad extremum usque vacuandum, periculosum enim, sed qualis natura fuerit eius qui perferre debet, ad id ducendum; eodem modo euacuationes quæ ad extremum ducunt, periculose, & rursus renutritiones quæ in extremo sunt, periculose.

Per eos qui se exercent (ut Galenus ad Thrasibulum notat) intelligere possumus eos, qui fodiendo, aut in alio opere sese exercent, tum uocatos athletas, de quibus agit in hoc loco Hippocrates; ij enim sunt, qui extremas repletiones & corporis habitum plenum affectant, de quorum professione antea egimus; ἐνεχθῆαι, quidam interpretantur constitutionem firmam, sed perperam non enim de constitutione corporis, sed de habitu agit author, quæ longè inter se differunt: nam de pluribus dicitur constitutio quàm habitus, & in habitu sua est constitutio, in constitutione autè non aptè dicitur esse habitus; huiusmodi autem habitum Athletarum, id est, corporis structuram, summè bonam uocat, quoniam ualidissima est, & robustissimas edit actiones, & omni uitio caret antequam perueniat ad summam reple-

repletionem, tunc enim damnanda est, eo quod periculosa sit, id est periclitatur in uarios & graues morbos incidere, de quibus paulo postea commo- diore loco agemus.

Neque enim possunt manere in eodem, neque quiescere; quoniam uero non quiescunt, non amplius possunt in melius crescere, reliquum est igitur ut in deterius.

Redit rationem author huius rei, cum ait, neque enim possunt in eodem manere, neque quiescere, quasi diceret, ut summè bonus est athletarum habitus, sic periculosus non esset, si in summa ea repletionem quæ cum bonitate coniuncta est, consistere posset: at quoniam nequit in eo consistere, neque in melius crescere potest illorum habitus, ut potè summam bonitatem iam assecutus, reliquum est, ut in peius ruat: quicquid enim summè bono additur, malum est; quare, cum ea summa bonitas certam quietem non sit nacta, sed necessariò mouetur, corrumpi eam quoque necesse est, boni autem corruptio in malum tendit; sit autem corruptio non cadendo, sed ascendendo. Quare malè vertit interpret, uerbum *ἐπιδιδύμω*, proficere; augere enim & crescere significat, conuenitque postea hæc significatio ei quod statim sequitur, cum non possint in melius crescere; reliquum est, ut in deterius scilicet crescant. Cur uero non possit repletio consistere, uidentur est; Scribit autem Gal. id fieri quod continuo cibi coctiones, & nutritiones fiant, & humorum, sanguinisque generatio, atqui si has probauerimus cessare debere, profectò, & incrementum sisti necesse erit: cessare autem eas debere hæc ostendunt, quod concoctio, & nutritio fieri nequeunt, nisi materia quæ concoquitur, in corpore adsit; adesse uero non potest nisi attrahatur à uentriculo, trahi nequit, nisi ille appetat, appetere non potest, nisi uacuetur ab alijs partibus exinanitis, quæ cum plenæ statuantur, cur externum pabulum requirent interno supra modum abundantes? Quod si experientia has nostras rationes refellit, docetque plenissimum etiam hominem diu sine cibo uiuere non posse, sed nutritione egere, saltem necesse est, ut concedamus, nullam summam repletionem ex nutrimento in corpore succrescere posse, cum enim nutritio à natura instituta sit, ut id quod dissolutum est à nostro corpore restituatur, illud quidem quod uacuatum fuerit, replebit, nunquam tamen ei, quod uacuatum non est, aliquid addet, ex quo pericula extinctionis caloris & suffocationis & uasorum ruptionis, ut uult Gal. & experientia docet sequantur.

Duo ergo in hac quaestione sunt explicanda, Primum quomodo fames in corporibus ita repletis fiat; Alterum, quomodo ex nutritione uenæ ita repleti possint, ut tandem frangantur, & per corpus sanguinem effundant; Aijunt quidam inanitionem fieri, quæ (ut diximus) appetentiæ causa est, expellente scilicet natura tantam copiam à qua grauatur; At, quomodo uacuat, si corpus plenum statuitur? Deinde si expellendo & non successiuam attractione & resolutione uacuatio fit, accideret sæpè, ut talis uacuatio morbos ex fluxione excitaret, & sensibiles excretiones humorum per cutem aut alias uias fierent; ubi enim natura ad expellendos grauantes humores insurgit, & ipsi humores expelluntur, & ubi magna est humorum copia, qualis hæc in toto corpore statuitur, uehementiore conatu ad expellendum insurgit, atque interim inflammationes, & alij morbi excitantur;

Alij tamen fieri dicunt, quoniam naturales actiones semper in opere sunt; at id nos non ignoramus, sed huius continui causam quaerimus; Sunt qui famem in huiusmodi corporibus excitari dicant ob corrugationem oris uentriculi, quomodo ab austertis, acerbis & humore melancholico in ventrem confluente fit. Verum etsi non negamus, quæ adstringendi uim habent, roborare uentriculum, & exprimendi aliquantulum humorem qui in eo continetur uim habere, tamen nisi aliud fiat, non sufficit ad tantam appetentiam cibi excitandam, quæ hanc humorum redundantiam parere possit, alioqui usu acerbiorum appetentiam semper excitare possemus; Deinde, quid corrugationis huius causa? Sunt demum, qui dicant non requiri hos quinque motus ad famem excitandam, nempe, membrorum externorum inanitionem; inanitorum naturalem appetentiam, qua repleti cupiunt; successiuam quandam attractionem, quæ tandem à uentriculo humorem sugat; suctionis sensum; postremò animale appetentiam; sed alio modo fieri, nempe, tria esse tempora quibus uentriculus nutritur: In primo eum appetere; in secundo nutrimentum unire; in tertio agglutinare, & assimilare; quo tempore reliqua membra nutrimentum sibi apponunt; posteaquam uero uentriculus cibum sibi assimilauit, insurgere denuo ad alium cibum appetendum: non ergo uentriculum appetere quod sugatur ab alijs membris inanitis, cū nondum ea sint uacuata, quo tempore uentriculus appetit; fieri autem in uentriculo ob id appetentiam non per suctionem, sed (ut aiunt) per corrugationem, uel resolutionem propriæ substantiæ, maximè in corporibus ita plenis. Quæ in re plurimum à Galeno dissentiunt, qui eos quinque motus ad appetentiam excitandam necessarios esse dicit, deinde quæ potest esse causa noui appetitus? cum enim assimilauit sibi nutrimentum, restituit id quod dissipatum fuerat, nec aliqua postea ostenditur necessitas alterius cibi; Præterea, etsi concedamus à proprio calore uentriculi substantiam dissolui, etiam si reliquæ partes exinanitæ non trahunt, tamen id quod dissoluitur, nisi accedat suctio, quæ sit ab alijs partibus tam paucum est, ut minimo nutrimento restaurari possit, quare minimo nutrimento opus esset; unde uidemus appetentiam his qui à somno excitantur, non statim aduenire, etsi calor natiuus per somnum uentriculi humorem dissoluit, quoniam scilicet per uigilias, & exercitationes calidus calor ad externas parteseductus earum humorem non dissipauit, quo uacuato cogentur illi à naturali appetentia mota ab internis partibus nutrimentum sugere; itaque statuamus quod etiam supra demonstrauimus, calorem nostrum natiuum singularum partium substantiam perpetua quadam actione digerere, maximè tamen & citissimè dissolui in aerem ambientem quæ eum sunt uiciniore, quæ postea cum proprio singularem calorem internas successione quadam exhauriunt. Hinc uidemus appetentiam uentriculi magis intendi quàm exteriores partes per exercitia, aut alia ratione sunt magis exhaustæ, uehementius enim tunc uentriculus fugitur & molestatur, cogiturque animal externum cibum ingerere, ut uentriculi molestiæ succurrat; at quomodo (quæso) externum nutrimentum requirit animal, cum in corpore uenæ plenæ in hoc casu statuuntur, sanguine autem omnes partes corporis tanquam familiarissimo nutrimento ali dicantur? Profecto partibus omnibus, quæ post hepar sunt familiarissimum nutrimentum est sanguis, alijs autem ut uenis mefaricis, & uentriculo non item, sed quod uiciniore ori est, familiarius illis est, etenim pars unaqueque cum semel materiam aliquam acceperit, illam

non alterat, & mutat in sui similem substantiam, eaque nutritur, reliquum quod superest pro excremento habet, siquidem, actio in simili non fit, sed in dissimile; Itaque cum pars materiam aliquam sibi similem semel fecit, in eam postea nisi alterius aptioris materie penuria non agit, id quod ex ventriculi nutritione colligere licet, qui posteaquam nutrimentum in chylum conuertit, & ex eo abunde nutritus, est quod reliquum est expellit tanquam excrementum vt Galenus 4. de vsu partium scribit; & cum noua nutritionis necessitas insurgit, ad sanguinem qui in alijs partibus continetur primo non conuertitur, tanquam semel à se alteratum, & mutatū, sed ad externū alimentum expetendum excitatur; Quod si illi non porrigatur tunc ab alijs quibus impartitus est, alimoniam, petit, qua nutritur quidem, sed malè, tanquam inutili sibi alimento id quod videmus his accidere qui per inedia à venis repetito nutrimento, ventriculum restaurant. Eodem ergo modo venæ sanguinem in suis cauitatibus contentum & post nutritionem derelictum pro excremento habent, alioqui prius totum eum qui in ipsis est, consumerent, & exāgues omnino venæ conspicerentur, itaque ut ad rem redeamus, internus calor qui in aere ambientem humorem singularum partium dissoluit cogit extimas ab alijs nutrimentum attrahere, successione quadam, donec ad ventriculum sit peruentum qui etiam à calore sito dissolutus nutrimentum exigit sibi familiare; quale illud est quod nondum attingit, vnde animalis appetentia nascitur maior, aut minor pro ratione dissolutionis; illud autem iam explicandum, quomodo venæ ad tantam repletionem peruenire possint, ut dirumpantur, cum singulae aliae partes, ut caro, neruus, nunquam tantum humorem allicere soleant, vt rumpantur, sed solum quantum ad nutritionem solam vel ad nutritionem & auctiōnem est necessarium. Venas autem cum rumpantur plus sanguinis continere quam ijs sit necessarium, certissimum est; at vnde diuersa hæc ratio? hinc profecto vt Galenus scribit 4. de vsu partium quod publica instrumenta nutritioni destinata plus semper nutrimenti trahunt, quam illis sit necessarium, quoniam concavitatem habent, cuius repletio attractionis finis statuitur; ab eodem authore 3. de naturalibus facultatibus. repletionis autem nullus finis, cum semper distendi possint; vsque dum rumpantur, itaque cum venæ plurimum nutrimentum attraxerint, reliquæ autem partes illud conficere nequeunt, in venis manet, & interim cum illis familiare non sit, aliud attrahunt ex penitioribus & anterioribus partibus, distendunturque ob plenitudinem, & tandem rumpuntur, aut aperiuntur.

His de causis bonum habitum statim soluere expedit, vt corpus rursus nutrirī incipiat.

Cum docuerit Hippocrates habitum Athletarum in ea repletionem quam illi expetunt consistere non posse, sed necessario crescere donec morbos, & sæpius mortem pariat, nisi corrigatur, Remedium nunc subiungit cum ait huiusmodi habitum soluendum esse, quasi enim huiusmodi habitus sit ligatus, & restrictus, soluendum eum, pro eo quod est euacuandum scribit: nam quod euacuatio remedium sit repletionis, nemo ignorat, quia vero ex euacuatione sequitur transpiratio & membrorum quæ erant tensa & veluti vincula relaxatio & solutio quadam, ideo effectum ipsius remedij potius quam remedium ipsum, quo opus habent, maluit ap-

A ponere, quo vero genere vacationis in hoc affectu sit vtendum facile est intelligere: nam cum plenitudo hæc sit ad vasa, necesse est omnes humores æqualiter ad proportionem esse auctos; igitur æquali euacuatione est opus quoniam vero in vniuerso corpore ea continetur, remedium exigit quod vim habeat euacuandi humores totius corporis, qualis est inedia, exercitatio, frictio, balneum, venæ sectio. Verum exercitatio, balneum, & fortè etiam frictio, in corporibus adeo plenis suspecta sunt, vt quæ humores fundant, inedia etiam in crasso corpore & carne densa & in humoribus crassis, aptum non est auxilium, quare potissimum intelligere debemus de solutione quæ fit per venæ sectionem: illa enim vniuersum corpus & maxime venas quæ maxime periclitantur in simili affectu, & à quibus fluxiones mittuntur in alias partes, vnde multi morbi oriuntur, euacuat, idque æqualiter, vt æqualis est multitudo quæ grauat, & sensibiliter; nam insensibiles euacuationes tardius succurrunt, quam affectus hic postulet; & propterea Hippocrates tempus addidit solutionis *in hys*, id est non tarde: non autem statim vt noster interpret vertit; nam verbum statim apud Medicos tempus quattuor dierum præscribit vt Galenus notat in eo Aphorismo vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & statim tenuissimo victu est opus, Athletis autem de quibus hic agitur, non statim imminet morbus; Habent enim ea repletio latitudinem, quam Galenus satis ostendit, cum illam continua nutritione tandem ita crescere scribit. **C** vt morbos excitet, id autem non facit nutritio quattuor dierum; quare nec illius remedium idem tempus debet habere cum his, quæ acutis morbis iam præsentibus conueniunt; quam ob rem optimè Hippocrates tempus nobis statuit accommodatum ad remedium exhibendum & ad plenitudinem emendam securum, cum ait, non tarde succurrèdum: nam cum per venæ sectionem potissimum præcauere venturos ex ea plenitudine morbos sit opus: ea aut in vehementi estu aut frigore adhibenda non sit nisi morbis iam præsentibus, expectare possumus mitiorem aeris constitutionem ex eo quod scribit satis esse si non tarde remedium adhibuerimus; cur autem soluere oporteat huiusmodi habitum addit author, apponens. **D** finè propter quem solutio facienda sit, vt rursus (inquit) corpus nutriti incipiat, debemus autem intelligere nutriti pro bene nutriti: nam ea repletio non erat sine nutritione, sed quia ex nutritione plenitudo & ex ea periculum indies augebatur, propterea mala erat ea nutritio; vacatione vero facta, quæ postea fit simpliciter & bona nutritio est; potuisset etiam dicere soluere oportet vt corpus mediocritatem assequatur. Postularet locus vt hic multitudinis genera & differentias & propria singularum nomina vim & signa exponeremus; sed quoniam in octauo capite secundi libri de signis hæc enarrauimus, consulto eadem prætermitto.

Neque compressiones ad extremum ducendæ periculosum enim, sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit.

Cum dixerit soluendum esse per euacuationem bonum eum habitum, nunc quantum euacuandum sit docet, & inquit uacuationem non esse ad extremum faciendam; non tamen satis explicat quantum euacuandum sit: nam hæc uerba, (sed qualis natura fuerit eius qui debet perferre, ad hoc

ad hoc ducere conuenit;) sunt obſcura, & malè ha-
ctenus ab alijs interpretibus explicata; quare præſtat
videre quid Galen. & alij de quantitate euacuationis
ſenſerint, & quomodo locum hunc exponant, & po-
ſtea noſtram ſententiam aperiemus. Scribit autem
Gal. in Comment. huius Aphoriſmi à duobus nos
ſumere quantitate euacuationis, nempe ab humo-
ris copia, & viribus eius qui debet euacuari, multum
enim euacuandum eſſe, cum multum abundat, pa-
rum autem, cum parua eſt multitudo materiæ quæ
nocet, vires autem eam indicationem nobis præbe-
re, vt eouſque euacuare debeamus, donec ipſæ tole-
rant, nec laborant; cum vero iam diſſoluuntur, ſi-
ſtendam eſſe euacuationem, etiamſi nondum eti-
cuauerimus vniuerſum humorem qui obeſt; quæ o-
pinio reſellenda eſt, primum quod non ſatis explicet
verba Hippocratis, (ſed qualis natura fuerit eius
qui debet perferre ad hoc ducere conuenit) deinde ſe-
pe euacuamus cum vires iam laborant, nec facilè fer-
unt euacuationem, veluti cum vſque ad animi defe-
ctum ſanguinem mittimus; Magnam enim violentiam
tunc vires ferunt, cum illæ labuntur in vniuerſo
corpore, & ob illarum debilitatem affectus nempe
animi defectus ſit morti ſimilis. Præterea in alijs
locis alia multa tradit indicare remediorum quanti-
tatem, vt in primo ad Glauconem, & in 7. Metho-
med. & paſſim alibi in toto eo opere, addit enim tē-
peramentum, celi ſtatum, ætatem, habitum corporis,
partis formationem, ſitum, dignitatem, actionē,
facilem & difficilem ſenſum, conſuetudinem, vitæ
conditionem, animi mores, ſexum, regionem.
Ceterum in arte medicinali & in libro de conſtitu-
tione artis, quantitate affectus, quantitate reme-
diorum indicare ſcribit, quod etiam probat in libro
de optima ſecta, vbi oſtendit vires & alia prædicta
nullo modo, remedium vel illius quantitate indi-
care poſſe: nam ſi unum ſolum debet unum indica-
re, non poſſunt tot quæ diximus indicare quantitatē
euacuationis. Quod autem vires non indicent eu-
acuationem aut illius quantitate, ex eo probat, quod
in ſanis tanto maiore eſſet vtendum euacuatione,
quanto validiores ſunt illorum vires: Nam indicant-
ium ea eſſe ſuis, vt quanto magis augentur, tanto ma-
gis intendi debeant illorum præſidia; quanto enim
morbus maior eſt, tanto magis augenda ſunt reme-
dia quæ ad curationem ſpectant. Spectanda autem
eſſe ſuperius dicta ſatis conſtat, vbi enim aer admo-
dum calidus vel frigidus eſt, & vires debiliores, &
ætas puerilis vel ſenilis, aut non uacuamus, aut pa-
rum admodum; Sic Germanos, & Gallos quoniam
frigido & molli ſunt habitu, parcius uacuamus. Eo-
dem modo partes exquiſitiore ſenſu præditas, & quæ
principatum obtinent in corpore, aut publicam ac-
tionem: at quæ longius à remedijs vacuantibus ab-
ſunt, validiore remedio egent ſicut etiam quæ con-
cauitates non habent, & qui conſueuerunt validis
vacuationibus vtī, facilius alijs eas ferunt: & uir ma-
gis, quàm mulier, & denſo corpore præditi magis
quàm qui raro, & qui victu vſus eſt, multos malosq;
humores coaceruante, facilius quàm qui parciore, &
minimum excrementoſo multam euacuationem ſu-
ſtinent; ergo illa conſiderantur quidem, cum quan-
tum vacuandum ſit intelligere volumus, ſed non
omnia quantitate vacuationis, & (vt Galenus ait)
propoſitum oſtendunt, quod quantum referat intel-
lexiſſe & natura rei docet, quæ unum omnino ſta-
tuit, quæ nos ad id quod quaerimus recta deducit; &
Galenus ipſe, qui in libro de optima ſecta, nec vires,
nec aliud quippiam præter quantitate eius quod
vacuationem poſtulat, vacuationis quantitate indi-
care ſcribit: id enim poſtulant principia de indica-

A tionibus poſita, alioqui tota ea tractatio corrumpitur; alia
autem quæ vacuationis quantitate præſcribere dicta
ſunt, id non faciunt, ſed quædam contraindicant,
alia vero quantitate docent eius, quod vacuationis
quantitate indicat, alia vero, id, quod contraindi-
cat, oſtendunt; cum enim euacuationem requirat
humor qui plenitudinem facit, ut antea oſtendimus,
indicationum ratio poſtulat, ut ſolum quantitas eius-
dem humoris, quantitate euacuationis indicet, vi-
res autem, quoniam à vacuationibus aliquando diſ-
ſoluuntur, aliquando vero nihil mali patiuntur, ali-
quando vero afficiuntur quidem, ſed ſuſtinere poſ-
ſunt eam vacuationem, & illius quantitate quæ in-
dicatur, ideo ea in euacuationibus conſideranda ſunt,
non ut indicantes vacuationem, aut illius remedia,
B uel quantitate, aut aliam quempiam ex ſcopis eu-
acuationum, ſed quatenus uel permittunt, uel pro-
ſus contraindicant, aut modum illi præſcribunt:
prohibent enim & proſus contraindicant, quando
maximè ſunt debiles: permittunt uero tantum eu-
acuari quantum ab indicantibus oſtenditur, quando
ipſe ſunt ualidæ: cum uero moderatè ſe habent, mo-
deratas etiam ferunt euacuationes, magnas uero nõ
ſuſtinent niſi per uices diuidantur. Jam uero qua-
dam vires robustas uel debiles oſtendunt, ut tempe-
ramentum: quibus enim bonum, ualidæ ſunt vires,
quibus malum, debiliores; ſic conſuetudo, qui enim
conſueti ſunt ferre labores, (inquit Hippocrates) nõ
conſuetis facilius ferunt, indicat enim conſuetudo
vires illas accommodatas eſſe ad ea, quæ conſue-
C ſunt perferenda; ſic ætas puerilis vires indicat quæ
facilè diſſoluuntur à vacuationibus, ut & ſenectus;
habitus rarus, mollis, ut Gallorum, & eorum qui eu-
te candida ſunt præditi, vires flaccidas oſtendit;
Denſus autem & niger, collectas & robustas ſigni-
ficat; Sexus muliebris imbecillum corpus, uirilis con-
tra robustum; Partes item quæ acuto ſenſu ſunt
præditæ quia à minimis moleſtijs offenduntur, de-
bilitatem quandam oſtendunt; Principes autem &
quæ publicam actionem habent, etſi ſua præ natura
robustæ ſunt, tamen quoniam earum robore
maximè opus eſt, quantum licet illud conſeruare vo-
lumus; aer præterea temperatus vires validas reddit
& oſtendit, intemperatus præfertim in calido, &
frigido vires debilitat, aeris autem conditionem oſ-
D ſtendunt, anni tempus, regio, celi ſtatus; ſic ſitus par-
tis alio modo contraindicat quantitate vacuantis
remedij, non ipſius vacuationis; non impedit va-
cuari tantum quantum opus eſt ut vires debiles, ſed
intendi medicamentum cogit, cum humor in parte
longe poſita, eſt, vel in ſolida & nullas habente con-
cauitates. Quædam uero, (vt diximus,) quantitate
eius oſtendunt, quod quantitate euacuationis indi-
cant; cum enim quantitate plenitudinis, aut alio-
rum, quæ euacuationem per accidens indicant, cer-
tis inditijs deprehendere non liceat, cõiecturam ſumi-
mus ex nonnullis, vt ex cauſis & effectis qui ab illis
oriuntur, aer enim, regio, anni tempus, vitæ condi-
tio, quale ſit temperamentum corporis oſtendunt;
hoc uero ut multos, vel paucos, æquales, vel inæqua-
E les, bonos, vel malos, gignit humores, p̄ varijs ſui dif-
ferentijs eos oſtendit; eadem ratione victus qui præ-
ceſſit, & alię cauſæ quæ vim habent gignendi humo-
res, qualis & quanta ſit plenitudo, ſignificant. Ad idē
pertinent affectus qui ex plenitudine oriuntur: tan-
tam enim illi oſtendunt eſſe plenitudinem, quantum
eſt reſceſſus illorum ab eo, quod eſt in corpore medio-
cre: magnam enim plenitudinem in uenis oſtendit
umor magnus & tenſio magna ipſarum venarum.
Eodem pacto ardentiffima febris cum dolore, & ten-
ſione totius corporis, oſtendit multum eſſe vacuan-
dum,

dum, quoniam magna quæ requiritur refrigeratio, non nisi per magnam euacuationem fieri potest. Ergo, ista & alia eiusdem generis consideranda quidem sunt in quantitate euacuationis inuenienda, sed non tanquam indicantia: id enim solum præstare possunt illa quæ euacuationem ipsam indicant per se, aut per accidens: quantus enim erit ipsorum excessus, tantum vacuandum esse agnoscimus: postea vero, si vires impediunt fieri quod ab indicantibus ostenditur, hoc ipsum aliud est, vt aliud est indicare & contraindicare: nam indicantium consideratio nos recta ducit ad id, quod est faciendum, Contraindicantia vero que tam inuenta sunt, vel impediunt vel moderantur. Cur est præterea quod Galenus videatur hoc loco euacuationis quãtitatem à viribus sumere, cum scribit tantum esse euacuandum quantum vires ferre possunt: profecto Galenus in hac re, nec principia sua seruat quæ de indicationibus posuit, nec vera tradit, nec authoris dictioni consentanea; ponit enim in lib. de optima secta, (vt diximus,) quantitatem eius quod remedium indicat, quantitatem remedij indicare, vires autem, eo authore, nec remedium, nec illius quantitatem indicant, sed victum: contraindicant autem, (vt diximus,) aut moderantur remedia, vera autem non docet, cum scribit in omni euacuatione vires ægroti attendendas esse, vacuandumque esse donec tolerant illæ, & nondum laborant: nam non solum in ægrotis, sed etiam in sanis dum eos vacuamus ad præcautionem, vires sunt considerandæ & sæpè, antequam vires laborare incipiãt, sistimus euacuationem, veluti, cum vires validæ sunt, id autem quod euacuandum est, paucum est; nonnunquã autè vim aliquam in ferimus virtuti, nec desistimus à vacuatione cum laborare incipiunt vires, sed ultra progredimur, veluti cum ad Lypothymiam vsque euacuamus; quod iubet ille in magnis inflammationibus in doloribus, & ardentissimis febribus esse faciendum Aphorif. 23. 1. & in 9. Methodi medendi; Quam ob rem regula omnium euacuationum ea esse non potest, quam tradit ex viribus, quandoquidem, ea consentanea non est dictioni ipsius Hippocratis: non enim ille præcipit tantum esse euacuandum quantum vires sustinere valent, sed qualis, inquit, fuerit natura eius qui debet perferre, ad hoc ducere conuenit; quæ verba, nihil aliud significare possunt quam quod debeamus tantum euacuare, quantum necessarium est ad recuperandum naturalem cuiuscunque statum; omnes enim qui egent euacuatione, & ex illa sanitatem expectant, eo vsque euacuari debent, quousque ablatum sit per euacuationem, quod illius naturalem statum labefactabat; tunc enim sistenda est euacuatione, non potest ergo vna & eadem esse omnium mensura euacuationum, quoniam quod euacuationem postulat, propriam habet in singulis quantitatem, alij enim paruam, alij magnam, alij mediocrem, alij extremam euacuationem postulat, quoniam ita sunt repleti, aut alios habent affectus qui non nisi his euacuationibus tolli possunt. Verum etsi tunc intelligimus nos iustam mensuram in euacuationibus assecutos, quando naturalem statum per euacuationem recuperauimus, tamen antequam euacuemus, quædam sunt inditia, ex quibus deprehendere possumus quantum euacuandum sit: quorum quædam sumuntur ex natura & forma rei euacuandæ, quod enim toto genere præter naturam est, aut nihil habet quod alteratione vinci possit totum educendum est; quod autem huiusmodi naturam habet vt posteaquam paululum corpus exoneraueris vinci possit, tantum profecto de eo educendum, quantum à natura vel arte alteratione vinci nequit, ac ne longius abcas, pus, grumus, lapis, humor putridus vel

A malignus, aut simile quidpiam penitus auferendum; & euacuandum: pituita autem quæ naturam grauatur, ita vt tota alterationem vinci nequeat vacuanda quidem est, sed non vsque ad extremum, sed relinquentium quantum speramus postea alteratione vinci posse idem ostendit quantitas ipsius humoris abundantis: in magna enim plenitudine magna est opus euacuatione: in parua in more; quod si plenitudinis non sunt propria inditia, ex malis, quæ ab ea nascuntur, coniecturam sumemus; vbi enim magnus est dolor vel vehemens in corpore calor, aut ingens inflammatio, admonemur esse vtendum maiore euacuatione quam cum illa contrario modo habent, quãtitatè vero affectuum ex superius dictis intelligemus. At si extrema repletio, extremam euacuationem requirit; cur illam Hippocrates hic damnat, quam postea laudat, cum extremis morbis extrema remedia conuenire scribit: an vt multum, sic extremum multis modis sumitur? ut. n. multitudo & multum dicitur quod vel uirium, vel vasis, vel proportionis rationem excedit, sic extrema repletio dicitur, quæ vel vires extremè grauatur, vel vasa extreme replet, vel à proportionem maximè recedit. Eodem pacto extrema euacuatione dicitur, quæ plus vacuat quam necessarium sit ad vires grauatas, alleuiandas; vel ad proportionem debitam recuperandam, vel restituendam eam mediocritatè quam vasa requirunt. Hoc modo ergo extremum capit, cum damnat extremam euacuationem, quod enim remedium excedit quantitatem indicantis, malum; Laudat autem extrema remedia, sumendo extremum in genere remediorum & morborum, perinde. n. est, ac si diceret, maximis morbis maxima remedia conuenire; quia ergo hic aliter sumit extremum quam in sequenti Aphor. ideo hic extremam euacuationem damnat, illic verò extrema remedia commendat.

Sic & euacuationes, quæ ad extremum deducunt, periculosa; Et rursus refectiones, cum extrema fuerint, periculosa.

Q Væ hætenus dicta sunt pertinent ad exemplum adductum de Athletis, id quod etiam Galenus in tertio Artis Medicinalis repetit: nunc verò sententiam Aphoristicam profert de quãtitate euacuationis; Sententia autem est, fugiendas esse extremas euacuationes, id est quæ maiores sunt quam conueniant ad naturalem statum recuperandum, illæ enim malæ sunt, vt quæ inducant alium vitiosum affectum: quicquid enim ultra mediocritatem accrescit, in omni re vitiosum est; Quapropter, damnandi sunt Medici plurimi qui in tertianis febribus, aut in alijs leuioribus malis, tantum sanguinis detrahunt, quantum postulant grauissimi affectus; vnde non mirum si corpora ita exhausta vix postea refici possunt: vt autem tales euacuationes quæ maiores sunt, quam exigat recuperatio naturalis status, malæ sunt, ita quæ in genere euacuationum sunt extremæ, etiam si bonæ sunt, vbi aliter non licet naturalem statum recuperare, tamen periculosa sunt: non enim sine periculo euacuamus sanguinem vsque ad animi defectum; nec tutò proponamus quæ violenter euacuant medicamenta: succumbit enim sæpè natura in magnis his euacuationibus; propterea tutius est infra subsistere, quam exquisitè euacuare, vbi vtendum est validis remedijs; in alijs verò nihil impedit quo minus prosequamur vsque ad extremum id quod euacuandum est; cur verò extremæ euacuationes sint malæ, & periculosa, probauit vno argumento sumpto ab Athletis, si enim extrema repletio, & euacuatione in illis sunt periculosa, qui videntur

tur habere robur inuictum, tanto magis id continget in alijs qui imbecilliore natura sunt præditi. Aliud autem nunc addit argumentum ad illud probandum, quod scilicet post huiusmodi euacuationes, nutritiones sint periculosa: nam malas constat esse euacuationes, quæ faciunt ut postea nutritiones malæ sint: malum enim est, quod malum adfert; malas autem fieri, & periculosas nutritiones post extremas euacuationes, probat Galenus quoniam post eas euacuationes natura est facta imbecillis, & ob id probè concoquere, & distribuere, & assimilare alimentum nequeat; id quod experientia docet; nam qui resurgunt ex longis morbis, exhausti & consumpti, tum à morbo, tum ex euacuationibus adhibitis Medico, si plufculum edant, relabuntur, & difficilè redire possunt ad naturalem suum statum; Verùm ut nutritiones quæcunque excedunt iustam mensuram in his corporibus, sunt malæ & periculosa, ita quæ extremæ sunt, etiam perniciosæ existunt: in alijs vero, qui extremas euacuationes non sunt experti, periculosæ solùm cenferi possunt.

APHORISMVS QVARTVS.

Victus tenuis atque exquisitus in morbis quidem longis semper, in acutis verò in quibus non conuenit, periculosus, & rursus, qui ad extremum deuenit tenuitatis grauis est: nam & repletiones, quæ ad extremum deueniunt graues sunt.



A Medicinæ parte quæ de victu agit, nihil vtilius tractari potest, nam alia materia Medica qua ad corporis salutem vitur, nec semper, nec omnibus necessaria est: siquidem exercitatio, & nonnulla alia, eorum sunt, qui bene valent: medica menta vero eorum sunt præsidia, qui præter naturam sunt affecti, nec ea quidem semper in usum veniunt; at nutrimento omne corpus perpetuo opus habet: eo enim sanitas seruat, naturæque robur augetur; quin etiam, morbi ipsi nutrimento sæpè tolluntur roboratis vitibus, quæ morbosas causas facillimè postea alterant, & extrudunt, vel quod illæ remedium, ex nutrimento inueniant, replendo, quod à corpore est consumptum: Quam ob rem antiqui Scriptores hanc medicinæ partem quæ nutriendi rationem cõplectitur, præ ceteris diligentius excoluerunt. Etenim Hippocrates libros tres de victu adhibendo in morbis acutis conscripsit, & in hoc opere multa quæ sanis, & ægris communia sunt tradidit. Politius vulgatum hominum nutritionem peculiari opere docuit Galenus, sanorum victum, in opere de tuenda valetudine est complexus: & sparsim alibi de eadem re agit, & quonam modo nutriendi sint qui morbis laborant in multis explicat; nullus præterea ferè est, qui de Medicina aliquid scripserit, qui hanc partem non attingerit, nimirum quod eam omnium vtilissimam in qua laborare oportet, iudicarent, ut enim nihil hominibus vilius est ad sanitatem tuendam, vel morbos profligandos comoda nutritione, sic nihil ea deterius si temerè adhibearur; An non videmus eos qui inutili, pro vtili nutrimento vitur, aut plus, vel minus edunt quàm oportet, improspeta sanitate frui? Quid quod scribit Hippocrates Euriancatis filiam statim periisse, eo quod in tempestiuè cenasset? Quid commemorem alia incommoda, quæ ex mala nutritione proueniunt, quæ omnibus notissima sunt, & ob id artem non paruam desiderant, quo

prosperè succedat nutritio. De quâ quidem re, est multi scripserunt, tamen postulat hoc institutum, ut nos quoque aliquid dicamus, idque eo magis, quod illi multa nobis in hac re reliquerint exegitanda: nam cum omnes singularia quædam tradant, à nobis sunt docenda communia, sine quibus illa sua, nec intelligi, nec constare possunt: nemo enim qua ratione nutriendi sint qui acuto morbo laborant, aut aliter afficiuntur, rectè cognoscet, nisi prius quid nutriendi ratio postulet, perspectum habuerit; ipsam præterea quæ illi docent, scripta sunt, & à nullo certo principio ducta, quod sequentibus lucem præbeat, cum tamen ars collectionem præceptorum, & continuam quandam explicationem à certis initijs, ad finem usque postulet: Porro cum omnes legerimus, qui de hac re tractant, aut nos inueniemus, quos & quot scopos habeat nutriendi ratio, & quibus instrumentis eos consequi possimus, nec quot genera nutrimenti, & differentie sint, quibusque corporibus singulæ conueniant. Omitto, quod multa, sine probatione aliqua ab illis tradantur, multa varia doceantur, & nonnulla etiam inter se discrepantia scripta reperiantur. Nos verò hoc loco non omnia prædicta docere instituiamus, id enim suo loco, ut propria relinquatur singulis Aphorismis explicatio postea fiet, sed ea duntaxat, quæ vel peculiariter sunt huic Aphorismo, vel reliquis omnibus in quibus de nutritione agitur, ita communia, & necessaria sunt, ut istis contentis, illa intelligi nequeunt. In hoc autem Aphorismo, & sequenti, videtur refellere quosdam, qui tenui victu in omnibus morbis utebantur, ut Galeni tempore Methodici, postea à notissimo quodam principio aufpicatur, ex quo probat quibus conueniat, & quibus non, quod magnis, & acutis competat, alijs autem minimè; cum autem morbus, uel suapte natura, uel tempore, uel ob accessiones magnus reddatur, docet quisnam victus morbis secundum hæc uariatis conueniat, Primò secundum propriam magnitudinem; deinde, secundum eam quàm tempore acciuntur; Postremò secundum eam, quàm ob accessionem sequuntur, quæ omnia diligentius explicabuntur, & postea facilius intelligentur.

Victus.

Quòd à Græcis διαίτημα, & διαίτη, dicitur à nostris victus, & ratio victus vocatur: usurpatur autem non eodem semper modo, victus nomen: nam totam aliquando cutandi rationem significat, veluti cum septimo Methodi scribit Galenus materiam medicam alibi esse ostensam, Methodum verò ipsam medendi, victum docere, id est congruum usum materiæ; cui loco similis est, qui habetur textu nono tertij Commentarij tertij Epidemio, ubi scribit: Dietam voco, non solùm eam quæ cibo, & potu constat, sed etiam quæ omnibus alijs, ut otio, exercitatione, balneo, venere, somno, vigilia, & cæteris, quæ quocunque modo in corporibus humanis fiunt; est autem latissima hæc victus nominis significatio: nam in libro ad Thrasibulum an ars tuèdæ valetudinis pertineat ad Medicum, scribit victum continere duntaxat eam materiam, quæ ad sanitatè tuendam facit; quod pariter ostendit initio libri de sectis, ubi victum à remedijs ita distinguit, ut ille sanis, hæc verò ægotantibus propria sint; quomodo etiam accipit libro primo acutorum textu sexto, ubi Dietam à Chirurgia, & Pharmacia distinguit, quod illa fiat per consuetam materiam, id est qua vitur sanitate tempore; sic Vulpianus de verborum significationibus capere videtur, cum ita scribit: Victus verbo

verbo continentur, quæ esui potui, cultuique corporis, quæque ad viuendum homini sunt necessaria; At textu 2. secundi libri de natura humana, diætæ vi-ctusque nomen, potus, & cibos solum comprehendere nonnunquam etiã vitæ munia scribit; Prorsus autem adhuc sumptum diætæ vocabulum solum comprehendit, quod nutrit, quomodo in Aphorismis sumendum, vt hoc loco: nam victus tenuis de solo nutrimento intelligi potest, nec prohibet hoc nomine aquæ potum comprehendere, cum iubet hoc, vel alio victu alendos esse ægrotantes; ex quo patet, non solum quot modis victus nomen vsurpari consueuerit à Galeno, sed etiam quod hoc nomine non materiam ipsam quàm adhibemus, sed viuendi rationem, quæ hac vel illa materia vtitur intelligimus, quod ex prædictis locis apparet, vbi scribit victum curatum esse ductum, & contextum qui per consuetam materiam efficitur, & eum constare cibo, & potu, & alibi integrati consideratione aeris, locorum, regionum, aquarum, ventorum, anni temporum ciborum, potionumque natura; quinetiam Galen. victum tenuem fieri per alimenta pauca, & parum nutrientia, in hoc scribit Aphorismo; non est igitur victus ipsum nutrimentum, vel alia materia, sed viuendi ratio, & consideratio nutritionis, quæ per comoda nutrimenta fit, quamquam non impedio, vt rudiores si velint, pro nutrimento ipso sumant etiam victum, vt Galen. etiam sicut apparet ex locis præcitatis, aliquando capere videtur.

Tenuis.

Victus nutriendique ratio, vt omnia alia Medici officia, certos quosdam habet scopos quibus continetur, ad quos intueri oportet, quibusque comparatis intelligimus nihil defuisse, quo minus eos de quibus agimus, probè nutriuerimus. Sunt autem in vniuersum nutritionis scopi octo, an nutriendum, quid, qua materia, id est, quo genere, quæue differentia nutrimenti, quali, quanta, quomodo, quo tempore, & quo ordine nutrimenta sint exhibenda: nam etsi nutritionem omnibus necessariam etiam vulgus nouit, tamen sæpè cõtingit, vt inuestigare debeamus; an corpus nutriendum sit, vel non, sicut in morbis, in quibus nunc inediã imperamus, nunc etiam nutrimentum exhibemus, sicut alia necessaria præsidia morbis profigandis, quibus suus locus dandus est, adeo, vt semper de nutritione non sit agendum, sed relinquatur quærendum, an alere debeamus, vel non, quo prospecto, etsi notum est, corpus ipsum esse quod nutritur, plurimum tamen refert intelligere, quid in corpore sit, quod maxime refici debeat: nunc enim spiritus, nunc humores ipsi, aliàs uerò partes solidæ, & inter has nunc sedes animalis facultatis, nunc uitalis, nunc naturalis, magis quàm aliæ restaurandæ sunt.

Porto, nutrimenti genera in uniuersum tria sunt: quum enim alimentum ad restaurandam substantiã familiarem quæ à nostro corpore dissoluitur cõtinuo comparatum sit, rationi consonum est, ut tot sint alimentum genera, quot genera eorum quæ restauratione egent. Sunt porto tria ex Galeno, quibus corporis moles constat, aerea, humida, & solida substantia, et si alibi humidam omittat, & solida substantia, et si alibi humidam omittat, & pro ea carnosam ponat, quam nos sub solida complectimur; quod si quidem in corpore aliquid acreum agnoscimus, quod spiritum uocamus, aliud humidum, & liquidum, quod humorem; aliud denique durum, quo genere partes omnis corporis continentur, etsi quædam alijs solidiores, durioresque reperiantur; quemadmodum etiam in-

Ater humores alij alijs crassiores natura existunt, omnes tamen eodem nomine donati sunt; uocatur autem spiritus, & uapor ut antea etiam annotauimus, quod restituit consumptos spiritus, ut cum animales spiritus uitali spiritu, & uapore nutriri dicimus, quod autem id quod ab humoribus dissolutum est, reseruit, potus nuncupatur; Materia uero quæ substantiã à solidioribus partibus dissolutam restituit, cibus dicitur; An uero solo cibo, uel potu, uel aerea substantia nutriri uiuereque possit animal, id antea quoque expendimus; Nunc uero quænam, & quot sint, & unde sumantur nutrimenti differentia, docendum est; Itaque cum alimentum, ut diximus comparatum sit ut corpora nutriat, merito sumentur differentia ab eo quod nutrit & nutritur, nutritionisque ratione: nam ab eo, quod nutrit sumentur huiusmodi differentia cum dicimus, nutrimenta quædam sumi ex animalibus, quædam ex plantis, illarumque partibus quædam ab alijs rebus; ab eo uero quod nutritur, ducuntur istæ differentia, quod scilicet aliquid sit solidum, acreum, humidum, aliud gracile, crassum, durum, molle, calidum, frigidum, humidum, siccum, temperatum, aut alio modo affectum corpus, illius enim differentias consideramus quando nutrire uolumus; præcipuæ uero sunt differentia quæ à nutriendi ratione & affectu, quæ præstant nutrimento sumuntur, vt cum dicimus nutrimenta quædam esse temperata, calida, frigida, humida, sicca, biliosa, pituitosa, melancholica, aquosa, terrestria, dura, mollia, alia facile, vel difficile, concoqui, corrupti, assimilari, trãfire, ac distribui per corpus, vel per alium descendere; Item cum dicimus quædam solida, alia turgida, alia pingua, vel alio modo affecta nutrimenta; item cum dicimus quædam uelociter, confertim parum, multum, benè, malè, corpus nutrire; cuius generis est ea differentia qua dicimus victum quendam esse tenuem, alium plenum, alium conseruantem & mediocre, ab eo enim quod fit à nutrimento differentia ista sumentur. at cum illud extenuare, incrassare, urinam mouere, alium subducere, vomitum ciete, somnum conciliare, aut uigilias excitare, vel aliquid simile præstare quod ad nutritionem non pertinet, medicamenti non alimentum differentias constituit: quo magis mirari licet Galenum in libris de alimentis plurimum in his differentijs occupari, quum profiteatur se sciuntim & separatim medicamentorum alimentorum uires tradere; itaque, cum tot sint nutriendi scopi, totque genera differentiaque nutrimenti, uidendum est ad quem scopum pertineat & quid doceat hic Aphorismus. Qua in re putat Galenum vt ex Commentarijs suis in sequentes Aphorismos patet, & omnes qui illum secuti sunt, hic agi de quantitate uictus; à quibus ego longè absum qui enim docet tenui victu, aut pleno, vel conseruante opus, is differentiam quandam uictus explicat, non autem quantitatem quod quidem ex hoc etiam patet, quod dicat Gal. in Comment. tenuem victum fieri per ptisanam; plenum, per oua, & carnem, & pisces; at qui dicit ptisana, carne, piscibus, & similibus opus esse, non quantitatem rei, sed genus materiae dicit, quæ vtendum sit ad victum tenuem, & crassum insituum, quo inuento, sequitur postea explicandum quantum sit de illis dandum; quod si quis dicat ptisanam & cetera quæ victum tenuem præstant, parum nutrire, quæ uerò conseruantem efficiunt, mediocriter, quæ uero crassum exhibent, plurimum alere, uere, uerum quidem dicet, non tamen propterea quantitatem uictus docet his nominibus; sed genus materiae, quæ parum, mediocriter, & multum nutrit, vt enim si quis dicat quosdam morbos leuiter purgantibus ut cassia, alios validè, ut scammonio egere, cet-

tum est eum docere differentiam materiae purgantis, non autem quantitatem, si quidem quantum de vno quoque postea exhibendum sit, explicandum relinquatur; quo loco quantitatem purgantium medicamentorum docemur, sic profecto cum statuerimus eos qui acuto morbo laborant, tenui victu opus habere, id autem fieri si velis ptisana vti, differentiam quandam in victu ponimus, obiterque indicamus materiam quae ad illam efficiendam sit idonea, de qua postea illud inuestigandum, quantum sit exhibendum. quod si quis Galeni auctoritatem in hac re requirat, locus est perspicuus in lib. 2. de victu acutorum, ubi de victu conueniente in morbis acutis, ut eo qui sit ptisana cremore, scribit de genere victus agi, non autem de quantitate, ut quae cognito genere, iam perspicua sit; sic passim in eo opere cum mentio incidit de ea materia de qua hic agit Hippocrates, & ipse in Comment. genus siue speciem aut differentiam victus explicari tradit, non autem quantitatem, ut decimo sexto, & decimo nono Aphorismo huius scribit; Docet igitur Hippocrates, cum de tenui victu agit, & Galenus cum plenum & conseruantem addit, speciem siue differentiam quandam victus, non autem quantitatem. Sed haec postea melius adhuc patebunt.

Victus tenuis.

Vnde nomen victus tenuis derivatum sit, & quid eo nomine intelligere debeant Medici, nunc explicare opera pretium est, quod eo modisimè fiet, si prius congeneres quaedam voces explicauerimus: sunt enim apud Medicos usitata haec nomina, tenuis, extenuans, & tenuium partium; quae dictiones quomodo inter se differant, & unde origo appellationis, non est facile docere. Est autem proprie illud extenuans, quod potest tenue reddere quod huiusmodi non est; sic sane extenuantia dicuntur medicamenta quae crassos humores tenues efficiunt. Definit autem Galenus in lib. 1. Simplicium illud esse tenue, quod in partes tenues facile dissoluitur: unde friabilia & fragilia tenuia esse dicit; quae uero dura & viscosa sunt, crassa esse, eo quod promptè comminui nequeant; verum non videtur mihi necessarium illud tenuium esse partium, quod tenue est: nam vocamus tenuia corpora quae gracilia sunt, paucamque substantiam & molem continent, tunc quae liquida sunt, siue facile, siue difficile comminuantur, & crassa corpora vocamus & crassum hominem, alia ratione quam quod inepta sint ut in minimas partes promptè diuidantur; quod scilicet multum substantiae habeant. est ergo aliud tenue quam tenuium partium, & crassum quam quod est crassarum partium; quare quid tenue crassumque sit, alia ratione quaendum; videntur autem omnia tenuia vocari quae facile, crassa vero quae difficile ea penetrare possunt ad quae talia dicuntur esse. Sic Gal. lib. 1. de Simplicibus Boream dicebat esse tenuem, quod facile per corpora penetrat, eodem pacto lib. 4. eiusdem operis acida dicebat esse tenuia, & cum scribit nihil summè frigidum esse tenue, sumit certe tenue pro penetrante, adeo ut communis haec ratio videatur esse eorum omnium quae tenuia dicuntur, quod expeditè penetrare valeant, at in rebus illud facile penetrat quod gracile est, exiguumque habet molem, & quod tenuium est partium & quod liquidum; quare merito ista omnia tenuia dicuntur & illorum contraria, crassa, eo quod difficile penetrant, sic enim illa quae magna mole constant, crassa vocamus, ut hominem crassum, lignum crassum, & quae crassarum sunt partium, ut

A medicamenta quae in corpore facile non comminuantur, eo quod penetrare nequeant, & humores spissos & pituitam concretam, & humorem melancholicum exsiccatum, & ob id inspissatum, & reliqua omnia quacumque ratione spissa reddita, incrassata & crassa vocamus: non ergo omne tenue tenuium est partium, etsi contra sit, ut quod tenuium partium est, illud quoque tenue existat. Iis hoc modo positis, videndum qua ratione victus dicatur extenuans, tenuis, (nam tenuium partium victus ut medicamentum non perinde dici solet) ex his autem quae Galenus de victu extenuante scribit, constat eo illud dictum esse, quod humores in corpore crassos extenuet ob medicamentosam facultatem quam coniunctam habet ea materia, qua utimur ad huiusmodi victum instituentium, tenuis vero etiam ab effectu, non quod per res tenues fiat atque humores extenuet, sed quod vires corpusque attenuet, gracileque reddat, videtur mihi dictum esse, id quod melius patebit, posteaquam docuerimus quid hoc nomine Medici intelligant.

B Sunt porro tria nomina quibus utitur Galenus in hoc Comment. *λεπτή, σίμμετρος, ἀδρὴ τροφή*, quae nostri interpretes vertunt tenuis, moderatus, & plenum uictus, sed commodius *ἀδρὴ* crassum interpretamur, si modo hic tenui opponitur; illi Cicerio copiosum opponit tertio lib. quaestionum Tusculanarum, his uerbis: Negat ullam in sapiente vim esse fortunae; tenuem uictum antefert copioso; non tamen impedio si quis & plenum dicat; Ceterum, tenuem esse uictum statuunt qui per ptisanam suam cum sit, tenuissimum uero qui per nullam, extremae autem tenuissimum qui per inediaem usque ad morbi iudicationem instituitur, & sic crassum uocant, & mediocrem, qui per carnem, & ota, atque pisces peragitur; qui profecto damnandi sunt; Primum, quod Gal. scribat 5. lib. de fracturis: 9. textu, Hippocratem in tenuissimo uictu uti consueuisse multa austeria, & ipsa multa, id autem quo in tenuissimo uictu utimur, ipse non est uictus tenuissimus, sic nec id quo in tenui uictu utimur, tenuis uictus est, quod si ille in Comment. huius Aphorismi illis uideretur errandi occasione de disse, cum tenuem uictum per pauca & parum nutritia alimenta qualis est ptisanae succus, tenuissimum uero per inediaem uel mellicatam fieri scribit, animaduertere debebant auctorem eo loco non definire quid sit huiusmodi uictus, sed potius docere ueluti exempla quaedam materiae aptae ad eum uictum instituentium; Praeterea si ex materia peculiari has differentias uictus definiamus, fiet utique ut quibusdam conseruantem, aut crassum uictum instituumus, quibus tenuem iniungere putabimus, & e contra: nam cum uariae sint corporum naturae, nec aquae uisum robur, accidet ut quidam tenuem uictum ex ptisanae succo sentiant, alij uero conseruantem: etenim pueris & athletis qui ualido sunt calido, ptisanae succus non est sufficiens alimentum ad uires conseruandas: senibus autem & alijs qui imbecillo sunt calore praediti, non solum uires non minuet, sed & conseruabit & augebit; pisces item ijs plenus erit uictus, illis autem tenuis; ad haec si tenuis uictus esset ptisanae succus, sequeretur nos non posse tenuem uictum adhibere ubi ptisana careremus, quinetiam multi sunt morbi qui tenui uictu opus habent, quibus ptisana nocet, quales sunt morbi frigidi & pituitosi; adde quod Gale. in lib. quem scripsit contra Erasistratum, refert tribus modis tenuem uictum institui posse, uno exhibendo tenues, paucosue cibos, aut nihil nutrientes; secundo nihil dando; tertio uomendo post ingestum cibum; quare constat non ex particulari materia, sed ex uiribus differentias has uictus definiri oportere: quemad-

E modum

modum Gal. facit in commentario, qui tenuem dicit esse, qui vires minuit, mediocrem qui vires conseruat, crassum uero qui easdem auget, ab affectu enim quem præstant hæc differentiæ tanquam ab eo quod possit esse certa regula Medicis definiuntur, in quibus postea propria singulis differentijs materia querenda est, quæ scilicet possit cuiusque vires conseruare, debilitare, aut augere, ab alia enim materia vires athleta, ab alia pueri, aut senis minuuntur, augetur, & conseruabuntur; Verum cum tenuem, crassum, mediocre, conseruans ut & alia omnia quæ in Medicina dicuntur ad aliquid referantur, simpliciter tenuis, aut conseruans, vel plenus victus ille dicitur, qui temperati hominis vires aptus est minuire, tueri, aut augere; in alijs uerò addere oportebit illud, ad quod huiusmodi victus refertur: nam unicuique suus erit victus tenuis, ut unicuique suæ vires: nam & plenus quidam simpliciter, qui temperati hominis vires augere aptus est, alijs non simpliciter qui & duplex, scilicet, vel qui intemperati hominis vires auget, vel eius qui per morbos succumbit dicens esse, nunc uero aliqua subiicienda sunt quæ pertinent ad explicationem definitionis victus tenuis, atque illud in primis quomodo intelligendū sit vires debilitari victu, deinde cur Medicus victum instituere debeat, qui viribus oblit, quas omni ratione videtur tueri debere; postremo quenam materia assumenda sit ad huiusmodi victum instituendum; hæc enim hoc loco explicanda videntur, reliqua uerò quæ ad hanc rem pertinent, paulo postea melius intelliguntur, igitur vires debilitari victu ita intelligendum est, ut non spectemus id, quod post cibationem vniam fit: nam sic omnis victus plenus diceretur, si quidem ex quocunque alimento post illius assumptionem & coctionem vires validiores seipsis redduntur, sed quid fiat toto eo tempore, quo quis tali uictu perspicendum est, ad quod respicientes inuenimus in dies hominem reddi seipso infirmiorum; ac cum in morbis vires contingat minui tum ratione ipsius morbi, tum uero ipsius uictus, expendendum est quid à morbo fiat, ne uictui tribuamus, quod ad morbum pertinet; id autem intelligemus à victu mouenire, si unicuique ea alimenta dederimus quæ apta nataque sunt illius vires debilitare, eo quod eas conseruare nequeant. Ceterum Medicum ea quæ secundum naturam sunt tueri augereque debere uerum est, sed quantum licet, nam cum uictu tenuem instituit non id facit, quod illius consilium sit eas debilitare, sed ea quæ sunt præter naturam uincere, quod cum fieri nequeat nisi una cum morbo causis simul vires debilitentur, ideo huiusmodi uictu utimur, ne omnino occupentur vires in eo alimento uincendo, à quo cõseruari uel augeti possunt; interim enim est deest corpori aptum ad uirtu conseruationem nutrimentu, pugna continua actisq; sit aduersus id quod morbosum est, atque ita vires ipse debilitantur non satis refectæ, sed interim quod morbosum est abigitur, & perit Quid uero possit ad uictum tenuem instituendum assumi, nunc explicandum est: nam si illius ratio est & finis uirium *κατ' ἀριστον*, id est diminutio (sic enim interpretandum) non ablatio, ut alij uerterunt, licebit forte id duobus modis facere, vel pauca ex quacumque materia, aut parum nutrimenta dādo; quod Galenus etiam in Commentario tradit si cui enim dederis continuo ptisanæ succum, uidebis profecto illum indies debiliorem fieri, quod scilicet huiusmodi cibus aptus non sit omnem substantiā nostri corporis restaurare; siquidem si hoc diuque partes in ea non inueniunt proprium alimentum; Eodem pacto, si ouum vnum, aut ex carne suilla, aut alijs cibus quæ suapte natura idonea sūt

A non solum conseruare, sed etiam augere vires, minimam portionem alicui dederis, continget vires minui, nimirum, quod in tam parua mole tantum alimenti non sit, quantum est necessarium ad id rependendum, quod est dissolutum à corpore; Igitur, cum utroque modo vires minui accidat, præsertim Galeno eo loco suffragante, licebit ne uictum tenuem instituere tum per ea quæ suapte natura, tum uerò per illa quæ minima mole non satis nutriunt? quod si id concedimus, nil refert ijs qui morbo acuto tepentur dare pro ptisana oua, orizam, carnem, & alia optima alimenta quorum per sanitatem usus est, si modo solita minuitur copia quo quid potest esse absurdus? Quare præstat non utroque modo existimare uictum tenuem fieri debere, sed per ea dumtaxat quæ suapte natura nequeunt tantum alere, quantum vires postulant; quomodo uocat Celsus uictum tenuem qui ex infirma materia fit: nam quod quantitate id facit, purum omnino est nutrimentum, alioqui tantam vim non haberet; eo autem non debemus in morbis uti, nisi ubi vires labuntur: nam ut in eo casu querendum est, quod solum nutriet, sic ubi grauis uiget affectus, nihil dandum, quod nequeat aliquo modo aduersus illum pugnare. Est præterea alia ratio cur illa non competant in morbis, ubi necessarius est tenuis uictus, quod scilicet omnia quæ plurimum nutriunt, crassa & uiscida sint. ut Galenus testatur septimo Methodi, quæ cum difficilè coquuntur, & ferè semper morborum causas augeant, nequaquam in eo statu conuenire possunt, atq; hæc quidem de uictu tenui hoc loco sufficiant.

Atque exquisitus.

Nihil habet Galenus in Commentario, quod ad explicationem huius dictionis faciat, omnia enim ad tenuem uictum refert, exquisiti nulla mentione facta; Recentiores autem uidentur nullam differentiam ponere inter tenuem & exquisitum uictum, tanquam unius nomen alterum declaret, à quorum opinione ego longe absum. Primum, quod non solet Hippocrates præsertim in Aphorismis hæc uerborum copia uti; deinde illorum opposita inter se differunt ut ex 1. lib. de fracturis quæ dragesimo quinto textu patet, etenim exquisitus uictus uulgari, quo scilicet uulgus sine discrimine utitur, quod ab Ionibus *κατὰ φύσιν* ab alijs uero *κατὰ νόσον* uocatur opponitur; tenuis autem crasso, siue pleno, siue solido, qui à Galeno *κατὰ νόσον* dicitur repugnat; quorum autem opposita inter se differunt, illa quoque inter se diuersa sunt. Præterea si Galeno credimus, tenuis uictus quantitatis, exquisitus autem generis nomen est, ut in 13. Methodi licet uideat, ubi scribit: Si glandula laborant non refert siue halicam, siue ptisanam, aut malum, aut aliquid tale exhibeas. At si phlegmone infestatur iecur, exquisitissimo uictu est opus, exquisitam adhæc curationem siue accuratam dicit læpius Galenus, tenuem autem quæ dicitur quod si exquisitus uictus uulgari opponitur, erit is profecto qui ex idonea materia commodè preparata, & adhibita omni diligentia instituitur; siquidem uulgus sine discrimine utiqueque preparato nutrimento utitur, ut quod quid conueniat singulis, nesciat; quod si quis auctoritatem Gal. in hac re querat, & similem definitionem, est locus apud eum lib. septimo Methodi ubi uictum uocat exquisitum, qui crispuliosior est, & exactissimus, in quo errare tutum non est; Est ergo ut in summa dicam exquisitus uictus exactus, is autem qui summa cura & consideratione ex electis rebus instituitur.

In Morbis.

CVM de victu hic agatur, cur est quod morbos considerat Hippocrates: nam si ea quæ præter naturam sunt, postulant contraria, victus autem nullam habet vim mutandi quod nos molestat, sed duntaxat conseruandi quod secundum naturam est, siquidem nutrimentum simile est corpori, quod ex eo nutritur, videbitur forsan hic author temerè de morbis mentionem facere, utpote qui à victu nec minuatur, nec tollantur: erat enim de remedijs dicendum, à quibus scilicet propulsantur, quippè cum id sit corpori laboranti remedium, quod est sano victus; qua in re illud sciendum est, inter illa quæ faciunt ad scopos assequendos in omni re, quædam id facere ut indicantia, siue postulantia id, de quo agimus; alià vero ut cōtraindicantia, siue repugnantia, quæ scilicet impediunt primo & per se fieri quod ab indicantibus exigitur; quæ vero secundo loco siue per accidens postulant aliquid, illa coindicantia; quæ vero eodem modo repugnant, correpuantia vocari solent, quæ autem permittunt fieri quæ requirunt indicantia, nec coindicantia sunt, illa permittentia, siue admittentia vocari possunt; de quibus omnibus alibi & in superioribus Aphorismis diligenter pertractauimus, ostendimusque illorum vim, & usum, quantumque referat hæc quæ inter se natura differunt, nominibus quoque distinguere; cum alioqui ignoretur quid aliquid postulet, aut nō quid item per se, quid vero per accidens aliquid faciat. Itaque Hippocrates merito morbos considerat in victu instituendo, non quod illi victum postulent & indicent, sed quod contraindicent, impediuntque nutrir corpus, ut antea solebat cum valeret; verum quoniam indicantia, & natura, & ordine, & usu, reliqua omnia præcedunt: ideo de indicantibus victum primo à nobis agendum est: nam ut hæc eum postulant; & primo intueri oportet, tamquam illa ex quorum natura vniuersos nutriendi scopos percipimus, sic profecto non licet intelligere quonam pacto morbi nutriendi formam mutant, nisi illud prius intellectum sit: non enim morbi alimento repugnant, id quod facit remedium, sed ei quod ipsum exigit: nam quoniam illi obest morbus impedit quoque consuetum per sanitatem victum. Porro quid indicet victum difficile admodum esse duco inuenire; cum enim nutrimentum requiramus ut restauretur quod à nostro corpore continua actione natui caloris dissoluitur, tū vt vires corporis reparentur, quæ pereunt alimenti inopia, fouentur autem & augentur commodo eius usu, dubium in hac re oritur, vtrum vires ipsæ, an id quod à corpore dissipatur nutriendi ratione præscribat, quandoquidem, vnum, & non plura esse oportet, quod vnum indicet, quæ res videtur etiam Galeno difficultatem peperisse, cum nunc vnum, nunc alterum ex ijs id facere asserat; Etenim vndecimo Methodi cap. 3. & 15. Aphorismo huius libri, & passim alibi in Commentarijs Aphorismorum, quantitatem nutrimenti à quantitate eius quod à nostro corpore digeritur indicari commemorat; quod si ita est, nutrimentum ipsum aliosque scopos indicabit, si modo id quod genus indicat, & differentiam quoque, & quod hanc genus pariter indicare debet, vt principia quæ in hac re posuit in lib. de optima secta, & in Methodo medendi, postulant. At in eodem lib. cap. 14. solam virtutem nutrimentum indicare statuit, id quod etiam facit in lib. de victu acutorum & septimo Methodi, vbi iubet tantum cibum esse exhibendum vt ventriculi vires non grauet passimque in his Aphorismis idem repetit, vbi solius virtutis gratia nos alimentum exigere statuit; verum cum vndeci-

Amo Methodi dixisset etiam victus quantitatis modum ex virum substantia sumi, subiungit ipsius qualitate ex temperamento corporis & etiam ex affectus qualitate, eiusdem vero materiam ex consuetudine indicari; quæ omnia nec à suis principijs ducuntur, nec inter se coherent: nam si vnum duntaxat potest indicare vnum, & quod scopum vnum indicat, reliquos quoque præscribere debet, assumptis suis differentijs: etat profecto aliqua ratione probandum ab eo, nequaquam legumlatorum more statuendum, quid tandem illud sit, quod in hac re statui possit indicare, quo inuenio, ad illud perpetuo respiciendum erat; nequaquam vero nunc ab vno, nunc ab alio contemptis suis principijs nutriendi scopos sumere: nam principijs contemptis, aut non stabilitis, omnia incerta reddi, & confundi necesse est. Quod si ob rei difficultatem hæc omisit, vt in tanta varietate est credibile, est quod illi ignoscamus, vt qui permulta rectè inuenit, tradideritque, omnia tamen excogitare nequiuertit; Ac quam difficile sit inuenire quod victum indicet, ex hoc constat, quod cum vel vires, aut id quod est dissipatum poni omnino debeat, vt quæ sola postulent reparationem ex nutrimento, angustia non parua occurrunt in vtroque: nam si id quod dissipatum est, statuamus indicare nutritionem, illud in primis occurrit dubium, quod in omnibus scopis non respondeat illius ratio: cum enim nunquam habeat locum id quod indicantur nisi ad sit quod illud indicat, quod in alijs omnibus verum apparet, (nunquam enim remedia que morbo conueniunt adhibemus, nisi ille ad sit, & æqualia morbi magnitudini remedia facimus, ablatoque morbo ab illius remedijs recedimus,) si id quod dissoluitur à corpore, vel potius id quod diminutum est ob dissipationem propriæ substantiæ, nutrimentum indicaret, ostenderet quoque idem illius quantitatem, ex quo fieret, vt nihil vnquam plus reponi deberet, quam dissolutum sit, id quod non accidit: plus enim nonnunquam quàm sit deperditum, reponimus, vt in ijs sit corporibus, quæ adhuc augentur: in alijs vero quæ iam declinant, minus additur quam sit dissipatum, quo fit, ut nequeat huiusmodi dissoluta substantia indicare nutriendi rationem, quoniam in hoc scopo deficit, qui ad quantitatem spectat. Præterea, cum morbi nutritionem impediunt, eo quod indicantes lardant, prohibeantque fungi suo munere ut solebant per sanitatem, constat profecto, non eam esse dissipationem que victum possit indicare: nihil enim multi morbi eam impediunt, sed potius augent, atque ita alimenti copiam intenderent, aucto indicante. Ad hæc incerta redditur Medicis ratio nutriendi: cum enim excessus rerum certa mensura comprehendi nequeant, plus sæpè, aut minus nutrire corpora, quam expediat, propterea scilicet, quod in certa mensura nequit statui copia eius quod est dissolutum. Adde, quod amplius præfens non sit in corpore, quod est ab eo resolutum, quare nihil faciendum esse indicare potest: nam ab eo quod non amplius est, nullam sumi indicationem docet ille in quarto Methodi. Postremo, si illud indicare ponendum est, quod primo & per se aliquid postulat, quō morbum, curationem, & illius causam præseruationem, indicare dicimus, quod illis solis, nec alijs post illa debeatur curatio, & præseruatio non poterit profecto id quod est dissipatum & exhaustum, nutritionem indicare; nam etsi illud nutrimento reponitur, non tamen illius causa primo nutritionem requirimus, sed ut uita custodiatur; quod si facultates nostri corporis uitaque ipsa incolumes seruari possent absque restauratione illius substantiæ quæ effluxit, nemo profecto edere, aut bibere cuperet, sed quo

niam vires seruari nequeunt, nisi repleatur quod est inanitum, ideo contingit vna cum vitib. refici quod dissolutum est; sed (vt diximus) nec primo, nec per se illud postulat nutrimentum, sed vitium causa: neque enim natura tot instrumenta ad nutritionem fabricasset, vt dissolutam eam substantiam restitueret, quandoquidem ob animæ facultates corporis partes, adeoque ipsum vniuersum corpus constituit, nec ipsi bonam temporis partē in alendo corpore consumere mus, quā in longē dignioribus officijs consumere vtilius esset: neque etiā alia omnia, quæ in vita obimus, tanto studio efficere conatēmur ob nutritionē, vt facimus; nam somnum, & vigiliam conciliauit natura animantibus, & mouendi vim ad exercitatio nem nobis indidit, vt prosperē succedat nutritio, nō eo consilio, vt in sola reparatione corporis sibi debeat hæc actio; sed vt facultates nostrum corpus regentes, quæ vel vita sunt, aut certē illarum beneficio viuimus, diutissimē quantum patitur viuentium conditio, integræ, & validæ persistant; Quapropter cum viribus reparatis cesset nutritio, nec in aliud referri possit, non immeritō illæ statuendæ videntur nutritionem indicare.

Verūm, & in hoc dubitationes, & angustia non parua nascuntur: nam cum illud quod actionem aliquam, vel aliquem alium scopum indicare ponitur, debeat & alios indicare, dubium est quomodo qualitatem, genus, & ordinem nutritionis vires ostendere possint: cum præsertim qualitas indicantis, qualitate & substantiam, & ordo, ordinem indicare deat, vt postulant principia indicationum, quomodo quæso hos scopos poterunt vires indicare? dicentur ne vires calidæ, frigidæ, humidæ, siccæ, molles, duræ, quæ nutritio qualitates has indicent? Præterea, cum triplex sit genus nutrimenti, necessarium, solidum, humidum, & acreum, quæ quæso ratione illud poterit indicari à viribus? quis enim dicet triplicem esse in illis substantiam, solidam, humidam, & acream, quæ huiusmodi genera nutrimenti præscribant: quādoquidem necesse est corpus esse quod solidum sit, vel humidum, vel acreum, quod facultatibus competere nequit; Positemò, cum facultates, siue vires in corpore multæ sint, & diuersi generis, scilicet naturales, vitales, & animales, iniquum videtur esse, nisi omnes ponantur nutrimentum indicare vtq; restau rationem, conseruationemque suam postulent; quod si ponitur, repugnamus principijs: vnum enim debet vnum indicare. Quapropter, cum nutritio actio vna sit, vnumq; opus, vnam oportebit esse facultatē, quæ illius indicatrix sit; quod si vna solidum cibum, alia humidum, alia acreum indicare possit; nil fortē absurdum esset: at cum omnes postulent ad sui tutelā triplicem eam substantiam, in singulas non est diuidendum, nec vni dandum, quod vniuersis est commune. Erunt & alia, quibus ostendemus paulo inferius ab vna facultate, nutritionis vniuersā rōnem indicari; at si hoc cōceditur, nō facile erit docere, quæ nam illa sit, an vitalis, vt hætenus creditū est, an naturalis, vel animalis: sed, n. quacumq; posita, illud relinquitur dubiū, quomodo ordo nutritionis indicari possit: nam vbi vnū est, nec plura, nullus ordo reperitur, qui si in indicantib. non datur, nec in ipsis indicatis constitui pot. Hæc quidem sunt difficultates quæ emergunt, si vires ponamus nutritionē indicare. Quibus in relictis, necio quid in corpore reperiri possit, quod id commodius efficiat, illa, n. sunt quarū gratia (vt diximus) nutrimur, illæ quoq; sunt, quæ quantitatem nutrimenti præscribunt, siquidē nec plus, nec minus alimenti ingerimus q̄ vires cōficere possint, & si interim plus addatur q̄ sit dissolutū in corpore, id quod quō fieri possit postea docebimus. Itaq; si quantitatē

A nutrimenti indicat virū quantitas, indicabunt profectō illæ & alios oēs scopos: vt. n. si quid sine differentia sumptū aliquid indicat, idē illius indicabit differentias, cum suas acceperit; ita si alicuius differentie indicat alicuius differentias, illud sine differentia sumptū alterū, sine differentia indicabit; vires ergo sunt q̄ nutritionē, illiusq; vniuersos scopos indicat, ad quas perpetuū, & primo nos respicere oportebit, dū vel sanos, aut egros, aut alio quocunq; modo affectos alere voluimus: quas aut vires intelligere oporteat, nūc explicare oportet: nā reliqua q̄ superius adduximus dubia, faciliē postea diluētur; igitur eū inter vires quædā naturalis, alia vitalis, alia animalis, à Medicis statuatur, Gal. nunc oēs ponere videtur nutritionē indicare, ut eū uirium gratia nō requiri scribit, nūc unam, cum ait vis ipsa egrotantis est, quæ cogit nos nutrire; exprimit aut illam quam esse uelit indicatricē huius operis, in lib. de uictu acutorū, & passim alibi, ubi scribit uitalē esse facultatē, uerūm nec oēs, nec uitalis pot nutritionem indicare: nā (ut antea diximus) cū nutritio actio una sit, necesse est ut ab uno indicetur, non aut à pluribus facultatibus; deinde, si nutritionem oēs indicarent, omnes quoq; scopos indicare dērent: at quantitas nutrimenti à quantitate omnium facultatū indicari non pot: sunt. n. plurimi qui animales facultates imbecillas hnt, quos tamen plurimum alimus, si plurimus in illis est calor, qui copiosum alimentū conficere ualeat; nō ergo oēs facultates simul præscribunt nutritionē; quod uero nec uitalis sit, ex hoc patet, qd̄ illa nil negocij habeat cum nutritione, neque. n. nel illud attrahit, aut retinet, aut cōcoquit, uel expellit quod post nutritionē relinquitur: quare in hoc opus ab ea potētia non procedat, ab ea indicari non poterit; deinde urget idem argū hanc facultatem, quo aduersus oēs uili sumus: neque. n. quantitas alimonie ab illius robore, aut imbecillitate præscribitur, quippē, cum pueros uberius nutrimus quā in uenes, quibus tamen Galeno etiam authore imbecillior est hæc facultas, ut pulsus, & reliquæ cordis functiones ostendunt. Quod si quis huius potētia gratia nutritionē requiri putaret, ut Gal. præcitatū locis sentire vī, hēret fortē quo hæc opinio non tueretur, uerūm cū uita ex ea facultate sola non pendat, sed ex omnium unione, & actione, propterea non est ad solā uitalē referendum, quod uniuersis tandē cōe existit. Sed ne longius in hac re abeamus, puto solam naturalem facultatem eā esse, quæ nutritionis indicatrix statuenda sit, quod & Galen. aliquā placuisse uideo: nam 7. Methodi, cap. 6. scribit, id qd̄ alimentū conficit, idē alimenti mensurā indicare, idq; merito: cum. n. illius officium sit, & non alterius facultatis, nutrimentū alterare, retinere, concoquere, & adiungere corpori qd̄ illi utile est, & expellere qd̄ post nutritionē inutile relinquitur, cogit hæc rō, vt illā huius operis authorē constituamus; deinde, et si corpus nutrimus, ut facultates oēs foueamus, tueamurq; primò tm̄ naturalis uirtutis gratia, ut potē, quæ aliarū est fundamentum, materiamq; conficit, quæ reliquæ reparatur, id facimus quapropter si illa indicatā ponēda sunt, quæ primò & pte aliquid postulat, à naturali facultate recedendū non erit, dū indicantia nutritionē q̄rimus, idē ex hoc probare licet, quod tm̄ semper exhibeamus, quantum concoqui pot, illudq; calidum, aut frigidum, uel alta qualitate præditum, prout melius concoquitur: denique cum tota ea facultas post generationem, & incrementum: atque interim etiam cum hæc sunt circa nutritionem uersetur, atque pro illius conditione nutrimentum in situamus, quomodocunq; aliæ facultates sint affectæ, merito eam solam indicatricem nutritionis ponendam esse arbitramur.

At, cum naturales facultates quattuor sint, attracti-

ctiæ,

terix, retentrix, concoctrix, & expultrix, sola concoctrix cui reliquæ famulantur, victum indicare debet: eam enim spectans scribebat Hippocrates in Aphorifinis fequentibus, pueros plurimo alimento indigere, quod in illis maximè vigeat ob calidi nativi copiam vis concoctrix; sic etiam (vt diximus) Galen. feptimo Meth. cap. 6. feribit, id quod alimentum cõficat, illud defiderare indicareque debere. Ad hanc igitur facultatem refpicientes, tanquam ad id quod indicat, nutritionem inftituimus. Verùm, fi ita eft, cur in agris vitalem maximè fpectamus, putamusq; tunc nutritione eße opus, cum illa labitur, cum verò valida perfiftit, quomodo eumque affecta fit naturalis, parcius agrotantes alimus? an id tunc facimus, quod per morbos præcipuum confilium eßt fanitatè reftituere adhibitis remedijs contra illa, quæ in feßta; nutrire autem tantum oportet in multis morbis, ne vires labantur; itaque, cum vitalis facultas certiora præbeat indicia, quàm reliquæ periculofæ imbecillitatis, ideo illam confulimus, ex qua cognofcimus, quatenus liceat uti remedijs, & naturam occupare in vincendis morbofis affectibus citra nutritionem, & vitæ difcrimen; quin & illud dubium facere videtur, quòd morbofæ caufæ & humorum defectus, & corruptio, nutrimento reftaurantur quod videtur fieri nõ poffe, fi ea quæ funt præter naturam, repugnant ijs, quæ ab illis indicantur quæ fecundum naturam funt; & fi unum ab vno, non autem à pluribus indicari potest; Sunt hæc principia vera, nec quæ præter naturam funt, vnquam nutrimentum quatenus nutrimentum eßt, indicant, fed contingit ut in eo quod nutrimentum eßt, reperiatur quoque, quòd morbofis affectibus mederi poffit; per accidens ergò nutrimentum ab illis indicatur, per fe autem ab eo quod fecundum naturam eßt, atque à fola coctrice potentia; quæ quoniam modo ut nutritionem & nutrimentum, fic genera illius, & reliquos scopos indicare poffit, nunc docere aggrediamur; id autem ficilè intelligemus, fi in memoriam reuocauerimus quæ Galenus in Methodo medendi, & paffim alibi docet, virium fcilicet fubftantiam confiftere ex eo quod folidum, humidum, & aerium eßt in fingulis partibus: nam fine ijs, illæ nec conferuari, nec augeri, nec confiftere poffunt; quod fi ita eßt, genera nutrimenti, differentias, & reliquos scopos ad has fubftantias refpicientes inftituimus, nulla re aduerfus principia pugnantia. Quoniam enim triplex ea fubftantia eßt, ex qua vires conftant, triplex indicatur neceffarium nutrimentum, folidum fcilicet, humidum, & aerium. Indicant vero tres illæ fubftantia, quibus noßtra moles conftat, triplex nutrimentum, non ea ratione qua diffipantur, fed quòd vires ex illis conftant, adeo vt virium ratione fuam præbeant indicationem, vt autem illa triplex fubftantia triplex nutrimentum indicat, fic differentia quæ in illis reperiuntur, differentias alimenti indicant: nam quòd folidum eßt, durum, calidum, ficilè, vel difficilè diffoluitur, vel alia ratio ne eßt affectum; huiusmodi indicat nutrimentum, cuiusmodi eßt, quòd in eo confideramus: nec mirum fi nunc folidorum alimoniam, nunc potum, nunc aeriam fubftantiam magis expetimus: id enim fit, quoniam vires nunc vnus, nunc alterius defectu afficiuntur. Sed hæc fuis locis commodius explicabuntur: fatis enim nunc fic principia poffiffe à quibus reliqua duci debent.

Ceterum cum fola concoctrix vis nutriendi rationem præferibat, cur eßt quòd Hippocrates non folùm à vitibus, fed etiam à regione, anni tempore, aeris conditione, aetatibus, confuetudine, temperamento, nativo calore, morbi temporibus, morbiq; differentijs, & alijs huiusmodi indicationem quandam ad eandem

rem fumi feribit? id autem facit, non quòd illa indicent, fed quòd nonnulla coincident, alia contraindicent, alia vero correpuent; ac de alijs quidem fuo loco agemus, nunc vero de ijs quæ contraindicat per tractandum eßt, quoniam de his agit præfens Aphorifmus; qua in re, illud in primis expendendum, quoniam funt quæ poffunt impedire ne fiat nutritio, vt vires poßtulant, præfertim, quòd in hac re exiftimem Galenum, nec illa iufto numero comprehendiffe, nec Hippocratis fententiam in his Aphorifinis affecutum: nam in oßtauo Methodi medendi, & Aphorifmo vn decimo, & duodecimo huius feribit, à duobus fumi in agris indicationes, (hoc nomine contraindicantia comprehendens) ad vniuerfam victus rationem inftituendam, à diftantia inquam ftatus morbi, & viribus agroti; in modo vero nutritionis addit tertium, quòd ex acceffionum confideratione nafcitur, & rectè quidem hæc dicta funt confideranda eße, quòd pro iftorum trium differentia nutriendi scopos variare neceffe eßt; fed aliud addit Hippocrates, quòd neceffario quoque præter illa confiderandum eßt; Addit. n. morbi differentiam quandam fpectandam eße, in qua morbos inter fe diftinguimus, magnitudine, & paruitate; de qua re agit in his primis Aphorifmis, vbi victum alium conuenire acutis morbis, aliud longis, aliud extremis & maximis, aliud vero minimis docet: nam (vt antea oftendimus) acutus eßt morbus, non folùm qui cito ad ftatum properat, fed qui præterea grauiter hominem in feßtat; & quis non videt ob morbi magnitudinem, & paruitatem nos victum variare? id quòd etiam poftea validioribus probabimus rationibus, Addit & quartam indicationem Hippocrates, quæ fumitur à caufa morbi, vt in eo Aphorifmo vbi feribit, nõ pura corpora quanto plus nutries, tanto magis lædes; & in alio in quo dicit, ubi fauces agrotant, aut tubercula nafcuntur in corpore, excretiones infpicere oportet: nam fi biliofæ fuerint, non eßt tutum corpus nutrire, fi vero fimiles fanis, tutum eßt in his enim, & nonnullis alijs Aphorifmis confiderat quomodo humores funt affecti, & an fubfit in illis aliquid, quòd morbi fit materia, aut quomodo eumque caufa. Sic Galen. primo ad Glauconem tenuem uictum in quibusdam diarijs, in alijs pleniorè exhibet, non quidem virium ratione, aut quòd ftatus differentia id faciat, fed quia diuerfa caufa id poßtulat. An vero etiam fymptomata morborum poßint uictum variare, nunc uidendum eßt: nam cum feribat Hippocrates quæ longo tempore extenuantur corpora, paulatim; quæ vero breui, breuiter reficenda eße: fit autem extenuatio fymptoma quoddam, uidebitur utique author hic à fymptomatis aliquid fumere ad uictum inftituendum: nonne & fitis, fauces, dolor, uigilia, fopor, & multa alia fymptomata quæ in agris apparent, aut impedire, aut exigere, uel moderari uictum uidentur? Verum cum fymptomata, ut fymptomata, nihil unquam oftendant eße agendum, fed quatenus caufe funt, ideo ab illis nihil fumemus ad uictum inftituendum, nifi fortè, ut coincidentia, uel correpuentia aliquid oftendunt, ut extenuatio monßtrat diffolutum eße corpus, in quo nequeant vires ualide confiftere, quæ propterea indicant opus eße reftauratione; fic uigilia, & dolor, vires debilitant, quæ poftea minus alimenti conficere poffunt. Quinetiam cum tempora morbi quædam uniuersalia funt, alia particularia, nec folùm in ftatu uniuersali morborum, fed etiam in alijs temporibus, uictum commodum adhibere oporteat, ut fuma capita primo doceantur, præferat dicere à tempore morbi fumi contraindicationem ad uictum inftituendum nam acceffiones tempora funt particularium morborum; At quoniam tempora morbi non primò & per

se, sed quatenus ostendunt nunc maiorem, nunc minorem morbum esse, ideo hæc capita sunt spectanda in his alendis, qui morbo laborant: in sanis vero solæ vires spectandæ, de quibus antea; de alijs vero suo loco, nunc autem quod ad præsens negocium spectat expendamus, an scilicet omnis morbus vim habeat repugnandi nutritioni; quod si non omnis, quisnam possit id facere, nam id postulat ars nostra, quæ non solùm certis, sed vniuersis morbis rectam nutriendi rationem promittit; Porro, non omnem morbum victum posse impedire ex hoc constat, quod cum illi duntaxat id facere possint, qui indicantis opus impediunt obiri, sit autem concoctrix facultas, vt antea ostendimus, indicatrix nutritionis, nequeant eam offendere omnia morborum genera: quod docent morbi in numero, vt in ijs in quibus sextus digitus exuperat, vel deficit, & qui in cõformatione sunt, in quo genere sunt gibbosi, varicoli, aut aliter malè cõformati, quos perindè nutrimus, ac si nullo morbo tenerentur, nimirum quod morbi illi cõctionem nõ turbent, verùm si eos duntaxat affectus statuere de bemus victum impedire, qui cõctionem turbant, cur in vlcetibus, vlcetibus, luxationibus, parcius alimus quàm per sanitatem; an id sit quoniam huiusmodi mala cõctionem etiam labefactant; quoniam enim in illis affectibus fluxiones, & ex illis inflammationes, & febres veremur, ideo parcius alimus, vt interim natura non grauata alimento, humores facilius retinere, & deindè concoquere, assimilareque possit, Igitur, vt vno verbo comprehendam, illi duntaxat morbi nutritioni repugnant, in quibus humor vel aliqua alia materia est, quam vincere concoquereque oportet, tanquam præsentem morbi causam, aut imminentem quia enim naturam tunc occupari oportet in eo negocio, grauanda non est cibo, vt per sanitatem consuevit, alij vero morbi siue ad intemperiem pertineant, vel ad formam, aut ad aliud genus, quod proprium sit in instrumentis corporis, permittunt nulla adhibita repugnantia, corpus (vt ferunt) nutriti, atque ita in hac re sentiendum esse puto, de generibus morborum qui victum contradicant: nam frigida humida, calida, sicca, aut ex his composita temperies, vbi nullus humor est, aut alia materia, quæ concoqui, retineri, expelli, & denique, & vinci debeat, non repugnant generi nutrimenti, quando pro vitium robore, & imbecillitate, quàm peperit intemperies, genus alimenti aptum exhibemus; quia enim hæc intemperies vires infirmas reddunt, ideo minus solida, & pauciora alimenta damus, ideo minus solida, & pauciora alimenta damus, sequentes scilicet, quod vires postulant, non quod aliquid repugnat. Itaq; si quod est exactum, tradendum esset, inter coincidentia victus genera solam morbi causam, nempe materiam ponere oporteret, quippè, cum materia quæ in corpore est, illa sit, quæ est vincenda à natura, & propterea non permittat illam, vt solebat occupari in alimento conficiendo, hæc autem ostendunt morborum tempora, & symptomata adesse, aut non: siquidem qui acutum dicit morbum, aut ilius statum, vel eiusdem accessionem significat talem subesse humorem; verùm, quia multa sunt huiusmodi vitia, quibus non sunt imposta ex morbis nomina, atque etiam sæpè citra morbum hæc vrgent, ideo, vt facilius reddatur, doctrina illa, statuatur contraindicantia, quæ iam posuimus; quid vero, de differentijs illorum statuendum sit, nunc expendendum.

In morbis quidem longis semper, in acutis vero, in quibus non conuenit periculosus.

Quinam morbi possint victus genera impedire docuimus; nunc vero idem de morborum differentijs docendum est, quippe, cum Hippocrates nunc de ea re tractet: nam considerare quæ victum admittunt exhiberi morbi acuti, & longè, est expendere quem victum admittant morborum differentia, quæ longè diuersæ sunt, vt alibi ostendimus à morbi generibus. Quia in re illud prius explicandum esse duco, quidnam acuti, & longi morbi nomine sit intelligendum, præsertim, quod Galenus in acuto morbo diffiniendo varius sit, & inconstans: nam in tertio libro Prædictionum, & alibi sæpius, contendit omnino eum esse acutum, qui cum febre continua, & magnitudine quadam affigit; nunc vero acutos quosdam cum febre, alios sine febre statuit, vt cum morbum comitiale, apoplexiam, tetanum, acutos morbos esse dicit: *Alibi*, vt libro sexto de morbis vulgaribus eum vocat, acutum, qui propria tempora siue partes vsq; ad finem velociter transit nulla magnitudinis, aut febris continue mentione facta; quo modo tertianam febrem inter acutos morbos nonnunquam recenset, vt nobis diariæ, quæ vno die omnia sua tempora percurrit, & ulcera, & denique omnes alios morbos qui quattuordecim dierum spatio qui terminus acutorum morborum statuitur, finiuntur, acutos nominare liceat, Confirmat hanc opinionem cum differentiam hanc morborum qua dicimus quosdam esse acutos, alios longos à tempore sumi scribit tertio libro Prædictionum, nõ à febre, neque magnitudine morborum, & cum acuta ea uocari omnia, quæ uelocem motum habent, breuique spacio durant secundo Methodi capite 3. tradit. Idem ostendit primo ad Glauconem, ubi acutam febrem longæ opponit. Quinetiam idem author quosdam morbos, ut Apoplexiam, & Epilepsiam, (quos alibi acutos uocauit) ut quadragesimo se primo Aphorismo sexti libri, longos appellat. Ac ut constat ex tertio Prædictionum magna de his nominibus, & eorum usu apud antiquiores Medicos fuit contentio: nam quidam ex Græcis (ut Celsus refert libro tertio) morbos diuiserunt in acutos & longos, quo fit, ut Galenus uaria tractatione dum nunc hos, nunc alios sequitur, lectorem confundat, ut plurimum tamen acutum usurpare uidetur pro uehementi. Porro, ut uariis est Galenus in acuti morbi significatione, ita nusquam exactè illius differentias, & aliorum morborum à quibus hæc nascuntur, expressit, id quod nos ex uarijs ipsius locis adiuti, nunc facere tentabimus. Igitur morbi alij sunt breues, alij longi; Porro, breues morbi, alij cito, alij tardè (qui & tardi dicuntur) nominantur, quod scilicet tardo motu progrediantur, qui quoniam intra quadraginta dies desinunt, breues propterea censentur, qui uero cito ad finem perueniunt, quidam comitem habent magnitudinem, & acuti ob id nuncupantur, ut pleuritis, peripneumonia, lethargus, phrenitis, angina febris ardens; Alij sine fortitudine præpropere finem suum consequuntur, ut diaria, & alij similes, morbi qui breues, & parui dicuntur. Ex acutis rursus quidam simpliciter acuti, sine adiunctione aliqua dicuntur, qui intra 14. diem soluantur, quidam non simpliciter acuti, qui intra uigesimalium, & post decimum quartum finiuntur, ut qui 27. die desinunt, & 20. suntque idem re, cum simpliciter acutis: Idem enim morbus ob causæ maiore uehementiam, aut

aut paruitatem, aut ægri naturam simpliciter, aut nõ simpliciter acutos euidit: Alij vero sunt, qui acuti dicuntur hoc adiecto quod quadraginta diebus terminentur. Quartum additur genus quod eos continet qui ex acutis profecti uocantur, vt tabes, suppuration, hydrops, & similes, qui ex acutis sepe fiunt, & inter acutos non nunquam numerantur, cum tamen reuera sint diuturni: Id autem faciunt Medici vt originem morborum reperant, quoniam enim prædicti affectus & nonnulli alij ex acutis morbis nonnunquam proueniunt, aliqui uero ex alijs causis nascuntur, acuti nominis adiectione, qualis fuerit eorum origo, monstrant, postulatque etiam docendi ratio, ut uniuersum acutorum morborum genus in quo acuti mentio fit, diuidendo exhauriamus, etsi interim quidam ex diuisione resulant, qui postea inter longos reponi debent. Iam uero inter simpliciter acutos morbos quidam peracuti, qui & acutissimi dicuntur, quorum terminus est intra septimum diem, cuiusmodi est angina, tetanus, apoplexia; alij, qui à septimo usque ad decimum quartum extenduntur, qui simplicis nominis inopia, nomine generis non aliter quam simpliciter acuti uocantur. Peracuti rursus bifariam diuiduntur: nam quidam ex illis simpliciter peracuti, qui intra quartum diem abeunt, qui ob id peracutissimi nominantur; alij, qui quartum excedunt, quales sunt qui quinto & sexto indicantur, qui etiam peculiari nomine destituti non aliter quam simpliciter peracuti appellari solent. Ceterum, acutorum qui intra quadraginta dies terminantur, nonnulli sunt qui *ἐν μεταστάσει*, id est ex degeneratione & mutatione in aliam speciem, & à Galeni interpretibus ex decedentia dicuntur; Huius autem generis sunt acuti illi qui intra uigesimalium diem imperfectè iudicantur, deinde uehementia contracta, reliquum quod superest, intra quadraginta dies, uel etiam sexaginta ut Galenus scribit secundo de diebus decretorijs, dissolui consueuerunt. Alij uero sunt qui statim ab initio ueluti prohibiti, tardiusque moti, & nullam interea subitam mutationem moliri, ad quadraginta dies producuntur, quorum alij accessionum remissio pes habent, que in exactam integritatem finiunt: alij cum continua febre semper perdurant; tertium genus eorum qui intra quadraginta dies recedunt, eos continet qui manifestè acuti in principio, & ante uigesimalium diem non securè sunt finiti, deinde remissionem fecerunt, post hæc reuersi, mox in talem, nouissimè quadagesimo die desinunt; de quibus dubitat Galenus secundo de diebus Decretorijs an simpliciter, uel ex decedentia acuti dici debeant. Quos uero morbos uocat *παρὰ τὴν ἡμέραν*, id est ad auctos tertio prædictionum non explicat, mihi tamen intelligere uidetur per aduictos, acutos, quos diximus antea non simpliciter acutos alibi ab eo dici; quin etiam eosdem esse morbos ex decedentia dictos, & eos qui uocantur acuti quadraginta diebus soluti, patere omnibus uideo, qui Galenum non oscitantè legerint; sunt ergo omnes isti morbi acuti, qui & breues censentur, quod quadagesimum diem non excedant; at qui quadagesimum excedunt, uel in ipso quadagesimo terminantur, longi dicuntur esse; At cum morbi in quibus huiusmodi materia reperitur, que uincenda alterandaque est, ut tollantur & præcaueantur, possint esse simplices aut compositi, benigni aut maligni, parui aut magni, communes, particulares, proprii, improprij, exquisiti & legitimi, uel spurij, continui, intermittentes, ordinati, uel errantes, æuales, uel inæuales, per consensum, uel primario geniti, & si que alix sunt morborum differentix, cur non illarum meminit Hippocrates, sed dun

A taxat acuti & longi? An non aliter uictum institutum in simplicibus morbis quàm in compositis, benignis quàm in malignis, & in magnis aliter quàm in paruis, & in continuis aliter quàm in intermittentibus, ne omnes prædictas differentias prosequamur. Cur ergò Hippocrates non docuit quantum singule illæ differentix possint uictum impedire? An has prætermisit quòd nonnullæ ex prædictis differentijs nullam uim habeant repugnandi, alix uero non habeant in hoc scopo, alix uero uel eadem sint, aut certè contineantur in illis quas ponit: nam magnos & acutos morbos pro eisdem uisurari à Galeno alibi ostendimus; quod uero morbus sit communis, aut particularis, proprius, aut improprius, exquisitus aut non, per consensum uel primario genitus, morbus continuus, uel interpolatus non propterea mutat uicendi ratio, nisi fortè contingat, his nominibus etiam exprimi eam differentiam, que impedire potest; Ordinati uero morbi, & his contrarij, cibationis tempus, sicut illi qui per accessiones infestant mutare possunt, At differentiam hanc uictus de qua agit in Aphorismo, nequaquam; Ceterum, morbi simplices, compositi; benigni, maligni, admonent uictum esse querendum, qui non habeat solam uim nutriendi, sed etiam repugnandi qualitati formæque morbi: non enim quia benignus uel malignus, aut simplex, aut compositus est morbus, ideo sequitur tenui uel conseruante uictu esse attendendum, quod plane sit cum morbum consideramus acutum esse uel contrariæ naturæ: qui enim acutus est, is prorsus materiam habet in corpore, quàm vincere oportet, adeo ut minus nutriendum sit corpus, quàm ut uires conseruari possint; sic longi morbi in quibus materia aliqua est, que mutationem aliquam desiderat, moderatur nutritionem, id quod quatenus efficere possit, postea ostendemus. Nunc uero expendendum est, an quemadmodum ex tot differentijs morborum, solius acuti & longi meminit, sic rectè prætermiserit omnes alias uictus differentias: nam cum quedam sint nutrimenta (ut antea ostendimus) que temperata, alia intemperata, nonnulla uero que sanguinem procreant, alia que alium humorem, quedam præterea que durum, molle, & ad coctionem, uel distributionem facile, aut difficile, alia item que uelox, & confertim, alia que solidum, uel fluxile, uel pingue præbent corpori nutrimentum, alia demum que diuerso modo corpus, nutriunt, cur est quod Hippocrates has omnes differentias que ad genus, materiamque nutrimenti pertinent prætermisit? cur enim non dixit in morbis acutis aut longis, biliosum, aut pituitosum, uel durum, aut molle, aut aliam aliquam ex prædictis differentijs ut tenuem uictum prodesse, aut obesse? An quod ex illis differentix nonnullæ qualitatem nutrimenti expriment, de quibus hoc loco non agitur, alix uero uariantur prope modum in morbis, pro causarum diuersitate, adeo, ut nil commune tradi possit, uel quod etiam exprimat aliquid, quod morbis, illorumque causis medetur; nam calidum, frigidum, humidum, siccum, & compositum ex his qualitatibus excedentibus, uel temperatum, item durum, molle, alimenti qualitates exprimit, que non solum reparare uires, illarumque substantiam, sed etiam morboris affectibus repugnare sunt aptæ. At nutrimento quod sanguinem, uel alium humorem præcipuè gignat, uel facile aut difficile concoqui, aut descendere per alnum; uel distribui in corpus, nõ omnes morbi opus habent, quemadmodum nec eo quod solidam, aut humidam, uel æream, uel pinguem, aut macilentam substantiam restituit; cum uero dicimus nutrimentum quoddam bene, aliud malè corpus nutrire, ut id temperatis hominibus comune

mune est, sic in morbis euariat, quod enim bene nutritios, alios offendit; At commune est omnibus morbis acutis, ut nutrimentum exhibeamus quod minus nutriat quam vires postulent ad sui conseruationem; quapropter, non mirum si Hippocrates hic reiecit omnes alias differentias, quæ scilicet uel ad præsentem scopum non pertinent, uel contraindicantur à causis morborum, uel non ab omnibus morbis acutis, uel longis. Iam uero illud docendum est quamnam uictum postulent vires, id est indicantia eum nil impediri, quem uero admittant morbi acuti, uel longi, generatim & speciatim, quid conueniat singulis morbis acutis; quæ etsi omnia non explicet Hippocrates, ut qui generatim ea duntaxat profectatur, quæ morbis conueniunt, idque damnans potius quod ab alijs fieri uidebat, quam quod aliquid adhuc statuatur ex propria sententia, tamen quoniam id postulat nostra tractatio, in qua indicantia & contraindicantia profecti sumus, eoque magis quod Gal. in hoc Commentario idem faciat, ea à nobis diligenter explicanda sunt. Porro Galenus statuit sanis conuenire alimentum, quod uel augere possit vires illud uocat *ἀσπύ* id est, plenum, uel crassum, aut uberem; hoc uero *σπυρρον*, id est, mediocriter; in morbis uero plenum raro conuenire, imò nunquam, nisi contempto morbo labentibus uiribus sit succurrendum; quod si longus morbus fuerit, tunc mediocriter, conferuanteque uictu, si uero acutus, tenui opus est. Ac cum acutorum morborum multæ sint differentia, per magis & minus sumptæ, totidem in tenui uictu differentias statuere oportet, quod non nisi obiter ille facit, ut qui referat id ab Hippocrate & à seipso in lib. de uictu acutorum factum, id quod postea etiam expendimus: nam quæ prius sunt proposita, prius explicanda ueniunt; atque illud in primis dubium facit, quomodo uires & corpus unquam augeri possint nutrimento; eum enim uires conseruari non possunt nisi uniuersa illarum potentia agat in nutrimentum, fit ut nihil unquam accrescere illis possit, aut corpori, si modo uniuersa illorum actio requiritur ad conseruationem, nec aliquid agere potest ultra quam ferat illius facultas; à quo enim elaborari potest ea nutrimento portio, quæ in augmentum conferri debet, si uniuersam uirium potentiam in sui conseruatione, & restauratione eius quod est dissolutum consumi oportet; quod si ita est, ut æquales effectus ab æqualibus causis proueniant, non uires nec corpus augeri posse uidebuntur; quibus eum repugnet experientia, quaerenda est huius ratio, quæ petitur ex robore facultatis coctricis, cum proportionem eius quod à corpore dissoluitur: quia enim uires plus aliquando concoquere possunt, quam sit resolutum, fit ut corporis robur, & substantia quamdiu hæc hnt, augeantur: contigit autem plus concoqui, quam dissolui, eo quod concoctio calido, & humido, dissipatio uero calido, & sicco felicissime obeantur; quia ergo in pueris uiget calor, qui ad coctionem validior est, quam ad dissipationem, ideo illorum corpora, & vires augentur, minuuntur autem hæc, cum iam præualeat siccitas, coctionis inimica; cum uero respondet concoctio ei, quod digeritur, tunc nec augentur, nec sensibilibus minuuntur hæc; non mirum igitur si corpora nostra nunc crescant, nunc maneat in eodem statu, tandem uero decrescant, & ad interitum properent; conuenit ergo sanis aliquando uictus plenus, pueris scilicet, conseruans uero iuuenibus, qui & declinantibus, & senibus pariter conuenit quantum illorum conditio patitur; At illud uidetur longe absurdius, quod scribat Galenus in morbis longis utendum esse uictu conseruante, quem iam sanè concessimus; mirum enim si sanos, ut æ-

gros alendos censemus; absurdumque nisi vim aliquam contraindicandi longis morbis dederimus: uerum & id rationi est consonum: nam cum morbi longi mitiores sint, permittunt sine noxa nature, uniuersam vim ad cibum conseruandum conuerti. Itaque cum paucarum horarum spacio tantum concoqui possit, quantum satis est ad vires tuendas, idque facile concedant huiusmodi morbi, ut qui nec continuam, nec uehementem coctricis facultatis actionem postulent, merito uictu conseruante, in ijs uti possumus, pleno uero nequaquam, quando nullus est tam leuis morbus ex his qui repugnandi in hoc scopo vim habent, qui naturam non distrahat; cum quo impedimento, nequaquam incremento toto studere possumus. Ceterum in morbis acutis rectè quoque dictum est tenui opus esse uictu, id est eo qui continuo vires minui sinat; ita enim intelligendus Galenus est, cum scribit in Comm. studemus in acutis morbis uires moderatè debilitatas conseruare: quod scilicet uictu utendum sit, qui uires quidem debilitet, tunc tamen prohibeatque ne labantur: nam alioqui si continuo uires huiusmodi uictus debiliores non redderet, nihil ab eo quod longis morbis adhibetur differret: siquidem, & ille à morbo debilitatas uires fouet, conseruatque. Porro morbi acuti huiusmodi exigunt uictum, quia uiribus incommodet, quoniam nequit morbus acutus abigi, si natura tantum alimentum accipiat, quantum conficere potest: est enim talis morbus uehemens & continuus, adeo ut nunquam permittat coctricem facultatem liberè uersari in cibo conseruando, atque id est, quod scribit Galenus in Comment. Nempe quod morbus excrescat, si uires quales accepimus uel seruate, uel augere uoluerimus, etsi rationem subijcere debebat, qua fiat ut in his potius, quam in alijs morbis augeri debet. Iam illud sequitur explicandum, quoniam uictus singulis morbis acutis conueniat. De qua re ita Galenus statuit in Comment. extremè tenuem uictum competere morbis uniuersis qui primis quattuor diebus ad uigorem sunt uenturi, in his uero qui septima die eundem habebunt, utendum esse melicrato, qui uictus tenuissimus est, non tamen in extremo; In quo multa considerare licet, atque illud in primis, quod principia sua non seruet, nam cum hic dicat in acutis morbis tenuem, longis conseruantem, solis uero sanis plenum uictum conuenire, alibi ubi curationem morborum docet, in acutis non solum conseruante, sed & pleno uictu, & in longis tenui, & sapissime pleno; Deinde, quod non omnium acutorum morborum uictum doceat, sed eorum duntaxat qui non ultra septimam progrediuntur: cum enim multo plures sint, eo auctore, acutorum morborum differentia, quæ per magis & minus differunt, ratio utique postulabat ut tot differentias in tenui uictu inueniret, quot sunt in morbis acutis positæ. sic enim liceret postea singulas differentias uictus singulis differentis morborum accommodare, quod aliter nequaquam fieri potest; tertio, illud quoque rationi non est consonum, ut omnes morbi qui uel in quarta uel septima die ad uigorem perueniunt, eundem habeant uictum; nam cum inter acutos etiam morbos quibus idem terminus est, differentia reperitur, quod alij alij mitiores, minoresque sint, ratio conuenit, ut in uictu differentia quædam pariter statui debeat. Postremò unicam materiam ut melicratum, uel prisanam exhibere uniuersis qui morbis acutis uexantur id est uictus differentiam in maximas angustias redigere, & putare omnes huiusmodi morbos eisdem esse qualitatis, & nature, cum ipse alibi scribat, biliosis morbis, & hominibus & temperaturis obeisse melicratum. Quod si ita est, nequit id profecto

profecto conueniens esse victus in omnibus morbis, qui quarta die statim sunt habituri; Quod uero principia sua, non seruet Galenus in re proposita, iam ostendere aggredior, atque illud in primis animaduertendum est, quod in hoc Commentario victum qui per inedia fit, tenuissimum in extremo statu esse, quem in lib. de venæ sectione contra Erasistratum tenuem vocat: scribit enim eo loco victum tenuem tribus modis institui posse, nempe, tenues, paucosvè, aut nil nutriendos cibos exhibendo, vel nihil dando, vel assumpto cibo vomendo; qui autem nihil accipit, inedia vitur, & qui vomit cibum, idem illi accidit, ac si cibum non assumpserit; Itaque, si tenuissimus ad extremum victus est, in quo nihil assumitur, constat tenuem cum tenuissimo ab eo confundi. Deinde lib. i. acutorum decimotertio textu monstrosas eas dietas uocat, quæ per inedia fiunt; contra uero lib. 2. eiusdem Operis, textu 44. scribit, non esse eos culpandos, qui aegros vsque ad vigorem si modo perdurare possint, in omni ciborum abstinentia seruant; quo loco probat, quod alio damnauerat; atque etiam nulla distinctione facta inedia extremumque victum omnibus adhibet morbis. Præterea, in hoc Commentario cremorem pituitiam, in quibusdam morbis, quibus scilicet tenuis victus debetur, statim ab initio concedit: in lib. autem 2. textu 44. acutorum, inquit, si morbus concoctus fuerit, transeundum est ad cremoris pituitiæ exhibitionem: si uero adhuc crudus fuerit, non transeundum, nisi forsitan symptoma aliquod, quod vires prostrat, apparuerit; Quinetiam lib. 4. de articulis textu 41. tenuissimo victu in dysenteria hepatica utendum esse censet, qui tamen morbus longus est, & primo ad Glauconem in aliquibus diarijs tenuem victum iniungit, quæ tamen ab acutis febribus longe absunt; ad hæc, decimo Methodi in biliosis morbis prohibet tenuem victum, quem ijs conuenire qui ex abundantia, vel phlegmone laborant, censet, cum tamen in his Commentarijs, omnibus acutis, siue illi ex bile, siue ex alia causa consistant, huiusmodi victum proprium esse tradat; At nec ijs omnibus qui ex phlegmone, ægrotant postea tenuem exhibet victum: nam vndecimo Methodi ubi phlegmone est in thorace, credit non esse utendum tenuissimo victu, sed eo qui vires roborat, quando, inquit, non licet per astringentia medicamenta partibus illis robur addere; At huiusmodi victus qui vires augere aptus est, tenuis non est, quid dicā de pleuritide, in qua toties victum mutat, quoties de ea agit: nam (vt iam diximus) negat tenuissimo victu opus esse, ubi pars aliqua in thorace phlegmone tentatur, cum tamen primo acutorum dicat mellicratum & oximel quæ eo auctore in hoc Commentario materia sunt tenuissimi victus, vsque ad septimum pleuriticis sufficere. Quinetiam, eodem libro textu 27. pituitiam illis concedit, & pro ea laxatiles pisces ex aqua, marrubio & sale paratos, quo fit ut nunc tenuem, nunc tenuissimum, nunc uero plenum in morbis acutis victum instituat; Quod si quis putet inter pleuriticos quosdam leuius, alios uero grauius affici, atque hos parcius, illos uero vberius alendos esse, & quendam concedi victum declinante morbo, qui in alijs temporibus negandus est; & hæc spectare Galenum, cum diuersa tradit de hæc re præcepta, verum quidem is dicet, attamen si semel positum est, tenuem victum morbis acutis conuenire, nunquam postea concedi potest, plenum iisdem competere, sed omnes differentie quæ vnquam in victu idoneo huiusmodi affectibus reperiri possunt, in ea latitudine quæ in tenuitate ponitur collocari debent: vt enim omnes morbi qui acuti dicuntur esse, nunquam recedunt ab eo nomine, & natura, etsi interim quidam sunt alijs

A grauiores, sic profecto statuenda est vna forma & ratio victus, quæ magis & minus intendenda remittendaque est, sed non mutanda, nec confundenda cum alijs, quæ alterius sunt generis, & sanis propria facta, vel oppositis morbis nempe longis, aut etiam bene ualentibus corporibus concessa: nam uel principia in omni tractatione ponenda non sunt, aut certè retinenda posteaquam sunt stabilita, & recepta. Verum ne singula prosequamur, præstat in quocunque corporis statu conueniens genus victus instituire. Itaque, cum omnes uel sani sint, aut ægrotent, morborum autem multæ sint differentie, necesse est ut eas prius enumeremus, ut omnem corporis statum in quo contingit uictum uariari doceamus, & totidem in uictu differentias ponamus, ut B singulis adsit suus uictus; sunt porro primæ differentie simplices tres (ut iam diximus), tenuis, mediocris, & crassus, & ex illis compositæ quattuor, tenuis & conseruans; tenuis & plenus; conseruans & plenus; tenuis conseruans & plenus simul. Conuenit autem tenuis acutis morbis, tenuissimus peracutis, in extremo tenuissimus, simpliciter peracutis, simpliciter uero tenuis siue exquisitè tenuis, acutis simpliciter morbis, non simpliciter tenuis, non simpliciter acutis; adhuc minus exquisitus his conuenit morbis acutis, qui intra 40. dies finiuntur, sic. n. d. fia. uictus respondent differentijs morbi acuti, quas antea posuimus. Ceterum, conseruans uictus debetur morbis paruis, & simul breuibus, necnon longis, & sanis, quibus uires, & corpus amplius augeri nõ possunt: Plenus autem in his morbis adhibendus, in quibus uires debiliores sunt morbo; Item sanis conuenit qui adhuc crescunt, ut pueris, & adolescentibus, tenuis autem uel etiam tenuissimus & conseruans, morbis longis & breuibus; tenuissimus quidem cum morbus præsens est, conseruans uero cum abest quidem, sed morbosa dispositio in corpore subest; alia uero differentie compositæ habent quoque suum usum in nonnullis casibus, ubi scilicet morbi causa tanquam remedium aliquando postulat, quod corpus repleat, aut vacuet, aut corrigat mixtione alimenti vitiosos humores; postulat autem morbus aliam dietam, & uires aliam, tunc enim cogimur certo tempore tenui uti uictu, alio conseruante, alio autem pleno, interim cum vnus morbus est qui hominem afficit. Sed hæc postea commodius intelligentur. At, si absolute concedimus tenuem uictum acutis morbis conuenire, quomodo intelligi potest Hippocrates, qui scribit in acutis quibusdam non conuenire; & tunc periculosum esse? Sunt qui intelligunt non conuenire hunc uictum acutis ex decedentia, quos quidem Galenus refellit, qui scribit in Commentario in acutis uictu esse utendum, qui vires moderatè debilitatas conseruet, qui certè tenuis est. Adde, quod aperte testatur tenuem uictum conuenire morbis acutis, cum scribit eodem loco, quibusdam morbis acutis uictum solum tenuem, alijs uero tenuissimum in extremo, alijs uero tenuissimum sed non in extremo conuenire. Ipse uero Galenus in fine Commentarij, docet quidem in quibus non conuenit, non esse adiectum propter morbos peracutos, sed tamen non explicat quos acutos morbos eo nomine excipiat: Alij uero aiunt non conuenire tenuem uictum in illis morbis acutis in quibus vires labuntur. At Hippocrates hic docet, quid admittant morborum differentie, non quid vires ipsæ postulent, nam illud ita certum est, ut præcepto non egeat, scilicet primam indicationem sumi à viribus, & propterea in quocunque morbo illis succurrendum esse ubi ob debilitatè periclitantur. Ego uero intelligo non conuenire acu

tis tenuem victum qui ex acutis sunt profecti; Aut nomine victus tenuis & exquisiti simul, aliud intelligendum est, quam nomine tenuis solius, nam etsi tenuis victus conuenit omnibus morbis acutis, non tamen qui tenuis simul est & exquisitus, is enim solū exquisitē acutis morbis, qui scilicet intra decimum quartum finiuntur, conuenire debet.

Et rursus qui ad extremum deuenit tenuitatis grauis est.

Damnauit Hippocrates in prima parte Aphorismi tenuem victum & exquisitum, si in morbis longis & in quibusdam acutis exhibeatur: Nunc vero damnat eum qui extremē tenuis est, quo fortē quidam Medici sine discrimine utebantur, ut Galeni tempore Diatribarum, ut ipse uocat Medici, qui vniuersis ægrotantibus triduanā in ediam iniungebant. Intelligere autem oportet victū tenuissimum in extremo, non ex eo solo quod fiat per solam in ediam vel melicratum, vsque ad Crisim, sed quod vires quantum licet extremē debilitari sinat: nam quidam sunt qui ex pituitiæ cremore eandem sentient debilitatem, quam alij experiuntur ex melicrati usu, vel etiam ex sola in edia; Inter hos sunt senes crassi & pituitosi, inter illos pueri biliosi, & graues, non ergo ex materia hunc victum definire debemus, sed ex ea debilitate quam quarimus, & alij ex alijs rebus consequuntur. Ceterum illud expendendum est, quod scribit victum tenuem esse periculosum in longis morbis, & extremē tenuissimum dicit esse difficilem sine grauem, cum scilicet idem intelligat per grauem in uno victu, quod in alio intellexit per periculosum? Præterea, an velit victum tenuissimum in extremo in morbis acutis pariter esse grauem, an vero simpliciter illum damnet; alia quidem est significatio periculosi & grauis, sunt enim quadam molesta & grauia, sed sine periculo, & si fortē contra non fit, ut ea molesta non sint, quæ sunt periculosa; victus tamen tenuis & tenuissimus est periculosus & molestus: periculosus quidem, quod cogamur ægros nutrire plenius vbi temerē vires sunt debilitate ex victu malè instituto: molestè autem & grauius ferunt ægroti insuetam viuendi rationem, in qua sentiunt suum demoliri robur; vtrumque ergo Hippocrates complecti voluit, periculum inquam & molestiam. Porro tenuissimum in extremo victū frustra diceret in morbis longis, & in quibusdam acutis non conuenire, si antea id scripserat de tenui, qui si non competit, tanto minus conueniet qui extremē tenuissimus est, sed simpliciter in omnibus intelligendum est illum esse molestum. Verum etsi Hippocrates periculosos & graues hos victus esse dicat, non propterea intelligere debemus eos nunquā conuenire & à nobis fugiendos esse: nam multa sunt in arte nostra auxilia, quæ sine molestia & periculo adhiberi non possunt, quorum tamen necessarius est vsus; sed Hippocrates admonet ne temerē & passim in omnibus adhibeamus hunc victum, qui periculum & molestiam, adiuncta habet.

Nam & repletiones quæ ad extremum deueniunt, graues sunt.

Dixerat Hippocrates victum tenuem & exquisitū periculosum esse, & tenuissimum in extremo esse grauem, sed id nulla ratione probauerat, id quod nunc facit, sumpto argumēto ab extremis repletionibus: nam si hæc sunt graues

& periculosa, tanto magis erit victus tenuissimus: si enim repletio quæ suapte natura viribus addit robur, periculosa est cum extrema fuerit, tanto magis periculosus erit extremus victus, qui sua natura vires demolitur; constat ergo tenuissimum in extremo victum periculosum & grauem esse, quoniam repletio extrema talis est; quod si ita est, tenuis victus ad proportionem periculosus quoque est, propterea, quod cum extremē tenuissimum in eo conuenit, quod vires infirmas reddat, sed illo minus periculosus est, quia minus debilitat; Ceterum repletiones extremas intelligere oportet vel ad vires, vel ad vasa, vel ad proportionem, maxima enim plethoria vel plenitudo in qua vires extremē grauantur, vel in qua magna est cacochimia, grauis esse solet: hinc, enim omnes graues morbi nascuntur. Atque hæc quidem de Aphorismi sententia sufficiant.

At quædam notanda sunt in Galeni Comment. atque illud primū, quod scribat Hippocratem docere in hoc Aphorismo quosdam acutos morbos victum extremē tenuem exigere, hoc enim non docet Hippocrates, vtpotē, qui huiusmodi victum dānet, non, autem ostendat quibus conueniat; Deindē victum extremē tenuem ait fieri, vel per solam in ediam, vel melicratum, postea verò circa finem sui Commentarii habet victum qui fit per melicratum esse tenuissimum, non tamen in extremo.

Præterea videtur Galen. victum ægrotantium in maximas angustias redigere, cum solius pituitiæ, melicrati, & in edie mentionem faciat, an non licebit quæso in acutis morbis vti iusculis ex carne non admodū pingui cum pane? sed quid quæso obstabit? supersticiosos enim magis quam doctos puto esse Medicos, qui ab hoc genere cibi abstinere, si enim oleo, & butyro cum pane, & aqua coctis vtuntur omnes ægroti in omni regione, licebit vtiq; panem incoquere in iussulo pullorum, & eo vti moderatē; sic enim vires, nec augebit, nec conferuabit, sed tenuem omnino præbebit victum; sed quid dicemus de oleribus, pepionibus, & pomis coctis, vel etiam crudis. Dicit parum doctus Medicus, hæc gignere cruditates, ita scribente Galeno, verū: ille non animaduertit eum autorem cum quærit, & explicat naturam alimentorum sibi proponere tanquam regulam corpus temperatum, cui hæc humidiora, & frigidiora alimēta, sanguinem gignunt crudiora; at illis qui vehementibus febribus torquentur, talia alimenta temperant corpus, illudque bene nutriunt, & medicamenti pariter vsu præbent: nam si pruna cocta in aqua & zaccaro omnes Medici concedunt febricitantibus, cur etiam lactucam coctam, betam, spinachia, & si quæ alia sunt frigida, & humida alere non concedemus? Ego cum æstate laborarem tertiana exquisita, nullū suauiore absque sensu alicuius mali sensu cibū, quam mala rosea, vt vocant Hetrusci: nam eo tempore cor rugata, & veluti concocta sunt, ac cum pane assumpta optimum, & suauissimum præbet cibum, & nostri quidem pepones qui longè sanè meliores sunt generis, quam illi quos Galen. ponit, inutiles esse non possunt, si ægri calidis morbis affliguntur, & eos vehementius expetunt. Hæc addere volui, vt Medici in victu instituendo non dicant esse temerarij, sed vt cum ratione superstitionem quoque fugere discant. De piscibus hoc etiam habeo, quod dicam illos non præbere victum conseruantem, quod docet quadragesima, quam nemo cum piscibus tandem ferre potest absque virium debilitate.

APHORISMVS QVINTVS.

In tenui victu acri delinquunt; quò sit, ut magis laedantur, quicumque enim error committitur, maior in hoc sit, quam paulo pleniori victu. Propterea etiam sanis periculosus existit valde tenuis constitutus, & exquisitus victus, quoniam errores grauius ferunt. Ob hoc igitur tenuis victus atque admodum exquisitus: eo qui sit paulo plenior, magis periculosus.

H V I V S Aphorismi variz, & inter se discrepantes extat interpretationes, quarum quamam vera sit, & huic loco conueniens, ob pugnantem (vt videtur) de hac re Hippocratis, & Galeni sententias, non facile perspicere licet; sunt enim nonnulli Medici, & ferè omnes, qui superiori seculo vixerunt qui putant Hippocratem tenuem victum hic dñare, & pleniorē laudare, & ob id cum de victu in statuendo in morbis agitur, pleniorē eum iniungunt, seq; tenetur, non solum ex hoc loco, sed ex eo etiam quod Galen. scribat in primo de victu acutorū, monstruosas dietas esse quæ per inedia sunt, & praestare, vt pugnemus contra morbum, quàm contra debilitatem. Alij verò sunt, qui dicunt tenuem victum non damnari ab Hippocrate, nec postponi pleniori, si rectè instituat, sed solum cum initio morbi, vbi non oportet, adhibetur: deterius enim esse tenuiorē, quàm pleniorē ab initio imperare. Probant autem hunc victum non damnari ab Hippocrate, sed etiam suapte natura meliorē esse pleniorē, multis argumentis, & Primò quod Hippocrates in secundo de morbis acutis scribat, adiectioni minus esse studendum, & sæpè prodesse penitus auferre. Et Galenus etiam in eodem lib. scribit, si quid in nutriendis acribus per imprudentiam peccatur, melius esse peccare in tenuiore, quoniam ex patiore victu noxa facillè emendatur; cum enim inquit dilabi primū vires senseris, cibi exiguum offerens egrotum restitues; Exuperantia autem in victu nonnunquam parit noxas inemendabiles. In eodem lib. alio loco ita habet, quæ ex inedia laesio est, neq; adeo velox est, nec ita euadens sicut quæ ex cibo.

Vnde etiam Auicenna scribit: Cum ignotas morbi naturam, tenuiori victu vitior: tanquam melius sit victum tenuiorē, quàm crassiorē instituire: Periculosiorē verò, & grauiorē dici ab Hippocrate, non quod incommoda quæ suapte natura statim adferre potest alijs sint maiora, quæ à crassiore proueniunt, sed quod maiora tandem sequantur incommoda ex victu tenui intempestinè instituto, quàm ex crassiore ostendunt, quoniam qui tenuem victum ab initio morbi statim imperant, nisi morbus ante quàm vires admodum debilitentur, finiatur, coguntur victum augere in morbi progressu, vt vires reficiantur: nihil autem perniciosius quàm appropinquante statu victum augere, qui autem ab initio crassiore victu acrium aluit, non cogitur sequenti tempore acrium vberius nutrire; ita leuiora sequi incommoda ex crassiore victu quàm ex tenuiore ab initio adhibito; quod etiam confirmat Hippocrates 2. Acutorum, cum inquit, melius esse afflicto statim sorditiones propinare corpore, quàm vbi prius venas inanieris. Postmodum 3. 4. 5. 6. vel 7. exhibeas. Quin-

A etiam alio loco eiusdem libri ad hunc modum scribit: Quando ex multa inanitione repente plus iusto aliquis offerat, multo maior noxa fit, quàm si ex pleniori victu ad vasorum inanitionem acrium perduceres. Hæc, & similia adferunt qui hanc interpretationem tuentur. Alij vero sunt qui discrepantes eos locos conciliare volentes, aiunt Hippocratem cum tenuem victum pleniori præfert, de acuris intelligere, qui cum inflammatione, aut simili affectu alicuius interioris partis consistunt, cum autem crassiorē præfert tenui, ut hic, de alijs morbis acutis eum agere, Galenumq; adferunt in subsidium qui 11. Methodi in inflammatione iecoris tenuissimum victum iniungit. Sunt, & alij qui monstruosam fingunt huius Aphorismi interpretationem, quod scilicet Hip-

B pocrates duos egrotos hic intelligat, vnum, qui morbo acuto laborat, qui tenui victu vititur; alium, qui longo; qui vititur crassiore, in quib. si aliquis error committitur, maior in illo est qui tenui vititur victu quàm qui pleniorē.

Alij vero, vt suam astruerent sententiam, quàm ex contextu elicere non poterant, verbum (egri delinquent) mutant in delinquentes, quasi talis sit sensus, si contingat acrios delinquere in tenui victu, grauius illi laedantur, quàm si pleniori victu essent usi.

Alia demum est interpretatio quàm sequitur Galenus, qui non victum tenuiorē pleniori comparat, sed errores qui in utroque victu accidunt: grauiores enim eos esse censet in ijs quibus adhibetur victus tenuis: nam qui tenuiore vititur victu, debilior necessario redditur, in corpore autem debiliore errores omnes qui accidunt grauiores sunt, quàm in validiore; itaq; damnari victum tenuem hoc loco, eo quod errores qui contingunt omnes grauiores sint in ijs qui eo reguntur.

Hæc ferè sunt huius Aphorismi interpretationes; quarum nullam satis probare possum; primam enim secunda satis refellit: nam si Hippocrates iubet adiectioni minus esse studendum, quàm repletioni, & Galenus laesionem ex inedia, & errores in tenuiore victu, leuiores esse illis, qui committuntur in pleniori instituendo scribit, constat profecto, præferendum non esse in morbis pleniorē victum tenuiori. Secunda autem opinio etsi vera est, errare enim illa statuit Medicos, qui tenuiorē victum ab initio institunt magis quàm qui crassiorē; At Aphorismus non Medicos qui victum instituant, sed ipsos acrios errare proponit.

Volunt præterea illius opinionis authores errores fieri maiores non simpliciter in tenuiore victu, sed si ille perperam incipiente morbo instituitur. Verū ex dictione authoris hæc interpretatio elici non potest, quandoquidem, nulla mentio fit de aliquo tempore morbi, nec de victu male instituto. Tertia vero opinio nec authorize, nec ratione nititur, nam etsi Gal. in Phlegmone iecoris tenuissimum victum iniungit, tamen & in alijs morbis sine inflammatione, cum postulant, idem faciendum esse passim scribit; ut in Comment. præcedentis Aphorismi nulla habita distinctione, absolute pronunciat inedia adhibendam esse in his qui quarto iudicantur, melioratum in ijs qui 7. & sic de reliquis, & merito quidem, si enim morbi vehementia victum moderatur, vbi æqualis vehementia ponitur, idem victus instituendus, siue huius, siue alterius differentia morbus sit, nemoq; est qui in Causone qui septima die finiri debeat, eundem victum non instituat, ut in pleuritide, aut lienis, vel hepatis inflammatione. Authoris præterea dictio vniuersaliter scripta eos arguit. Qui autem duos acrios in hoc Aphorismo fingunt, ridiculam interpretationem & confutationem minimè

minimè dignam astruunt: nam nec verba authoris id ostendunt, & dignum non est Hippocrate præcipere quæ quilibet vel ignarus Medicinæ cognoscere potest; quis enim tam plumbeus & rudis est, qui nesciat grauiores esse errores in eo qui acuto, quam qui longo morbo laborant? Temerarium vero est legeri errantes pro errant: & ex confutatione sequentis opinionis falsum agnosceretur esse grauius semper lædi ægrotos qui tenuiore victu vtuntur, si illos fortè errare contingat. Ceterum, Galeni interpretatione multa faciunt ut non recipiam; Primum, quod priorem partem in qua scribit author, in ipso victu tenui errare ægrotos, in explicatam relinquit. Deinde, quod author non solum errores erroribus, sed etiam victum, victui comparat: nam non solum dicit Aphorismus errores qui sunt in tenuiore victu grauiores esse illis, qui sunt in victu pleniore, sed etiam colligit tenuiorem victum pleniore periculosiorem esse. Præterea, verum non est, omnes errores qui contingunt in his qui tenui victu aluntur, grauiores esse quam in illis qui pleniore vtuntur: error enim est, si cui febre continente laboranti & sanguine pleno, sanguis non mittatur, qui tamen leuior est in eo qui tenui quam qui pleniore victu vtitur: siquidem tenuior victus corpus vacuat, erroremque ex vacuatione prætermittit emendat, grauiorem autem reddit qui pleniore vtitur, vt qui repletionem victu foueat & augeat. In eo etiam non rectè sentit, quod patet de erroribus intelligi qui committuntur etiam inuitis ægrotis, nam cum scribat author ægros magna ex parte ut habet Græcus codex, delinquere, constat authorem solum de erroribus agere qui committuntur ab ægris volentibus, nec ferre potentibus ob intemperantiam victum tenuem, nec illud quidem præmittendum est, quod scribit ægros non cogi ad errandum propter victus tenuitatem: nam author scribit illos errare in victu, id est propter victum, ille, n. periculosus suapte natura est, quoniam qui eo reguntur, facile in errores incidunt. Mihi autem (si in re tantopere controuersa quod sentio dicere liceat) placet, ut posteaquam Hippocrates eos dānauit qui tenui victu in omnibus morbis vtentur, docuitque omnibus non conuenire, nunc incommoda ostendat quæ secum coniuncta habet tenuis victus, quocumque modo, & in quibuscumque adhibitus. Sunt autem hæc mala, quod periculosus sit, id est errandi occasionem præbeat, & errores quibus occasionem dat, grauiores sunt, quam qui à pleniore victu excitantur, fuit antiqua hæc interpretatio, ut Galen. in Comment. obiter refert, & authoris dictioni & naturæ rei quadrat. Expositum enim magis erroribus talem esse victum patet, quod natura à tali victu debilitetur, tum, quod suapte natura parcius sit, quam vt per eum vires conseruari possint; tum quod non sit conueniens, quo sit, vt ægroti ab eo debilitati, putent se malo victu regi; Hinc si cibus adfit, qualicumque ille fuerit, temerè eum ingerunt; quod si nõ adfit in promptu, à ministris sibi furum exhiberi cõtendunt, irascunturque nisi exhibeatur, & dolent, surgunt, mouentur, & denique multis alijs modis vexantur, & cum debilitati à tali victu necessariò sint, huiusmodi errores facile non ferunt; Plenior autem victus, neque errandi occasionem præbet ægrotis, ut qui abundè nutriti nihil expetant, & si quis error ratione victus fiat, aut etiam alia ratione ab ægrotis committatur, facilius fertur, quoniam ualidior victus minore noxa illis resistit. Authoris uerba spontè sequuntur hanc interpretationem, cum ait in tenui victu ægros errare, id est errandi occasionem maiorem ab eo sumere, quam à crassiore: uerbum autem delinquant, siue errant, intelligere oportet,

non quod omnes, necessariò errores cõmittant in eo victu, sic enim malus esset talis victus, nec alicui adhibendus; sed quod errandi occasionem intemperatis & non assuetis possit, & soleat præbere. Quod si de utroque victu non ageret, sed de erroribus qui in utroque contingunt, scripsisset in utroque victu errores fieri, sed grauiores esse qui in tenui quam qui in crasso committuntur; & cum delinquant, magis læduntur, quoniam errores grauiores sunt; tum, quod maiores à victu committi soleant, tum quod dirimi ratione tales reddantur; ostendunt id sani, qui cum ualidiores sint ægris, tamen cum uictu tenui reguntur, periculum est ne errent, & errores maiores committant, grauioresque sentiant, quam cum pleniore uictu utuntur; ob hæc igitur tenuis uictus magis periculosus: non tamen simpliciter deterior, sed in hoc deterior, quod periculosus sit, & errandi occasionem magis præbeat, & errores quibus occasionem dat, grauius ferant: alioqui postea non solum tenuem, sed etiam tenuissimum uictum in nullis morbis insuetere posset, si deterior pleniore esset. Quam ob rem hoc Aphorismo Hippocr. non simpliciter damnat tenuem uictum & pleniori postponit, sed in hoc solum quod errandi occasionem maiorem alio præbeat, & errores qui committuntur, grauiores reddat; estque hic Aphorism. ueluti admonitio quædam potius, quam uituperatio uictus tenuis, ut scilicet eum omnibus non iniungamus, sed solum ijs, quos continentes & temperantes nouimus, qui ad errandum prompti non sunt, & intelligunt debilitationem quam ex uictu huiusmodi experiantur, præter rationem à Medicis non quæri, sed interim ut natura in cibo conficiendo non occupata morbosas dispositiones facilius uincat.

APHORISMVS SEXTVS.

Extremis morbis extrema exquisitè remedia optima sunt.



Vis sit scopus Hippocratis in hoc Aphorismo Galenus non docet, vt qui in suis dictionibus explicandis totam suam contumaciter interpretationem, quam breuiorem quidem facit, quam postulet grauis sententia authoris, qui posteaquam eos dānauit qui tenuem & tenuissimum victum omnibus temerè iniungebant, docuitque quid mali huiusmodi victus habeat, ne putarem nullum esse illius usum, docere nunc uult in quibus morbis sit adhibendus, & denique quis victus singulis morbis conueniat; Ac vt docendi ratio ex notioribus procedat, certum quoddam principium, vel dignitatem potius medicam proponit, ex qua totius huius rei probatio ducitur; Est autem principium huiusmodi ἐξ ἐπὶ τὰ ἐσχάτα νοσημάτων αἰσθητά θεραπεύει ἐξ ἀκριβείης κριτικῆς. id est extremis morbis exactissimè curationes optime sunt. Ita enim Galenus in Commentario θεραπεύει ἐσχάτη ἐξ ἀκριβείης, interpretatur, θεραπεύει ἀκριβέστατη, id est, exquisitissimam curationem, & merito quidem; Quum enim remedij nomen (vt antea diximus) uictum excludat, colligere non posset uictu tenuissimo opus esse, eo quod extremis remedijs utendum esse proponat. Præterea, cum extremos morbos proposuisset, satis erat dicere extrema remedia illis conuenire; extremum enim extremo, non extremum exquisitè, extremo simpliciter conuenit, sed extremum exquisitè, extremo exquisitè conuenire ratio conuenit; totam ergo curationem exquisitissimam siue per uictum, siue per remedia, aut per utrumque;

vtutmq; fiat, extremis morbis adhibendam censet au-
thor. Quid autem per morbos extremos & exquisi-
tissimam curationem intelligat, docendum est; ap-
pellat autem Galenus extremum morbum vltra
quem non est alius, & rectè quidem, nam extremi
propria est hæc significatio. At quos dicemus esse il-
los vltra quos alij non sint? an qui incurabiles sunt?
verum hoc modo elephanciasin, cancerum, extre-
mos diceremus esse morbos, conueniretque illis vi-
ctus tenuissimus, quod verum non est; quippè cum
longi sint morbi, & propterea victus competat illis
idem ferè qui sanis; an vero extremos intelligemus
periculosissimos, & qui occidunt? minimè quidem;
nam & siccissimi morbi, qualis hectica febris, tenuis-
simo victu opus haberent, quod verum non est. Ga-
lenus vero interpretatur extremos, acutissimos, sed
melius si maximos dixisset: nam etsi acutissimi sunt
maximi, tamen non expriment quod est extremum
in morbis, qui veto maximi sunt morbi, illi inter
morbos summum extremumque locum occupant:
nam in opere quod scripsimus de differentijs mor-
borum, ostendimus magnum morbum dupliciter
dici, quendam enim esse magnum suapte natura,
quod scilicet inter morbos ille maximè excellat: ac-
cum naturæ morbi proprium sit, quod affligat, mole-
stetque corpus, qui vehementer id faciunt, me-
rito magni appellantur: adeo, vt idem sit mor-
bus magnus, & vehemens & acutus. Est autem il-
lud vehemens, quod validam & citatam habet vim,
& ita quoque in morbis, acutum intelligitur, quod
magnum habet excessum & velocem motum. At-
que in hac præcipua morbi magni significatione dicitur
venam esse secandam, vbi morbus magnus fue-
rit, & hoc loco maximos intelligimus, morbos vehe-
mentissimos & acutissimos; alia vero ratione morbus
magnus vsurpatur à Galeno, quum eos magnos vo-
cat, qui partem principem occupant, vel maligni
existunt, aut suapte natura in vniuerso genere morbo-
rum sunt magni, & que hæc latissima morbi magni
significatio, cum magnum, pro eo qui plurimum à
naturalis mediocritate recedit, tunc vsurpemus; quo
pacto scribit Galenus in primo ad Glauconem, ad
tantam magnitudinem morbum peruenisse, quan-
tum vnusquisque à naturali suo statu recessit. quo si-
gnificatu magnus pro periculoso capitur; periculo-
sus enim est qui plurimum à naturali statu hominè
distrahit, qualis solet esse qui in membro nobili con-
sistit, & qui suapte natura magnus, & qui malignus
tales enim morbos vires nostræ non ferunt, & au-
xilia medica vincere solent; propterea magni dicun-
tur comparati ad vires, & ad remedia; merito igitur
per extremos morbos intelligimus hoc loco maxi-
mos, & hos exprimimus per vehementissimos & ac-
cutissimos: sunt enim illi qui extremè impediunt
victum, eo quod naturæ actiones omnes ad se reuo-
cent, ita, vt in cibo concoquendo ea vel minimo tem-
poris spacio occupati nequeat, quod alij non faciunt,
qui cum leuius, & paulatim, non autem confertim
affligunt, sic natura illis resistit: vnde nec vehemen-
ter, nec confertim agere cogitur, & propterea cibum
conficere interim potest. Ceterum, curationem hic
generalius sumere oportet, quam cum dicimus cura-
tionem fieri per remedia & contraria, conseruatio-
nem vero per similia, & alimenta: intelligere enim
debemus curationem, quæ complectitur omnem tra-
ctationem agrotantium, quò dicit Auic. & alij omnes
Medici dicere solent, curationem fieri vel victu, vel
chirurgia, vel medicamentis: ita enim complectetur
victum sub curatione: si enim exquisitissima curatio
conuenit morbis extremis, sequitur & victum exqui-
sitissimum quoque conuenite.

A Porro, exquisitissimam curationem intelligere o-
porteret, non solum quæ fit per summa extremaque
remedia, vel extremum victum, quomodo in quin-
to Methodi sumere videtur Galenus, cum scribit in
periculosissimis magnisque morbis non esse inchoandam
curationem à leuioribus, sed à maximis præsidijs;
nec vero intelligemus exquisitissimam curationem,
in qua omnia quæ fieri debent exactissimè, summa-
que diligentia fiunt, ut ex primo de fracturis docet,
ubi curationem ossis contracti quæ cerato adhibito
& uino austero continuè irrigato, nullo præterea ge-
nerosiore remedio adhibito, sed sola diligentia exactis-
simam curationem vocat, & ob id ait esse scriptum
ab Hippoc. in hoc Aphor. Extremis morbis curatio-
nes exactissimas adhibendas esse, pro eo quod est cum
B summa diligentia, non enim concludere possumus
tenuissimo victu esse utendum in morbis extremis,
eo, quod illi diligentem curam requirant; itaque exa-
ctissimam curationem intelligemus, quæ tum extre-
mis remedijs & victu etiam extremo, & leuioribus
etiam præsidijs summa diligentia adhibitis perficitur:
non enim in extremis morbis omnia remedia quæ ad-
hibentur extrema sunt: omnia ergo comprehendere
debet exactissima quæ illis conuenit curatio. qui
vero pro curatione exquisitissima, intelligunt extre-
ma remedia, aberrant: nam sub extremis remedijs
uictum comprehendere non possunt, de quo tamen
agit Hippocrates: nam extrema remedia sunt, quæ
magnam & subitam mutationem efficere possunt, de-
bent enim contendere cum maximis morbis, qui ta-
lem, ut diximus, habent naturam; inedia vero ab il-
lis præsidijs excluditur, quoniam etsi corpus pluri-
mum mutat, non tamen id confertim & repente fa-
cere potest, vt Galenus in lib. de venæ sectione con-
tra Erasistratum, & passim alibi id quoque; docente ex-
perientia attestatur; nec vero intelligere oportet, ex-
trema remedia quæ plusquam oportet corpus mu-
tant, vt superius in Aphorismo tertio extremam va-
cuationem malam esse dicebat, sed quæ in genere
remediorum maxima sunt, vt Gal. 29. Aphorif. 2. lib.
venæ sectionem, & purgationem magna remedia
vocat; & illis addere possumus, sectiones, ulsiones,
& cetera quæ vim habent, magnas, & subitas muta-
tiones faciendi in corpore; at si extrema remedia ex-
tremis morbis conueniunt, hallucinatur profecto qui
in leuissimis quibuscumque morbis sanguinem mittit,
& purgationem adhibet, qui; in oī pleuritide sangui-
nè vsque ad mutationem coloris demendum esse præ-
cipiunt: sunt enim inæqualibus morbis inæqualia, &
non æqualia danda auxilia. Verum, & in hoc obi-
ter diluenda est quæstio: nam si paria, & æqualia re-
media morbis, & illorum causis sunt adhibenda, nõ
videbitur fieri posse sanitatis recuperatio: quo enim
pacto vinci potest morbus à sibi equali remedio: an
victoriam istam non per corruptionem, sed per mix-
tionem, & temperiem assequimur, sanitatem enim
comparamus temperatis, & per temperiem ad me-
diocritatem redactis causis morborum, in quo opere
equalitas agentium, & patientium sufficit, & requi-
ritur; vbi verò victoriam assequimur per corruptio-
nem, excedere oportet id quod vincit. Vt ergo scopus
E Aphorismi concludamus, sumit Hippocrates indica-
tionem quandam vel potius contra indicationem ad
victum instituendum à natura & differentia morbi,
in qua morbum vnum cum alio comparamus, & ag-
noscescimus vnum maiorem vehementioremque esse
se alio: ob hanc enim differentiam parcius, aut vberius
ægti sunt nutriendi, etiam si alia omnia sint pa-
ria; & hic Aphorismus veluti est maior propositio to-
tius huius tractationis, cui sequentem subiungit al-
liter quam sentit Galenus, vt iam ostendemus.

APHORISMVS SEPTIMVS.

Vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & extremè tenuissimo victu utendum est. &c.

APHORISMI huius scopum, & sententiam nullus ex interpretibus, qui Commentaria in Aphorismos scripserunt meo quidem iudicio est assecutus: nam Galenus quem alij omnes multo adhibito iudicio sequuntur, putat Hippocratem docere quo victu sit utendum in statu morbi, id quod aperte octavo Methodi capite tertio testatur, vbi ita scribit ad verbum: Non aliud docet Hippocrates presenti Aphorismo, & sequenti, & in utroque agit de indicatione quæ sumitur à vigore morbi, id quod etiam sequenti Aphorismo testatur, cum ait: Docet nos utrunque scribatur hic Aphorismus, vnam & eandem victus rationem. Quinetiam vndecimo Aphorismo huius libri habet, Hippocratem ante à morbi vigore, & à viribus ægri indicationes ad totius victus rationem instituendam sumplisse, nulla alterius rei facta mentione, à qua indicatio, vel contraindicatio sumatur; quare cum hic de vitibus non agat, sequitur necessitudo, vt de vigore morbi agat.

Addo, quod vnam, & eandem faciat interpretationem huius, & sequentis Aphorismi, mutatis solum verbis. Propterea Montanus cum hunc explicasset Aphorismum, sequentem non interpretatur, tanquam vna sit vtriusque sententia. Sed omnes qui ita putant, euidenter hallucinantur: Primum, quod Hippocratica breuitate, & iudicio dignum non sit, idem bis nullo interposito spacio, nullaque ratione repetere. Scribit enim Galenus in textu vigesimo octavo tertij Commentarij de ijs quæ in medicatrina sũt, Hippocratem non solere bis eadem scribere, cum nulla necessitas cogit; id quod minus debet facere in hoc libro in quo summam loquendi breuitatem videtur affectasse. Deinde, verba huius, & sequentis Aphorismi sunt planè diuersa, quod si ita est, cur Galenus scribit operis authorem idem docere duobus sese statim sequentibus Aphorismis: quæ necessitas cogit illum id facere, debebat illam adferre si aliquam putabat esse. Recentiores autem quidam in hoc Aphorismo aiunt Hippocratem de statu peracutorum morborum agere, in sequenti vero de statu omnium morborum, ita coactum fuisse authorem, quod particulariter pronunciasset in hoc, vt in sequenti vniuersaliter scriberet. Verum si de statu hic agit, non minus vniuersalis est quàm alius: cum enim extremum quendam morbum hic proponat, in cuius statu (vt illi volunt) extremo victu sit utendum, declinationem postea faciendam scribit, vt quantum morbus tardius ad statum properat quàm peracutus, aut mitior est illius status, quàm morbi acuti status, tantum ab extremo victu declinemus, atque hoc modo declinantes ab extremo victu, & statu peracuti, comprehendimus quid vinctibus singulis morbis sit agendum. Præterea, hæc interpretatio repugnat Gal. qui idem doceri in his duobus Aphorismis scribit: & quemodo quæso de statu morbi hic tractat author, si nullam illius mentionem facit, sed solū morbum vehementissimū proponat, nempe peracutū, cui cū docuerit quis victus conueniat, postea ostendit quis victus alijs morbis

A competat, tantum. s. esse declinandum ab extremo victu, quātum ipse morbus ab extremo morbo, qualis est peracutus, recedit. Prosequitur ergo hic indicationem quæ sumitur à natura morbi, in qua consideramus morbum vnum maiorem vehementiorēque esse alio, estq; hic Aphorismus minor propositio superioris; cum enim in illo proposuisset exquisitissimam curationem, & prouidē victum exquisitissimum, & extremum, extremis morbis continere; nunc subiungit morbum peracutum statim habere summos labores, quod idem est ac si diceret, morbum peracutum esse extremum morbum: Ex quibus infert, extremè tenuissimo victu esse utendum; & hoc inuento quod extremus victus extremis morbis conuenit, & quod peracutus morbus sit extremus, colligit postea, quod vniuersis morbis differentibus inter se magnitudine conueniat: nam quæ per magis, & minus differunt, præsertim vbi plura sunt, non possunt arte certa, & certis limitibus comprehendi? Quare Hippocrates propositio quod est summum in morbis, & in victu, docet nos rectè adhibuitos victum in singulis morbis, si tantum victus ab extremo recedat, quanto morbus ab extremo morbo recedit. Sed hæc paulo inferius in explicatione secundæ partis huius Aphorismi clarius patebunt. Quod autem sit hæc sententia Aphorismi, præter rationes iam allatas docet verbum igitur, quod temerè à Leoniceo est prætermisum, plurimum enim refert, si dicas, vbi morbus peracutus, vel vbi igitur morbus peracutus, nam verbum igitur, ostendit connexionem cum præcedente Aphorismo; itaque cum in antecedente Aphorismo agat solum de morbo, non potest in hoc de alia re agere. Sed enim alia urgent maiora argumenta: nam si nullam indicationem sumeret Hippocrates à magnitudine morbi, diminutam vitendi rationem præferberet, quæ alioqui perfectissima est: etenim si de vigore morbi solum loqueretur Hippocrates, intelligeremus quidem quo victu sit utendum in morbi vigore, non tamen patere potest an eodem, vel diuerso in morbis magnitudine, & vehementia differentibus, æqualiter à suo statu distantibus victu sit utendum; statuamus enim exempli causa aliquem tertiana exquisita laborate, quæ decimaquarta die finiatur, alium febre ardente, quæ eundem etiam terminum habeat, profecto si solum à morbi status distantia indicationem sumemus, eodem victu in utroque morbo utemur: at diuerso utendum esse omnes concedunt, non quidem ob diuersum status terminum, qui idem est, sed quoniam ij morbi vehementia inter se differunt, in maiore autem morbo tenuiore, in minore vero pleniore victu utendū est. Præterea, si in statu morbi tenuiore utimur victu, quàm in alijs temporibus quod ea pars morbi vehementior sit reliquis, postulat utique ratio, ut in maioribus morbis parcius alamus, quàm in minoribus, ut enim pars ad partem morbi, sic vniuersus morbus ad vniuersum morbum se habeat oportet. Quod si Galeni auctoritate certandum est, non desunt nobis ex eo authore loci, nam in tertio libro de Crisibus capite quinto scribit, in victu instituendo ægrotis, spectandas esse vires ægrotantis, morbi magnitudinem, & status distantiam. Quinetiam in libro primo de fracturis, textu quadragesimo quinto, dicit, eos qui à principio fracturam cum ulcere patiuntur exquisito victu uti debere, simplici & vulgari, eos, qui non periclitantur, medio uero qui fracturam absq; ulcere cū prominentia ossis extra cutem habent: planè ostendens, quanto minorem uim morbus alio habet, nulla facta status mentione, tanto tenuiorem exhibendum esse victum, alioqui temerè

merè cēferet in eo qui grauiorem habet fracturam, tenuiore opus esse cibo, nam longius ille à statu sui morbi distat, vt qui difficiliore morbo laboret, & propterea longiora omnia habeat tempora; vnde, si status distantiam solum spectaremus, simpliciorē, & vulgariorem victum grauius laborantibus ex fractura iniungeremus, contrarium planè quàm ille præcipiat; Quod si Galenus ad Glauconem in exquisita tertiana tenui vitur victu, vt in acuto morbo, videre debebat qua ratione id faciat, & quantum differat tertiana ab acuta febre. Porrò, nostram interpretationem approbat authoris verba, natura rei, ratio, & experientia. Iam verò reliqua sunt explicanda, qua in re notandum est, hic non omnem morbum peracutum intelligi, sed qui simpliciter est peracutus: cum enim extremè tenuissimus victus summam differentiam victus exprimat, vltra quam progredi non licet, oportet & morbum cui debetur, summum in genere morborum esse, qualis non est omnis peracutus, sed qui simpliciter est peracutus.

Statim extremos habet labores.

Quasi verbum, statim, statum significaret, forte alij interpretes putarunt de statu morbi authorem agere, verum aliter sese res habet: significat enim, vt scribit Galenus in secundo Prognosticorum textu 13. tria; Primò scilicet insultum morbi, & tempus, quod ad quattuor dies extenditur, & tempus adiacentum functioni. Hic autem Galenus pro spacio quattuor dierum vsurpat, non alia quidem ratione, quàm vt suam de statu opinionem tueatur.

Ego verò in alijs duabus significationibus hoc verbum intelligo, quod scilicet morbus acutus cum primum inuadit, & subito, suapte natura sit magnus: nam cum morbum morbo comparet, (vt diximus) docere debet author quanam propria sit illorum morborum, de quibus agit, natura, non quid illi temporis interuallo, & suo progressu acquirant, etsi enim acutissimus morbus intra quartum diem summos eos labores quos consequi potest, assequitur, tamen etiam ab initio, & in primo insultu maximus est, summosque habet labores, si cum alijs morbis comparetur: qua ratione nos cogimur victu tenuissimo in eo vt, quod si statim indicaret quartum diem, nulla necessitas nos cogeret primo die tenuissimo vt victu: si enim cum morbus extremus est, tenuissimo victu tunc vtendum est, extremus autem est non ante quartum, cur non licebit in tribus primis diebus pleniore victu vt? ratio enim esset instante quarto, cibum instituere, quem eo die morbus exigit, vt postea scribit, parum ante statum cibum subtrahendum, ante verò statum vberius cibandos esse ægros, quemadmodum etiam iubet in ipsa accessione, & parum ante illam à cibo esse abstinendum. At Hippocrates scribit, non solum in quarta die tenuissimè alendos esse qui peracutissimis morbis laborant, sed statim ab initio; quoniam inquit statim summos habet labores, quos alij morbi non nisi cum viget assequuntur. Ceterum per labores extremos, & summos, Galenus intelligit vel accessiones, vel simpliciter omnia symptomata. Intelligere autem oportet morbum peracutum habere omnia symptomata summa, quæ quidem suapte natura habere potest: nam omnia symptomata non sequuntur omnes morbos: est enim deprauata, & abolita actio symptoma summum, quod tamen necel-

A sario non est in omni morbo peracuto; nec in solo peracuto morbo reperiuntur maxima symptomata, nam sensus, & motus, resolutiones, & stupores paritium, symptomata sunt longorum potius quàm acutorum morborum, nec vero intelligere possumus omnia symptomata, quæ contingunt morbis acutis esse labores extremos, quos dicit Hippocrates tenuissimum victum postulare, nam abolita, deprauata, infirmæque actiones quæ in morbis peracutis sæpè adsunt, & qualitates præter naturam mutata, non cogunt nos tenuissimè nutrire ægros; quare non omnia symptomata (vt Galen. vult) intelligere possumus per labores extremos. At nec accessiones, labores extremos exprimunt; propterea quod communis quædam ratio esse debet omnibus peracutis morbis, non solum illis qui per accessiones infestant. Quare magis placet interpretatio huius loci, quàm habet Galenus in octauo Methodi capite tertio, vbi labores intelligit omnia, quæ hominem offendunt, vt vigilias, somnum præter naturam, sitim, dolores, motum, & denique symptomata, quæ cause rationem habent, & morbos ipsos intendunt, actio enim abolita etsi magnum est symptoma, non tamen homini molestiam, & laborem adfert, id est morbum dispositiones; morbo fas non auget.

Et extremè tenuissimo victu vtendum est.

Colligit Hippocrates tenuissimo extremè vtendum esse in morbis peracutis, quoniam extremos illi habent labores: quod qua ratione fiat, nunc expendendum est: num scilicet suapte natura, uel alio modo illi id faciant; nam vt notum est, symptomata, vt symptomata sunt, nec impedire, nec moderari posse victum, vt nec curationem indicare, ita per se, vt cause rationem habent, ad victum instituendum non conferunt; quis enim dicit tenuissimo victu alendos esse qui peracutissimo morbo laborant, eo, quod illi vigilia, & dolore vehementi fortè molestantur: quid enim hæc per se commune habent cum nutritione? non igitur quia hæc symptomata labores adferunt corpori, victus rationem mutamus: sed quia ex molestijs, & laboribus quos pariunt, mutatur id, quod agit, vel patitur in nutritione, agunt autem facultates naturales attractrix, retentrix, expultrix, & concoctrix; patitur ab illis alimentum quod assumitur, & humores qui iam sunt geniti in corpore. Itaque si facultates per eos labores debilitantur, adeo, ut alimentum externum concoquere nequeant, aut attrahere, vel retinere, vel excrementa propellere, à cibo abstinere, vel illum minuere cogimur. Sic profecto cogimur facere, si ob labores, humores deteriores redduntur, aut plura sunt excrementa: quia enim morbi tolli nequeunt, nisi prius illa fuerint concocta, & excreta, ideo cogimur victum moderari, vel penitus auferre, ne naturam occupemus in cibo elaborando, quam in morbois causis vincendis versari oportet; ergo labores qui sunt in morbis, per se & suapte natura non impediunt solitam nutritionem, sed quia nature actiones deteriores reddunt, & morbois dispositiones augent, quas tanto facilius natura vincere solet, quanto minus in alimento conficiendo occupatur; ita qui de puto esse sentiendum de hac re: nam quod Galenus scribit, in morbis peracutis, & in ipsorum vigore, tenuissimo victu vtendum esse; propter inflammationes, & febres, quæ inseparabiles sunt à

morbis acutis, non probo: nam vt non rectè dicitur inseparabiles esse febres à morbis acutis, quod ostendunt apoplexia, tetanus, syncopales dispositiones; ita per febres inflammationes, non omnes labores qui fiunt in morbis acutis comprehendit; nec ex his immediatam reddit rationem & causam, cur ob febres, & inflammationes, quæ maiores sunt in morbis peracutis, & in vigore omnium febrium, tenuius sint alendi agri; relinquuntur enim ad huc quærendum, cur febres liberam nutritionem impediunt, quare ita sentiendum ut diximus.

Ceterum extremè tenuissimum victum intelligit Galenus, qui fit per inediam, vel solum melicratum, vel paucum ptisanæ succum; At id meo iudicio, non rectè, plurimum enim refert si inediam integram pro ptisanæ succo, & hunc pro melicrato im peres agrorum. Quam ob rem de fine oportet quod antea fecimus, per id quod vires patiuntur, non per alimenta hæc, victus genera. Igitur si tenuis victus vires debilitat, tenuissimus in extremo victus erit; qui extremè quantum licet naturam debilitari solet, id quod abij cum alia materia experiuntur, qui enim naturalibus facultatibus pollent, facileq; digerunt, si exiguò nutrimento alantur, ad extremam eam debilitatem peruenient, ad quam sine periculo perducipossunt; At si alij contrario modo affectis eundè victum exhibeas, plus nutries quàm oportet; cum enim ita sint affecti, vt etiam sine cibo perdurare possint, præstat eos in inedia continere, vt natura vniuersa vis possit versari in morbosa dispositione conficienda; extremam ergo eam debilitatem in inedia experiuntur, illi verò à cibo hoc vel illo, preferimus autem eam virtutis debilitatè robori, quod ex nutrimento paratur, quoniam natura facilius morbosas dispositiones vincit, si continuè pugnaverit aduersus morbosas dispositiones, quàm si pugna intermissa ad cibum conficiendum, reuocetur. Quam ob rem, cum peracutus simpliciter morbus, vehementissimus sit, grauissimèq; & continuò naturam affligat, pariter continuam vehementemq; naturæ repugnantis actionem esse oportet, & ob id quantum licet à victu abstinemus, atque interim vires quidem debilitantur, sed morbosa causa ob continuam, & vehementem pugnam vincuntur, quibus victis, postea vires sine periculo, & impedimento reficere possumus.

Vbi verò non, sed pleniorè victum contingit adhibere, tantum cibi indulgendum est, quantum morbus extremis est mollior.

Posteaquam docuit Hippocrates quis victus peracutus qui extremi sunt morbi conueniat, quod scilicet sit qui extremè est tenuissimus; nunc ex eodem principio docet, quis victus alij morbis comperat; si enim extremè tenuissimus exquisitissimèq; victus extremis morbis conuenit, ratio efficit, vt quantum alij morbi ab extremo morbo recedunt, tantum recedat illorum victus ab extremo tenuissimo, quoniam enim affectuum magnitudo per magis & minus differt, nec certa mensura definiri potest, summum aliquid erat ponendum in morbis, id quod facit; proponit enim morbum peracutissimum, quem omnes Medici nouerunt qualis quantusq; sit. Ex quo facile licebit intelligere, qui plus vel minus ab eo recedant alij morbi coniectura quadam, & accidentium collatione quæ hominem mo-

Alestant. Sunt & victus differentia respectu, & certis limitibus distincte, quænam scilicet sint extremæ, & quæ ab illis plus vel minus declinent; itaque posteaquàm nouimus extremum victum extremis morbis comperere, facile intelligere licet quisnam victus alij morbis conueniat: nam si parum morbus ab extremo morbo recedit, sic victus parum ab extremo tenuissimo recedere debet; si maior est recessus in morbis, maior etiam in victu esse debet. Rectè ergò scribit Hippocrates, (vbi verò non) scilicet morbus est peracutus, sed mitior, pleniorè victum licet adhibere. Quanto verò pleniorè docet, tanto scilicet quanto morbus ipse ab extremo, id est peracuto morbo recedit, ita quidem (extremis) interpretari oportet, non quemadmodum Galenus, qui scribit morbum recedere ab extremis, id est à statu, quæ explodenda planè est à nostris scholis interpretatio, quandoquidem Hippocrates morbos inter se comparat; & victus genera, quæ singulis morbis debentur, ut satis ostendunt Aphorismi uerba, quæ non nisi maxima uolentia ad statum morbi trahi possunt.

OCTAVVS APHORISMVS.

Quando morbus in suo vigore constiterit, tunc victu tenuissimo utendum est.

AMorbo sumi contraindicationem ad genus victus instituentum, antea docuimus. Sumitur autè, vel à quibusdà morbi generibus, vel à certa morbi differentia; ea enim morbi genera quæ naturales functiones impediunt suo fungi munere, liberam nutritionem impediunt, vt antea ostendimus; ea quoque morbi differentia in qua consideremus vnum morbum maiorem esse alio, victum minuit plus, vel minus. Porro, morbi alij maiores alij sunt suapte natura, vt peracuti, acutis, & hi alij; At vniuersi morbi tempore maiores euadunt; morbus enim progrediendo vsque ad certum terminum maior, postea verò minor redditur; fiunt verò alio modo morbi maiores ob exacerbationes quæ in illis contingunt; cum enim aduenit accessio, siue exacerbatio morbo, tunc ille maior fit; Igitur cum tribus modis magnitudo adueniat morbis, egit superiore Aphorismo de ea magnitudine quæ ex natura morbi sumitur, & docuit quantum illa possit victum impedire; nunc idem docere vult de morbi temporibus, quæ eo sanè modo victum moderantur, quo & morbi ipsi; vt enim inter morbos, maximus, maximè impediatur victum, & minimus minimè; ita tempus morbi, siue pars morbi vehementissima, maximè turbat nutritionem; quæ verò mitior est, minus. Quam ob rem de morbi temporibus agendum est, vt ex notis procedat huius rei tractatio, & tanto quidem diligentius de ea te agendum est, quanto magis difficilis est, & confusè ab antiquioribus scripta. Sed quoniam hæc vno libro, quem scripsimus de temporibus morborum, accuratè sunt conscripta, solum capita breuiter attingamus. Primum igitur quid morbi tempus sit; Deindè quot sint illa in singulis morbis; Tertio loco quæ sit vniuscuiusque illorum natura & vis, & penes quid spectetur, trademus; Quarto, quibus signis cum illa præsentia sunt, cognoscere, & cum futura sunt præuidere possumus, explicabimus. Postremo, docebimus omnes rationes quibus contingit morbi tempora victum turbare. Est autem morbi tempus, morbi pars siue ætas, siue causæ morbi motio.

tio, vt Galenus author est in lib. de optima secta, & in eo quem scripsit de morborum temporibus. Morbus enim in suas partes diuiditur, quas cum successione quadam, vt tempus suas partes acquirit, ob id morbi tempora appellantur; & tates verò, quòd quemadmodum viuentia ætatum cursu, sic morbi temporu vicissitudine immutentur; vel fortè èt quoniam sicut ætates, & vitæ partes successione animal, sic morbus partes suas assequatur. Dicuntur autem causæ morbi, motiones, propterea quòd motu diuerso causarum, morbus suas partes obtineat: nam cum causæ morborum agere incipiunt, principium eorū fit; cum vehementius illæ vim suam exercent, incrementum constituitur, status autem aduenit, cum eundem tenorem seruant; sequitur tandem declinatio, quando earundem vis minuitur, & frangitur. Igitur si morbi tempus, & pars idem sunt, constat tractationem quæ nunc instituitur de contraindicatione victus sumpta à morbi temporibus, non alia ratione differre à superiore, nisi vt pars differat à toto: nam antea docuit quid vniuersus morbus magnus, aut paruus possit in victu moderando: nunc vero idem docet de partibus morbi, quantum scilicet vim singule partes morbi in eadem re obtineant.

Ceterum morbi partes quædam vniuersales siue maximæ dicuntur, in quas vniuersus morbus primum diuiditur; alie particulares & minime, in quas maiores illæ diuiduntur, sunt autem morbi partes vniuersales quatuor; Prima dicitur principium; Secunda, incrementum, augmentum, & ascensus; Tertia, vigor, siue status; Quarta declinatio, siue remissio.

Minores verò partes, etiam suas habent, his nominibus nuncupatas, & præter has alias habet quidam morbi: nam cum inæqualiter mouetur causa morbi ad internas inquam primum, & postea ad externas partes, inter principium, & augmentum intercedit ea, quæ dicitur pars inæqualitatis; quinetiã, in morbis qui per interualla repetunt, nec continui sunt, post declinationem sequitur pars quæ interuallum, quies, & intermissio nuncupatur. Ceterum, principij morbi nomine intelligimus primum insultum morbi, & tempus trium, aut quatuor dierum, & totu illud tempus in quo morbus gignitur, quod quidem tempus malè Galenus vocat tempus cruditatis, neque enim generalis hæc significatio est vniuersis morbis, nimirum, cum omnes concoctiones, & cruditates non habeant; hæc quidem tres significationes principij à Galeno traduntur; duæ tamen alie mihi videntur addendæ, quæ in his non comprehenduntur; vna quæ portionem illius continet, in qua morbus procreatur, quo modo scribit Galenus 13. Methodi, parum esse quod in principio inflammationis influit humoris, neque enim hæc significatio in tribus alijs continetur. Sumitur & principium pro eo tempore in quo ager morbo grauatus decumbere incipit, à quo tempore dies decretorij inchoantur; Sunt omnes magni vsus hæc significationes principij in medicina nostra; vt in eo libro quem de morbi temporibus scripsimus, abundè ostendimus. Dicitur autem iam principium, id omne quod habet morbus dicitur cum genitus est, est autem genitus, cum perfectam suam naturam, & speciem accipit, quod contingit eum ad incrementum cessante generatione peruenit, in qua re quantum Galenus fallatur, alibi ostendimus.

Crescere autem dicitur morbus, cum manifestè augetur: nam etsi gigni non potest absque aliquo incremento, tamen illud minimè consideratur, quod fit in generatione, sed cum iam euidentius augetur perfecta generatione: ut enim

A quamdiu animal in utero est, illud solum gigni dicimus, etsi hoc non fiat sine incremento, tunc verò augetur dicimus cum ab utero est exclusum: ita de morbo sentiendum est; vigere autem dicitur morbus, non cum eundem tenorem seruat, id enim etiam in principio ferè fit, si modo tunc non augetur dicimus, sed cum summum illud quod ab incremento est relictum, in eodem tenore perseverat, declinare autem dicitur et remitti cum minuitur vigor; Ceterum, vnaquaque ex prædictis partibus in alias ijdem nominibus nuncupatas diuiditur; dicimus enim principij principium, incrementum, statum, & declinationem, & augmentum esse in principio, in augmento, statu & declinatione; idem de statu & declinatione dicitur; cogimur enim vsque ad minimum hæc diuidere, vt medendi ratio melius instituat. Nunc sequitur ut doceamus quoniam partes vniuersales & particulares habeat quilibet morbus; in qua quidem re varius est Galenus: nam in lib. de optima secta contendit acutos morbos quosdam, nullum habere incrementum, ut qui simul atque inuadunt, uigeant, & eos qui per Crisim finiuntur, declinatione priuari, quemadmodum & illos qui ab initio adhibitis remedijs soluuntur, tribus succedentibus temporibus carere putat; in libro uerò de totius morbi temporibus, statuit omnes morbos salutares habere quatuor tempora, in qua quidem re rectè sentit, cum morbos illos carere succedentibus temporibus arbitratur, quando in principio tolluntur; at non rectè sentit cum iudicat quosdam morbos ad vigorem peruenire absque incremento. At verò sine aliqua declinatione nullus morbus qui per Crisim factam in vigore soluitur, finiri potest, si modo dicitur morbus declinare quando remittitur illius vigor. Nos verò aliter de his statuimus, proposita diuisione morborum in salutares, lethales, & alios qui nec sanantur nec vnquam occidunt; & rursus diuidendo salutares in eos qui per Crisim perfectam, vel imperfectam, vel alio modo ad salutem perueniunt; igitur, qui per Crisim perfectam soluitur, factam in crescente morbo, tria solum obueniunt tempora, principium, incrementum, & declinationem, nec pauciora quidem habere potest; quod si in uigore ea Crisim fiat, quatuor necessariò habebit, principium, incrementum, statum & declinationem. Et si per Crisim imperfectam morbus dissoluitur, contingit aliquando morbum habere duo tempora principium scilicet & declinationem; aliquando tria, principium, incrementum, & declinationem; aliquando quatuor, illis enim additur vigor quando in eo Crisim imperfecta accidit. Ceterum si morbus alio modo quam per Crisim abigitur, siquidem paulatim id fiat & per concoctionem factam partes percurrat; si verò per euacuationem factam inchoante morbo sistitur, declinatio sequitur absque incremento & vigore, quod si in augmento fiat euacuatione, succedente statu, morbus priuatur. Eodem quoque est in morbis organicis ratio: nam illi statim incipiunt, & in ipso incremento finiri possunt antequam uigeant. Iam verò si lethalis morbus fuerit, nunquam aderit declinatio, & nunquam habebit pauciora tempora quam duo: non enim videtur fieri posse vt aliquis morbus perimat, nullo facto incremento; propterea fallitur Galenus, cum in principio morbi aliquos mori scribit: nam si ita est, falsum illud est quod scribit in libro de temporibus morborum, incrementum lethaliū morborum cognosci tunc, cum lethalia signa apparent; At quomodo quæso mori aliquis potest in principio, si nulla adhuc habet lethalia indicia? Iam vero, si morbus ex eorū genere consistat, qui sanari nequeunt, nec tamen perime-

re possunt, contingit vnum, vel duo, vel tria, vel quattuor in morbo esse tempora, principium quidem solum, si morbus posteaquam genitus est, nunquam augetur, duo vero si perpetuo crescit, tria autem si posteaquam ad vigorem peruenit, nunquam remittitur, quattuor autem si tandem declinat, nec tamen perfecte soluitur, ut in ijs fieri dicitur, qui morbo Gallico semel fuerunt correpti. Ceterum in particularibus temporibus potest idem numerus esse in lethalibus morbis, qui est in salutaribus: non enim declinatione particulari vt vniuersali priuantur necessarii exitiales morbi; igitur, si morbus continuus fuerit, & accessionem habuerit simplicem, & aequalem, quattuor erunt tempora, principium, incrementum, status, & declinatio; at si inaequalis infestat accessio, additur tempus inaequalitatis; si vero morbi accessio confusa fuerit, ut ipsa, sic illius partes confunduntur; At si morbus nullam habeat accessionem, ut in sinochis febribus contingit, nulla etiam habebit particularia tempora; iam vero, si morbus fuerit ex genere intermittentium, & aequalem habuerit accessionem, quinque in eo erunt accessionis partes, principium inquam, incrementum, vigor, declinatio, & interuallum, siue quietis tempus; quod si inaequalis fuerit accessio, post principium, habetur tempus inaequalitatis; cur vero aliqui morbi principium habeant aliquando longius incremento, vel statu, vel declinatione, alij vero aliter habeant, in libro nostro de morborum temporibus ostendimus, id enim non est praesentis instituti docere; quomodo vero cognosci possit non solum vigor de quo agimus in hoc Aphorismo, sed etiam alia omnia tempora quum adsunt, breuiter docere aggredior: nam qua ratione dignosci possint futura morbi tempora sequenti Aphorismo commodius explicabimus, scribit Galenus in libro tertio de Crisibus, & in eo quem scripsit de temporibus morborum, non aliter morbi tempora dignosci posse, quam ex signis concoctionis & cruditatis: in qua re plane fallitur; Primo quod communis non sit vniuersis morbis haec cognoscendi ratio, pauci enim morbi sunt, in quibus excrementa gignuntur, quae concoctiones cruditatesque possint ostendere; deinde non in morbis omnibus in quibus materia aliqua concoquitur, licet ex eius concoctione & cruditate eorum partes distinguere; quod apparet in Sinochis febribus, quae vel semper auferuntur, vel decrescunt, & in morbo laterali in quo summus adest morbi vigor dum humor est crudus, non autem cum perficitur concoctio, vt Galenus putat; addo, quod nec in vlcibus respondit Galeni illa Methodus, non enim ex saniei concoctione & cruditate, sed ex ipsa diuisione quae incipit, vel augetur, vel viget, aut minuitur, illorum partes cognoscere, & inter se separare debemus; ac cum haec viderent recentiores inter se plene pugnare, quod vehementissimus saepe sit morbus, dum cruda redduntur excrementa, duplicem statum inuenerunt, quorum vnum statum quo ad concoctionem, alterum quo ad accidentia nominant, idque praeter omnem rationem: sic enim oportet duas esse vigentes aetates, duo principia morbi, duo incrementa, duas declinationes, duas item aequalem tenorem seruantes causae morbi motiones; Quo modo praeterea dici potest vigere morbus, cuius accidentia sunt remissa? ad enim contingit cum in pleuritiide multa concocta, facileque expuuntur: quo tempore morbum vigere statuit Galenus, sui oblitus, cum in primo de Crisibus & alibi saepe, morbi statum definit nihil aliud esse, quam, quo ad symptomata morbi summum, plura sequuntur hanc opinionem absurda, quae alibi patefecimus, vbi etiam docuimus, tempora morborum ex ipsorum essentia sumi, quae

A cum incipit, augetur, viget, aut minuitur, tunc diuersas in morbo partes ostendit. Est & alia ratio quae sumitur ab effectibus sequentibus singulos morbos, qui ut incipiunt, vel augetur, aut nigent, vel minuitur, tales in morbis partes & mutationes declarant; propterea in quibusdam morbis ex concoctione & cruditate licet morborum partes deprehendere; quoniam in illis laeditur primum concoctio, quae progrediente tempore praeualeat, & insignes mutationes facit in singulis morbi partibus, sed id in paucis admodum morbis fit, & ferè solum in illis, qui ex humore calido & concluso aliquo in loco contingunt. Tertius fons signorum qui ad hanc cognitionem confert, continet causas quae morbum gignunt, aut laedunt, vel profunt in aegrotis, cum enim causae gignentes agere incipiunt, tunc morbus in principio esse cognoscitur, cum uero auget suas vires, aut eundem tenorem seruant, uel remittunt suam vim, tunc agnoscimus morbos qui ex illis causis oriuntur, hanc uel illam partem obtinere; sic cum illa quae iuuare solum possunt in morbi aliqua parte, adhibentur, & profunt, si tunc adhibeantur & tenuerint, merito creditus morbum in ea parte consistere; quartus accedit fons ex similitudine, sed haec, ut diximus diligentius & clarius in libro de temporibus morborum profecti sumus. His ita declaratis, sequitur ut rationem reddamus eorum quae scribit Hippocrit. in Aphorismo, & ut doctrina facilius euadat, ea quae sunt explicanda diuidemus; Primum enim rationem adferemus quare in statu, tenuiore uictu sit utendum quam in alijs temporibus; secundo loco an in omnium morborum statu tenuissimo uictu sit utendum, ut Aphorismi uerba ostendunt; Tertio an non liceat ob aliquam causam aliquando in principio tenuiorem uictum instituire quam in uigore. Postremo expendemus Galenus locos, ex quibus intelligemus an illa hanc viuendi rationem medendo obseruauerit. Igitur scribit Galenus in Commentario huius & praecedentis Aphorismi, tenuissimo esse opus uictu uigentibus morbis, ob duas rationes: quoniam, inquit, in statu morbi, Symptomata sunt maxima, & quia non oportet naturam distrahere à morbi concoctione, cui tunc fortiter vacat, quid uero intelligat per symptomatum magnitudinem, explicat in praecedenti Comment. ubi dicit intelligi posse inflammationes, & febres; Verum, haec opinio reprehensione non caret; Primo, quod non propter symptomata, ut symptomata sunt uictum immutemus, ut nec aliam curandi rationem; Deinde quod eadem sit ratio totius morbi, & illarum partium in uictu moderando: nam ut inter morbos, qui peracutissimus erat, id est maximus, uictum tenuissimum postulabat, ita inter morbi partes, quae uehementissima est aliarum respectu, tenuissimum uictum pariter desiderat, ergo eadem ratione status morbi uictum moderatur, qua diximus morbum peracutum tenuissimum uictum exigere. Ad haec improprie admodum scribit ob casuum magnitudinem id esse ob febres & inflammationes talem uictum requiri: nam inflammationes & febres, casus, & symptomata non sunt, sed morbi; quinetiam ardores, & febres non sunt communia symptomata in omni statu morborum, sed solum febrium uigentium; nec uero intelligere potest omnia symptomata vim habere impediendi uictum, nam actionum uicta, ut debilitates, deprauationes & abolitiones, insignia sunt Symptomata, sed nihil possunt in hac re obesse aut confettere. A prius ergo dixisset, ideo in statu morbi, tenuissimo esse uictum, quia tunc morbi qui infestant maximi sunt. Postremo debebat docere, quare magnitudo symptomatum prohibeat nutritionem, siue per symptomata intelligat uera sym-

ptomata, vel etiam morbos; alia vero ratio que sumitur à morbi concoctione, etiam refellenda est. Primum, quod in omni morbi statu concoctiones maxime non fiant, ut in frigidis, & humidis, in ficcis, in morbis instrumentariarum partium, & denique in nullis alijs morbis præterquam in febribus putridis, & inflammationibus, & in his quidem febribus vigentibus contingit esse opus tenuissimo victu ob aliam rationem, quam ob concoctionem, veluti, cum crisis sit iam, aut inflat, tunc enim natura concoctionem iam absoluit, alioqui expulsionem non aggregaretur. Aliam vero adfert rationem in lib. de opt. se. & cap. 3. 9. ubi scribit Hippocratem ideo non scribere tenuissimo esse opus victu cum morbus est in vigore, quod crederet à tempore morbi sumi aliquam indicationem, sed quia à tempore facultatem est mensus, à facultatis vero mensura, victum instituit. Que opinio etiam absurda est, non enim propterea parcius nutrimus in statu, quod eo tempore virtus debilitata sit, ut plus nequeat concoquere, id enim longioribus morbis non respondet, nec etiam in acutis vires in omnibus vno modo afficiuntur, ut vna viuendi ratione sit opus ob illarum affectum; Quare Hippocrates non vires que euariant propter diuersitatem corporum spectauit, cum vnum & stabile præceptum tradidit de statu morborum, sed morbi eam partem que in omnibus morbis respectu aliarum partium semper vehemensissima est: non ergo prædictæ rationes ostendunt esse in statu morborum, tenuissimo victu vitendum, sed illas quas in superiore Aphorismo ostendimus in extremo morbo eodem victu alendos esse egros, quia enim vigentibus morbis vel viciantur ea que nutrimentum conficere debent, naturalis inquam calor & virtus robur, adeo ut solitum nutrimentum & ut in alijs temporibus conficere nequeant; vel quod causæ morborum naturæ actiones occupant, ita ut illæ reuocari non possint ad ciborum elaborationem, ideo victum moderatum & parcissimè alimus, ubi enim vigilia & dolor, delirium, motus, aut calor febrilis, naturales actiones debilitarunt, & calorem acriorem, & ob id ineptum ad optimam concoctionem reddiderunt, in omni corporis statu vel à cibo abstinemus, vel tenuissimo victu utimur; tanto ergo magis id vigente morbo faciendum est, quanto maiora hæc mala solent esse; in eo tempore. Ceterum morbosâ dispositio, & causa que naturæ actiones occupat, non solum eget concoctione, & ob solam concoctionem (ut Galenus putat, victum exigit huiusmodi, sed ob retentionem aliquando, vel ob separationem, vel ob expulsionem; sic enim cum Crisis inflat, aut fit, continemus ægrum in media, quæ natura in separatione & expulsionem malorum humorum tota versatur; nec tutum est illam vel minimè distrahere ab eo opere, ut cibum conficiat. Eodem modo ubi dolorifica urget dispositio, aut fluxiones, uictum auferimus, ut natura avidius retineat humores, qui confluunt; in Apoplexia, ut pituitosum humorem externo nutrimento priuata natura facilius conficiat, inedia imperamus; in febribus autem idem facimus, ut concoctionem quam perficit, absoluere possit. Peculiares ergo causæ multe & variæ sunt, & peculiare in singulis ferè morbis, vnica autem vniuersalis que sumitur ex dispositionibus, & causis morborum, que cum in statu maxime esse soleant, naturæ actiones ad se reuocant, nec permittunt in cibo conficiendo versari. Quod vero in omni statu non sit vitendum tenuissimo victu, certissimum esse puto: nam cum aliqui morbi in suo vigore maiorem non habeant magnitudinem, quam habeant longi, leuesque morbi, nulla ratio cogit ut tenuissimo victu utamur in omni statu morbi, quo-

nam in omnibus morbis idem non facimus: quis enim in quartana febris statu tenuissimum uictum imperabit? quippè, cum sepe dicitur huiusmodi uigor per plures menses; At nec in omnium morborum statu uictum minuius potius quam in alijs temporibus, ut in figure, magnitudinis, & alijs morbis qui instrumentarias partes afficere solent, paucis illis exceptis, in quibus materia aliqua est, que naturæ cultum requirit. Igitur quod scribit tenuissimo uictu utendum esse in statu morbi, intelligendum est in morbis qui habent vim contraindicandi uictum, & in morbis peracutis: in illorum enim statu huiusmodi uictus conuenit; intelligere etiam possumus in morbis qui habent vim contraindicandi tenuissimo uictu esse utendum, non simpliciter tenuissimo, sed comparatione ad alia morbi tempora. Quod uero liceat aliquando tenuius alere in principio quam in statu morbi, iam docere aggredior: nam si causa morbi in principio plus uigeat quam in statu, quis negabit parcius nutriendum esse eo tempore, quo causa præualet? demus (si placet,) aliquem febre quartana corripitur cum magna repletionem totius corporis & copia pituitæ replente stomachum, & primas uenas corporis, postulat profecto huiusmodi dispositio ab initio consumptionem tantæ materiæ, & propterea parcissimum cibum, quem uictum quartana febris cum uiget, non postulat, quoniam in concoctione humoris natura eo tempore non ita occupatur ut in principio in eadem uacuando & consumendo: non enim solum uictum tenuem exigimus ad concoctionem sed etiam ad euacuationem corporis nam ut in tenui uictu natura facilius concoquit quam in pleniore, sic multo promptius uacuat lædentes humores. Quare cum morborum causæ nunc euacuatione, nunc concoctione magis egeant, euacuatio autem in principio magis requiratur, quam in vigore concoctio constat profecto tenuiore quoque uictu eo tempore utendum esse, quam in statu, si magis urget in principio euacuandi necessitas, quam concoctio in statu; unde optimè dixit Hippocrates (quando morbus:) nam morbus in statu semper uehementior est, quam in alio quocumque tempore & ob id rectè dicitur in statu morbi tenuius esse alendum, quam in alia morbi parte; causa uero ipsæ morborum aliter faciendum esse postulant; nam & ipse Galenus postea Aphorismo de cimo septimo & decimo octauo spectat an morbus fiat ex pauco, uel multo humore uel crasso uel tenui, uel ex corrupto, uel integro, & ob hanc differentiam statuit tenuiore uel pleniore uictu esse opus. Quod si ex symptomatum magnitudine, ut Galenus facit, nutritionem metiri oportet, & in hoc quoque respondet hæc nutriendi ratio, quoniam quedam symptomata, causas sequuntur, que in principio magis infiant quam in alio morbi tempore, ut Syncope, que nascitur ex repletionem, non solum in principio accessuum, sed etiam ipsius morbi, magis urget quam in statu. Non igitur solum morbos, sed & causas & symptomata illorum considerare oportet in recta nutritione instituenda; & si id quod in principio, uel augmento morbi urget, præualet ei quod in statu uiget sequi debemus quod maiorem vim habeat; ex quo etiam colligitur, in accessione morborum licere sanguinem mittere, purgare, & cibare, prout causæ morborum, & ipsi morbi, & symptomata urgent: nam si maius periculum otitur ex repletionem, quam ex motu qui fit in accessione, quis verebitur corpus euacuare? id quod in Hemiplegia uehementi, uel Apoplexia, nemo negabit esse faciendum, quando etiam repetèti per accessiones dolore Colico, in ipsa accessione non ueremur acres clysteres iniicere, medicamenta purgantia exhibere, & sanguinem quoque

que mittere. Quam ob rem, rectè scribit Galenus in fine libri octauo Methodi, non alia ratione fieri ut quidam Medici alijs præsent, nisi quod quidam sunt alijs prudentiores: illi enim omnia rectè distinguere, & singulorum vim perpendere, & quid singulis conueniat diiudicare melius possunt. Quod uero Galenus hanc Hippocratis sententiam in nutriendis suis ægrotis perpetuo non obseruauerit, breuiter doceo; de ea enim re est locus in lib. 9. Methodi capite quarto, ubi agit de victu laborantis Synocha febre putrida, ubi scribit, eodem modo se cibasse ægro tantem cum febris vigeret, & manifestè declinaret.

NONVS APHORISMVS.

Coniectari autem oportet, an æger cum victu sufficiat perdurare donec morbus consistat, & nunquid prius ille deficiat, nec possit cum victu perdurare, vel morbus ante deficiat atque hebetescat.

Scopum huius Aphorismi non uidetur mihi assecutus Galenus, cum ait Hippocratem hic sumere indicationem à uiribus ad victum instituendum, neque enim docet quem victum exigant vires, id quod postea facit, cum scribit pueros plurimo egere alimento; senes autem paucos; & Hyeme atque Vere ubertius, parcius uero Æstate esse nutriendum; Ac non minus quidem morbum quam vires considerandum esse admonet, cum ait spectandum esse an hic prius deficiat atque hebetescat. Scribit præterea in tertio libro de Crisibus cap. 5. ubi hunc Aphorismum repetit, tria esse consideranda ut Aphorismi sententia intelligatur, nempe, vires, morbi magnitudinem, & futurum morbi statum. Quam ob rem, si non dicimus eum hic explicare indicationem quæ à morbi magnitudine vel futuro statu sumitur, nec profectò dicere debemus, eum uelle hic explicare indicationem, quam vires præbent; cum uero docemur victum quem vires indicant, spectamus proprium illarum robur & imbecillitatem, non statum aut magnitudinem morbi: ridiculum enim est credere, autorem profequi indicationem à uiribus acceptam eo quod in Aphorismo mentionem faciat de eo quod ferre potest æger usque ad uigorem morbi: nemo enim ex hoc intelliget quo victu sit utendum, ob eas rationes & differentias, quas vires habent in victu indicando: nam qui rectè victum instituere uult, uirium ratione, debet considerare quem victum postulent vires debiles, aut validæ suapte natura, vel ob ætatem, vel anni tempora, vel consuetudinem, aut ob aliam causam, quod postea diligenter facit Hippocrates; Hic uero, ne uerbo quidem; aut si id facit hoc loco, temerè de eadem re postea ageret. Explicat autem (meo iudicio) Hippocrates rationem qua docet, quo victu ante statum morbi sit utendum: nam cum docuisset quis uictus competat vigente morbo, ratio utique exigebat, ut idem doceret in alijs temporibus morbi, id quod planè facit eadem docendi Methodo qua usus est, cum victum institueret in ipsis morbis integris, proponebat enim extremum quemdam morbum, cui dicebat conuenire extremum victum, quo quidem posito, postea docuit, quoniam uictus conueniat alijs morbis nempe, quod tantum sit remittendum de extremo victu, quantum morbus extremus est mitior, sic nunc, cum propotuisset extremam, siue summam partem morbi, nempe vigorem, & in eo conuenire tenuissimum, & extremum

A victum, docere nunc uult quo victu sit utendum in prioribus temporibus, debet porro talis institui uictus, qui vires validas usque ad statum seruet, ita, ut cum ad eum peruenerint, sic ualidæ sentiantur, ut non cogamur in statu copiosius nutrire, sed liceat etiam victum minuere, & interim, cum ad statum accedimus, plenius quam oportet nutriendi non sunt ægri: ut enim non oportet ante statum parcius, ita nec plus quam ratio postulat alere debemus, grauior enim morbus sic redditur, quare ratio aliqua inuenienda est, qua commodè ægros ante statum nutriamus; at quoniam certa scientia id assequi non possumus, coniecturam faciendam esse admonet author: à quibus autem coniectura sumatur, utcumque indicat, cum vires, & morbi cursum spectandum esse admonet. Verum Galenus in 3. lib. de Crisibus cap. 5. apertius exprimit ea, à quibus coniectura sumenda sit, nempe, ex ægri uiribus, morbi magnitudine, & futuro morbi statu: nam quemadmodum, inquit, si quis onus alicui imponat, uelutque scire an illud gestare possit ad constitutum quendam terminum, necesse est prius illum considerare ponderis magnitudinem uicæ spacium, & vires gestantis: ita oportere Medicum, qui uelit instituere uictum conuenientem ante statum morbi, vires ægroti, morbi magnitudinem, & status distantiam considerare, aliter enim cibandi, qui debiles sunt, aliter ualidi, aliter qui propinquum habent statum morbi, aliter qui longius distantem, aliter qui leuiore morbo laborant, quam qui grauiore infestantur. Verum morbi nomine intelligere etiam oportet morbi causas: nam qui pleno, & denso sunt corpore, uel cruditate laborant, facilius ferre possunt pauciores uictum, quam alij, qui sunt exhausti, uel rariore habitu præditi, uel acrioribus humoribus referti, aut si hæc à morbo separare uelimus, quattuor dicemus esse, à quibus possit coniectura sumi, ne plus aut minus nutriamus ante morbi statum, scilicet, morbi magnitudinem, morbi causas, vires ægroti, & uigoris distantiam. Porro, morbum magnum intelligere oportet in propria significatione, pro uehementi, qui scilicet multum, & confertim naturam distrahit à suo naturali statu, talem enim morbum natura facile non fert, nec diu sustinere potest, quod in minoribus facit. Scribit autem Galenus in libris de temporibus morborum, hos magnos morbos dignosci ex urinis oleaceis, sputis perniciosis, & denique signis alijs lethaliibus, id quod ab eo non rectè dictum puto: nam hæc indicia sunt non magis morbi magni suapte natura, quam magni ratione uirium, aut maligni, nec omnes qui magni suapte natura sunt, tales habent urinas, aut ex sputis dignoscuntur. Nos autem ostendimus in secundo libro de Signis, magnos morbos agnosci, eo quod in sua essentia sint magni, & quia à magnis causis sunt excitati, quique in parte consistunt, ubi huiusmodi morbi gigni possunt, uel ex materia apta sunt procreati, uel qui non nisi à magnis remedijs, vincuntur, & ab omnibus rebus noxijs laeduntur, quique simillimi sunt ijs, quos magnos antea diximus esse: magna enim vulnera, magna que febres, & alij morbi qui accessiones habent longas, inordinatas, anticipantes, aut in eodem statu permanentes, & qui præterea sunt continui, magni esse ex sua essentia cognoscuntur; Causæ quæ magnam vim obtinent, ueluti quæ uulnerant, calefaciunt, refrigerant, contundunt, rumpunt, frangunt, suapte natura morbos magnos inferunt, & tales esse declarant, in neruis & in partibus quæ principatum obtinent, aut publicum munus in corpore exercent, magnæ oriuntur dispositiones, & ortæ iudicantur loci ratione in quo consistunt; quinetiam, sanguis, utraque bilis,

acris materia, vel copiosa, morbos magnos inferre solent, & offendunt tales esse pariter quales sunt causae, à quibus morbi oriuntur. Difficile praeterea feruntur morbi magni: quo indicio febres non diarias, sed putridas esse agnoscimus; sequuntur dolores magni, immoderata sitis, vigilia, sopor, inquietudo, excrementorum retentio, aut immodica excretio, aut eorum in colore, consistentia, odore, & in alijs denique qualitatibus mutatio, magnos morbos, & eorum sunt indicia; quod etiam faciunt qualitates corporis quae plurimum recedunt à naturali statu; nec vero alienum est eos magnos existimare, qui alijs magnis sunt simillimi; sic ergo morbi magnitudinem dignoscemus. Spacium autem quod à principio morbi ad statum usque intercedit quoniam modo dignosci possit duodecimo Aphorif. explicabimus, illic enim an brevis vel longus futurus sit morbus, considerandum erit; longus autem esse solet morbus qui tardè ad suum statum accedit; brevis verò, qui ad eundem properat; quare ad eum locum hanc tractatio differretur. Virium autem imbecillitatem & robur tum ex actionibus nostri corporis, tum ex accidentibus, partim etiam ex excrementis & qualitatibus corporis, & alijs operibus quae in eo fiunt, percipiemus, praebent etiam in hac re sua signa, causae imbecillitatis & fortitudinis; robustos enim eos iudicamus, qui actiones edunt validas, & excrementa efficiunt, & expellunt, retinentque pro ratione, aut aliam materiam pariter elaborant, quique bono colore & alijs qualitatibus optimis sunt praediti, quique temperiem & structuram habent ad robur comparatam, crassam, solidam, bene conformatam, compactam; necnon, qui ex robustis parentibus, & fauentibus astris sunt orti, & bene educati, nec in laboribus, aut studijs consumpti, vel morbis multis & magnis afflicti, hi omnes cum aegrotant, solent esse robusti, & validi. Vires vero habent infirmas qui contrario modo sunt affecti. At vero, illud explicandum est, quomodo robustas vires intelligere oportet, cum dicimus vires debere esse robustas, ut perdurare possint usque ad statum; deinde, in quibus robur requiramus. Scribit itaque Galenus in Thrasibulo, id quod in sanitate est habitus, in actionibus esse robur, ut enim habitus sanitatis, perfectam sanitatem, ita robur, perfectam & validam actionem significat; quomodo hic robustas vires non intelligimus; neque enim aegri validas simpliciter actiones habere possunt, sed comparatas ad morbum validas vocamus, quod scilicet ad eum ferendum & vincendum sufficiens habeant robur. Porro, cum actiones à facultatibus proveniant, tanquam à sua essentia, si actiones validas servare voluerimus, necesse est ut facultates tueamur, quae quidem genere triplices à Medicis ponuntur, Animalis, Vitalis, & Naturalis. An verò in omnibus ex aequo par robur requiramus, ex actionibus intelligemus: si. n. omnium facultatum actiones continuas, & validas oportere esse, & illarum profectò facultates robustas oēs servare oporteret; At quoniam aliae sunt actiones, quibus per morbos aut non egemus, aut minimum, vel per intervalla; alias vero quasi in perpetuo opere versari necesse est, ideo diversa providentia in robore servando utendum est; etenim, visu, auditu, motu ad morbos tollendos raro egemus, concoctione nutrimenti, & expulsionem excrementorum non nisi per intervalla, quemadmodum nec concoctione humorum nisi in quibusdam morbis; continuum autem requiritur opus pulsationis arteriarum, & nativi caloris, nec aliquis est morbus qui illorum ope aliquo modo non egeat, si modo sine his vita constare, & sine vita aut cum il-

la petulantur, nulla curatio recte sine ijs institui potest; quare in primis Vitalis facultas à qua ista pendet, maxime fovenda & conservanda est; Naturalis post Vitalem facultatis cura habenda est, quoniam maior illius usus quam Animalis ad morbos tollendos, huius enim inquit Galenus satis est, si tantum servemus, quantum ad respirationis munus est necessarium; Naturales autem actiones etsi perpetuam necessitatem non habeant, tamen tum ad attrahendum, retinendum, concoquendumque alimentum, & noxios humores, atque etiam ad expellendum excrementa maxime exigimus; & pauci sunt morbi, qui absque istarum facultatum officio tolli & amoveri possint; igitur (absolute loquendo) praecipue est servanda Vitalis; deinde Naturalis; postmodum Animalis facultas, & earundem actiones: sic ob particulares affectus varianda est haec diligentia, nam cum morbus eius generis est, qui Naturalium facultatum opus maxime desiderat, potissimum studere debemus robori illarum facultatum, eoque spectat Galeni sententia quae habetur undecimo Methodi, ubi scribit, in curandis febribus putridis nos maxime sollicitos esse debere de Naturalibus facultatibus, quarum officium est putredines listere per concoctionem, & expulsionem; sic ubi pars aliqua debilior est, illam potissimum roborare debemus, quoniam nec morbos praesentes sanare, nec futuros praecavere valemus, nisi robur parti adiciatur; per sanitatem igitur in homine liberè vivente, omnibus facultatibus ex aequo consulendum, quoniam vita ex mutua illarum societate pendet; in sanis verò qui alicui officio obeundo sunt astricti, ei facultati maxime attendendum est, qua illi potissimum eget, ut in literarum studiosis, qui cogitationi, ratiocinationi, & memoriae maxime incumbunt, danda opera est, ut haec facultates validae, & vegetae persistant; per morbos autem Vitali praecipue prospiciendum, Naturali deinde, postea Animalis facultati, aliquando vero Naturali, vel Animalis, aut etiam alicuius ignobilis partis robori magis studendum est, scilicet, ubi vel actionem illius facultatis exigimus, tanquam maxime necessariam ad morbos tollendos, vel pars laborat, quae robore & auxilio eget, reliquae vero valent, & sine opera nostra validae persistere possunt. At si facultatum hancuram nos habere oportet, eadem profecto ratione necesse est ut fontes illarum tueamur, à quibus emanant; Igitur Cor in primis, Hepar deinde, tertio loco Cerebrum, & nunc magis unum quam aliud ex illis roborare oportet; sic ex reliquo corpore eam partem tuebitur, cuius facultatem & actionem maxime requirimus: servabimus autem, si temperiem, structuram & instrumentum communi, spiritum, quo facultates utuntur, tuebitur; temperies ex solis qualitatibus, optimè temperatis pro cuiusque natura conservatur; structura vero valida persistit, quando illa quae conformationem, magnitudinem, numerum, compositionem, & unionem mutandi vim habent, moderate adhibentur, porro, robur singulatum facultatum ex actionibus deprehendemus: actiones. n. simpliciter validas iudicabimus ex proprijs signis, ut Vitalem, siue pulsatilem validam; ex vehenti pulsu censemus esse; eodem modo Naturalem produunt robustam, bona nutritio, & corporis incrementum: haec enim fieri probe nequeunt, nisi rectè quoque valentibus attractione, retentione, concoctione, & expulsionem; At roboris Animalis facultatis testimonia sunt vegeti & validi motus, acuta sensationes, & perfecta cogitationes; non simpliciter autem validas actiones, & facultates, sed quae sufficiant ad morbum sustinendum

utque

vsque ad statum, & vincendum intelligemus esse, A collatione facta inter ipsas vires, & morbi naturam, causas, & spacium temporis in quo certamen fieri debet: sic enim pulsus, qui languidior est simpliciter, satis validum iudicamus leuissimi breuissimique morbi respectu; cōiectari igitur dixit Hippocr. que se quitur, quoniam certa scientia de illis haberi nequit; nam cum dixerimus in hac re necessario consideranda esse morbi magnitudinem, vitium robur, & futuri status distantiam, non licet certa ratione ea consequi, siquidem rerum quantitas quæ mensura, & pondere non expenditur, exactè percipi non potest, sed sola coniectura, quemadmodum rectè admonet Galenus in principio primi libri ad Glauconem.

An eger cum victu sufficiat perdurare.

CVM victu scilicet iam instituto ægrotanti, cui enim Medicus ad ægrotum accedit, victum quendam instituit, in quo perseruet, vel mutationem facit paulo postea collatis inter se vitibus ægroti, morbi magnitudine, & status distantia; debet enim quamprimum singulorum ex his naturam perpendere, & inter se conferre, & ex ea collatione talem viuendi rationem instituere, vt cum ad statum peruenerit victum non augere, sed minuire possit.

Donec morbus consistat.

NON quod solum velit egrum perdurare cum iustu instituto vsq; ad status principium, & postea liceat victum augere, sed quod ita validus sit, vt cum ad principium status peruenerit, novam victus rationem longè tenuiorem ea quæ à principio instituta fuerat, sustinere possit, donec morbus minuatur: nam si Crisis in status principio non fiat, sed in media, aut extrema parte, intercedet fortasse inter principium status & finem spacium duorum aut trium dierum, quippè cum scribat Galenus in libro tertio de Crisibus, ad duas aut tres ad summum accessiones extendi statum morborum acutorum; quare non solum oportet ægrum perdurare posse vsque ad principium status, sed etiam per totum statum; verbum ergo (donec consistat), intelligendum est donec morbus vigore præterierit, tunc enim iam præsentè declinatione, victum augere licet.

Vel morbus ante deficiat atque hebetescat.

INtelligere autem possumus deficere morbum atque hebetescere ante statum, siquidem solutiones in principio morbi per remedia, & in augmento per Crises, & per remedia etiam fiant integre, vel saltem quæ morbum minuant, vel alio modo morbum antea deficere & hebetescere intelligere possumus, scilicet, antequam vires deficiant; quæ interpretatio videtur etiam superiori præferenda: vt enim in priore parte Aphorismi defectum virium spectando, status distantiam considerabat, ita nunc defectum morbi intelligere debemus priusquam vires deficiant.

APHORISMVS DECIMVS.

Quibus igitur statim morbus consistit, &c.



HINC Aphorismum à septimo eo differre scribit Galenus, quod in illo solum de statu peracuti, hic vero de statu omnium morborum agat, quod quidem verum esse non puto, in eo enim non solum de peracutis agit, sed etiam de omnibus alijs vt ex secunda parte Aphorismi patet, in qua omnes morbos comprehendit, qui mitiores minoresque sunt peracutis. Præterea cum soli morbi peracuti statim consistant, ac tenuis victus statim illis conueniat, non magis vniuersalis ille quam hic est Aphorismus; qui enim peracutus est, statim consistit, & qui statim consistit, & tenuissimo victu eger, peracutus est. Alienum etiam est ab authoris instituto, de eadem re bis agere, & præcepta tradere, quæ solum differant vniuersali & particulari tractatione, cum sufficiant vniuersale præceptum tradidisse, sub quo particularia eiusdem generis contineantur. Postremo, verbum (igitur) coherentiam hic ostendit cum proximo Aphorismo, & propterea potius de vitibus ageret ex Galeni opinione, quam de statu morbi. Itaque Hippocrates in hoc Aphorismo nihil aliud facit quam quod concludit quis victus in cuiusque morbi temporibus vsque ad statum conueniat: nam cum in superiori Aphorif. docuisset generatim, quis victus conueniat morbi temporibus vsque ad statum, quod scilicet ille sit, qui vires conseruat, donec morbus in statu planè finiatur, vel statim minuatur, ratio utiq; exigebat, ut peculiarem quandam rationem in singulis morbis doceret; vt autem generalis victus institutio priorum temporum, à generali consideratione statu morbi & eiusdem magnitudine, & vitium robore sumebatur, quod inquam talis instituendus esset in omnibus morbis, vt vsque ad statum vires perdurare possent, ita hoc loco ex particulari consideratione ipsius status, particulares differentias victus in singulis morbis docet inuenire; cum enim morbi quidam breuissimo tempore ad statum suum peruenerint, alij longiore, rationi est consonum, vt qui ad statum cito peruenerint, non adeo debilitentur ab eodem victu, vt ij qui tardius eo accedunt; unde merito fit, ut in morbis qui statum primis diebus consequuntur, statim ab initio tenuissimum victum iniungamus; quum enim morbus ex sua natura cibum exhibere prohibeat, optimumque esset ægrotum in perpetua inedia continere, si vires ferre possent, morbi breuitas admonet hominem perdurare posse usque ad solutionem morbi absque vitium notabili noxa; Quam ob rem, etsi morbus in principio sit, cum tamen propinquissimus est status, non solum tenuis, sed etiam tenuissimo victu utendum scribit Hippocrates: in quibus vero morbis status longiore tempore aduenit; quoniam vires absque nutrimento pertransire nequeunt, etiam si morbus cibum exhiberi non permittat, tamen ut vires sufficere possint usque ad statum, & morbi solutionem, nutriendi ita sunt ægri, ut cum ad statum peruenerint, eam extenuationem victus, quæ status ratione iniungitur, ferre possint. Quare optinè dixit Hippocrates eos ante statum copiosius nutriendos esse, in statu vero & parum ante statum cibum subtrahendum; in statu quidem ob rationes superius dictas; parum ante statum, ne superueniens status, naturam inueniat occupatam in cibo conficiendo; uel quod finis augmen-

augmenti idem, aut simillimus sit principio status. **A** Quod autem scribit Hippocrates parum ante illud cibum subtrahendum, si omnino subtrahendum, & nihil dandum intelligamus, absurdum est: non enim quemadmodum in morbis qui primis quattuor diebus statum recipiunt, in ipso statu cibum auferre omnino possumus: ita in statu longiorum morborum idem facere licet; Quum enim plures dies daret, & aliquando menses, sine cibo status præteriri nequit; quam ob rem, sequenda est dictio Hippocratis dicentis, *καὶ ὅπῃ ἐξείησιν ἀπορροήτων*, quod ita interpretor, & ante illum, statum, scilicet, parum auferendum de uictu scilicet instituto, ita, vt verbū (parum) in medio loco positum intelligatur (parum ante statum,) & parum auferendum, quod indicat sequens dictio (copiosius nutriendum,) quasi non velit in statu illorum morborum cibum omnino adimi, sed parcius exhiberi, copiosius autem in prioribus temporibus. At cum Hippocrates distinctionē nullam ponat inter duorum priorum temporum uictum, ait enim in statu cibum diminuendum, antea vero copiosius nutriendum, videndum est, an eodē uictu utendum sit in principio & incremento morbi, Galenus in libro 2. de uictu acutorum textu 44. eodem uictu in principio & augmento utendum esse censet: quattuor enim corporis constitutiones, & quattuor uictus differentias singulis constitutionibus accomodat; Primam statuit esse quæ sanitas est; Secundam à morbi initio usque ad statum extendi; Tertiam quæ ad perfectam morbi solutionē porrigitur; Quartam, quæ totius conualescentiæ tempus uique ad sanitatis habitum occupat; non esseque permutandum uictum dixit, nisi constitutio permutteretur; quam ob rem dum vna constitutio à morbi principio usque ad statum pertineat, cogitur vnam viuendi rationem in principio & augmento morbi instituere, quod mihi non placet; Vt enim augmentum vehementior pars morbi est, quam sit principium, ita tenuiorem uictum exhiberi cogit, & cum quattuor sint diuersa morborum tempora, propterea diuersa & propria singulis temporibus viuendi ratione & non eadem utemur. Docuit ergo hæcenus Hippocrates quis uictus sit instituendus pro natura morbi status, principij, & incrementi; declinationis autem uictum prætermisit, cum facile sit unicuique declinante morbo, & ad salutem properante, agrotu uictum instituere. Vt enim à principio morbi usque ad vigoris finem uictus diminutus fuit, qui per sanitatem consuetus erat, ita à fine vigoris, usque ad perfectæ sanitatis initium, uictus augendus, minus in declinatione, in conualescentiæ autem tempore magis, quum vero ad pristinam sanitatem redierit eger, ad consuetum etiam uictum ducendus erit.

IN APHORISMVM XL.

In accessionibus abstinere oportet.

Vt ait Philoteus Hippocratem de tempore nutritionis agere, quum enim inquit, antea docuisset quando sit nutriendum, nunc docet quando non sit nutriendum. Verum nec antea docuit Hippocrates quando sit nutriendum, nec si illud docuisset, opus fuisset docere quando nutriendum non sit; est enim oppositorum eadem ratio. Galenus autem ait Hippocratem docere uelle quomodo cibum particulatim sit exhibendus, procedente autem oratione cum modum eum explicat, tempus docet ciba-

tionis. Docere enim modum, est explicare an paulatim, vel affatim nutrimenti constitutam quantitatem exhibere debeamus, vt Aphorif. 17. huius, ipsemet docet. Id autem non considerat hoc loco, sed abstinendum eo tempore à cibo cum accessiones ad sunt, quod docere, est tempus notare ineptum ad nutritionem; quod si modum hic doceret, quid quæso 17. Aphorismo faceret? frustra enim id doceret, quod hic iam docuit; at cum duobus locis eadem sententia isdem ferè verbis repetatur hoc Aphorismo, & 19. necesse est non frustra factam esse hanc repetitionem ab auctore. Galenus tamen si quis utriusque Aphorismi Commentaria conferat, eandem utriusque sententiam facit, & de modo cibationis auctorem agere scribit, & cum modum explicat, utrobique in tempus cibationis incidit. Verum illud imprimis animaduertendum est, ex accessione nullam indicationem sumi ad modum uictus constituendum: quem enim modum constituet cibo, quem omnino auferti cogit? Conferre autem ad quantitatem & genus uictus instituendum accessionem ipsam, (etsi aliter existimet Galenus 19. Aphorismo) rationi consonum est; quemadmodum enim tempora morborum contraindicant genus & quantitatem uictus, & ex maiore & minore contraindicatione pleniorum aut tenuiorum, vel etiam tenuissimum uictum instituumus; sic etiam accessio quia uictum exhiberi prohibet, ideo ad genus uictus instituendum confert: extremè enim tenuissimum uictum qui sit aliquando per inediam, auctore Galeno exhibemus accessionis ratione, quemadmodum ob statum præsentem morbi uehementissimi. Confert etiam morbi accessio ad tempus cibationis inueniendum: siquidem prohibet eo tempore exhiberi, quò illa vel præsens est, vel paulo post futura. Itaque cum ex accessionis consideratione duplicem sumamus utilitatem ad uictum instituendum, tum ad genus uictus, tum ad tempus idoneum, duobusque locis repetatur idem Aphorismus, rationi consonum est vt hic ascriptus sit, quatenus ad genus uictum instituendum pertinet, tum quod hæcenus de hoc scopo egerit, tum quod perfecta non possit esse hæc tractatio, nisi accedat etiam accessionis consideratio; adde, quod occasionis consideratio vltimum locum inter omnes scopos obtinet: rationique non est consonum, ut tractationi de quantitate iniiciat tempus, & ei postea quæ de modo & tempore agit, interponat eam quæ de quantitate; Docet ergo ut in summum rem contrahamus hoc Aphorismo genus uictus sumpta contraindicatione ab accessione morborum; Antea enim docuimus à morbi temporibus cum vniuersalibus, tum particularibus contraindicationem sumi ad uictum ordinandum; Est autem accessio particulare tempus morbi, vt iam docebimus. Quid igitur accessio sit, & quotuplex, & quare abstinendum sit à nutrimento in ipsa accessione, & an prohibeat potum, quemadmodum & cibum, non docet Galenus, sine quibus tamen Aphorismus intelligi non potest. Itaque quod Græcis *παροξυσμός*, à nostris accessio siue exacerbatio morbi dicitur; definitur autem esse particularis partis morbi deterior pars: diuisus enim est in superius tempora siue partes morbi in vniuersalia & particularia; hæc rursus in principium, in equalitatem, incrementum, statum & declinationem, & interuallum, siue quietis tempus, principijque prima pars exactè prima & indiuisibilis *πρωτοκασία* Græcis dicitur. Porro, παροξισμὸς nomine nonnunquam principium, in equalitatem, incrementum, statum & declinationem comprehendimus, vt cum Hippocr. lib. de uictu acutorum & alibi sæpè Galenus eos qui continua febre laborant, scribunt in declinatione accessionis

tionis nutriendos esse; ubi declinationem paroxysmi partem facit. Sequenti verò Aphorismo Galenus declinationem excludit à paroxysmi nomine; diuidit enim totum circuitum in duas partes, quarum vna principium, incrementum, & statum continet, quã paroxysmum vocat; altera declinationem, & interuallum comprehendit, quã declinationem, siue remissionem vocari statuit, etsi propriè declinatio interuallum non comprehendat. Sunt autem paroxysmi quidam æquales, alij inæquales, alij magni, alij parui, alij per periodum, idest ordinatè fiunt, alij sine ordine redeunt. Porro inæquales paroxysmi dicuntur, qui contrarios motus habent, quales sunt paroxysmi febrium quæ primo cum frigore inuadunt, contraçto calore ad internas partes, postea vero cum calore infestant, eo aucto, & ad externas partes exeunte. Habent inæquales paroxysmi quinque partes, principium, inæqualitatem, incrementum, statum & declinationem; æquales vero carent tempore inæqualitatis. Sed hæc diligentius explicauimus in libro nostro de morbis. An uero Hippocrates uelit in omnibus paroxysmis, & omnibus paroxysmi partibus nos à cibo cum ægotamus abstinere debere, perpendendum. Galenus in sequenti Aphorismo paroxysmum intelligit deterius tempus circuitus, quod inquit, comprehendit principium, incrementum, & statum, & in hoc etiam Comment. scribit, cibum esse dandum, quãdo declinat paroxysmus, aut cessat, quasi non referat siue nutrias in declinatione accessionis, uel in ipso interuallo, & quietis tempore; uerum præstat etiam declinationem comprehendere, nulli enim dubium est, optimum esse cibandi tempus, quando iam adest quies, etsi fieri potest, non solum uehementiores partes, sed etiam mitiores evitare oportet; debent autè præcepta tradi de eo quod est melius, ne indocti decipiantur, ut nouimus in hac re fieri; nam plurimos uidi Medicos, qui ex hoc loco persuasi, in omnibus accessionibus febrium, uel etiam breuissimis, cibum imperant exhiberi cum accessio declinat, uel planè abiuit, quasi non referat magis nutrire in ipso interuallo, quã in declinatione; nos postea incommoda docebimus quæ sequuntur nutritionem factam in declinatione.

Nam cibum dare nocuum est.

Hippocrates rationem reddit quare sit abstinendum in accessionibus, & obiter declarat à quo sit abstinendum, nempè à cibo nulla mentione facta potus & medicamenti intelligit ergo abstinendum esse à cibo, quoniam inquit ille, nocet in accessionibus, non tamen explicat, quare nocet, forte quod non posset Aphoristica breuitate docere, quod multiplicem habet rationem: sed Galenus qui interpretes est, & aliorum Dux, non debebat hæc silentio prætermittere, præsertim, quod admodum difficilia sint, id quod ostendunt rationes quæ ab alijs interpretibus afferuntur; scribit enim Montanus, ideo non esse dandum in accessione cibum, quia uirtus tunc est maximè oppressa ob symptomatum magnitudinem; cuius opinio non placet; nam communis esse nõ potest hæc ratio paruis accessionibus, quæ exigua habent symptomata; deinde, non sunt ipsa symptomata sola, quæ impediunt nutritionem, (ut antea ostendimus,) sed etiam morbi ipsi, & magis causæ morborum. Præterea, non docet oppressionis modum, plures enim sunt modi, quibus obsunt accessiones: nam aliter inæqualis accessio, aliter æqualis lædit, aliter prohibet in principio accessio inæqualis, aliter in augmento & in statu, aliter

A in declinatione, aliter prohibent accessiones morborum quæ sunt cum putredine, aliter aliorum qui ex fluxionibus, aut alio modo iritantur. Sunt uero alij qui dicunt abstinendum esse à cibo in accessionibus ob periculum suffocationis caloris, quæ ratio non omnibus contentit accessionibus, sed solum in principio accessionis inæqualis. Alij uero sunt qui dicunt cibum obesse in accessionibus, quia in accessione natura occupata est in concoctione humorum, & propter cibum illam non esse distrahendam ab ea concoctione; sed isti etiam aberrant: nam accessiones aliquando fiunt ex sola abundantia humorum, qui sola euacuatione sedantur, ueluti cum per accessiones in nõnullis sit colicus dolor, nephritis, uomitus, alui fluxus, sanguinis profluuium, in quibus accessionibus confert etiam à cibo abstinere. Præterea, ubi etiam requiritur concoctio, in omni parte accessionis non abstinemus à cibo propter ipsam concoctionem, ut patet in declinatione accessionis febrium, in qua natura expulsionem molitur, & non amplius concoctionem humoris lædentis. Nonnunquam etiam fiunt accessiones ob fluxionem humorum, quibus natura maxime reluctatur beneficio facultatis retentricis, & non concoctricis, sic etiam quando in principio accessionis tertianæ, natura per uomitum sese exonerat, non propter concoctionem tunc abstinemus à cibo. Nos autè doceamus primo generales rationes quæ conueniunt ipsis accessionibus; deinde alias quæ conueniunt singulis accessionibus, & singulis illarum partibus; proprium sanè est omnibus accessionibus, ut excitent morbos, causas morborum, & symptomata, & illa actu faciunt esse, cum antea essent solum potentia; nam in interuallo ipsius febris aderat quidem illa potentia in corpore, & in hoc differt interuallum à uera conualescentia, & sanitate, quod in his nihil amplius sit, ex quo possint morbus, symptomata, & causæ morborum excitari, in illo uero adsint; ubi uero actu sunt morbi, causæ morborum, & symptomata, à cibo quantum permittunt uires abstinendum; at per accessiones possumus omnino abstinere, ut postea ostendemus, ergo cibum in accessione dandus non est; id autem commune est omnibus accessionibus intermittens & continui morbi, excitat enim semp accessio noua mala: quæ non aderant, ut in intermittens febribus, uel quæ aderant, angètur ueluti cum febris iam affligenti alium ex accessione ealorem adiungit. Illud quoque commune est omni accessioni, quod cibum accessionem morborum auget: nam cum natura eisdem facultatibus & instrumentis utatur in uincendo cibo, & affectibus morborum, necesse est hos reddi grauiores, & longiores, si natura diuidat suam uim, & in duplici negotio uersetur; Tertio naturæ opera impedit cibum, opera uero quæ fiunt à natura in accessionibus, sunt diuersa, & ob id diuersam rationem requirunt: nam aliquando natura in accessione, fluxionibus debet obsistere, ut in generatione inflammationum, & tunc abstinemus à cibo, ut natura auidius retinere possit humores qui parati sunt confluere ad partem affectam; alij natura tentat expulsionem, ut in principio accessionis tertianæ uomitum, & in fine sudorem; quod si cibum exhibeamus, distrahetur ab his operationibus ipsa natura. Sunt porro peculiare quædam rationes, quæ conueniunt solum quibusdam accessionibus, ob peculiarem illarum naturam: nam inæquales accessiones, non admittunt cibum in principio, etiam ob peculiarem hanc suam causam, quod periculum sit suffocationis caloris, si cibum detur in accessionis principio, & inæqualitatis tempore; eadem enim ratione somnum tunc prohibemus, ne sequamur motum affectus præter naturam; & ita ex pluribus

pluribus caufis calor in anguftum contractus, in partibus internis suffocetur. In incremento vero & ftatu accelfionis, à cibo abftinemus, quoniam uel tunc natura occupata in concoctione humorum, ut in febribus putridis contingit, aut ob doloris uehementiam intemperata, & inepta eft reddita ad cibum conficiendum. Patet igitur, cur in occasione fit abftinendum à cibo generatim in accelfionibus omnibus. & particulatim in fingulis, & partibus proprijs fingularum accelfionum. Illud uero quod dicit abftinendum effe, non autem parciore uictu utendum, difcutiendum iam eft. Si enim eò quòd grauiorem corporis ftatum reddit accelfio, non uidebitur in omnibus accelfionibus penitus effe abftinendum à cibo, fed folum in illis, quæ grauiſſimum affectum reddunt. In alijs autem minuendum quidem effe cibum pro magnitudine accelfionum, non tamen penitus auferendum: ut enim folum in ftatu uehementiffimi morbi, inedia utimur: in mitiore autem tantum cibi exhibemus, quantum morbi magnitudo permittit, fic uidebitur in accelfionibus faciendum, ut fcilicet abftineamus omninò à cibo, cum maxime adfunt accelfiones: cum uero mitiffimæ ſunt, cibemus quidem, fed parcius; Atqui par non eft ratio: quoniam enim non licet morbi magnitudinem quæ ex propria natura, uel tempore uniuerſali accipit, ſine cibo effugere, quandoquidem ſæpè longiora ſunt ſpacia, ideo cogimur in morbis, & illorum ftatu alere, in accelfione autem morbi quia nulla eft accelfio tam longa, quam æger ſine cibo percurrere non poſſit, ſi antea commodè cibatus fuerit, ideo à cibo prorfus eft abftinendum: nam etſi parua aliquando eft accelfio, tamen præſtat eam adhuc euitare, cum tempus longè commodiùs poſt illà habituri ſimus, quo ægrum cibare poterimus; ſolet enim natura in declinationibus accelfionum ſudorem tentare, uel aliam excretionem, quam impedire, aut tardare exhibitò cibo; nequaquam debemus.

Sed contra id adferri poteſt, quod Galenus in libro 10. Methodi cap. 3. dicit bilioſos febre bilioſa laborantes in ætate præſertim, cibandos effe etiam in principio accelfionum: quæ ſententia ſano modo intelligenda eft; nam ſi intelligamus eos qui malè ante cibati fuerunt, nutriendos effe in ipſa accelfione, ſi vires labuntur, hoc rationi eft cõſonum, quoniam nihil non faciendum, ubi uita periclitatur: ſed ſi intelligamus neceſſariam effe nutritionem in accelfione, etiam ſi antea quis benè cibatus fuerit, hoc nequaquam concedendum, niſi fortè longitudo accelfionis, corporis raritas, naturalisq; debilitas, & quæ ex morbo eft nata, cogant tandem nutrimentum exhiberi; ſed illis, uel ſolus potus aquæ hordei optimè concocti ſufficiet; aut, ſi plenius nutrimentum requiritur, ſaltem expectare licebit declinationem accelfionis, quod Hippocrates præcipit faciendum in libro de uictu acutorum, tunc ſcilicet nutriendos effe eos, qui integram ſolutionem accelfionis expectare non poſſunt, quando calor ad pedes deſcendit, tunc enim eft declinatio accelfionis; nũquam ergo in propriè dicta accelfione, quæ principium, inæqualitatè, incrementum, & ftatum continet, nutriemus egros, niſi ob uirium debilitatem, aut ſuperuenientem aliam accelfionem, quo in caſu cogimur in accelfione nutrire; ut ergo communis omnibus morbis fiat ratio nutritionis, ita dicemus, ſi morbus nullam habet accelfionem, quales ſunt febres ſynochæ in hora conſueta cibandi ſunt ægri: magna enim eft uis conſuetudinis, quæ retinenda eft in morbis quantum fieri poteſt: ſi uero morbus eft ex genere intermittentiũ, & unicam habet accelfionem, expectandum eſt interuallum, ſiue tempus quietis; quòd ſi morbus

A continus eſt, qui eam habet accelfionem; ea tranſacta cibus offerendus eſt; quòd ſi plures ſunt accelfiones diſtinctæ, quies pariter, aut declinatio expectanda eſt; quòd ſi accelfiones ſunt implicatæ, & non cõfuſæ tantum à principio ſequentis recedendum, quãtum requirit cõcoctio alimentij; nihil enim deterius fieri poteſt, quàm ægrotum corripit febre, crudo ſtomacho, quòd ſi ſiunt conſuſæ accelfiones, in eo tempore cibus offerendus, in quo melius habet æger; quare aliquando in incremento nonnunquam in uigore, aliquando in declinatione accelfionis cibare præſtat. Recipiendum quoque eſt an cibationem impediatur naturæ aliquod opus, ut ſudor in declinatione; tunc enim ſi nullum expectatur interuallũ, aut inſtat proxima accelfio, præſtat in uigore alere, atque ut ſemel dicam, ut in alijs officijs medici, ſic in nutritione ubi ſunt complicati affectus prudentia, & iudicio opus eſt, quando quidem præcepta non poſſunt omnia notari. Ceterum, quod ſcribit Hippocrates in accelfionibus effe abſtinendum à cibo, debet etiam intelligi paulo ante accelfionem, eadem ratione nocet cibus paulo ante accelfionem exhibitus, ut in principio accelfionis, cum enim nondum cibus paulo ante aſſumptus, ſit conſectus, calorem neceſſariò ad ſe reuocat, & eadem adfert incommoda; uide optimè à Galeno, & Hippocrate alibi ſcriptum eſt, neque cum iam adfunt accelfiones, neque cum paulo poſt futuræ ſunt, cibum exhibendum eſſe. Iam uero illud expendendum eſt, an quemadmodum iubet Hippocrates abſtinendum eſſe in accelfione à cibo, idem intelligendum ſit de potu, quod quidem multi Medici medendo obſeruant, qui potum negant ægrotis, uel penitus in omni accelfionis partibus, uel ſaltem in his quæ præcedunt declinationem: quos ego plurimùm aberrare puto: nam ubi bilioſæ, & uehementes ſunt febres, magno non ſolum ſolacio, ſed etiam remedio eſt ægrotantibus, potus aquæ hordei uigente accelfione exhibitus: nec magnoperè repugnabo, ſi exhibeatur poſteaquam præterit omnino inæqualitatis tempus, & iam liberè creſcit calor, & foras erumpit, temperatur enim maximus ille caloris ardor, qui naturalem temperiè diſſoluit; reſciuntur vires, quæ magnam uim patiuntur, & concoctio melior redditur, excrementa quoque aerea redduntur, corpusque magis tranſpirabile euadit; ubi uero pituitoſæ ſunt febres, qui potum concedunt ægrotis præſertim liberaliorem, uel frequentiore, uidentur ſeruire magis uoluntati, & uoluptati ægrotantis, quàm neceſſitati; extat autem Galeni ſententia in libris de morbis uulgaribus, contra eos Medicos, qui in febribus, & illarum accelfionibus, potum non exhibent, dicitque illos crudeliter enecare ægrotos; potus ergo, nec in febribus, nec in alijs accelfionibus bilioſis, ægrotis eſt negandus, uigente, aut iam plurimum creſcente accelfione, ille enim minimo negotio uincitur à natura, & plus prodeſt cum lenit maximum ardorem, & ſitum, quàm poſſit obeſſe alia quacumque ratione, parciore tamen ille adhibendus eſt, nec planè frigidus, ſi cogimur illum propinare in incremento accelfionis, in ſtatu uero qui non eſt copioſus, & frigidus, plus aliquando obeſſe ſolet, quam prodeſſe, accenditur enim calor magis, quomodo ex pauca aqua aſſuſa, fabri ferrarij luculentiore ignem accendunt. Reſtat ut expendamus, an medicamenta exhiberi non poſſint in ipſa accelfione, & in die accelfionis; qua in re docet medendi uſus, poſſe exhiberi quæ uomitum adiuuant, ſi natura uomitum tentat, nec ſe poteſt facilè expedire, ut ſepè in tertianis contingit, præſtat enim uti uel oximelite, uel alio liquore, quo utimur ad uomitum ciendum, quo diluamus acres humores,

pentas ad officium stomachi, & sæpè animi defectū inferentes, vel crassos, & visci dos incidamus, & extenuemus, mixtionemq; sequacior reddimus, quàm si finamus naturam irritis motib. & difficillimis angustijs torqueri; quod si etiam non reijciatur huiusmodi medicamentum, nihil tamen obesse posse longa experientia didicimus. Ceterum, purgantia medicamenta sunt qui iubeant exhiberi potius in die qua expectatur accessio quartana, quàm in alio tempore, quibus fortè hæc ratio suffragari potest, quod humor melancholicus qui eam febrem committit, crassus alioqui, & frigidus, suapte natura, ad motum sit piger, & difficilis, propterea febrilem calorem requirit, qui illum extenuet, moueat, atque ita aptiorem reddat ut sequatur vim attrahentis medicamenti; vbi verò febres non adsunt, nihil prohibet in accessionibus sanguineam mittere, purgare, clysteres injicere, vt in dolore capitis, & intestinorum, & in alijs, vt medendi vltis docuit; quid ergò sentiendum sit de cibo, potu, & medicamentis adhibendis in accessionibus febrim, ex his patere puto.

Et quibus per circuitum sunt accessiones in ipsa accessione abstinere oportet.

Secunda hæc pars Aphorismi patet ex superiori, & frustra videtur adiecta: nam si in nulla accessione cibus dandus est, nec profecto dandus erit in accessionibus, quæ sunt per circuitum; conferunt quidem ad cibationis horam accessiones, quæ sunt per circuitum, quia in alijs cum ordo perturbatur, scire non possumus quo tempore cibus sit exhibendus, sed presente iam accessione, nihil plus commodi sumimus ad nutriendum ex accessione ordinata, quàm ab alijs, quæ sine ordine redeunt.

APHORISMVM XII.

Accessiones verò, & constitutiones, morbi indicabunt, & anni tempora, & circuitum successiva incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus, siue per maiora intervalla fiant. Sed ex his, quæ mox apparent, indicia sumuntur: quem admodum in morbo laterali, si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat: si verò postea appareat, producit. Et vrina, & alui excrementa, & sudores, quacumque apparuerint, vel bonam morborum indicationem, vel malâ; vel breues, aut longos fore morbos ostendunt.

ENEM victum, plenum & conseruantem, i. genus victus, quod alij perperam quantitatem victus vocant, quædam (vt ostendimus) indicant; alia vero contraindicant, alia coindicant, alia correputant; indicant porto vires, contraindicant morbi genera, causas morbi, symptomata morborum, quædam morbi tempora, vniuersalia & particularia, nempe accessiones; Coindicant verò ætas, sexus, regio, celi status, anni tempora, corporis temperies, habitus, & cetera quæ vires validas, aut imbecillas esse ostendunt, correputant vero illa quæ signa sunt, ex quibus dignoscere possumus cuius generis sint morbi, & quas causas habeant, & in qua parte sui consistant. Egit hæcenus Hippocrates de contraindicantibus, sum

Aptis ex morbi natura, & genere, cum docuit aliter nutriendos esse ægros in morbis acutis, aliter in mitioribus, necnon de morbi temporibus vniuersalibus, cum declarauit in statu morbi tenuius esse alendos ægros, quàm in alijs temporibus, & tanto liberius id faciendum, quanto morbus magis à suo vigore recedit. Attigit quoque contraindicationem quæ sumitur ab accessionibus morborum, & quantum vim habeat ad victum impediendum ostendit; Contraindicationem vero quæ à causis morborum sumitur, postea docebit, cum ostendet corpora impura, vel plena bonis humoribus, parcius nutrienda esse puris & vacuis; postulabat autem docendi ratio, vt indicantia, & coindicantia, vt quæ præcipuam vim habeant in victu instituendo, enarret; verum ex superiore tractatione occasione sumpta prius explicat correputantiam quædam, quæ scilicet accessiones & vniuersalia morbi tempora, & genera et morbi ostendunt; præstat autem ita sentire de intentione, & scopo huius Aphorismi quam Galenum, & alios sequi, qui nec ad indicantia, nec ad contraindicantia, nec ad alia quæ in victu instituendo necessario consideranda sunt, Aphorismum referunt; Ac quoniam ex signis, hæc quæ proponit author dignoscenda sunt, ex nostro Opere intelligere oportet omnia signa sumi vel ab essentia rei de qua agitur, vel ab ipsius causis, vel ab effectis eiusdem, vel a similitudine, & proportionem, quàm res illa habet cum alijs; & sub essentia comprehendimus rei formam, genera, differentias, partes, & proprietates: Causas autem octo esse in lib. de Causis docuimus. scilicet formam rei, efficiens, materiam, subiectum, finem, instrumentum, & causas dictas cum quibus, & sine quibus; ab his enim omnibus signa sumimus ad ea cognoscenda quæ sunt necessaria; effectus vero qui à re proficiuntur, sunt varii pro natura rerum agentium; nostri vero effectus, sunt actiones nostre, qualitates secundæ, quæ in nobis apparent ex nostris principiis ortæ, excrementa, & alia quæ in nobis gignuntur; Præterea, dolor, & voluptas, & si quid aliud sequitur, cum agimus, & agendo percipitur. Ceterum ex rebus similibus his de quibus agimus, notas quasdam sumi absurdum non est. His ita positis, licebit intelligere, si perfecta sit cognitio, quam tradit de re proposita author, & quæ Galen. ad illius explicationem adfert.

Accessiones.

Galenus interpretatur accessiones in Comm. accessionis tempus, cognoscimus inquit ex morbis, & ex alijs quæ proponit Hippocr. an accessiones per tertium, vel per quartum, vel singulis diebus, & qua hora noctis, vel diei sint inuaduræ; Verum alia plura de accessionibus, cognoscenda sunt, & ea non minus quàm illa quæ proponit Galen. ad victum instituendum faciunt: magnitudo, nempe accessionis, siue vehementia, longitudo, equalitas, & inequalitas, benignitas, vel malignitas, anticipatio, vel postpositio, ordo, & inordinatio, perfecta aut imperfecta, solutio accessionum, & modus quo soluitur accessiones, consideranda sunt, & ob istas differentias quæ in accessionibus apparent, victum variari nouerunt oēs, qui in Medicinæ operibus sunt exercitati: eos, nempe parcius alimus qui vehementiores hnt accessiones, & in ipsa accessione nunquam vberius aut illos, qui leuioribus experientur; nec multum obest si in leuissimis accessionibus cibum exhibeas, vbi longiores expectamus accessiones, plenius antea sunt nutriendi ægri, vt perdurare possint per totam accessionem sine cibo; si accessiones sunt inæquales, cuius generis sint illæ, quæ primo cum frigore, postea cum calore affligunt, nemo cibum exhibebit,

bebit, cum accessio inuadit, sed potius cum augetur, aut viget, si declinatio expectari non potest in accessio- nibus vero equalibus, contrarium faciendum: cum. n. lauior sit prima illius pars quam secunda & tertia, pre- fiat in ea cogente necessitate, cibum exhibere. Porro benignę accessiones que vires nequaquam deiciunt, nos non cogunt nutrire corpus: malignę vero que e- rosiones stomachi, & animi defectus afferunt, cogunt nos succurrere viribus, cibo vel potu; quando vero an- ticipant accessiones, vel tardant ultra consuetum tem- pus, consuetam quoque cibandi horam nos cogunt mu- tare; & si anticipatio incrementi, morbi indicium, & causa est, minuendum esse victum ostendit. Ceterum, si ordinatę repetunt accessiones, ordo pariter in nu- triendis aegrotis seruari potest, alioqui ordo confun- ditur; quod si perfecte per insignes aliquas excretio- nes soluantur accessiones, licet liberalius alere; quod si paulatim soluitur, id non solum tardat nutritionem sed etiam victum minuendum ostendit, rebellio- rem enim, & difficiliorem morbi causam significat. No- mine ergo accessionis, ea omnia que diximus intelli- git Hippocrates, qui de victu instituendo agit, & no- uit cum variari, non solum propter ea que Galen. no- tat, sed ob illa etiam que nos addidimus, que vero pos- sint illa ostendere, paulo post suo loco docebimus.

Constitutiones.

Constitutionem, quam Gręci *κατάστασις*, in- terpretatur Galen. tex. 1. Com. 3. lib. 3. Epidem. oem formam, siue speciem cuiuscunq; rei, in lib. vero 1. de Crisib. constitutionem mor- bi explicat esse qualemcumq; ex totius morbi tempo- ribus compositionem. At in Comment. huius Apho- rism, eos dicit constitutionem morbi considerare, qui spectant an morbus sit longus, vel acutus. Quę quidem inter se aliquo modo differunt: nā considera- re formam, siue speciem cuiuscunq; rei, non est age- re de partibus, quibus tota res constat, partes. n. rei, & forma eiusdem, differunt. Pręterea, qui spectat an morbus sit futurus longus, vel brevis, motum duntaxat morbi expendit, non propriam naturam, compo- sitionem, & formam morbi. Ego vero per constitu- tiones, intelligo naturam, & differentiam ipsius mor- bi, & partes morbi pręsentes, & futuras: hæc. n. om- nia antea ostendimus victum mutare; aliter enim nu- trimus aegros in magnis, & extremis morbis, aliter in paruis, aliter in benignis, aliter in malignis, aliter in exquisitis, aliter in nothis, aliter in his qui sunt in prin- cipio, aliter cum uigent, aliter cum status est propin- quis; aliter cum longę distat. Si ergo hæc omnia confe- runt ad victum instituendum, nec accessionis nomi- ne comprehendendi possunt cogimur profecto illa com- plecti sub constitutionis nomine.

Morbi indicabunt.

Dicit Hippocr. morbos ipsos indicare suas ac- cessiones, & constitutiones, id quod nos in- telligere oportet, omnia que sub accessio- nis, & constitutionis nomine contineri docuimus. Quid vero per morbos intelligat author, non satis explicat Galen. qui solum exemplis quibusdam vitur, cum ostendit quid morbus lateralis, peripneumo- nia, phrenitis, & alij quidam morbi ostendant. Ego vero per morbos (ut antea dixi) intelligo naturam, genera, differentias, & partes ipsius morbi, ex illis. n. signa capimus ad accessiones, & constitutiones ipsius dignoscendas; sunt enim quaedam genera morborum,

A que nullas habent accessiones, ut morbi organicarum partium ferę omnes, & simularium, ubi nullā ex hu- moribus fit in illis uitium; alia uero habent, ut mor- bi qui ex fluxione, uel putredine humorum consistunt. Sunt etiam quaedam differentię morborum, que nul- las habent accessiones, ut sinocha febres, alia que ha- bent ut tertiana, semitertiana, alia sunt que acces- siones habent longiores, ut quartana, & quotidiana: alia breuiores, ut tertiana; alia uero que accessiones habent quotidie repetentes, ut quotidiane, alia ter- tio quoque die, ut tertiana: alia que suas habent ac- cessiones circa horam nonam inuadentes, ut tertiana ipsa, alia enim uespertinam, ut quartana, alie cir- ca noctem, ut quotidiane; alij pręterea sunt morbi, qui accessiones habent magnas, uel paruas, benignas uel malignas, longas, uel breues, ordinatas, uel inor- dinatas, æquales, uel inæquales, uel alio deniq; modo affectas, quas intellectus morborum differentis, & natura, quilibet facillē intelligere poterit. Ceterum ut morbi natura, genera, & differentia, naturam, & dif- ferentias accessionum ostendant; sic etiam constitu- tiones morbi ipsius declarare possunt, citius enim in temperies sola soluitur, quam que est cum humore coniuncta; citius in temperies quam huleus cauum; & hoc citius quam fracturę. Sic ergo morbi genera & species, constitutionem morbi declarant; idem fa- ciunt differentia morborum: nam simplex morbus citius quam compositus, intermittens, quam conti- nuus, ordinatus, quam inordinatus, promptius abigi- tur. Licet & ex morbi partibus notas in hac re collige- re: longiores enim sunt morbi qui sua tempora habent longiora, alijs qui breuiora, & qui mitiora, ue- hementioribus, & qui minores perpetuo obtinent accessiones, citius finiuntur quam illi, qui uel pares, uel maiores obtinent. Ostendit etiam properare mor- bum ad finem accessio, que quoties redit, uehemen- tius hominem affligit, quęq; certa seruata proportio- ne anteuertit, & in longius spacium protrahitur; quin etiam, equalis accessio breuioris morbi, inæ- qualis, longioris est in dextera; que item ordinatum re- deunt, breuiorem fore morbum ostendunt. Est præ- terea in die & hora qua exacerbantur morbi, signifi- catio non contemnenda; siquidem, que tertio quoque die, & circa meridiem redeunt, celerem solutionem portendunt. Secundi sunt ordinis, que mane exas- perantur, longiorem indicant que quotidie; omnium uero longissimam prænu- nciant accessiones, que qua- to quoque die circa noctem insurgunt. Pręterea, ac- cessiones, que in eodem statu diu non perseverant, breuiorem fore morbum nunciant: unde tertiana breuior quotidiana, quod promptē in initio accessio- nis, pulsus paruitatem, inæqualitatemq; deponat, & mox calor accedat, qui subito facit incrementum. Sumuntur, & inditia à modo quo soluantur accessio- nes: breuiores enim illa morbos reddunt, que cum aliqua insigni excretionem desinunt, queque sui mali, ut putredinis, uel noxijs humoris, nulla aut certē e- xigua inditia relinquunt, quomodo tertiana, quoti- diana breuior agnoscitur fore, quod in quotidiana accessionibus quaedam reliquię putridi humo- ris supersint. Sic ergo morbi, genera, species, diffe- rentia, partes uniuersales, & particulares ostendunt morbi constitutionem; & hæc nos in quarto li- bro Operis nostri de Signis, ubi longę breuisque ualetudinis signa docuimus, diligentius enarra- uimus.

Anni tempora.

Anni tempora, inquit Hippocrates indicabunt accessiones, & constitutiones, ut caussa quaedam, quae vim habent mutandi morbos & eorum accessiones; à causis enim signa sumi docuimus; uerum cum illae solum ab anni temporibus notas hic sumat, ne aliquid relinquatur imperfectum, nos alias addemus causas eiusdem, & diuersi generis, quae in hac re uim aliquam habere possunt. Ac primum quidem doceamus, quonam modo ex causis morborum, illorum constitutionem ostendere liceat; id facile est ostendere in causis morbos gignentibus: nam calor, & frigus, breuiiores, siccitas & humiditas longiores morbos committunt, & praenunciant; contumelia breuiiores quam uulnerantia, & frangentia; ex bile, sanguine, spiritu, & pauco tenui; humore, breues procreantur, & significantur morbi ab atra uero bile, pituita, & à crasis, uiscidis, & multis humoribus, longi nascuntur. Porro, ad has causas efficientes propinquas, referenda sunt quae ab aetate, consuetudine, uitae conditione, anni tempore, regione, syderum ortu, uentis, & reliquis, quae mutationes in aere faciunt, uel ostendunt; necnon quae à sexu summarum, & si quae alia sunt, quae morborum causae dicuntur, eo quod uel temperiem in nobis gignant, uel humores diuersos procreent, aut alio modo corporis nostri statum immutent; illa enim, quia diuersas faciunt in nobis mutationes, propterea longiores, aut breuiiores dicuntur patiter morbos facere. Praebeat quoque suas notas, causae quae subiecti rationem obtinent: Etenim, in male affectis corporibus partibusque durioribus, frigidioribus, siccioribus, & in otiosis salutaribus aegritudines longiores fieri consueuerunt, causae quoque iuuant, & ledentes conferunt etiam ad hanc cognitionem; qui enim morbi ab omnibus remediis iuantur, facile curantur, difficile uero, quos omnia remedia ledunt, uel non nisi minimè iuant. His ergo modis anni tempora, & reliquae causae morborum, constitutiones morborum significant. Possunt & eadem causae suas praebere notas ad accessiones morborum cognoscendas: nam in regione, & in tempore calido, & in temperie calida, & in uictu laborioso, in iuuentute, in uiris, & gracilibus, & iracundis, accessiones morborum fieri solent breues, sed uehementes: tertio quoque die, & circa meridiem ordinatim affligentes; à contrarijs uero causis accessiones fiunt alio modo infestantes.

Et circuituum successiua incrementa, siue quotidie, siue alternis diebus; siue per maiora interualla fiant.

Circuituum successiua incrementa interpretatur Galenus, accessionum incrementa, quae non accessiones ipsas, sed constitutionem morbi indicabunt. Spectatur autem incrementum accessionum in tribus, si solitum tempus anticipent, si uehementius affligant, & diutius; tales enim accessiones, inditia sunt morbi properantis ad uigorem, & salutem, si salus expectatur; uel ad mortem propinquam; si lethalis morbus extiterit; Verum non solum incrementa accessionum, sed (ut antea diximus) ordo, aequalitas, benignitas, magnitudo, tempus quo inuadunt, & modus quo soluuntur, & illarum progressio, ostendere possunt longiores, aut breuiiores fore morbos. Porro, quotidie fiunt accessio-

Anes propriae, in quotidiana febre, & in morbis, qui ex pituita putrescente consistunt; bilis tamen flaua aliquando, aut etiam atra putrescens, quotidie accessiones facere potest, ut in duplici tertiana, & quartana contingit: Per maiora interualla intelligimus accessiones fieri, quae quarto quoque die affligunt; Hippocrates tamen meminit in Epidemijs accessiones fieri quinto, sexto, septimo, octauo, & nono etiam die; et si Galenus rationem non nouit, quae id fieri possit: à quo enim humore, inquit, huiusmodi accessiones fiant ignoro. Ego tamen noui quosdam qui singulis annis eo die quo nati fuerant, accessionem febrilem pati soliti erant. Quod si ad humoris speciem omnes accessiones referre uelimus, à quo quae so humore huiusmodi laeuita febris fieri potest? quod si ad expultricis facultatem ut alibi Galenus, omnes causas accessionum redigit, nihil ad hoc conferet natura alicuius humoris; quidquid enim naturam molestat, illud eadem extrudere solet; sed haec superflue hoc loco prosequor, quae in libro de causis morborum diligentius enarrauimus.

Sed ex his quae mox apparent, inditia sumuntur.

Posteaquam ab enumeratis sumpsit signa ad accessiones & constitutionem morbi dignoscendam, ab his quae mox apparent, signa etiam sumi scribit. Quid uero intelligere oporteat per mox apparentia, non satis constat inter interpretes, nam Montanus, & alij quidam, mox apparentia appellant symptomata, quae post principium morbi accedunt, non autem cum ipso morbo statim inuadunt, quorum opinioni uerbum mox apparens, fauere uidetur; uerum his refragatur Galenus in tertio de Crisibus, ubi superuenientia accidentia, id est, mox apparentia, trifariam diuidit, in ea scilicet, quae morem morbi ostendunt; & in ea quae futuram Crisim proximè denunciant; & in illa quae non solum signa sed etiam causae Crisim sunt. Signa autem quae morem morbi declarant, quid obest quo minus cum ipso morbo inuadant? malignam enim febrem statim ab initio ex pulsuum intercissione, & debilitate, atque etiam ex urinis liuidis, uel nigris ab initio dignoscimus. Quare placet magis interpretatio Galeni, quae habetur in primo de Crisibus, capite quinto, ubi mox apparentia signa, dicit esse omnia, quae non sunt propria & inseparabilia essentia morbi. Dicuntur autem esse propria inditia morbi, quae solum ipsum morbum declarant esse, non autem differentias quae in ipso sunt, aut causas diuersas, uel locum diuersum, aut solutionis tempus, uel modum, uel aliquid aliud, quod reuera ad illius propriam essentiam non pertinet: ueluti signa quae ipsam febrem esse declarant, sunt pathognomica, id est passionem significantia, quae uero ostendunt febrem esse magnam, uel paruum, benignam, uel malignam, & eam esse in principio, uel in alio suo tempore, & ex hoc, uel alio humore consistere, & quod per Crisim, aut alio modo terminabitur, ista omnia signa mox apparentia dicuntur, eo quod soleant non statim cum morbo inuadere, sed postea, et si, ut dixi aliquando aliter in nonnullis contingit, ut in his quae causas, & morem morbi declarant. Sumuntur autem mox apparentia signa, ut alia omnia, à rei essentia, causis, & effectibus; Hippocrates tamen de vno genere peculiariter agit, nempe, quod ab excrementis sumitur & reuera, non uidetur Hippocrates intelligere aliud per mox apparentia, quam signa, quae sumuntur ab excrementis, ut exempla quae mox adfert ex spuito, uentis, alijs excre-

excrementis, & sudoribus ostendunt. Quum ergo proponit exemplum in quo docet veluti in morbo ceteris quomodo ex mox apparentib. signa sumatur.

Si circa initia statim sputum appareat, morbum breuiat, si vero postea appareat, producit.

Sputum hic intelligere oportet, non quidquid expuitur, ut alij interpretes faciunt: nam si tenue fuerit & aquosum, vel crassum & viscidum, aut impermixtum, vel varium, vel viride; aut liuidum, quod expuitur, vel longum fore morbum, aut lethalem prænunciat; vocaturq; huiusmodi materia non sputum, sed expuitio, teste Galeno in lib. 1. de Crisibus cap. 5. nam proprie sputum appellat, quod est coctum, & bonum, verbum autem circa initia, id est est, ac si dicas in morbi principio, verum cum morbi principium, tripliciter intelligatur, Galeno teste in eodem libro & passim alibi, pro primo, inquam, morbi insultu, pro tribus primis diebus quibus morbus affligit, & pro prima parte vniuersali totius morbi, non potest utique principium intelligi pro primo insultu, in eo enim nihil bonum esse potest & concoctum; nec etiã intelligere possumus principium pro prima parte totius morbi: nam in eo tempore nihil etiam concoctum esse potest: nam ut Galenus in Commentario scribit, cum apparent initia concoctionis, signum est morbum non amplius esse in principio; quare reliquum est, ut principium intelligamus pro tribus primis diebus, in quibus contineri potest etiam pars augmenti. Sen sus ergo est, si in tribus primis diebus aliquid expuat in pleuritide, breuem illud fore morbum ostendit; at non fati est, si concocta expuantur in tribus primis diebus, sed oportet, inquit Hippocrates, ut etiam statim expuantur, quod temerè alij interpretes idem putant significare quod circa initia: nam etsi Galenus an tea verbum (statim) dixit significare primum insultum morbi, & tres primos dies morbi, & primum tempus morbi, tamen hic, hoc verbum alium habet sensum: nam cum dixisset circa initia, frustra in eadem significatione addidisset statim; quare alia interpretatio huius dictionis sumenda est ex 43. textu secundi Prognosticorum, ubi Galenus (statim) sine cito aliquid in morbo fieri, bifariam intelligi posse scribit; vel quod fiat in principio morbi, uel quod promptè fiat, & in hac significatione dictum putauerim verbum (statim) cum circa initia (ut diximus) alterum exprimat; tum etiam, quod breuis non significetur morbus, si circa initia sputum quidem, sed eum difficultate excernatur; utrumque ergò necessarium est, si sputum morbum breuem fore prænunciare potest, ut scilicet initio morbi, & promptè excernatur, id quod primo de Crisibus etiam aperte docet. Ceterum, ut duas expressit conditiones ex sputo ad morbum breuem significandum, nempe ex tempore quo excretio fieri incipit, & ex promptitudine eiusdem, sic nos alias addere possumus: nam quanto plus excernitur concocti excrementi, tanto citius finietur morbus. Sed ne in solo sputo conditiones prosequamur breuioris aut longioris morbi, & ne cogamur in alijs excretionibus ea repetere, quæ in sputis iam essent enarrata, præstat communi omnibus excretionibus tractatione tem hanc prosequi. Igitur in excrementis in primis notamus concoctionem, deinde quantitatem, modum, qualitates, locum, tempusq; excretionis. Porro in concoctione notamus tempus quo incipit apparere concoctio, & quo perseverat, item mutationes quas facit concoctio, & si omnia,

A vel quædam solum emittantur concoctio; si enim in primis diebus concoctio appareat & potissimum in die decretorio, vel indicante, & posteaquam cepit, perseveret, & magnos faciat progressus, & si omnia excrementa emittantur concocta, non solum quæ ad vnam partem spectant, sed etiam ad omnia excrementa corporis, hæc omnia breuissimum morbum ostendunt; tanto vero longiorem, quanto plura ex his deerunt; idem uerò ostendet quantitas & modus excretionis, in quibus enim aut nihil, aut pauca, vel paulatim excernuntur, uel difficultè, aut per intervalla, longitudo morbi expectanda est. In qualitate excrementorum primas, secundas, & tertias qualitates comprehendimus; breuiiores etenim declarant futuros morbos calida quam frigida; humida quam sicca excrementa, & quæ vnicum habent colorem, quam quæ plures referunt, & quæ nullo malo odore sunt prædita, & quæ tenuia sunt, modo concoctio non requiratur. Iam vero locus per quem fit excretio suas etiam hoc modo præbet notas: nam si è directo cum parte affecta, vel per communes vias, & per lateras & ignobiles, & extra corpus fiat excretio, & per plures vias, morbum breuiorem ostendit, quam quæ aliter fit. A tempore vero excretionis, signa hoc modo sumuntur: breuior namque morbus erit, si in die decretorio excretio fiat, in morbis, in quibus Crises accidunt, etiam in statu vel declinatione accessionis, igitur non solum ex sputis, sed etiam ex alijs excrementis, his modis colligemus signa constitutionis morbi. Licebit etiam signa quædam ducere à qualitatibus corporis, quanto enim minus à naturali statu illi recedunt, tanto ferè in omni morbo breuiorem morbum nunciant, longiorem enim affectum fore putamus in morbo regio, quando corpus plurimum pallet; sic magna durities vel mollities, aut raritas, vel densitas, vel alia qualitates quæ in corpore apparent humano in salutaribus morbis longitudinem mali portendunt, in lethalibus breuitatem. Sed in quibus eadem sit ratio, uel diuersa, & denique quid possit longum, uel breuem morbum ostendere, generatim in salutaribus & lethalibus morbis, exactius in Opere nostro de Signis profecuti sumus, hic enim solum capita attingere uoluimus, ut quid ab aethere uel ab ipsis interpretibus sit prætermisum, bene uoli lectores intelligere possint.

Et urine & alui excrementa.

Egimus paulo ante generatim de omnibus excrementis, & illorum tum quam habent in prædicendis locis morbis, & breuibus docuimus; sed quoniam Hippocrates sigillatim quædam ex illis enumerat, ne illi desit uostra interpretatio, pauca quoque attingemus propriam eorum facultatè, ab urina exorsis; de qua non exactam, quod alibi fecimus, tractationem instituemus, sed solum capita attingemus, sine quibus quod quærimus intelligere non licet. Ergo ut ab illius origine incipiamus, urina est tenue excrementum primæ concoctionis quæ fit in uentriculo ex potione, & aquosa materia genitum, à renibus postea peracta concoctione hepatis, separatam, & in uesicam transmissam: nam si teste Galeno in omni concoctione resultant duo genera excrementorum, unum crassius, alterum tenuius, si urinam non ponas esse tenue excrementum primæ concoctionis, quid aliud illud esse potest? quod si illa est excrementum concoctionis quæ fit in hepate, non duo, sed tria erunt illius concoctionis excrementa, humor melancholicus bilis flaua, & urina; At si una fit concoctio in uena cava, ut creditur Actuarius, & illius tenue excrementum

mentum est vrina, quod nam quæso erit eiusdem coctionis crassum excrementum? Absurda quoque illorum est opinio, qui putant vrinam esse excrementum renum: nam renes nullam publicam concoctionem obeunt, sed solum sibi propriam, ut & alia partes corporis, quæ eisdem & uaporem ut propria excrementa relinquunt; trahitur quidem à renibus vrina, sed non in illis gignitur, uerum in uentriculo ex potu, cum paulo minus mingamus, quam bibamus & alba sit, ut uentriculi color, sed ob peculiarem usum, ut scilicet vehiculum sit chyli transeuntis per uenas mesaraicas & hepatis, non statim post ipsius generationem ut alia excrementa, separatur à parte utili, propterea quod antea aquosus humor, dum in uentriculo adhuc est, & in uenis mesaraicis, atque hepate, postea vrina uocari incipit, cum à renibus elicatur, & per uinarios meatus illabitur, nam excrementa non dicuntur, nec proprium nomen capiunt, interim dum sunt confusa cum alijs, sed cum sunt creta & separata; quia ergo non separatur hoc excrementum statim post concoctionem quæ absoluta est in uentriculo, sed post eam quæ fit in hepate ideo putarunt alij, urinam in concoctione hepatis gigni. Hęcigitur de materia, & loco in quo fit vrina, & partibus a quibus trahitur, & in quas recipitur. Vrinx autem hi sunt usus, quod corpus, & sanguinem purget, & secum conuehat si quid est pituitosum, uel biliosum, uel melancholicum, quod natura ad uenam cauam transmittit, aut si ipsa in uis suis inuenit, uel pus, uel lapillos, uel alias sordes, eas abstergit, & secum trahit, communis autem illi est cum sudore materia; portio enim aquosi illius humoris in uentriculo geniti, maxima, alia parte ad renes & uesicam conuersa, una cum sanguine per minimas uenas, & habitum corporis fertur, quæ in bene affectis corporibus insensibiliter transpirat, in alijs uero sudor fit, id est per cutem sensibilibus exit. Ceterum, vrinx differentia præcipue sumuntur ab his quæ in vrina apparent; alie uero a causis ipsius; alię ab effectis; alie à mingendi modo. Porto in vrina apparent consistentia, mediocritas, tenuis, & crassa; tenues vrinx nunquam fiunt crassæ, posteaquam mixta fuerunt, ut falso alij tradunt, sed opacæ, & confusæ ab aere ambiente; item in vrina apparent qualitates primæ & secundæ, ut colores, perspicuitas, & opacitas, & odores, deteriores quidem in quibusdam quam in alijs; quæ differentia in saporibus quoque reuera est. Sunt in vrina etiam contenta, quorum quædam superficiem ipsius constituunt, ut corona, alia supernatant, ut pinguedo, bulla, spuma; alia innatant, ut nubecula, encephala, & quæ pilorum atque filamentorum magnitudinem & figuram referunt; subsident sedimentum, sabulum, arena, lapis, pus, grumus, & cetera quæ fundum petunt. Cum uero dicimus urinam quandam esse acrem, alia uero mitiorem, differentias capimus à tertijs qualitatibus. A quantitate uero sumimus differentias cum dicimus illam esse uel paucam, uel mediocrem, aut multam. A mingendi uero modo, differentie ducuntur cum dicimus quædam penitus suppressam facere, alia difficile emitti, aliam uoluntarie, aliam in uoluntarie. A causis uero ducuntur differentie, cum dicimus quædam mutari à bile flaua, alias ab atra, alias ab alijs causis. Ab effectis uero quo significant, ut cum diximus, quædam significare mortem, alias salutem. Ceterum, causa urinx materialis est (ut diximus) potio, & si quid in aquosum humorem in corpore nostro conuertitur potest; tenues autem fiunt vrinx, ex sola aquosa materia, crassæ uero cum illi aliquis alius humor miscetur: unde in morbi principio sunt tenues, quia nullum adhuc factum est ex-

crementum, quod cum ea misceri possit. Omnes uero qualitates quæ in urinis apparent, sunt uel ab alteratione sola, aut ab humorum permixtione, aut absentia, uel existentia inter se coniunctis; colores quidem contentorum ex alteratione potissimum fiunt, dum natura concoquendo tandem albedinem assequitur: color uero qui in ipso liquore est albus; fit etiam ex sola alteratione uentriculi; alij uero omnes colores fiunt per mixtionem alicuius humoris; absurdum est rubras uel flauas fieri ob calorem, dum retinetur, & liuidas & nigras fieri ob calorem extinctionem: quamdiu enim uiuat animal, nequit esse frigus intus liuore aut nigredinem contrahere, ut faciunt partes externæ in aere frigido, alioqui cur oes qui morti non sunt propinqui, tales non emittant vrinas. Opaca uero fit vrina, uel ab aere externo, dum corrumpitur extinctis, aut resolutis vrinx spiritibus, qui luciditatis erant causa; Vnde Mōtanus & alij errant, qui ex his vrinis in aere corruptis significari adiunt concoctionem proximam, aut alias corporis dispositiones; Fiunt etiam opacæ ob internam agitationem, quæ exactè miscet crassos humores cum urinx; Alia uero est opacitatis causa materię impuritas, unde gemmæ, & alij lapides, sunt perspicuæ, quoniam ex purissima materia constant. Alia addi potest causa opacitatis, cum color color superinducitur, necnon absentia lucis & luminis, & frigus solent in rebus opacitatem adferre: sed hæc alibi diligentius. Odores quoque qui sunt in urinis, ex mixtione humorum aut aliarum rerum proueniunt. Ceterum nubecula, encephala, & hypostasis, unam & eandem habent materiam, pituitam scilicet, quæ nunc supremam partem, nunc mediam, nunc infimam petunt, prout illa uel tenuis est, aut crassa, aut concocta plus uel minus. Aliarum rerum causas quas in urinis notauimus, nostri non est nunc instituti prosequi, ut qui Methodum potius indicare, quam singula explicare instituimus. Igitur vrinx ostendunt breuem fore morbum, ex his qualitatibus, & contentis, quæ naturam ostendunt facile concoquere noxios humores, & ubi tales sunt vrinx, & apparent in diebus indicantibus primis, & posteaquam concoctæ sunt, magna copia excernuntur, & facile ostendunt per illas, & cum illis morbosas causas excerni, & propterea salutem breui futuram ostendere autem possunt morbos uentriculi in quo gignuntur, hepatis, renum, uesicæ, pudendi, per quas partes transeunt, uenarum magnarum, capitis, & aliarum superiorum partium, quæ per uenas solent aliquando noxios humores transmittere successione quadam in uenas, & arterias magnas, qui postea una cum urina rapiuntur, & exeunt; sic etiam alij excrementa ex suis qualitatibus, & quantitate, uentriculi intestinorum, hepatis, uenarum etiam totius corporis affectiones ostendere possunt, quoniam in uentriculo primùm gignuntur, & per intestina feruntur, foras recipiunt, & quoniam per uenas mesaraicas hepatis & alijs partibus, quæ cum hepate sunt coniunctæ, ad intestina uia patet, & excrementa quæ in illis gignuntur, & cum alij recrementis miscerunt, secum deferunt, inditia sunt alterationum & dispositionum quæ in suis sunt fontibus & locis.

Et sudores & quæcumque apparuerint. uel bonam morborum iudicationem, uel malam, uel breues, aut longas fore morbos ostendunt.

Quod dixit de sputo, vrina, & alij excrementis, idem nunc de sudore subiungit; Verum non eadem ratione, nam sputum quanto citius in morbis

morbis apparet, tanto citius præterdit bonum iudicium, & morbi breuitatem, sudores vero in principio quorundam morborum longitudinem ostendunt, & periculum in morbis, ut scribit Galenus in primo de Crifibus, cap. 19. nempe, quod frigidi sudores cum acuta febre, mortem, cum mitiore vero, morbi prolixitatem nunciant: & non solum quidem frigidi, sed & alij omnes sudores in principio febris continuæ aut lethales sunt, aut longi morbi inditia: nulla enim potest fieri per sudorem utilis excretio in illis, dum adhuc morbus est in principio, aut etiam in prima parte augmenti: quia in continuis morbis, & præsertim in acutis, humor qui in uenis est, totus simul concoqui solet, & ad unam expulsiõnem referuari, quæ fit per Crifim in statu, uel in parte augmenti uigori admodum uicina; in febribus uero intermittentibus, ut in tertianis exquisitis, in prima etiam accessione, sudores sunt utiles, quia portio materiæ peccantis in ipsa accessione concoquitur, & post concoctionem expulsio putrefactæ materiæ merito fit. Verum in principio accessionis febrium non intermittentiũ si contingat sudores, mali sunt, quoniam non præcessit concoctio, quam sequitur excrementi generatio & inutilis excretio; videndum ergo est, in quibus morbis & in qua parte morbi sudores appareant; nec illud solum, sed quales sint sudores, & in qua die morbi, & à qua parte corporis, & quomodo effluant, ut enim moderatè calidi sudores, & qui non fetent, & in diebus decretorijs, aut in illis in quibus traduntur ab Hippocrate rectè fieri, & præterea à toto corpore liberè emanant, salutem, & breuem morbum pollicentur, ita contrarijs modis affecti, uel perniciem, aut longitudinem morbi minantur.

APHORISMVS XIII.

Senes facillimè ieiunium ferunt, secundo loco qui ætatem consistentem habent, minimè adolefcentes, omnium minimè pueri, præsertim, qui inter ipsos sunt uinidiores.

DE ætatibus auctorem hic agere scribit quidem Galenus, quoniam ad victum instituendum huius rei consideratio facit: sed non docet quomodo, quæ ratione ætates ad id conferant: quod tamen ab eo prætermittendum non est, qui Methodo artem se docere profiteretur: cum enim quedam sint quæ ad victum constituendum pertinent, quoniam indicant, alia, quod coincident, alia rursus quod contraindicent sine repugnent, alia quod permittant, alia demum, quod correpugnent, siue per accidens repugnent, (ut antea ex Galeni principijs ostendimus) plurimum sanè refert intelligere an vno modo, uel alio, ad victum instituendum aliquid conferat. Præterea, cum varij sint scopi obseruandi in victu instituendo, docendum erat an ad omnes scopos conferat ætatem consideratio, & cuius gratia hic de illis agat auctor. Montani uerò opinionem me pudet refellere: tradit enim scopum huius primi libri esse de purgatione corporis, & illam fieri per medicamentum, victum, & chirurgiam, & esse considerationem victus, vnam absolutam, aliam respectu virtutis, & vnam esse victus differentiam, quæ virtutem expurgat; quibus morbis, quid potest deterius minusve propriè dici? falsum enim est, Hippocratem in hoc libro sibi proponere scopum purgationem corporis, cum non solum de purgatione, sed de alia omni va-

uatione etiam agat, & non solum de euacuatione sed etiam de repletionem tractet. Fit præterea purgatio per medicamenta purgantia; at per victum, aut chirurgiam, quis aptè dicit eam fieri? alimenta, uel victus sunt, alicuius semper sunt alimenta; quare per se considerari non possunt; At si posuit vnâ speciem victus conseruare vires aliam augere, tertiam propriè nominare debebat, non quæ vires expurgat, sed minuit, sic enim seruarietur per opposita diuident, loquendique ratio. Sed his omissis, videamus nos quomodo ætates ad victum instituendum conferant; non id sanè faciunt ut indicantia, cum solæ vires victum indicent; nec ut contraindicantia, cum vires sint secundum naturam; & propterea nec ut correpugnantia locum suum habent; quare superest, ut conferant quatenus vel permittunt, vel coincident; Verum, cum ex ætatibus colligamus, quales, quantæque vires sint, meritò ut coincidentia, eam quam habent vim exercebunt; at cum inter coincidentia alia sint quæ primo loco id faciunt, alia secundo, alia etiã tertio, temperamentum primo coincidentia victum, illud enim immediatè ostendit vires subesse, aut debiles, aut validas; ætas uerò temperamenti interuentu idem facit: significat enim quale sit temperamentum: siquidem ex diuersis ætatibus, diuersum subesse temperamentum, notarunt maiores nostri. Ceterum conferre ætatem ad omnes scopos de victu instituendas, ratio distat, & cum de singulis scopis agemus, facile intelligere licebit; hic uero mentionem facit auctor de ætatibus, ad genus & quantitatem etiam victus instituendam, quod ostendunt præcedentes Aphorismi, & qui sequitur, in quo huius rationem reddit, & quæ in hoc de ieiunio scribit: nam in sequenti, de paucis, & plurimo nutrimento agit, quæ natura sua, tum quantitate talia dicuntur, ut antea ostendimus; Docet ergo ex ætatibus quo victu, & quanto egeat corpus. Verum quoniam intelligere non possumus, quomodo ætates singula victum mutant, nisi prius ætatis natura, & differentia intelligantur, ideo de hac re prius agendum; Porro, ætatis nomen ab æuo deducunt auctores linguæ Latine, quasi æuitatem dicas; usurpant autem ætatem aliquando iidem auctores, solum pro iuuentute, ut videre est apud Ciceronem in septima actione contra Verrem, ubi ita scribit; Si qui senes, aut deformes erant, eos in hostium numero ducit, qui aliquid formæ, ætatis, artificijque habebant, abducit omnes. Capiunt etiam aliquando ætatem pro solo anno, ut Virgilius tertio Georgicorum.

A tribus exactis ubi quarta accesserit ætas, Carpere mox æuum incipiat.

Capiunt, & ætatem pro tempore, ut cum vulgò dicimus, nostra ætate, pro nostro tempore; Usurpatur aliquando pro seculo, id est pro centum annis, ut apud Ouidium de Nestore scribitur:

Annos bis centum, nunc tertia viuunt ætas.

Ætas etiam frequenter pro vita hominis accipitur, ut apud Plautum:

Me ætatem meam viduam esse malui, id est totam vitam meam.

E Quid uerò reuera sit ætas, nunc definiendum est: Fernellius ætatem definit esse id vitæ curriculum, quo luculenter corporis constitutio per se, & ab internis suis principijs mutatur, Verum ætas non est pars vitæ, sed potius mensura quedam temporis, aut tempus ipsum, quo mensuramus vitam hominis, in qua enim parte vitæ sit id, quod uiuit agnosimus, & distinguimus per ætates, unde ætas reuera non est vitæ, aut vitæ aliqua pars, sed (ut diximus) quod vitæ partem, & vitam ipsam mensurat, ut tempus ipsum non est motus, sed mensura motus; Ætas autem est defini-

definitum quoddam tempus, relatum ad vitam rerū. Ceterum, quanta sit totius hominis ætas, id est uite spacium, non satis constat: nam et si Plinius, cap. 49. lib. 7. refert quosdam ex Astrologia docuisse, in Italia homines posse viuere centum vigintiduos annos, nec eum terminum aliquem excedere posse: tamen sunt qui referant quosdam centum, & quinquaginta, alios ducentum, alios tricentum annos uiuissē, ut omitam sacras historias, in quibus habetur, quosdam superasse nouemcentum annos: nos uerò qui nunc uiuimus, eos admiramur, qui centum annos ex nostris attingunt: Porro, cum ætas sit quoddam uite tempus ab alijs diuersum, merito sit, ut auctores in numero ætatum inter se dissentiant, quoniam non constat quot mutationes subeant nostra corpora ex suis principijs in uita nostra; nam Auicenna in prima primi, quattuor solum ponit ætates, adolescentiam, quam dicit durare usque ad triginta annos, consistentiam, siue iuuentutem, quam etiam uocat ætatem pulchritudinis, quæ durat à trigésimo usque ad quadragesimum; tertiam ponit ætatem, in qua uirtus minuitur quidem, sed non manifestè, & durat usque ad sexagesimum, & uocat senectutem: ultima ætas est senectus, quæ durat usque ad finem uite. Verum, puto errorem esse in interprete: nam cum dixisset quattuor esse ætates, tres solum postea enumerat, & interpres uidetur confundere iuuentutem cum ipsa consistentia. Author uero definitionum Medicinalium, diuidit ætates in pueritiam, pubertatem, mediam ætatem, & senectutem; Varro, in infantia, pueritiam, adolescentiam; iuuentutem, & senectutem, & ynamquamque illarum in tres partes, primam in uiridem, secundam in adultam, sultimam in præcipientem; uocat autem infantes, eo quod dari discant; pueros quod pari, id est impuberes sint; adolescentes, quod maxime tunc crescunt, & adolefant; iuuenes, quod Rempublicam in re militari iuuare possint; alios autem senes, quod tunc corpus senescat. Gellius lib. 10. cap. 28. refert ex Sensorino, Hippocratem diuidere ætates in septem, sed non indicat ex quo loco Hippocratis eam diuisionem acceperit: hic. n. quattuor solum ponit ætates senilem, consistentem, adolescentem, & puertilem. In libro uero tertio Aphorismorum non generales ætates, sed minores illorum partes profequitur; Galenus autem uariis etiam in hac re fuit: siquidem in hoc Commentario quinque ætates facit, pueritiam, adolescentiam, iuuentutem, consistentiam, & senectutem; Aphorismo uero 9. 5. pubertatem addit, cum adolescentiam mediã esse inter pubertatem, & iuuentutem scribit; Alibi, ut 29. 3. 7. 5. 27. 3. pubertatem à 14. anno incipere, & usque ad 25. extendi scribit, ubi sub pubertate adolescentiam comprehendit; Addendum autem esse pubertatem ex hoc constat; quod Adolescentiam à 18. anno incipere scribat, Pueritiam uero in 14. definire, quomodo tempus, quod est à 14. ad 18. nulla ætate contineretur.

Cum uero nos generales primam ætates queramus, quas postea in particulares diuidere oportet, adolescentia in prima diuisione ponenda non est, cū pubertatis pars sit: sic enim fortis, & nuper nati, qui in pueritia continentur, statim ab initio in generali diuisione numerandi essent. Fernelius diuidit ætates in quinque in Adolescentiam, iuuentutem, consistentem ætatem, primam senectutem, & decrepitã. Philosophi (si Montano credendum est) ætates solum duas faciunt, Adolescentiam & declinantem ætatem. Mathematici autem & Astrologi ut Ptolemeus aliam secuti sunt diuisionem, ponunt enim primum quattuor esse ætates, adolescentiam, iuuentutem, uirilem ætatem, & senectutem. Est autem or-

ta hæc discrepantia inter auctoris in diuisione ætatum, ex diuerso fine & instituto quod sibi quisque proponit; nam qui Rempublica regende præsent, ætates diuiserunt in tres, in pueritiam, quam extendunt usque ad decimum septimum annum, eo quod inutiles sint, qui in ea ætate sunt ad iuuandam Rempublicam, uel consilio, uel uiribus. Secunda ætas ex illorum diuisione durat usque ad quadragesimum sextum annum, & iuuentus nominatur, quod maxime iuuare possint Rempublicam, & armis & consilio. Tertia est senectus, in qua homines consilio plurimum pollent. Philosophi etiam si diuidunt ætates in duas, optima ratione id faciunt, sequuntur enim uigorem & declinationem, qua nascuntur ex proprijs principijs, uel enim crescit calor noster, uel decrescit, nec datur in hac medium; quare sequentes illi mutationes, quæ in nobis sunt ex caloris uigore & diminutione, ætates diuiserunt in iuuentutem & senectutem; Medici uero qui ætates considerant quatenus mutant medendi rationem, plures ætates posuerunt, quoniam uidebant temperiem sepius mutari, & toties propterea mutari curationem, & alia officia Medici. primo enim agnouerunt corpus nostrum usque ad decimum quartum annum plus caloris & humoris habere quam moderata temperies postulet, & illam ætatem uocauerunt pueritiam; postea uiderunt usque ad uigésimum quintum annum seruari debitam proportionem à calore cum humore & alijs qualitatibus, & eam ætatem potuissent temperatam uocare sed maluerunt pubertatem nuncupare, eo quod in eo tempore pubescant, & pilos emittant homines.

Ceterum, à uigésimo quinto anno usque ad trigésimum quintum, calor iam præualet humido, & acrior propterea redditur: unde agnoscutur corpus calidius & siccus, quam postulet moderata temperies, & merito iuuentus ea ætas nominatur, quoniam maxime apta est (ut diximus) Rempublicam & uiribus & consilio iuuare. Sequuntur postea duæ ætates, consistens siue declinans, & senectus, quæ et si reuera habent eandem temperiem frigidam, & siccam, tamen quia usque ad quadragesimum nonum annum non est sensibilis lapsus uirium, quæ uigebant in iuuentute, ideo hanc ætatem separauerunt à senectute, in qua frigiditas & siccitas præualet; & quia illa declinatio, ut diximus, est exigua; adeo ut uideatur siue nile robur consistere, ideo etiam consistens ætas nuncupata est, quod autem declinans ætas, & consistens idem sint, apud Galenum, patet ex hoc Aphorismo, in quo scribit inclinantem ætatem iuuentuti continuari; & in sequenti, eam à senectute separari; quod autem hæc ætas incipiat à trigésimo quinto anno, constat, cum illic desinat teste Galeno Aphorif. 9. lib. 5. iuuentus. Quod uero extendatur usque ad quadragesimum nonum annum, ex eo patet, quod duas septimanas ei ætati tribuat, quia uero in pubertate sunt anni quidam, in quibus corpora maxime crescunt, & magnitudine & uiribus, nempe à decimo octauo anno, ad uigésimum quintum usque, ideo adolescentiam eam pubertatis partem uocauerunt, & est omnium temperatissima & optima ætas. Pueritia etiam habet quasdam partes, siue iuniores, in quas diuiditur, ut constat ex Aphorismis tertij libri, & ex textu octauo secundi Comment. 3. Epidemion, & ex textu quinto 1. Comment. 6. Epidemion; siquidem, pueritiam ex illis locis diuidimus in fetum, in nuper natos, & eos qui ad dentium productionem accedunt, & qui pubertati sunt propinqui; sunt tamen qui fetum siue embryon intelligunt id, quod in utero est conceptum solum duorum uel trium mensium. Sunt uero qui infantiam uocent pueritiæ tempus, quod est usque ad septimum annum, ut ex loco præ-

etate in 6. Epidemion patet, Xeusis tamen & Hiero Medici *παιδία*, & *νήτια*, i. pueros, & infantes, idem apud Hippocr. esse contendunt; nec eos solum infantes ab Hippocrate vocari qui nuper nati sunt, aut qui ad quintum vel sextum annum attingunt, per metaphoram tamen valde pulillos *παιδία*, *νήτια* vocari ab Hippocrate scribit textu 7. secundi Comm. 2. Epidemion. Pubertatis pars quæ à decimo octavo anno vsque ad vigesimum quintum extenditur, adolescentia à Medicis vocatur; At uero, senectutem in Commentario diuidit Galenus, in primam, & ultimam senectutem; in fine vero quinti de sanitate tuenda, in tres, quarum prima est eorum, qui viridi senectate sunt præditi, quos ob id *ἀνορῆσπυτος*, id est crudos senes vocat; Secunda pars, propriè senectus dicitur; Tertia quæ decrepita nuncupatur, & qui in ea ætate sunt, decrepiti, & valde etiam senes ab Hippocrate vocari solent: Causam autem, cur sint quattuor ætates, triplicem assignant Astrologi primam ex diuisione ipsius Zodiaci, secundam ex motu stellarum ipsius Zodiaci; Tertiã ex motu & lumine ipsarum stellarum; Zodiacum enim diuidunt in quattuor quadrantes, quorum primus constat ex Signis Geminorum, Libræ, & Aquarij; Secundum dicunt constare ex tribus signis Ariete, Leone, & Sagittario; Tertium vero constituunt ex Tauro, Virgine, & Capricorno; Vltimum autem ex Cancro, Scorpione & Piscibus. Ac Primum quadrantem esse dicunt aereum calidum & humidum; Secundum calidum & siccum, igneum; Tertium, frigidum & siccum, terreum. Quartum frigidum & humidum, aqueum. Stellas autem dicunt moueri per Zodiacum, & quando mouentur per Signa Arietis, Tauri, & Geminorum, tunc gignunt caliditatem & humiditatem; quando vero mouentur per Cancrum, Leonem, & Virginem, tunc inducunt caliditatem & siccitatem; quando uero per Libram, Scorpionem & Sagittarium, pariunt siccitatem & frigiditatem; cû uero mouentur à solstitio Hyemali ad æquinoctium Veris, gignunt frigus & humiditas. Tertiam rationem quam sumunt ex virtute stellarum, nempe ex motu & lumine illarum, ita interpretantur: Lunam & Venerem caliditatem & humiditatem parere semper; Mercurium uero calidum ut plurimum; Solem uero caliditatis & temperatæ siccitatis authorem esse affirmant; Martem ualidissimè exsiccare & calefacere; Iouem esse calidum & moderatè humidum; Saturnum valde frigidum & siccum. His positis, dicunt ætates merito diuisas esse in quattuor primas partes, quoniam quattuor sunt solum primæ Zodiaci diuisiones, quæ mutandi vim habent quater nostra corpora; & quia stellæ quæ suo lumine & motu nos possunt afficere, mouentur solum per illas quattuor partes, & quia vim habent gignendi quattuor illas combinationes primarum qualitatum; Diuidunt rursus quattuor istas partes in minores alias, ratione sumpta ex planetis, & omnium primam ætatem in partes tres, propter actiones aliqua ratione inter se diuersas illarum trium dominantium stellarum, scilicet Lune, Mercurij, & Veneris, & propterea quattuor primos annos Lunæ tribuunt, quia ea totam suam inæqualitatem quattuor annorum spacio absoluit: merito ergò quattuor humidissimi anni humidissimo planetæ tribuuntur; propterea, tunc corpus est infirmum, tenerum, & subitum ipsius incrementum, & in eo anima est debilis: proximum autem decennium, quo puerilis ætas completur, Mercurio tribuunt, qui vim leuem habet aliquando exsiccandi, et si sæpius humectet, merito igitur totum hoc tempus, quo partes incipiunt fieri solidiores, Mercurio concedunt, nec plures, nec pauciores an-

nos illi tribuunt: quia in eodem spacio suam quoque inæqualitatem absoluit; propterea errat Montanus, qui septem annos pueritiæ, Lunæ, & totidem Mercurio tribuit; non mirum ergò, si in ea ætate pueri sunt ad eruditionem apti, & excitantur ad discendum, intelligendum, & ratiocinandum, hæc enim Mercurio tribuunt. Vltimam partem primæ ætatis aiunt comprehendere octo annos, quoniam uenus eo spacio temporis suam perficit inæqualitatem, & propterea ea ætas ad sanguinis & seminis generationem omnium aptissima est, quoniam hæc proueniunt ex tempore calida & humida, cuius author est Venus quæ etiam adolecentes inducit ad deceptionem, mentisque cecitatem, ut immoderatè & impetuosè libidini seruiant. Secundam ætatem extendunt à vigesimo secundo anno vsque ad quadragesimum primū, inclusiue, & sine diuisione relinquunt, quoniam toto eo tempore Sol eget, ut redeat ad eundem punctum Zodiaci, & ad eundem aspectum Lunæ: nam Solis & Lunæ actiones communi & mutua opera perficiuntur; propterea hæc ætas inter alias omnes maximè splendet & vegeta est, & pudoris & honorisque cupida, propter caliditatem & siccitatem, quarum cum certa mensura author est Sol. Tertiam ætatem quam Medici aliquando declinantem, aliquando consistentem, ut diximus dicunt, Astrologi vocant vitilem, & Marti tribuunt, annosque quindecim durare dicunt, id est vsque ad quinquagesimum sextum annum, quoniam Mars toto eo tempore dominatur, & propterea anni illius ætatis sunt anni roboris, & vigoris; grauitatis & aduersitatis. Quartam ætatem quam senectutem etiam ipsi vocant, tribuunt Ioui & Saturno, sicut adolescentiam Lunæ, Mercurio, & Veneri: nam primam senectutis partem quam duodecim annos illi continere statuunt, & durare à quinquagesimo sexto ad sexagesimum octauum, uolunt à Ioue regit tot enim annos exigere Iouem, ut proprium suum motum absoluat, & tunc ob dominium huius planetæ, homines sanam habere mentem, turpia negligere, prouidos esse, eloquentia & sermone pollere, angustias fugere, & pericula quæ temerè suscipiuntur, sollicitosque maximè esse de libertate, bonaque fama; alios uero annos senectutis tribuunt Saturno, qui frigiditatis & siccitatis immoderatæ causa est, per accidens suo paruo lumine & motu tardissimo; propterea in ea sunt ætate qua sentiunt naturam ad declinationem festinare, & delectationis diminutionem, hæc enim qualitas vitam hominis exuit, impedimentum, & tristitiam, & paruum rerum sustentationem imprimit; quod si contingeret post annos duodecim primæ senectutis quæ Ioui tribuimus, annos triginta in quibus Saturnus perficit suum motum, homines excedere, illud extremum temporis Lunæ rursus tribuunt nihil enim aliud est extremum illud senectutis quam summa humiditas & frigiditas cuius Luna est author. Hęc quidem tradunt Astrologi vniuersaliter sic se habere; in aliquibus uero aliquando paululum variare, iuxta diuersos positus stellarum & motus in eorum genituris, ut Ptolemeus author est in quarto libro sui *Quadrupartiti*, capite de temporum diuisione, sequens *Indos & Egyptiacos*. Fernelij uero diuisione nec cum alijs contentit, nec quibus rationibus confirmari possit habeo, cum author legumlatorum more eum numerum constituat. Ego ut verum fatear, nullum video authorem, qui suæ diuisionis certam rationem reddat, aut certos terminos ponat: probabilius forte videbitur esse Astrologorum opinio, & si in ea etiam est quod reprehendi possit: nam si quattuor solum sunt vniuersales ætates, cur Ioui & Saturno diuersis longè inter se planetis, senectutem, quæ vnam

enam habet temperiem per magis & minus differen-
tem tribuunt? cur potius non posterunt septem æta-
tes vt septem sunt planetae, quod video à quibusdam
factum, vt refert Brassauiolus in suis Commentarijs;
nam Græcus quidam incertus author, septem ponit
ætates, & primam infantiam; vsque ad quartum an-
num, quam refert ad Lunam; pueritiam à quarto ad
decimum annum, quam dat Mercurio; adolescentiã
à decimo vsque ad decimum octauum, & eam subij-
cit Veneri; iuuentutem à decimo octauo ad vigesi-
mum quintum quam dat Soli, virilem ætatem à 25.
ad 50. & hæc datur Marti, à 50. ad 69. primam sene-
ctutem tribuit Ioui, Reliquum vero tempus vitæ,
senectutem cuius author est Saturnus, appellat. Et
quomodo primi quattuor anni ad Lunam referuntur,
si illa frigiditatem & humiditatem inducit, corpus
vero nostrum eo tempore calidum est & humidum?
Agnosimus præterea, iuuentutem esse calidissimam
& siccissimam, quæ temperies ad Solem quomodo re-
ferri potest, si ille caliditatis & solum temperatæ sic-
citatæ est dominus? Præterea, Iupiter senectutis, quæ
frigida est & seica quomodo potest esse author? Mon-
tanus etiam in Comment. huius Aphorismi tradit quæ
ab alijs omnibus discrepant, & ab his etiam quæ ipse
docet in primam Fen Auicennæ; ait enim senectutē
incipere à trigesimo quinto anno, & durare vsque ad
sexagesimum tertium; consistentiam vero incipere à
vigesimo octauo anno, & durare vsque ad trigesima
quintum; aliquando vero vsque ad quadragesimum
vel quadragesimum quintum; Adolescentiam autem
à decimo quarto vsque ad vigesimum primum, vel vi-
gesimum octauum; pueritiam improprie sumptam à
primo ortu vsque ad decimum quartum extendi, pro-
prie vero sumptam, à septimo ad decimum quartum,
nescio vbi ille inuenerit ætates proprie vel improprie
sumi eo modo quo scribit. Sed alijs omisis, diligen-
tius explicemus, quodnam temperamentum assigne-
tur singulis ætatibus, & quinam humores in illis vi-
geant: nam de his etiam controuersia aliquando est.
Tradit Galen. in 8. de placitis, & in 3. de Causis Sym-
ptomatum, puerilem ætatem esse calidam & humi-
dam, & eiusdem temperamenti esse cum Vere; id
quod ostendit color ruber, corporis mollities, incre-
mentum, concoctio validissima, quæ omnia domi-
nium caloris & humons testantur; quod si aliquan-
do Galenus scribit, in pueris abundare pituitam, id
fit ob deprauatum victum, cum scilicet plus ingerunt
quàm possint concoquere; pubertas ab eodem autho-
re rectè censetur esse temperata, plus, vel minus: ve-
rum adolescentia, (ut ille tradit decimo octauo A-
phorismo tertij libri) omnium ætatum est optima,
& temperatissima: nam priores anni quattuor, plus
fortè humoris & caloris obtinent, quàm moderata ad
unguem temperies requirat; iuuentus calida est &
seica, id quod ostendunt bilis flauæ generatio, furor, ro-
bur, & morbi biliiosi, qui in ea ætate frequentes sunt;
maior autem est controuersia de temperamento con-
sistentiæ, & senectutis: nam vigesimo nono A-
phorismo tertij, scribit illos multum atræ bilis pro-
creare, & propterea homines in ea ætate maximè fie-
ri melancholicos: quo loco etiam illius ætatis tem-
periem eandem esse cum temperie Autumni dicit,
quod si ita est, oportet illos esse calidos & siccos, à ta-
li enim temperie atræ bilis procreatur, si modo illa
per aduersionem gignitur, quomodo falsus sapor ex
amaro; at si ita est, Autumnum oportere esse calidum
& siccum, cum tamen illum ponat, vt plurimum sic-
cum & frigidum; Aliquando vero vt in libro de tē-
peramentis, absolute siccum, in calore uero, & frige-
re in æqualem: Sed meo quidem iudicio non obstat,
quo minus declinantem ætatem frigidam & siccam

A statuamus, & in ea tamen gigni per aduersionem atræ
bilem: nam ætas tantum ardorem, tantamque sicca-
tem in humoribus induxit, vt calor paulo minus tē-
perato in Autumno sufficiat addere id, quod deest ad
perfectam atræ bilis generationem: id enim accidit,
quod uidemus fieri in his quæ elixantur, ea enim à
liberaliore igne aliquandiu excalescunt, non desinunt
ebullire, & perfectam concoctionem capere, si postea
minimum ignis apposueris. Verum si consistente æ-
tate ponimus esse frigidus & siccus, quomodo diffe-
rent à senibus? an non nisi per magis & minus: le-
uiore enim sunt in consistentibus harum qualitatū
excessus, qui in senibus iam sunt conspicui; propte-
rea consistentes uocat Galenus, quod uideantur in
iuuenili robore permanere. Mihi tamē non displicet
B Ptolemei opinio, qui Ioui eam ætatem refert accep-
tam; nam qui in ea ætate sunt, gignunt frigidiores &
humidiores humores: id quod ex eo patet, quod
& calorem, & frigus sine magna molestia pa-
riter sustineant, quod ferè temperatæ nature est
inditium: illos uero quos adurit humores, ab ætate
iam torridos sumunt, ita vt minimum ad id conse-
rat ea ætas: quod etiam Galenus aliquando testari so-
let, atram scilicet bilem gigni in ætate, sed seruari
in Autumno. Non magnopere igitur repugnabo, si
quis declinantem ætatem statuatur esse frigidam, & sic-
cam, vel calidam & siccam vel calidam & humidam
moderatè, ut Iupiter esset, quod pinguedinis gene-
ratio ostendit: nā qui bene sunt affecti in ea maximè
ætate corpulenti & pinguis redduntur, quæ fieri nō
possunt exuperante frigido, & sicco, sed humido cū
calore moderato, uel parum excedente, uel infra me-
diocritatem subsistente. si intelligat leues excessus
in calore & frigore, unde sequitur generatio mitio-
rum humorum quam in Æstate, & meliorum quam
in senectute; parum uero confert siccitas ad humo-
rum generationem, si modo calor præualet, aptus
que est; nihil ergo obest quo minus illi solidioribus
partibus frigidis & sicci sint, & tamen gignant hu-
mores satis temperatos. De temperamento senectutis
eadem ferè est controuersia; nam secundo libro de
Causis Symptomatum, & secundo de Temperamen-
tis, scribit illud esse frigidum & siccum; id quod oc-
tauo de Placitis confirmat, cum senes dicit habere
tale temperamentum vt Autumnus; in secundo ue-
ro de Temperamentis, duplicem temperiem omni-
bus senibus concedere uideretur, uocat enim frigidus
& siccus solidis partibus, frigidus uero & humidus
excrementis: tamen si in libro octauo de Placitis, se-
nes distinguit, & proprie senes Autumnus, & decre-
pitos Hyemi comparet; & profecto in frigidis & sic-
cis temperaturis partium non item fit, quod in cali-
dis & humidis: nam humores qui in his gignuntur,
similes sunt qualitatibus exuperantibus, in illis uero
non item perpetuo: nam ubi laxus est excessus frige-
ris & siccitatis, non mirum si humor melancholicus
in ea temperie abundat; at ubi frigus admodum vin-
cit, & plurimum iam languet calor, non sicci, sed hu-
midi humores procreantur, hi enim sequuntur crudi-
tatem, quæ cum humore necessario est coniuncta:
E cruditatis autem & imbecillæ concoctionis author
est imbecillus calor, quem & frigus nominamus,
non quod reuera plus frigoris fit in corpore quam ca-
loris, (id enim fieri nequit quamdiu res uiuunt,) sed
minus caloris est quam proportio bene temperato-
rum exigat; quia ergo Medici student quantum fieri
potest emendare corporum uitia, ideo senes nunc
frigidus & siccus, nunc frigidus & humidus esse pro-
nunciant: nam quoniam prima senectus non multum
molestatur ab excrementis, propterea Medicus
uitium notat in siccitate, cui emendandæ totis uiri-
bus

bus incumbit; decrepiti vero, humidi dicuntur esse potius, quam sicci, quoniam desperata iam cura siccitatis, Medicus notat illud malum cui aliqua ratione succurrere potest.

Facillime ieiunium ferunt; secundo loco qui aetatem habent consistentia, minus adolentes, omnium minimè pueri praesertim qui inter ipsos sunt uinidiores.

Ieiunij nomine scribit Galenus intelligi posse paucum nutrimentum, & inedia, quod mihi non placet. Primum, quod scribat Hippocrates absolute senes facillimè ferre ieiunium; multos ex senibus excipiens, falsum autem sit (ut Galenus rectè admonet) decrepitos facillimè tolerate inedia; Deinde quod in sequenti Aphorismo qui huius rationem reddit, scribat author, senes paucum nutrimento opus habere, idem quod hic per ieiunium intelligens, paucum scilicet alimentum, facillimè igitur ferre ieiunium dicentur, qui paucum cibum appetunt, & inedia non leduntur; ex quo patet, quid sit facile, & difficilè ferre ieiunium: nã cum quidam sint qui appetunt, & leduntur; alij qui appetunt & non leduntur; alij qui non appetunt, & leduntur; alij qui neque appetunt neque leduntur: primi facillimè, vltimi facillimè, duo mediè facillè & difficilè ferent ad alios collati; nam qui appetunt, & non leduntur ex eo quod appetunt, difficilè ferunt; ex eo vero quod non leduntur, facile qui uero non appetunt & leduntur; ex eo quod non appetunt, facile ex eo vero quod leduntur, difficilè ferre ieiunium censeatur. At quoniam hæc intelligi non possunt, nisi intelligamus quænam sit appetentiæ causa, ideo paucis de hac reagemus, praesertim, quod Galenus variis in hac re esse uideatur, aut certè Methodo non utatur, dum immediatas causas omittit; particulares uero omnibus notas enumerat: ait enim, (ne singulos locos referam) passim in suis operibus, appetentiam aliquando fieri à dissolutione nostræ substantiæ, ab austera cibis ingestis à cibo potioneque frigida, à falsis, acidis, amaris, acerbis, à frigida uentriculi intemperie, ab humoribus acidis, à frigiditate externa, à nativo calore, à uigilia, somno, exercitatione, quiete, à Venere aliquando fieri appetentiam notum etiam est. Aetates præterea quædam appetentiam intendunt, aliæ dissolunt, sicut & multæ ex prædictis causis. Sed hæc docendi ratio Empirica est & nulla Methodo constans: nam cum illa quæ numerata sunt: nec primo nec per se appetentiam excitent, immediatæ causæ primo erant tradendæ, ex quibus potest licet intelligere, quid unaqueque aliarum efficere possit, & cur nunc una, nunc alia, & non eadem in omnibus res, idem efficiant. & quæ præterea uerè sint causæ, & quomodo ab alijs discernantur. igitur si fames (ut ille in tertio de locis affectis, & in libris de symptomatis testatur) est sensus alimenti deficientis; uel potius eum sensum sequitur, duas profecto primas oportet esse & proximas illius causas, nempe sensum, & id quod sensum afficit, propterea qui delirant, eo quod sensationes non apprehendant, non appetunt, & quibus cerebrum contusum est, uel alio modo ita affectum, ut sensu vis per neruos ad uentriculi peruenire nequeat, non famem: afficit autem sensum oportere constare, quandoquidem sensatio non fit, nisi sensibilia sensum moueant, unde in repletis cibo potioneque appetentia non fit, & si sensu exquisitissimo illi prædicti fuerint, excitari ergo oportet sensum in ore uentriculi ut fames fiat, sed non

A à quacunque re, nec quocumque modo; si enim uel à repleta re aliqua grauetur, aut à causa mordente afficiatur, excitabitur quidem sensus, sed non ad appetendum cibum, sequitur enim ad hoc expulsio, & euacuatio, non appetentia & cibi ingestio; quod si appetimus id quod replet, & restituit substantiam deperditam, profecto sola uacuantia humiditatem, substantiamque contentam in ore uentriculi, vim habebunt ad appetitum excitandum; at cum euacuari ea possit, uel à digerentibus, uel comprimentibus, uel attrahentibus, & sugentibus; non omnia hæc apta sunt ad appetitum in nobis excitandum: quæ enim ita uacuant, ut temperiem roburque; partis simul etiam dissoluant, ut alias actiones, sic appetentiam lædunt; quam ob rem ea solum ad appetitum conciliandum faciunt, quæ uacuando robur uentriculi seruant, cuiusmodi sunt comprimentia, ut frigida, austera, acida, uel quæ abstergendo & simul atrin-gendo idem faciunt, ut falsa; calor uero nativus ut naturæ est instrumentum, ita digerendo uacuat, seruando naturalem temperiem; sic uenæ sugendo, cum ad id sint à natura instituta, aptissimè idem faciunt; atque uehementius calefaciendo humorem digerunt, tantum abest ut appetentiam excitent, ut etiam arceant, uel præsentem tollant, eò quod uentriculi robur dissoluant, unde per febres & æstium calorem, interim cum exhauritur corpus & consumitur, appetentia perditur; Eodem modo cum humores biliosissimi occupant orificium uentriculi, perditur appetentia in benè affectis corporibus; in pituitosis uero non obest, quoniam abraditur pituitosus aquosusque humor, qui replet, imbuatque stomachum; quæ ratione etiam acris, amara, & falsa, conferunt quoque in illis ad appetentiam; in alijs uero qui expeditum habent uentriculum, ea obstant, quia intemperiem calidam inducunt, aut certè laxant, eneruantque uentriculi robur. Eodem pacto uehemens exercitatio in biliosis minuit appetentiam, quam quies auget; in pituitosis uero contrarium accidit; nec somnus quidem aut uigilia semper idem efficiunt in omnibus, sed aliquando eruditatem pariunt, & replent, alia quando euacuant. Sunt præterea ex prædictis causis quædam efficaces, aliæ debiles ad appetitum mouendum; nam quæ digerunt, aut sugunt cum iusta mensura, illa insignem appetentiam pariunt, ut labor uigilia, purgatio, & alia euacuantia; quæ uero expriment substantiam uentriculi, illa minimam habent vim in eo opere perficiendo; unde uidemus ab austera & acidis alimentis, & à frigida potione, debilem fieri famem, propterea quod parua & inæqualis sit ab illis euacuatio; euacuatur enim duntaxat fortè quod in uentriculo continetur, quod quidem facillè & paucò alimento restituitur; at uera fames requirit aliorum membrorum inanitionem, & primum eorum quæ cuti sunt maximè uicina, illa enim uacuat, naturali appetitu mota repleti cupiunt, unde attractio fit successione quadam tandem ab orificio uentriculi, quod sentiens suam etiam inanitionem, repleti pariter desiderat; & quia alimentum non habet aptum in corpore, sensu exquisitissimo præditum est à natura, ut molestiam eam sentiat, & ita animal admoneatur, ut extrinsecus porrigat alimentum; propterea huius partis appetentia, fames animalis, quod animalibus sit propria, aliarum uero partium appetentia, fames naturalis dicitur, quod omnibus uiuentibus natura constantibus sit communis: nam & plantæ naturali desiderio appetunt repleti cum sunt euacuatæ. Explodenda uero est Montani opinio, qui tradit uentriculum non primum appetere ob suam inanitionem, sed ob corrugationem ab inanitione factam; id enim Galeno repugnat, & ratio-

ni: nam vtilia partes, sic & ventriculus non aliam habet causam appetentiæ & repletionis, quam inanitionem; immediatè enim quod euacuatum est, repletionem appetit. Præterea, in eo etiam errat, quod naturalem famem dicat requirere quinque motus, de animali hoc scribitur à Galeno, non de naturali. Vt ergo ex prædictis quedam minimam, talia vero maiorem habent vim ad famem quæ ad secundum naturam excitandam; ita frigidi humores, ut pituita acida, & humor melancholicus, occupantes orificium ventriculi, vel plusquam oportet famem intendunt, ut quæ continuo exprimant humorem ventriculi, vel absurdam appetentiam pariunt, vt in fame canina, & malacia mulierum apparet qua laborantes, cinerem, carbonem, & alia aliena à nostra natura, & si fortè illis non inutilia appetunt; inter omnes tamen potentes causas, ea validissima est, quæ à nativo calore petitur, est enim fames interna, & nobis insita actio, appetitus hic; vnde insitam necesse est vt habeat causam & instrumentum, quod est calor natiuus, cuius adminiculo omnes actiones nostri corporis rectè obeuntur; id quod facit (vt postea ostendemus in sequenti Aphorismo) suo motu, dum nunc contractus in internis partibus, vel ad externas expansus, aut vniuersum corpus æqualiter afficiens, vim suam omnibus liberaliter impartitur; & propterea quæ famem pariunt, eo quod aliquid conferant calido huic nativo, illa et si non per se, tamen rectè conferunt ad appetitum excitandum; cuius generis sunt ætates, ut postea ostendimus; appetunt igitur & læduntur, ut ad rem nostram accedamus, quibus appetentia fit à calore nativo, nisi cibo reficiantur, quoniam digeritur illorum substantia, quæ non nisi externo cibo restitui potest. Appetunt vero & non læduntur à ieiunio, qui ob pituitam frigidam in uentriculo contentam appetunt; interim enim pituita in illis consumitur, & nutrimentum fit; læduntur vero & non appetunt, in quibus dissipatio magna fit, & molestiam à vacatione factam non sentiunt; non appetunt vero, nec læduntur, quorum substantia non digeritur, & sensus obrusus est, quapropter senes merito facillimè ieiunium ferunt, quoniam dissipatione inepta est illorum substantia sicca & dura, & calor illorum imbecillus est, qui dissoluere non valet, tum etiam quod sensifica vis in illis elanguescat; Addo, quod frigidior sanguine abundant, qui cum alimento destituuntur, elaboratur, & concoquitur, in nutrimentumque cedit; illorum vero ratio refellenda, qui credunt illos pituita abundare, & ex ea pura nutrir, nam (ut alibi ostendimus) simplex pituita nutrire non potest; quoniam ex quattuor humoribus nutrimentum fit, pituita vero frigidissima & humidissima nõ potest materia esse generationis quattuor humorum: nam quomodo bilis flaua, & humor melancholicus ex pituita fieri possunt? Præterea, oporteret ex ipsa pituita rursus pituitam fieri, si ex illa sanguis, qui particeps est quattuor humorum, fieri debet; quæ omnia sunt absurda. Cum vero Galenus pituitam per vltiorem concoctionem dicit mutari in sanguinem, & postea nutrire, intelligit pituitæ nomine non quartum humorem, sed totam ipsam sanguinis massam crudioram adhuc, & frigidioram, ea enim cum nondum habeat veras qualitates sanguinis, per concoctionem eas acquirit. Verum, et si pituita simplex, nec actu, nec potentia potest esse nutrimentum corporis, tamen facit cum abundat, ne corpus multum nutrimenti appetat, propterea quod calor minus dissipare potest humidum insitum singulis partibus, dum ille irrigantur pituita & aquoso humore; an non dicemus pituitam quæ in senibus est, conferre ad appe-

titum conciliandum, cum frigida sit, & quæ talia sunt dixerimus in hoc opere suam habere vim; Respondeo pituitam quæ in vera senectute gignitur, esse inspidam, vel dulcem, cum adhuc constet vis caloris, ob id nullam habet vim ad incidendum, & comprimendum, quæ vero in decrepitis provenit, frigior fortè est, aut etiam corrupta, adeò, ut appetentiam tollat: nam omnes insignes intemperies, actiones perdunt; præterea et si talis fortè est pituita, qualem appetitus desiderat, quoniam tamen sensifica facultas spirituum consumptione, frigiditate, siccitateque partium in illis elanguescit, ideo euacuationem quæ fit, non facillè sentiunt senes, pueri vero contra, cum materia consent humida & aerea, quæ facillè digeritur, & calorem efficacem obtineant, promptè euacuantur & plurimum, & quia etiam sensu exquisito sunt præditi, facillè molestiam quæ à vacuantibus fit, percipiunt, & cum non soleant cumulare multos humores ob continuam & magnam dissipationem, nec cruditatibus abundant, si rectè nutriantur, intus non habent remedium aduersus famem, quam ob rem externo multo opus habent nutrimento, ac inter pueros qui viuaciores sunt, minus ferunt ieiunium: nam alacritas & viuacitas illa provenit à calore aereo & igneo, huiusmodi calor mouet, & non sinit quiescere, ut Gal. 1. Prorrheticorum tex. 20. scribit, dum calidi effectus explicat. Constant & iisdem pueri viuaciores tenuiori substantia ad dissipationem maximè oportuna, quare merito inter alios minus ferunt ieiunium, & frequentiore copiosioreque egent nutrimento; itaque constitutis his duobus extremis, pueritia viuacior, quæ ferè non potest inedia, & senio quod facillè eam fert, media facillè intelligentur, quæ enim ætates ad senectutem magis accedunt, tanto minus digerunt, & appetit minus, & minus læduntur; quod si extremè senes inedia facillimè non ferunt, hoc nihil ad nostram interpretationem, quæ sumit ieiunium pro pauco alimento; nam quanto senior aliquis est, tanto minus alimenti appetit, & concoquit. At si quis querat cur eadem non sit ratio de inedia, quæ est de paucitate cibi, id est cur decrepiti ferè non possint inedia, at contenti tamen sint pauco cibo, ratio est, quod illi qui ad ætatem eam peruenerunt, ob extremam ferè debilitatem facultatis concoquentis, nequeunt tantum cibi simul conficere, quanto opus habent, nec possunt ex crudior materia sanguinem gignere per inedia, est enim quod in illis redudat, non crudior sanguis, sed ferè mucus, & pituita inutilis; quare externa materia calidior, pauca, & paulatim affusa opus habent, qua reficiantur, edunt ergo frequenter, & inedia ferè nequeunt decrepiti, non quod appetant, id enim fieri non potest sine dissipatione, quæ in illis tarda, & exigua est, sed quoniam vires sibi labi sentiunt, quæ uon nisi nutrimento externo reparari possunt, pueri vero inedia non ferunt, non ob huc virium lapsum, defectu caloris factum, sed ob eum qui contingit ex multa corporis dissolutione. Hoc vero loco non prætereunda est dubitatio, quam mouet Montanus, quærit enim ille, cur iuuenes non facilius ferant ieiunium senibus, cum illi sint robustiores, & propterea possint magis resistere causis alterantibus; addit præterea iuuenes venas habere sanguine refertas, ex quo diu nutrirri possunt absque externo alimento, quod ex Galeno confirmat, qui scribit in secundo de Temperamentis, eos qui venas magnas habent ad inedia ferendam aptissimos esse. Soluit hoc modo quæstionem; iuuenes magis tolerare famem intensiue, extensiue uero senes; sed interim cum vult explicare hoc suum intensiue, & extensiue, nescit quid dicat; nam quocumque modo res sumatur,

sumatur, iuvenes difficilius ferunt, & in ediam, & cibipau-
citatem, quam veri senes, qui nondum ad extremum vite peruen-
erunt; nec facit robur, quod in iuuenibus est ad hanc facilitatem: nam robur iu-
venile spectatur maximè in animalibus facultatibus & actionibus quibus illi pol-
lent, & aptissimi redduntur ad validissimos motus peragendos, robur vero fa-
cilius naturalium, quod in illis etiam maius est quàm in senibus, tantum abest ut causa sit, quod ferant faci-
lius ieiunium, ut contrarium reuera concludat; nam si agentia, & patientia proportionem inter se ser-
uare debent, plurimo & frequenti nutrimento est opus, ubi plurimum necessitatio concoquitur, & consu-
mitur; nec illud quidem facit, quod plus sanguinis habeant iuuenes senibus, habent enim longè etiam validius id, quod sanguinem absumit, illa vero dubitatio magis urget quæ ex Galeno nascitur in octauo libro Methodi, ubi scribit inter omnia temperamen-
ta, biliosum difficillimè in ediam ferre; Quod si ita est cum iuuenes temperamento biliosi sint, pueri autem sanguinei, cur illi difficillimè, hi autem facilius ieiunium sustinent, ratio diuersa est: non enim eadem materia subijcitur puero, & iuueni; humidior enim illi, huic siccior, & durior. Quam ob rem, etsi in pueris calor mitior sit quàm in iuuenibus, tamen quia illorum substantia difficillimè digeritur, plus à mitiore calore hi, quàm illi à vehemientiore, vacuantur quod si par materia subijciatur, qui biliosior est, diffi-
cilius in ediam feret, quoniam vehementius vacua-
tur, ut iuuenis biliosus, difficilius quàm sanguineus, & puer biliosus eadem ratione, quàm sanguineus difficilius fert ieiunium. Quod si quis dicat in eadem ætate, diuerso tamen temperamento, bilioso scilicet, & sanguineo, diuersam materiam subijci, illi durior, huic humidior; verum quidem dicit, non tamen minus ille, quam hic digerit, in vtrisque enim iuuenibus sicca est, paulo mollior in sanguineo materia, substantiaque in pueris humida, paulo siccior in bilioso, ut potius causæ efficientis vehemen-
tiam, quàm paritatem ex materia diuersitatem sequi debeamus; Difficilius ergo biliosi pati materia subiecta in ediam ferunt, facilius tamen & plura concoquunt sanguinei, quoniam in illis concoctrix vis est validior.

APHORISMVS XIII.

Qui crescunt plurimum habent calidi innati: plurimo igitur egent alimento; alioquin corpus absumitur. Senibus vero parum innati calidi inest, paucis propterea fomitibus egent, quia à multis extinguuntur. Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acuta sunt, frigidum enim eorum corpus.

VR pueri difficillimè ferant ieiunium, plurimòq; egent alimento, senes vero contrario modo afficiuntur; & denique omnium quæ superiore Aphorismo dicta sunt, rationem reddit in hoc Aphorismo Hippocrates, quemadmodum optimè etiam Galenus docet, estq; ratio & vera demonstratio qua utitur, huiusmodi: quæ plurimum habent calidi innati, plurimo egent nutrimento, at pueri plurimum innati calidi habent, plurimo igitur alimento opus habent. Maiorem propositionem ex eo probat, quod alioqui corpus absumatur: sit enim pluri-

A ma dissolutio in his, qui calido innato abundant, quæ non nisi plurimo nutrimento restitui potest; liquidè nutrimenti quantitas, proportionem respondere debet quantitati eius, quod dissoluitur, Pueros autem plurimum habere calidi innati ostendit, quoniam quæ crescunt corpora, calido innato abundant: pueri autem inter omnes ætates maximè crescunt. Omittit autem tanquam notum, quod ea quæ crescunt plurimum calidi innati habeant, & merito quidem: neq; enim partes in omnem dimensionem distendi possunt, nisi subsit humida substantia, & calor adsit, qui eam mutare, & diducere possit, quæ calidi natiui beneficio fiunt; Contra vero senes, cum amplius non crescant, sed potius minuantur, parum innati calidi habent, minimumq; dissoluantur: unde & paucò illis nutrimento est opus; Eos autem parum calidi innati habere, probat etiam ex generatione febrili acutarum, quæ aut non fiunt in illis, aut non similiter, id est non tam facile, nec tam sæpè ut in pueris, propterea quod frigidum est senum corpus, quod à causis calefacientibus difficillimè accenditur, quod paucò nutrimento egeant, siue paucis fomitibus (appellat autem nutrimentum fomitem, ut eo quod corpus, & calor eo foueantur, vel ex eo tanquam ex fomite accendantur) probat ex contrario, quod scilicet à multis extinguantur. At uero, cum rota huius probationis ratio ex calido natiuo petatur, cogitemus de eo paulo diligentius agere, nisi id à nobis iam factum esset in lib. primo, de somno, & uigilia, ubi exactissimè (ni fallor) hanc materiam multis antea difficultatibus inuoluntam explicauimus; ex eo ergo Opere solum capita repetemus, & ea quæ necessaria sunt ad hunc Aphorismum enarrandum; Porro cum calidum innatum dicatur calidum, tractationem auspicari deberemus à nomine calidi, quod scilicet calidū significet Medicis, quot modis sumatur, quomodo intelligatur, cum absolute aliquid calidum dicatur esse, aut alio modo; quomodo præterea elementa, humores, partes corporis, ætates, alimenta, medicamenta, anni tempora, regiones, & si quæ alia sunt in Medicina, dicantur calida, & intelligantur; Sed quoniam hæc etiam in Commentarijs nostris in Artem Medicinalem accuratè sumus prosecuti, summam rerum duntaxat prosequar. Igitur calidi nomine nunc caliditatem, nunc substantiam quæ caliditatem habet intelligimus, de utroque enim uerum est dicere, illud esse aliquid calidum, dicitur autem quedam esse absolute, siue simpliciter calida, sed non uno modo, quia (hæc absolute, & simpliciter) uariè sumuntur à Galeno, nam aliquando absolute usurpatur pro eo quod est in summo, ut ignis absolute calidus dicitur, item absolute idem est, quod sine comparatione ad aliquam rem priuatam; absolute præterea idem est, quod sine additione illius, cuius res est, ut si queratur cuius temperamenti sit os, non adiecto leonis, uel alterius animantis, absolute id queri dicitur; absolute alio modo idem est, quod exactè, ut hominis temperies absolute optima, id est, exactè intelligitur, absolute item usurpatur pro eo, quod est sine distinctione, ut cum dicimus, non esse absolute respondendum; alio modo absolute intelligitur, quod comparatur ad medium sui generis, quomodo magnum, & maius differre dicit Galenus, quod magnum absolute sermone dicatur, maius autem non; Dicitur autem magnum non sine collatione, non minus quàm maius, sed id ad quod magnum dicitur non additur, cum ad medium sui generis dicatur, additur autem id, ad quod dicitur maius. Potrò, Elementa calida dicuntur frigida, humida, & sicca, quod absolute, id est in summo sint talia, humores uero calidi dicuntur esse à prædominio caloris, medicamenta ue-

ro, & alimenta calida, comparatione facta ad ea corpora, quorum sunt alimenta, & medicamenta; Partes uero calidæ; quod temperata ad pondus parte, uel ad partem sui generis temperatâ collata, calidior sit, totum uero corpus calidum, ut homo calidus dicitur collatus ad medium, ad quod dicitur: nam si consideretur ut homo, respicimus ad hominem temperatissimū, qui ut regula ponitur ad alios oēs hoies iudicandos; si ut animal, ad mediū respicimus, quod in genere animantium ponitur: est autem ipse homo; unde contingit idem ad seipsum comparari; si uero ut corpus, & ut substantia consideretur, respicimus medium quod statuitur ex equali portione Elementorum constare; atque ita contingit hominem, nunc dici calidum, nunc temperatum, nunc calidū & humidum. Anni uero tempora calida dicuntur, quod calor frigus exuperet. Eadem est ratio de regione, & cæli statu. Sed hæc ut diximus alio loco diligentius enarrauimus. De calido natiuo uariæ extant opiniones, quid sit, & an res una sit, uel plures, propterea quod Galenus confuse hæc tractat: sed ut disputatio nostra perspicua euadat, quid innatum siue natiuum; & quid calidum intelligatur, cum innatū calidum dicimus, prius explicare oportet. Est autem innatum, quod à primis principijs est inditum; in qua significatione opponitur acquisititio. Innatū aliquando acriter opponitur, ut cum dicimus natiuum calorem esse temperatum, eum uero qui acriter est, natiuum non esse. Alio modo natiuum dicitur, quod est secundum naturam, quomodo dicimus concoctionem fieri à natiuo calore, putredinem uero ab eo qui est præter naturam, qui & alienus, extraneus, & non proprius dicitur; Scribit autem Galenus aduersus Lycum calidum innatum esse corpus; quod si ita est, Montanus & alij recentiores errant, qui calidum innatū, & calorem innatū pro eodem usurpant, ueluti cum quaerit an puer plus habeat calidi innati quam iuuenis: nam Galenus non de calido innato dubitat, sed de ipso calore, & qualitate, an par scilicet sit in utroque caliditas, cum notissimum sit, pueros tanto plus substantiæ innatæ calidæ habere, quam iuueniores sunt natiuitati: At non constat, an æqualis sit in utroque caloris gradus. Porro, calidum hoc innatū Gal. aliquando dicit nihil aliud esse quam aerem, & aqueam substantiam; aliquando uero dicit in pueris esse semen & sanguinem, in senibus uero sanguinem solum, ut contra Lycum; in 7. uero de Symp. dicit esse spiritum, posse tamen intelligi etiam sanguinem; in 8. de Placitis, dicit esse sanguinem & pituitā; At uero, cum scribit motu calidi innati fieri omnes actiones, necesse est ut eo nomine intelligat sanguinem & spiritum, qui in corde & hepate gignuntur; at hæc omnia inter se differunt, quibus quidem rebus confusi nonnulli, fixerunt innatum calidum esse diuinum & cæleste quidpiam, & aliud adhuc esse innatum calidum, humidum inquam oleosum, infuso spiritu & calore undique perfusum, quorum quidem opinionem nos alibi abunde refellimus. Nos autem putamus, non de eodem calido innato agere, sed quatuor modis Galenum illud sumere; uno enim modo & præcipuo sumitur calidum innatum pro sanguine & semine quibus primū constat; illa enim sola sunt nobis inrita à parentibus, alie uero partes, eo quod acquirantur & fiant ex illis, innata corpora dici non possunt; At cum sanguis & semen aereæ & aqueæ substantiæ plurimum in se contineant, non mirum si ille aliquando calidum innatum aeream aqueamque substantiam uocet.

Ceterum, cum sanguis ille & semen desinunt esse factis partibus corporis, nequeunt in nobis amplius calida innata nominari, quo fit, ut eam quoque sub

A stantiam calidam, que ex primis principijs in singulis partibus est, calidi natiui nomine donare nos oporteat: quoniam uero calor qui singulis partibus ex primis principijs est infusus, tepidus quidem est calor, & potius potentia quam actus, propterea spiritum & sanguinem gignit, animal, quorum affluxu, potentialis ille calor excitatur, & conseruatur, que substantiæ etsi reuera natiue non sunt, quippe, cum in nobis quotidie gignantur, tamen quia ex illis calidum relictum in singulis membris (ut inquit Galenus in libro de uenæ sectione) perseverantiam habet, ideo calida innata pariter dicuntur. At uero, cum omnes actiones natiuo calido tribuantur acceptæ, sit autem qui infusus est (ut diximus) ueluti potentia, qui uero aliunde influit, per se non agat, sed cum alteri coniungitur, non immerito calidum uocabimus innatum, quod ex natiuo & influente consistat, ergo sanguis & spiritus sunt calida innata influentia, & propterea hepar & cor fontes sunt calidi innati; quia tamen spiritus plus momenti habet ad infusum calorem excitandum, & ad omnes actiones suo motu peragendas, merito quoque Galenus, cor solum numerat frequentius, & esse dicit fontem calidi innati. Quibus ita positus, uidentur est de quo calido intelligendum sit, cum scribit: Corpora que crescunt, plurimum habere calidi innati; an scilicet de uerè innato sanguine & semine, ex quibus cõfectæ sunt partes corporis; an de calida ea substantia & humida, que ex illis, in partibus relictæ est; an de influente; an de mixto, ex influente scilicet, & eo, quod est potentia & relictum in singulis partibus ex primis principijs uel etiam de omni innato calido intelligat. Item, quum plurimum intelligi possit, uel mole siue pondere, uel proportione, possitque plurimum dici, uel respectu aliarum partium, uel aliarum ætatum, uel sui corporis proportione, uel contrariæ substantiæ; quomodo hæc intelligenda sint, oportet precium est explicare, cum à Galeno aut non factum sit, aut uariè confuseque ostensum; Etenim, cum agit contra Lycum de uerè innato calido, sanguinem & semen intelligere Hippocratem scribit; plurimumque esse huiusmodi calidum, facta cum partibus non innatis comparatione; id quod meo iudicio recipiendum non est, Quod enim amplius non est, quomodo cum alijs comparari potest? si quidem post primos dies, imo in ipsa prima die, qua fetus conformari incipit, sanguis & semen esse desinunt: quare solum in eo ferè temporis momento in quo nullæ partes adhuc conformatæ sunt, dici posset huiusmodi esse calidum; at Hippocrates de his agit corporibus quæ pfecta sunt, & nutrimento egent; in Commentariis autem huius Aphorismi, de secundo eo calido innato agere uidetur, quod ex sanguine & semine in singulis partibus derelictum est, cum ait aeream aqueamque substantiam in pueris præualere frigidæ & terrea, & optimè quidem: nam mole & pondere semper præualet in nobis terrena portio, proportione uero si ea innata cum alia comparatur substantiæ, plurima in pueris est, aliarum autem ætatum comparatione, mole & proportione; corporis autem sui ratione, non mole sed proportione plurima censetur; partibus autem corporis minimè comparari potest, cum singulis partibus illa sit infusa: quis enim dicet aeream aqueamque substantiam, ossium, ligamentorum, & denique omnium corporis, partium ratione, multam esse? non uerum autem calidum innatum quod influens uocatum est, sanguis scilicet & spiritus, qui in nobis gignantur, plurimum non est mole sua in pueris, sed in iuuenibus: minus enim pueri sanguinis & spiritus quam iuuenes habent, respectu uero contrariæ substantiæ, & aliorum humorum, hoc modo

modo plurima est; aliarum vero ætatum, & sui etiam corporis proportionem, exuperat sanguis, & spiritus in his, quæ crescunt corporibus; habent ergo huiusmodi corpora plurimum tum in ista substantiæ calidæ, tum in fluentis. Dixit autem (quæ crescunt,) ut non solum pueros, sed & animalia alia, & plantas intelligeremus, quæ dum crescunt, plurimum habent calidæ suæ substantiæ; & si autem incrementum secundum triplicem dimensionem fiat, id tamen maximè de incremento quod secundum longitudinem fit, intelligendum est: sunt enim qui in consistente ætate & senectute etiam mortem corpori addunt, & crassescunt, quos etsi dicamus siccorum comparatione humidos esse, simpliciter tamen plurimum calidi innati habere nunquam dicemus.

Plurimo ergo egent nutrimento.

EO quòd corpora plurimum habeant calidi innati, plurimo egere nutrimento probat Hippocrates, & optimè quidem, vires enim habent validas, quæ non nisi multo nutrimento foveri possunt; quinetiam, plurima fit in illis substantiæ dissolutio nigente calore, & abundante aerea aqueaque substantia, quæ facillè digeritur. Dissolutioni autem multæ, multum nutrimentum necessarium est, siquidem proportionem respondere hæc inter se debent. Præterea ubi calidum innatum plurimum est, plurimum concoqui potest, quia concoctrix facultas subest calida, & instrumentum concoctionis viget, nec in corpore relinquitur ex bonis concoctionibus multa materia semicruda, ex qua corpus nutrimentum sibi parare possit, merito igitur ubi plurima fit euacuatio, & plurimum concoqui potest, & materia interna non adest apta ad nutritionem, plurimum requiritur alimentum externum. At vero quoniam multum nutrimentum dici potest, vel quod nutriendi corporis naturam excedat, vel quod solidum nutrimentum præbet, quemadmodum cibos crassos & viscosos, & carnem suillam, plurimum omnium ciborum nutrire dicimus; humidos autem, tenuique humore constantes, exiguum præbere corpori alimentum, quod utilis materiæ plurimum habeant quæ assimilari potest, non multum dicemus esse, quod vires excedere debeat, nec quod solidum nutrimentum præbeat; ut enim aerea est, humidaque substantia quæ à pueris potissimum dissolvitur, sic aereum humidumque nutrimentum, si modo similia similibus nutriuntur, exhiberi oportet; quare plurimum intelligemus nutrimentum, quod multam addit corpori substantiam, cum hic solum quantitatem spectemus nutritionis, genusque nutrimenti; suntque plurimum nutrientia, vel suapte natura talia, ut ova, lac, cato, & cetera, quæ minimum excrementi, multum vero bonæ familiarisque substantiæ habent; alia vero quæ non nisi mole plurima, plurimum alunt quæ contra excrementosæ substantiæ multum, utilis vero parum continent; ac ex priore quidem genere mediocriter, ex posteriore magna requiruntur quantitas.

Senibus vero parum innati calidi inest, paucis propterea fomitis egent.

REddidit nunc rationem cur senes paucò egeant alimento; & ea sumitur ex paucitate calidi natiui, & merito quidem: nam si abundantia calidi natiui facit ut pueri egeant plurimo alimento, paucitas eiusdem calidi causa debet esse con-

Atrarij effectus in senibus. Verum Hippocrates non probat nunc senes paucum habere calidum innatum, quia putabat hoc notum, ex eo, quod iam dudum amplius non crescunt, sed euidenter minuantur, & quia eorum corpora dura, rugosa, & rigida, & frigida apparent, ex tactu, & corporis actionibus: calidum autem innatum, (vt diximus) est, cum humoris aerei & aquei abundantia, & cum talis materia viget, calor, & corpus calidum sentitur, & optimas operationes exercet; illud autem quod non docet, nec patet, cur scilicet paucò sit opus alimento, ubi calidum innatum paucum est, ex eo quod docui de nutritione pectorum, sic explico: ubi paucum est calidum innatum, non potest fieri magna dissolutio, & euaporatio à corpore, quia materia inepta est ad eam dissolutionem, & agens, nempe calor ipse, infirmus. Præterea paucum etiam potest alimentum concoqui, quia concoctio à calido & humido rectè perficitur: merito igitur ubi pauca fit euaporatio, & paucum potest concoqui, paucum requiritur alimentum; Addo, quod senes ob debilitatem caloris nequeunt equaliter vincere nutrimentum ipsum, sed relinquunt multum sanguinis crudi, qui per ieiunium magis elaboratur, & concoquitur, transitque in nutrimentum; cum igitur illi semper soleant habere alimentum internum, externum multum nequaquam desiderabunt. Cur vero appellet alimentum, fomentum, antea docuimus.

Quia à multis extinguuntur.

PROBAT alia ratione senes egere paucò nutrimento, quoniam, inquit, à multo alimento extinguuntur; quasi diceret, nouimus experientia, illos non posse ferre multam cibi quantitatem, & propterea senes conuiuia fugiunt, in quibus coguntur ob societatem, & ciborum varietatem plus ingerere, quàm illi appetant, vel conficere possint; quod si coguntur aliquando plura edere, aut intempestiuè prandere, vel cenare, vel alio modo in uictu errare, cruditatibus replentur: quia illorum calor facillè vincitur, & in magnis erroribus extinguitur, eo modo, quo ignis exiguus à multitudine lignorum suffocatur.

D*Hanc etiam ob causam febres senibus non similiter acutæ sunt, frigidum enim eorum corpus.*

HIS verbis probat adhuc senes parum habere calidi innati: nam cum similia contra Aristot. similibus facillius cõueniant, eaque inuadunt, merito fit, ut febres uehementes quales sunt acutæ, facillius accendantur in corporibus calidis, quàm in frigidis, & ubi materia subiecta magis præparata est facillius agentis impressionem suscipit, quod in elementorum inter se mutatione fieri scribit Aristoteles. Quare, cum in senibus tales febres non similiter fiant ut in pueris, & iuuenibus, constat illos paucam habere caliditatem: & propterea paucum calidum innatum, quod enim citius calefit, eo quod lentius natura esse calidiora censemus: perinde quasi alterum sit aduersum, ut remotius: alterum simile ut propinquius, ut scribit Aristot. lib. 2. de partibus cap. 2. nam ubi paucum caloris est, deficit subiectum humidum; At sine humido subiecto non potest calidum innatum abundare. Quod vero scribit Hippocrates, non æquè fieri febres acutas in senibus, ita interpretatur Montanus, ut concedat quidem senes facillius corripri febribus acutis, sed postea

quam illi semel correpti fuerint, vult vehementiores eorum febres esse ob densitatem subiecti: in quo quidem manifestè errat: nam si densitas subiecti ardentiores & vehementiores faceret febres, essent utique hecica febres omnium vehementissimæ & acutissime. Verum quidem est quod à maioribus causis excitantur febres vehementes & acutæ in senibus, & semel excitatæ & magnum recessum qui fit à naturali statu, maximè periclitantur, tamen à paribus causis, vel etiam à quibuscūque, senum febres non sunt similiter acutæ, & vehementes ut in iuuenibus & pueris: nam vehementia & acuties febris non potest fieri absque tenui subiecto, quod accensum vehementem ardorem infert vniuerso corpori, & tactui nostro, quo subiecto cum careant senes, manet calor febrilis conclusus & sepultus in visceribus, in quibus etiam exiguum accendit calorem ob eiusdem humoris defectum; igitur intelligere debemus febres acutas in quibus est calor vehemens, non facile fieri in senibus, nec à paribus causis; quod si leuis causa fuit quæ accendit iuuenes, maximè vero quæ senes, fortè ad eandem vehementiam caloris vtrique peruenient, & maior quidem erit febris in senibus, quod plures gradus caloris præter naturam suo naturali sint additi, aut quod calor naturalis longius à sua natura recessit, vnde illis maius periculum imminet; inæqualis tamen est vehementia, acuties, & ardor, quoniam diuersum est subiectum, quod in vno acrimoniam, ardorem, & acutiem parere potest, in alio uero minimè, aut certè difficillimè, & non nisi à maximis causis, merito ergo dixit Hippocrates, acutas & vehementes febres in senibus non æquè fieri, vt in alijs ætatibus; nihil tamen obest, quo minus æquè magnæ fiant, cum æquales gradus caloris concipere possint à maioribus tamen causis. Nec similitudo quam adfert Montanus de ferro, valet; nam ferrum aliud est subiectum ignis, quam sit corpus nostrum caloris febrilis in eo enim accendi potest ignis qui vrat, in nostro vero corpore minimè, sed maior accenditur in humoribus nostris, quam in partibus solidis. Restat vt quæstionem explicemus de calore puerorum & iuuentum, cuius facit mentionem Gal. in Comment. & 2, de Temperamentis, præsertim quod recentiores interpretes vim quæstionis, & Galenum ipsum non intelligant. & Galenus etiam ipse non videtur quæstionem diluere, & sæpius in hac re sibi repugnare: quod autem recentiores interpretes vim quæstionis & Galeni mentem non percipiant, satis constat; cum enim ille proponat utri calidiores sint, an iuuenes uel pueri, putant illi ab eo queri, an pueri plus calidi natui habeant quam iuuenes, de quo quidem controuersia nulla unquam fuit, nec esse potest, ut iam obiter diximus: omnes enim agnoscunt pueros, & quæ crescunt corpora, plus calidi innati habere, quam reliqua; qui error tolerabilior quidem est in alijs, qui superioribus proximis seculis uixerunt; sed in Montano nato & educato in maxima luce literarum, nulla ratione excusari potest, qui nunc de calore, nunc de calido, nunc de calore innato quæstionem tractat, & Galeno tribuit, quæ in eo autore nunquam reperiri poterunt. Igitur, quod queritur à Galeno, est, an calidior sit magis vnus quam alius, id est, an plures caloris gradus habeat hic, pauciores & minores alius; quod etiam ex primo de Sanitate tuenda patet, vbi scribit puerum eodem gradu calidum vt iuuenem, humidior tamen esse. De qua re contètio magna fuit inter antiquos Medicos, quorum argumenta, & mutuas confutationes paucis subnectam: ex quibus intelligere licebit, non solum quod illi benè malève dicant, sed quid etiam in illis præter rationem, (meo quidem iudicio) damnet Ga-

lenus. Itaque qui pueros calidiores iuuenibus esse contendunt, his vtuntur rationibus, quod abundent humore natura calidissimo, nempe sanguine, quod maximè angeantur, quod plura appetant, & plura meliusq; concoquant; quibus alij qui pro iuuenibus certant, respondent, sed quædam admittunt, quæ falsa sunt, quædam etiam negant, quæ concedi debent; quod enim calidissimo natura humore abundet pueri, verum quidem est, sed non propterea calidiores esse probantur, quod hi concedunt: nam calidissimū natura dicitur, quod plurimum habet natui caloris, qui calor benignus est, multo humore temperatus: sanguine autem iuuenes magis quam pueros abundare perperam credunt, quod sanguinis profusio crebrius tententur iuuenes, neque enim frequētius illis sanguis fluit, sed pueris; & maximè adolescentibus; nec etiam si id fieret, propterea sanguine magis eos abundare ostendunt, siquidem, sanguinis profusio, non tantum à sanguinis abundantia, sed etiā ab illius feruore, & acrimonia fiunt: quia autem in iuuenibus sanguis feruet, & sursum à calore nimio impetu effertur, venas ob id aperit, veluti vna ebullientia, vasa rumpunt ob ebullitionem magis, quam copiam. Illud autem optimè negant, pueros non probari calidiores, quod maximè crescant, mediocriter enim caliditas vbi humida subest materia, quæ distendi facile potest, augmenti author est. Optimè autem illud etiam inficiantur, calidiores scilicet pueros esse, propterea quod plura appetant, neque enim appetentia vehementem calorem sequitur, sed mediocriter fieri autem appetentiam à frigido non à calido, malè putant, cum ab vtroque, & melior etiam à natui calore, quam frigiditate excitetur. Quod autem dicunt, pueros plura appetere, non solum ad nutritionem, sed etiam corporis incrementum, si concedant appetentiam à calido vehementiore fieri, necessariò etiā concedunt, eos qui plura appetunt, calidiores, siue nutritio, siue augmentum his statuatur. Quinetiam, temerè putant eos esse calidiores; qui melius concoquunt: bona enim concoctio à mediocri halituofoq; calore fit, meliusq; ob id pueri concoquunt; etsi quæ duriora sunt, facilius vincant iuuenes, vt potè acriori vehementioreq; calore præditi. Malè item ex vomitibus, & deiectionibus humidis colligunt in puero coctiones deteriores fieri, nihil tam validum est, quod supra modum aucta multitudine materie grauari non possit. Propterea cum pueri nullū edendi finem faciant, vim coctricem etiam validissimam quam habent ex calidi natui abundantia, ciborum multitudine opprimunt. At qui pro iuuenibus pugnant, frigidiores pueros in primis probare nituntur; deinde alijs rationibus contendunt iuuenes calidiores esse, eo enim quod plurimum dormiāt pueri, minus autem iuuenes, frigidiores illos, hos calidiores putant, cum somnum deuicto calido ab humido, vel frigido fieri putent, idq; perperam; cum genus quoddam somni duntaxat quale in ebrijs, & soporosis affectibus apparet, hoc modo fiat; naturalis enim recursu calidi natui ad interiora fit, vt alibi ostendimus; colligunt tamen optimè non simpliciter & vehementer pueros calidos esse, cum vehemens caliditas longiores somnos non admittat; iuuenes autem probant calidiores esse, partim firmissimis augmentis, partim leuioribus, nam quod bile, inter omnes humores calidissimo, abundent, probant quod volunt, cum calor ex humoribus subiectis resulset, calidioresq; humores vehementior sequatur calor. Viget autem in iuuenibus humor alijs simpliciter calidior, quare simpliciter illi calidiores. Quod verò dicunt in perfecto corpore, quale iuuenum est, perfectum elementum, ignem scilicet dominari debere,

bere; id solum probabile est, quemadmodum nec illud efficit, quod ad motiones, sensationes, cogitationesque aptiores validioresque sint: motus enim non tam caloris vehementia, quam instrumenti robore, quod ex siccitate accidit, provenit; quemadmodum, & cogitationes, & sensationes sequuntur magis siccitatem, quam vehementem calorem, ut senes prudentes, & ad cogitationes aptissimi censentur, qui frigidi tamen sunt & sicci: ex vitalibus autem facultatibus melius, quod volunt efficiunt; caloris enim vehementia potissimum, illarum vehementia sequitur: naturales autem quaedam in pueris, ut concoctrix, & expultrix quaedam in iuuenibus, ut retentrix, & attractrix, quæ robur instrumentorum requirunt, melius peraguntur.

Atque hæc sunt rationes quæ utrinque adferuntur, quas Galenus non admittit, hoc solo argumento, quod ex posterioribus, & effectibus priora colligant, quod tenuissimum peccatum est, quandoquidem non alijs ferè argumentis utantur Medici, ut cum ipse ex operibus actiones, facultatesque investigat, & temperamenta ex suis effectibus distinguit, & medicamentorum vim, & naturam, & alia ferè omnia ex effectibus illorum docet. Quod si modum diluendæ quæstionis, quem tradit, probare possemus, facilius adduceremur, ut crederemus alios merito ab eo reprehendi, sed cum ille laudari non possit; aliorum probationes probabiliores putare cogimur: vult enim totam controuersiam remota omni ratione, solis sensibus committi, cum de sensibilibus rebus agatur, quarum iudex sensus est, iudicari autem à tactu æqualem in iuuenibus, & pueris caliditatem esse, nec hos aut illos simpliciter calidiores apparere, & si diuersus occurfus introque sit, ita ut acrior, & mordacior caliditas appareat in iuvene, halituosior autem in puero; at qui diuersus his occurfus, si soli tactui rem committamus, nec rationem adhibeamus, quæ distinguat, quod subiectæ materiæ ratione accidit, facit ut unum alio calidiores putemus: etenim, tactus ea calidiora iudicat, à quibus uehementius calefit; quæ autem acrior est caliditas, etsi par cum alia sit, uehementius tamen tactum afficit, nosque ea calidiora uocamus, quæ tactum amplius calefaciunt, ut Aristoteles secundo de partibus Animalium, capite secundo scribit, statuamus enim, in ferro tres gradus caliditatis esse, totidem in aqua exalefacta, & iudicium tactui soli committamus, utrum quæso ex his duobus calidius iudicabit tactus? ferrum profecto, quod uix tangere audebit; ita etiam uapores qui à corpore febricitante assurgunt, multo calidiores iudicabit, quam eos, qui ab aqua multo calidiora, quam humores febricitantis sint attolluntur, propterea quod illi cum siccitate, quaedam coniuncti sunt, cum qua calor uehementius tactum offendit; itaque, si ignoremus parem esse in utroque corpore caliditatem, & sensibus id definire uelimus, incertissimam profecto omnium regulam quaeremus, nisi ratio adiungatur, quæ errantem tactum ob materiæ subiectæ diuersitatem corrigat.

Præterea, uult eundem tangi ab eodem, cū puer est, & iuuenis, at tactus in eo qui iudicet, mutatus est, nec seruat recordatio caloris puerilis: colliget autem ratio ab effectibus, & causis caloris, æqualem esse, aut inæqualem in diuersis corporibus, in quibus similes aut dissimiles causæ, & effectus caloris ratione proueniunt, optimè enim iuuenes calidiores pueris iudicabimus eo potissimum, quod calidior humore abundant, bilis siquidem ab ampliore, quam sanguis calore gignitur, eo etiam authore secundo

A de facultatibus naturalibus, & ad iram procliuiores, pulsusque; maiores habeant, & quæ duriora sunt alimenta, facilius vincant. Quod si quis authorum testimonium in hac re requirat, Galenum ipsum legat lib. 6. Epidem. textu 5. Comment. . . ubi quod exprefse lib. 2. de Temperamentis nimia contendendi auiditate in antiquos commotus negat, simpliciter. non esse iuuenes calidiores pueris, his uerbis testatur: Iuuenes pueris simpliciter calidiores sunt, pueri autem non simpliciter, sed calido natiuo. Scio Sophistas didicisse etiam contradictoria simul uera tueri, quorū iudicium non moror; illis enim hæc non scribo; sed his qui ueritatem, non sectarum antiquiorum; scriptorum defensionem, suorum studiorum finem statuunt. Colligit igitur Medicina nostra ex predictis B argumentis, iuuenes esse calidiores; at Philologia & ratio, fortè statuet maiorem esse in puero, quam in iuvene caliditatem: nam cum illa in puero adhuc sit propemodum integra & nondum attrita, uidetur rationi consonum, ut minor sit in iuvene, propterea quod in illo, agendo per plures annos, est retusa, & diminuta. An potius dicendum est, eundem gradum caloris insitum à nostris principijs manere, non solum usque ad iuuentutem, sed etiam usque ad uitæ finem, etsi minor apparet; aliquando uero maior ob humoris subiecti diuersitatem, ut enim scintilla ignis eundem habet gradum caloris cum magno igne, ut qui eandem habet naturam, & temperiem, etsi maior ignis magis calefacit tactum, ita credibile est manere eundem gradum caliditatis, qui in pueritia obtusus, & halituosus ac mitis apparet, quia multa humiditati est coniunctus, maior uero in iuuentute esse iudicatur, quia in humore acri, & subiecto igneo residet; In senectute uero exiguus censetur, quia deficit subiectum, & pabulum in quo potest accendi; Des seni subiectum pueri, aut iuuenis, statim uidebis calorem in eo excitari parem ei, quem habent iuuenes, & pueri, ut parua scintilla ignis ex multis bonis lignis sit magnus ignis. An dicemus animam minorem esse in senibus, quod minores effectus, & debiliores operationes proferat; nec calor reuera atteritur, vis enim quam habet agendi eadem manet, sed illius subiectum est id quod consistit, sicut nec anima ipsa atteritur, sed illius subiectum; nec vis quæ in ferro, & cultello est, minuitur, cum eadem maneat donec minima pars superest ipsius cultelli, æqualis ergo per omnes ætates caliditatis gradus, & æquè intensus est, sed non pari modo extensus, & sensibilis percipitur.

APHORISMVS XV.

Ventres hyeme, & uerè, natura calidissimi sunt, & somni longissimi: quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda, etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis: indicio sunt Athleta, & atates.



Vemadmodum cum explicaret Hippocrates cōtraindicationem à morbi magnitudine sumptam, particulatim enumerauit ea quæ magnum morbum reddunt, & ob id à natura morbi à tempore morbi tum uniuersali, tum particulari cōtraindicationes sumpsit: ita nunc cum de indicantibus genus, quantitatemque victus agat, indicans autem sit vis corporis, quæ cibum suo natiuo calore conficit,

ob id ab omnibus, aut saltem à nonnullis ex quibus reliqua intelliguntur, coindicaciones sumit ad caloris, & virtutis robur dignoscendum; Itaque posteaquam docuit quo victu sit vtendum per singulas ætates, idem nunc per singula anni tempora docet: vt enim in illis ætatibus, in quibus calidum natiuum plurimum erat, nutrimento plurimo opus esse dicebat, paucio verò, vbi calidi parum, sic in anni temporibus, in quibus calor natiuus viget, copiosius alere corpora oportet, paucius autem, vbi natiuum calidum est diminutum; Ac quemadmodum ex ætatibus, & anni temporibus, sic ex habitu corporis, sexu, consuetudine, exercitatione, vitæ conditione, & cæteris huiusmodi, quibus calidum hoc natiuum, corporisque temperamentum variatur, coindicaciones sumere licet ad victum instituendum; plurimo enim egent nutrimento, qui carnosus sunt corpore, pauciores qui gracili & sicco, siquidem illis plurimum inest calidi innati, his minimum; eadem ratione vitæ quam mulier, & qui se exercet otioso, copiosius eget nutrimento, quoniam scilicet plus calidi natiui habent illi, hi minus, & qui plurimum edere cõsuevit, robur ex consuetudine sibi comparauit, vt facillimè nutrimentum vincat; alius vero difficilius illud fert, qui paucius edere cõsuevit: sic vesperi plus quam mane, homini liberè viuenti edendum, eadem ratione. Est autem ratio qua vitatur Hippocrates ferè huiusmodi; Quo tempore calido innato abundant ventres, & somni longissimi sunt, eo tempore plurimo cibo opus est, At id Hyeme, & Vere contingit, illis ergo temporibus plurimo cibo opus est; Aestate autem, & Autumno contrarium fit, pauciores ergo nutrimento tunc vtendum ait. Quod vero vbi plurimum adest calidi innati, plurimo nutrimento fit opus, ex superiore Aphorismo probat, quod scilicet pueri plurimo cibo egeant, non aliâ ratione, nisi quod plurimum calidi natiui habeant. Addit præterea, exemplum de Athletis, qui plurimum edunt, quod calido natiuo abundant. Ventres autem Hyeme, & Vere natiuo calido abundare non probat, vel quod ex Philosophia putet omnibus notum; vel quod longiore egeret demonstratione, quam Aphoristica breuitas complecti nequit; Patebit autem vis tota ratione qua vitatur cum singulas Aphorismi dictiones explicauerimus.

Ventres.

Ventrem omnem corporis concavitatem significare superius ostendimus, quomodo Philoteus etiam hic sumi perperam arbitratur: non enim omnis corporis concavitas Hyeme natiuo calido abundat; siquidem cerebrum pituitam multam hyeme gignit, quod non faceret, si calidior supremus venter tunc esset. Deinde, cum de mutatione nutrimenti hic agamus, pro toto corpore necessarij, cerebrum autem pro se solo cibum conficiat, malè ex calore cerebri colligeremus, quanto opus esset homini nutrimento. Postremò si calidos ventres hyeme esse dicimus, quoniam sanguis, & spiritus ab externis partibus ad internas cauitates protruduntur, cerebrum autem paruo intervallo externo aeri occurreret, potius inter partes quæ refrigerantur connumerabitur, quam inter alias quibus calor eo tempore augetur; At ne diutius in hac te moreretur, Galenum sequamur, qui libro primo de Natura humana, vbi Hippocrates Hyeme pituitam rursus auget scribit, ventrem interpretatur ventriculum, & cum in hoc Commentario sanguificationem optimè etiam fieri dicat, & multum sanguis

Anis gigni, hepar etiam calidius fateatur oportet, propterea ventres hic intelligimus partes, quæ in inferiore ventre continentur alimento conficiendo destinatas.

Hyeme.

Quia tertio libro anni tempora diligenter distinguenda erunt, ideo huius rei consideratio ad eum locum transferetur, vbi ex ortu syderum anni partes distingui ab antiquis ostendemus, & Hyemem in tres partes, Aestatem in duas, Ver & Autumnum, sine diuisione poni, hic solum satis est intellexisse Hyemem vocari anni partem quæ frigida est, & humida, Autumnum verò frigidus est, & siccus, vt Galenus octauo, de Placitis scribit.

Et Vere.

DE Veris temperie antiqua fuit contentio inter Medicos, cum quidam calidum & humidum, Galenus temperatum esse contendat, de qua re locus exigere videtur vt diligentius agamus, præsertim cum Galenus non videatur satis probare temperatum esse; nec aliorum argumenta qui aliter sentiebant, confutare, eo enim solum colligit temperatum esse, quod tale videatur esse: at quomodo appareat tale esse, non docet: non enim eo quod non sit ita calidum ut Aestas & humidum ut hyems, propterea temperatum esse dicemus, ut ipse colligere videtur, quandoquidem in rerum excessu magna latitudo est, fierique potest, ut non perinde quidem calidum sit ut Aestas, nec humidum ut Hyems, & tamen calidum humidiusque temperato existat; & mirum est, quod cum alij firmissimis rationibus vtantur, ille nullas adhibeat ad id quod vult probandum; Primum enim statuatur illorum argumentum quod Hippocrates calidum humidum Ver vbi que scribat; id quod Galenus factum esse putat, quod Ver cum Autumno contulerit Hippocrates, cuius ratione calidum & humidum esse dicit; qua in re multifariam (si dicere licet hoc seculo hominem errare posse) errat. Primum, quod scribat primo de Temperamentis, anni temporum temperiem non ex mutua collatione, sed ex propria natura estimari debere: fecit ergo Hippocrates quod facere non debuit, cum de Veris temperie ex collatione cum Autumno statuit; Deinde, cum ex anni temporibus colligat Hippocrates humorum generationem & morborum curationem, necesse est, vt singulorum temperiem ex proprijs qualitibus, non ex hac collatione, quæ nihil ad hæc confert, metiatur: non enim propterea quod Ver calidius sit Autumno, morbos frigidos & siccos tollit, & sanguinem copiosum, calidos humidosque morbos gignit, siquidem frigidum esse potest, quod frigidiori collatum, calidum dicitur; quod tamen calidi effectus nunquam efficiet, quales Veri tribuit Hippocrates. Quinetiam, cum statuatur Galenus temperatum Autumnum in calido & frigido, sed inæqualem, & Ver itidem temperatum, quomodo calidius Ver Autumno ab Hippocrate dici potest? Nec illud etiam facit quod assertit Ver ab Hippocrate saluberrimum dici, quod esse non posset, si calidum & humidum statuatur, cum huiusmodi temperies omnium pessima (vt inquit) sit, quod ostendi dicit ex tempestate calida & humida in Crauone, quam describit Hippocrates maximum enim excessum caloris, & humoris damnat ille, vt satis ostendit temperatis

statis, descriptio ubi crebras largasque pluias, estque vehementem contigisse commemorat; propterea non fit, ut si ualde calida & humida temperies morbofa sit, idem omnis excessus illarum qualitatum efficiat, insignes enim omnes in temperies damnat Hippocrates, quasdam tamen paululum à mediocritate recedentes commendat. Quod vero illi etiam adferunt vitam calido humidoque foueri, optimamque ob id eam temperiem, quæ vitæ conseruatrix sit, ille pessimam eo loco esse fatetur huiusmodi temperiem, quam tamen alijs locis ut primo de sanitate tuenda nobis natiuam esse, utpotè ex femine & sanguine utroque calido & humido confectam tradat; Quod si aliquando calidam & humidam damnat temperiem, non eam quæ mediocres habet excessus, sed quæ abundè in utraque qualitate excedit, reprehendit; quod item illi colligunt optimam temperiem esse quæ propria animalibus est, esse autem eam humidam & calidam, cum veteres omnes Philosophi animalia calida & humida esse dicant: non diluit, air enim calida & humida animalia à philosophis dicta, non propriæ mixtionis ratione, cum quædam frigida & sicca hoc modo repetiri possint, sed collatione facta cum seipsis mortuis, aut plantis: in quo quidè primum sibi repugnat, cum scribit initio primi de Temperamentis, animalia calida & humida dici, quod equalitates contrarias in illis exuperent. Ridelicula præterea sanè esset hæc philosophorum opinio: cum enim illi de natura ipsius rei disputent, & qualis unaquaque res sit ex proprijs principijs inuestigent, nunquam id inuenient, si ex huiusmodi collatione eam querant. At quos quæso proferebat philosophos qui ita senserint: oportebat mehercule nomina illorum non subicere, quorum autoritate se tueri vult; & quid sanè obstat quo minus calida & humida animalia ab illis sint dicta, proprijs temperamenti ratione, quemadmodum Aristoteli placuisse uidemus libro de longitudine & breuitate uitæ, quando etiam operationes illorum ita esse conuincunt. Si enim in omni animali coctiones alimentorum fiunt, eo etiam authore fiat concoctio à calido, & humido vincete, necesse profecto est, in omni animali calidum & humidum præpollere; nec plantarum etiam respectu animalia calida & humida dici possunt, cum multæ plantæ sint quæ longè calidiores sunt quàm animalia, ut quæ uehementius quam ea, & assumptæ & admotæ calefaciunt. Præterea, cum temperamentum puerorum tale esse dicat, quale est Veris temperamentum, alibi autem pubescentes temperatos ponit, si Ver temperatum statuatur, idem temperamentum in pueris, & pubescentibus concedat oportet, & cum pueros calidos, & humidos statuatur, Ver calidum pariter & humidum ponat necesse est; ostendunt Ver calidum & humidum præter alia prædicta, sanguinis generatio, qui Vere plurimum augetur; et si Galenus ut positam sententiam tueatur, non veretur sanguinem eo loco temperatum vocare, cum alibi ubique calidum & humidum vocet, & corruat alioqui totius compositionis nostri corporis ex elementis ratio, & in morborum generatione sibi aduersetur: nam cum corpus nostrum ex humoribus, hi autem ex elementis consistant, qui qualitates & naturam elementorum in corpore nostro retinent, quid quæso respondebit aeri, si sanguinem negemus calidum, & humidum? Quomodo præterea tueri poterit inflammationis generationem esse intemperiem ex calido & humido compositam, siquidem sanguinem calidum & humidum neget? nec opus est dicere quod sanguinè pro quarto humore, qui propriè sanguis dicitur, intelligat, cum calidum & humidum dicit, quippè cum inflammatio ex to-

ta massa fiat, nec possit tota massa Vere abundare, nisi peculiariter quartus ille humor qui calidus & humidus dicitur, excrescat: quomodo ostendet calidos & humidos morbos Vere gigni, frigidus autem & siccos tolli, si calidum & humidum nolit esse. Quid præterea humiditatem ab Hyeme derelictam consumpsit? Quid caliditas ex longitudine dierum facit, si aer eo tempore calidior non redditur. Statuamus ergo Ver calidum & humidum, quod & signa celestia & sydera Ver ipsum constituentia ostendant, & tamen saluberrimum vocemus, cum magni non sint & iam morbofi harum qualitatū in eo excessus, sed parui, quos intelligere non potuit, cum temperatum vocat Ver: siquidem omnis excessus planè in medio esse illud contendit; talis enim nobis optima est temperies, ut quæ ad naturales actiones obeundas maximè sit idonea, alioqui pueritiam damnum calidam & humidam & sanguinem omnium humorum optimum & naturæ familiarissimum. Item cibos calidos & humidos, qui optimè nos alunt, & vitam denique nostram, quæ calido & humido fouetur & regitur, Hippocratemque accusamus, qui Ver calidum & humidum & saluberrimum tamen uocat.

Natura calidissimi.

C Alidissimi natura ventres intelliguntur, quod natiuo calido, nempe sanguine & spiritu opimo, mitique calore, qualis natiuus est, abundant, quibus & insita substantia calida augetur, & calor etiam illius excitatur, vegetiorque redditur, siquidem simile simili conseruatur, & augetur; qua uero ratione sanguis spiritusque per illa tempora in profundo corpore abundant, ostendit Galenus; quoniam inquit, per externi aeris circumstantis frigiditatem, externas partes deserunt, & ad internas propulsi refugiunt; verum, hæc ratio in Hyeme solum locum habet, vigente scilicet tunc frigore, Vere autem minimè; siue enim calidum, siue temperatum Ver constituamus, à neutra harum constitutionum propelli possunt ad interiora humores, siquidem frigidi, non temperati, aut calidi ui, repulsio fit; quod cum animaduertisset Galenus, Ver interpretatus est pro Veris parte, quæ Hyemi coniungitur, similemque illi temperiem habere putat, nonnunquam etiam ad totum Ver id transfert, si talem temperiem fortè habuerit qualem Hyems. Cuius interpretatio etiam non placet: cum enim Hippocrates Hyeme plus edendum scribit, non Hyemis partem, sed totam Hyemem intelligit, cum tamen illius pars prima non minus Autumnus sit similis, & finis Veri, quàm finis Autumnus illius principio, & finis illius, Veris principium: nulla quippe ratio est, quæ nos cogat aliorum temporum partes, Hyemis partibus, potius quàm huius partes, aliorum temporum partibus comparare; quod si concesserim Veris partem primam non perinde calidam & humidam esse ut mediam, frigida tamen & humida propterea non est, alioqui non Veris, sed Hyemis pars esset; si quidem Hyems anni ea pars dicitur, quæ frigida est & humida. Est ergo tota Veris temperies calida & humida, sed per magis & minus variatur, prout magis aut minus ad tempora cum quibus coniungitur, accedit, id quod in alijs temporibus etiam sentiendū est. Nec vero illud ad rem facit, quod scribit Ver aliquando talem temperiem suscipere, qualè Hyems, & Aestas, nam & Hyems talem nonnunquam etiam qualem Autumnus vel Ver, accipit; quare, cum ille Hyemem statuatur propria & naturali temperie affectam,

Etiam, idē de Verē quoque concedat oportet, putetq; auctorem expendere, quid in hac re possit Verū seruat suam temperiem; vel ergo Hippocrates malē dixit, Verē plurimo esse opus nutrimento, & ventres calido nativo abundare, aut si bene (vt putamus) id ab eo scriptum est, ratio excogitanda est, qua id fiat. Ea sumitur ex propria Veris temperie, quae per se calidum nativum in omnibus corporis partibus, & proinde etiam in ventre auget, nam quemadmodum pueros plurimum habere calidi innati dicebamus, quoniam illorū natura, vtpotē calida & humida, plurimum sanguinis & spiritus gignit; ita & Veris temperies calida & humida, eandem temperiem in corpore excitat, quae & plurimum dissoluit nostrum corpus, plurimumque alimenti conficere potest, & sanguinem gignere copiosum, quo refarciatur id quod digeritur. Dissimili ergo ratione ventres nativo calido replet hyems & Ver, illa quidem quod sanguinem & spiritum totius ferē corporis in eas partes cōpellat; Ver autem, quoniam plurimum in omnibus gignit. Calidissimos autem ventres intelligere oportet, non simpliciter, sed collatione ad reliqua tempora: nec in omnibus, senes enim, & qui debiliore calore sunt praediti, ab aeris frigiditate hyeme offēduntur, vt propemodum extinguantur, nullaque in parte plus incalēscant quā reliquis temporibus, cum potius a state validius huiusmodi corpora nutrimentum conficiunt, sanguineque magis abundantia vehementiore enim calore, repugnante illorum frigiditate, ad mediocrem quandam temperiem ducuntur, quae omnes corporis actiones melius perficiunt, unde optimē Hippocrates scribit naturas aetatesque alias alijs temporibus bene maleue se habere, frigiditas nempe in calidis, has in frigidis & contrarias denique in contrarijs.

Et somni longissimi.

Cum de anni temporibus hic agat author, somni meminerit, in interpretes variam reddunt rationem; quidam enim volunt somnos longissimos adiectos fuisse vt calidum nativum non solum ob anni tempus, sed etiam ob somnos longiores tunc augeti intelligeremus; quod mihi non videtur admodum probabile: nam et si somnus calidum nativum in internis partibus auget, eo se recipiente sanguine, relictis externis partibus, tamen nisi necessitas maior fuisset, à solo calido nativo quae per ea tempora augetur, argumenta duxisset, quemadmodum cum de aetatibus agetet, et si pueri plus quā alij dormiant, nihilominus, quid solum postulet illorum aetas, docuit; Alij aliter sentiunt. Ego vero puto, somni hic fieri mentionem, quoniam ex sola calidi nativi copia in internis parte efficiere non poterat; propterea Hyeme plurimo cibo esse opus, nisi somnos longissimos fieri tunc temporis adiecisset: nam cum nutrimenti quantitas, quantitati dissolutionis quae à nostro corpore per habitum fit respondere debeat, nisi externi cutis meatus dissolutioni pateant, nutritionis necessitas minuitur; quia ergo per hyemē externae corporis partes constringuntur, densanturque ab aere externo, nativusque calor magna ex parte eas sedes reliquit, ideo etiam si in ventre calidum copiosius sit, quoniam tamen nutritionis necessitas ex partium exteriorum dissolutione incipit, illae autem non habent quod dissipet, diminuto scilicet illic calore, & oclusis vijs; ideo somni meminit longioris, per somnum enim huiusmodi, aperto corpore, exteriorum partium via rarefiunt, & in tempore quodam totum corpus constituitur, in internis vero

A calor vegetus excrementa exactissime extenuat, plurimamque dissolutionem facit, nativumque robur partibus omnibus seruat, quo ad coquendum, attrahendumque nutrimentum, extenuanda digerendaque excrementa, & denique ad omnes actiones, quas nutritio copiosior requirit, obundas validissimae redduntur; ergo hyeme potissimum non solum quod calidum nativum plurimum sit in ventre, ideo plurimo alimento est opus, sed etiam quoniam somni sunt longissimi, per quos magnae dissolutiones fiunt; hanc nostram interpretationem sequitur Gal. in Cōment. Cur autem, & à quibus causis longissimi fiant tunc somni, docere non possumus, nisi prius somni causas explicauerimus; at quoniam non licet illas cognoscere ignorata ipsius somni natura, ideo primum

B quid somnus sit, definire oportet; scripsimus alibi de hac re, & alijs quae ad somnum & vigiliam pertinent, duobus integris libris, quare hic solum capita attingemus. Est autem somnus vt definit Aristoteles, sensuum immobilitas quaedam, & quasi nodus & vinculum; vigilia vero exolutio sensuum & relaxatio; sunt porro somni & vigiliae aliquando naturales aliquando praeter naturam, aliquando vero, vt Medici vocant non naturales. Naturales vocantur, qui in bene affectis corporibus, à naturalibus & moderatis causis proueniunt; praeter naturam vero, qui ex morbosa causa committuntur; non naturales vero, medij sunt inter hos, & à mixtis causis nascuntur. Putat Aristoteles somnum naturalem fieri à vapore genito vi caloris in alimenti concoctione, elatoque postea ad Cerebrum, ibique conuerso in humorem ab ipsius Cerebri frigiditate; quod tactu (vt ille ait) cap. 7. lib. 2. de partibus animalium frigidum fertur, eo modo, quo pluuie ex vapore in aere frigido fieri agnoscitur; qui humor cum grauitatem patriat, deorsum pellitur, & descendens per uenas, calorem repellit versus Cor, illudque refrigerat, vnde per anti peristalin vocatam, somnus, inquit oboritur; hunc humorem calidum esse oportere scribit, quandoquidem is qui frigidus est, somnum procreare nequit, ut ostēdunt soporosi affectus, quos ex calida & humida materia consistere ait; & pueri, plurimum dormiunt eo quod calido humore abundant; unde somnum refrigerationem, causis vero illius calidas esse statuit. Hanc opinionem nos multis modis resellimus; Primum, quod vnicam causam somni ponat, cum plures sint: nam vigilia, exercitatio, dolor, gaudium, cantus, tenebrae, aer frigidus vel humidus, & quae extrinsecus admoventur frigida; Praeterea, blandae frictiones, lotiones pedum, titillationes, venus, nauigationes, gestatio, aquarum decurrentium per saxa, vel ex alto cadentium strepitus, voluntas quoque nostra, & alia multa somnum pariunt, quae tamen ad eos vapores tedigi non possunt. Deinde, si somnus sit ex vapore qui attollitur dum cibis conficitur in ventriculo, & vicinis ei partibus, absoluta concoctione & propterea cessante vaporis generatione, non posset somnus fieri. Praeterea, si somni praeter naturam fiunt à pluribus causis, nempe à vulnerantibus, contudentibus, obstruentibus, & accessionibus morborum, non erit unica naturalis somni causa. Adde, quod somnum nunquam arcere possemus si ille sit ob eos vapores; vt enim pluuia nasci oportet, vbi materia adest in aeris regione, vbi ea gignitur: sic necessarium est sequi somnum, quando Cerebro materia sit peditatur ex cuius mutatione & descensus (vt ille opinatur) somnus fit. At nec illa quidem causa quam statuit somnum parere potest; neque enim vapor ille conuerti potest in humorem in Cerebro, cū pars illa frigida non sit actu, vt ipse putat, quippe, cum nulla pars in homine viuente frigida actu sentiat.

Dicitur autem Cerebrum frigidum, quod temperata parte frigidius sit: id verò quod hoc modo est frigidum, nequit ex vapore humorem gignere, vt pluvia fit in aere actu frigido, ex vapore sursum eleuato. Addo, quod humor, qui somnum facit, calidus esse nequit, vt ille arbitrat, si modo ex vapore fit in parte frigida per concretionem, alioqui & pluvia calida esset. Pueri vero non dormiunt plurimum, quod humor calidus & humidus proxima fit in illis somni causa, sed quia plurimus vapor ex copioso humore eleuatus caput grauat & replet, & quia plurimum edunt, egentq; propterea longa mora calidi natui in visceribus, vbi concoctio alimenti fit. Ad hæc, repugnat modus quo dicit generari somnum, naturæ ipsius somni; Primum enim, grauitas capitis quæ vtiget inclinatos ad somnum offendit materiam in ipso capite contineri, & nequaquam descendisse in subiectas partes; Deinde vim docere non potest, per quæ humor ille descendens calorem ad Cor repellat; Cur enim per venas potius (vt ille tradit,) quam per gulæ, palatum vel nares, humor ille descendat, etsi ad ventriculum relabuntur humores per eas partes Cerebro subiectas, & destinatas ad illius expurgationem, nequaquam caloris natui motus impeditur, nimirum, cum calor non à Ventriculo, sed à Corde proficiscatur, in vniuersum corpus; quod si pars quædam humoris dicatur per venas descendere, non tamen ob id fiet vt calor ad Cor repellatur, potius quam ad aliam partem: quoniam venæ quæ cum capite coniunguntur; in scapulas & thoracem, non autem in ipsum Cor, nisi per multos anfractus terminantur. Quod si ita est, cur continuò in illis partibus tumores præter naturam in instante somno, aut iam dormientibus venis ruptis, aut apertis non excitantur? At, si vult recta ferri hunc humorem à capite ad Cor, repugnante anatome, quid prohibet quo minus aliquando tanta ruat humorum copia in somno, vt Cor dis calorem penitus extinguat? Amplius vrget Galeni ratio: nam si somnus fit, inquit, ex humore descendente ad Cor, & Pulmo humidissima pars, Cor amplectens, peperit non parit somnum? At, si calor repellitur ad Cor, quo pacto cibus per somnum optimè in Ventriculo concoqui potest? Addo, si somnus fit in Corde (vt Aristot. vult) & calor tunc in eo viscere contrahitur, non cessabunt sensus, sed illi vt alia omnes actiones Cordis felicissimè peragentur: id enim sequitur natui caloris præsentiam & abundantiam. Illud etiam falsum est, calorem per somnum in Corde refrigerari: nam si per antiperistalsim, (vt ille credit,) calor contrahitur, validior utique ille reddetur; id quod testatur pulsus & respiratio, quæ in dormientibus augentur. Postremò repugnat ratio generationis somni, opinionioni Aristotelis: nam cum ille minimo temporis spacio accedat & recedat, oportet utique eiusmodi esse illius causam, quæ temporis momento tolli & poni possit: quomodo enim gigni, statimq; descendere, venasque obstruere & tunc somnum facere, vel protinus ascendere, dissoluique humor aliquis potest? ac ab eo liberari venæ, vt vigilia fiat? præsertim, si humor faciens somnum, pituitosus est, & tantus, vt omnem calorem clausis vniuersis vasibus quæ sunt à cerebro ad Cor repellere, & in Corde ipso concludere valeat? Præterea, quomodo ingesto cibo, & facta eiusmodi euaporatione, vr gente aliquo negotio, somnos arceamus, & in ocio ferè cum volumus in nulla, aut certè minima euaporatione eum nobis conciliamus leuioremque vno tempore, alio profundior, aliquando breuiorem, aliquando longiorem facimus? nam si ea euaporatio & materia quæ ex cibo nascitur, sola est somni causa, & eum parit descendendo, & occupan-

A do venas, nihil poterit in hac re voluntas nostra conferre, non inquam somnum aduocare, depellere, modumque illi constituere. Hæc videntur mihi sufficere ad refellendam Aristotelis opinionem, quod nec sola, nec ea sit quam ponit somni causa. Galenus vero Aristotelis mentem assecutus non est; nec ea quæ tradit de causis somni, recipienda sunt; etenim, in libro de causis Symptomatum, scribit Arist. asserere, somnum non quidem contractione caloris, sed grauatione capitis fieri, censetque huiusmodi somnum quæ à vaporibus fit, nequaquam esse naturalem, & eum solum Arist. nouisse; verum Aristot. (vt satis patet in libro de Somno, & vigilia, & in 2. de Partib. animalium) non putat grauitatem capitis per se somnum efficere, sed quatenus ob grauitatem, natam ab humore genito ex vapore natura mouetur ad humorem grauantem expellendum, qui cum pellitur & descendit facit, inquit, vt calor repellatur, contrahaturque ad Cor. Ceterum naturalem esse somnum quem vapores eleuati à cibo patiunt, nemo negare potest, quandoquidem, non aliter obrepit somnus in bene valentibus assumpto cibo. Ac quemadmodum Aristoteles reprehenditur, quod vnicam somni causam ponat ex euaporatione, sic Galenus culpa non vacat, cum ex sola contractione caloris, nata ob eiusdem dissolutionem, naturalem somnum committi putat. Nullam præterea adfert rationem Galenus, qua ostendat naturalem non esse somnum cum qui fit à vapore, nec ostendit naturalem somnum solum fieri posse contractione caloris; debebat præterea docere, quidnam sit istius contractionis causa, ratio, & modus; Postremò, causas somni & soporum Methodo non explicat, cum particularia quæque prosequitur. Ac, ne aliorum opiniones prosequamur, nos breuiter nostram opinionem subiiciemus. Itaque, quoniam per somnum anima sensuum omnium functione priuatur, est vtique necessarium vel omnes, vel aliquas deesse causas ex illis, quarum beneficio singula sensoria sua exercent officia; vt autem sensus fiat, necesse est adesse sentiendi vim, & eam quæ sensationes apprehendit, & sensoria ipsa; nec non ipsa instrumenta per quæ vis sensifica ab vno fonte in sensoria emanat, recte habere, & præterea calidum innatum (quo natura vtitur ad vehiculum facultatum) bene affectum esse; postremo, requiruntur propria obiecta singulorum sensuum & in aliquibus idonea interval la vt sensus fiat. Potro ostendimus in libro de Somno & vigilia, somnum non fieri immediatè ob affectionem aliquam facultatis sensificæ, aut illius quæ sensationes apprehendit & diiudicat; nec ob passionem aliquam sensoriorum, aut locorum per quos vis sensifica spargitur; nec quod desint obiecta, aut interval la malè sine posita, sed solum ob calidi natui influentis à Corde cum facultate sensifica à Cerebro in singula sensoria, hoc enim solum inter omnes causas requisitas ad sensum somni potest esse causa: nam quoniam per somnum omnes sensus otiantur, communem causam esse necesse est, qualis est hæc; & quoniam subito fit somnus, subitoque soluitur, & rursus redit, & abie minimo temporis momento, ob id constat non nisi motu eum fieri posse; nulla autem ex causis necessarijs ad sensum est, imò nihil aliud in corpore est, quod aptum sit tam celeres subire mutationes, quales somnus & vigilia requirunt, præter ipsum innatum calidum, quod suapte natura mobilè existit, & vt commune instrumentum, omnibus partibus seruit, ita, vt ab illis alliciat quando eo egent, & repellatur, quando eo non est opus. Deinde, videmus animi defectum, timorem, vereturiam, iram, gaudium, tristitiam, rigorem per febres & calorem, & alias vniuersas animi corporisque passiones,

nes, quæ subitam habet generationem & corruptionem, calidi huius vi & motu fieri; addo, quod vigilantium facies & externæ aliarum partes coloratæ sunt secundum cuiusque naturam, pallefcunt vero & liuescunt in dormientibus, quod aliter contingere non potest, nisi quod in dormientibus vniuersus sanguis vel tenuior, spirituosiorque illius portio ad internas partes se se recipit; in vigilantibus vero ad externas erumpit. Facit ergo vigiliam motus calidi influentis à Corde ad sensoria: somnum vero eiusdem pariter recessus & absentia, non autem communis sentiendi vis, quæ in omnes sensus spargitur (vt sentit Aristoteles) non enim ea est, ex cuius de fatigatione contingat sensus deserere sua officia, quippè, cum eo auctore, cap. 4. lib. 1. de anima. nec animæ facultates, nec anima defatigentur, vel peius aut deterius agant, nisi propter instrumenta quibus vtuntur melius vel deterius affecta. Verum, etsi præsentia & absentia influentis calidi causa est vigilæ & somni, tamen non vnica est causa & ratio quæ facit vt illud nunc adit sensorijs, nunc vero ab illis recedat: nam aliquando calidum hoc deest sensibus, eo quod à suo fonte (Corde inquam) exire non potest, & ad sensoria ascendere; aliquando vero id fit, quod alio reuocetur: aliquando quod illi via fit occlusa, per quam transire solet; aliquando vero, quod deorsum pellatur; Contingit autem idem, quod non alliciat, ducaturque ad sensoria, vel quod non impellatur ab aliquo sursum. Ac omnibus quidem his modis somnum fieri facile est docere: nam inepta redditur illius substantia ad motum in externas partes & sensoria, vel quod illa concreta sit, & denata, vel quod diminuta & dissoluta, adeo, vt nequeat vsque ad sensoria extendi, vel quod alio motu feratur quam recto. Ac opium, cicuta, mandragora, lactuca, aquæ potio, & alia tum alimentatum medicamenta, quæ intus assumuntur, refrigerandi vi prædita, somnum & soporem inducunt, quia spiritum calidumque innatum refrigerando, reddunt inepta ad motum.

Eadem ratione, quæ foris adhibentur, refrigerantia, vt lotiones, extremorum ex frigida aqua, somnos conciliant, quod per venas, arterias, & nervos frigus transit mittunt ad Cor, & in vniuersum corpus, quo quidè innatum calidum pariter ineptum redditur ad motum. At dolor, vigilia, labor, inedia, tristitia, ira, venæ sectio, purgatio, Venus, fletus, sudor, & alia quæcunque sanguinem, & spiritum digerunt, & absumunt, somnos efficiunt, eo quod languidius ab illis reddatur calidum innatum, adeo, vt nequeat ad sensoria ascendere, aut certe non possit diuinius illis ministrare; quo fit, vt illud in visceribus contrahatur, vbi interitum cum ex concoctione nutrimenti, quod illic esse solet, reficitur, somnus fit: & cum iam est aut cum postea expanditur sponte sua, & redit ad sensoria, vigiliaque fit; vnde videmus ex labore sequi somnum, ex somno vigiliam, & animalia validiora reddi. Ceterum, circulares motiones inducunt somnum, eo quod innatum hoc calidum, quod recto itinere fertur ad sensoria tali motu in varias partes distrahitur, vnde sensus communi instrumento destituti, agere nequeunt, atque ita fit somnus. Iam vero ob reuocationem caloris somnum pariunt, concoctiones nutrimenti, inflammationes internæ, frigidi, crassique humores, extremorum frictions, lotionesque calefacientes, & titillationes pedum, priuant enim hæc sensuum fontem calido influente, atque calido innato ascendenti, & ad sensoria properanti cum via occluditur à principibus, obstruentibus, densantibus, & adstrictibus somnus fit: nam vulnerantia, contudentia capitis ossa, pituitosæ inflammationes, quæ pondere suo Cerebri cavitates occludunt, comprimunt,

do, sopores inducunt; humores vero, & vapores multum, crassi, & viscosi, obstruendo easdem, calori, & facultati viam occludunt; quæ vero ceruici adhibentur, & iugularibus venis, ac arterijs ascendentibus ad caput, refrigerantia, & astringentia densando caloris cursum intercipiunt; Iam vero calorem repellunt a capite refrigerantia, quæ ei extrinsecus adhibentur, cogunt enim illa deorsum abire calidum innatum, atque ita somnum inducunt; At tenebræ, nox, silentium, somnos pariunt, quia externa spectacula, & obiecta sensuum adimant: vnde cum desit id, quod sensum ad agendum mouet, calidum ad internas partes, vbi semper aliquid est quod concoqui possit, reuocatur, ne quid in natura sit otiosum. Ad hanc causam redigi possunt aquæ decurrentis, aut ex alto ruitis, strepitus, suavis cantus, & musica, liberant enim hæc animum à vehementioribus captationibus, & ita externo negotio solutus calor, externas partes deserit; Voluntas vero, & Ratio, quæ somnum aliquando imperare videntur, cum animus varijs cogitationibus torquetur somni sunt causa, vel quod remoueant obiecta cogitationum, & sensuum, vel quod innatum calidum descendere cogant tanquam commune instrumentum mobile, quod omnibus facultatibus parere est aptum, & natum; At per iram, gaudium, risum, & alias cordis passiones, in quibus calor expanditur, vigilia fit, quod calidum innatum à suis fontibus ad sensoria propellatur; vbi vero nihil est, quod exire cogat hoc calidum à suis fontibus, Vt in animi quiete contingit; tunc somnus obrepere solet.

His ita positis, querenda ratio est, cur Hyeme, & Vere dicat Hippocrates somnos esse longissimos. Galenus causam refert in noctium longitudinem: quæ rationem tider Montanus, dicens nos non esse boves, qui per totam noctem dormiunt, & hoc solum conuenire otiosis, & miseris hominibus, qui nullo egregio studio addicti longas noctes transigunt in somno; quare putat in illis temporibus somnos fieri longos, quia tunc plurimum comedimus, & propterea magna fit euaporatio suavis, & benigna, ex qua somni longiores fiunt, cuius opinio est absurda: nam Hippocrates ex somno longiore plurimo cibo esse opus, non autem ex plurimo cibo longiores fieri somnos, colligere vult. Præterea, refertur in enim de bobus, & otiosis hominibus argumentum: Nam boves, & otiosi, qui solum ventri seruiunt, in illis temporibus liberalius cibo, & potioni indulgent: at qui egregijs cogitationibus, & studijs incumbunt, non minorem adhibent modum in victu, quam in somno, cum vterque pariter oblit. Melior itaque est Galeni ratio quæ docet, quid ratione eorum temporum fiat, non quid accidat ex alijs causis, quæ agunt in illis temporibus. Fiunt autem somni longissimi hyeme, quoniam noctes sunt longæ, & frigida, quæ calidum natuum, ad internas partes propellunt, & illic concludunt; tum etiam, quia hyems humida, & frigida, caput replet pituita, quæ viam obstruit calido influenti ad sensoria; Addo, quod tenebræ noctis remoueant obiecta à sensorijs. Vere autem etiam somni fiunt longi ob easdem causas: nam etsi Ver temperatum est, aut calidum, & humidum, noctes tamen adhuc frigidiusculæ sunt, & potentes ad repellendum calorem; tum maxime id contingit, quod totum corpus sanguine abundet, quo cerebrum humectatur, & generatis vaporibus repletur.

Quare per ea tempora alimenta copiosiora sunt exhibenda: etenim tunc calor innatus plurimus est, unde & pluribus egent alimentis.

Colligit Hippocrates ex superiorib. copiosiora esse adhibenda alimenta Hyeme, & Vere, & rationem adhuc repetit, quare fiat ut ita nutrienda sint corpora; propterea, inquit, id faciendum est, quia calor innatus est plurimus. Nos autem intelligere debemus plurimum eum esse in ventrib. & addere oportet somnos longissimos, cum antea non ex solo calore innato, vel potius calido innato, sed etiam ex somno longissimo ostenderit esse opus pluribus alimentis. Pluribus dixit alimentis non plurimis, quoniam et si Hyeme, & Vere, plus quam in alijs temporibus edere debemus, omnes tamen plurimum simpliciter non debent edere: nam senes, & consistentes, & iuvenes antea ostendit minus edere oportere; pueri autem in illis temporibus plurimum omnino egent cibo, tum suapte natura, tum temporum ratione, quæ nativum calidum augent, & somnos efficiunt longissimos. Facit autem calidum innatum, ut substantia nostri corporis ob humiditatem benignam sibi coniunctam humidior tunc sit, & propterea ad dissolutionem idonea, & ob calidam qualitatem dissolvere humorem facile potest; id quod præstat per maiores expirationes, maioresque pulsus, tum per insensibilem transpirationem, maximè per somnos; partim etiam per urinas, & alia corporis excrementa, quæ, ut crassiora, humidioraque sunt, ita plurimum insiti humoris secum trahunt: ubi autem plurimum dissolutio fit, & corporis vires ad concoquendum nutrimentum validæ sunt, id quod necesse est, ut fiat, quando calido nativo abundamus, tunc enim omnes naturales facultates, & præsertim concoctio, vegetæ sunt, plurimo cibo est opus, cum nutrimenti quantitas quantitati virium, & dissolutionis, quæ a rosæ nostro corpore fit, proportione respondere debeat; Merito ergo colligit plus esse edendum Hyeme, & Vere, quia calidum innatum sit plurimum: nam ex natura huius calidi sequitur fieri facilem evacuationem, quia adest id, quod promptè dissolui, & dissolvere potest, & præterea quod feliciter attrahere, retinere, & plurimum concoquere valet. Nè mirum quidem, quod ex calore ventris colligat in prima parte Aphorismi, pluribus alimentis opus esse: nam et si calor in ventre diu detinetur, repulsus ab aeris frigiditate, per somnum tamen intermi humorem extenuat, concoquit, dissolvitque; etiam uniuersum corpus, ut sudores ostendunt qui magis per somnum, quam per vigiliam effluere solent, ac etiam per vigiliam nativum calidum optimè in ventre renutritum, & auctum, ad externa recurrentis maiore vi externarum partium substantiam digerit; propterea cum dixisset Hippocrates solum in ventribus calidum nativum abundare, postea simpliciter pronunciat illud copiosum esse; quasi loquatur illius abundantia in uniuerso corpore, si in ventre abundè sit auctum. Igitur ob prædictas rationes simul coniunctas, pluribus egemus alimentis, non autem ob solam dissolutionem, vel concoctricem validam, vel immediatè ob calidi nativi abundantiam, ut nonnulli volunt: nam Aestate, & per morbos calidos, plurima quidem sit nostræ substantiæ euacuatio, quia tamen virtus concoctrix tunc languet, non possumus plurimum edere; quod si concoctio vigeret, & minima fieret dissipatio, non tamè multo elict opus alimento, unde fit, ut statim à som-

Ano cibum non appetamus, quia et si concoctio per somnum felicissimè est peracta, tamen quia nondum calor expansus est per uniuersas corporis partes, ideo prius alimentum non appetimus, quam per vigiliam euaporatio sit facta per cutem. Quod verò alij dicunt plurimum esse opus alimento, quia calidum plurimum aliter non potest conseruari, rectè quidem dicitur, sed non sequitur plurima nutritio plurimum calorem primo & per se, sed quia plurimus calor plurimum concoquit, plurimumque vacuat. Nunc verò obiter quædam sunt explicanda, in quibus author sibi pugnare videtur: cum enim nativi caloris officium sit temperatos humores gignere, aut calidos, & humidos, siquidem ex calida, & humida substantia (ut antea ostendimus) ortum habet, in eaque consistit, ratio exigit, ut Hyeme, quo tempore ille viget, sanguis abundet; Quod si ita est, malè ab eo scriptum videbitur in libro de Natura humana, Hyeme in homine pituitam augeri. Quam controuersiam soluere Galenus nititur, sed meo quidem iudicio, parum feliciter: ait enim, ventum quidem calidum esse, sed hepar ipsum, & venas refrigerari, ita ut et si cibi in ventriculo benè cocti sint, in hepate tamen, & venis non benè conficiantur; quibusdam præterea, & ventriculum ipsum, aut ex itinere, aut ob vestium inopiam, vel ob vitæ genus, vel aliud simile quiddam refrigerari; Addit, quod multi cibi pituitosi Hyeme ingerantur. Quibus se quæstionem dissoluisse putat; Verùm illud primum, quod sanguis in hepate optimus Hyeme gignatur, testatur ipse in Comment. huius Aphorismi, ubi sanguificationes optimè Hyeme fieri scribit; quod verò in aliquibus fit, id non probat verum esse, quod in omnibus euenire scribit Hippocrates, Hyeme pituitam vigere. Postremò ex illis, aut eibis, causam adferre, non est ad naturam temporis quæstionem reuocare: ita enim liceret dicere, Aestate bilem non abundare, quoniam eo tempore frigidis, & humidis cibis homines vescuntur, & corpus aqua sæpè abluunt, & in ocio viuunt, quæ ad propositam rem non faciunt, cum illud duntaxat expendere debemus, quid tempus suapte natura in corpore efficiat, qualem ve humorem gignat. Ego autem putauerim, sanguinem Hyeme gigni optimum, & plurimum, pituitam tamen exuperare: nam et si in hepate optimus sanguis gignatur, per corpus tamen delatum, in pituitam degenerat, quæ cum in externis partibus, & habitu corporis exuperet, ideo ab Hippocrate abundare tunc dicitur, quod satis ex eo locopateret, cum ait, quod Hyems corpus pituita impleat, id tibi his indicijs patebit, expuunt homines, & emungunt Hyeme pituofissima, atque tumores albi hoc tempore potissimum extuberant, ex quibus ostendit in externis partibus, & corporis habitu, quem corporis nomine, exclusis internis partibus sæpius Medicis vocant, pituitam abundare; A quo modo quæso in pituitam sanguis degenerasse posse creditur, cum præceptum apud Medicos sit, (ut 2. de Naturalibus facultatibus, & de Sanitate tuenda) nihil recrudescere posse, & in priorem humorem redire? Quam ob rem, cum ab imbecillo calore pituita fiat, sanguis à mediocri, quomodo sanguis in pituitam mutari poterit? Putauerim equidem, præceptum illud ita intelligendum, quod ab eadem alteratione non possit in primam naturam mutari humor, præsertim, si longè iam in varias mutationes abierit, si locum tamen motet, & in frigidiorē secedat, naturam etiam illum mutare posse, absurdum non est: nam & sanguis cum lac gignitur, frigidior redditur, & bilem frigiditate in pituitam degenerare scribit Hippocrates 2. de victu acutorum; atque etiam Galenus Cerebrum generandis humoribus pituofis sua natura aptum lib. 3.

Aphorismorum meminit, cum refrigeratum alimentum vincere nequit; atqui alimentum quo cerebrum alitur, sanguis est; Quia ob rem, cum externae partes ab externo aere refrigerentur, caloreque nato prope modum destituantur, propulso illorum sanguine ad internos ventres, non mirum, si quemadmodum cerebrum, ita illae refrigeratae, sanguinem totum integramque massam in pituitam degenerare faciant: quo nutrentur: siquidem, ex pituita in sanguinem non mutata, nulla pars nutrirī potest; saltem putemus oportet, pituitam quae cum sanguine mixta est, post nutritionem magna ex parte relinqui, partes autem ex calidiore parte sanguinis, quam facilius mutare possint, nutrirī, frigidiorē autem pituitam vinci planē non posse, atque eam esse quae expulsi, emungitur, in corporeque redundare dicitur.

Inditio sunt aetates, & athletae.

Quod ratione probauit, nunc etiam experientia, & exemplis docet. Antea probauit ex plurimo calore, & ex longissimis somnis, plurimo cibo esse opus; docet etiam experientia in athletis, & in aetatibus. intelligere autem oportet aetatem puerilem, & alias quae adhuc crescant, in illis enim corpora plurimo abundant calido innato, & multum etiam dormiunt, plurimisque utuntur alimentis. Athletae quoque ob frequentes & validas exercitationes, augent calidum innatum, & illud vegetum seruant, cogunturque plurimum dormire, ut alimenti multitudinem, & crassitiam quam requirunt ad conseruandum robur, concoquere valeant. Id verò quod scribit, pluribus esse opus alimentis, intelligere oportet, non secundum quantitatem solam, sed etiam secundum substantiam, nam corpora quae plurimum habent calidi innati, exigunt alimenta multa, quae simul plurimum alant, qualia sunt, quae boni, & crassi sunt iucei, ut est caro suilla, oriza, oua duriora, & quae sunt huius generis, nam ut rectè Galenus in septimo Methodi scribit, nihil potest plurimum alere, quod crassitiam non habet coniunctam, quae verò aerea & aquea substantia constant, ut faciliè vincuntur, ita firmum & stabile alimentum praebere nequeunt; propterea plurimus calor, illorum usu minuitur & languescit, magna enim flamma non nisi multis & crassis solidisque lignis conseruari, fouerique potest. Ceterum, cum nox ad diem videatur eandem habere rationem, quam Hyems & Ver ad alia anni tempora, non absre fuerit obiter hic attingere, an in cena plus edendum sit, quam in prandio? Quam quidem quaestionem Marthaeus Curtius nostra aetate passim in scholis tractauit, & prolixè admodum explicauit, cuius sententia talis est. Cenam ampliore esse debere in sanis omnibus, in omnibus aegris, in omni morbo & affectu corporis, his solum exceptis, qui circa noctem accessiones habent: nam eo tempore plus edendum esse, quo plus & melius concoqui potest, id quod fit in cena ob somnum frequentem, & quia maius interuallum intercedit inter cenam & prandium, quam inter prandium & cenam, atque ita natura melius suas concoctiones absoluere potest. Non referam quid alij adferant contra hanc opinionem, quoniam ex certis principijs suas non ducunt argumentationes, sed ex scriptorum auctoritate & opinione, quam Curtius aliqua distinctione inuenta ita interpretatur, ut faciliè argumentorum vim subterfugiat. Ego ut non nego in hominibus sanis, & suae potus, liberèque viuentibus, cenam uberiorem esse debere ob rationes praedictas, ita in aegris multis, & in his qui liberè viuere non possunt,

A cōtrarium fieri debere ratio conuincit; mirum enim si tot morbi, tot affectus inter se diuersi, tot partes, affectae, forma & locis inter se distincte, vnam & eandem cibandi rationem in diuersis temporibus requirant: sunt enim quidam qui non prandent ante meridiem, ut mercatores Florentini, Lucenses, Genuenses, quod ego Lugduni, Antuerpiae, Venetijs, Genuae, Lucae, Florentiae, Romae, & Neapoli vidi, & hi omnes ante prandium solent grauiora negocia tractare, post prandium vero quiescunt, aut certè leuissime se exercent; idem faciunt Causidici, & Senatores, qui duas primas diei partes vbique ferè consumunt in agitandis causis & controversijs diiudicandis; hi profectò omnes, plurimum exhausti in longiore tempore, quod inter cenam & prandium intercedit, partim per concoctiones, partim per animi & corporis labores; coguntur plurimum in prandio edere, alioqui tabescunt, & si plurimum edant, bene habent, cum euacuatio quae praecessit, excitet appetentiam, & exercitatio animi & corporis calorem auerit, concoctionis felicissimae authorem; sequitur prandium otium, in quo calor in visceribus haeret, dolor concoctionem absoluerit; succedunt postea in vltimis horis diei aliqua negocia, exercitatio, aut certè motus aliquis, qui ad distributionem alimenti concocti facit; igitur plurimum in prandio coguntur edere, in cena uerò minimum; cum inter prandium & cenam minimum sit temporis spacium, ita, ut abundè faciat in prandio, nequeant plurimum appetere in cena; idem coguntur facere, qui prima hora diei bonas artes profitentur, coguntur enim illi bonam noctis partem dare suis studijs, quare necessè est cibos qui in cena assumuntur, si vberiores fuerint in illis malè concoqui; vbi uero mane illi suam absoluerunt lectionem, quasi depositio onere graui, leuiore sibi videntur, & plura iam appetere, & postea concoquere possunt: non ergo vna & eadem esse potest in sanis ob variam viuendi conditionem, & etiam consuetudinem, quae plurimum in hac re potest, prandij & cenae ratio; in aegris uerò est quidem habenda concoctionis alimenti in visceribus ratio. Vetum alia pariter vrgent, & aliquando multo magis quam ipsa concoctio, ut fluxiones, tumorum generationes in externis partibus: nam quoniam nox suapte natura refrigerat & humectat, externas partes, & internum calorem intrò compellit, si affectus aliquis frigidus vel humidus Cerebrum potissimum infestat, necesse est grauiorem reddi huiusmodi affectum, si cena fuerit copiosa; Primum quod duplex accedit corpori humectatio, vna ex cibo ampliore, alia ex noctis temperie: intenditur quoque refrigeratio, quoniam natuus calor, ut concoctionem perficere possit, cogitur ob multitudinem alimenti diu haerere in internis visceribus, atque ita deserit externas partes, quae etiam refrigeratae ab aere nocturno, maiores partunt cruditates, fluxionesque augent; Adde, quod & vapores plures excitantur ad caput per somnum quam per vigiliam, praesertim vbi cena est amplior: nam vbi multa materia concoquitur, necesse est multam fieri euaporationem, quae in somno & quiete tota fertur ad caput, & illic sistitur, commouetque humores & fluxiones, & caput affectum grauat, quae incommoda fugimus ex leuiore cena & prandio vberiore: nam cum prandium sequatur vigilia, vapores qui in concoctione alimenti proueniunt, vna cum calore sparguntur in vniuersas corporis partes, & qui ad caput ascendunt, digeruntur per sensationes, motiones, & cogitationes, nulla enim actio, animalis potissimum, obiri potest absque vaporis & spiritus dissipatione, si modo haec sunt caloris influentis vehicula & subiectum; nonne etiam

internæ inflammationes grauantur potius ab ampliore cœna quam à prandio? quippè cum duæ causæ simul conueniant ad compellendos humores in partem affectam, cibi inquam concoctio quæ calorem ad se reuocat, & noctis obscuritas & frigiditas, quæ eundem intrò pellunt; per vigiliam autem externæ actiones, humorum & caloris partem ad se reuellunt; vnde videmus pleuriticis & peripneumonicos grauius affligi post cenam, quam post prandium, ob eâ rationem. Dixit Galenus in 7. Methodi, vbi de cibandis exsiccatis & consumptis agit, cenam vberiorē esse debere prandio; & in libro de Sanitate tuenda, Medicos, & alios qui post prandium eursitare per Ciuitatem, & scalas domorum ascendere coguntur, leuius edere debere in prandio quam in cœna; At, hoc perpetuum esse non vult, nec esse potest in alijs omnibus, sicut nullum genus cibi est, quod omnibus naturis & omnibus affectibus competat.

APHORISMVS XVI.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert, maximè vero pueris & alijs, qui tali victu uti consueverunt.

DE scopo huius Aphorismi inter se dissentiant interpretes; siquidem Philoteus de ægotantium victu hic, in superioribus Aphorismis vero de victu sanorū Hippocratem agere putat quod falsum est; nam in superioribus, non minus de victu ægotantium, quam sanorum egit, cum doceret quo, quantoque nutrimento longis & acutis, & in singulis temporibus morborū vitandū esset, & in hoc minus de sanis, quam de ægris differat cum scribit pueris humidum victum conuenire, & alijs qui tali victu uti consueverunt. Confert autem huiusmodi victus his naturis, non quatenus egrotant, sed quatenus naturalis eorum status talem exigit; Galenus autem, auctorem hic de qualitate nutrimenti agere putat, & merito quidem, cum & verba ipsius Aphorismi doceant, & docendi ratio id exigat; cum enim hætenus docuerit quo, quantoque victu sit in singulis vitandum, sequitur, ut quali sit opus; doceat. Vtitur autem eadem docendi ratione, quæ antea usus est Aphor. 2. huius primi lib. ut enim exemplo vno sumpto ab humoribus qui spontè educuntur, & alio ab Athleticis, in vniuersam docuit, quales humores à corpore educendi sint, quantumque vacuandum, ita ex victu quem pueris febricitantibusque omnes cōuenire norunt, reliquit nobis colligendum; sanis corporibus competere victum, qui seruet naturam vniuersi, morbo vero eum qui mutare possit. Quemadmodū præterea in genere & quãtitate victus, indicationem sumplit a viribus, viriumque quantitate, contraindicationem à morbo, illiusque quantitate, ita nunc victus qualitatem, à virium qualitate sumit, contraindicationem autem à morbi qualitate; Quemadmodum enim naturalis status tantam quantitatem nutrimenti exigebat, quãtã vires conficere poterant, & restaurari quod à corpore effluerat, morbus autem tantam admittebat, quanta ad sui ablationem necessaria esset: Ita nunc, si morbus diuersam qualitatem nutrimenti ab ea quæ naturali statui debetur, exspectat, tantum ab ea qualitate quæ conuenit naturæ, recedendum, quantum morbi qualitas refragatur; Quod si victus qualitas morbo aduersetur, & simul etiam naturali conditioni competat; tunc victus talis, morbo remedio fuerit, & naturæ victus quemad-

A modum cum quantitas victus, ex defectu humorum morbos ortos emendat, & vires conseruat sed id per accidens fit siquidem victus quatenus victus est, statum corporis conseruat, non autem mutat; Porro ut vires victum, viriumque quantitas quantitatē; ita illarum qualitas, victus qualitatem indicat; verum, quoniam virium qualitates non ita exprimere possumus, ad qualitates temperamentati tractationem hoc loco reuocamus; est enim virium essentia in temperamento, structuraque corporis posita; quare, quot differentie in qualitate temperamenti corporisque secundum naturam habentis structura, constituentur; tot & in qualitate victus differentias inueniemus. Itaque, cum alij temperati sint, alij intemperati; quidam præterea tenui substantia constant & molli; alii vero crassiore & duriore. singulis victus est exhibendus, quo conseruari possint: siquidem quod secundum naturam est, conseruandum permutandum vero, quod præter naturam; ac siquidem natura sit temperata, temperato victu eam conseruari constat. ab alijs enim omnibus cum in mediocritate quadam constituantur, necessario mutantur; si vero à mediocritate corporis status recesserit, similibus eum intendi quibusdam videtur, Dissimilibus autem cōseruari, alij vero conseruationem semper per similia fieri arbitrantur, vtrique certè Galeni auctoritate, qui nunc vnum, nunc aliud statuit, confusi. Etenim in Arte Medicinali, capite de Veneris, omnes intemperies, victus qualitate & gradu simili & æquali conseruari scribit; id quod etiam 8.

B Methodi, & passim alibi confirmat; atque id quidem merito; nam quod simile est, vim mutandi non habet, quippè cum à contrario & dissimili omnis contingat mutatio, quemadmodum etiam Aristoteles in Physicis tradidit, cap. 78. & 9. lib. 1. de generatione. Præterea, idem in omni ferè genere rerum contingere videmus, siquidem calidiora animalia in locis calidioribus, ut Leones in Africa; frigidiora in frigidioribus, sicut pisces in aqua optimè degunt, & conseruantur, in contrariis autem, aut penitus extinguuntur, aut certè plurimum à natura propria desiciunt; Quæ autem conseruationem per contraria fieri ostendunt, hæc sunt. Primo, quod Galenus scribat libro primo de Alimentis, intemperies seruandas esse per contraria; deinde, quod libro sexto de Tuenda valetudine præcipiat idem auctor, in calida & frigida temperie temperandum esse contrarijs, siue illa seruari, siue mutare velimus, propterea quod à similibus (inquit) in morbum facillime labuntur huiusmodi temperies: quinetiam, similia similibus offendi scribit, tum in Arte Medicinali, tum in Aphorismis, cum ait calidam temperiem Aestate malè habere, Hyeme benè degere, frigidam vero contra, Aestate bene, Hyeme malè affici. Addit, & senes calidis & humidis uti debere, qui tamen sunt frigidi & sicci. Videtur præterea ratio huic rei suffragari; qui enim calidus est, fortè ut vnum, si utatur victu pariter calido, putatur fieri calidus ut duo, vnum enim gradus additione alterius multiplicatur.

C Hæc & similia argumenta tantum momenti apud Neotericos habita sunt, ut in errores inextricabiles illi inciderint, ut locos istos (ut videtur) discrepantes inter se conciliare possent; quid vero illi senserint, potest vnus quisque videre. Nos vero hic nostram opinionem breuiter subiiciemus; & interim quo modo Galeni loci sint intelligendi, ostendemus. Quia in re, illud in primis docendum est, quoniam modo conseruatio à similibus fieri intelligatur, neque enim id in omnibus ita intelligendum est, quali corpus à similibus nullo modo afficiatur: nam etsi in his quæ actū similia sunt, verum id est, in his tamen quæ facultate potètiaque si-

milia, existunt, dum actio fit, corpus mutatur, veluti, dum cibus concoquitur, ex reactione, calorem corporis remitti necesse est. Ad hæc, cum exercetur corpus, calidius redditur quod temperatum est; cuius rei inditium est respiratio, quæ per huiusmodi, vel moderatas exercitationes, in magnitudinem mutatur, celeritatem, & frequentiam, quæ quidem caloris auctiorem sequitur: sic profecto qui humidior est temperamento, cum cibum appetit, & potum, fictior est quodammodo redditus, cibisq; humidioribus assumptis qualis illius natura ponitur, humidior fieri videtur, huiusmodi enim cibo, squalidior corporis temperies irrogatur, humidiorque euadit quam antea esset, dum appeteret, inediaque laboraret; proinde videretur non à similibus hoc modo conseruari, sed potius mutari corpus. Ita ergo intelligendum est, quod dicitur, similia similibus vsu conseruari, non quod aliqua mutatio non fiat; dum id quod est potentia, actu simile euadit, sed quod perfecta ea actione, & eo remoto, quod rei adhibitionem statum necessario sequitur, propria scilicet rei vi spectata, id contingat; quod si interim dum actio fit, corpori mutatio aliqua contingit, (nam aliqui corrigi nequeunt vitia si modo correctio motus quidam est qui ex contrario in contrarium abit) adeo tamen illa exigua est, quæ inter hoc modo similia reperitur actio, vt nullam mutationem euidentem recipere corpus videatur: vt enim vniuersa Medicina corrigit, mutatque corporis statum, illius tamen quædam pars conseruatrice statuitur, quæ scilicet tam parua vitia in melius mutat, vt sensum lateat an seruet omnino in eodem statu, nihil addendo, vel minuendo, an mutationem aliquam interim moliat: sic sanè conseruantia similia intelligere oportet, quod ea quæ inter illa est dissimilitudo, in sensibilibus existat. Ad idem præterea est, corpus à similibus seruari, quantum illius conditio patitur: nam perpetuò corpus exsiccatur & tatis cursu, et si interim perpetuò humidis vitamur, non quod desit apta materia, quæ id restituat, quod dissoluitur, quando iisdem nutrimur, quibus constamus, nec quod minus familiaris sit, quæ ex carne, & alio probo nutrimento reponitur substantiam quam quæ est dissoluta, sed quod tantum adijcere, quantum absumitur nequeamus; idq; non præter rationem, si modo caloris natui vis, qui dissipationis, restorationisq; est author, perpetuò humorem absumit, concoquere verò continuè nequit, sed hæc in primo Aphorismo diligentius sunt explicata. Itaque, si his modis conseruationem fieri intelligamus, illud quoque inueniemus, in omni genere causarum, conseruationem per similia perfici, in his enim quæ alterant corpora, nullamque interim substantiam illi adijciunt, certissimum id est: nam si actu illa similia sunt, cum nulla actio inter huiusmodi contingat, necesse profecto est, in eodem statu corpus consistere. Quod si etiam concedamus vtriusque qualitates coniungi, quæ scilicet nostri sunt corporis, & alterius quod admouetur, nihilominus intensio aut remissio qualitatum nulla fit, non magis quam si æquæ alba inter se misceantur, ex quibus quod resultat, non magis album est quam sit alterutrum. Eadem (vt arbitror) est in his ratio, quæ potentia & vi talia existunt: ad actum enim perducta, similia illis euadunt, quæ suapte natura huiusmodi reperitur; Ceterum, in his quæ substantiam aliquam corpori addunt, veluti in nutrimento, idem contingere puto, et si id omnibus persuaderi nequit, putatur etenim ab imperitis biliosus cibus, calidius reddere corpus biliosum, eò, quod huiusmodi cibi vsu, bilis augeatur, ad cuius incrementum sequitur humorum frigidorum diminutio, & corporis ad calidius muta-

tio. Verum non ita sese res habet, quippe, cum biliosus cibus bilioso humori non addatur, sed solum restituat humorem, & substantiam quæ ab eo corpore est dissoluta; nec planè bilis est quod additur, sed biliosum, eiusdemque qualitatis cum reliquo humore, qui in corpore continetur; satiusq; est hoc modo, ex rei natura intelligere conseruationem fieri per similia, quam eos sequi, qui similia intelligunt non qualitibus, sed effectibus, quandoquidem id omninò ridiculum est, atque ipsi Galeno planè aduersatur, qui scribit calidum à calido, eoque ipso æquali in gradu seruari, & foueri, & absurdum putaret, si quis intelligeret frigida calidis esse similia, quod illa horum naturam mutuo tueantur, nimirum, cum similitudo in ipsis qualitibus, non in earum affectu ab eo queratur, & ab omnibus Philosophis ponatur. Itaq; ex his patere puto, tum cibo, tum potu, exercitatione, somno, vigilia, & denique alijs omnibus similibus corpora conseruari, atque adeo eam quam habent temperiem, & structuram, retinere; nam quæ contra adferuntur ex conseruationis duplici significatione, (cuius Galenus in Arte Medicinali meminit) facile diluuntur, seruari enim eos dicit (quod etiam antea ostendimus) qui sani sunt, in eodemq; statu retinentur, vel etiam qui in melius mutantur, proinde cum senes calido, & humido victu, calidos, & omnes intemperaturas contrarijs tuendas esse dicit, conseruationem sumit, qua ad melius sanum corpus reducitur, At, quum per similia conseruationem fieri meminit, de ea intelligendus est, qua id duraxat quod est deperditum, corpori restituere, nec præterea melius aliquid illi comparare studemus. Nec obstat, quod calidum, & frigidum contrarijs semper egere scribat, siue seruare in eodem statu, siue in melius mutare huiusmodi temperiem laboremus; par etenim est in his qualitibus, vt in alijs ratio, siquidem calidum calido, & frigidum frigido in suo statu seruatur; sed quoniam rerum quantitatem quæ in vsu nostrum veniunt, exactè metiri nequimus, si paululū excesserimus, præsertim in qualitibus maximè actiuis, morbi causa facile fit huiusmodi excessus; vnde præcipit eo loco, non tam quod natura rei vult, quam quod vsu tutius est, maximè quod scribat se in eo opere præcepta tradere velle non solum Medicis, sed etiam alijs omnibus, qui conseruandæ sanitatis artem aliquam quarunt. Poterò similia similibus offendi, iuuari autem contrarijs excepta temperata natura, cui similia semper conferunt, ita intelligendum est, vt similia similibus nec lædantur, nec iuuentur, si modo pari mensura similia similibus adhibeantur, & iuuari in hoc casu idem est, quod melius aliquid comparari: si autem excedat, quod similis est qualitatis, si corpus cui admouetur, est quod excedit, iuuatur, illud quippe quod vehementius calidum est, minus calido temperatur: si verò id quod admouetur, exuperat, corpus nostrum læditur: de quo quidè Galenus intelligit cum scribit, similia similibus offendit, iuuari autem contrariorum vsu. Quam ob rem cum præcipit ille pueris, humidisq; corporibus humectantia semper adhibenda, non id facit, quod putet exsiccantibus, huiusmodi corpora ad meliorem temperiem non reuocari, si præsentem illorum statum spectemus, (siquidem superflua humiditas siccantium vsu laudabilem mediocritatem assequitur) sed quoniam humor naturæ amicus, ad incrementum vitæq; longitudinem facit, quæ vel nobis inuitis, ætatis progressu perenni actione natui caloris dissoluitur, dissolutioni autem (quantum fieri potest) humidiorum vsu repugnandum est: At contra, senibus calida & humida exhibet, quoniam eò perueniunt, vt non solum tutela proprii status, sed etiam muta-

tionē in meliorem (quantum nobis procurare licet) opus habeant, quandoquidē excessu frigidi, & siccī, morbos facillimē contrahunt, mortemq; accelerāt: humidis verò, & calidis bene valent, vitæq; cursum tardant. Quā verò obiter attigimus quasdam temperaturas in eodē statu esse perpetuò conseruandas, alias verò contrariorū vsu in melius mutandas, operepreciū fuerit, paulò diligentius hoc loco de hac re agere, & expendere quænam corpora planè conseruare, quæ verò mutare, & quā oporteat. Quæ in re Gal. passim scribit, temperatos temperatis temper egere, in temperatos vero similia postulare: liquidē eos seruari velimus, dissimilia autem si ad meliorem conditionem eos reuocare studeamus; At ego puto aliter esse sentiendum, humidam. s. temperiem humidis semper egere, nec vnquam mutationem requirere, mutantam autē esse temperatam etiam ipsam, in eā quæ humida est: si enim hanc temperiem in lib. de Sanitate tuenda, quantum fieri potest ille seruari iubet, & pueros quoq; nimio humore abundare fatetur, nec tamen eos exsiccari patitur, sed omni ratione alendum eos fouendumq; eorum humorem censet, ea sola similia requirit: nam et si ea quæ mediocris est temperies, suapte natura optima censetur, quoniā tamen iam mediocritatem est assecuta, nec potest diu in ea consistere, propterea, quod caloris vi humiditas continuò absumitur, eo temperata deterior est, quam humida, quod citius exsiccatur, & ad vitæ finē properat, quæ autem humida est, et si deteriores actiones nonnullas, quam quæ temperatior patitur, ab initio edit, progressu tamen temporis mediocritate quoq; assequitur, diutiusq; in ea perseuerat, tardiusq; vitæ cursum peragit, ac (vt vno verbo dicam) omnibus alijs præstantior euadit; quibus profectò sit, omnium optimam contendam esse temperiem quæ humida est, eamq; solam seruandam, alias autem omnes quæ secundum naturam sunt, ad eam reducendas, liquidem eas, & conseruare, & interim ad id quod optimum est, redigere studeamus; at eam quæ præter naturam est, ad naturalem, & vnicuiq; propriam, primò referre nitentur, nimirum, quod laborante corpore, id solū procurandum sit, vt illi propriam sanitatē, & nihil melius comparare queramus quamquam tamen nihil prohibere video, quo minus tunc temporis contendamus assequi quod optimum est, id quod postea fieri posse demonstrabimus. Nūc verò ex prædictis illud licet intelligere, quænam. s. inter naturales temperies maximæ sint permutandæ; sunt. n. illæ quæ vel vitæ finem accelerant, vel nimio excessu frequentes grauiorēsq; morbos pariunt; Ac in eo quidem genere sicca, & frigida primum locum habet, secundum sicca, tertium frigida sibi vindicat, in quarto loco ponenda est calida & sicca, deinde calida, postea frigida & humida, sequitur hanc temperata, postremo calida & humida: nam & hanc fortè etiam magis quam ipsam temperatam seruandam esse credemus, si modo vita calore, & humore constat; sequitur humida, quæ (vt ostendimus) seruanda est, & minime permutanda: Quod si ita res sese hēt, quæ illi contrariæ sunt, frigida in quæ & sicca, in primis permutandæ fuerint, tanquam nature, & vitæ maximè aduersæ; se cundū verò locum siccedamus potius quæ frigide, quæ siccitas natura immedicabilis sit, & ablato humidopabulo quo natiuus calor gaudet, frigiditatem etiam sibi adiscat, hæc vero gratus cursu melior aliquā euadat, siquidem urgente in oī corpore, calor mediocritatem excedit augeturq; in tertio loco frigidam collocauimus potius quæ calidam, aut calidam & siccam; quæ et si minus humoris frigida quæ calida absumit, tamen minus quoq; reponere potest, quippe cum non nisi coctione, & attractionem nutrimenti (quarum functionū

A calor, & non frigus author est) dissoluta à corpore substantia restituatur, reponaturq; calidam verò & siccam, præcedere dēre alias sequentes, constat, quod suapte natura calor siccitatē pariat, idq; eo promptius, si eam iam annexā habet. Quam ob rem, et si frigida, & humida ad coctiones fortè ineptior est, tamen quā in hoc corporis statu humor natiuus exuperet, nec est quod eū vehemētius dissoluat, minima quæq; restau ratio sufficere potest, & minus ob id in hoc, quam alio mutatione est opus. Sequitur deinde calida, eū quæ mediocris est siccitas, & humiditas, hæc. n. mutatione eget, quoniā satis copiosum humorem non habet postquam meritò temperatam posuimus, propterea quod nū est quod tantū dissipet, et si par est in temperato corpore quantum requiritur ad vitæ longitudinē natura B lesq; functiones probè obeundas: ob id eā pariter mutatione egere censemus, comparandumq; illi esse adhuc copiosorem humore natiuum, quo quæ abundat corporis coctio, perpetuò in eo statu quantum aī nostra assequi potest, & humana coctio patitur, retinenda seruandaq; est. At inter temperatam & humidam, ex his quæ mutatione egent, calidam & humidam postremo loco collocauimus, quia in hac adest copiosus humor qui in temperata mediocris est; quod si calor est vincit, qui humorem absumere potest, habet tamen maiorem quoq; quam temperata natura vim ex felici coctione, quæ calore & humore gaudet, eundem restituendi & reponendi; Quare non solum humida temperies, sed et illa in qua calor pariter abundat, in hoc casu melior censenda est, quæ ipsa temperata; quod etiam putarunt antiquissimi Medici, vt ex primo lib. Galeni de Temperamentis videre licet, qui eam quæ optima esset in humano corpore temperies, calidam & humidam, & quæ huiusmodi foret, optimam esse censuerunt; iam verò in eo secundo genere quod mutationem requirere proposuimus, inter oēs reprimenda est calida & humida, quippe eū huiusmodi status putredini maximè sit obnoxius, vbi abunde huiusmodi qualitates pariter excefferint; est enim huiusmodi natura admodū morbosa, nec leuioribus quidem, sed grauissimis passionibus subiecta. Secundū locum sibi vendicat humida cum calore coniuncta: nam pari ubi ratione humor à calore non vincitur, morbosum oportet esse corpus. Sequitur deinde calida, liquidē exuperante calore, via patet acutissimis morbis, qui cum febre coniunguntur; Post hanc succedit frigida, minus quidem quam calida efficax, & inter simplices postrema, sicca: quæ. n. tardissimum motum hæc habeat, inducias longas præbet, vt commodo tempore correctionem tentemus, cum alia quæ periculosiores sunt, etiam emendationē postulent; ex simplicibus verò, & ex his quæ superius sunt tradita, licebit intelligere quo ordine collocari debeant quæ compositæ sunt: nam post calidam, & humidam, quæ calida est & sicca, deinde frigida & humida, postremo, frigida, & sicca promptam mutationem postulabunt; At quæ præter naturam sunt, subito omnino quantum illorum natura exigit, & res permititur, corrigendæ, cum alioqui mora crescant, difficilioremque curam reddant; Quæ verò secundū naturam est, per morbos & vitæ occupationes permutari non debet, inquit Gal. in Methodo medendi, cum studeamus dū laborat corpus pristinam sanitatē comparare, nec illud aliā præterea mutatione quæ meliorem conditione assequatur admittat; Quæ præterea subitas mutationes, vehemētēsq; natura non sustinet, liberam ab omnibus negocijs vitæ esse oportet, tum, ne alijs occupationibus corpus debilitetur, tum etiam, vt continuò paulatimque mutationem profequi valeat, inter quæ nonnulla rectè, alia verò fortè superstitiosè dicta existimo; nam quod

argentibus morbis, nihil aliud querendum sit quam vt propriam valetudinem recuperemus, rectè id qui dem sit dictum: quâdo multa præstare nequit, quod ægrotat corpus ex his, quæ ad bonum habitum comparandum sunt necessaria, veluti sunt exercitationes, somni, & vigilia oportuna, & si quæ alia sunt huiusmodi; tamen nihil obest interim, vt corpus sua præ natura calidius, dum calido morbo tenetur, frigidiorè victu vtatur, quo non solum morbum propellere, sed etiam meliorem temperiem quàm quæ sibi propria est, comparare valeat. Verùm, illud quid obstat, quo minus per vitæ occupationes, mutationem proprii status aggrediamur? Sed hæc paulo postea docebimus, cum consuetudinis vim, & vsum explicauerimus, ad extremum Comment. in proximum Aphorismum.

Victus humidus febricitantibus omnibus confert.

Qualis victus debeat pueris, & in omni statu secundum naturam seruandus sit, abundè iam docuimus, & primo loco explicare coacti fuimus, etsi ea ab authore in secunda parte Aphorismi docentur, quoniam nos indicantia prius, ut docendi ratio postulat, explicauimus; Nunc vero qualem victum admittant in ægris affectus præter naturam, docere oportet: vt in quantitate victus expendimus quid concedendum sit aut negandum ob magnitudinem morbi, ita Hippocrates hic vbi agit de qualitate, morborum mentionem facit, vt ex illorum consideratione, & naturali statu tandem intelligamus, quali victu sit opus in ægris. Porro, ut in naturali statu victus qualitas requiritur, quæ nunc conseruare, aliàs verò permutare in melius quod secundum naturam est, possit: in statu præter naturam, in quo quædam sunt quæ sui ablationem postulant, alia vero sui conseruationem, qualitas victus quaerenda est, quæ remedio sit ei, quod est præter naturam, & conseruationi eius, quod est secundum naturam subseruiat. Est autem in eo quod est præter naturam, aliud vt causa morbi, aliud ut morbus ipse, aliud ut Symptoma, & in unoquoque genere variæ consiuntur in qualitate differentia, quare & in victu diuersas qualitates inuenire oportet, quæ aduersus singula & omnia pugnare possint; Hippocrates autem solum proponit morbum ipsum, vt qui solum de febre agit; ratio tamen postulat, vt etiam addamus causas morborum, & ea symptomata, quæ causæ rationem obtinent, nam ex causis morborum quæ dicitur ob crassitiam, aliæ ob tenuitatem, aliæ ob visciditatem, aliæ ob friabilitatem, aliæ ob calorem, aliæ ob humiditatem, aliæ ob siccitatem, aliæ denique ob alias qualitates ob sunt, quibus contrarius victus adhibendus est, ut expellatur quod in illis est morbosum: sic morborum diuersæ sunt qualitates, contra quas pugnare oportet contrariis qualitatibus alimentorum; Virium lapsus inter symptomata victum exigit, qui ea qualitate sit præditus, qua vires reparari possint; Dolor etiam certa qualitate victus, (vt alia omnia insignia Symptomata quæ curam ad se trahunt) mitigatur. Ex quibus quidem iam licet intelligere, quali victu sit opus, vbi naturales affectus, cum his qui præter naturam sunt, & illi, ijque inter se committuntur: si enim eadem qualitate illi sint præditi, victu erit utendum, qui eiusdem sit qualitatis, vt in puero febre laborante apparet, cuius naturalis temperies & febris qua laborat, & causa febris si contracta fuerit à caliditate, siccitateque humido victu eget, eo enim propria temperies conseruatur, & quæ præter naturam accessit, tollitur. Quod

A si inter se qualitatibus pugnent affectus, ut si febris adest ex crassis humoribus excitata in corpore sicco, si fieri potest, singulis seruendum est, ut cum mitior morbus est, & illius causa, alioqui ei quod magis vrget attendendum, non contemptis interim alijs, nisi aliquando vnus ita excedat, vt totam ad se curam trahat; quemadmodum si per ardentissimam febrem in homine bilioso Syncope incidat, vinum exhibemus, etsi febris ardor, & biliosa natura, frigida postulent; tunc enim sequimur quod à uiribus indicatur, alijs contemptis: idem enim fit in qualitate uictus, quod in quantitate fieri superius ostendimus: nam ut nullus morbus tantus erat, qui uictum omninò impedire posset si labantes vires eum exposcebant, ita nulla morbi qualitas est, quæ impedire possit uictus qualitatem, quam vires profus exigunt; ut autem morbi qualitates impediunt exhiberi talem uictum, qualem indicant quæ secundum naturam sunt in nobis, ita causæ morborum & symptomata sæpè impediunt, ne exhibeamus eum uictum, quem requirunt ipsi morbi, ut apparet in quotidiana febre, quæ cum ex pituita frigidissima, crassa, & viscosa constet, piperis & aliorum aromatum calidorum usum teste Galeno postulat, quandoquidem febris ipsa lauis est, quæ admitti fieri, quod causæ ipsius exigunt, quibus sublatis, febris spontè nullo adhibito refrigerante auxilio recedit; id quod etiã usu uenit in complicatis affectibus, ueluti in hidropo cum febre coniuncta, quia enim mites sunt huiusmodi febres, periculum autem maximum imminet ex plurimo aquoso humore in uentre collecto, ideo contempta propemodum febre, calefacientibus & exsiccantibus maximè utimur: non ergo contrarias quæ reperitur in his quæ contra naturam sunt, falsam ostendit sententiam, quod morbo & febre conueniant contraria, & quod contrariorum contraria sint remedia: nam cum affectus ablatione suarum causarum sæpè tollantur, ita, ut nullo alio præsidio sit opus, sufficit per contraria pugnare aliquando aduersus causas, & ubi contrarij sunt affectus, quorum alter uel maximè urget, aut aliquo modo causæ rationem obtinet, nullum sequitur absurdum, si uno ferè contempto, alterum sequimur; ubi uero affectus & causæ pariter iam inualescunt, aut causæ morborum inter se diuersæ sunt, peculiari aduersus omnia quæ par habent momentum, est pugnandum remedio. Ceterum, illud omittendū non est, quod pertinet ad lectionem horum uerborum Aphorismi: nam quidam Codices Graeci ipsius Hippocratis habent, omnis victus humidus; quam lectionem Galenus in 8. Methodi, & in libro de Optima secta, confirmat; alij uero Codices habent, victus humidus omnibus febricitantibus confert; postrema lectio probabilior uidetur: nam victus humidus omnibus febricitantibus quatenus febricitant competit, non tamen omnis victus humidus, id est omnia quæ vim habent nutriendi & humectandi competere possunt omnibus febricitantibus, quia quædam humiditatem habent ineptam ad febricitantes nutriendos, vel non satis humectant, aut plus quam oportet; si quis tamen intelligat omnem uictum humidum quatenus humectat, conuenire febricitantibus, potest stare etiam alia lectio; Ceterum, etsi per uictum humidum intelligere possumus omnia quæ humectandi vim habent, tamen cum nutriendi rationem hic doceat, cibum & potum, alijs exclusis intelligemus; Præterea, cum humidum intelligi possit vel actu, vel potentia, vel natuo, vel excrementoso humore; uidentur esse, quomodo humidum uictum hic humere oporteat. Sunt qui putent intelligi humidum solum potentia, calorem enim febrilem, acrem, & motu dactem,

dacem, solidius postulare alimentum; quomodo dicit Galenus in libro primo de Alimentis, eos qui acriore calore sunt præditi; bubulam, & suillam carnem, & alia duriora, solidioraque alimenta melius concoquere, quam quæ tenuiora mollioraque sunt; hæc enim aduri, non autem probè concoqui ab ampliore & acriore calore. Verùm hi aberrant; nam febrilis calor qui præter naturam est, concoctricis facultatis robur destruit, propterea, etsi calor instrumentum concoctionis vehemens est, tamen concoctrix ipsa facultas quæ author concoctionis est, debilis reddita est, propterea alimentum postulat, quod facilius pati potest; in sanis vero, cum acriore calore secundum naturam, coniunctum est robur ipsius facultatis, adde quòd humiditas ipsius alimenti resistit vehementiæ caloris febrilis, adeo, vt nequeat uictû potentia humidum adurere, fit ergo melior concoctio in alimento, quod vim habet humectandi liquido quàm solido, per febres, etsi ratione causæ aliter fieri potest, vt in pituitosis febribus fieri videmus: nam iuscula, & liquidiora alimenta deterius coquuntur pane, affatis carnis, & alijs quæ solidiora exhibentur, hæc enim pituitoso & aquoso humori putrescenti sunt remedio, & naturam firman debilitatæ ex tali humore inbibito in ventriculi tunicis, & alijs partibus ubi alimentum conficitur. Ceterum, quæ plurimum habent humoris substantifici, & nativi, illa plurimum quoque nutriunt, & hæc in febribus obsunt, quoniam uictum non præbent tenuem, sed crassum, & propterea concoctionem impediunt; quæ vero parum habent huiusmodi humoris, & aquei excrementosiq; plurimum, præferenda sunt, cuiusmodi sunt lactuca, pruna in aqua cocta, pitifana succus, & aqua hordei, quibus in febribus utimur; Iuscula vero & succus qui à carnis vel expressis, vel affatis effluunt, minus competunt: propterea quod nihil habent medicamento sum, sed purum præbent alimentum, cuius duntaxat est usus, cum vires labuntur aut morbi sunt leuiore, non autem, cum magnis morbis non solum per medicamenta, sed etiam per alimenta & alia uniuersa præsidia mederi volumus; tunc enim in alimento medicinam contineri oportet. Iam vero posteaquam docuimus quamnam alimenta conueniant secundum substantiam, & primas qualitates febribus & morbis, non abs re fuerit idem ostendere in secundis qualitatibus: sunt enim alimèta quedam acida, alia amara, alia salsa, alia dulcia, alia austera. Præterea, quedam arte lixantur, alia torrentur, alia fringuntur, alia præterea liquidiora, alia crassiora parantur & exhibentur; ex his ergo expendere oportet quamnam recipienda, quæ uero reicienda sint, vt autem crassa & viscida, sic acerbæ & austera quæ cum crassitie sunt coniuncta, in febribus perpetuo fugienda, nisi ob aliquod symptoma requirantur, ut ad sudores inutiles compescendos, qui in febribus vires dissoluant, vel ad cohibendam aluum per diarrheas, aut henterias, nam illa difficillimè coquantur, & propterea tardant concoctiones humorum, transpirationem prohibent vaporum, quos febrilis calor excitat, obstructionsque augent & patiunt; acida reiciunt ferè omnes Medici in curatione februm, eo quod Galenus in 18. textu primi de Victu acutorum, inter acida solum oximel permittat venire in usum, propterea illi detestantur mala Arancia dicta, & omnia mala Granata, Limones, Citria mala, & illorum succum, quod scilicet astringant; verùm si Galenum legamus in lib. 4. de Simplicib. & in penultimo cap. quinti, ubi de acido sapore agit, inueniemus huiusmodi saporem aperiendi, incidendique facultatem habere, idque sine calore; quod si dicant illi, prædicta alimenta non solum sapore aci-

A do esse prædita, sed etiam austeritatem aliquam habere adiunctam, ut id negari potest, quando mala Granata plura reperiuntur purè acida, tamen si id etiam concedatur, tantum abest, vt obsit ea leuis astrictio, vt etiam plurimum proficit ad obstructions tollerandas, & internos meatus aperiendos; & est de hac re apud Galenum in 5. de Simplicibus, cap. 11. clara sententia, ubi scribit, ea quæ vim habent aperiendi, felicius munus suum obire, si aliquam coniunctam habent astrictionem, nimirum quod ob eam vim roborant internos meatus, & propellunt acidam aperiendamque facultatem; quod ostendit absinthium, quod quidem fortis exiguos meatus astringit, internos vero abstergit & aperit; nec Galenus eo veretur vt in febribus etiam putridis, etsi illud paucam habet amaritudinem, multam uero astrictionem, vt idem author testatur. Præterea, limones dicti, tantam habent incidendi aperiendique vim, vt etiam calculos renum frangere dicantur, propterea ad renes obstructos illorum succo multi Medici felicissimè vtuntur; quare in biliosis febribus & acutis nihil commodus inuenias acidis, in pituitosis vero quæ requirunt aperiencia cum caliditate, obest acidorum frigiditas; dulcia vt zaccarum, prohibentur etiam à Medicis in febribus, eo quod Galenus scribat ea promptè in bilem verti; verùm ea sententia de omnibus dulcibus intelligi non debet, sed solum de his quæ sunt calida & sicca, cuiusmodi est mel, nam zaccarum quod est calidum & humidum, & plus habet aquosæ & aeræ humiditatis, quam caliditatis, in febribus sitim extinguit, ardorem mitigat, linguæ asperitatem lenit, & propterea bilem generare non potest, errorque est, cum Galenus scribit in lib. de Simplicibus, zaccarum eandem habere facultatem & temperiem cum melle, sed illi ignoscendum est, quod zaccari naturam & usum non satis adhuc nouisset illud seculum. Præterea, etsi dulcia facillè vertuntur in bilem, non tamen obesse possunt in omnibus febribus: nam pituitosæ febres id non habent periculum; nam si amara & salsa & acria vt origanum, serpillum, hisopum, & aromata, nos, & Galenus etiam ipse in libro primo ad Glauconem, adhibemus in quotidiana & quarta nocte, vt verebimur dulcia. Tosta damnantur quoque, præferuntur uero elixa, quod hæc humidiora sint & frigidiora, illa autem calidiora, & sicciora, quæ febribus aduersantur; verùm de his vt de superioribus eadem est ratio: ubi enim indicatio febris plusquam causæ vrget, vel ubi febris & causæ ipsius eandem habent temperiem (vt accidit in biliosis) optima ratione elixa præferenda sunt, alioqui eligenda sunt tosta, vt quæ superfluum humiditatem & frigiditatem emendare sint aptiora; liquidiores sorditiones, etsi facilius coquantur & distribuuntur, quod tenuiores sint, tamen ubi aquosus redundat humor, præstat illas crassiores reddere, & propterea in pituitosis febribus panis incoctus aqua, pitifana & si quid aliud simile exhibetur, obsunt, cum multo aquoso humore sunt diluta. Consumata (vt vocant nonnulli) censent omnino fugienda esse in febribus quoniam qualitatem nitrosam & salinam ob nimiam quam requirunt cocturam recipiant. Sic etiam Distillata vulgo dicta, damnant, nisi coquantur in vase duplici. Qui certe vt superiores reprehendendi sunt, quoniam causæ februm non nunquam magis vrget, quam ipsæ febres: nam pituitosis humoribus frigidis, viscidis, & crassis, plus conferunt, qualitates igneæ quam aqueæ. Quare etiam damnandi sunt qui in omnibus febribus cibos, & potiones calidas actu exhibent: nam vt pituitosæ febres iuuantur actu calidis, ita biliosæ maximè læduntur. Hæc ergo dicta sint de qualitatibus alimenti & uictus; At, cur

humida dixit Hippocrates febricitantibus compete-
re, frigida vero nequaquam: cum enim febris, calor
esse definiatur, & inter simplices affectus & morbos
à Galeno statuatur in libro de differentijs morborum,
ad quid humectantia exhibemus an forte id fit, quod
febris (vt nonnullis placet) igne sit substantiæ, & pro-
pterea non solū calidus, sed etiam sicus sit affectus?
Verum hi aberrant: nam etsi febris suapte natura
siccitatem sibi adiungit, tamen ob calorem perpetuo
actiones lædit, ob siccitatē vero non semper, nec sta-
tim, sed cum progressa, validius corpus exsiccavit;
propterea rectē calidus solum morbus esse dicitur.
An vero humectantia exhibemus in febricitan-
tibus, quod aliquid semper sit in illis exsiccatum
quod eget humectatione, vt spiritus, vel humor,
vel partes solidæ, id denique in quo febris est accen-
sa? At quomodo id fieri potest? sic enim in pituito-
sis febribus humectatione esset opus; an potius id
fit, quod febris etsi calidus solum per se est affectus,
& frigidis penitus tollitur, tamen humectantibus mi-
tigatur, & exsiccantibus accenditur aciorque reddi-
tur, ideo febris quantum in se est, frigida postulat:
quia calidus est morbus; humida vero quia hæc con-
ferunt ad calorem mitigandum & temperandum;
quod si exsiccantia aliquando præferuntur, hoc fit ra-
tione causæ, quæ magis urget quam febris, cuius natu-
ram & indicationem hic expendit author, Prætermi-
sit autem Hippocrates victum frigidum, non quod
perinde non conveniat vt humidus, quippe cum non
nisi frigidis febris tolli possit: sed vel quod de eo
nemo dubitaret; vel quod instituto ita accomodari non
possit: nam quoniam frigidus status corporis, natu-
ræ nostræ inimicus est, an mutandus an conseruan-
dus victus qualitate esset, non ita patebat; humidum
autem quale præsertim est in pueris, vt potè naturæ
nostræ familiare simili victus qualitate conseruan-
dum esse, omnes concedunt; Quare cum ex victu
humido ostendere posset, qualē victum, & morbus &
propria temperies corporis exigeret, ideo eam quali-
tatem præ omnibus elegit.

Et alijs qui tali victu uti consueverunt.

Non solum humidum victū naturæ tempera-
turæ humidæ, sed etiam acquisitiuæ ex lon-
ga cōiuetudine conuenire vult, transeunt
enim in naturam quæ longa consuetudine sunt par-
ta, adeo, vt non minus quam ea quæ verè natia sunt,
conseruari debeant si modo bona fuerint, alioqui mu-
tanda sunt, sed de consuetudine in sequenti Aphor-
ismo diligentius agemus.

APHORISMVS XVII.

*Et quibus semel, aut bis, & quibus plura,
vel pauciora particulatim oporteat asserre. con-
siderandum condonandum autem aliquid tem-
pori, ætati, & consuetudini.*

Distat quæ de genere victus, quantita-
te, & qualitate egit Hippocr. de mo-
do eū nunc agere optimè credunt om-
nes interpretes, malè tamen quidam
intelligunt, sub modo, victus præpara-
tionis exhibitionisque rationem, quam vulgus etiam
modum exhibendi condiendique alimentum, vocat;
præcedit enim hæc ratio qualitatem, in ea quæ suppo-
nuntur: ob diuersam siquidem præparationem, & con-

Adituram, diuersa qualitas in alimento paratur; Galē-
nus eum modum putat docere, qui spectat, nun-
quid semel an sæpius qualibet die vel nocte cibum ex-
hibere oporteat; At non solum qui hæc considerat
modum docet, sed qui etiam ostendit, an plus vna vice
quam alia, vel minus exhibendum sit, quod Hip-
pocrates satis ostendit cum scribit considerandum
esse, an plura, vel pauciora, particulatim singulis vi-
cibus sint exhibenda. Quoniam vero victus modus
omnibus communis doceri potest, tum sanis, tum
ægris, vel peculiariter in sanis aut ægris, Galenus de
febricitantibus Aphorismum hunc ab Hippocrate
seriptum putat, cum sanorum victum antea, (vt in-
quit) ostenderit. Cuius opinio non placet: Primo,
quod author febris aut alterius morbi nullam men-
tionem faciat, sed dicat. Quibus semel &c. quasi hic

BAphorismus communis sit omnibus, qui victu uti
debent. Deinde, cum generales sint prius explicati
scopi, qui genus, quantitatem, & qualitatem victus
docent, tractatio omnino imperfecta esset, nisi com-
munis quoque esset omnibus scopus, qui modum vi-
ctus explicat. Præterea, in superioribus Aphorismis
non magis de victu sanorum quam ægrotantium egit;
quod si de victu sanorum prius actum fuisse,
eum solum de genere, de quantitate, & qualitate præ-
cepta tradiderit, exigit vtique ratio, ut doceat modum
etiam quo sani uti debent. Postremo, cum author &
ille etiam ex virium consideratione, ætatis consuetu-
dinis, & temporis, victus modum doceat, hæc autē
quatenus naturalem statum ostendunt, ad hanc in-
tentionem conferant, constat pariter in his quæ se-
cundum naturam habent, modum victus etiam do-
ceti, præsertim, cum morbi nullam mentionem fa-
ciat, sed illorum solum quæ secundum naturam sunt;
quam ob rem ego existimo Hippocratem victus mo-
dum hic docere non in ægrotis solum, sed in omni-
bus qui victu uti debent; quod etiam ipse Galen. in
initio Comment. asserit, etsi postea ad solas febres
nulla ratione Aphorismum contrahat; Adde, quod
sequenti Aphorismo idem testatur, cum scribit accipi
indicationem à tempore anni, tum ad quantitatem,

Ctum ad modum victus ab Hippocrate; quare, cum
hic de modo victus agat, & à tempore anni sumat
indicationem, constat & de modo generaliter agi.
Quæ ratione intelligere possimus quomodo victus
exhibendus sit, considerandum esse scribit Hippocr.
at, ex quibus fieri consideratio possit, non explicat;
forte, quod res longior esset quam vt Aphoristica bre-
uitate doceri posset: vel, quod notum ex superioribus
Aphor. putaret, in quibus de quantitate egit. Gal. ne-
ro primo à viribus & morbis; deinde ab ætate, anni
tpe, consuetudine, & ceteris hmoi, indicationes sumi
scribit; postea vero in tractatione ipsa à quantitate vi-
riū, & à certis quibusdā morbis, qui ex humorū vitio
consistunt, indicationes capit. Verum neque à viri-
bus, neque virium quantitate in primis indicatio sumi
potest ad modum victus instituentum: nam vt
vires simpliciter sumptæ victum simpliciter indicat
ita virium differentia, quæ in modo sumitur, victus
differentiam quæ in modo constituitur indicare de-
bet; Vt enim genus ad genus, ita differentia ad dif-
ferentiam, non autem genus ad differentiam referri
debet, per principium quo vitur ille in lib. de opti-
ma secta quod est, si quid sine differentia sumptum
aliquid indicat, si illud differentias suas assumat, al-
terius differentias indicabit, & per conuersionē hu-
ius principij sit, si alicuius differentia indicatur, ab
alterius differentia indicabitur. Non ergo à genere
differentia indicari potest, nec etiam differentia quæ
in quantitate virium sumitur, differentiam quæ in
modo victus ponitur, indicare potest, siquidem eius
quod

Distat quæ de genere victus, quantita-
te, & qualitate egit Hippocr. de mo-
do eū nunc agere optimè credunt om-
nes interpretes, malè tamen quidam
intelligunt, sub modo, victus præpara-
tionis exhibitionisque rationem, quam vulgus etiam
modum exhibendi condiendique alimentum, vocat;
præcedit enim hæc ratio qualitatem, in ea quæ suppo-
nuntur: ob diuersam siquidem præparationem, & con-

Et enim genus ad genus, ita differentia ad dif-
ferentiam, non autem genus ad differentiam referri
debet, per principium quo vitur ille in lib. de opti-
ma secta quod est, si quid sine differentia sumptum
aliquid indicat, si illud differentias suas assumat, al-
terius differentias indicabit, & per conuersionē hu-
ius principij sit, si alicuius differentia indicatur, ab
alterius differentia indicabitur. Non ergo à genere
differentia indicari potest, nec etiam differentia quæ
in quantitate virium sumitur, differentiam quæ in
modo victus ponitur, indicare potest, siquidem eius
quod

quod indicat differentia, eius quod indicatur differentia respondere debet; Præterea, anni tempus, consuetudo, ætas, nihil indicat, sed coincidunt; At verò multo minus conuenit morbos illos quos enumerat ad indicationem modi victus assumere, quandoquidè nullus morbus victum indicat, sed remedium; vt in libro de sectis, est enim victus quod statum corporis conferuat, mutata autem remedium. Quod si concedamus victum indicari à morbo, fiet vt quâto maior morbus fuerit, tanto pleniore victu vtendum sit, quod repugnat prioribus Aphorismis, in quibus tantum de victu esse detrahendum quanto morbus maior exiterit, ostensum est; Quod si ex nutrimento remedium inueniat morbus, non id fit, quatenus est nutrimentum, & victus, sed per accidens, quatenus scilicet contingit victum aliquibus remedium esse. Præterea, ad generalem scopum explicandum generales morbi differentias, non autem peculiare quosdam morbos assumpserit, sed an magni essent, an parui morbi spectabat, in qua differentia omnes morbi continebantur, eo quod omnis morbus vel magnus, vel paruus, plus vel minus exiit; Ita differentia quæ à morbo sumitur, ad modum victus moderandum, omnibus morbis communis esse debet; Nam cum victus modum solum doceat in morbis, qui ex defectu vel corruptione, vel abundantia humorum fiunt, nulla ratio in alijs nobis relinquitur, nempe in illis qui ex sola intemperie, vel solutione cõtinui, vel partibus organicis contrahuntur, qua intelligere possimus quo victus modo vtendum sit; Postremò damnatur eius tractatio quod cum à viribus, & morbo modum victus sumi dicat, seorsim non expenderit, quid vires, quidve morbi illi postulent, quemadmodum enim antea cum de quantitate, & qualitate ageret, docuit quid quantitas morbi, quid vinum quantitas, quid qualitas vtriusque indicaret. Deinde quantitate virium cum quantitate morbi, & qualitate cum qualitate coniuncta, victus quantitatem, & qualitatem meriebatur; ita hoc loco quid vnum quodque separatim postulet, in primis docendum. Quod si id fiat, error manifestè apparebit, qui ex compositione virium cum morbis illis imperitis tegitur; nam cum ille vires validas, & debiles coniungat cum morbis ex defectu, corruptione & abundantia humorum oborti, si iam vires à morbis separentur, valide vires plurimum victum indicabunt, debiles paucum, ita quantitatem non modum victus indicabunt, quod querimus; eodem modo morbus ex defectu, abundantia, ex corruptione, temperationem, ex abundantia defectum. Hæc autem non victum indicant, tanto minus ergo & modum victus; Quod si tractatio bona esset, simplicia per se modum indicarent, vt quantitas virium quantitatem victus nulla morbi facta mitione, & morbi magnitudo victus tenuitatem suadebat suapte natura; Cum his itaq; difficultatibus implicata sit Galeni interpretatio, neq; ex illa vnquam quis modum victus inuenire possit in omnibus, nec in his etiam paucis de quibus ipse agit, ratio alia inuenienda est, quæ quod querimus doceat. Peretur autem ea ex generali Methodo, & positis principijs, quibus hætenus ad alios scopos inuestigandos vsi sumus; Est autem huiusmodi principium toties iam repetitum ex libro de optima secta, si quid sine differentia sumptum, aliquid indicat, si illud differentias suas assumat, alterius differentias indicabit: Itaque cum vires victum indicent, & quantitas virium, quantitate victus, & qualitas, qualitas, modus etiam illarum, victus modum necessario indicabit, Ergo, vt valide vires multam victus quantitatem indicabant, debiles paruum, medioeres medioerem, sic quæ eo modo sunt affectæ, vt cibum semel solum confi-

A cere possint, semel tantum victum exhibendum indicant; quæ sæpius cibandum sæpius, ostendunt; quo tempore validiores, eo plus alendum; quo debiliores, parcius, quo medioeres, medioeriter; sunt autem sæpius cibandi, quorum vires citò dissoluntur; rarius quibus tardius; multo semper egent nutrimento qui vires validas ad concoquendum suapte natura habent; multa verò, & frequenti nutritione egent quibus citò fit dissolutio, & concoctio valida est. At verò, quemadmodum quantitatem virium ex ætate, anni tempore, consuetudine, & cæteris coincidentibus sumebamus: sic quoniam vires diuerso modo afficiuntur, & diuersis ætates, anni tempora diuersa, diuersos corporis habitus, & consuetudines viuendi discrepantes, & cætera huiusmodi quæ corporis nostri statum vel mutant, aut illius mutationes ostendunt, quæ ob id victum coincidere dicuntur, merito ob diuersam illorum naturam, diuersumque modum, vt virium modus variatur, sic & victus modus mutatur; Et enim, iuuenes semel aut bis tantum quotidie edunt, quoniam eo modo illorum vires sunt affectæ, vt sæpius nutrimentum conficere non possint, sufficiatq; ad virium conseruationem, restitutionemq; defluxæ substantiæ, quod illis viribus corpori adijciunt; Decrepitis, vt vires debiles sunt, & paucum nutrimentum exhibemus, ita illud in plures vices partitur, quoniam vna vice non possunt aut duobus tantum cibi conficere, quantum necessarium est ad virium conseruationem; pueris autem multum, & plurimum, & sæpe exhibemus, quoniam vires coctiores validissimæ sunt, plurimumq; substantiæ ab illorum corpore, & statim dissoluntur, quæ crebra, & multa restitutione, qua vires conseruentur, eget. Eodem modo qui biliosa sunt natura, quæ ob acriorem calorem cito digerunt, crebriore, sed parciore nutritione egent cum ad coquendum plurimum, non multum valeant; Qui verò sanguine abundant, contra ratione, sed ampliore nutritione egent: tardius enim digerunt illorum corpora, sed ad concoquendum plurimum alimentum vires validissimas habent: siquidem concoctio calida, & humida fit; Melancholici uero, & patæca, & rara restauratione opus habent, cum & paulatim, & parue fiant in illis dissolutiones, ad coquendumque inepti sint: omnium autem parcissimum, & rarissimum victum pituitosi desiderant, ut quibus calor deest & humor abundat in corpore. Eodem modo per corporis habitus, & differentias, victus modus instituitur; crebriore siquidem egent nutritione rariora corpora; rariore densiora, & compacta carne prædita; citius enim illa, hæc tardius digerunt. Eodem modo uesperti plus aliquibus edendum est, quàm mane; quoniam eo tempore plus concoqui potest; tum quod calor circa uentrem ob somnum, & nocturnam frigiditatem colligatur; tum quod longius intercedat interuallum inter cenam, & prandium, quàm inter prandium & cenam. Item, quo tempore quis plus edere cõsueuit, plus ingerendum, quo sit, ut quidam manè liberalius prandere, quam uesperti cenare debeant, qui uel ita consueuerunt, uel inter diu dormiunt in otio; uigilant, spiritusq; studijs & labore conficiunt, quibus cæna ubertiore nihil deterius esse potest; A ætate sæpius, H yeme rarius; quo tempore, etiam corpus sese exercuit plus edendum est, si per exercitationem calor auctus fuerit, minus si dissolutus ob immoderatam exercitationem, & deniq; pro uirium modo per omnes corporis mutationes uariato, victus modus uariandus instituendusque est. Iam uero ut victus quantitatem, uirium quantitas indicabat, contra indicabat autem morbi quantitas, sic & modus uirium, modum uictus indicat, modus morbi modum

modū uictus contra indicabit; Ergo ut magnus morbus prohibebat magnam uictus quantitatem exhiberi, concedebat autem paruus morbus; & mediocrem quantitatem mediocri morbus admittebat, eodem modo si sæpius maior reddatur rarius cibandum ostendet; si rarius, sæpius, & quo tempore maior est, uel expectatur fore, eo tempore minus exhibendum, plus uerò quo minor existit. Ac etiam cum longius durat, rarius cibandum suadet, si parum, frequentius docet & id quidem usus medendi, parcius enim, rariusq; eos alimus morbo laborantes, in quibus sæpius uehementiusq; morbus exacerbatur, & quo die, aut diei parte accessio maior fit, minus hominem nutrimus, quemadmodum rarius parciusq; cibamus eos, qui longiore accessione affliguntur, contrarium autem facimus in his, qui contrario modo afficiuntur; Quinetiam quemadmodum in quantitate, & qualitate uictus dicebamus fieri, ut ille non solum uires naturalemq; statum conseruet, sed etiam morbum curaret, fieretq; affectui præter naturam idem remedium, quod uiribus esset uictus, ita in huiusmodi morbis modus uiuendi exigitur. Sunt porro morbi qui uictu iuuantur, qui ex humoribus auctis, uel deficientibus, uel corruptis consistunt, aut exasperantur, exuperantes etenim humores parciore uictu decrescunt, qui deficiunt nutrimenti copia augentur: sic sanè corrupti boni nutrimenti affluxu regnuntur. Nec uerò aduersus id facit, quod scribit Hippocrates, impura corpora tanto magis lædi, quanto magis nutriuntur: aliud enim est corpus impurum, aliud quod corruptis humoribus scaturit, siquidem hoc sanguinem corruptum habet, illud autem impurum est, quod uitiosos humores habet in uentriculo, quod quanto plus nutries, tanto magis lædes; cotrumpitur enim in uentriculo alimentum, quod postea ad hepar delatum, sanguinem uitiat, in eo uero qui corruptum uitiatumq; sanguinem habet, non par est ratio, si. n. benè in uentriculo cibi concocti fuerint, uitiosos humores qui in corpore continentur, temperabunt, & mixtione sua meliores reddent. Quantum laborent neoterici in locis his conciliandis, unicuique facilè est uidere, & quam absurdam fingant conciliationem, cum nostra interpretatio nature rei consentiat & Galeni interpretationi, omniaque absurda fugiat. Qua uero ratione uictus modum in his morbis inueniat Galenus, operæ precium est uidere, diuidit enim Primo uires in validas, & debiles, easque coniungit cum singulis humorum uitijs; Deinde, quomodo uictus instituendus sit in singulis coniugationibus docet, atque hæc tradit: Si uires laborantis debiles fuerint cum humorum incorruptione, uel defectu, parum alimenti sæpius his est exhibendum; quod si uires debiles fuerint cum humorum mediocri aut excedente copia, his raro, & pauca danda sunt; at si cum uirium robore humores superabundauerint, his pariter conuenit paucum & raro exhibitum nutrimentum; quod si cum humorum defectu uel corruptione ualida uires statuuntur, plurimum & sæpius huiusmodi corpora nutrimus, siquidem permittant accessiones, alioqui raro & plura exhibebimus. Quæ tractatio multiplici distinctione eget: nam si antea in uictu instituendo dixit solum sumi indicationes à morbi temporibus, & accessionibus, & à uiribus, cur hic uariat uictum ob humorum defectum, corruptionem, & abundantiam, hæc enim non continentur in illis, sed longè sunt diuersa, quare tractatio tota damnanda est, quia mala posuit principia. Deinde, cur mentionem non facit temporum morborum, & accessionum, hæc enim modum uictus etiam uariant, cum sæpius aut rarius, & minus aut plus una uice quam alia, illa osten-

A dant esse cibandos egros: Ad hæc, cum abundantia, corruptio, & diminutio humorum per magis & minus variari possint, multitudinem quoque nutrimenti mutari necesse est. Præterea cum uictum hoc loco sumamus quatenus remedium est, & uires etiã conseruat, multumq; intelligere possimus, uel quod uires excedat, uel propriam solitamque mediocritatem, uel eam quæ homini temperato debetur, uel affectum qui emendandus est, erat in primis explicandum, quomodo multum aut paucum nutrimentum intelligeret; Quinetiam, cum uires ualida intelligi possint, uel quod absolute ualida sint; uel quod dispositionem uincere possint, superioresque ea sint: eodem modo debiles intelligi possint, uel quod morbo debiliores, uel suapte natura tales, ut in senibus, uel solito debiliores, ut in conualescentibus, & mediocres uel respectu affectus, uel pro sua natura, explicandum erat, quoniam modo ualidas, aut debiles, uel mediocres intelligi uelit; uariant enim hæc uictus quantitatem. Quinetiam, cum ait sæpius esse exhibendum cibum ubi uires imbecilles cum defectu, aut corruptione humorum coniunguntur, quoniam dispositio multis eget, dubium relinquunt, quoniam modo ubi uires debiles statuuntur, multum nutrimenti confici possit, ubi enim debiles certo modo statuuntur, ut in senibus, etsi in plures uices cibum partiamur, tamen quicquid ex illis colligetur, paucum semper erit, siquidem uires ita debiles paucum cibum & nunquam multum conficere possunt, ut Hippocrates antea dixit, senes paucis alimentis egere. Præterea, & illud distinctione eget, quod scribit raro & parum eos esse nutriendos quibus uires debiles sunt cum humorum copia, si enim uires perinde debiles sint, ut morbo succumbant, si non multum alimentum damus, certè cogimur sæpius exhibere, & tantum planè, quantum contempta dispositione conficere illæ possunt: trahunt enim ad se omnem curam, quemadmodum morbus ipse ex multitudine, ubi uires ualida subsunt. Ac, ut alia multa omittam quæ dici in hac re possent, paucis Methodū docere conabor, qua possit unusquisque quod uult in hac re inuenire. Igitur, quid simplicia Primo per se exigant tradendū; Deinde, quid inter se coniuncta. Et si, si placeat primum uitium in humoribus, corruptio, uel defectus, copia necessario nutrimenti hic requiritur maior aut minor, pro uitio humorum: etenim, ubi deficiunt humores, tantum nutrimenti apponi necesse est, quantum ad incrementum humorum & nutritionem corpori sufficiat; idem faciendum ubi cotrupti sunt, regigni siquidem oportet bonos humores, & simul corpus ali, quod nequit nutrimentum præstare, quod naturalem solitamque mediocritatem non excedit: sic enim multum nutrimentum par est sumere in hac tractatione, non quod uires excedit, cum ea copia semper euitanda sit, sed uel multitudinem quæ temperato homini debetur, uel naturalem solitamq; sibi mediocritatem exuperet; at si humor exuperet, paucum est opus nutrimento, uel etiam inedia, ubi magnus est excessus. Iam uero, si uires ualida absolute statuuntur, ut in pueris, multo nutrimento opus est; neque enim quod validum est, aliter quam à valido copiosoque nutrimento conseruari aut augeri potest; quod si ualida dicantur quod morbo sint ualidiores: non simpliciter multo uictu egent, sed tanto sanè, quantum præter morbum conficere possunt: quo casu, nunc multum, nunc paucum, alias etiam mediocre fuerit. Debiles uero suapte natura, ut in senibus, paucum nutrimento semper egent, cum augeri nequeant à uictu, quippè, cum ad eum terminum peruenerint, ad quem peruenire possunt. Si uero uel morbo, uel solito debiliores, ut in conualescentibus

bus fuerint, cum augeri debeant, et si planè in omnibus non copioso, pluri tamen alimento opus est, nõ tantum tamen esse oportet, vt vires excedat quod exhibetur. At, quomodo quæso vires augentur, si plus non exhibetur, quam conficere illæ possint? videtur enim rationi consonum, vt in eodem statu persistere debeant; An id fit, quod substantia gignitur (sanguis scilicet & spiritus) qua tēperies corporis melior redditur, ex qua deinde vis concoctrix validior, continuo resultat, alioqui reddi ratio nequit, cur conualescentes debilitati ex morbo, vires pristinas recuperare valeant, & in ægrotis vires augeantur ex nutrimento. Iam inter se complicatis virium diuersa conditio ne cum humorum vitijs singulis, intelligemus quanto uictu sit opus: si enim pari concordia eandem quantitatem postulent, res facillima enadit, sequimur enim quod utrumque indicat, si minus, utriusque quantum licet seruiendum, aut nonnunquam etiam altero penitus contempto, sequendum quod maxime urget, estque nunc humorum vitium ubi vires ualidæ sunt, nunc vires ipsæ, ubi adeo prostratæ adsunt, ut totam curam ad se trahant; Quod ex tractatione ipsa ad hunc modum patebit. Itaque, si vires simpliciter ualidas cum humorum abundantia coniungi ponamus, si quidem urgeat maxime abundantia, paucum nutrimentum exhibebimus, aut nihil etiam nutrimus, sequentes tunc quod copia humoris exigit: si minus, mediocriter etiam alere licet, cum enim vires ualidæ statuuntur, multumque cibi conficere ualeant, cum omnino illæ non occupentur in mediocri copia nutrimenti, facile una etiam paruos excessus in humore uincunt; quod si ualidæ statuuntur quod ualidiores sint dispositione, pro excessu illarum multum, uel paucum nutrimentum, uel mediocrem etiã quantitatem exhibere licebit; At, si vires ualidæ simpliciter cum corruptione uel defectu humoris ponantur, multo omnino est opus, cum & vires & dispositio id exigat; At, si debiles statuuntur suapte natura cum abundantia, paucum omnino est opus; Ita utroque exigente nimirum uirium debilitate & humorum copia; quod si debilitas cum defectu iungatur & corruptione, paucum cogimur exhibere, et si multum dispositio exigat, quoniam vires illud conficere nequeant; Iam si vires debiliores dispositione ponantur, si quidem ex multitudine oppressæ debilitentur, paucum dandum, aut nihil etiam: interim enim, cum externo cibo destituuntur, humorum excessus uincunt; quod si ob intemperiem, uel dolorem, aut aliam causam imbecillæ redditæ fuerint vires cum defectu uel corruptione, paucum etiam est exhibendum: quoniam multum non possunt vires debiles conficere; plus tamen quam in alijs, cum horum vires augeri queant; Ad proportionem de mediocribus uiribus res intelligi potest, ne singula prosequi cogamur, sufficiant enim prædicta exempli causa ad omnes complicationes quæ hoc loco fiunt, intelligendas, ac interim cibandi modum non docuimus sed quantitatem solum; quod si Galenus colligit ex illis complicationibus modum etiam uictus, id nulla ratione facit, ubi enim vires sunt ualidæ, plurimo cibo esse opus, aptè colligitur: sæpius autem esse exhibendum, aut plus una uice quam alia dandum nequam: cum id non ualidæ vires, sed quæ sæpius & vna uice quam alia validiores esse possunt, ostendat. Eodem modo debiles vires, paucum nutrimento esse opus indicant, non quod sæpius exhibendum sit, & corruptio copiam necessariam ostendit: crebram autem nutritionem minimè; intelligetur autem id, ut alia, ex proprijs principijs sumpta differentia in modo, tum in uiribus, tum in humorum vitijs. Ergo, si vires non solum ualidæ sint, sed etiam sæpius ad

A conficiendum nutrimentum sint idoneæ, & defectus uel corruptio sæpius affligit, uel longiore tempore duret, sæpius alere oportet, & quo tempore ualidiora hæc sunt, plus alendum, parcius autem & rarius nutrimus, quo sæpius multitudo humorum cum uirium robore infestat: & quo tempore maior multitudo est, minus nutriendum, quemadmodum rarius parciusque cibum exhibemus, si longiore tempore duret: idem enim fit in hac complicatione, quod in morbis magnis cum uirium robore coniunctis. Porro, si vires debiles quidem sint, eoque modo affectæ ut sæpè etiam cibum concoquere nequeant cum defectu humorum uel corruptione, paucum & raro exhibendum est nutrimentum, desperataque ob id horum cura est, ut tabes, hæctica, lepra in senibus; B quod si debiles quidem sint, sæpè tamen cibum concoquere ualeant, ut in conualescentibus, sæpius alere licet. Atque hæc satis de uictus modo dicta sint. Ex quibus intelligere poterimus quæ ad interpretationem Aphorismi pertinent; quibus enim semel, aut bis, aut plura uel pauciora singulis uicibus sint exhibenda, intelligemus ex modo uirium tanquam indicante, & ex modo morbi, & causæ morbi, tanquam contraindicantibus, si modo hæc exasperentur uictu, quod si ex his fuerint quæ ex uictu remedium inueniunt, uirium, & morbi, & causæ morbi modus, uictus modum indicabunt.

Condonandum autem aliquid tempori, ætati, & consuetudini.

Ostendimus uirium modum indicare modum uictus, ac uirium modum ex temperamento & calido nativo, hæc uero ex anni tempore, ætate, & consuetudine, sexu, habitu, corporis, regione, cæli statu, animi moribus, & cæteris coinducantibus dignoscemus; tamen Hippocrates duntaxat temporis, ætatis, & consuetudinis mentionem faciat, ex quibus relinquit addenda superius enumerata, & quæ sunt eiusdem facultatis; rectè ergo scribit Hippocrates, esse dandum aliquid his, quoniam ea sunt quæ uires diuerso modo afficiunt; ac de alijs quidem locus non exigit ut sigillatim agamus, cum author illorum mentionem non faciat, & nos quantum nostrum institutum exigit, obiter initio huius Aphorismi de illis egerimus. Quid autem consuetudini sit dandum, quoniam id non satis exprimitur ab authore, & quænam sit consuetudinis uis, de qua re uaria circumferuntur, operæ precium esse duco ut doceamus: sed prius ostendamus, cur cum ad quantitatem uictus, & ad genus conferat consuetudo, illius tamen non meminerit cum de illis ageret. Porro, consuetudinem, temperamentum ostendere, & nouam facere naturam siue temperiem, notissimum est, quare ad omnes scopos de uictu inueniendos conferre eam quatenus temperamentum, uiresque, mutat, concedunt omnes; uerum, quod illius non meminerit cum de quantitate & alijs scopis ageret, hic autem præcipuam mentionem faciat, hæc reddi ratio potest, quod alios scopos uariare nequeat, nisi quatenus temperamentum mutat, modum autem in simili etiam temperamento uariet: multos enim uicibus simili temperamento, quantum sensibus & ratione deprehendere licet, præditos, qui ob id idem uiuendi genus, eandem quantitatem, & qualitatem exigunt, modo tamen differunt ob diuersam consuetudinem, quæ diuersam quandam naturam, quæ satis exprimi nequit, uel potius habitum patit, cum alij semel tantum edere consueuerunt, & offendantur si sæpius cogantur cibum ingerere, alij uero in plures uices

nices cibum dividere soliti, si in pauciores retrahere velint, offenduntur; quod in Gallis multis usu venire conspexi, qui prandere non poterant, nisi antea ientaculum sumpsissent, ita malè cenabant, nisi merendam (vt aiunt) prius fecissent, propterea quod ita cibari essent soliti; ita natura offenditur retento etiã suo temperamento nisi solitis rebus utatur. Quantũ possit consuetudo in nobis, etiam docet Hippocr. cũ scribit in Aphorismis imbecilla suapte natura corpora ad labores perfectos multo aptiora esse validioribus, si modo illa consueverint labores eos perferre, alia vero minime. Quinetiam, venena longo usu familiaris & inocua reddi Mithridates Rex Ponti docuit, & experientia sæpè comprobauit. Addo, quod Galenus malarum rerum consuetudinem in senibus retinendam esse scribat in quinto libro de Sanitate tuenda, cum natura ab illis minus offendatur, quàm à bonis non consuetis; nec vero in sanis solum maximam vim habet consuetudo, sed etiam in agris, vt Hippocr. in 2. lib. de victu acutorum, & Galenus passim in Methodo medendi testantur. Verũ quid, quantumque consuetudini sit dandum, inter omnes non conuenit; etenim, Galenus in Commentario, neque totum, neque magnum aliquid consuetudini in victu tribuendum esse scribit, non tamen explicat quantum illud sit quod illi concedendum est: nam aliquando multum illi tribuere videtur, ut cum in diarijs febribus his qui uti consueverunt, vinum exhiberi iubeat, nec mutandum esse consuetudinem etiam si morbis aquæ potionem quantum in se est, desideret; sanè si naturam rei consulamus, in bene valentibus corporibus consuetudini plurimum est dandum, & plus etiam quàm natiuo temperamento, cum spectare debeamus quod ex consuetudine partum præsens est, non quod amplius non adest semel à natura concessum; sic etiam in leuioribus morbis qui quibuscumque remedijs cedunt retento etiam solitarum rerũ usu consuetudini multum est tribuendum; quod si grauior affectus sit, tantum illi concedendum est, quantum affectus permittit, id quod experientia docet, si quidem in inflammatione lateris, aut alio graui morbo correptos, vini potione, catne, exercitatione, ceterisque rebus quas per sanitatem illi gerere consueuerunt, priuamus, tẽpus quoque cibationis, si morbi ita exigit, mutamus: & deniq; nihil retinemus, quod consuetum fuerit, in quibusdam aliquid, nempe genus, vel qualitatem, vel tempus nutritionis, vel aliud quidpiam consuetum retinemus, illud scilicet, quod morbus permittit. Quam ob rem reprehendendi sunt qui vbi grauiora vrgent mala, consuetudinem extollunt, & pro illius ratione curationem, variandam putant; seruanda autem per morbos vbi licet, semper consuetudo est, sicut temperies quæ secundum naturam est, corrigenda non est, quo tempore morbo corpus affligitur: seruanda etiam est semper in senibus, dum valent, quoniam durior iam est illorum natura, & ad nouas impressiones suscipiendas inepti; in alijs autem, si quidem mala sit, in meliorem mutare vtile est, & non solum quidem bonis rebus, sed malis etiam assuescere debemus, vt omnia vel multa nobis familiaria vario usu reddamus sic enim minus offendemur, si amica multa habuerimus, pauca autem quæ obesse possint. Mutandam autem esse consuetudinem non solum paulatim, sed in ipsa mutatione sæpius quiescendum Galenus scribit in libro sexto de morbis vulgaribus, textu 25. 2. Commentarij, & idem Hippocrates docet in libro de victu acutorum, id quod distinctione videtur opus habere: subito enim per vehementiores morbos consuetudinem mutamus, & molliora corpora facile sustinent repentinas mutationes, alioqui multis, af-

A suefcere illa non possent, si paulatim singula assequerentur; seniora vero & duriora corpora si fortè cogantur consueta relinquere, nequeunt alia subito confecti qui; accidit enim illis quod lignis durioribus, quæ se cti non possunt, aut non nisi sensim. Atque hæc de consuetudine satis, quando quidem adhuc de ea sequenti libro dicere cogemur forte quam hic diligentius.

APHORISMVM XVIII.

*Æstate & Autumno cibos difficillimè
ferunt, Hyeme facillimè secundum
locum Ver habet.*



Xistimarunt nonnulli frustra repetitum esse Aphorismum de temporibus anni, cum superius quid illa ad victum instituendum conferant, iam docuisset author, quos merito refellit Galenus, quod diuersa ratione id factum sit: superius enim anni temporum mentionem factam, quatenus ad quantitatem victus inueniendam conferunt, hic autem de eiusdem agi, quatenus ad victus modum faciunt, tum, quod illic de sanorum, hic autem de febricitantium victu agat; id quod non placet, Primo, quod in illo Aphorismo sanorum aut agrorum non meminerit, nec in hoc febricitantium mentionem aliquam faciat; Deinde, quod præter institutum authoris id dicitur: neque enim ille docere instituit viuendi rationem in solis febribus, sed etiam in alijs morbis, quod ostendit, cum genus & quantitatem communem omnibus antea docuerit; quod si demus eum docuisse quo victu uti debeant sani, desideratur tamen modus non minus in sanis quam in agris, de quo nusquam antea pertacta sunt; Quinetiam cum ostendat in Commentario posse accommodari Aphorismum non solum febricitantibus, sed etiam sanis, dicatque in sanis & agris indicationem quandam capi ad modum victus, ab anni tempore, cur est quod ad febres solas rem velit contrahere? conuinciturque etiam ex libro de salubri victu, vbi Aphorismum hunc citat, concedere de sanis etiam hunc scriptum esse: quorsum enim quæso vbi de sanorum victu agitur, Aphorismum hunc adduceret, nisi de sanis etiam scriptus esset? At si demus de febribus agi, quemadmodum & in fine Commentarij & ex superioris Aphorismi interpretatione apud eum patet, vbi quid anni tempore sit exhibendum, expendit, qui locus ad interpretationem huius pertinet, fiet profecto, vt in interpretatio Aphorismo repugnet; etenim, Hippocrates Ver secundum locum post Hyemem habere scribit; At, cum Galenus scribat Vere parum & raro edendum, Autumno multum & sæpè, vltimum locum Veri, primum Autumno tribuit, facillimè enim fertur cibis eo tempore quo natura multum & sæpè concoquere potest, difficillimè autem, quo tempore & parum, & raro exhibitum sufficit, & cum Hyeme multum, sed raro exhiberi velit, Autumno vero multum & sæpè, secundum locum Hyemi tribuet, primum Autumno; Ad hæc, si spectemus febres quæ in tempore sunt, non temporis naturam, per se falsum erit quod Hyeme multum sit dandum; vbi enim lethargus adsit, vel alia cum plenitudine & pituitoso humore febris, vel alij morbi, paucum omnino dandum est. Ac mirum profecto est quod cum dicat spectandam esse in Æstate temporis rationem, postea in Vere, non quid Ver indicet, sed quid febris in Vere possit, expendat, dicatque paucum &

zaro esse exhibendum: si enim febrem spectemus quæ in Aestate fit, multo minus quam Vere nutriti oportebit; siquidem vehementiores febres Aestivæ, quam Vernales sunt, & pro morbi vehementia cibus minuendus. At vero, si Hyeme multum dandum est, ut scribit, quia vires validæ, etiam si parva fit euacuatio, eorum in Vere ob virtutis robur multum nõ dabit, etiam si plethorica est dispositio. Quin etiam, si de febricitantibus agat, falsum est multum esse nutrimenti Hyeme exhibendum, eo quod vires eo tempore sint validæ, ubi enim vires validæ sũt præfente morbo, parcius alinius, cum liceat omnino per vires, remedijs morbum oppugnare, nec aliquid sit quod uberius nos alere cogat, siquidem validæ vires, paucio nutrimento contentæ sunt, donec morbus curatus fuerit. Nec vero in Autumno febricitantes multa & crebra egent nutritione: si enim febris vehementis sit in morbosa causa vincenda, non in cibo conficiendo naturam occupari oportet; Quod si cibus nulla mutatione egere, utique plurima illius quantitas ad corruptionem emendandam utilis esset: at cum à calore mutari debeat, tantum solum exhiberi potest quantum confici potest; At, cum nativus calor etiam in sanis Autumno exiguus sit, & squalidus, tanto minus in febricitantibus multum sepeque alimentum concoquere poterit; Quam ob rem, tantum abest ut corruptio à cibi copia crebraque nutritione corrigitur, ut etiam magis exasperetur, additione male elaborati ob copiam nutrimenti.

Atqui nec illud recipiendum est quod scribit, sanos hyeme magis vacuari quam ægros; cum enim de febricitantibus agat, quis negabit vehementius ægros quam sanos dissolvi, siquidem febrilis calor ad dissolvendum nativo est efficacior, ut quotidiana experientia docet, minimo scilicet temporis spacio febricitantes ob vehementiorem euaporationem euacuari; alioqui etiam Aestas multi nutrimenti necessitatem non adteheret, cum calor tunc planè nativus non sit, sed ad febrilem maximè accedat; postremo, si tantum esse exhibendum alimenti superius ostendit, quantum dissolubile est, cur Hyeme multum dari præcipit, ubi non multa fit vacuatio. nam antea in plethorica dispositione cum validis viribus, paucum & raro dicit esse exhibendum, quod si illud verum est, hoc quod scribit de Hyeme, est plane falsum. Sed ne singula prosequamur quæ merito tum in hoc, tum superiore Commentario cum de anni temporibus agit, reprehendi possent; cum nec principia sua seruet, nec auctori, aut rei naturæ consona tradat, ut omnes veritatis studiosi facile agnoscere possunt, ad authorem accedamus, & quid tibi velit hoc Aphorismo, expendamus. Itaque, cum superiore Aphorismo dixisset, temporis, ætatis & consuetudini in modo victus aliquid dandum esse, quid dandum tempore sit, placuit illi hoc Aphorismo docere; quid autem ætati dandum esset, non expressit, quod fortè notum putaret ex his quæ superius scripsit, quid consuetudini esset dandum, etiam omisit, cum tam varia sit consuetudo in modo vivendi, ut nulla arte comprehendi possit, aut saltem Aphoristicam brevitatem fugiat, qua in re factis fuit dixisse consuetudini aliquid dandum, ut in tanta varietate uniuscuiusque consulere possemus consuetudini. Expendit autem quid natura temporis possit, non quid morbi in illis temporibus, quemadmodum in superioribus omnibus Aphorismis fecit, ubi quid vires naturalitè temperies indicarent, quid morbus & status qui præter naturam est contraindicarent, sigillatim expendit, non quid unum cum alio mixtum, quod facile postea intelligitur, tantum enim remittendum est eius quod facere volumus, quantum illud est quod impedit, tantum intenden-

A dum, quanto minus est quod prohibet; cum alioqui perpetuum nihil tradi possit, si hoc loco particulari morborum naturam in singulis temporibus spectemus, etenim, & Hyeme, & Aestate, & alijs temporibus qui idem sunt morbi, eademque causas, eademque vehementiam habent, eadem victum postulant, nihil ad hoc conferente anni tempore; Ergo, quid unumquodque per se possit, ut quid morbus, quid vires, quid ætas quid consuetudo, quid anni tempora, & alia exigant, perpendere debet qui artem docet, non quod ex contraindicantium natura in singulis corrumpitur.

Cibus difficillimè ferunt.

Cibos difficillimè ferre dicuntur, qui non appetunt, nec benè concoquunt; cum enim appetentia, concoctioque à calore nativo fiat, qui moderatè est calidus, benignoque quodam humore temperatus, non mirum si Aestate cibos neque benè appetamus, neque concoquamus: acrior enim tunc calor est bile in corpore redundante, præsertim cum humore familiari prope destituatur. Autumno vero etsi non difficillimè omnino, ut Aestate cibos ferimus, mitiore existente eo tempore calore, quoniam tamè supra modum corpus exsiccatum est, ideo naturæ opera non probe perficiuntur, cibos ergo intelligit nutrimentum, quod defluxum solidarum partium resarcit, non potum, quem tunc facile ferunt corpora, cum excalefactum & exsiccatum corpus tantum remedium à quo irrigetur squalor mitigeturque calor, eum expetat facilimèque ob tenuitatem etiam imbecillis viribus præditum concoquere possit. At, cum de modo victus hic agat Hippocrates, ad quem spectat scire, an semel, multum, an paucum, an raro idque vel parum, vel multum exhibere debeamus, debuisse forte dicere Aestate, & Autumno multos cibos simul exhibitos difficillè ferunt corpora: nam quod id velit, est certissimum. Verum cum cibos difficile dicat ferri, tanto magis multos cibos simul exhibitos tolerari intelligendū est, ut qui genus ab aliquo aufert, & speciem simul adimit. Quia ergo cibos difficillimè ferunt illis temporibus corpora, ideo confertim non sũt nutrienda, sed paulatim: ita. n. facilius illa ferunt pauca quantitate onerata, & dissoluta reficiuntur, quantum per ea tempora licet, neque enim tantum reponere possumus, ob caloris nativi debilitatem, quantum ob ambientis vehementiam dissoluitur.

Hyeme facillimè, secundum locum Ver habet.

Quoniam eo tempore & calor mitis est, & humore benigno corpora abundant, ob id coctiones eo tempore, (ut superius diximus,) vigent, quod si tunc validus est, & simul collectus calor in partibus in quibus coctiones cibi maximè fiunt, non mirum si & multum cibi conficiant tunc corpora, & multo simul exhibitio egeant: nam ut non nisi à multo cibo nativus calor multus conservari potest (quando proportionem respondere debet nutrimento calori nativo) ita nec etiam conservari potest, nisi multus simul exhibeatur: nam in paucio exhibitio totus non occupatur calor, totus proinde non nutritur; minuitur ergo necessario, si paucio simul exhibitio nutrimento fruatur; sic ergo anni tempora ad victus modum conferunt; eademque facienda est distinctio inter Aestatem & Autunnum, quæ inter Hyemem & Ver. Ac ut in alijs, sic & in his que

quæ contraindicant, impediunt, ne quod anni tempora suadent, faciamus, qui enim imbecillo calore sunt præditi, vt fenex. Hyeme minus edere possunt, quam æstate, & qui frigidior temperie sunt, & humidior, æstate, ad naturæ opera sunt aptiores, Imbecillus enim in illis calor, à frigiditatis excessu extinguitur. Horum frigiditas æstiuo calore ad mediocrem quandam temperem ducitur, quæ & appetentiæ & coctionis author est. Sic morbi qui in singulis temporibus nascuntur, si victu exasperentur, aut iuuentur, nunc idem quod tempora, nunc diuersum postulant; eadem sit ratio de alijs Contraindicantibus, ne singula prosequi cogamur.

APHORISMVS XIX.

Is, qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet, neque coere, sed subtrahere adiectioni ante indicationes.

HUNC Aphorismum superius fuisse ab Authore adscriptum iisdem ferè verbis, cum secunda illius pars, prima hic sit, & qua ratione cum eum interpretaremur, eo loco docuimus; Cur autem hoc loco repetatur, Neotèrici quidam hanc reddunt rationem, quod in illo de omni accessione egerit, hic autem de illis solum quæ per certum ordinem repetunt; qui si nullam aliam rationem reddant, frustra cum reperti fateantur oportet: Si enim de omni accessione in eo pertractatum est, quid opus fuit de genere quodam accessionum rursus mentionem fieri, præsertim cum in illo peculiarem etiam mentionem accessionum quæ per circuitus redeunt, vt hic fecerit? Galeni autem interpretatio nec Aphorismo, nec sibi ipsi etiam consentit; cum enim (inquit) tres sint scopi in victu instituendo, quantitas, qualitas, & modus, ad qualitatem, & quantitatem instituendam nihil nos ab accessionibus iuuari scribit, ad modum verò, indicationem sumi ab accessione morbi; ideo Hippocratem hoc loco vbi de modo agit, ab accessione indicationem sumpsisse, quomodo autem conferat ad modum, ostendere se putat, cum scribit: nam tempora commoda ciborum particularium præcipuè doceant accessiones. Qua in re multifariam mihi errare videtur. In primis enim, malè de numero scoporum statuit: nam vt ea omittamus quæ nos de scopis scripsimus, vbi plures esse docuimus, eo authore plures scopi sunt addendi, siquidem primo ad Glauconem quattuor ponit, quantitatem, qualitatem, modum, & tempus, distinguit; omnino, vt ratio etiam exigit, modum à tempore; addit & alibi ordinem. Præterea, cum de accessionibus II. Aphorismo, (vt diximus) iisdem verbis vt hic agat, vel frustra est scriptus ille Aphorismus, vel de modo antea quoque egerit, & bis ab accessione indicationem sumit nulla ratione ad modum victus instituendum; At vero, & illud reprehendendum est quod ad quantitatem victus accessionem non conferre dicat, sed ad modum, cõtra enim planè fit, vt ad quantitatem faciat, ad modum vero minimè: nam quemadmodum morbi natura, morbiq; tempus ad genus, vel quantitatem, si eas differentias victus velimus ad quantitatem pertinere inueniendam conferunt, propterea quod inter morbos morbiq; tempora alia sunt quæ parum, alia quæ minus, quædam quæ nihil etiam cibi exhiberi permittant, id quod est victus extremè tenuissimus; ita accessionis consideratio eadem ratione utilis est, cum ex ea admoneamur cibi omnem quantitatem pro

Ahiberi; confert ergo accessionis confideratio ad quantitatem victus in morbis instituendam, ad modum vero nihil omnino: nam qui quantitatem omnem tollit, quantitati nullum modum statuere potest; qui enim semel intellexit nihil esse exhibendum, temerè postea quaereret quomodo exhiberi illud possit; vt si quis negaret aliquid esse animal, frustra quaereret, an possit illud esse homo, vel bos; Quam ob rem, cù accessio prohibeat omnem exhiberi cibum, vetat etiam hoc vel illo modo dari, vt nullo præcepto ad modum constituendum opus sit. Illud verò cum scribit accessiones ad modum conferre, eo quod tempora cibationem ostendant, præter rationem omnino dictum est, conferre enim ad tempus aliquid, non est ad modum facere: siquidem modum, antea continere docuit an semel, vel bis, vel plus vna vice, quàm alia, nõ quo tempore alere debeamus, quemadmodum etiam primo ad Glauconem modum remedium à tempore siue occasione illorum distinguit, vt mirari liceat authorem sui statim obliuisci, nec sua principia retinere, optaremq; Sophistas aliquid cogitare quorueteri Galen. possint; Mirumq; illud etiam est, quod vndecimi Aphorismi mentionem non faciat, nec recordetur se eadem in vtroque interpretatione vti, cum de modo cibationum ab authore, illic etiam scribat, & statim in tempus vt hic quoque incidat; Itaque cum bis scriptus sit Aphorismus, qua ratione id sit factum expendendum venit. Diuersis profectò rationibus id factum est, quemadmodum etiam de temporibus. anni bis egerit; Quia enim ad genus victus inueniendum confert accessio, nempe, ad extremè tenuissimum victum, ideo rationi consonum est, existimare eundem Aphorismum illic esse positum, vbi de genere victus agebat, vt illi qui præcedunt & sequuntur Aphorismi ostendunt, hic autem repetitum quatenus ad tempus idoneum, ad cibationem inueniendam confert: quo enim tempore accessiones adsunt, vel iam imminet, eo tempore nutriendum corpus non est; Verum, cum non doceat tempus aptum ad edendum in sanis, nec etiam in omnibus ægris, sed solum in his qui exacerbationes per certum ordinem experiuntur, & solum quod prohibet, non quod suadet indicatue occasionem nutriendi, opere precium est, vt nos generali tractatione tam sanis, quàm ægris scopum hunc complectamur. Igitur fortè quibusdam videbitur, tempus esse ad edendum aptum, quando quis cibum appetit: quod verum non est, cum nonnulli, vt qui ob pituitam acidam appetant, semper edere deberent: siquidem semper appetunt, quibus tamen inedia, vt potè quæ pituitosum humorem absumat, salubri sit, quàm cibus; Quinetiam, nonnullis edendi tempus idoneum adest, etiam si cibum non appetant, vt in ægris, quibus propemodum extincta est appetentia; quos tamen alere oportet; Alij tempus consuetudinis edendi, putant aptum esse ad nutritionem, eoq; tempore ob id esse edendum, quo quis consuevit. At, qui paulo antea cibo refecti fuerunt, consueta hora, tempus non est amplius aptum ad renutritionem, Gal. 7. Methodi in ægris aptum tempus ad id esse scribit, quando cibus à ventriculo descendit, tumoremque deposuit ventriculus, quod non placet: cum ventriculus in tumorem non attollatur à tam exigua nutrimenti copia, quæ æquis debetur, nec quando descendit ob id certis notis deprehendere liceat. Quam ob rem, nihil aliud potest victus occasionem indicare, præterquam id, quod victum indicat, nempe vires ipsæ; vt enim illæ reliquos omnes scopos ex suis differentijs indicabant, sic & hunc ex differentia quæ assumunt in tempore planè ostendunt; Quam ob rem præsentia virium tempus nutritionis indicabit; præterea aut vires intelligere oportet, nõ cù adsunt simpliciter,

placiter, sic enim continuo edendi tempus esset, sed quo tempore ad sunt valida ad cibum concoquendum, eo enim edendum est tempore, quo quis cibum concoficere potest; Vt autem in alijs scopis vires viriumque differentias quaedam ostendebant, & ob id coincidentia illorum dicebantur, sic hoc loco quaedam ostendunt vires certo tempore aptas esse ad cibum concoquendum, quae, si quales, quantaeque sunt vires demonstrant, ut aetas, consuetudo, aer ambiens, animi & corporis affectus, & caetera, quae sepius iam inter coitidicantia enumeravimus: etenim pueri quinta aut sexta quaque hora vires aptas habent, ad conficiendum alimentum; senes longissimum tempus requirunt exceptis decrepitis, qui ut parum singulis vicibus ingerunt, sic cito etiam ad aliud assumendum sunt parati: inter hos medium locum tenent consistentes, iuvenes, & adolefcentes. Eodem modo qui consueverunt mane solum edere, illis vires consuetudine redditae sunt ineptae ad cibum alio tempore conficiendum, contra fit in his, qui & vesperi etiam, aut alio tempore edere consueverunt. Pari ratione quae regiones calidas incolunt, ut parum singulis vicibus edere possunt, sepiusque sunt reficiendi, ita ista quaedam tempora habent, quibus illis edendum, ut mane, meridie, vesperi; & biliosi, ut citius dissolvunt, quod ingererunt, sic per breviora intervalla nutriendi sunt, quemadmodum, & qui rariore sunt corpore; contra accidit pituitosis, & densiore carne praeditis, & qui laboriosam vitam degunt, ut plus, saepiusque edunt, ita post exercitationem nutriendi sunt, cibus enim laborem sequitur inquit Hippocrates aliter fit in otiosis. Appetentia praeterea in sanis beneque affectis corporibus, aptum ad edendum tempus insinuat, optima enim natura quantum appetit, tantum concoquit, & quo tempore appetit eo concoquere potest. Porro, ut in alijs scopis quaedam erant quae impediabant fieri quod indicantia postulabant, sic non desunt quae eo tempore nutriri hominem impediant, quo vires aptae sunt ad concoquendum; sunt autem haec, ut generaliter dicam quae coctione nutrimenti fieri prohibent, ut morbi accessio praesens, vel imminens, morbus etiam ipse qui vehementior est, sine accessione, ut vultus in parte nobili inflictum prohibet ne edamus etiam si vires valida ad concoquendum existant, cum oporteat calorem naturae versari in humoribus corporis retinendis, & concoquendis; prohibent praeterea, & sequentia remedia, animi affectus praeteriti, aut futuri, & denique quae praecesserunt, aut fieri debent, sanguinis enim missio quae paulo ante praecessit, differt cibum cogit, clister, qui post aliquot horas antequam accessio hominem apprehendat injiciendus forte est anticipari aliquantulum cibationem antequam vires omnino sint paratae, admonet, ita quae praecessit, differt nutritionem postulat, qui cogitationem ingeniumque, exercere in studijs debent, prohibentur eo tempore, & paulo antea edere, & qui se ad equitationem, aut alias exercitationes accingit, cum non nisi concocto cibo exercendum sit corpus, multo antea illi edendum est; Quinetiam aegri voluntas, & intemperantia differt, aut anticipari tempus idoneum saepius cogit; & ut singula prosequamur, haec de Contraindicantibus hoc loco sufficiant. Scribit ergo Hippocrates

is qui per circuitus accessiones habent, nihil dare oportet.

Habent autem per circuitus accessiones, qui bus per certum quandam ordinem, & recurunt accessiones redeunt, ut tertiana,

A quartana. Contra, qui exacerbantur morbi sine certo ordine, accessiones non habent per periodos, sine circuitu, non minus profecto his quam alijs praesentibus accessionibus nihil est dandum, tempus tamen aptum ad nutritionem non pari facilitate in his, ut in alijs deprehendi potest: cum enim nutriendi sint aegri multo ante accessionem, vel iam praeterita, si ignoremus quo tempore venturae sint accessiones, neutrum horum facere possumus; propterea accessionum duntaxat quae ordinem servant, mentionem fecit, cum alia ob inconstantiam, arte comprehendendi nequeant, praesertim, si plures fuerint, contingit enim, ut nec quo tempore singulae sint venturae agnoscamus, & una inclinante, alia nonnunquam incipiat. Quid autem per accessionem hoc loco intelligat, & qua ratione a cibo sit abstinendum, & cur de potu nullam mentionem faciat, 11. Aphorismo ostendimus.

B *Neque cogere.*

Putant interpretes nonnulli, Hippocratem ex hoc verbo velle in accessionibus non esse cogendos aegros volentes ad cibum sumendum, cum antea docuisset volentibus aegris cibum non esse dandum, quorum opinio (meo iudicio) tanto auctore non est digna; ut enim volentes aegros vehementiusque aliquid postulant, cohibere non possumus, ita stultum est eos cogere ad ea facienda quae sunt mala, quaeque illis obfutura certo cognoscimus; haec enim praecipis opus non habent; quam ob rem, intelligerem ego, cogendos non esse ad aliquid aliud faciendum, ita, ut verba quae praecedunt de alimento sint scripta, verbum autem, (neque cogere) intelligatur de alijs praesidijs quae Medici & astantes imperitum vident aegros in accessionibus praesertim morborum acutorum vehementius torqueri, temere adhibere solent, vel inuitis etiam aegrotis, qui respuant in eostatu omnes molestias quae ex medicamentorum adhibitione sequi solent; quod si de alimentis etiam quis hoc verbum intelligere velit, non magnopere repugno, si modo mitius illud interpretamur, ita, ut id sit non cogere, quod est non inuitare, ut scilicet hoc verbo admoneat Astantes & Medicos imperitos, qui cum vident aegros in accessionibus morborum ex coactione naturae & morbi debilitari, nec intelligunt non esse fugiendam eam debilitationem, quae ad victoriam tendit, putant in hac resumendum esse remedium alimentum adferre, & aegros ad illud assumendum inuitare, vel etiam inuitos; quod si quis verbum hoc otiosum contenderet esse, in eo etiam non repugnarem.

Sed subtrahere adiectioni.

Quod Hippocrates scribit *ἀλλ' ἀπαραισίου ἐστὶν τροφῆς* interpretis noster vertit ad verbum, subtrahere adiectionibus; quam interpretationem non satis Latina locutio, & sensus auctoris admittit, qui nihil aliud vult, quam quod penitus abstinendum sit ab his, quae antea exhibebantur, prorsusque auferenda esse alimenta, quae offerebantur, non quod vel sit solum aliquid esse diminuendum de solito cibo; nam in 11. Aphorismo id ostendit, cum dicebat abstinendum esse, nec dandum esse cibum in accessione; debemus ergo vertere, non subtrahere, sed auferre, ut reuera verbum *ἀπαραισίου* significat.

K *Ante*

Ante Indicationes.

Galenus per Indicationes hoc loco intelligi posse putat accessiones, vel morbi vigores, vel propriè dictas Indicationes sine Crises, cuius interpretatio non placet: nam quod nihil dandum sit ante vigorem morborum, absurdum est, cum in paucis admodum morbis qui si in primis diebus ad statum perveniunt, id fieri possit, adeò, vt non possit absolute de vigore morborum intelligi. Præterea, antea de victu exhibendo in eo vigore egit author: Postmodò, repugnat huic opinioni authoris dictis, & Galeni etiam interpretis, quæ de accessione ipsius morbi, & tempore, & modo cibationis particulari agit. Eadem ratione explodenda est secunda interpretatio quam Montanus temerè sequitur: nam cum indicationes vt plurimum fiant in statu morbi, temerè præciperet Hippocrates continendos esse egrotos in media ante Crises morborum, quod si ante indicationes cibum minuendus est, id tamen nihil ad tempus & modum particularium cibationum, sed ad quantitatem victus spectat. Ceterum, ante accessiones nouimus nutriendos esse egrotos: at Hippocrates non hoc præcipit hoc Aphorismo, sed quid faciendum sit in ipsa accessione imperat, quare indicationes hoc loco eas intelligerem, quæ per singulas accessiones fiunt: vt enim totus morbus magna quadam mutatione solui iudicariq; dicitur, ita & particulares accessiones remittuntur, & desinunt factis particularibus mutationibus. Iubet ergo Hippocrates antequam iudicentur & remittantur accessiones, cibum non esse dandum; id quod mendendi vsus docet, cum neque in tertiana febris, aut alterius generis morbi accessione nutriamus hominem, priusquam sudores, aut alii excretiones superuenerint, aut aliquid aliud fecerimus, quod exacerbationem ipsam remiserit. Hæc interpretatio instituto Hippocratis & nature rei quadrat, si per indicationes mutationes eas intelligamus, quæ singulas accessiones minuunt; quid vero prestandum sit vbi remissionem accessionum expectare non possumus, in explicacione et docuimus.

APHORISMVS XX.

Que indicantur, & indicata sunt integrè, ne que mouere, neque nouare aliquid, siue medicamentis siue aliter irritando, sed sinere.

Osteaquam Hippocrates de nutritione egit, redit ad vacuationem, de qua agere cepit 2. & 3. Aphorismo. Cur autem eam non sit prosecutus, sed interposuerit nutriendi rationem, nulla ratione consequi possum, nisi fortè ut admoneret in morborum initijs antequam victum institueremus, exonerandum esse corpus, victum deinde instituentium convenientem, quo interim adiuta natura, qui supersunt, malos humores concoquat uincatque. Que postea etiam reliquos de euacuatione scopos ostendat, qui ab initio percipi non poterant, locum eum docet natura motu quo uiuitur in expulsionem humorum; eadem ratione & modum & tempus ad vacuationem aptum; quo enim modo morbus affligit, natura que agit, eo modo illi per vacuantia succurrendum est, & quo tempore humor concoctus est, vel ad excretionem idoneus, eo tempore vacuandum; merito

A itaque intermisit tractationem de vacuatione, quam ab initio inchoauerat, cum ea absolui nequeat, nisi ex natura actione progredientem morbo illam discamus; quid autem faciat in hoc Aphorismo explicat Galenus, cum scribit: Docet, quando sit totum nature permittendum, & quando non, nobis solum utrum conuenientem in egrotis instituentibus; At oportet ad aliquem scopum de euacuatione Aphorismum redigere; videtur quibusdam docere Hippocrates tempus idoneum ad vacuationem quæ à Medico fieri debet, quod scilicet tunc vacuare debeat, cum natura non expellit quantum sufficit, aut expulsionem non est aggressa: cum enim solum prohibeat vacuationem fieri quo tempore natura perfectè iudicauit, aut iudicat morbos, reliqua omnia tempora Medico relinquere videtur; At non semper, cum natura non vacuauit morbosas causas, Medicus oportune suas vacuationes adhibere potest; vt in morbi incremento, aut vigente iam morbo quiescendum esse præcipit Hippocrates; quam ob rem mihi videtur potius docere quæ sint à Medico educenda in fine morbi: ea inquam sunt, quæ à natura non sunt expurgata, nec quantum oportet vacuantur; videturque generalis esse hic scopus, quo docet quæ sint vacuanda, secundus autem Aphorismus particulariter docere, quæ cum utilitate & facilitate educi possint.

Que indicantur.

Dicuntur morbi iudicari, aut iudicati, in quibus Crisis, id est iudicium fit, aut factum est. Quoniam vero nec reddi ratio potest huius Aphorismi, nec multi qui sequuntur, intelligi, in quibus iudicij mentio fit prætermissa iudicij cogitatione, ideo hoc loco paucis quid Crisis, quorūplex ea sit, & quæ cuiusque natura, item, qui morbi per Crisim finiantur, & quo tempore morbi fieri possint, expediam. Crisim solent interpretes Galeni definire subitam in morbo mutationem; sed perperam: oportet enim non subitam solum esse, sed etiam magnam, alioqui diarias febres per Crisim terminari fateremur, quod Galenus non admittit, docet quoque id, cum Crisim scribit esse mutationem in morbo subitam, id est magnam & repentinam, vt primo de Causis Symptomatum interpretatur. At, non omnis subita magna; mutatio, Crisis dici potest, ut cū opera Medici magni morbi, sanguinis extractione, purgatione, aut partium incisione, vel repositione in sua loca, aut alio modo artis beneficio confertim soluantur, nemo huiusmodi subitam vehementemque mutationem Crisim nominauerit; sola ergo in morbis subita & magna mutatio quæ à natura fit, Crisis dicenda est; quamquam tamen Galenus variè usurpatum esse Crisis nomen ab antiquis ostendat, & ille etiam non semper sibi constet: etenim in lib. 1. de Crisibus, satis ostendit quosdam subitam, & vehementem mutationem, Crisim intellexisse, alios non omnem mutationem, sed solum quæ ad melius fit, alios agitationem quæ antecedit mutationem, vocasse, alios omnem solutionem morbi, nonnullos etiam eam solum quæ bona est, Crisim vocasse; ille autem nunc Crisim vocat mutationem ipsam (vt diximus) subitam, & vehementem; separatam, agitationem à Crisi, cum scribit perturbationem corporis, Crisim ipsam præcedere; alibi vero contendit agitationem eam magis Crisim vocandam esse, quam ipsam mutationem. Vocat & Crisim accessionem, ut in Aphorismo præcedente, lectoremque interim varietate hac (vt solet) confundit, cum alibi scribat, eum

qui

qui artem quampiam tradere vult, singulis rebus non
 mina imponere debere, quibus perpetuo utatur.
 Nos autem Crifim definiamus fubitam magnamq;
 mutationem in omnibus à natura factam id enim
 est Crifis & iudicium, quod in reis iudicandis fit, à
 quo Crifis Medicorum ducta est: nam iudicium quo
 vtuntur iudices, non continet errorem rei, aut cau-
 fae expofitionem, & alia quæ ipfum iudicium præ-
 cedunt, fed folam, fententiam qua vel liberentur vel
 morti adiudicentur. At, cum natura vel conco-
 quendo, vel expellendo morboſas cauſas, mutatio-
 nes in morbis faciat, fiat autem concoctio paula-
 tim, conſtat naturam per coctionem ſubito non
 poſſe morbos mutare. Quam ob rem, etſi pueri co-
 ctrice facultate plurimum valeant, tempus tamen
 etiam requirunt, quo inſeſtantes humores vincant:
 proinde, etſi quidam, mutationes quæ in pueris fi-
 unt per coctionem, (quibus etiam Galenus aſſenti-
 ri videtur) aliquando Crifis vocent, tamen aliter
 ſentiendum ratio ſuadet: vnde Galenus ipſe, ter-
 tio de Crifibus, & alibi, ſemper Crifim fieri vel
 cum excretionibus, vel abceſſibus, aperte ſcribit.
 Crifim certa ratione non diuidit Galenus, ſed vo-
 cat quandam perfectam, aliam imperfectam, ſi-
 dam quandam, aliam inſidam; ſic periculoſam, vel
 ſine periculis, manifeſtam, vel obſcuram, cum bo-
 nis ſignis, ſine ſignis, bonam vel malam; Vocat
 autem perfectam, quæ nihil de morbo reliquit, ſed
 radicitoſum cum expulſit; At, quæ nihil de vita relin-
 quit, ſtatimque eam tollit, perfectè mala etiam di-
 cenda, eſt enim in genere malorum aliquid perfe-
 ctum. Quare, communi definitione perfectam ſi-
 ue integram Crifim vocabimus, quæ nihil relinquit;
 quod ſi perfectè bona fuerit, perfectam dicetur, quæ
 morbi reliquias omnes reſcindit; imperfecta quæ
 aliquid relinquit, vel de priore morbo, aut alium
 excitat, ut abceſſum vel potius perfectam dicamus,
 quæ omnes habet conditiones bonas, vel malas ſic
 enim perfectum in alijs definit Ariſtoteles, cui ni-
 hil deeſt, nemo enim perfectam ſanationem morbi
 dixerit, quæ vno ſoluto morbo alium excitat. Fi-
 dam, ſiue firmam, aut ſecuram vocat, quæ redit
 nunquam: quod etiam non placet; ſi enim imper-
 fecta fuerit, redibit quidem morbus, ſida tamen
 ea mutatio prior dicetur, ſi cum bonis ſignis facta
 fuerit, vt ſi ſeptima die in febre ardente concocto
 mediocriter humore excretio aliqua facta fuerit,
 quæ morbum remiſerit, ſida profecto erit huiusmo-
 di mutatio; Quoniam tamen tota morbi materia
 expulſa non fuit, redeat oportet morbus; ſidam er-
 go uocemus, quæ cum bonis ſignis facta eſt, inſidam
 quæ cum malis, tutam optime definit, quæ ſine pe-
 riculoſis Symptomatibus fit, periculoſam, quæ cum
 his accedit; Manifeſtam uocat, cui excretio uel in-
 ſignis abceſſus contingit, obſcuram quæ ſine his
 fit; Ar, quomodo Crifis dici poteſt ſi abſque his
 fiat, intelligendum non quod fiat abſque excretio-
 ne vel abceſſu, ſed quod non ſtatim hæc appareant:
 ut quidam vidimus, qui febricitare deſierunt, qui-
 bus poſt aliquot horas crudus abceſſus circa aures
 obortus eſt, cum bonis ſignis eam definit, quæ
 à priore die contemptorioſo iudicata, ſine ſignis ve-
 ro quæ non eſt iudicata, quæ à ſida inſidaque mihi
 diſſere non videntur, niſi quod ſidam & bonam,
 quæ cum bonis ſignis eſt, definiat, bonam optime
 dicit eſſe que ad ſanitatē tendit, malam vero quæ
 ad mortem, ſimpliciter bonam & malam definiens:
 nam & in morituris bonæ quædam mutationes quæ
 hominem alleuant, & in his qui liberantur, malæ
 quædam ſunt, cum irritata facultas intempeliuè
 ad excretionem mouetur, ualidior tamen tandem

A dem morboſas diſpoſitiones euincit; quanquam in
 ſecundo Protheticoſum 59. textu definit malam
 Crifim, quæ cum euacuationibus vel abceſſibus, in
 quibus grauiores redduntur ægri fiunt; fieri autem
 poteſt diuiſio quæ omnes comprehendat, hoc modo:
 Crifis, bona vna, alia mala, utraque perfectam, vel
 imperfectam, iudicata, vel non iudicata, ſida, aut in
 ſida, manifeſta vel obſcura; bona autem peculiari-
 ter, vel tuta, vel cum periculo, mala autem ſem-
 per cum periculo. Quibus autem notis perfectè bo-
 nam Crifim deprehendere poſſimus, tradendum,
 cum Galenus de hæc re in Commentario agat, tum,
 quod ea cognita, facile erit cognoscere alias, quæ
 omnes diminutione facta ab ea conſtituuntur: bo-
 na enim, eo quod perfectè bonæ particeps ſit, tan-
 toque deterior dicitur, quanto magis ab ea quæ perfe-
 cta eſt recedit.

B Primum ergo in perfecta Crifi requirit Galenus
 ad febrem Commentarij quod fiat cum uacuatione
 non cum abceſſu; & merito quidem: ſi enim ho-
 minem perfectè liberari oporteat per Crifim, ne-
 ceſſe eſt morboſas cauſas extra corpus propelli, ex-
 cernique: nam humorum tranſmutationes, quæ ab
 una parte in aliam fiunt, abceſſus excitant, morbum
 priorem aut minuunt, uel etiam tollunt, alium ta-
 men in parte in quam abceſſerunt, excitant.

C Secunda conditio eſt, ut humor noxiuſ excernatur:
 noxiuſ autem humor in intelligere oportet,
 qui morbi cauſa eſt & proxima, & morbum fouens;
 ſi enim hic excernatur, morbus ſanabitur, alio ue-
 ro excreto qui morbum foueat ſolum, uel exciet,
 remittetur quidem morbus, at non penitus extir-
 pabitur, ut per uenæ ſectionem febris putrida mi-
 nuatur, putridis autem humoribus excretis, definit;
 quod ſi humor qui excernitur, nihil ad morbum con-
 ferat utiliſque ſit, debilitata natura uacuatione eius
 quod familiare eſt, morbus augebitur. Quoniam ue-
 ro humor noxiuſ totuſ excerni poteſt, uel aliqua dun-
 taxat illius portio, totuſ uacuari neceſſe eſt, ſi per-
 fectè homo liberari debeat. Quam ob rem, non ſo-
 lum noxiuſ humorem, ſed qui quomodocunq; cauſa
 eſt totumque extrudi oportet, ſi perfecta Crifis fu-
 tura ſit.

D Tertium quod in perfecta Crifi requirit, eſt, vt va-
 cuatio per rectitudinem fiat, quod in morbis duntaxat
 illis locum habet, qui ex ſede aliqua peculiariter
 affecta ortum habent: in alijs autem, ubi totuſ cor-
 pus afficitur, aut plures ſaltem partes, non requiritur
 hæc conditio, ſed ſatis eſt ſi per idoneos meatus
 & nature humoris conuenientes, euacuatio fiat:
 vt verbi gratia, in febre acuta, non refert an per
 ſudorem, uelalui fluxum, aut vomitum, uel urinas
 humor educatur; in phlegmone uero hepatis,
 (ut vnum etiam pro omnibus morbis qui partem
 aliquam peculiariter inſeſtant, ſumamus) ſi languis
 fluxus è naribus fiat, plurimum refert an ex dex-
 tra vel ſiniſtra nare fluat; nam ſi ex dextera, cum he-
 par in dextera parte conſiſtat, & ſecundum corpo-
 ris rectitudinem dextre nari reſpondeat, iudicabi-
 muſ eam uacuationem optimam, quæ à loco ſcilicet
 affecto humorem qui morbi eſt cauſa, educat; con-
 tra autem, ſi ex nare ſiniſtra, cum à fonte læſo non
 ſcaturat, & humorem non educat qui morbum
 committit.

E Quarta conditio ex ſacili tolerantia ſumitur, quæ
 potius confirmatio aliarum eſt, quam alia diſtincta:
 cum enim humor extra corpus ducitur, & noxiuſ
 eſt, acceduntq; alia nota, ſaciliſ ſequitur tolerantia:
 at, cum ea non ſolum perfectam ſed etiam bonam
 Crifim ſequatur, ſaciliſ omnino perfectam Crifim
 ſequetur: quæ autem deficiat, bonam, non tamen

perfectam sequetur; atque eam sanè quæ facta est Crisim, non quæ adhuc fit, hæc. n. etsi perfecta sit, cum facili tamen tolerantia esse non potest: cū enim uacuatio fit, molestia in corpore oritur ex agitatione & pugna nature aduersus morbosas causas, noxiūque humorem.

Quinta conditio ex coctione sumitur: cum enim oporteat humorem noxiū excerni, excretio autem non possit fieri nisi separati humores boni à malis fuerint, separatio rursus fieri nequeat, nisi natura repugnantes qualitates vicerit, concoctio omninò est necessaria, quæ ostendit naturam ordinem in suis actionibus seruare, & molestiantem humorem uicisse, nec ad excretionem excitatam præpropere, & demique naturæ vi, non morbi cogentis irritantisque, expulsionem, fieri; contra uero, cum humor crudus est, non minus boni quam mali, utpotè inter se commixti excernuntur; ideoque actionum naturæ perueritur, & morbosæ causæ ut stimulantis naturam ad excretionem, uacuatio fit, unde malæ, & peculiariter Symptomatiæ dicuntur esse huiusmodi excretiones, non quod natura non stimuletur concocta materia, cum nulla expulsio alioqui fieri possit, nisi facultas expultrix irritetur, sed quod stimuletur natura ad expulsionem eo tempore, quo utliter uacuationi incumbere potest, euicto iam humore; cum autem crudo humore excretio fit, Symptomatiæ dicitur, quod citius agere naturam cogat irritans humor, quam ordo actionum postulet; A sanè, hæc conditio in omni uacuatione quæ perfectam Crisim faciat, requiritur, cum uero per sanguinis fluxum in principio morbi bonas Crises fieri scribit Galenus, humore nondum concocto, concedimus quidem bonas per huiusmodi uacuationem qua sese natura à multitudine exonerat, perfectas tamen Crises esse non posse; id quod & experientia sepius docet. Cur autem uacuatio per sanguinis fluxum in morbi principio bona sit, aliorum autem humorum minimè, ratio est: quod multitudine sanguinis, remedium sit sola uacuatio, aliorum autem humorum qualitate leuentium, tum qualitate remissio, tum postea uacuatione, si aliena substantia qualitati subsit, quæ penitus assimilari nequeat. Porro, in humoribus in quibus concoctio requiritur, perfecta concoctio esse non potest, cum euicta omninò molestante humoris qualitate, uehementius concitari facultas expultrix quæ Crises facit, nequeat: ut enim irritatur, ita agit. Quapropter, in declinatione morbi Crisim nulla fieri potest, denicò tunc, euictoque, nec uehementius stimulare potest humore: in principio autem, etsi irritare potest humor, quia tamen nondum mutationem aliquam accepit, crudusque; ob id dicitur, excretiones inutiles sunt; in incremento autem, quoniam humor mutationem aliquam à natura accepit, portioque noxijs humoris aliqua separari potest ab utili, non inutiles excretiones eo tempore fiunt; unde & bonas Crises in augmento morbi fieri tum Galenus testatur, tum etiam medendi usus docet; Perfecta autem Crisim, non nisi in statu fieri potest, eo enim tempore etsi planè humor uictus non est, utque adeo tamen ita mutatus est à natura, ut secerni possit quod noxiū est, ab utili ac cum uehementius tunc pugna fiat, uehementissimè irritata natura, aduersus morbosas causas insurgit, easque omninò uehementissimè concitata extrudere potest. Addit Galenus, Crisim oportere in die Decretorio fieri; id quod intelligendum est maximè in morbis, qui imparibus diebus non exasperantur, in illis enim quoniam Crises maximè in accessionibus fiunt, quo tempore scilicet natura uehementius affligitur, quo die accessiones eueniunt, eo iudicantur, contingitque ut nunc in Decretorio,

ut cum 7. aut 14. aut alio die Decretorio impari fiunt accessiones & iudicationes alias uero minimè, ut eū 3. aut 5. die acuti morbi soluntur. Quam ob rem, etiam scribit Hippocrates in Præfagijs, febres quæ imparibus diebus exacuuntur, imparibus iudicari. Satis igitur est in huiusmodi morbis, ut in suis accessionibus iudicentur; in alijs autem, dies Decretorii eo spectantur, quod natura illis diebus spontè moueri soleat ad humores expellendos: in alijs autem diebus, corrupto ordine agendi, non nisi incitata expellat.

Hæc quidem sunt perfectæ Crises conditiones, quas Galenus in Commentario refert; quibus addendum est (quod alio loco facit), quod in die contemplatorio sit iudicata, ut si 7. die Crisim fiat, quatuor coctionis signa apparuisse oportet, fidelitatis enim quæ in perfecta Crisi requiritur, hoc est inditium. Hæc in perfecta Crisi bona requiruntur, & quæ omnia habet contraria, pessima censerida est; cui autem plura absunt, bona censenda, quibus pauciora, mala. Qui uero morbi per Crisim finiuntur, Gal. 3. de Crisibus tradere conatur, sed parum feliciter, ait enim magnos morbos per Crisim iudicari, magna vulnera, fracturæ magnæ, per Crisim non finiuntur, neque morbi omnes magni qui ex humoribus consistunt, ut inflammationes multarum partium, ut pleuritis, quæ paulatim per spiritum excreto humore soluitur. Quam ob rem, per Crisim finiri morbos eos dixerim, generali & communi omnibus ratione, qui ex humore fiunt, qui uehementius irritare expultricem facultatem, & locum mutare potest subito & facillè. Etenim, humor qui inflammationem in latere excitat, suo feruore, & multitudine molestat quidem uehementius, ut cum meatum non habeat, per quos confertim extrudi possit, non nisi paulatim educi ualet; pituita autem in corpore & uenis redundans, quoniam obtusius irritat, confertim non expellitur, nec pituitosi ob id morbi sepius per Crisim soluntur, sed solum qui ob nimiam copiam, partem aliquam, vel ob putredinem uehementiorem affligunt, ut Apoplexia in Paralysim confertim ad neruos reiecto humore pituitoso iudicatur, molestat ob copiam uehementius cerebro, patiente uia ad neruos, musculosque corporis; & semiter tianæ febres per Crisim etiam finiri solent, irritantur ob uehementem putredinem actiore pituita naturam; Habeat ergo hæc duo oportet morbus qui per Crisim finitur, ut scilicet ex humore multum molestate potente, fiat, & liberum exitum habeat, sic enim subita magnæque actiones, mutationesque in morbis fiunt; unde parui morbi, ut tertiana, per Crisim proprie finiri non dicantur, quoniam magna non fit in paruis morbis mutatio.

Neque mouere.

Primè scribit Hippocrates: ea quæ perfectè siue integrè iudicata sunt, aut perfectè inditantur, non esse mouenda: cum enim natura, (ut ille alibi inquit) morborum sit medicatrix, Medicus autem illius minister, si ea sola sufficiat ad morbos finiendos, Medici opera adhibenda non est; pone si uelis perfectè iudicatum morbum, hominemque sanitati restitutum, cum planè laedes, si medicamenta cuiuscumque generis adhibeas; ut enim hæc tollendi morbos vim habent, sic cum inimica natura sint, morbo non præsen te sanitatem corrumpunt; at si natura perfectè iudicet, non minus hominem lædes, si medicamentis utaris: nam uacuatione omnia vires minuunt, & purgantia non solum id faciunt;

ciunt, sed valde naturę sunt inimica, Medici pręterea; remedia, naturę motum quo in expulſione vti-
tur, vel ſiſtunt, alio reuocato humore, aut illam
ad medicamenti qualitates vincendas relicto proprio
opere reuocant, vel etiam vehementius concitant,
irritando vim expultricem, & humorem ipſum attra-
hendo; quo fit, vt vel vires deiciantur ex conſecta
& immoderata vacuatione, uel eger impedito natu-
rę curſu, perfectę non liberetur, aut etiam, conuerſo
alio humore, grauius affligatur. Hęc & ſimilia in-
commoda accidunt, ſi cum perfectę iudicauit aut iu-
dicat natura morbos, artis præſidia adiungamus;
quod ſi imperfectum ſit iudicium, quibusdam placet
vt naturam etiam non iuuemus, cum ignoramus an
ipſa ſit proſecutura euacuationem, nec quantum hu-
moris noxię ſuperſit cognoſcamus, quibus Galenus
lib. 6. de morbis vulgaribus refragatur, & natura rei:
nam etſi natura excretionem proſequatur, quoniam
tamen tardius, debiliuſque id facit, nihil obſtat quo
minus mitiore aliquo remedio illi ſuppeditas feramus
Nec mouere non debet, quod exactam humorum
quantitatem deprehendere nequeamus, cum id com-
mune ſit in omnibus malis, quibus tamen certa cõ-
iectura aducti, ſuccurrimus; At ſi natura nondum
iudicium aggreſſa eſt, inſtet tamen, vt cum præſens
adeſt perturbatione, que Criſim præcedit, omnino tunc
quieſcendum eſt, cum prius quid tunc natura ſola
poſſit, experiri debeamus, quam ad artis præſidia
confugiamus. Porro, ſi morbus aliter quam per Cri-
ſim, vt per coctionem, vel per excretionem uenatur,
non eadem eſt ratio, iuuanda enim natura eſt,
etenim à concoquentibus, concoctio quę à natura
fit, nec ſiſti poteſt, nec diſtrahi, aut nimis promoueri,
cum in morbis tanto melius ſit, quanto citius co-
ctiones fiunt; A uacuantibus etiam, cum vehemen-
ter illa non excernit, adiuta, facilius citiuſque corpus
repurgabit, nullo ſanę periculo, cum omnem vehe-
mentiam euitare poſſis, & per idoneos meatus expel-
lentem naturam iuuare, vel etiam materiam ipſam
quietam & ſequacem per meliores vias quocumque
voles trahere; quod ſi id non liceat efficere, periret
omnis remediorum uſus; ſic cum natura ſola mor-
boſas cauſas vincere poteſt, remedia adhibere non li-
ceret. Nam in lethaliſibus, præſagijs, non remedijs
vtendum eſt; Galenus etiam ſcribit; in ſolis ergo ve-
ris Criſibus quas natura perfectę citoque abſoluere
poteſt Aphoriſmus intelligendus eſt. An vero que-
madmodum medicamentorũ uſum prohibet, ſic ali-
menta exhiberi nolit, perpendendum, videbitur e-
nim fortaſſe cum ait: Nec mouendum, nec innouan-
dum aliquid alimenta etiam vetare. Verum rei na-
tura poſtulat, vt eos qui perfectę iudicati ſunt, bene
nutriamus, cum corpus ſit ab omni affectu præter
naturam liberatum, ſolaque reuſtritione egeat, qua
priſtinum habitum recuperet, viresq; à morbo debi-
litate reſticiantur vbi autē vel inſtat Criſis, natura ab
humorum ſecretione diſtrahenda non eſt ad cibum
conſiciendum, nec ab expulſione, (vbi iam vehemē-
tius agit. Quod ſi ad plures dies, (vt nonnunquam
fit) Criſis extendatur, proderit etiam naturam cibo
reſicere, ſic enim valdius morboſas cauſas proſe-
quetur, nec qui hęc facit, aliquid nouat, quando-
quidem alimentum corporis naturalem ſtatum con-
ſeruat, quę autem mutant, innouare dicuntur.

Siue medicamentis.

Sita legamus, fruſtra videbitur adiectum, ne-
que alijs irritamentis, cum ſola medicamen-
ta irritandi vim habeant, cibi autem minimę;

Aquare præſtat verbum Græcum *μὴτε φαρμακίῳσι* in-
terpretari, neque purgãtib; medicamentis, quomo-
do vti conſuevit Hippocrates vt Galenus Aphoriſ-
mo 22. lib. 1. Concocta medicari, & alibi ſapē ad-
monet; tanquam ergo particularius aliquid dixiſſet,
neque purgantibus vtendum, neque alijs irritamen-
tis vt medicamentorum omnium uſum in his prohi-
beret, veluti vrinas prouocantia, balneum, & deniq;
vacuãtia vel alterantia omnia; ſinenda ergo illa ſunt,
quę vel perfectę ſunt iudicata, aut perfectę iudican-
tur. Ex quo relinquunt intelligendum, quę ſint
mouenda, ea ſc. quę nullo modo ſunt iudicata aut
non perfectę iudicata ſunt, vel iudicantur; quę non
iudicata ſunt, dupliciter intelliguntur quędam enim
ſunt quę cum ad illud tempus peruenerunt, in quo
natura iudicare deberet, non iudicantur, eo quod
natura non ſatis ſtimuletur, victa acrimonia, & a-
lijs qualitibus humoris irritare potentis, vel quod
natura ipſa humoris copiam non poſſit dimouere &
extrudere. Alia vero dicuntur non iudicata, quę pror-
sus ſunt inepta ad iudicium naturę, quales ſunt hu-
mores in principio morbi; vt utrumque comprehendit
Hippocrates: nam & in principio morbi Medicus
per ſanguinis miſſionem & purgationem ſapē mou-
ere poteſt, & illa etiam quę natura poſt concoctio-
nem non iudicat.

APHORISMVM XXI.

*Quę ducere oportet, quo maximē natura
vergit, per loca conferentia, eo du-
cere conuenit.*

Vtant nonnulli interpretes, inter quos
eſt Montanus, Hippocratem in hoc
Aphoriſmo docere velle modum euacuationis: in quo quidē euidenter er-
rant, nam modum euacuationis expli-
cat, qui conſiderat an vacuandum ſit ſemel, uel bis,
aut ſæpius, & an plus vel minus vna vice, quam a-
lia, vt antea oſtendimus, cum de modo uictus age-
rems Aphoriſmo 17. de qua re ne uerbum quidem
hic facit Hippocrates, ſed ut illius uerba oſtendunt,
locum docere uult aptum ad euacuationes. Quę qui-
dem in re, illud in primis explicandum eſt quod ille
tradit; Deinde uidendum, an ſufficiant illa quę de
locis in corpore aptis ad euacuationem docet; Poſtre-
mo, addenda erunt alia, ſi illa non ſufficiant, ut per-
fecta tractatio reddatur. Porro, docet Hippocrates
duo ſolum eſſe ſpectanda, unum quo natura uergit,
alterum loco conferentia; uacuandum enim eſſe quo
natura uergit per loca conferentia, ſed non explicat
quid per naturam ſit intelligendum, & quę ſint lo-
ca conferentia, & quid ſit hoc ipſum quod dicit, quo
natura uergit, & an neceſſarium ſit in omni euacua-
tione duo illa coniungi, vel ſufficiat alterum ſolum
adeſſe, nempe uacuandum eſſe per loca conferentia,
etiam ſi eo natura non uergat. Explicat autem Gale-
nus per naturam, vt noſter interpretes vertit, primum
motum humoris noxię ſequendum enim eſſe eum
motum, ſi modo fiat ad loca accommodata; in fine ve-
ro Commentarij non ipſius humoris, ſed naturę mo-
tum Medicum obſeruare debere ſcribit, & vtraque
opinio vera eſt: nam & moueri naturam, & humo-
res moueri dicimus, & naturę motum ex humorum
motu deprehendimus. Senſus ergo eſt, nos ſequi de-
bere naturę expellentis & humorum motum; Ve-
rũ ſi debemus eo ducere quo natura mouet, & ex
humorũ motu nobis viã oſtendit, intelligemus qui-

dē per quem locū debeamus humores euacuare qui sunt in motu, in alijs aut qui quiescunt, nihil ab auctore traditum habebimus. Hęc difficultas nascitur ex mala interpretatione, verborum *σφοδρ* & *πρην* que non significant motum & mouet, sed inclinationem ad motum, & inclinatur ad motum, quo in sensu scribit Hippocrates libro quarto Aphorismorum, biliosos per superiora, melancholicos per inferiora euacuandos esse, non quod biliosi eo tempore quo euacuantur, moueant suos humores ad superiores partes, aut melancholici ad inferiores, sed quod bilis flaua, ignea, & leuis suapte natura inclinationem habeat ad euacuationem per superiora; humor vero melancholicus, tetrenus, & grauis, eandem habeat ad partes inferiores; vim ergo explicat insitam naturam, & humoribus, ex qua vel motus fiunt, qui nobis ostendunt locum aptum, aut ea solum ostendit inclinationem, quę motus nostros dirigit: cum enim natura iam mouet, sequimur illius motum, si vero nō mouet, spectamus inclinationem, & motionem naturę & humoris; sic enim cum sanguis melancholicus abundat, iudicamus aperiendas esse venas ani, quoniam eo vergit, repit, & inclinatur humor melancholicus. Nunc expendendum est, an debeamus magis sequi naturę motum, quam loci aptitudinem & inclinationem insitam in humore: illud vtiue faciendum, propterea, quod maxima res est in euacuationibus, naturę expellentis motum adiutorem habere, veluti, cum illa humorem melancholicum per sudores, aut per vomitum educere iam est agrestia, & falsam pituitam in scabie per cutem expurgat, etiam si natura humoris repugnet, vt per exiguos cutis meatus, aut sursum per os grauis alioqui suapte natura feratur: tamen quia naturę motus eo vergit, iuuā dū est, nō ad alias partes trāsferēdus. *Μότα* autem natura ē interpretatur ductū & consensum inter locum in quo continetur humor, & locum per quem debet ille euacuari: vt hepar cum renibus, & intestinis consensum habere dicitur, quia via patet humoribus contentis in hepate per renes & intestina: sed ille errat: nam hęc pertinent ad explicationem locorum conferentium, qui sunt (vt inquit Galenus) intestina, venter, vesica, vterus, cutis, palatum, nares, venarum officia; Sensus itaque est ex Hippocratis, & Galeni sententia, nos debere euacuare per loca hęc quę sunt à natura destinata ad recipiendos, & euacuandos humores, & eligendum ex illis esse eum quem vel natura expellendo iam monstrat, vel illius & humoris inclinatio docent, sunt enim quędam in ditiā inclinationis naturę, & humorum, etiam si nō dūm euadens est expulsio, & motus aliquis: sic enim agnoscimus eos qui lue venerea tenentur, commodē per cutim euacuari posse, & in partes dolentes per morbos solent, inquit Hippocrates abscessus fieri, nec non pestilentes febres, & tertianę, inclinatione ostendunt ad cutem. Verūm hęc quę diximus non possunt sufficere in omnibus euacuationibus, sę pē enim cogimur aperire alia loca, vt venas in manu, cubito, fronte, sub lingua, sub auribus, in pedibus, sub poplite, quas nec naturę motus, nec ipsius humoris natura, vel inclinatio ostendit; cogimur, & partes ipsas diuidere, & in illis locum moliri per quem sanies & humor contentus in loco affecto exeat; nonnunquam etiam contrarium motum aut vicinū ei quem natura expellendo, aut alio modo monstrauit, opponimus: vt in reuulsionibus, & deriuationibus contingit, in quibus non sequimur naturę motum, nec humoris, nec per loca quę dicta sunt conuenientia, euacuamus: veluti, cum in profluuio sanguinis ex naribus, venam in cubito aperimus; nec non inter loca quę dicta sunt conuenientia, vnum alteri sępē p̄te

Arimus, & cum eligimus, qui minus aptus esse videtur; veluti cum ex fluxu alui pituitoso natura debilitatur, tunc enim non sequimur eundem motum qui per loca conuenientia maximē fieri videtur, sed vomitum mouemus, & vincula atque frictions ad naturę imperum sistendum.

Ex quibus quidem colligere possumus, Hippocratis Aphorismum, & Galeni interpretationem comprehendere duntaxat humores, qui per purgationē ex reliquijs morborum educuntur, non autem loca apta ad sanguinem mittendum, reuellendum, deriuandum, vacuandum à parte, quod aperit Galen. in initio Commentationis suę testatur, scribens illa ducenta & vacuanda esse, quę nec iudicantur, neq; integre sunt iudicata, ex his enim reliquias exprimit, quę post Crises relinquuntur, aut sine Crisib. remanent in declinationibus morborum. Addit Galen. loca esse accommodata ad excretionem, quę recto tramite, & per directum se habent cum loco effecto: tales etiam excretiones cum immoderate sūt, cogimur sistere, reuellendo in alijs partes. Cum ergo hęc non sufficiant ad omnia euacuanda quę noceant corpori, oportet naturam rei consulere, & omnes distinctiones ponere, quę inuitare possunt loca per quę euacuatio fieri debet; id quod hoc principio posito hoc modo pręstare conabimur. Ergo humores euacuandi vel quiescunt, vel mouentur, vel partim quiescunt, partim verō mouentur & fluunt; qui quiescunt, in duplici differentia sunt, vel enim fluere consueuerunt, vt in podagra laborantibus; aut alio morbo, in quo humores certis temporibus fluere consueuerunt, & ij continentur vel in venis, vel in cavitatē partis, aut in partis substantia; ac in venis quidem vel totius, vt in podagra contingit, cum vniuersum corpus, ideo venę totius sese exonerant ad pedes; vel in venis aliquarum partium, veluti cum superiores partes se à multitudine acerrata in venis exonerant in pedes, aut alias partes, vel in venis partis vnus veluti cum capitis venę humore repleta, expellunt eum in partes subiectas, eorum qui in cavitatē partis continentur, & expelli solent exemplū est, si humores in cavitatē ventriculi contenti, ad intestina descendant per certa interualla, qui verō in substantia partis contenti fluere possunt, etsi id raro contingit, exemplum habent si in Pleuritide humor transeat ad pulmonem, & peripneumoniam faciat, & hęc, translato humore ad caput, phrenitidem pariat; qui verō quieti manent, absque eo quod fluere consueuerunt, vt in Plethora, aut Cachochymia, vbi nulla pars fluxione tentari solet, vel etiam continentur in venis totius, vel partium, aut partis alicuius, vel in cavitatē, vel in substantia, in qua facit differentiam, si recenter, aut iam dudum in ea receptus est humor.

Ceterum humores qui mouentur, differentias capiunt à fluxionis terminis, a modo quo fluunt, à tempore quo fluere ceperunt, & à materia quę fluit; Termini fluxionis sunt terminus à quo, & ad quem; mittit enim fluxiones aliquando totum corpus in vnam partem, vt si totum ad pedes mittit; aliquando mittunt partes, & illę nobiles, vel ignobiles, superiores, inferiores, anteriores, posteriores, dextrę, sinistra; vel mittit pars vna nobilis, ignobilis, superior, inferior, anterior, posterior, dextra, sinistra; termini vero ad quos mittitur humor sunt, vel extra corpus, vel in corpus ipsum; extra corpus humor mittitur, vt apparet in sanguinis profluuio à naribus, & alui fluxu, & alijs excretionibus extrinsecis; mittitur vero in corpus humor, cum sistitur vel in pluribus partibus, vt in Arthritide, vel in vna parte, & ea nobili, ignobili, vel superiore, inferiore, anteriore, dextra

vel sinistra. Porro à modo fluxionis hæc differentia sumitur, quod quidam confertim fluant, vt in sanguinis fluxu è naribus repentine; vel paulatim, vt in muliebri fluxu, & disenteria. A tempore vero fluxionis differentia ea ducitur, quod vel recenter flueret ceperunt, vt in generatione inflammationum cõtingit: vel quod inueterata sit fluxio, ut contingit in his qui iam dudum per emorrhoidas se expurgant. Materia autem quæ fluit, differentiam etiam facit; uel enim est sanguis, uel bilis, uel pituita, aut humor melancholicus, uel serofus, aut flatus qui mouetur, quæ differentia debet etiam notari in his quæ fluxerunt, aut fluere possunt. iam uero humores qui partim quiescunt, partim uero fluunt, suas etiam habent differentias, uel enim plus, aut minus fluxit quàm possit fluere, aut æquale est id, quod fluxit, ei quod fluere potest; Porro ob istas differentias Medici mutant loca in euacuationibus, & dicunt in aliquibus esse opus reuulsione, in alijs deriuatione, in alijs euacuatione à parte in alijs simplici euacuatione, quæ an conueniant, uel non, intelligere non possumus, nisi prius horum natura, & conditiones fuerint perspectæ, cogimur ergo hæc nunc enarrare; ac primum de reuulsione agentes, in primis docebimus quid sit reuulsio, deinde quod duplex sit reuulsio, tertio loco quis humor sit reuellendus quarto quas conditiones in reuulsione obseruare oporteat. Postremo, quando & quibus affectibus reuulsio conueniat. De reuulsione definitione duæ extant opiniones: nam Curtius in libro quem scripsit de uenæ sectione, in pleuritide reuulsionem uult esse retractionem humoris ad contrarium sui motus, alij uero reuulsionem definiunt retractionem humoris ad contrariam partem. Ac Curtius quidè suam opinionem ita interpretatur, fluere in quam humores à maioribus uenis ad minores, & tandem in partem aliquam: reuulsionem autem esse si rursus à minoribus uenis ad easdem maiores ducantur humores; Authores uero alterius definitionis nulla facta mentione de hoc motu humoris, reuulsionem fieri putant, si pars aliqua contraria ei in quâ decumbunt humores aperiatur, uel calefiat, aut dolore afficiatur, uel aliquid aliud in ea fiat, quod ad eam partem moueat humores; an de brachio laborante, multas reuulsiones fieri posse tradunt, nempe ad uertumque crus, ad alterum brachium; quoniam hæc partes oppositæ sunt brachio affecto; Verum utraq; definitio suas habet angustias: nam Curtij opinio primo incertam facere uideretur reuellendi rationem; nam cum illius etiam opinione, intelligere nequeamus unde humor moueri incipiat, ignoremus etiam necesse est motum, quem illi opponere debemus; nam inter partes quædam supræ sunt in corpore, alia infimæ, alia internæ, alia externæ, alie mediæ; Ad infimas ex superioribus, ad has ex infimis moueri humorem certissimum est, ad eas uero quæ situm medium obtinent, tum superiores, tum inferiores mittere possunt humores, quemadmodum ad internas mittere possunt internæ, & externæ, & in externas pariter sese exonerant aliquando externæ solum, aliquando etiam internæ; Quare anceps planè redditur in illis reuellendi ratio, cum motum ignoremus, cui contrarium opponere debemus; Præterea si quæ ab antiquis de reuulsione dicta sunt, in memoriam reuocare uelimus, fortè inueniemus aliquando reuulsiones fieri, cum humoris primùm motum sequimur: nam in Angina contracta ob fluxionem à capite descendentem, sectionem uenæ in cubito, aut crure reuellere uolunt, cum tamen reuulsio hæc deorsum trahat humores quo etiam fluxionis motus fit; uult & ille cum dolor superiores costas in Pleuritide affligit, sursum moueri humorem, secandam ta-

men uenam esse in brachio eiusdem lateris, ad reuulsionem; quo in casu motum eundem humoris sequimur, scilicet sursum; repugnat præterea Galenus huic opinioni passim, nam in Arte Medicinali cap. 89. & 95. reuulsionem ad contrariam partem faciendam esse scribit. Item 99. cap. ita scribit: Reuellendi ex omni loco ad oppositas partes, communis indicatio est, ad quam maxime distantia; quod etiam repetit in 13. Methodi, & in 4. Comment. 6. Libri Epidemion, ubi scribit, reuulsionem esse accensionem quæ ad distantissimas sit partes; quare ex Galeni opinione; qui nulla humoris facta mentione, parti longissimè distanti à parte affecta remedia adhibet humorem trahentia, reuulsionem facere dicitur. Habent authores utriusque definitionis occasionem disentiendi ex uocabulo ipso Græco, nam *ἀρτὴν ἀνωθεν*, quod nostri reuulsionem non perinde feliciter interpretantur, contrarietatem quandam in se includit, quam illi ad motum; alij ad partem oppositam, & contrariam referunt; Ego, etsi non ignoro omnes Medicos sine aliqua controuersia tenere opinionem de reuulsione ad contrarias partes, tamè ab illis longè dissentio: nam cum reuulsio excogitata sit, (vt postea ostendemus) ad sistendum impetum fluentium humorum, quo pacto quæso illa id unquam faciet, si eos humores non attingit? perinde enim est, ac si quis diceret flumina Italica sili, commota terra in Gallia, aut in ea apertis alijs uis; aut alio quocunque adhibito remedio, quæ omnia temerè adhibentur, distincti, canales aquæ in mundo sunt, & in corpore nostro uenæ & arteriæ, per quas decurrunt humores nostri, nec cogitare quidem possumus, humorem qui iam mouetur in aliquam partem dextram, reuelli posse ad partem sinistram; mittunt partes humores suos in alias per communes canales & uenas arteriasque quæ uerò longius distant, aut etiam propinque sunt si tales vires non habeant, non possunt se exonerare in illas: incerta igitur, inquit, semper fiet reuulsio; nequaquam profectò, nam Anatome docet, uenarum diuisiones & arteriarum, & quæ partes sint apte mittere in alias suos humores, nam ut plurimum dextræ partes cum dextris coniunguntur, & sinistrae cum sinistris per communes uenas, unde uidemus thoracis partes dextras potius quàm sinistras fluxione contrahi, si dextra pars capitis humorum fortè à quo grauantur deorsum pellit, quia uenæ & arteriæ quæ nutriunt dextram partem capitis, nascuntur à parte dextra & per paucas diuisiones sit communicatio capitis, brachij dextri, & parte thoracis dextra. Et pertinet quod scribit Galenus fluxiones reuellendas esse ad partem unde ceperunt moueri, quasi uelit in reuulsione spectari originem motus, & ad eam rursus ducendos humores; quod si pars aliqua uenas habeat per quas communicet cum diuersis partibus, ut contingit renibus, qui coniunguntur per truncum uenæ cauæ cum superioribus, & inferioribus partibus, anceps certè redditur reuellendi ratio, unde Galenus nunc in cubito, nunc in cruribus in fluxionibus quæ fiunt ad tenes, uenas secandas esse iubet, aliquando uero utitur distinctione, & ubi rectus est affectus, suadet uenam secandam esse in brachio, quod probabilius esse crederet, humores ad eos fluere potius à superioribus partibus, quàm infernis, ob humorum grauitatem, & facilitatem expellentium partium in partes subiectas. Sunt qui laborant morbo Comitiali a surgente humore, aut uapore ab vno aliquando digito pedis, vel manus, quibus Galenus & experientia docent, ad mouenda esse remedia parti affectæ ad reuellendum, & impediendum cursum fluxionis, quod si pes dexter author est fluxionis, si non refert motum humoris considerate, cur dextro pedi potius quàm

quàm sinistro auxilia non adhibemus, & quid quæso conferret, si quidpiam sano pedi admoventur. Dicebat Galenus, sectionem venæ in brachio opposito laterali morbo, nullam aut tardam opem ferre; rectius profectò si dixisset, nullam planè, nam cum, ut postea fortè diligentius ostendemus, pleuritides nascantur per venas quæ decurrunt per musculos thoracis, & tandem spargitur humor etiam iuxta membranâ costas ambientem, illæ autem societatem, & communicantiam solum habent cum venis brachii eiusdem lateris, frustra profectò exoneramus alterum latus, cum fluxionem illam sistere volumus eadem ratione quum fluunt humores à capite ad pectus, remedia quæ cruribus adhibentur, nequaquam reuellunt, sed potius alliciunt fluxionem ad locum affectum, nimirum quum non contrarium motum, sed eundem qui fit deorsum, sequuntur; & in eo cursu aliquid insuat in partem laborantem, quare ea solum quæ ipsi capiti, & brachijs adhibentur, reuellendi in eo casu vim habent, nisi primum à partibus inferioribus ad caput ascenderit humores, tunc n. deorsum ad originem inquam, reuellendum; Igitur reuulsiones faciendæ sunt opponendo contrarium motum priori; contrarius autem est, qui humorem attingit fluentem, & versus suam originem trahit, non qui mouet humores quiescentes in partibus oppositis, nec suas habent per quas possit humor qui mouetur recipi, quod si vniuersæ partes commouerent suos humores, veluti cum ex labore & cursu, aut ex febris ardentibus excitantur inflammationes, non obstant quidem reuulsiones, quæ in omnibus distantissimis partibus ab affecta, adhibentur, At illæ præcepti sunt momenti, & facultatis, reuulsiones, quæ adhibentur partibus, quæ in affectam, sese exonerare possunt: hanc nostram opinionem tanto quilibet ut spero probabiliorē inueniet, quāto magis eam expendit diligenter, nec deerunt illis, qui auctoritate maiorum cogi volunt Galeni de hac re testimonia: nam Galenus in 2. ad Glauconem c. 2. fluente humore ad crur, iubet secandam esse venam in brachio, non in crure, & nemo intelliget brachiū lateris oppositi, cum postea eo authore ostendemus rectitudinem esse in reuulsione seruandam, & eam non esse inter dextra, & sinistra, sed inter dextra, & dextra, & sinistra & sinistra in eodem capite aperta est hæc sententia, reuulsionem faciendam esse ad contrarium motum fluxionis, & in Aphorismo præterea quinquagesimo quinto, in fluxu mulieris iubet admouendam esse magnam cucurbitulam sub mammis, ut inquit fortior fiat ex utero ad superiora reuulsio per communes venas; tanquam velit humoris cursum spectari in reuulsione, qui quidem fit ad partem affectam, non ab omnibus partibus, nec per omnes venas, sed ab illis solum, quæ possunt mittere suos humores per venas, quibus coniunguntur pars mittens, & recipiens, nec dolor quidem partis, aut alia causa fluxionis, commouet omnes partes: nam expultrix facultas brachij dextri, sentire non potest dolorem, qui nascitur in pede sinistro, & propterea moueri non potest ad aliquid expellendum; & si fortè insurgit ad expulsionem, nunquam poterit in eū pedem sese exonerare, aut in aliam partem dextram, cum nulla sit via, & natura locis, membranæ, & alijs modis separet dextra à sinistris. Si ergo reuulsio (ut ostendemus postea) fluxionum est remedium, non in contraria parte simpliciter fieri poterit, sed in ea per quam potest fluxio humoris retrahi, & illa est per quam fluit; sed hæc adhuc magis patebunt ex sequentibus. Nunc sequitur ut doceamus quot sint reuulsiones. Sunt quidem duæ reuulsiones species, vna quæ simpliciter reuulsio dicitur, alia vero localis;

A quàm differentiam Galenus explicat textu nono 2. Commentarij 6. libri Epidemion: quàm profectò oportebat sæpius repetere, præsertim in illis liberis, in quibus ex proprio instituto de sanguinis missione & reuulsione agitur nam cum vbiq; præcipiat reuulsionem faciendam esse ad partem distantissimam ab affecta, merito quis dubitare potest, quomodo reuulsio vocari possit venæ sectio in fronte, laborante occipite? Præterea, dicere ille solet reuulsionem adhibendam esse in principio inflammationum, quod quidem nemo audebit præstare in vna parte capitis, laborante alia; Tales quidem oriri solent confusiones ex authoribus, qui passim sine ordine sua tardunt præcepta; iam verò videamus, quid reuellendum sit, quare in re Curtius eundem humorem reuellendum, & de-riuandum esse scribit in inflammationibus, ait enim cum humorem qui in paruis venis partis affectæ continetur, reuelli & deriuari, & reuulsionem vocari, quod contrarium motum, humorem cum trahet; Deriuationem vero, quod eundem ad latus ducat, veluti in lateris dextri dolore, venæ sectio in dextro cubito reuulsio illi est, eo quod materiam à phlegmone ad venas paruas, à paruis ad magnas, ad contrarium scilicet sui motus trahat: nam prius à magnis ad paruas, à paruis ad phlegmonem mouebatur, eo vero quod materia quæ per venam cauiam ascendens ad partem dextram pectoris mouetur, ad dextri cubiti fluxum trahitur, deriuatiua vocatur, quod sui motus proportionem materiam ad latus trahat. Quia in re duo sunt errores, Primus, quod eandem distantiam ponat in reuulsione & deriuatione. Secundus, quod materiam, quæ in venis partis affectæ continetur reuellendam esse dicat, cum deriuatio id faciat, non reuulsio, quod ex Galeno satis constat, qui 13. Methodi, & passim in principio inflammationum, reuulsione utendum esse scribit, deinde deriuatione: nam in principio, inquit, quod influit reuelli oportet, quod vero influxi euacuandum vel ab ipsa parte, vel à vicina, quod deriuare est, nam si idem humor reuellendus esset, & deriuandus, distinctio illa opus non esset: cum ergo non idem sit, necesse est alium esse; non est autem is, qui à venis excidit, & in partis substantiam sparsus est, ille enim, (ut inquit Galenus,) per spatum, non per venæ sectionem educitur; ille autem qui in partis venis continetur, deriuatione auertitur: nam Galenus, (ut supra diximus,) scribit, humorem qui partem iam occupauit deriuatione vacuari; occupauit autem, non qui per partis substantiam sparsus est, quippe qui spatio solo educi possit; ergo is qui in venis partis affectæ continetur, partem occupare dicitur hoc loco; itaque necesse est eum reuelli, qui per corpus, & reliquas partes ad affectam partem mouetur, id quod in sanguinis & aliorum humorum fluxu apparet, in quibus reuulsione vtimur, non ut humorem qui in parte, aut venis partis, vnde fluit sanguis, educamus, qui nullus est, sed ut illum qui ad locum properat, in alijs contentum auertamus, ergo cum triplices sint humores, vnus qui in partis substantiam iam sparsus est: alius qui in venis illius partis continetur, qui duo affectum faciunt; tertius qui ad affectum locum mouetur, & nisi listatur, affectum auget: triplex remedium iuentum est; ei quidem quod in cursu est, reuulsio; ei vero, qui in venis partis affectæ continetur, deriuatio; ei vero qui per partis substantiam iam dispersus est, vacuatio à parte ipsa facta, id est qui à partis ipsius substantia ducitur; quod si non solum ex natura ipsius rei certare volumus, sed etiam auctoritate, inueniemus profectò nullo modo Galenum voluisse humorem qui in venis partis affectæ continetur, reuulsione vacuandum esse: nam in 2.

ad Glauconem genu fluxione, & inflammatione laborante, venam in brachio secari vult; ad fluxionem reuellendam; atqui omnes nouerunt, sectionem in brachio non posse sanguinem qui in crure continetur, educere; pius enim vniuersus sanguis qui in partibus intermedijs continetur, educendus esset non ergo ille est qui in venis partis affectæ continetur, qui reuelli debet, sed qui in alijs partibus, ad crur adhuc fluit, quod eum animaduertisset Curtius, sentiretque Galenum dicentem fluxioni debere reuulsionem, duplicem materiam fluentem finxit, vnam quæ in venis partis affectæ continetur, quam in partibus substantiam postea spargi scribit, & plegmonem tunc augere, aliam quæ in alijs venis continetur, & primæ reuulsionem conuenire statuit relicta secunda sine præsidio aliquo, cui tamen primo succurrendum est, ut quæ aliam pariat; nam Galenus in libro de temporibus morborum, inflammationis principium illud constituit, quo humor totus ad partem confluit, & in ea colligitur, id quod non solum in substantia partis fit, sed etiam in venis partis, cum in libro de inæquali intemperie, plegmonem affectum uocet, in quo non solum partis substantia, sed etiam uasa illius nimio humore distendantur, ita, ut post principium totius morbi nullam fluxionem agnoscat, & si leues fortasse aliquæ commotiones ad huc fiunt à venis ad partis substantiam: ergo, cum in principio inflammationis reuelli iubeat fluxionem, non aliam fluxionem intelligit Galenus, quam quæ uel ab alijs transmittitur, uel ab ipsa affecta allicitur, nec tamen adhuc ad eam peruenit, cui nisi remedium prius sit adhibitum, nec uenas partis, nec substantiam plenam humore tutum est euacuare: nam ut ille suo motu morbum primo inchoauit, ita nisi sistatur, adhuc illum auget, & cum causæ rationem habeat, ad id quod factum est, mediendi ratio postulat, ut contra illius motum primo pugnemus; quare optimè Galenus in principio inflammationum, contempto etiam eo, quod in parte iam est receptum, primo fluxionem sedandam esse scribit. Nec ratio Curtij valet, quæ dicit fluxionem sitti dolore mitigato ex vacatione venarum ipsius partis, quæ tenduntur, & tensionem in partis substantia augent, nam vacuatio nisi in contrarium fiat, fluxionem non sistit, cum sæpè etiam cum reuulsionem facta, id præstare non possit, ut in his qui ex nimio sanguinis fluxu pereunt, apparet: nam si vacuatio sifteret fluxionem, ubi abundè effluxissent humores, cessaret prorsus fluxio; nec vnquam aliquis ex ea periret; opponimus ergo reuulsionem, non repletionem, sed contra impetum fluentis humoris. Patet igitur cui humori debeat reuulsio, cum fluxio sit, & ea sistitur in corpore. Nunc vero videndum est, an fluentibus extra corpus humoribus, reuulsio sola conueniat, & an etiam competere possit humoribus nondum fluentibus, sed contentis in vasis, & alijs cavitatibus corporis, an etiam qui in partis substantia sunt recepti per reuulsionem educi possint. Porro, conuenire fluenti humori extra corpus reuulsionem, aperte scribit Galenus, qui in veteri profluuii cucurbitulas mammis, & sectionem uenæ in brachio ad reuulsionem adhibet, sed non sola reuulsio conuenit huiusmodi fluxionibus, uerùm etiam aliquando deriuatio, ut ex eodem authore patet, qui in eadem fluxione ad uterum, utitur deriuatione per vesicam, & intestina; Verùm reuulsionem utendum est, & non deriuationem, quando ualida sunt fluxiones, & magnus impetus fluentis humoris, tunc enim tutum non est per uicinos canales, tantam humoris copiam ruentem magno imperu ducere; periculum enim est ne omnes partes circumstantes repleantur humore, quomodo aquæ ex montibus ru-

tes, non deserunt solitos alueos ob uicinos canales appetos, sed omnia inundant quæ uicina sunt; idem sanè continget, si profluuium sanguinis per narem, ad aliam narem, uel ad palatum deueruare uelis, non enim sistes eo modo fluxionem. Quam ob rem euidentissimè errat Curtius, qui fluxiones quæ extra corpus fiunt, uehementiore auxilio, & ppea reuulsionem potius quàm deriuationem egere scribit, imò in illis solis reuulsionem utendum esse, in alijs uero deriuationem, estque illius ratio quæ uicitur huiusmodi: uehementius esse agendum & propterea reuellendum, quando uehementius fluunt humores, uehementius autem eos fluere, quando extra corpus feruntur, quippe cum nullo impedimento detineantur, quò minus liberè decurrant, quomodo uidemus aquam uelocius fluere, quando liberum habet decursum & exitum, quam si aliquod impedimentum illi obijciatur; Verum non par est ratio in externis motibus, & in his qui in corpore fiunt; nam in externis, solus impetus fluentis rei spectatur, & ille solum causa est fluxionis, in corpore uero cum humor firmatur, duæ sunt fluxionis causæ, nempe partes quæ transmittunt fluxionem, & partis recipientis dolor, & calor; uehementius autem fluxio illa est, cum humor impellitur & simul etiam attrahitur, ut in externis etiam apparet, si contingat aliquid à seipso moueri uel ab alio pelli, & præterea attrahi ab alio, quare reuulsionem in illis uehementiorem adhibere oportet, & non solum deriuationem unde Galenus in fluxu sanguinis à naribus, sanguinem non ex maleolis qui maxime à naribus distant, & propterea maxime reuollunt, sed ex uenis humeri mittit: ita in fluxu sanguinis ex utero, solis cucurbitulis sub mammis appositis uel brachiorum frictionibus utitur, quibus remedijs non esset contentus in principio inflammationis uteri, sanguinem enim mitteret ex cubito, atqui uenæ sectio magis reuellit, quam cucurbitulæ ut omnes norunt, & Galenus contra Erasistratum scribit. Igitur in fluxionibus quæ fiunt extra corpus cum uehementes sunt, reuulsionem, ubi uero iam languescunt, deriuationem utendum. Quod uero reuulsionem etiam utendum sit, ubi quiescunt humores, sed tamen fluere solent in aliquam partem, Galenus docet in libro de uenæ sectione; ubi scribit eandem uenas secandas esse in præseruatione; & in principio affectus iam præsentis; at in principio inflammationis 13. Methodi iubet secandam esse uenam quæ longissimè distat à parte affecta, ea autem potentissimè reuellit; idem ergo faciendum in præseruatione, & merito quidem: idem enim est humor in præseruatione & præsentem iam affectu qui reuulsionem eget, distat uero duntaxat, quod in uno casu fluere nondum incipiat, in alio iam fluit; itaque si in utroque fluxionem incipere uolumus, idemque sit humor, eadem uena secanda erit. Idem scribit Gal. in Comment. libri de Natura humana, scilicet, reuulsionem esse utendum, potentissima etiam, quæ ad distantissimas sit partes ab ea quæ affici solet, ut partium omnium mittentium impetus frangatur, & assuescant humores procul à parte affici solita, ferri, ita enim illam liberari per reuulsionem, cum deriuatio obsit, ut quæ ad uicinam partem ei, quæ afficitur humorem alliciat. Ceterum adhiberi etiam reuulsionem parti oppositæ affectæ ad reuellendum humorem, qui in partis laborantis continetur uenis, ex Hippocr. Aphor. 68. lib. 4. patet, qui laborante occipite, iubet uenam tundi in fronte, quod etiam Galenus pluribus in eum locum confirmat ut ipse testatur 9.2. Comment. 6. Epid. Sed istæ non sunt simpliciter dictæ reuulsionem, sed locales, quæ fieri debent non ab initio, sed posteaquam alia præcesserunt, quæ celsum humorum procul a-

uer-

uertunt: tunc enim humorem qui fortè fluit ab anteriore parte in posteriorem, per eiusmodi venę sectionem reuellimus, & sistimus. Iam vero quod humores recepti in substantia partis Galenus aliquando adhibeat reuellentia, facillè possum ex eo probare: scribit enim libro quarto de victu acutorum, 31. textu, medicamenta attrahentia, ceruici circumposita in Angina, crassum & viscosum humorem qui partem iam decubuit, reuellere, quòd ab externis partibus humorem compulsum in internas, ad illas retrahat. Nunc vero conditiones obseruandas in reuulsionibus explicare oportet, quarum scilicet, & quot illę sint, & quę maioris aut minoris sint momenti. Quę quidem in re, quidam uolunt, quattuor esse obseruanda. Primum, distantiam; Secundum, oppositionem; Tertium, reuulsionem; Quartum, communitatem venarum. Distantiam interpretantur non simpliciter, sed debitam quandam, ut vocat Curtius, qui illam dicit talem esse, quę propinqua est parti affectę, modo nõ sit vena, quę partem affectam nutrit: tamen magis conuenire venam ad reuulsionem in inflammationibus, quanto illa vicinior fuerit parti affectę: si modo vena magna fuerit, secus autem esse faciendum in præseruatione, reuellendum scilicet ad distantissimas partes, quia nullus adest tunc dolor, qui cum adest præsentem iam affectum, postulat sectionem venę proximę, ut scribit Hippocrates, istis verbis: Dolorum causa proximum ventrem esse aperiendum; & merito quidem: cum dolori primum sit succurrendum, ut ei quod maximè urget, & fluxionem allicit. Quę opinio prorsus falsa est, & propterea explodenda a scholis; & quia author ille potissimum nititur autoritate Galeni, adfero primum locum iam citatum ex libro de Venę sectione, ubi Galenus scribit, eandem esse secandam venam in præseruatione, & curatione. Deinde locum adfero ex 13. Methodi cap. 6. ubi Galenus scribit in principio inflammationum reuulsionem semper esse faciendam ad partes quę maximè distant. Eandem sententiam repetit cap. 11. ubi ita ad verbum scribit: siquidem, longissimè attentata fluxione parte, quod redundat reuelleret. Idem scribit in lib. de Venę sectione, & passim alibi, & merito quidem: nam qui in distantissimis partibus reuulsionem facit, omnium partium quę mittere possunt fluxionem, impetum frangit, & occasionem fluxionis tollit; qui verò in proximioribus locis eadem adhibet præsidia, sæpè allicit fluxiones ad partem affectam; Demus exempli causa moueri à crure ad caput fluxionem, qui in ipso crure venam secabit, fluxionem utique reuellet; qui verò in cubito venam aperiet, humorem sursum alliciet, & ad caput incitabit, nec id quod à capite trahitur ad cubitum, potest medicina esse alterius humoris, & fluxionis quę eius qui in capite iam est receptus, & per venas coniunctas cum cubito descendit, & si quid fortè à partibus quę intercedunt inter cubitum & caput, mittitur, ad illud per eandem sectionem reuelliatur; at non illud, quod à subiectis partibus ascendit, fatetur Curtius nos fluxionis originem ignorare ex quo sequitur, reuellendum esse à distantissima, quoniam sic nulla pars fugere potest reuulsionem, cum ab omnibus quę mittere possunt in partem affectam, reuulsio fiat; & falsum est ignorari fluxionis cursum: nam partes quę immediatè mittunt, sunt quę coniunctę sunt per vias, quod si præter illas alie mittunt, non alie quidem esse possunt, quàm quę directo sunt positę, veluti in morbo laterali, partes quę mittunt immediata, sunt caput, ceruix, & vicinę quę illic sunt partes, iuxta humerum, & externę thoracis partes, illę enim venas habent, per quas via patet humoribus ad internos thoracis musculos; & mem-

branam costas succingentem; at si aliundè fluxio incipit, ut cum ex cursu, & febribus ardentibus attoluntur humores, qui recepti in partibus quę habent venarum cum latere thoracis societatem, illę solum mittere possunt, quę sunt è directo; quoniam, ut postea ostendemus, dextrę cum dextris, & sinistrę cum sinistris quandam societatem, & connexionem habent, per quam possunt suos humores mutuo suscipere, neque enim (ut ille putat) in principio inflammationum dolorem sedare primum studemus, sed fluxionem sistere doloris causam; est quidem dolor fluxionis causa, & ubi fluxio incipit à dolore, vel à calore partus, ille primum fortè sedandus est, ut Galenus docet in 13. Methodi cap. 4. ubi bubones docet curare sedato dolore vlcis, qui fluxionem commouit; At ubi à parte affecta non oritur dolor, sed ex fluxione ab alijs transmissa, prima intentio est Medici sistere fluxionem, vnde repellentia adhibentur ad fluxionem arcendam, & frictions in partibus extremis, & venę in eisdem partibus secantur. Præterea, omnis dolor non trahit fluxionem, ut in statu, & declinatione inflammationum apparet; rectè quidem dixit Hippocrates, proximum ventrem aperiendum esse, cum parti dolenti mederi volumus, spectat enim affectum iam factum, cui proxima remedia, & non distantissima succurrere possunt; sed hoc nihil ad fluxionum auxilia pertinet, qui enim fluxio ni medetur, vult doloris causam, quę potest dolorē augete, & iam auget, auferre, postea vero, cum nulla amplius fluxio sit, ad id quod influxit præcipit Galenus in 13. Methodi esse accedendum, non autè primo ad illud, ut Curtius putat, nam dolor sedari non potest, nisi fluxio tollatur, quę mittitur ab alijs partibus; & si demus, dolorem etiam tolli sectione proximę venę, tamen idem redibit, quia manet adhuc fluxio, quę ab alijs causis excitatur, contra quas nullum est adhibitum remedium; in colico quidem dolore, & ventriculi, ubi fluxio non fit, sed dolor nascitur ex materia illic nata & contenta, proximum ventrem statim aperimus per assumpta, aut iniecta medicamenta; At diuersa longè est ratio in his doloribus, & ab eo qui fit in inflammationibus; docuit Hippocrates medicinam doloris, qui nullam habet aliundè causam quàm proximam, & coniunctam materiam; Galenus vero in 13. Methodi, fluxionum remedia primo tradit in inflammationum generationes; postea vero factę iam inflammationis; & eius quod non potuit per reuulsionem impediri ne in partem fueret, curationem; igitur ad reuulsionem potentior est via per distantissimas partes, quam per propinquoiores, & quę proximę parti adhibentur remedia, non amplius reuellunt, nisi ab illis sint commota fluxiones, tunc enim quia contrarium motum opponimus, & ad originem sunt, fluxionem ipsam reuocamus, tunc etiam reuellimus; verum ubi ignoramus quanam partes mittant, in distantissimis locis semper est facienda reuulsio; nec obstat quod in Pleuritide venam secet Galenus, & Hippocrates in cubito, & non in pede, quoniam caput est, & alie partes superiores quę fluxionum mittunt, & reuulsio, & euacuatio à parte simul tunc fiunt, ut postea ostendemus. Nunc de oppositionibus, requisitis in reuulsionem agamus. Scribit Galenus in libro de Venę sectione, & in 13. Methodi, partim; alibi, in reuulsionem id obseruandum esse, ut si dextra pars laborat, ad sinistram, & si sinistra, ad dextram, & si superior aliqua pars afficitur, ad inferiores, & si inferior afficitur, ad superiores, si anterior tenatur fluxione, ad posteriores, à posterioribus ad anteriores, ab internis ad externas, & ab his, ad illas fieri reuulsionem; quàm sententiam Curtius ita interpretatur, quasi

quasi vel in omni reuulſione illas omnes oppoſitiones obſeruari, nam uene ſectiōe ex cubito in Pleuriti-
de, dicit omnes oppoſitiones ſeruari; quę ſunt ſe-
cundum ſurſū, & deorſū, dextrorſū, & ſiniſtror-
ſū, intus & extra; ſtatuit enim hepar in medio
corpore, & partes quę ſupra ipſum ſunt, Galeno au-
thore, ſuperius eſſe poſitas, quę infra ſunt, inferius,
& propterea reuulſionem fieri ad ſuperiora, eo quod
reſpectu hepatis ſurſum ſiat; cubitum præterea ad la-
tus eſſe, idem eſſe externum & dextrum, vel ſini-
ſtrum; Verūm hæc opinio eſt maximè abſurda, nam
contraria, & oppoſita quę reuera talia ſunt, & qua-
ſia requirit reuulſio, plurimum inter ſe diſtant, nec
qualiſcumq; reſeſſus oppoſitionem facit. Statuamus
ſi placet ſupra hepar venam eſſe, quę diſtet pede v-
no ab hepate, & illa ſecari poſſit, an propterea in af-
fectibus hepatis illa ſatis reuelleret? minimè profe-
cto. Quod ſi Galenus dicit partes illas ſuperiores
vocari quę ſunt ſupra hepar, inferiores uero quę in-
fra, rectè quidem id fecit, vt corporis partes inter ſe
diſtingueret, ſed de ea diſtinctione non intellexit,
cum ad contrarias partes reuulſionem faciendā eſſe
præcipit, id quod ſatis oſtendit, cum vbiq; & præſer-
tim in 13. Methodi, reuulſionem faciendam eſſe ad
diſtantiffimas à parte quę laborat, iubet. Quod ſe-
ntiam Curtij opinione ſequamur, vt ſcilicet partes
quę infra hepar ſunt poſitæ, inferiores dicantur, aliæ
ſuperiores, non tamen ſequitur vt inter ſuperiores,
& inferiores aliquid ſit ſuperius; aut inferius, quod
ſufficiat ad reuulſionem, ſed ſequitur, cum ſub hepa-
te aliqua pars tentatur fluxione, reuellamus ad par-
tes quę ſunt ſupra hepar, & è contra, nec ſi aliqua
pars ſtatim poſt hepar laboraret, & vena eſſet paulo
ſupra hepar, ea ſecanda eſſet ob eam rationē, quod
vna ſuperius ſit poſita, alia inferius; quare abſolutè
tenenda eſt oppoſitio quę eſt ad diſtantiffima in ſola
& vera reuulſione, ubi fluxionis originem ignora-
mus, id eum oppoſitionis nomen ſignificat, & diſtan-
tiam anteā ex Galeno ſic interpretati ſumus, & ille
ſuas curationes ita inſtituit, cum laborante brachio
ad crura reuellit, & fluxione decumbente ad genu,
in cubito venam ſecari præcipit: nam in tali oppoſi-
tione, vt dicebamus de diſtantia, ab omnibus parti-
bus, quę mittere poſſunt fluxionem, reuellimus; Ve-
rum illud explodendum quoque eſt, quod ſcribit in
omni reuulſione obſeruandas eſſe omnes oppoſitio-
nes: nam Galenus contentus eſt vna oppoſitione,
vt cum dicit trahendam eſſe fluxionem quę fertur
ad inferiora, per ſuperiora, & ſi dextra pars laborat,
mouendos eſſe humores ad ſiniſtram, quod enim eſt
ſolum curſum, non habet oppoſitionem cum alio,
vel dextram, & vt internum, vel externum, vel vt
anterior, vel poſterior. Illud autem quod ſcribit Ga-
lenus, maiorem difficultatem parit, quod ſcilicet ſe-
cundum ſingulas oppoſitiones reuulſiones fieri ve-
lit, non ſecundum dextrum, & ſiniſtrum nunquam
puto poſſe in corpore noſtro fieri reuulſionem: nam
ſi fluxiones, authore Galeno, in Arte Medicinali ad
ſuam originem reuelleret oportet, nunquam inuenie-
mus à dextris partibus mitti fluxiones in ſiniſtrum
latus, aut è contra, an putamus in pleuriti-
de dextri lateris, venæ ſectiōem in cubito ſiniſtro reuelleret
aliquid poſſe, an brachium ſiniſtrum quæſo, vel a-
liqua pars ei vicina, eſt quę humores mittit in latus
ſiniſtrum; per quas quæſo venas, per quos locos; Scri-
bit item Galenus in 2. ad Glauconem, & paſſim ali-
bi reuulſionem faciendam eſſe per communes venas;
at latus ſiniſtrum nullam habet communita-
tem per venas cum dextris partibus, aut ſi habet non
erat opus admonere obſeruandam eſſe illam commu-
nitatem, quę ſi in omnibus eſt, præcepto nõ eget;

A inter crura dextrum, & ſiniſtrum communitas quæ-
dam venarum eſt, vt poſtea oſtendemus; At inter
brachium dextrum & ſiniſtrum; & thoracis partes
dextras, & ſiniſtras, nulla in tet venas quę ſecari poſ-
ſunt, ſocietas eſt; propterea Galenus nunquam affe-
cto latere dextro in pleuriti-
de aut alia parte, quę in
dextro latere ſit, venam ſecuit in cubito ſiniſtro, ſe-
cuit autem affecto vno crure, in alio. At non ad re-
uulſionem, ſed ad deriuationem, quoniam in reuul-
ſione ſpectat curſum humoris, & fluxionis originē;
eſt autem origo fluxionis, laborante dextro crure in
ſuperiſ partibus lateris dextri; illæ enim venas etiā
habent, vt poſtea oſtendemus per quas ſe exonerare
poſſunt in crure, & promptè à minima quaque occa-
ſione à ſuperiſ partibus decumbunt humores in in-
fernas; crura autem dextrum in ſiniſtrum neſcio quo
modo poſſit per aſcenſum, & obliquam poſtea viam
aliquid mittere; quod ſi mittit aliquid, ſurſum certè
mittit per rectum curſum humoris, vt in illis contin-
git, qui ex affectu digitorum pedis comitalem mor-
bum patiuntur. Addo, quod Galenus velit reuul-
ſionem ſemper faciendam eſſe ſecundum rectitudi-
nem, quod vt poſtea interpretabimur, excludit oppo-
ſitionem, quę eſt inter dextrum, & ſiniſtrum, an-
terius & poſterius, intus & extra, & ſolum compre-
hendit longitudinem corporis, de qua re iam tempe-
ſtuum eſt vt dicamus. Statuit Hippocrates primus,
reuulſionem eſſe adhibendam *κατ' ἴκον*, & poſt illum
Galenus idem ſentit, & verbum Hippocratis inter-
pretatur *κατ' ἐπιθυμίαν*, ſed cum non ſatis explicet
quid per rectitudinem illam intelligendum ſit, na-
ta eſt inter Scriptores de venæ ſectiōe diſſenſio;
nam Curtius id quod dicitur ſecundum rectitudi-
nem duo continere vult, vnum quod ſit in eodem
ſitu, vt dextrū dextrū, & ſiniſtrū ſiniſtro illi eſt ſed
rectitudinē, alterum quod ad ſit eodē modo venarū; Fer-
nel. veto, & alij quidā, interpretantur rectitudinē hanc
venatum filamenta recta, venas enim filamentis rectis
contextas eſſe, & per illa attrahere humorem, &
propterea cum ſiſtere volumus fluxiones, eligendas
eſſe venas, quę in partem affectam filamenta recta
protendant, quę quidem opinio, plena eſt erroribus:
nam cum omnes venę eandem habeant compoſitionem
ex filamentis rectis, tranſuerſis, & obliquis, hoc
modo non referret vnam vel aliam venam ſecare;
Deinde ſanguinis fluxus qui ſit ſecta vena, nequa-
quam ſit per attractionem, ſed per expulſionem, quę
mouetur à dolore facto ob ſectiōem & vincula,
quę adhiberi ſolent parti, in qua volumus venam
aperire, quibus ablatis, & ceſſante dolore, ſanguis
fluere deſinit, quod non fieret, ſi per attractionem
ſanguis exiret: nam attractio non requirit dolorem,
imò præſente dolore ceſſat, quippè cum illa ſolum
moueat attractionem, quę ſunt amica, & familia-
ria, quę vero moleſtant, ſolam expultricem exci-
tent, alijs omnibus facultatibus ceſſantibus & ce-
dentibus agenti expultrici, quę agere nequit ſi attra-
ctio, retentio, & concoctio, ſuum munus exerceant.
Præterea, Galenus in vlncribus partium, ſcribit par-
tem vulneratam contrahi ad ſanam; ut experientia
etiā docet, quare venę partis diuiſæ, trahere ad ſe
non poſſunt quidpiam, ſed quę in parte ſana inte-
græ manent; Poſtreimò ex anatome oſtendere ille
non poteſt, communem & directam (vt ait) venarum
ſocietatem inter partes dexas, ſupremas &
inferias, inter quas tamen eſt rectitudo, de qua Hip-
pocrates & Galenus agunt. Curtij autem opinio ali-
quid probabile continet; nam ſi nullus requiritur
conſenſus venarum in ſectiōe quę ſit per rectitudi-
nem, quomodo fluere poterunt humores à dextris,
in dextra, & à ſiniſtris in ſiniſtra, & quomodo con-
trarium

Varium motum fluxionibus opponere possumus per
 Teuellentia? nam si tollas venarum societatem & co-
 municantiam, non uideo, cur referat magis secat
 venam in dextra parte, laborante alia dextera, quam
 in sinistra; utrum difficile etiam est animo concipere
 hanc societatem in omnibus partibus, quae secundum
 rectitudinem esse dicuntur, quam enim lien
 communitate venarum habere potest cum venis ex-
 ternis digitorum sinistrae manus, siquidem vene
 his in hepate terminantur, quod in dextra parte est si-
 cutum? quapropter, venae lienis potius cum venis bra-
 chij dexteri, quam cum sinistrae communitatem ha-
 bent. Pes praeterea, cum manu (Curtio etiam autho-
 re) nullam venarum communitatem habet. Vena
 item cruris sinistra, cum vena dexteri magnam comu-
 nicationem habet, quoniam utraque a communi conca-
 uitate venarum quae in inguine est, diiudicatur: non
 tamen ex Galeni opinione dextrum cruris rectitudi-
 nem habet cum sinistro. Praeterea, vena brachij dex-
 tri, cum venis nutritibus quattuor costas superiores
 lateris dextri & sinistrae coniunctionem habent,
 non tamen latus sinistram secundum rectitudinem
 habet cum brachio dextro; quod si communitatem
 venarum, qualemcumque inter se connexum intelli-
 gimus, omnes partes eam communitatem inter se
 haberent, quoniam connexa inter se omnes venae
 sunt, sed proprie & vere dicitur illae partes commu-
 nicare per venas quae eas habent ab eadem proxima
 concauitate, & tunc venarum diductas, sic enim
 Galenus definit in libro de vena sectione, cum ait:
 Optima fiet enacuatio per venas diductas ab his, quae
 in partibus ipsis sunt sitae; igitur, cum pars quae afficitur,
 & alia cui remedia adhibentur, venas habent a
 communi trunco proximo diductas, ille inter se ve-
 narum communitatem habere dicitur; apparet haec
 communitas in venis internis cubiti, & venis nu-
 tritibus quattuor costas superiores, a communi
 enim trunco & diuisione venarum quae in intimo sitae,
 diuiduntur vena cubiti & quattuor illarum costarum;
 ita crura venarum communitatem habere dicuntur,
 quoniam vena quae in illas inseruntur, nascuntur a
 communi trunco, qui diuiditur in inguine, Galenus
 ubique videtur illa dicere esse *κατὰ τὴν* quae in eodem
 situ sunt secundum rectitudinem corporis, ita, ut so-
 lum dextra dextris sint secundum rectitudinem, & vo-
 loco exceptio, qui est in textu 10. 3. Comment. in li-
 bris Hippocratis de Fracturis, ubi ita scribit *κατὰ τὴν*
 semper Hippocrates pro ex directo, ponit, aliquando
 per longitudinem corporis, aliquando per latitudi-
 nem, quae admodum nunc. Qui quidem locus pro-
 fecto trahi non potest ad reuulsiones: nam hoc mo-
 do non referret in Pleuritide dextri lateris, secat ve-
 nam in cubito dextro, uel sinistro, cum tamen ille
 scribat in libro de Vena sectione, secutionem, quae sit
 in cubito oppositi lateris, aut nullam, aut certe tardam
 adferre opem. Item brachio dextro laborante, cur il-
 le in 13. Methodi non in brachio sinistro, sed in crure
 dextro venam secat; neque profecto laborante ho-
 pate, probare possentis sanguinis eruptiones quae fi-
 unt per dexteram narem magis quam illas quae fiunt
 per sinistram: Clara ergo & perpetua debet esse Ga-
 leni & Hippocratis sententia de rectitudine quae est
 secundum longitudinem partium, cum de reuulsio-
 ne simpliciter dicta agimus: quoniam dextre cum dex-
 tris magis communicant per venas quam cum sini-
 stris, sed non ea quidem adest inter omnes partes quae
 secundum rectitudinem sunt, quae per proximas ve-
 narum diuisiones sitae, sed ea tamen adest, quae ad cur-
 sum humorum recipiendum, & reuellendum susci-
 pit: communicant enim vena eiusdem lateris ascen-
 dentes & descendentes per officia sua, per cavitates

A musculorum etiam decursus patet, & viuente homi-
 ne, meatus, qui eo mortuo sunt occulti, maxime pa-
 tent, & per has vias, humores qui recta mouentur
 ascendendo, vel descendendo, facilem viam inue-
 niunt, si attrahantur, expellantur, aut alijs remedijs
 hinc, & inde commoueantur. Quod si hanc opinio-
 nem non recipimus, quo pacto reddi ratio potest cur
 laborante pede in Epilepsia, subito ascendere possit
 materia aliqua ad caput? cur item & quomodo pe-
 des tumescant in podagra? per quam enim via quo-
 so a superioribus partibus & maxime a capite, in pe-
 des possunt descendere humores? cur item laboran-
 te dextra capitis parte, & descendente humore, po-
 tius intumescit pars ceruicis dextri lateris, si illic si-
 fitur humor, aut si ad thoracem descendit, potius
 B dextrum latus, quam sinistram repletur? Verum si
 venarum communitas una est euidentissima per pro-
 ximas venarum diuisiones, alia vero magis occulta
 per coniunctionem orificiorum, cur in Pleuritide af-
 fectis octo costis inferioribus, venam non secamus
 semper in cubito dextro ut placuit Vesalio, cum vena,
 sine pari, dicta, quae costas illas utriusque lateris nu-
 trit, a dextro latere oriatur, & coniungatur cum ve-
 nis cubiti dextri; ratio haec est profecto, quod humo-
 res, qui Pleuritidem faciunt, non per venam illam,
 quae intus nutrit costas, ferantur, sed per illas, quae
 sparguntur per musculos thoracis, illae enim desi-
 nunt tandem in membranam succingentem costas,
 & eam separant affuso copioso humore ab ipsis co-
 ctis, & illic inflammatio fit, quae non solum mem-
 C branam afficit, sed proximos musculos simul replet,
 id quod ostendunt euidentes causae externae, quae pa-
 riunt pleuritides, calor, frigus, ventus, quae omnia
 partes externas commouent, & ab illis humores li-
 quant, vel propellant in partes profundiores thora-
 cis, illis nequaquam agitatibus humoribus qui in vena
 caua continentur. Idem saepe experientia docuit, dis-
 secto latere Pleuriticorum; multos enim vidi, quib.
 vniuersum latus vix dissecta cute, & externis muscu-
 lis, statim exibat sanies purulenta, & vique ad mem-
 branam ipsam omnes muscoli pleni tali humore con-
 spiciebantur; quae re aduersus, miror cur latus Pleu-
 riticorum non aperiamus vbi alia remedia experti su-
 mus nequaquam prodesse; quid enim potest esse pe-
 riculi ex vulnere quod non penetrat aliquando ultra
 D primos musculos, in quib. sanies inueniet, aut sangui-
 ne qui mali est causa, aut certe nunquam membranam ip-
 sam attinget, quin abscessum factum reperiat, qui cum
 per membranam illam densam penetrare non potuit, ho-
 minem strangulat & suffocat. Igitur cum vena quae
 mittunt humorem ad latus, communicantiam ha-
 beant proximam cum venis cubiti, & capitis, a quib.
 mittitur, vel exprimitur humor, cum Pleuritis
 fit, merito in cubito eiusdem lateris, non in alio, aut
 in pede eiusdem lateris, sanguis mittitur, quoniam
 fluxionem reuocamus ad contrarium humoris mo-
 tum, & musculos vicinos per venas communes va-
 cuamus: Laborante vero liene, venam non in dextro
 brachio, sed sinistro secamus, quoniam communica-
 tio venarum quae fit per illarum officia, maior est si-
 E nistrae partis cum sinistris, quam cum dextris: nam
 & in eorum partes venas habent quae cum orificijs par-
 tium externarum coniunguntur, ut ex figuris ve-
 narum & anatome apparet; vbi vero fluxiones fe-
 runtur ad pedes, sectio venae in cubito eiusdem late-
 ris cursum humoris quidem retrahit, verum quod in
 venis partis affectae iam est receptum, educi non po-
 test ob distantiam maximam: nec possumus plura
 praestare, repugnante natura & structura corporis no-
 stri. Ex his igitur patet quid sit reuulsio, quae distan-
 tia & oppositio, quae rectitudo, & communitas ve-
 narum,

narum in ea requiratur. Superest vt alia quedam addamus quæ ad eandem pertinent, quæ etsi inter præcipuas conditiones quas requirit reuulsio, non numerentur, non tamen sunt contemnendæ. Curtius (vt paulo ante diximus,) vult venam quæ ad reuellendum secatur esse magnam, & loco dolenti proximam; Galenus præterea iubet fluxiones aliquando esse ducendas ad suam originem; aliquando minimè: tunc quidem ducendas esse, quando pars quæ mittit, est ignobilis; nobilis vero quæ recipit: non autem id faciendum, quando nobilis mittit in ignobilem; quid ergo tunc erit agendum? illud etiam explicandum est, van in reuulsione quæ fit per sanguinis missionem, cõfertim, vel paulatim, debeamus sanguinè mittere. Postremo docendum erit, an in reuulsione sequamur motum humoris, vt Curtius vult, & obseruemus dictum huius Aphorismi: Quo natura vergit, vt Galenus sentire aliquando videtur. Curtius (vt diximus,) vult in reuulsione secandam esse venam magnam, quod certè faciendum est, vbi reuellimus ad sistendum fluxionem quæ inflammationem parit, sic enim promptius educitur humor, & validior fit reuulsio; vbi vero reuellimus ad sistendas fluxiones, quæ extra corpus feruntur, præstat minores venas eligere, quoniam sæpius iteranda est sanguinis missio, quæ per minores venas minus dissoluit spiritus, & propterea sæpius iterari potest, sic in his fluxionibus, ob easdem rationes minores incisiones in vena fieri debent, in illis vero maiores, non magnopere tamen curandum est de venarum magnitudine in quacumque reuulsione, quæ cum humoris impetus viam sibi faciat per angustas etiam vias; quapropter Galenus venam secat in malleolis ad reuulsionem fluxionum ad partes superiores quod non faceret, sed in poplite fecaret, si magni momenti esse putaret maiorem vel minorem venam aperire. Porro, in his fluxionibus quæ pariunt inflammationes, cõfertim reuellere satius est; contendere enim oportet auxilia de celeritate cum præcipiti motu, qui morbum parit, in alijs vero quæ extra corpus fiunt, præstat sæpius repetere reuulsiones, vt ex crebris auxilijs reuellentibus, asuescat natura eo mittere humores, & alium locum per quem ferri consuevit, deserere; Galenus in Arte Medicinali vbi de curatione agit, & alibi, iuber fluxionem esse reuellendam ad suam originem, nisi pars quæ mittit sit nobilis, alia vero ignobilis quæ recipit: cuius autoritate persuasi multi ex nostris Medicis, in Cutaneis & externis affectibus, nolunt venas in cubito secari, quoniam ad internas partes reuocatur humorum cursus; si etiam in pestilenti febre, vbi fiant bubones, omnem venæ sectionem fugiendam esse putant, quod materia, vt inquit, venenosa rursus in venas redeat: verùm de cutaneis affectibus perperam sentiunt: nam si venæ adhuc plenæ sunt humore noxio, præstat eas aperire: & per latas vias educere humorem subito, quam permittere vt natura paulatim, & non sine periculo grauioris morbi sese per occultas vias sensim & difficilè exoneret, in bubonibus quoque quedam adhibenda est distinctio: nam si speremus naturam vniversum virus expulisse in glandulas, (quod cognoscemus si febris est remissa,) non amplius datur locus reuulsioni per sanguinis missionem; at si ex febre & alijs symptomatis, magnitudo morbi quæ cum calore, & repletionem coniuncta est adhuc, reuulsionem admittimus cum euacuatione; in bubonibus vero qui ex morbo Gallico contingere solent, nullus relinquatur reuulsioni per sanguinis missionem locus, cum vehementia caeret huiusmodi morbus; quare præstat ad locum affectum trahere humorem, vt tota veneni vis per bubonem expiret, at si ad originem fluxionis, quod ea pars

A nobilis sit, vel nullas habeat uenas quæ secari facile possint, reuellere non possumus, nec utile sit humorem ducere ad locum affectum, ut in Pleuritide, Podagra, & alijs affectibus inferiorum partium, quarum origo & fons potissimum est caput, quid inquam agendum? ad eas, inquit Galenus, transferre oportet fluxiones, quæ nullam habent principatum, & ut ego addo, quæ simul vicinæ sunt parti mittenti; sic enim in fluxionibus quæ feruntur ad eas partes à capite, mittimus sanguinem ex cubito, qui si non est origo mali, origini tamen est propinquus, & ignobilis pars, ad quam sine periculo quicumque humores duci possunt. Ceterum, laborante superiore parte lateris dextri in Pleuritide, ex cubito secari uenam ab Hippocrate putat Curtius, quod eo natura uergat & ad superiores fiat naturæ & humoris motus: in quo manifestè aberrat: nam etsi superiore thoracis partes afficiantur, non tamen affectus & fluxiones ortæ sunt ab inferioribus, sed à capite, ut diximus ceruice, & externis thoracis partibus, quæ in interiores suos protrudant humores, adiuuante frigore externo exprimente, aut calore fundente concretos humores; quare ad superiora reuellimus, opposentes motum contrarium reuellendo, ei, qui peperit affectum, etsi reuulsio eo etiam auctore, est attractio ad contrariam humoris motum, temerè quispian postea dubitabit, hoc posito principio, an in reuulsione sequamur vel humoris, uel naturæ motum. Atque hæc quidem sufficiant de reuulsione, quedam enim postea adhuc addemus, quæ illi communia sunt cum deriuatione, de qua iam agere aggredior eodem ordine quo usus sum in reuulsione explicanda.

C Deriuatio (inquit Curtius) est motus qui fit ad latus motus humoris, propterea sanguinis missionem in cubito quæ fit laborante latere inflammatione, dicit esse reuulsuam & deriuatiuam; reuulsuam quidem eo quod materiam à Plegmone ad venas paruas à paruis ad magnas, ad contrarium scilicet sui motus trahat: nam prius à magnis ad paruas, à paruis ad Plegmonem mouebatur, eo vero quod materia quæ per venam eam ascendens ad partem dextram pectoris mouetur, ad dextri cubiti fluxum trahitur; Deriuatiua vocatur, quoniam, (inquit) sui motus proportionem materiam ad latus trahit. Quæ quidem in re multos committit errores; nam Galenus in lib. 13. Methodi, & in 3. libro Artis Medicinalis, & in 2. ad Glaucionem, non vult necessario in deriuatione fluxiones duci ad latus, sed ad uiciniam; at inter vicinas partes quæ dâ sunt ad latus, alia subiacent, alia incidunt alijs: nam Galenus deriuationes fieri scribit ab vtero ad vesicam, & intestina, quæ partes ita se habent; vt vna alteri subijciatur: cum vero secatur vena in poplite dextri pedis, in affecta inguinis sinistri, ad latus fit deriuatio, veluti, si per narem vnam fluentem humorem deriuas ad aliam: non ergo debet definire deriuationem per motum ad latus, tanquam necessario requiratur huiusmodi motus. Deinde, si eo auctore motum humoris primum ignoramus, non poterimus motum lateralem illi opponere; Addo, quod ille per easdem venas veli extrahi à loco affecto humorem reuellendo & deriuado: nam reuulsio eisdem quidem canales exigit, quia contrarium motum priori molitur; at deriuatio quæ vicinum motum opponit, vicinum canalem exigit, & id planè ostendit vocabulum Græcum *παροξυνοειν*, quod est ex riuo ducere in alios canales, vt in pratis irrigandis facimus, cum ex flumine riuos multos trahimus, & ex illis alios minores, vt aqua per omnes prati partes spargi possit; sic Galenus in 6. libro Epidemion Comment. 2. textu 7. explicat. Deriuationem,

L quit,

quit, solet nominare Hippocrates, quando humores qui per non convenientem regionem ferri inceperunt, ducimus non per eam, nec per remotissimam, sed per aliam propinquam, veluti, inquit, si per vias vitæ exire inceperit humor vitæ a vesica & renibus, tunc per alium deriuamus; & contra, sic affecto vtero, ad intestina, & ad vesicam deriuamus; Quæ exempla, & alia omnia quibusalibi vitur, ostendunt diuersas esse vias per quas fluit humor morbum faciens, & illa per quas deriuatur. Ad hæc, eandem distantiam ponit in reuulsione & deriuatione, cum tamen Gal. vbiq; scribat, reuulsionem esse faciendam ad distantissimas partes, deriuationem vero ad propinquas. Adde, quod eundem humorem reuellat & deriuat: nam et si humor qui extra fluit, per reuulsionem & deriuationem sisti potest, reuulsione quidem egeat quando vehementer fluit, deriuatione aut quando leuiter, in inflammationibus vero de quibus ipse agit, non idem est humor qui eget reuulsione & deriuatione: nam textus est elatus apud Gal. in 13. Methodi, & passim alibi, in principio inflammationum reuulsione esse vitendum, deinde deriuatione: nam in principio, inquit, quod insiuit reuellere oportet, quod vero influxit, per vicina deriuandum est, cum. n. triplex sit humor in generatione inflammationis, vnus qui in via est, & nondum in venas partis incidit; alius qui in illis iam est receptus; tertius qui ab illis venis in partis substantiam est sparsus; hic inquit Gal. in venas amplius redire non potest, sed per spatum, fomenta, & alia localia remedia educitur; ille vero qui ad huc est in via, eget reuulsione; qui vero in venis partis est, deriuatione euacuati debet, auctore Gal. qui & alibi passim docet, recentes affectus reuulsionibus curandos esse, inueteratos vero deriuatione & localibus presidijs. Verum et si ita est, non tamen licet vbiq; deriuatione vti, quoniam non sunt in omni parte corporis vicini canales. Igitur deriuatio fit omnino per vicinum aliquem canalem, per quem possit transfundi humor qui per alios fertur, aut in alijs continetur, ita, ut nondum sit impactus in parte; ille. n. amplius dimoueri non potest, & per aliquam viam duci, non magis quam aqua, que excidit a titis, & a pratis est combibita. At, quomodo differet deriuatio a multis reuulsionibus quas ponit Galenus: scribit. n. ille, Comm. in Aphorif. 68. lib. 5. Aphorif. remedium esse reuulsorium sectionem venæ in fronte laborante occipite; & in textu 3. 1. 2. Comm. 6. lib. Epid. dicit, oculorum fluxiones ad palatum per acta medicamenta reuelli. Ego quidem ita sentiendum puto, in eodem membro reuulsionem fieri posse localem, & deriuationem: reuulsionem quidem, quando venæ adsunt que ab una parte in aliam oppositam feruntur, secta enim vena, cursum humoris, qui fit in partem oppositam reuellit, vbi vero diuersi sunt canales, & propinqui, per illos non fit reuulsio, sed deriuatio; itaque recte laborante occipite, sectio venæ in fronte reuulsiva dicitur, in fluxionibus vero oculorum, motus qui fiunt per palatum & nares, recentius deriuationes, que reuulsionibus vocantur, si modo deriuationes vere sunt, que affecto vtero fiunt per intestina & vesicam. Nunc de humore agendum est, cui conuenit deriuatio; De quo quidem obiter ita statuimus, fluenti humori leuiter, deriuando succurrendum esse, non quod est reuulsio illius non sit medicina & precipua, sed quod vbi ea non profuit, deriuatio sit tentanda; vnde dicebat Hipp. 6. lib. Epid. non esse semper standum in remedijs reuulsorij, id quod medendo obseruamus: nam in profluuio muliebri, non primum vitur deriuatione per intestina & vesicam, sed vbi reuellentia brachij, & sub manibus adhibita non profuerunt ad fluxionem vitendam, conuenit (vt et diximus) deriuatio non solum in fluxionibus inueteratis, (ut Gal. dicere

A solet, inueteratis affectibus, deriuatione competere) sed et in recentibus. nam si leuis sit fluxio, deriuatio adhiberi potest, quod. n. hæc obesse potest? An vero humoribus, quiescentibus fluere solitis conuenire possit et deriuatio, non meminit Gal. qui in lib. de nat. hum. solum mentionem facit reuulsionis ad distantissimas partes, cum præseruare volumus partem a solitis fluxionibus. Verum nec ipsæ deriuationes omittendæ sunt, vbi reuellentibus remedijs passionibus non cedunt; an quæ non proderunt deriuationes per intestina, & vniuersas vias, si vitæ rus soleat fluxiones & vapores mittere ad caput? Illud et explicandum est, an reuulsio semper præcedere debeat deriuationem: de qua re scribit Curtius in morbis acutis, & vbi dolor adest prius deriuandum esse quæ reuellendum, siue multum, siue parum adhuc fluat; in morbis. n. affectibus cito esse succurrendum; & id esse, inquit, quod Hipp. in li. 6. Epid. his verbis deriuare, reuellere ostendit, cum postponit reuulsionem deriuationi. Verum, (vt antea diximus) si reuulsio ad fluxionem sistendam sit, deriuatio autem ad id quod receter influxit euacuandum, (vt ipse et concedit) fluxio autem ad id quod influxit causa rationem habet, non dubium quin reuulsio semper præcedere debeat deriuationem, præsertim in Pleuritide, de qua quod est; tutum. n. non est per vicinos locos vehementes fluxiones ducere: Adde, quod ille aberrat ob malam intelligentiam verborum Hipp. nam et si scribendo preposuit Hipp. deriuationem reuulsioni, medendo tamen reuulsio præcedere debet; quod Hipp. eodem loco ostendit, cum ait: statim reuellere, non autem deriuare; & Gal. in Comm. scribit, non semper in reuellentibus remedijs standum, sed spacium aliquod interponendum, tamquam velit primo adhibendas esse reuulsionibus, quibus non satis iuuantibus ad deriuationes postea consurgendum esse; quod apertissime docet in lib. 13. Meth. vbi scribit incipientes inflammationes reuulsione euacuas, postea vero deriuatione & vacatione a parte; & recte quidem, inquit, vacatione a parte: nam vacatione que fit in Pleuritide ex sectione venæ in cubito, reuellit quidem, & vacuat a parte, non tamen deriuat, reuellit. n. quia fluentes adhuc humores ad locum affectum per contrarium motum retrahit; vacuat vero a parte, cum humor in venis partis contentum per easdem successione quadam ad cubitum non longe distantem educit; nequaquam vero deriuat (ut ita diximus) quia per vicinos canales ipsos per quos fluunt humores, aliquid non ducit; nulli. n. sunt vicini canales illis, per quos fluit humor, sed ipsæ sunt ipsæ per quos descendit, & ascendit, fluit, & refiuit humor. At vero illud rationi est consensum, in morbis acutis & præsentem dolore, cito esse succurrendum; verum si idem fieri posset in morbis longis, & vbi nullus dolor cruciat, aut pars ignobilis laborat idem profectò præstandum esset a Medico, qui in omni officio (vt Aesclepiades dicebat, & ex eo repetit Gal. & Cellus) cito tutò & incunde agere dicit. Ceterum, sunt qui velint et in deriuationibus obseruandam esse eam rectitudinem, quam diximus esse necessariam in reuulsionibus, sed illi aberrant: nam Gal. per ceteras venas tam reuulsionem, quam deriuationem dixit quidem faciendam esse, sed rectitudinem solum reuulsioni tribuit; & merito quidem: nam cum deriuatio requirat duas vias sibi propinquas, vix in eadem parte dextra vel sinistra eas inueniemus in corpore nostro, ita ut per vtramque humores duci & euacuari possint; dextra vero & sinistra partes non sunt secundum rectitudinem positæ, sunt tamen vicinæ, & illis natura dedit proprias venas, propriosque canales, qui inter se coincidunt, ita, vt ex vna in aliam & assumi & transfundi possint humores qui in ipsis continentur, vt in vtroque cruce apparet euidenter; in alijs fortè vix inuenies hæc coincidentiam viarum inter dextram & sinistram; in medio vero corporis sic inueniuntur partes que secundum

ditum situm superiore & in feriore deriuationes admittunt per rectitudinem, vt in deriuationib. q̄ fiunt ex vtero ad vesicā & intestina, apparet. Igitur in dextris non est inuenite faciliē partem aliquā quæ ad dextra vel sinistra, vt nec in sinistris nisi in narib. & oculis; in medio vero corporis situ nō defunt. Cōitatem aut veram venarum in deriuatione necessariā esse ante docuimus. Nūc sequitur vt agamus de euacuatione q̄ fit à parte, & de simplici euacuatione, quā Gal. non solet enumerare, cū in inflātionibus dicat primo esse reuellendū, deinde deriuandū, postremō euacuandū ab ipsa parte, postulat tñ Medicina nostra ēt euacuationem simpliciter dictā, vt cū datur humoribus peccantibus, nec illa quidē in euacuatione à parte comprehenditur: nā Gal. vacuationē à parte, in 13. Meth. scribit fieri ad motus ipsi parti repellētibus, digerētibus, aut factō pure, sectione ipsius partis; & hæc non cōprehendunt medicamenta, quæ humores in cavitāte partis contentos educūt. per proprios canales sibi coniunctos, veluti cū ventriculum purgamus per aluū, aut vomitum. Nec ēt comprehendit euacuationē humorum qui in substantia partis continentur, & per eadē vias educūtur; Videndū ergō est, quid sit euacuatō à parte; & quid simpliciter dicta euacuatō; & quid per utrāq; sit euacuandū; quæq; conditiones sint obseruandæ. Vacuationē à parte definiunt nonnulli illam esse, quæ ab ipsa parte incipit, quocūq; postea humorē ducat, siue per admota, siue per assumpta medicamenta fiat euacuatō: veluti, si humor qui in ventriculo continetur, à medicamēto purgante assumpto, per aluū educatur, vel per os, à parte vacuatō ab illis dī; quod si ab intestinis uel ab ore inciperet euacuatō, quæ eū humorem cōmoueret, & ad se alliceret, dicunt illā esse reuulsionem, hoc. n. s. lū euacuationē à parte facere, quod remedia euacuatia partem ipsam attingant primō, & ab ipsa humorem contentū mouere incipiant, nec referre, siue in partis substantia, siue in cōcavitāte partis humor cōtineatur. Verūm hæc opinio prorsus tollit simplicem euacuationē, quam adhibemus in purgationibus, & affectib. multarū partū, in quibus nihil aliud spectamus, q̄ vt humorem ledentē educamus per solitos & proprios singulis partib. canales. Præterea, Gal. semper cū de euacuatione à parte agit, non enumerat medicamenta purgantia, sed solū localia, & per eā euacuationem non alios humores intelligi educi, quā qui in partis substantia cōtinentur; quod si ita est, dicemus illam esse euacuationē à parte, quæ per localia auxilia humorem contentū in substantia partis educit: vacuationem vero simpliciter dictam definiemus esse, quæ nulla habita ratione contrarij & vicini motus, humorem contentum in partis cavitāte, uel ēt substantia, per naturales & proprios canales educit, & de hac euacuatione reuera loquitur Gal. in Cōm. huius Aphorismi, cum intestina, uterum, vesicam, & alias partes quas enumerat, dicit esse loca conuenientia ad euacuationes; sit autem eiuſmodi euacuatō non solum per purgantia, sed etiam per illa quæ urinas ducunt, uel uomitum mouent, aut alio modo euacuant pro natura & conformatione singularum partium: nam quæ in cerebro continentur, per nares & os, per propria quadam remedia excernuntur; sit autem etiam per sanguinis missionem, quomodo Galenus in Pleuriticis uenam secandam esse dicit in cubito internam, quoniam, inquit, reuellit & uacuat: reuellit enim humorem fluentem, uacuat autem eū qui in venis partis affectæ continetur, eum enim euacuari intelligere debemus; quod satis Galenus exprimit in 2. de Victu acutorum, ubi ille scribit, eo usque auferendū esse sanguinem, donec rubidior multo, uel pro puro rubidoque liuidus effluerit, talis

A enim, inquit, sanguis est, qui à parte inflāmata exit, quare non immeritō ea dicitur fieri euacuatō partis, etsi per reuellentes uenas fiat, quoniam educitur humor qui in parte continetur per proprias vias per quas naturaliter se exonerare potest. Sed quid dicemus de euacuatione à toto? an non illa intelligitur esse, quæ totum quocumque modo euacuat, uel solum omnes uenas & arterias totius? Verūm, quid de balneis dicemus, quæ potissimum habitum corporis euacuant, & uenas non attingunt? an illa dicitur euacuatō totius? Galenus corpus aliquando solet uocare, solum corporis habitum, ueluti cū notas temperaturæ corporis tradit, in quibus non comprehendit temperiem uiscerum: aliqñ corporis nomine quiddam in nobis est, accipit, ut cū usum partū corporis & anatomen profitemur se docere uelle; sic ergo euacuationē totius corporis intelligimus solā eā, quæ habitum corporis exhaurit, aliqñ uero quæ vniuersas partes attingit plus, vel minus; & cum per externa remedia sit euacuatō, localis euacuatō recte vocari potest, & ei similis est quæ dicitur fieri à parte per localia remedia: cum uero per alia auxilia perficitur, potius simpliciter euacuatō dicenda est; nec refert si humorem cōtentū in parte educat: nam non quiddam euacuat humorem contentum in parte, dicitur euacuare à parte, sed quod p. localia auxilia id præstat; aliud ergo est euacuatō partis, à vacuatione à parte, aliud vacuatō totius, aliud vacuatō à toto; illa per simpliciter euacuatia & per reuellētia & deriuantia fieri potest, hoc uero solū per illa quæ humorem repellūt à parte, uel toto, aut digerunt, aut facto vulnere extrahūt. Sed in has angustias nos incidimus, quia maiores nostri quorū officium erat singulis rebus noua imponere, negligētiore in nostra facultate fuerunt. Sed vt ad euacuationē à parte redeamus, recepta est sentētia ab omnibus Medicis, non esse à parte affecta vacuandum, nisi præcedentibus totius euacuationibus. Verū, id de euacuatione quæ proprie dicitur à parte, & sit per localia remedia externa, intelligendum est: nam si cum euacuatione totius fieri etiā possit euacuatō partis, vt per sectionem uenæ accidit, & purgationem, nihil prohibet eam ab initio adhiberi; scribit enim Galenus in 2. de Victu acutorum, ubi curationē Pleuriticis ex Hipp. docet hæc uerba: nos uero partem eam quæ Phlegmone obsidetur, tum celeriter, tum quæ exterās partes magis, præsertim in acutis morbis, euacuare contendimus. De euacuationibus uero quæ per localia remedia fiūt, adhibenda ēt est distinctio: nā si fluxio nascitur ex dolore alicuius partis facto ob repletionem aliquam, quæ in parte sit, statim adhibenda sunt parti affectæ localia remedia anodina, & euacuatia, nimirū, cū fluxionis causa inde originem habeat; quod Gal. obseruat in 13. Meth. & in 2. ad Glau. nam ubi ex bubone excitantur fluxiones, curationem prorinus aggreditur ad motus remedia ipsi buboni; Verū, vt hæc recte fiūt ita laudare non possum Hippocratem, qui in lib. de Victu acutorū, nulla distinctione adhibita, multos dies consumit in discutienda pleuriticide per varia fomenta: nam cum aliud ēt emittitur fluxio in latus, fomenta huiusmodi calefacientia rarefaciunt & dilatant cutem, musculos, & uenas lateris, atque ita facilius uia paratur humori qui inflammationem parit & auget. An non sūt aliæ euacuationes præter quattuor prædictas? minime quidem: nam auersio genus est ad reuulsionem & deriuationem, vt ex 4. libro Methodi patet.

APHORISMVM XXII.

*Concocta medicari, atque mouere non cruda,
neque in principijs, modo non turgeant,
plurima vero non turgent.*

Vis fit scopus huius Aphorismi Gale-
nus non explicat, sed solum quid do-
ceat author declarat; Philoreus vero
scribit de scopo ad hunc modum; an-
tea docuit Hippocrates in precedente
scilicet Aphorismo, per quas vias humor in Crisi de-
relictus vacuandus sit: sed ne quis temerè & simpli-
citer eum euacuet, hic Aphorismus docet; verùm,
cum non explicet quid intelligat per non simplici-
ter, & non temerè, proprium etiam non docet huius
Aphorismi scopum: nam qui modum in vacuando
seruat idoneum, item in quantitatem, qualitatem, &
locum aptum considerat, non temerè vacuationem
facit, nec inconsideratè; itaque, cum id ad omnes sco-
pos extendatur, proprium non est huic Aphorismo.
Alij dicunt Hippocratem hic docere quod oportet
materiam esse concoctam cum purgare volumus; qui
verum quidem dicunt, sed scopum Aphorismi non
explicat. Montanus autem tradit, Hippocratem
hic velle docere tempus aptum ad euacuationem: in
quo etiam fallitur, non enim docet aptum tempus
ad sanguinem mittendum, & ad alias multas eua-
cuationes, veng enim sectio non exigit concoctum
humorem, alioqui in declinatione febris, & non in
principio sanguis esset mittendus. Sophistæ vero &
Questionarij interpretes, nullum scopum huic Apho-
rismo assignant, sed quinque Conclusiones ab autho-
re explicari docent, atque ita quod in genere ignorant,
statim ab initio diuidunt; quod si (vt illi aiunt) Con-
clusiones eliciendæ essent, multo plures quam quin-
que ex hoc Aphorismo resulerent. His itaque præ-
termissis, dicimus; Hippocratem hic docere velle
tempus aptum ad purgationem; id quod ostendunt
illius verba; indicari, quod nihil aliud est, quam me-
dicamento purgante euacuare, illud enim tempus
aptum est ad purgationem, cum humor motum fa-
ciens vel turget, aut est concoctus: non quod sola cõ-
coctio requiratur, quippè, cum concoctio omnia in-
crasset, & viscida reddat (vt postea ostendemus) ita,
ut extenuatione & incisione post concoctionem sit
opus; sed quod concoctio fons sit omnium aliarum
conditionum, quæ in materia purganda requiruntur:
nam concocto humore, licet omnes alias qualitates
facile parare. Nec contra id facit, quod in humore
qui morbum nondum facit, aut cruditatem nullam
est perpessus, concoctio necessaria non sit, veluti, cū
sanos purgamus, aut in principio morbi: nam nos
hic agimus de materia quæ est proxima causa morbi,
quæ post iudicium relinqui solet; ergo, cum tempus
illud aptum dicatur esse ad purgationem in quo hu-
mor concoctus est, id autem intelligere non possi-
mus, nisi concoctionis naturam intelligamus, pro-
pterea de concoctione diligentius à nobis est agen-
dum, præsertim, quod in hac re pauca sint adhuc re-
ctè ab alijs memoriæ prodita. Ergo primum dice-
mus quid concoctio; deinde tertio, quæ sint species
& differentie concoctionis; quæ sunt concoctionis
causæ; quarto, quomodo fiat concoctio; quinto, qua-
lis requiratur concoctio in humore qui ad purgatio-
nem aptus esse debet; postremo, quibus remedijs
concoctio à Medico inuanda sit. Neoterici ferè om-
nes concoctionem definiunt esse humoris præpara-

A tionem ad expulsionem; quam definitionem ab A-
uicenna sumpsisse videntur, qui ait concoctionem
esse substantiæ adæquationem, quæ ad facilem eua-
cuationem obediat. Quæ opinio vsque ad hæc nostra
tempora viguit; falsa tamen est, & multis erroribus
plena; Primò, quod illius authores duos Aphorismos
coguntur in vnâ sententiâ redigere, præsentem
nempe, & eum qui in secundo libro nonus habetur
in qua scribit Hippocrates: Corpora enim quæ pur-
gare voluerit, oportet fluida facere; Cum enim in il-
lo præter concoctionem aliâ præparationem exigat,
extenuationem scilicet humorum viarumque apertio-
nem, certissimum est, Hippocratem hic per conco-
ctionem non intellexisse præparationem humorum
ad expulsionem, alioqui frustra aliud addidisset Apho-
rismum, in quo præparationem requirit aliam, quæ re-
uera præparatio est, vt ex Galeno pater, qui paulo pos-
tea exponens Aphorismum: In acutis passionibus
rarò, inquit, corpora parari ad purgationem, exte-
nuando humores, & obstructions tollendo, nulla
concoctionis facta mentione, & obstructions tollendo, nulla
concoctio, aliud præparatio humoris ad expulsionem.
Secundò, idem ex natura rei probare licet, cum en-
nim purgatio ab attrahente fiat medicamento, at-
trahantur autem facilius, (vt Galenus in 3. libro de
Naturalibus facultat. & passim alibi scribit) quæ te-
nuia sunt: concoctio autem omnis, (vt Arist. 4. Me-
teorum cap. 2. tradit, & nos postea ostendemus) om-
nia incrasset; qui concoctionem procuraret ad faci-
liorem expulsionem, contrarium omnino faceret ei,
quod intendit. Tertio, cum natura concoquendo stu-
deat humores sibi similes reddere, & in propriâ sub-
stantiâ mutare, quanto similiores redditi illi fue-
rint, tanto sanè auidius retinebuntur, & tanto pro-
pterea ad expulsionem ineptiores: similitudo enim
causa est attractionis, retentionis, & concoctionis,
dissimilitudo uero expulsionis; quare tantum abest
vt natura materiam intendat præparare ad expulsio-
nem, vt potius concoquendo contrarium faciat; quod
cum videret Curtius repugnare principijs, quomo-
do scilicet concoctio quæ omnia incrasset, præparare pos-
sit materiam quæ concoquitur ad expulsionem, ita
rem conciliare nititur, incrassationem, inquam, ad
euacuationem quæ à Medicina fit, ineptiorem esse
extenuatione: contrarium autè fieri in euacuatione
quæ à natura fit; Verùm illud in primis intelligere
debebat, Hippocratem hic non agere de purgatio-
ne quæ à natura fit, sed de ea quæ à Medico fit per me-
dicamenta purgantia; quinetiam, & illud quod de
naturæ euacuationibus habet, falsum est: facilius en-
nim natura tenues humores quàm crassos extrudit,
siue per sudorem, vel vomitum, aut aluum, aut san-
guinis profluvia sese exoneret; minus enim resistit
quod tenue est naturæ expellenti; & idem faciliorem
inueniet per omnes corporis vias, quam quod cras-
sum est; vnica sanè euacuatio quæ per sputum fit,
huic errori occasionem dedit: cum enim spiritu sur-
sum impellente à pulmone humorem, talis fiat eua-
cuatio, nisi quandam crassitiam habeat humor elat-
us, discinditur, diuelliturque; facillimè ob nimiam te-
nuitatem ab impellente spiritu, quare oportet crassi-
tiam quandam in humore esse, ut impulsioni spiri-
tus resistat, qua tandem vsque ad os attollitur, par-
tes tamen quæ ipsam à se expellunt, ut pulmo & tho-
rax, tanto facilius expellent humores, quanto illi te-
nuiores fuerint; itaque, si in hac vna euacuatione, ex-
pulsionis modus & locus, crassitiam quâdam in humo-
re requirunt, non tamen propterea dicere debemus
naturam ipsam cum facultate sua expultrice vitior,
facilius expellere quæ crassiora sunt, quàm tenuiora.
Postò Curtius suam opinionem confirmat hac ratio-
ne:

ne: Natura, inquit, assimilando agit, & propterea A
 incrassando, & ideo facilius incrassata expellit. Hæc
 ratio non est digna eo qui nostra ætate Monarchiam
 Medicorum sibi vendicauit, alia enim vis est altera-
 trix, alia expultrix, alius finis, alia remedia illarum
 actionem iuuant: nam vna gaudet similibus, alia
 dissimilibus, concoctio calidis & humidis remedijs
 iuuatur; expulsio extenuantibus & incidentibus;
 quod si incrassantia postularet, cur cum vrinam mo-
 uere volumus, vel sudores, non adhibemus incrassan-
 tia? nam nec in his quæ per sputum educuntur,
 magna crassities requiritur, cum Hippocr. dicat spu-
 ta non procedere eo quod crassa sint; & experientia
 doceat una cum Gal. extenuatione sepe esse opus ad
 sputum facillimè educendum, nimirum, quod facul-
 tas expultrix eos humores tamquam nimis resistentes
 extrudere non possit, neque spiritus ipse attol-
 lere valeat; ut ergo nimia tenuitas obest, sic nimia
 crassities inepta est ad eam euacuationem, quæ fit per
 sputum, ad alias vero omnes quanto magis extenua-
 ti sunt humores, tanto facilius expelluntur à natura,
 & à medicamentis nostris attrahuntur. Addit ille na-
 turam melius iuuare crassam materiam cum purga-
 tio fit, quam tenuem; ideo purgationem meliorem
 in crassa fieri adiuvante natura, quam in tenui, cui
 nullam opem natura fert, quibus verbis ostendit iã
 se agere non solum de purgatione quæ fit à natura,
 sed etiam de ea quæ fit à nostris medicamentis; deinde
 id ego ab eo scire velim, cur melius natura in cras-
 so iuuare possit medicamentum, quam in tenui hu-
 more, nonne quod tenue est, facilius patitur crasso,
 & expulsionem patitur; sed quoniam ille autoritate Ga-
 leni maximè uittitur, ostendat quæso ubi ille aut etiã
 Hippocrates dixerit opus esse incrassatione, ubi pur-
 gare volumus corpora; extenuandos uero esse hu-
 mores tunc, illi docent in eo Aphorismo, Aphor. 9.
 lib. 2. qui dicit: Corpora cum quis purgare uoluerit:
 & in illo in quo scribit Hippocrates Aphor. 24. huius
 primi libri. In acutis passionibus raro: sed hæc satis ad
 Curtium. Nunc alijs argumentis oppugnemus pro-
 positam definitionem. Sunt morbi nonnulli qui
 per solam concoctionem curantur; ut Galenus etiam
 est author, pueros per concoctionem Crises facere,
 & ubi nulla est febris putrida, noxijs humores per cõ-
 coctionem vitium amittunt; Si igitur concoctio est
 præparatio ad expulsionem, frustra natura cõcoque-
 ret humores eos, quos postea expellere non debet,
 non enim quiesceret in cõcoctione, sed etiam expul-
 sionem tentaret, cuius causa instituta est concoctio;
 Postremo, in morbis acutissimis semper purgare pos-
 semus sunt enim humores qui morbos eos committunt,
 calidi, & tenues, quos paratissimos ad expulsio-
 nem scribit Galenus in lib. 3. Prædictionum, tex. 23.
 Alij uero sunt, qui concoctionem esse definiunt sepa-
 rationem boni à malo; quam opinionem multis mo-
 dis etiam refello, & primo ex fine concoctionis: nã
 ut attractionis finis est retentio, ita retentionis con-
 coctio, & concoctionis assimilatio, cui aduersatur
 separatio & diuisio: nam qui vnum ab altero separ-
 rat, dissimilitudinem in illis molitur, non similitudi-
 nem procurat. Secundum argumentum sumo à ge-
 nere concoctionis, est enim Aristotele teste conco-
 ctio perfectio; at qui diuidit & separat vnum ab alio,
 rem non perficit, sed imperfectam reddit, diuisio. n.
 corruptioni, compositio generationi assimilatur; Ter-
 tium argumentum sumitur ab externis rebus, à quibus
 concoctionis nomen à medicis usurpatum ema-
 nauit: omnia enim quæ maturefcunt & concoquuntur,
 ideo dicuntur maturefcere & concoqui, quod sic
 cæ partes humidis caloris beneficio misceantur, &
 cum humidum à sicco separatum est, vel malè com-

mixtum, cruda tunc illa vocantur, cum ergo illi con-
 coctionem separationem boni à malo esse dicunt, cru-
 ditatem potius definiunt, quàm concoctionem, quæ
 omnia vnit & miscet, idem probare licet ex his quæ
 elixantur, quibus assimilantur quæ in nobis conco-
 quantur, ut enim omnia quæ in vno vase elixantur,
 suas substantias, & qualitates communicant, & in-
 ter se miscent caloris ignei actione, ita quæ in corpore
 coquantur natui caloris beneficio non per separa-
 tionem, sed vnionem concoquantur; postremo, ex
 modo quo fit concoctio, idem probamus: nam omnis
 concoctio, ut postea ostendemus ex Aristotele &
 Galeno, fit incrassando; at, quæ incrassantur, unam
 formam recipiunt, crassitudinem scilicet, non autem
 diuersas & separatas, quod fieret, si concoctio sepa-
 ratio esset boni à malo; addo, quod Galenus separa-
 tionem illam expultrici facultati tribuat, in libris de
 naturalibus facultatibus, dum ea præparat humores
 ad expulsionem; Igitur, concoctio nec præparatio
 est ad expulsionem, nec separatio boni à malo. Ma-
 nardus non putauit definitionem aliquam reperiri
 posse quæ coctionem omnem complecteretur, sed
 ex eorum quæ coquantur triplici natura, triplicem co-
 ctionum definitionem adfert: nam ea quæ coquantur,
 vel alimenta, inquit sunt, vel putridi humores, vel
 alij; Primam coctionem definit esse alterationem,
 in qua alimentum ei quod alterat, omnino assimila-
 tur. Secundam dicit esse alterationem, quæ putre-
 dinem cessare facit. Tertiam quæ materiam quæ con-
 coquitur, quadantenus assimilet, quàm opinionem
 partim ex Auicenna, partim etiam ex Galeno sum-
 pisse videtur, nam Auicenna in prima Fen lib. pri-
 mi, vnam ponit concoctionem utilis materie, aliam
 uero ut ille vocat superfluitatem, & illam vocat con-
 uersionem in propriam substantiam nutriti; in hac
 uero idem naturam tentare, quod si assequi non po-
 test, saltem eas qualitates moliri in materia, quæ ser-
 uiant ad expulsionem, extenuando scilicet mate-
 riam, si crassa sit, aut incrassando quod est tenue, aut
 incidendo quod est viscosum; Galenus etiam in Ar-
 te Medicinali, concoctionem quæ fit in materia
 putrescente, definit esse alterationem, quæ putredinẽ
 cessare facit. Verum & hæc opinio refellenda est, nã
 si ex diuersa materia natura coctiones iudicare de-
 bemus, non solum in cõcoctione, sed attractione, re-
 tentione, & expulsionem, monstra pariemus in Medi-
 cina, iudicabimusne tot facultates esse attractrices,
 definitione & natura diuersas, quot materie diuersæ
 ingeruntur? Aliter ergo definiamus facultatem at-
 tractricem, qua attrahimus Medicamentum in ven-
 triculum, aliter qua alimentum, & infinitas hoc mo-
 do facultates faciamus attractrices, vnam quæ panẽ,
 aliam quæ vinum, aliam quæ salem, aut aliud quid-
 piam in corpus trahat; idem in retentione statua-
 mus, & expulsionem, dicamusque præterea, aliam esse
 facultatem coctricem, qua panem concoquimus, aliam
 qua vinum, &c. quibus rebus nihil absurdius
 est. Ex causa efficiente licet & argumentum colligere,
 nam vna est causa omnium coctionum efficiens
 calor natiuus, ab vno ergo cum semper fiat idem,
 quantum in se est, etsi ob diuersam materiam non
 idem semper illud assequatur, non est quod in rei ip-
 sius nature diuersitatem, discrepantesque definitio-
 nes comminiscamur; Quod si dicat in humoribus
 putridis non solum calorem natuum agere, sed etiã
 calorem præter naturam, ut id non negauerim, ita as-
 firmauerim quicquid concoctum est, id calori natui
 deberi, quicquid autem in eo humore à vera co-
 ctione abest, id humoris vitio tribuendum ab altero
 calore contracto, vel potius ab eo additur ei qui est
 mediocri, vel alio materie vitio. Quod autem à
 L 3 parti-

particularibus effectibus qui sequuntur coctionem eam definire non debeamus, certissimum ex hoc est, quod non tres duntaxat, sed infinitas propemodum definitiones facere oporteret: nam coactio non solum putredinem cessare facit, sed etiam acrimoniam humorum retundit, frigidiores humores calefacit, calidiores temperat, omnes in crassat, miscet omnia omnibus, omnia quantum fieri potest assimilant, an propterea dicemus coactionem vnam esse que acrimoniam retundat, aliam que frigida calefaciat, aliam que temperet calida, aliam que in crasset, aliam que assimilet, aut aliquid aliud particulare efficiat? minime certe, sed propriam illius naturam, generalemque actionem spectare oportet, non ea que illi accidunt, nam quemadmodum Galenus in 2. de naturalibus facultatibus scribit, calidum per se calefacit, per accidens autem concoquit, digerit, diuidit, vnitur: ita coactio, cuiuscumque aliquid facit, ad quod particulares operationes sequuntur, ob materiam diuersitatem; que enim putrescentem habent materiam, putredinem exiunt, & per coactionem illa cessat, ita, que acris sunt, mitiora redduntur, & sic de alijs. Præterea, à fine idem probare licet: cum enim coactio actio quædam naturalis sit, vnicum etiam finem habebit, non plures, vnica etiam est materia coactionis ex Aristotele, 4. Meteorum, humor qui in crassari potest, idem coactionis modus, causa vna efficiens, coactrix facultas, vnum instrumentum commune, calor nativus, quare debet vna esse generalis natura. Errant igitur Auicenna, & Manardus, qui aliter sentiunt. Iam ad alios accedamus qui coactionem definire sunt aggressi, sed parum feliciter, vt est author definitionum Medicinalium, qui dicit coactionem esse mixtionem, & chilosim, veluti elixationem in ventriculo atque intestinis per mutationem in digestionem absolutam. Definit & hoc modo: Coactio est coactio alimenti per mixtionem in ventriculo, & intestinis; Vel, coactio est alteratio prompta ad sanguinis generationem elixationi similis, que à natura fit per caliditatem. Quæ definitiones cum duntaxat alimenti coactionem que in ventriculo fit, complectantur, inutiles sunt nostro instituto, qui quod commune omnibus est (vt docendi ratio exigit) primo querimus; Quare iam ad Galenum veniamus, & quid ille de hac re tradiderit, examinemus, qui coactionem nunc generali definitione, nunc particulari in quibusdam partibus, & particulari materia complectitur: nam in Arte Medicali scribit coactionem esse alterationem sedantem putredinem manentis substantiæ, que definitio particularis est; in secundo vero de Naturalibus facultatibus, coactionem nihil aliud esse ait, quam alterationem quandam, ac mutationem nutritiæ, in eius quod nutritur qualitatem, que definitio etiam solum coactionem nutrimenti continet. Est alius locus Galeni in textu 6. quinti Commentarij 6. lib. Epidemion, vbi scribit coactionis nomen significare omnem ad mediocre temperamentum adductionem, vt in maturentibus fructibus, conspicitur, ubi etiam scribit, duos rariore modos coactionis apud Hippocratem legi, per rarefactionem & dissolutionem; At non omnia que temperant humores, eisdem concoquere dicuntur: vna cum humidum à sicco temperatur, & calidum à frigido, non propterea fit coactio; & nescio quomodo rarefactio, & dissolutio pertinere possint ad coactionem; est alius locus in lib. 1. Epidemion, 2. Commentarij 6. vbi ait: Cum fluxiones ab insito calore superantur, & vincuntur, concoqui dicuntur. Quam sententiam etiam reperit in Aphorismo 13. primi libri, & in textu 44. secundi libri de Acutis morbis, vbi

A scribit, excrementa ab Hippocrate vocari concocta, que à natura ipsa sunt euicta, etiam si mutata nutrire non possint; cruda vero, que non sunt euicta; Et hanc communem omnibus que concoquantur esse definitionem scribit, quod si ita est, nihil aliud est coactio, quam victoria que à calore fit natiuo in propria materia, id quod expressè in 3. de Crisibus dicit: Concoquere enim, inquit, in morbis est, naturam superare, debellare, & resistere vehementiori morbi conatui, & que infestabant, opprimere. Verum cum natura crassos humores extenuat, illos quidem vincit, & cum exuperantes euacuat quocumque modo, opprimit quidem morbi causas, sed interim concoquere non dicitur, nec etiam concoquit, cum eisdem temperat, nisi aliud efficiat. Præterea, victoriæ modum explicare debebat, vt naturam iuuare possemus, cum illam vincere non posse videmus; nihil ergo adhuc clarum in hac re habemus ex prædictis authoribus; quare ad Aristotelem accedamus, qui solet esse optimus naturæ interpres; scribit autem ille in libro 4. Meteororum, cap. 2. coactionem esse perfectionem que à naturali proprioque calore ex oppositis fit passius, que sua cuique materia existunt: nam cum aliquid est concoctum, perfectum est, & genitum, atque perfectionis exordium à natiuo calore prouenit. Hæc quidem Aristoteles. Quæ etsi rectè ab omnibus dicta videntur, tamen ego ea multis rationibus recipere non possum; Primo quod ille vtatur in ea definitione genere omnium communi: nam generatio & mixtio, & alia quecumque alteratio, quæ res exigit est perfectio, nam res dicitur perfecta, cum id est assecuta, quod illi deficit: fit generatio quidem eo auctore, cum calor euincit oppositas qualitates passiuas, & ea perfectio est. Quare communis est eo auctore hæc definitio generationi, & coactioni. Præterea, coactionis definitio non comprehendit omnia que concoquantur, nam non omnia concoquantur à proprio calore, sed etiam ab externo, ut que elixantur & assanur, non à proprio, sed ab igneo calore. Præterea, non docet quid materia patiatur à calore cum fit coactio, ita, ut res concocta dici debeat; an scilicet requirat calorem, vel frigus, aut siccitatem, uel humiditatem, uel aliam secundam, aut tertiam qualitatem, dicit quidem concocta tunc esse, quando calor humorem uicit, & uicisse tunc, cum formam & essentiam simpliciter, uel subiectam quandam formam acquisiuit, ut ea que maturantur, matura & concocta dicuntur, quando eorum semine aptum iam est sibi simile gignere, & tubercula appellat concocta, quando ad suppurationem peruenerunt; Verum hæc non satis expriment naturam coactionis, & proprium terminum, ignoremus enim necesse est, quibus remedijs coactio iuuari possit, si illud proprium ignoremus, quod coactio querit, & commune est tum fructibus tum febriculis, & alijs omnibus que concoquantur. Quam ob rem ne aliorum opiniones prosequamur, que vel eadem sunt cum prædictis, aut parum aut minimum ab eis euariant, ea mihi videtur optima esse coactionis definitio, que dicit coactionem esse assimilationem que fit à re concoquente calotis beneficio; Primo, quod hæc definitio omnibus rebus que concoquantur conueniat: nam cibum tunc dicimus concoctum esse in ventriculo, hepate, & alijs partibus, quando in colore, sapore, odore, & in primis qualitibus, & per substantiam etiam est assimilatus partibus concoquentibus. Eodem pacto pus, quod est album, leue, equale, minime fetidum, atque ita assimilatum quantum fieri potuit parti concoquenti & pus generanti, concoctum esse dicitur. Deinde, hæc definitio distinguit coactionem à generatione

& mixtione, aliud enim est assimilare, quam genera re, & miscere, etsi omnia hæc fiunt à calore in humido & sicco, & perfectiones quædam sunt nature; Præterea, tradit hæc definitio id quod est utile arti nostræ, cum enim intelleximus concoctionem esse assimilationem, illud quoque agnoscimus, quantum res sit cruda, & quomodo concoqui possit, quæ enim prorsus dissimilis est, penitus est cruda; quæ vero similitudinem iam aliquam est assecuta, tantum habere concoctionis agnoscitur, quantum habet similitudinis, etsi putamus naturam non posse concoquere & assimilare, eo quod concoctrix facultas sit malè affecta, aut illius calor imbecillus, vel immoderatus, vel materia quæ concoquitur exuperet agentis vim, vel repugnantem habeat qualitatem, aut substantiam, tunc in eo quod videmus concoctionem impediri, remedium adhibemus. Quod si quis Galeni autoritate cogi velit, locus est apud illum in lib. 8. de medicamentorum compositione, capite de hepate & eius affectibus ubi concoctionem vocat alterationem, quæ eo usque procedit, donec in similitudine partis, quod concoquitur sit transmutatum, ubi etiam docet quomodo differat concoctio à nutritione; nam concoctio est assimilatio, nutritio vero est appositio eius, quod est assimilatum ei, quod assimilavit: etsi fortasse rectius vocaret non appositionem, sed adiectionem & unionem: nã appositio & agglutinatio, (vt ipse in lib. 3. de Naturalibus facultatibus testatur) nutritionem præcedunt. Porro, ex hac definitione aliæ omnes quæ traduntur à bonis authoribus, natæ videntur; cum natura assimilavit materiam, tunc vicit quantum vincere potuit, & perfecit eandem, & ubi morbosa est materia, illam debellavit, oppressit, & repressit vehementem illius conatum: nam ubi similitudo facta est, non est amplius repugnantia, & ubi aliquid est putrescens, putredinem exiit, & id quod acre est, acrimoniam deponit, quoniam, vt postea ostendemus, concoctio a moderato calore fit pro cuiusque materie quæ concoquitur natura; itaque, cum calor noster sit moderatus, & secundum naturam, extraneas omnes qualitates assimilando temperat, & mitigat; igitur vna est concoctio in omnibus quæ concoquuntur, quia omnia concocta dicuntur, quando pro sua natura sunt assimilata concoquentibus; alimentum quidem concoctum tunc est, quando per suam substantiam & qualitates omnes simile est redditum parti concoquenti; pus vero & humores putrescentes concocti dicuntur, cum eorum qualitates similes quoque sunt redditæ partibus concoquentibus; nam substantia puris & putrescentium humorum, cum sit corrupta, amplius assimilari non potest, & vni substantiæ nostræ, suo tamen modo dicuntur concocta, quia naturam concoctionis assumpserunt nempe assimilationem eam, quam recipere potuerunt; quod si ita est, euidenter errat Auicenna & Manardus, qui plures species concoctionis in arte nostra fingunt inter se natura diuersas: non enim ex eo quod melius, vel deterius, magis & minus assimilatur, species diuersæ concoctionis statuendæ sunt, sed vna est concoctio, quæ (vt inquit Galenus in lib. 2. de Victu acutorum,) omnia

A tredinem facit, quia illam non potest assimilare partibus corporis, & ubi ille etiam imbecillior est, cruditas etiam fit, quia assimilatio non fit materia cum corpore concoquente, quia vero alimentum per substantiam & qualitates omnes assimilatur, ideo perfecta est alimenti concoctio, & vt plurimum solent authores eam definire, cum simpliciter concoctionem definiunt, veluti, cum dicit Galenus, concoctionem esse alterationem in propriam eius quod nutritur qualitatem; alia tamen (vt diximus) cum in eo facta sunt similia, & non amplius calori nostro & nature repugnantia, concocta quoque dicuntur, non secus profecto, quam illa quæ ab igne concoquuntur; siue enim illa assentur, siue lixentur, vel in sartagine frigrantur, aut alio modo ad usum, nostrum parètur, omnia concocta dicuntur, cum emicta sunt & assimilata, & ad certam quandam temperiem redacta, quam restum ex agentis vi, tum ex materie diuersitate & repugnantia consequuntur. Nunc sequitur vt doceamus quænam sint causæ concoctionis; & primum materia quæ concoquitur concoquique in nobis potest; Quæ quidem in re quidam putant nihil concoqui posse, quod prorsus assimilari nequeat ob idque synceros humores vt bilem vtramque serofos, humores, vel putridos concoqui nunquam professe asserunt, neque aliud denique, quam id quod in alimentum verti potest, vnde ferrare dicunt Medicos, qui bilis coctionem in purgantibus expectant, cum nullum humorem qui à sanguinis, & alimenti natura penitus alienus est, concoqui posse multis rationibus ex Galeno probare conentur: primum argumentum ex vocabuli significatione sumunt, aiunt enim, id quod concoctionem exigit, crudum, cruentum, & acerbum esse, quorum nullum de ipsa bile dici potest, cum sit illa post sanguinem, & excrementum concoctionis. Secundum argumentum sumunt ex nature ordine, primo enim naturam concoquere, secundo separare, tertio expellere; si ergo humores post concoctionem sunt synceri & secreti, superest vt expellantur non vt iterum concoquantur. Tertium sumunt ex his quæ concoctionem iuuant, illa enim sunt quæ natium calorem augent, vt potentius assimilari; hoc aut locum hæc non potest in materia ad assimilationem penitus inepta, ergo illi humores concoqui nequeunt. Aiunt præterea, omnem concoctionem nutritionis gratia à calore natium tentari; quare, cum synceri humores, & corrupti nutriri nequeant, nec illi etiam concoqui poterunt; adferunt & in hac re testimonia ex Galeno, ait enim ille 11. Methodi putrida euacuatione, non alteratione vel concoctione sanari; item alio loco eum scribere, quod semicoctum est concoquendum, quod vero concoqui non potest expellendum; concoqui autem non posse quod à concoquentis natura est alienum, quippe cum quandam cognationem inter id quod concoquit, & concoquitur esse debeat authore Galeno in libro Artis Medicinalis; qui etiam addit ea esse concoquenda, quæ ad statum naturalem redire possunt, ea vero esse expellenda quæ sunt præter naturam, postremo, nunquam Galenum humorem qui herpetem facit, aut alium tumorem non phlegmosum, aut statum concoxisse, itaque aiunt, Hippocratem cum præcipit concocta esse medicanda, & non cruda, velle, non esse medicandum antequam sanguis crudus, & crassus sit concoctus; naturam enim per febres alimenti concoctiones interrumpere ui morbi, & propterea purgationem non esse tentandam, antequam sanguis ipse rursus coquatur, & in alimentum mutetur bonum. Hæc opinio à Villano uano primum orta est, & à multis iam recepta, quæ tamen uera non est; quod sic ostendo: & Primum respondeo

Spondeo ipsius argumentis. Igitur cum dicit id quod concoctionem exigit crudum esse, verum dicit, crudum autem & acerbum non item: nam etsi in fructibus acerbum est primum quod concoquitur, & aliquando in corpore quod est cruentum, non tamen propterea omne quod concoquitur tale esse debet; et enim, bilis flava à Galeno in 2. lib. de Victu acutorum, cruda vocatur. Quod vero dicunt illi, naturam primum concoquere, deinde separare, tertio expellere, & quod separatum est, non amplius egere concoctione, verum quidem dicunt, si illud rursus aliam qualitatem non recipiat, quæ postulet concoctionem; ut enim materia ex qua sanguis fit, concoqui dicitur, & concocta iam, cum in sanguinem est mutata, si tamen sanguis vel calidior, vel frigidior, vel alia ratione dissimilis factus fuerit naturæ & calori nostro, crudus vocatur, concoctusque; tunc dicitur, cum à natura victus fuerit, & assimilatus in eo in quo dissimilis factus est, id quod apparet in generatione puris: nam sanguis antequam inflammationem faciat, cum est probe assimilatus locis in quibus fit, optimè concoctus dicitur; ubi verò confluit in partem aliquam, & inflammationem facit ob prohibitam transpirationem, præter naturam incalescit, & putredinem concipit, & priorem naturam exiit, dissimilisque fit parti in qua continetur, & ea in sanguinem agit; quod si vineat, concoquit, & assimilatur quantum fieri potest; quod si id præstare non potest, putridus manet & crudus, eo quod dissimilis relinquatur ex mutua actione ipsius & naturæ. Præterea, cum aiunt illi concoctionem omnem nutritionis gratia à calore nativis tentari, aberrant: nam ut Gal. 2. de Naturalibus facultatibus scribit, calor per se calefacit, per accidens autem concoquit, digerit, agglutinatur, nutrit; etenim nativus calor, & partes quæ eo sunt præditæ, repugnantes omnes qualitates vincere nituntur; id quod cum fiat per contactum, fit etiam ut simile sibi reddant quod patitur; & cum fiat id cum retentione, sequitur appositio, & cum dissipet humorem calor, sequitur agglutinatio, & tandem vis agentis & patientis; igitur partes corporis & calor noster posteaquam vicerunt id, quod repugnat naturali suavi, nihil aliud tanquam sibi proponere possunt: finem enim sibi proponunt quæ intellectu sunt prædita, natura vero finem quidem assequitur, sed eam sibi non proponit; igitur concoctio quæ fit per contactum, & caloris beneficio vincit & assimilatur, ad assimilationem vero pro materiæ quæ concoquitur diversitate, quæ plus vel minus assimilatur, accidit corpus aliquando nutriti, aliquando vero minime. Quod autem adferunt ex Galeno, concoquenda esse quæ possunt concoqui, & expellenda quæ id pati non possunt, rectè quidem dicitur: nam Galenus sæpè concoctionem usurpat pro ea mutatione in qua perfecta fit assimilatio, & illa quæ ita assimilari possunt, expellenda non sunt, ut quæ in corporis nostri substantiam transeant; contra vero, expellenda sunt, quæ sunt præter naturam; ita, ut nullam prorsus recipere valeant naturalem mutationem, quod in gangrenis facimus, ubi perfecta est putredo; quærimus enim omniratione humorem putridam à parte educere, nulla præeunte alteratione; At si fieri posse pus credimus, etiam si certo scimus nullam partem ex eo nutrirî posse, tamen suppurationem procuramus, eam inquam, victoriam & assimilationem, quam ipsa res admittit: nam post victoriam & assimilationem, quod relinquitur dissimile, facilius à natura liberata ab alteratione expellitur, & à medicamentis nostris educitur. Quod vero aiunt illi Galenum nunquam concoxisse aliam materiam præter illam à qua sperabat fieri posse nutritionem, planè falsum est: nam il-

le in lib. 2. de Victu acutorum, bilem acriorem vocat crudam, & concoquendam esse, non curans si cū sanguine ea commixta sit, vel à sanguine separata; vbi cumque enim fuerit calor nativus, ager in id, quod sibi est dissimile, nec cessabit, donec si poterit, vice-rit, & assimilaverit, & tunc concoxisse dicitur. Scribit idem in libro 6. de Simplicibus capite de Aristolochia, flatus concoqui; & in libro de Constitutione Artis Medicæ ait humorem melancholicum difficilimè, & post hunc bilem concoqui, & in lib. 1. Epid. tex. 6. Comment. 2. habet schirrosas dispositiones quæ à pituita crassa, vel humore melancholico fiunt, concoquendos esse, & in lib. de Medicamentis secundum locos, ait bonam esse omnes dispositiones concoquere. Plura possem ex eo authore adferre, nisi quilibet ea legendo notare facile possit; nonne etiam Aristot. cap. 3. lib. 4. Meteorum dicit, lachrymas concoqui, & multum concoqui, & omnia denique posse concoqui, quorum humiditas, & materiæ vincipotes; Si præterea concoctio victoria est in humore qui incrassari potest (ut Aristoteles ibidem tradit) cur bilis, & synceri humores non poterunt concoqui, & cur humores omnes non concoquantur, si aqua etiam ipsa dicitur concoqui? & merito; quando enim igneas qualitates accepit, & illi quantum patitur sua natura est facta similis, concocta merito dicitur. Sed quorsum quæso, attinet concoctionem expendere in synceris humoribus, cum quarunt illi an sit vim habeant concoquendi, vel iuvandi concoctionem? nam ea quæ per os assumuntur in corpus, vniuersam humorum massam alterant, & si quid in ea est quod naturæ alterantis repugnat, illud emendant, & aptam reddunt ad naturæ cultum suscipiendum: nam cum humores sunt in ventriculo aut intestinis, & illi quidem pituitosi, vel biliosi, non solum Galenus concoctiones expectat, sed extenuatione, incisione, refrigeratione pro cuiusque humoris natura vititur, & nulla expectata similitudine, euacuatione vititur, concoctionem verò quarit, ubi humores sunt in venis inter se commixti, & de illorum concoctione lis orta est, quæ adhuc perseverat, an purgatio sit instituenda ante illorum concoctionem, & an sit vim, nostri vim aliquam habeant concoquendi, & iuvandi concoctionem? De qua re postea agemus. Nunc sufficiat materiam concoctionis docuisse. Sequitur ut ad causam efficiendam accedamus. De qua re scribunt Aristoteles & Galenus, qui passim dicere solent, concoctionem fieri à calore naturali, & proprio ei, quod concoquit, nec aliam agnoscunt causam concoquentem præter hunc calorem. Verum, ego aliter sentiendum esse puto, nam concoctio in nobis, est anima quædam actio, quæ à potentia sine facultate concoctrice nascitur, ut attractio, retentio, & expulsio, quæ præter calorem agnoscunt causas suas à potentia attractrice, retentrice, & expultrice magis, quam à calore, nam Struthiocamelus ferrum & lapides concoquit, quod nullum aliud animal præstare potest æquali, aut amphiori, vel minori calore præditum, nec alia potest assignari huius rei ratio, quam quod forma alia insit in illo, quam in aliis animalibus, cuius ratione fit, ut concocto, & aliæ actiones anime, quæ propriè formam sequuntur, in eo peculiari quodam modo sit affecta, ut possit cōficere eam materiā, cū qua formæ aliarum animalium nullam habet cognationem, similitudinem, vel proprietatem, aut aliquid tale, quod exprimere possit hanc vim, quam habet ad concoquendum; igitur concoctio cum actio quædam naturæ sit; debet primum tribui ipsi naturæ, id est formæ rei, à qua principium motus, & non solum quidem concoctiones quæ in nobis sunt, proueniunt primum & præcipuè à concoctrice anime facultate nobis

nobis infita, sed etiam ignis author est elixationis & afflationis, & omnium quæ concoquit, non solum ob suum calorem, sed etiam ob intrinsecam magis suam formam; igitur concoctionis author in omnibus rebus est rei forma, calor vero ut instrumentum est nature, ita est instrumentum concoctionis. Rectius ergo nos definimus concoctionem esse assimilationem, quæ fit a re quæ concoquit, caloris beneficio & auxilio, quam Aristot. qui dixit esse perfectionem factam à calore: nam omnia forma concoquentis, non agnoscitur causa in struthione camelo, quæ possit ferum liquare conterere, & tandem assimilare; sed quoniam non possumus exprimere vim & differentiam formarum quæ facit, ut quædam animalia à certis rebus nutriantur, à quibus alia purgantur, vel aliud patiuntur, quia illa apta sunt pati à quibusdam, & tandem ipsis assimilari, hæc vero sunt apta & nata ut vincant, & non vincantur ab alijs corporibus. Accedimus ad calorem, cuius differentias novimus & explicare possumus: Ac cum in nobis ostenderit nos esse duplicem calorem, unum insitum singulis membris, alium influentem à corde, ille est proprium instrumentum concoctionis singularum partium quibus est insitus, hic vero commune instrumentum est, cum in omnes partes spargatur, uterque tamen separatus ineptus est ad concoctiones obeundas, insitus, quidem ille, quia est veluti potentia calor, ad agendum non satis efficax, influens vero, quia nunc adest, nunc abest nimirum, cum motu suo debeat ut commune instrumentum feruire singulis partibus, nec si mul possit internis & externis abesse, quod somni & vigiliæ generatio ostendunt, uterque igitur calor ad concoctionem requiritur; quo fit, ut per somnum internæ partes felicissimè concoquant, quoniam tunc influens calor totus propemodum ad eas fertur, & illarum actiones adiuvat, addito robore & vigore, insito calori; contra vero, per vigiliam imbecillæ admodum sunt illæ concoctiones, quia minimum caloris influentis in visceribus internis relinquitur, plurimum vero illius ad externas partes fertur, cuius beneficio ille sensum, motum, concoctionem, & alias operationes exercent. Sed, quales quæso oportet esse hos calores concoctionis instrumenta in nobis, an moderatum utrumque, an vero paulo minorem moderato vel eo ampliore, & quantum quæso, parumne, vel multum? Sanè si authorum testimonia colligimus, inueniemus profecto omnes caloris gradus qui in nobis reperiri possunt, ferè cõcoctionis esse instrumenta: nam Aristoteles concoctionem dicit fieri à nativo calore, id quod Galenus in 15. Aphor. 1. libri, & in lib. de Constit. Artis Medicæ, & passim alibi cõfirmat; eum vero qui talis sit, dicit esse temperatum propterea etiam quæ concoquunt mollientia & mitigantia mediocriter esse vult, 49. Aphorismo libri 4. & in 5. de Simplicibus, quando concoquere inquit cõsiliu est, quamplurimum spiritum feruari intus oportet, quo loco etiam & in 7. Methodi habet, nihil ventriculi concoctioni æquè conferre, quam contactum corporis pueri bene carnosum, tanquam halituosus ille & benignus calor, solus sit cõcoctionis author. In libro vero 14. de Vsu partium, scribit, quod perfectè est calidum, concoquere, dissoluere, quod vero non valdè multum à perfectè calido recedit, ut concoquere, inquit est sufficiens, illa & aliquid superfluum relinquere, potest: quod ostendit concoctio quæ fit in mæmis in generatione lactis, & nutritio cerebri, & aliarum partium, quæ frigidiores temperatis esse statuuntur, & tamen optimè concoquunt & nutriuntur; quod etiam faciunt mulieres, illæ enim et si frigidiores sunt quam postulet mediocris temperies, sed tamen plurimos varios & difficiles cibos

A non semel solum quotidie, sed bis & ter concoquit; ergo calor qui mitior est temperato, etiam aptus est ad concoctionem. Scribit præterea Galenus in 4. de Simpl. maturationem in fructibus fieri à duplici calore, interno & externo à Sole; at hic non solum temperatus est & halituosus, sed etiam sæpè validus & siccus est. Alius locus in lib. 1. de Alimentis, in quo scribit, biliosos & eos qui sunt acriore calore præditi, melius concoquere bubulas carnes temperatis; igitur non solum temperatus & halituosus calor, sed etiam acris, mordax, & siccus, ad concoctionem non est ineptus; ac non solum quidem calor qui intra limites sanitatis continetur, sed qui iam febrilis est Galeno teste, concoquit, ut in 70. Aphorismo 5. libri & in textu 10. 3. Commen. 6. lib. Epidemion patet, illic enim febrem ipsam corizas, branchos, firmissimè & certo concoquere ita, ut non facile postea reuertatur, & lentum pituitosumque humorem in quartana concoquere etiam scribit. Pus præterea partim à nativo, partim ab eo qui est præter naturam calore fieri scribit: errare ne ergo Aristotelem, & Galenum dicemus, qui concoctionem à naturali, & mediocri calore fieri scribunt? minimè quidem: nam illi definiunt concoctionem quæ aliarum omnium est regula, nempe eam quæ fit in temperatis rebus, in mediocri & temperata materia; huiusmodi enim concoctio & assimilatio non requirit alium calorem: nam si minor fuerit, fiet cruditas adhuc in re, & nunquam perfecta sequetur assimilatio, quia materia excedit vim agentis; At si calor amplior fuerit, non solum assimilabit materiã, sed etiam illam torrebit & corrumpet, quemadmodum luculentus ignis auiculas non solum concoquit, sed vehementius exsiccat, & in puluerem redigit; ea vero intellecta concoctione quæ mediocris est, & fit à mediocri calore in materia mediocri facillè intelligemus quid alia requirant: nam ubi materia quantitate exuperat, vel frigidiores habet qualitates, aut crassitiem, vel visciditatem quæ postulant ampliorem calorem ut vinci assimilantur possint, tunc ad illarum concoctionem non est amplius aptus calor temperatus, halituosus, sed requiritur qui ad proportionem materiæ sit acris, & aliquando etiam febrilis; sed non omnes febres aptæ sunt; quæ enim sunt vehementissimæ, excedunt omnis materiæ proportionem, & tunc solet sequi, putredo & mors, quia huiusmodi calor instrumentum nature esse non potest: qui vero mitior est, qualis solet esse calor quartanæ febris, non est ineptus ad concoquendos rebelliores humores; ita & calor qui infra mediocritatem subsistit, ad concoquenda alimenta calidiora & acriora aptior est moderato; nimirum cum materia huiusmodi facillè sequatur agentis actionem & interim ex mutua actione & passione fiat temperies proba, & assimilatio sequatur; omnis ergo calor qui cõcoctionem facit, temperatus est & mediocris, sed ille quidem qui in moderata materia concoctionem facit, & in hominibus temperatis, est simpliciter, & reuera temperatus, & mediocris: alius vero non simpliciter, sed comparatione facta ad id quod concoquunt, mediocris & temperatus dicendus est: ut magnus ignis ex multis & crassis lignis accensus, ad membra integra bonis concoquenda non dicitur magnus; sed mediocris & temperatus. Ex quibus quidem patere puto, qualis calor requiratur ad concoctionem. Quid vero sentiendum sit de generatione puris, an illud inquam fiat à duplici calore, vel uno inquam, postea docebimus, cum Aphorismum explicabimus in quo scribit Hippocrates dolores & febres fieri magis dum pus conficitur, quam cum illud est confectum & genitum: hic vero illud solum addam, quod in Arist. notandum est, ille enim ut calorem

lorem naturalem solum dicit esse concoctionis an-
 thorem, ita cruditatem à solo frigido, id est calore de-
 biliore fieri scribit nam in animatis frigus reuera nõ
 agit, vt Galeus docet, verum vt in fructibus fortè
 hoc verum est, ita in nobis non item: nam calor cru-
 ditatis etiam est author, vt in humoribus putrescen-
 tibus apparet, qui crudi fiunt, superueniente febre,
 cum antea per sanitatem essent concocti; illi ergo dis-
 similes & crudi facti sunt à calore febrili & à mode-
 rato frigidiorique rursus coquantur. Hic nunc pau-
 ca subijcio de fine ipsius concoctionis, ex quo con-
 coctionem definiunt, cum dixi illam esse assimilationem:
 nam alteratio quæ sit dum res concoquantur,
 melius intelligi non potest, quam ex fine, qui euiden-
 ter apparet, dum res sunt concoctæ: nam quæ obscu-
 ra erant dum fieret, euidens apparet cum facta est
 assimilatio, & vt motus eiusdem naturæ est cum ipsa
 perfecta forma, nimirum cum motus sit forma imperfecta,
 sic concoctio non est alia actio quam assimilatio et si
 tendit ad perfectam assimilationem; Si ergo finis con-
 coctionis est assimilatio, cur dixit Aristotel. cap. 2.
 lib. 4. Meteorum, finem concoctionis in aliquibus esse
 naturam, & veluti formam, & essentiam, in alijs ve-
 rò subiectam quandam formam, ad quam res quæ
 concoquuntur, contendit: an hæc aliud sunt quam assi-
 milatio? minimè quidem, vt arbitror, sed hæc expri-
 munt finem concoctionis, & quando res illum finem
 assecuta, ostendunt quæ enim maturantur, tunc re-
 vera matura, & concocta cognoscuntur esse, cum se-
 men quod intus est conclusum formam iam est asse-
 cutum, quæ iam possit sibi simile procreare; meritò
 ergo in illis natura, & forma dicitur esse finis con-
 coctionis, id est, quod illa tunc bene concocta agnosca-
 mus esse, cum iam in illis natura, & forma esse pòt,
 in alijs verò quæ concoquantur, vt in tuberculis, nõ-
 quam alteratio quæ sit, formam perfectam assequi po-
 test, cum in ea materia quæ relinquatur inutilis, &
 excrementum, natura esse non possit, sed similitudi-
 nem solum quandam in qualitatibus, inquam, parit,
 propterea quædam forma est, & non simpliciter for-
 ma, quam res quæ ita concoquantur, assequuntur.
 Nunc sequitur vt species si quæ sint, & differentias con-
 coctionis enarremus, de qua re scribit Aristoteles in
 libro 4. Meteorologiarum cap. 3. vbi concoctionis
 tres species facit, maturationem, elixationem, & assa-
 tionem, appellat autem maturationem concoctionem
 alimenti, quod in arborum fructibus est, ad quam re-
 digit tuberculorum pituitæ, & aliorum humorum
 concoctionem, elixationem autem definit esse con-
 coctionem indefinitam in humore existentis ab humi-
 do calore factam, & interpretatur indefinitam, quod
 est aerium, vel aqueum, & dicit fieri à calore igneo
 in humido, assationem verò dicit esse concoctionem,
 quæ fit à calore alieno & sicco, cuius exuperantia vo-
 catur adustus; sub assatione videtur comprehendere
 etiam tostionem, eorum scilicet concoctionem, quæ in
 sartagine coquantur, quæ quidem omnia rectè dicitur,
 eo fortè excepto, quod scribit de concoctione tu-
 berculorum pituitæ, & aliorum humorum in nobis,
 nam Galenus passim concoctiones quæ fiunt in no-
 bis, elixationis similes esse dicit; sed si Aristotelis prin-
 cipia sequamur, potius huiusmodi concoctiones erunt
 maturationes quædam, quam elixationes, quæ enim
 maturantur omnia, inquit, crassiora redduntur & ma-
 turantur, omnia potissimum à calore proprio, at ea
 quæ elixantur coquantur à calore qui in igne est, &
 necessario non crassescunt, sed quædam tenuiora red-
 duntur, alia grauiora, alia minora; propterea inquit
 oleum non elixatur, quia nihil horum sumit; ergo
 concoctiones quæ in nobis fiunt ad maturationem
 potius redigendæ sunt quam ad elixationem, et si an-

A tea ex Galeno aliter statuimus. At ea cibi concoctio
 quæ in corpore procuratur, ad elixationem accedit:
 præsertim cum in oī re humida, & calida corporis ca-
 lore fiat, cruditatesque nonnulla similes sunt, non ple-
 næ elixationi, vt Aristot. scribit dicto cap. 3. lib. 4.
 Meteorum. Sed cur concedimus assationem, elixa-
 tionem, & maturationem, species esse concoctionis,
 & superius negauimus aliquas esse species concoctio-
 nis? quoniam illæ quæ facit species Aristoteles, reue-
 ra species sunt, quia formam, efficiens, & sæpè mate-
 riam habent diuersam, in nobis vero mutationes om-
 nes quæ fiunt, maturationes quædam sunt, quare in
 illis nulla est differentia per species, & in hoc euiden-
 ter errat Montanus, qui omnes eas species in nobis
 fieri putat, maturationem in concoctione tuberculo-
 rum, elixationem in generatione humorum, assatio-
 nem in generatione ossium; nam (vt iam ostēdimus)
 nulla elixatio propriè dicta in nobis fiet, ita absurdū
 est dicere, ossa fieri per assationem, cum calor noster
 maximè in generatione, nec igneus sit, nec siccus,
 sed æreus, aqueus, & halituosus, igneus vero postea
 euadit progrediente ætate, vt Galenus ostendit in se-
 cundo de Temperamentis cum de calore puerorum,
 & inuenim disputat; aliud præterea est agere de ge-
 neratione, aliud de concoctione, quod si generatio
 fortè concoctione vtitur, adhibebit non aliam con-
 coctionem quam maturationem, quæ à nativo calo-
 re fit in materia quæ in crassatur; Ceterum differen-
 tiæ quædam in concoctione notari possunt, & illæ su-
 mentur vel à differentia instrumenti, vel à differen-
 tia termini quem assequuntur concoctiones, vel à di-
 uersitate materiæ quæ concoquitur, quædam enim
 fiunt concoctiones à solo calore nativo, & in sito rei
 in qua fit concoctio; alia ab externo; alia ab utroque;
 & quæ ab in sito calore fiunt, quædam fiunt ab eo tē-
 perato vel humido, vel acro, vel etiam febrili pro na-
 tura inquam eius quod concoquitur, quod diuersum
 postulat calorem, vt vnitatem. Sunt porro inter illa
 quæ concoquantur, quæ perfectam assimilationem
 assequuntur, vt alimenta, alia quæ solum per qualita-
 tes, vt humores putrescentes, vel acres, & mordaces,
 aut frigidiores, aut qui aliam habent qualitatem na-
 turæ repugnantem, & dissimilem, vnde resultat dif-
 ferentia in materia concoctionis, quod quædam per
 substantiam, & qualitates assimilari possit, vt alimē-
 ta, alia vero solum per qualitates vitiosi humoris fit-
 que hæc satis de differentijs concoctionis, ex quibus,
 in relectis fontibus à quibus omnes emanant, quili-
 bet alias, si quæ sunt, elicere potest; nunc sequitur ex-
 plicandum quomodo fiat concoctio, quæ in re scribitur
 nonnulli Medici concoctionem propriè nec in crassa
 re nec extenuare, sed vincere, in qua victoria tamen
 accidere, vt nunc tenuiora, nunc crassiora fiant, quæ
 concoquantur; cuius opinionis author fuisse vide-
 tur Auicenna, qui concoctionem adæquationem hu-
 morum esse definiuit, alij vero concoctionem sem-
 per volunt in crassare, & ad id probandum vtuntur
 varijs Galeni locis, & rationes addunt ex natura rei
 ductas; scribit enim Galenus 4. textu 4. lib. de Victu
 acutorum concoctionem omnia cogere & in crassare;
 item 15. textu 3. Commentarij 6. Epidemion, ita
 habet: Quæcumque à calore in coquendo mutantur,
 temporis progressu lentorem quandam acquirunt, &
 si ab initio nullum habuerint; passim præterea ille
 cum de spūto, vrinis, & alijs humorib. loquitur, quæ
 ea tenuia sunt, cruda vocat, at cum actione caloris
 crassiora sunt facta, concocta; sumuntur autem ra-
 tiones primum ex solidarum partium concoquentiū
 natura, quæ solide & crasse sunt, quæ cum assimilando
 agant, necessario illa quæ concoquunt crassiora
 reddent, in pīllatio præterea, ut Aristoteles docet ca-
 pit. 1.

pit. 2. & 3. d. 4. Meteor. fit cum humide partes con-
 suantur, & sicce humore suo dissoluto, coguntur.
 Docent præterea illa que concoquuntur, mel enim
 concoctum crassius euadit, reterius ergo hi sentiunt,
 qui dicunt concoctionem crassitiem, & lentorem
 quendam rebus que concoquuntur addere. Verum,
 aberrant cum id in omni concoctione fieri putant:
 nam ut docet Aristoteles, elixatio non semper red-
 dit res crassiores, sed aliquando minores, aliquando
 grauiores, aliquando tenuiores, aliquando diuersas,
 ut lac per elixationem diuiditur in serum & caseum;
 nam & carnes que elixantur, reuera non fiunt cras-
 siores, sed minores, & leuiotes, maturatio uero sem-
 per incrassat, ut idem author scribit, nimirum cum
 materia eorum que maturantur, non fit ex solo hu-
 more, sed cum sicco & terrena portione admista, ex
 quo etiam patet concoctionem que fit in nostro cor-
 pore, non esse omnino similem elixationi, sed matu-
 rationi potius, quippe cum omnia que concoquuntur
 in nobis crassiora, & viscidiora fiant, ut docet puris
 generatio, quod cum concoctum est, longè crassius
 est, & viscidius quam sanies, & humor ex quo confi-
 citur, uerum contra hanc opinionem de maturatio-
 ne, & incrassatione eorum que concoquuntur in nobis,
 nonnulla facere uidentur; Primum, quod Galenus
 crudum uocatum humorem concoctione tenuiore
 fieri scribit; & in libro de Constitutione Artis, dicit
 crassos humores esse concoquendos, necnon urinas
 subigales que sunt crassissime crudas uocat. habet
 præterea in libro de optima secta, quod ea que
 concoquuntur fundentur, & humectentur, at fusio, &
 humectatio liquidiora omnia reddunt. Verum si hæc
 rectè intelligantur, nullum relinquunt dubium de
 crassitudine, quam ratio, & experientia docent com-
 parari à concoctione in rebus que concoquuntur; nã
 que dam miscentur aliquando actiones cum ipsa co-
 coctione, aut in rebus crudis fiunt ab alijs causis, que
 extenuationis sunt authores, quas temerè ad conco-
 ctionem referat aliquis: nam fructus qui primum
 sunt acerbi, antequam natura aggrediatur illorum
 maturationem, quæ non potest fieri sine humido,
 primum attrahunt ad se humorem ex quo fiunt hu-
 midis, & crudi, quia humiditas nondum eicitæ est à
 calore, & cum iam incipit concoctio, perpetuò fiunt
 postea semper illi crassiores; igitur mixtio humoris
 cum re terrena humectationis, & tenuitatis est cau-
 sa, non concoctio; unde crassiora redduntur que
 concoquuntur. Alia uero fiunt humidiora & tenuiora,
 non per mixtionem, sed per fusionem concretæ sub-
 stantiæ, ut mel concretum, crassum quidem est, & cū
 primum igni admouetur, funditur, & liquatur, ante
 quam concoqui incipiat; non mirum ergo si calor
 qui habet vim non solum concoquendi, sed etiam fun-
 dendi, & liquandi concreta, humectationem parit,
 & tenuitatem que ad concoctionem utique nõ sunt
 referenda, tamen Galenus in libro de Optima secta
 aliter sentit, cum dicit illa, que concoquuntur, fun-
 di & humectari, nam si materiam concoctioni dede-
 ris, que concreta non sit, fusione non egebit, nec hu-
 mectationem fieri uidebis; quare concoctio non de-
 bet emendare vitia que sunt in materia omnia, sed
 solum que faciunt cruditatem; res autem non dicitur
 eruda, eo quod sint concreta; quare mutatio nõ
 fit ex concreto in coctum, sed in solum, & liquidum;
 sic enim seruat mutatonis ratio ex contrario in co-
 trarium. Alia uero fiunt tenuiora, non per mixtio-
 nem humidi, nec per fusionem, sed per separationem
 partium crassarum ab alijs, quomodo uinum multum
 ab initio crassum, non per concoctionem fit tenuius
 sed quia fex que cum uera substantia uini est comix-
 ta, paulatim separatur & subsidet, quod etiam fit per

A ebullitionem quandam, non tamen fit per conco-
 ctionem, sed vi ipsius caloris, qui etiam vim habet
 separandi heterogenea, homogenea autem cogendi
 per concoctionem; id quod euidenter apparet in ip-
 so uino, quod posteaquam expurgatum est à sua fe-
 ce, tanto crassius euadit quanto uerulius redõitur,
 ita quidem agente, & concoquente natiuo calore, &
 in concoctione continuo dissipando cum certa qua-
 dam mensura humorem ipsum; ergo concoctio sem-
 per incrassat, & si humectatio quædam fit & attenua-
 tio, uel ab humectantibus, uel a fundentibus, aut à
 separantibus partes crassas a tenuibus, aut etiam ab
 his que vim habent extenuandi; que omnia uel solus
 calor qui in nobis est præstat, ut qui vim habeat hæc
 omnia efficiendi; uel quædam etiam ex illis nostris
 B medicamentis fiunt, ut ea que dicuntur incidentia,
 & extenuantia, que Galenus solet præmittere conco-
 ctionij ubi humores sunt crassi & visidi, quos cū
 natiuus noster calor obtusus in tali materia præstare
 non possit, opem que rit ex arte nostra, ut postea faci-
 lius possit materiam factam aptiorem ad patiendum
 sibi assimilare. unde Gal. in lib. 4. de sanitate tuenda,
 & passim alibi, ante concoctionem crassarum humo-
 rum extenuantia solet adhibere, ut satis ostendit in
 eo libro his uerbis: Si crudos succos iam attenuatos
 putes, uinum dato, quod ad concoctionem facit. &
 paulo post, crudi succi attenuandi, concoquendi que
 sunt; Separatis igitur operibus que non fiunt à conco-
 ctione, eo quod non respiciant cruditatem, sem-
 per inueniemus naturam concoquendo incrassare.
 C Illud nunc sequitur explicandum, quænam sint que
 possunt concoctionem iuuare, quæ disputatio attingit
 etiam questionem de Sirupis, ut uocat uulgus, di-
 gestius, an scilicet illis debeamus uti ad concoquen-
 dos humores in febribus, & alijs affectibus in quib.
 humorum adest cruditas, de qua quidem re extat Ma-
 nardi epistola, in qua questionem hanc proponit, &
 tandem concludit, paucos admodum esse Sirupos
 qui possunt iuuare concoctionem, quippe, cū conco-
 ctio fiat à nostro calore qui multo humore abundat,
 & propterea illa dicantur iuuare concoctionem
 in lib. 5. de Simplicibus, & passim alibi ex Galeno,
 que moderatè calefaciunt, & humectant, uel si ex-
 trinsecus admoueantur cum his qualitatibus simul
 etiam habent vim emplasticam, aut astringentem,
 qua natiuus calor intus augeri & concludi potest; ex
 quibus quidem concludit, paucos esse sirupos qui pos-
 sunt iuuare concoctionem, quosdam enim ex illis re-
 frigerare, alios uerementius calefacere, & exsiccare,
 alios purgare, alios incrassare, alios extenuare, alios
 obstructas uias aperire, minimam autem illorum
 portionem superesse que possit concoctionem iuuare,
 quoniam paucissimi sunt qui possint ea mensura
 calefacere, & humectare quam requirit concoctio.
 Verum ille perperam sentit, nec Galeni sententiam
 intelligit; nam si illius testimonio certandum est,
 plura inueniemus apud illum esse, quam calida, &
 humida, que concoctioni opitulari sunt apta: nam
 etiam idem, quod ille scribit in libro de Constitutione
 Artis, & in lib. 5. de Simplicibus, tamen alia adfert ad
 rem hanc apta: nam in 2. lib. de Alimentis, capite de
 citreo malo, scribit omnia que habent acrem quali-
 tatem, concoctioni aliquid conferre, & in 4. de sani-
 tate tuenda, ad cibos concoquendos adfert piper,
 quod etiam facit in 1. ad Glauconem ad concoquendos
 pituitosos humores qui abundant in quotidiana
 febre. Est alius locus in lib. 6. Epidem. Comm. 2. di-
 ligenter notandus, ubi ad hunc modum scribit: Co-
 coctione, & mutatione in optimam qualitatem humo-
 rum, qui morionem excitant, morsus, & nausea sedan-
 dantur, & subiungit, fit autem qualitatis mutatio
 per

per contrariam qualitatem. Scribit præterea tex. 22. 3. Comm. 6. Epidemion, in ediam ad concoctionem malorum humorum iuuare. & in 8. Methodi, in biliosis ad concoctionem obesse scribit: ubi etiam laudat aqua potionem ad concoctionem perficiendam conferre. Præterea, ad concoctionem somnum, & nunc quietem, nunc exercitationem, consuetudinem, parcimoniam, & simplicitatem cibi, quilibet ex eo authore discere potest; & idem præstare febrem non nunquam, superius ostendimus. Quod si ita est, non solum calida, & humida, & emplastica leuiterq; adstringentia opem ferent concoctionibus, & merito quidem: nam si concoctio fit cum natura uincit, & assimilat materiam crudam, non unum genus eorum esse oportet quæ concoctionem iuuare possunt, quoniam non una est natura eorum quæ concoquantur; nec in illis unus est repugnantia, & dissimilitudinis modus; propterea varianda est concoquentium ratio pro materia, & concoquentis nature & instrumenti ui; Galenus autem, ut ille sepe admonet, cum aliquid absolute pronunciat esse bonum uel malum, ad concoctionem, uel nutritionem, aut aliud nature opus, intelligit hoc fieri in corporibus temperatis, & ijs qui temperate uiuunt, ita ut in illis agentia, & patientia mediocriter sint affecta, in his profecto concoctio a calore moderato, & halitioso perficitur, & si quod auxilium ad concoctionem afferendum est nature, illud debet esse simile ipsi, & calori natiuo quo uitur ad omnia officia sua obeunda; At si materia, quæ concoquenda est aut ipsa concoctrix facultas, aut instrumentum concoctionis præter naturam se habeat, tunc per contraria ei quod obest concoctio, est succurrendum; id enim postulat curandi & agendi ratio, cum res præter naturam habent; itaque si materia quæ concoquenda est ob copiam excedit facultatis concoctricis & natiui caloris vires, tunc inedia, parcimoniaque cibi propria sunt auxilia contra ea quæ concoctionem viciant in corporibus temperatis aut calidioribus; fit enim in illis asfatio, cum non seruetur proportio materiae, & agentium causarum. Eodem pacto, si materia crassior est, aut frigidior, aut minus aquosa, uel terrestris: contraria his vitijus qualitates opem ferent assimilationi & concoctio. Quo fit ut vinum in febribus admodum pituitosis sepe conueniat, etiam si non appareant signa concoctionis, quoniam frigida & crassa ea materia à vino funditur, extenuatur, calescit, & ita minori negotio à calore vincit & assimilati potest: in febribus uero ardentibus & acutis, nescio quando illud unquam conferre possit; scribunt maiores nostri, vinum dandum esse ubi apparere incipiunt signa concoctionis; at hoc fit in crescente morbo, quo tempore quid deterius fieri potest, quam pabulum & ignem addere febri? nec ei quidem illorum opinio defendi potest, quod vinum laudent minimè generosum, sed aquosum: nam in vehementi febre, quæ etiam temperata sunt, calescunt, & ne contentiosis detur caluminandi locus, non satis refrigerat, cum non sit contrarietatis æqualitas, nec dari quidem potest vinum ad robur caloris innati: nam robur accedit nature ex moderata temperie, non ex qualitatibus. Vix ego crediderim vinum prodesse aliquid posse declinatæ febre acuta, cum vehementior adhuc superfit calor qui ex minima quaque occasione accendi potest: nam si Galenus in biliosis naturis presente solum febre diaria, aquam præfert alijs potionibus ad concoctionem, tanto magis profecto erit cauendum à vino in acutis febribus, ubi omnia sunt vehementiora & deteriora. Quædam igitur ex his quæ concoctionem iuuant respiciunt materiae vitia per contraria; alia vero vitia ipsius facultatis concoquentis; quæ omnia

A (si Galeno credimus), etiam temperiem spectant; tanto enim validior est ad agendum omnis facultas nostri corporis, quanto æquabilis est temperamentum eius corporis in quo residet. Quo fit, ut per contrarias qualitates hoc etiam modo iuuetur concoctio: Ceterum quæ concoctio opitulatur, eo quod conferant aliquid calori innato, non uno modo profunt; alia enim id faciunt, quia illius substantiam augent, alia quod ipsius qualitates temperent excedentes, uel imbecilliores excitent; augent uero illius substantiam quæ uel illam gignunt, aut intus concludunt, aut ab alijs partibus reuocant, & in eam contrahunt ubi concoctio fieri debet; sic quidem uinum alia ratione prodest concoctio, quod spirituosam substantiam corpori addat, quæ constat substantia calidi innati, & exercitatio idem præstat in corporibus frigidioribus: ex crudiore enim materia bonus sanguis gignitur per exercitationes, ex quo augetur substantia calidi innati, & excitatur pariter calor qui in eo est obtusus. Porro, emplastica & astringentia remedia, quæ extrinsecus adhibentur, ferunt opem concoctio, eo quod spirituosam substantiam quæ continuo exhalat, intus concludunt, unde suppuratio optima fit, cum talia adhibentur præsidia; at sonus ad concoctionem ventriculi & partium internarum confert: quia calidum influens colligit ex omnibus partibus, & reuocat ad ea viscera interna. Nunc superest ut ad explanationem uerborum Hippocratis accedamus, sine quibus reliqua quæ proposuimus explicanda de concoctioe intelligi non possunt.

Concocta medicari.

Omnia quæ sequuntur dicenda, pendent ex ratione horum uerborum, cur scilicet expectanda sit concoctio cum purgare uolumus; Cuius rei hanc reddit causam Galenus, quoniam, inquit, naturam etiam ipsam habebimus adimiculantem, & hoc fieri ait, quia natura post concoctionem humores separat, & superfluitates expellit; quæ uerba et si doctis forte sufficere possint, tamen alijs necessaria est paulo longior & facilius explicatio, quam ex ipso authore ita doceo. Scribit ille in 3. lib. Methodi, & in 3. de Naturalibus facultat. passimque alibi, in omni concoctioe fieri duo genera excrementorum, alterum crassius, alterum tenuius; & merito quidem, nam cum id quod concoquitur sit dissimile actum ei quod concoquit, & potentia solum simile, necesse est ut agendi patiendique uim habeat, ex quo fit ut partes in se contineat contrarias, quæ nunquam assimilari possunt, alias uero similes, quæ post mutuam purgationem uiles remanent; Concoctio igitur requiritur ante purgationem, quoniam ex concoctioe apparet quod simile est & quod dissimile, & posteaquam similitudo facta est, si perfecta fuit assimilatio in qua substantia & qualitates rei quæ concoquitur, mutatae sunt, tunc nutritio fit, eo adiuncto corpori, quod ita simile est factum, & excrementum tenue, & crassum tunc relinquunt, quod cum nutrire partes nequeat, tunc reijciendum est tanquam inutile à corpore; at si quod concoquitur totam inutilem habet substantiam uel suapte natura, uel ob corruptionem quam accepit à causis agentibus corruptentibusq; sed qualitates tales ut uinci possint, tunc per concoctioem assimilatio quidem fit rei quæ concoquitur secundum qualitates, nihil tamen secundum substantiam assimilatur, unde post concoctioem quicquid ex eo est concoctum, totum expellendum, quia totum excrementum est; nec in ea concoctioe in qua non fit nutritio, resultant ea duo excrementorum genera,

genera, ut apparet in generatione puris in abscessibus; At si nec substantia, nec qualitates emendari possint, non suppuratio, sed perfecta sit putredo: quæ omnia fieri solent in inflammationibus, sanguis enim vniuersus qui inflammationem facit, conclusus in loco angusto extra vasa, calorem concipit præter naturam, ex quo putredo perfecta in eo nascitur, quæ est integra corruptio, si præter naturam & inutilis prorsus redditur calor, qui in eum agit; ad quod vitium emendandum nulla sufficit concoctio, sed separatio statim requiritur rei corruptæ à sana, & sufficit aliquando sanguinem corruptum auferre, vbi putredo cum solum inuasit, aliquando vero etiam membrum quod ex contactu sanguinis putauit simul rescindendum est, ne pars sincera trahatur in eandem contagionem, ut in gangrenis fit. Quod si leuius vitium est in sanguine, ita, ut leuem adhuc corruptionem ille senserit & calor penitus inutilis nature operibus non est factus, tunc per concoctionem emendatur vitium, sed non prorsus potest fieri assimilatio, sed solum per qualitates, quia quod putredinem sensit, habet aliquid in se corruptum, illud autem nunquam ad pristinam naturam redire potest, aut in nostram naturam assumi; fit ergo pus, quod per qualitates assimilatur pro concoctionis maiore aut minore perfectione, plus vel minus; substantia vero quæ subest qualitibus, assimilari non potuit, quia illa est quæ putredinem sensit, siquidem putredo est corruptio, hæc autem substantiæ passio. Igitur pus totum excrementum, quod totum euacuandum est à corpore; igitur concoctio requiritur ad purgationem; quoniam per purgationem debemus quod est inutile & excrementum corpori, educere, & relinquere quod est vtile; sola autem concoctio assimilando ostendit, quod in re ipsa erat vtile, & inutile, & excrementa gignit; merito ergo scribit Hippocr. cruda non esse medicanda, quia cum cruda res sunt, vtile cum inutili est commixtum, vt in concoctione ad quam sequitur nutritio; aut quod prorsus est inutile, post concoctionem tale agnoscitur esse, vt in generatione puris & in humoribus putrescentibus in venis per febres putridas. Hæc est vera ratio quare concoctio expectanda sit, vbi corpora sunt purganda, quam ante nos nemo quod sciam euidenter expressit, aut ad immediatam causam redegit.

Nunc illud sequitur explicandum, an omnes humores concoquendi sint, cum purgare volumus corpus. In qua quidem re, variæ apud Medicos extant controuersia: nam quidam id simpliciter pronunciant in quacumque purgatione, & in quocumque humore qui euacuandus est per medicamenta purgantia, aut etiam per illa quæ urinas, aut sudorem mouent; alij solum putant concoctionem necessariam esse ante purgationem in humoribus qui infra sanguinem subsistunt, qualis est pituitosus humor qui in sanguinem verti potest, alios enim humores qui supra sanguinem sunt, ut qui iam concoctionem excesserint, veluti est vtraque bilis, non esse concoquendos, quia crudi non sunt quippè cum sint plus iusto assati; alij aliter sentiunt. Ego vero puto, solum concoctionem requiri ante nostras purgationes in humore qui putreficit, in alijs vero nequaquam; & contra alias omnes opiniones argumentor, sumpto ex diuisione humorum principio, in qua eos omnes comprehendendo; vel enim humores concoquendi (ex eorum opinione) sunt sinceri & separati à tota massa, quales sunt qui extra venas continentur, ut pituita in ventriculo, intestinis, aut in alia parte corporis, & bilis flaua in folliculo fellis, vel in tumoribus qui in partibus fiunt, & humor melancholicus,

A syncerus reperiri potest in liene, & serosus humor in renibus, & vesica; aut cum tumorem facit in aliqua parte; vel commixti sunt inter se omnes, vt in tota massa sanguinis, quæ est particeps omnium humorum; vel tota est ipsa massa quæ concoquenda est. Porro qui peccant, vel peccant quantitate, vel per qualitates, vel ex putredine & corruptione; synceri humores primò concoquendi non sunt, cum purgatio sequi debet; nam vel illi infra sanguinem sunt, ut pituita; vel supra sanguinem, vt bilis vtraque; aut est serosus humor: nam sanguis purus pro quarto humore nusquam syncerus reperitur iam dico pituitam non esse quæ concoctionem postulet ante euacuationem, quæ fieri debet per purgationem; & primo sumo quod illi dicunt, pituitam esse sanguinem diminutè coctum, & per meliorem concoctionem eam mutari in sanguinem; quod si ita est, post illius concoctionem non erit opus euacuatione: nam post sanguinis illius generationem, pituita nulla remanet, quæ euacuationem aliquam postulet: quod enim in aliud iam mutatum est, non amplius est, quare nec euacuari, nec aliud pati potest; quod si dicamus in generatione sanguinis fieri non simplicem sanguinem, sed eum qui ex quattuor humoribus est compositus, & propterea etiam pituitam gigni, vt hoc refellere facile possem, nimirum cum ex pituita quæ sit acta, non possit rursus pituita fieri tamen hoc nunc illis concessio, non sequitur propterea purgandam esse pituitam quæ cum sanguine sit & manet, illa enim requiritur ad constitutionem massæ sanguinæ; & corporis nutritionem, nec aliquid ex ea superest excrementosum, vbi bonam & ulteriorem concoctionem supponimus factam, cuius us, ex pituita, bonus sanguis est genitus.

Deinde si concoctio precedere debet purgationem, quoniam concoctio gignit excrementa, & quod bonum est, & post illam possumus separatè excrementa ab eo quod est vtile, necesse est ex sita concoctione pituita sincera & separata ab alijs humoribus, resultare duo genera excrementorum; vnum crassius, alterum tenuius: at, quenam quæso erunt excrementa quæ ex concoctione talis pituitæ fiunt? quo nomine vocabuntur, aut ab antiquis vnquam fuerunt cognita & nominata? quid præterea relinquetur mediocre præter duo illa excrementa ex pituita? an forte chylus? ergo ex pituita fiet chylus; & excrementa concoctionis pituitæ erunt stercus & vrina; eadem igitur excrementa chyli & pituitæ, eadem est materia horum omnium cibis, vel pituita sola, nihil ergo referet si quis pro pane, carne, & alijs alimentis; pituitum ingerat; quippè cum ex hac absurda opinione, sequatur ex omnibus his rebus fieri concoctionem in ventriculo, & intestinis, & aliquid mediocre in ea relinqui, & stercus & vrinam fieri.

At dicet aliquis, non esse chylum qui fit ex concoctione pituitæ sincera & separata ab alijs humoribus, sed sanguinem; sequitur ergo in ventriculo in intestinis; & extra venas & hepar sanguinem fieri. Deinde, eadem argumenta videntur, quenam quæso ex solius pituitæ mutatione fieri possunt excrementa? & quid præter excrementa vtile relinqui potest? nam in generatione sanguinis ex quo nutriti debet corpus, fiunt simul quattuor humores, & oportet materiam ex qua possint tot humores fieri, qui quattuor elementa representant, non esse simplicem & qualemcumque, sed talem, vt omnia illa elici ex ea possint.

M sint,

sunt, vt sunt alimenta; quæ singulis animantibus à natura sunt data, pituita verò, quæ frigidissima, & humidissima est, quomodo quæso potest esse materia aliorum omnium quattuor humorum, an ex eo quod est frigidissimum & humidissimum, potest à mediocri nostro calore aliquid fieri igneum vt bilis, aliquid terreum, vt humor melancholicus, aliquid æreum, vt putus sanguis, præsertim in vna & eadem mutatione, in qua simul omnia fiunt, & non per affationem, & mutationem vnius in alterum, sicut ex vna bile alia, fieri dicitur? quod si quis tres alios humores fieri dicat ex ea concoctione pituitæ, saltem ille nunquam ita stupidus erit, vt credat ex ipsamet pituita rursus fieri pituitam; at nisi pituita fiat simul cum alijs humoribus, ex ea non fit sanguinis generatio, quippè, cum hic in se includat quattuor simul humores, nec potest vnus sine alijs gigni, concedet ergo fortè hæc opinio, idem ex seipso gigni, & ex eo quod actu est, fieri idem actu, contra omnia philosophiæ & naturæ principia; non igitur pituita quæ extra venas est separata, concoquenda est, vt post concoctionem illam euacuemus; at nec pituita quæ est in hepate, & venis commixta cum alijs humoribus, ea est quæ concoctionem postulat, & post concoctionem purgationem: nam si illa secundum naturam se habet, eam concoctionem accepit in generatione totius massæ, quam pro sua natura exigit; non ergo rursus concoquenda est; aut idem de bile, & humore melancholico dicendum, quæ etiam fiunt in generatione sanguinis, & eos gradus caloris, & perfectionis acceperunt, quam pro sua natura, & portione materiæ ex qua fiunt, assequi poterunt. Quod si velimus illam quæ mixta est cum alijs humoribus pituitam, peculiarem concoctionem adhuc postulare, sequentur eadem absurda, quod ostendere nemo possit quamquam excrementa ex ea concoctione fiant, & quid mediocre sequatur. Præterea, si in massa sanguinis fit noua generatio sanguinis, idem in seipso gignetur, & quæ ex prima erant concoctione facta, omnia commiscebuntur cum alijs, quæ fiunt ex posteriore concoctione, & infinita alia absurda sequentur; concoquitur quidem rursus pituita, sed non sola, aut commixta cum alijs humoribus, ita vt ex ea sanguis, id est generatio quattuor humorum fiat, sed in nutritione singularum partium: ex tota enim massa humorum qui continentur in venis, singulæ partes corporis nutriuntur, præcedente illorum concoctione, at ex ea concoctione non relinquuntur pituita excrementum, sed fordes & vapor; itaque pituita antequam euacuetur, nullam concoctionem postulat, quia nullum vitium habet eum secundum suam naturam habet, quod exigit propriam aliquam concoctionem; sed si frigidior est, sola caliditate emendatur illius vitium; si crassa, extenuationem requirit; si viscida, absterfionem & incisionem; si multa, consumptionem, & diminutionem; quæ sit per ea quæ vim habent eam euacuandi; quod si salsa sit, aut acida, aut alio modo vitiosa præter quam per putredinem, nec etiam exigit concoctionem, quia ea vitia nullam ponunt in ea cruditatem, nec concoctio potest emendare ea mala; quare nec Galenus vnquam saluam pituitam dixit esse concoquendam, & merito quidem: nam per concoctionem emendantur omnes qualitates quæ sunt in materia quæ concoquitur, vt apparet in generatione puris, & in concoctione alimenti, & substantiæ etiam ipsa quantum fieri potest; non ergo sola salsedo postulat concoctionem: nam si alia, quæ in pituita sunt, non sunt cruda, mutationem illa non

A exigunt per concoctionem, vt sola salsedo emendetur; quod argumento est, illa quæ cruda sunt, esse in omnibus dissimilia, quia per concoctionem fiunt per omnia similia.

Quod vero nec bilis flaua, aut atra quæ suam seruat naturam, & temperiem, vt in sanis, & quæ etiam aliquam acrimoniam acquisiuit, aut paulo frigidior facta est, aliquam desideret concoctionem, siue separata sit à sanguine, siue eum sanguine commixta, siue iam morbos signat, sed sine putredine, eadem argumenta quibus vsi sumus contra concoctionem pituitæ, ostendunt: nempe, quod ex bilis concoctione vel flauæ, vel atræ, non possint resultare aliqua alia excrementa, nec aliquid vtile; quare nihil post illorum concoctionem

B separari potest ab alio; & quia cum gignerentur, acceperunt suam concoctionem, & eas qualitates quas recipere potuerunt, & quæ postea in illis nascuntur vitia, in qualitatibus sine putredine, per contrarias qualitates emendantur; At hoc non est concoquere, sed alterare; concoctio vero non est simplex, & qualiscumque alteratio, sed quæ tendit ad assimilationem omnium qualitatum, & substantiarum quantum fieri potest. Quare turpiter errant, qui cum aliquem sanum cacochimum, biliosis humoribus plenum citra febrem, purgare volunt, si rupos dant ad concoquendum, cum nulla illic sit cruditas, sed fortasse crassities, caliditas, & obstructio aliqua tollenda sunt, per propria remedia, non per concoctionem, vt facilis sit purgatio; nec vnquam Galenus tales humores in aliquo morbo dixit esse concoquendos; nec locus facit qui habetur in secundo de Victu acutorum, vbi acrem bilem vocat crudam, nam bilem illic intelligit, quæ ex putredine acrimoniam accepit, quandoquidem eam dicit simul grauiter dolere, quod putredinis est inditium. At vero, cum iam putrem constare, nullum peculiarem humorem qui non putrescat, concoctionem postulare ante purgationem, idem ostendamus de tota humorum massa, id quod facile est ostendere; nam tota massa quæ semel genita est & facta per concoctionem in hepate & venis, nullam illic postulat nouam concoctionem, sed in singulis partibus aliorum qui ex totius massæ concoctionem, noua fierent excrementa, sed quamquam quæso præter humorem melancholicum, & flauam bilem; at hæc prius sunt facta, nec amplius fieri possunt, quod si tota massa humorum qui in venis continentur, non est assecuta perfectos gradus concoctionis, & assimilationis, ut cum dicimus corpus humoribus crudis abundare, ex crapula, ocio, & imbecillo calore, tunc non est facienda noua concoctio, sed quæ facta est, verum debilius, ad perfectionem ducenda, adhibitis remedijs, quæ pugnant contra copiam materiæ, & eius qualitates, vt est inedia, & admotæ calefacientia, at absoluta ea concoctione, remanent solum excrementa secundum naturam, qualia non egent purgatione per nostra medicamenta, sed à sola natura expelluntur; quare Galenus post remedia quæ adhibet ad huiusmodi cruditatem emendam, nullam instituit purgationem: quia ea concoctio tendit ad perfectam assimilationem, in qua solum fiunt excrementa secundum naturam, bilis inquam flaua, & atra, quæ iam erant inchoata, & postquam per vltiorem concoctionem, in qua omnia quæ sunt in massa ad portionem perficiuntur, sunt facta, & absoluta separantur, & expelluntur eo modo, quæ diximus à natura, quare postea non est opus purgationibus nostris.

C Sed contra vniuersam opinionem de concoctione humorum siue illi tynceri sint, siue commixti, siue

de vnus uel de omnium simul cōcoctione agamus, illud facit, quod Galenus in nullis febribus Diarijs, in Sinochis non putridis, in Ethicis, in quib. tamen humores omnes & singuli sunt præteruaturam calidiores, actioresq; redditi, nunquam dicat esse opus concoctione, nec aliquam unquam dicat esse cruditatem humorum, nec aliqua sumi signa ex vrina aut pulsibus, quæ cruditatem faciam aut concoctionem fieri ostendant: quæ omnia in solis febribus putridis diligenter obseruat & tradit. Præterea, in hoc Cōm. scribit, naturam post concoctionem facere Crises: at Crises propriè ferè sunt morborum qui cum febribus putridis infestant. Ex quo intelligere debemus, cruditatem nasci ex putredine in humoribus, & propterea in illis expectandam esse concoctionem, & post illam relinquere excrementum, quod omninò separandum est ab alijs humoribus, nec aliter potest separari commodè, quàm per medicamenta purgantia. Quæ omnia sic ostendo: nam putredo quæ corruptionem molitur in re quam inuadit, dissimilitudinem facit, & quæ iam erant familia facta rebus concoquentibus, illa reddit excitatis causis morbofis & calore alieno nature operibus dissimilia in substantia & qualitatibus, vnde natura rursus eam materiam aggreditur emendare, & vincere, quod cum fiat per contactum, assimilando agit, & si fortior est, vincit, & assimilat, id, quod quidem potuit vinci & assimilari, qualitates inquam, quæ sunt in re quæ putrefcit excedentes & dissimiles agenti, substantiâ autem non potest vincere, quia illa est corrupta, & hoc quia putrida; & substantiæ non qualitatum (ut dixi) corruptio, & putredo vitia sunt; quare res quæ putrefcit, per qualitates solum concoquitur, id quod ostenditur, quia per qualitates assimilatur, per substantiam verò minime, quæ omnia apparent in concoctione & generatione puris; si ergo excrementum, vbi hæc fit concoctio, totum illud inquam, quod concoquitur, quod quidem vacuandum postea est, cum sit inutile corpori, & concoctionem proinde desiderat.

Rectè ergo dictum est, cum purgandum est, vbi fit cruditas, expectandam esse concoctionem, quia tunc natura fecit excrementum, & quia vicè quantum vincere potuit per qualitates, nec amplius tentat aliam victoriam per substantiam: quia ultra suas vires nihil agere potest; quo fit vt cum medicamentum iam habeat excrementum sibi familiare, nempe, vel bilem, aut alium humorem concoctum, & natura ab illo etiam grauetur tanquam ab excremento; mutuo auxilio fiat euacuatio; attrahente quidem medicamento quod sibi est familiare, & expellente natura quod ipsi est excrementum; id quod tunc commodè præstare potest, quia concoctionem absoluit, & nihil amplius habet quod agat, præterquam vt expellat, ita instituto ordine inter actiones naturales nostri corporis, incipit enim attractio ubi aliquid attrahendum est, sequitur retentio, postea concoctio, & hæc sequitur demum separatio & expulsio. Hæc ergo est ratio quare purgationem quæ à medicamento fit, concoctionem præcedere oportet: nam concoctiones quæ à natura fiunt ex vili materia ad nutritionem, gignunt quidem excrementa, sed non illa egent nostris medicamentis, quoniam cum illa sint secundum naturam, vel familiaria sunt aliquibus partibus, vt humor melancholicus lieni, & vrina renibus, & bilis, vesicæ, quæ annectitur hepatis, ad ea excrementa euacuanda natura instituit partes quæ attrahunt, recipiunt, & tandem viam præbent extra corpus. alia verò sibi viâ parant sua vi, vt sterqus sua grauitate deorsum per intestina reuoluitur, & tandem in fundum corporis succedit, uapor

A & fordes quæ in tertia cōcoctione proteniunt, facillè per externas partes, & cutis meatus expelluntur, aut sponte ipsa satis leuia exeunt. At humor putrefactus, nulli parti amicus, à nulla parte attrahitur, & cum naturam non admodum stimulet amplius, vicitiam qualitatibus, non expellitur, & tunc solum expellitur, cum adhuc vigent in eo qualitates, quæ vehementer irritant naturam, vt per crises fieri solet; quod si tunc non expellat natura, necessaria omninò est purgatio, quæ tollat cineres relictos ex putredine, alioqui (vt inquit Hippocrates) recidiuæ fieri solent mixtione mali cum bono, & noua rursus ex quacumq; leui occasione excitata putredine. At cum humor qui per purgationem educitur, sit vel pituita, vel bilis flaua, vel serofus humor, quos humores sua

B vi medicamenta purgantia vndequaue attrahere possunt, cur non præstat ab initio febris putridæ medicamenta propinare, & illos statim extrahere, & naturam liberare à negotio concoctionis, sublata materia quæ putrescere incipit, & propterea dissimilis, & cruda est? quid enim sequi potest incommodi ex huiusmodi purgatione? dicam quod sentio, si humores facillè moueri, & trahi possint, præsertim ab illis medicamentis quæ resistere possunt causis putredinis, maximè calori, laudanda omninò est purgatio, non solum vt recentiores putant, vt materia euacuetur quæ solum continetur in primis venis, quæ morbum non facit, eo quod non putrescat, sed vt illa etiam quæ cōiuncta est morbi causa, & putrefcit, auferatur quantum fieri potest, vt in biliosis & ardentibus febribus rectè fieri videmus, in quibus vicia Cassiæ post venesectionem exhibita, nulla cū molestia aliquando plus quam duodecim libras humoris flauis & putridi educit, ex qua euacuatione dubiū non est venas maiores exonerari, & videmus nec calorem accendi, nec alia symptomata augeti, imò omnia mitigari & meliora reddi, ac nonnumquam ægros profus liberari; At si humores qui putrescunt, difficilè ab alijs extrahi possint, & non nisi per uehementia remedia, ut accidit, putrescente humore melancholico, aut pituita; tunc absurdum est purgationem tentare, quoniam agitur uniuersa humorum massa, calor putredinis author intenditur, dolores & torsiones in corpore nascuntur, repugnant, scilicet, humorum natura frigida, crassa, & viscida, separationi & motioni quæ sit necessariò in purgationibus, & adiuuante hæc omnia incommoda medicamentorum uehementia, quibus utendum est ad hos rebelles humores educendos.

Quod si quis antiquorum Medicorum sententijs hanc opinionem confirmare uelit, inueniet primum senem Hippocratem semper hæc obseruasse: nam ille in Angina, in Pleuripide, in Causione, in omni deniq; morbo ubi febres fiunt ex biliosis & calidis humoribus, ab initio purgationes adhibet, ut diligentius ostendemus, cum explicabimus Aphorismum qui sequitur, ubi scribit: in acutis passionibus raro, & in principijs purgandum. Idem scribit Galenus in Comment. eiusdem Aphorismi, ubi concedit purgationes, si speremus maius commodum sequiturum ex euacuatione noxij humoris, quàm incommodum ex calore ipsius medicamenti: quod planè nos in nostris medicamentis mitissimis perpetuò sperare possumus, & non solum spe uti sed certa scientia: nam longa experientia per multa secula id iam confirmauit; oēs. n. Medici qui nati sunt post natam & inuentam cassiâ, Mannâ, Tamarindos, & alia purgantia, quæ ex Rosis, Violis, & Zaccaro fiunt, testantur suis operibus, nunquam abfuisse in initio febrium putridarum ex calidis humoribus, purgationes ex nostris his medicamentis celebratas; soli ignari, timidi plus iusto

his egregijs operibus aduersantur. & quibus quæ rationibus, non alijs profectò, quàm quod concoctio nes sunt expectanda, & cum non intelligant, nec vnquam expresserint quid concoctio sit, quid faciat, cur expectanda, temerè audent reclamare Medicinæ Hippocratis, Galeni, Atabum omnium, & experientia omnium Medicorum, qui vixerunt iam multis seculis præteritis: cum quibus in nulla re medendo unquã comparari poterunt. Scio Galenum meticulosum fuisse in purgationibus adhibendis, & sæpè ab Hippocrate dissentire, vbi purgationem hanc commendari videt, & meritò quidem; & quia vniuersam vim sui timoris ducit ex caliditate & vehementia medicamentorum sui temporis; at in nostris cessat hæc ratio, quæ vel nullo, vel exiguo calore sunt prædita, & plus adferunt commodi ex diminutione humoris, quàm mali ex febris augmento, quod nullum sequitur ab ipsis medicamentis, sed vi morbi qui sua habet tempora, quæ necessitati percurrit; sed leuiora & breuiora sũt omnia euacuato ab initio corpore. vbi facilis fieri potest euacuatio; At qui si illi uolunt concoctum esse humorem qui euacuandus est, & in hoc etiam ipsis satisfaciam, nam in primis diebus qui laborant febribus ita calidis, emittere solent vrinas crassas, admodumque flauas, quod fieri non potest, nisi ex mixtione humoris bilioli cum vrina, at mixtio huiusmodi fieri non potest nisi separatus ille sit à tota massa, separatio verò hæc fieri non potest, nisi præcedente concoctione: facta ergo est iam aliqua concoctio partis humoris lædentis; cur ergo non licebit illam educere, & nature opem ferre, quæ expulsionem iam tentat? quod si verentur illi turbare concoctionem, nunquam ergo turgente humore purgationes adhibebunt; multo enim magis periculum est de turbanda concoctione quando humores sunt in motu, si quidem, vt aiunt illi ea quiete perficitur, & omni motu, eo etiam qui fit per clysteres offenditur; at præter motum humoris à natura factum, accedit alia agitatio ex medicamentis, nihil præterea per illos adhuc est concoctum cū humores turgent, nihil ergò separatum, & nihil est quod attrahi possit; tamen non verentur illi tunc purgare, & cur non licebit nobis etiam purgare, vbi natura iam aliquid concoxit, separauit, & iam expellit; & solum leuis accedit motio ex medicamento attrahente, quod sæpe ducit humores vsque ad infima intestina, absque aliquo sensu doloris, vel cuiuscunque motionis, timeant ergo illi purgationem in frigidis & crassis humoribus putrescentibus in quibus concoctio reuera spectanda est, per quam adiuuantibus alijs medicamentis, quibus in tali materia vti solemus, fit fusio humorum, extenuatio, incisio, assimilatio, putredinis cessatio, & tandem faciliq; ob omnes rationes euacuatio; non enim est tutum agitare & aggredi tales humores, nisi concoctio multum processerit, quæ bonam materiam partem vicerit, tunc etiam purgandum est in his, nec perfecta concoctio expectanda, quæ contingere non potest ob materiam diuersitatem & inæqualitatem; propterea Galenus in quartanis, quotidianisq; febribus, & omnes alij Medici sæpè repetunt purgationes, per quas extrahunt quod est concoctum, vt reliquum postea facilius concoquatur: in humoribus vero calidioribus qui suapte natura vniiformes sunt, acres, & tenues, minimo temporis spacio natura suam ostendit vim, & aliquid habet concoctum, quod ab initio est auferendum, antequàm ardor febris magis crescat; propterea dicebat Hippocrates in principijs si quid vides mouendum, moue, in statu vero quiescere melius est; de his profectò morbis intelligens, in quibus temel ab initio purgandum, & postea declinatio expectan-

da, & videndum si quid à natura relinquatur in declinatione, quod postea adhuc nostras purgationes requirat; contra verò in alijs humoribus in principio & augmento purgare non possumus, quia nihil adhuc concoctum, nihil separatum, & humor suapte natura crassus, viscidus, nec spontè moueri, nec expelli à natura nec trahi à medicamento potest; propterea quanto magis præceditur morbus, tanto felicius in his purgare possumus, quia hæc mala indices minora redduntur; propterea in statu optimæ sunt purgationes, quia iam materia obedire potest, & Crises non expectamus, aut alias naturæ excretiones, quæ nostras euacuationes tardari cogant. Ex quibus constat, quod antea proposuimus, quinam gradus concoctionis requirantur in singulis humoribus, antequam purgationem aggrediamur. Huic explicationi iam finem imponerem, nisi dubium unum occurreret de concoctione humorum qui putridi sunt, & synceri: nam hæcenus mentionem solum fecimus de humoribus putrescentibus contentis in ipsa humorum massa, vt de bile vtraque, & de pituita commixtis cum sanguine, & illic putrescentibus, in quibus ostendimus præcedere concoctionem, deinde sequi separationem; an vero concoctio expectanda sit cum illi putrescant extra vasa, id vt rarò aut fortè nunquam contingere solet: nam pus non fit sine sanguine ex syncero aliquo humore, & in maioribus cauitatibus corporis, vt in ventriculo, & intestinis, & in proprijs receptaculis horum excrementorũ, vt in liene, folliculo fellis, ob loci amplitudinem & familiaritatem quæ est cum his humoribus, prohiberi nõ solet transpiratio, nec propterea putredo fit; propterea nunquam Galenus meminit huius putredinis, cum dicit expectandam esse concoctionem ante purgationem, & illam indicari ex pulsibus & vrinis, si tamen imaginemur illam fieri posse, non propterea concoctio aliqua expectanda, etsi illam non nego fieri posse, si modo necesse est fieri actionem vbi agentia & patientia se tangunt, quoniam separatio iam facta est, & præstat nisi impediatur crassities, & visciditas, aut obstructio, liberare naturam per euacuationem, quàm permittere vt res corruptæ corpus infestent. Patere igitur puto, quod dicit Hippocrates: Concocta esse medicanda: Nunc ad alia accedamus.

Atque mouere.

Generaliorem facit tractationem ex hac dictione Hippocr. nam cum dixisset concocta esse medicanda, id est, (vt Galenus explicat) purgante medicamento educenda, nisi aliud addidisset, putasset fortasse aliquis Hippocratem solam purgationem prohibere, cum materia non est cocta, licere tamen alio modo humores educere, vt per balnea, & per diuretica medicamenta: quare addidit non esse mouenda quæ non sunt concocta, quod quidem verbum nimis strictè & scrupulosè Montanus interpretatur, ita, vt neget licere alicui etiam adhibere quæ faciunt ad incrassationem & attenuationem humorum fugienda enim omnia esse quæ quocumque modo commouent materiam quiete enim perfici concoctionem & perinde omni motu impedit; quod sine ratione præcipitur: nam quæ pugnant aduersus qualitates humorum vt calefacientia, refrigerantia, humectantia, exsiccantia, extenuantia, inersantia, incidentia, sæpè adhibet Galenus & ante concoctionem, & in ipsa concoctione ad eam iuuandam, cum materia id postulat, vel calor concoctionis instrumentum, uel ipsa facultas coctionis

coctionis author; & non solum quidem hæc quæ alterant, sed etiam aliquando euacuantia sunt adhibenda, cum humores concoquuntur: nam Galenus frictions & inediam maximè conferre scribit ad humorum concoctionem, vt in 12. lib. Methodi in febre Syncopali ex frigidis & crassis humoribus, & in primo ad Glauconem & in 4. de Sanitate tuenda, vbi cruditatis remedia docet, apparet: Nonne etiam imperamus vbi quis cruditate laborat, exercitationem, vt calor natius excitatur & fundantur extenuenturque concreti & crassi humores? confert quidem quies concoctioni, vbi acres, mordaces, & biliosi sunt humores, qui motu & alijs omnibus quæ accendunt, calore exasperant, & dissimiliores naturæ nostræ fiunt, quæ mediocri temperie gaudet. At in pituitosis & frigidis, vbi corpora sese possunt mouere & exercere, via ad concoctionem aptissima est per motum. Nonne etiam in inflammationibus prius euacuationem molimur per digerentia, quam tentemus vel expectemus concoctionem, & sanguinem, quoque emittimus in omnibus morbis in principio, vbi omnia sunt cruda; igitur nullas alterationes prohibet Hippocrates ante concoctionem, nec corporis motiones, vbi res exigit, nec omnes euacuationes, sed illas solum quæ propriè, & (ut ita dicam) electiue materiam ipsam crudam educunt, non autem, quæ totam ipsam massam humorum euacuant, nisi remedia quæ illa exhauriunt peculiari aliqua ratione concoctioni aut alteri naturæ operi, obfint. prohibebit ergò diuretica quæ ipsum humorem crudum tentat à tota massa extrahere ob eandem rationem, ob quam purgationem prohiberi diximus. Propterea Galenus in curatione febrium tertianarum, & aliarum, in primo ad Glauconem, iubet non esse adhibenda diuretica antequam appareant signa concoctionis; alia uero quæ æqualitate vacuant totam massam, vt inediam, frictions, & alio modo digerentia, in nullo morbi tempore arcet, exceptis balneis, quæ liquant humores, & violentius commouent ad externas partes, addito etiam calore nimio, præsertim si per febres adhibeantur. Hæc ergò inter illa quæ æqualiter vacuant ferè solum prohibentur à maioribus nostris, quando humores non sunt concocti, & in omni quidem cruditate siue humores sine febre crudi sint & pituitosi, siue cum febre biliosi vel pituitosi, putrescentes: nam omnes offendet balneum aquæ dulcis, non præcedente concoctione, quia omnes agitat humores, nec omnes educere potest, nec expedit omnes euacuare, vbi omnes non peccant. Venæ quoque sectio nisi vehementia morbi postulet, vbi humores crudi sunt ea cruditate quæ infra sanguinem subsistit, turè non adhibetur, sed melius quàm concoctio facta est, si post illam adhuc huiusmodi remedium requiritur; crudiores enim alioqui redduntur humores ex sanguinis detractione, refrigerato scilicet sanguine; propterea Galenus in libro 4. de Sanitate tuenda, in tali cruditate humorum, sanguinem dicit non esse mittendum; & in febris quoque pituitosis felicius mittitur post duos, vel tres dies, quam statim ab initio: nam à calore febrili concreti humores funduntur, & liquefcunt, & ita melius per venas moueri, & exire possunt, cum statim ab initio difficilè omnes exeant, aut certè facillè non nisi qui tenuiores sunt. Sed quid de clysteribus dicemus sunt enim ex his qui odio habent purgationes antequam planè concoctus sit humor, qui in febris. nec clysteres quidem audent imperare, si modo venter alimenti excrementa spontè deiciat, verentes scilicet eam etiam commotionem quæ fit à clysteribus concoctioni obesse posse; ego verò ita sentio, parem ferè esse de clysteribus, & medicamentis purgantibus per

rationem: non inquam purgantes clysteres adhibendos esse, vbi ex crassis, & frigidissimis humoribus febres consistunt, nihil enim tunc de humore noxi educi facillè potest; at, vbi biliosæ sunt febres, nihil melius esse puto, quam sæpius injicere clysteres confectos ex medicamentis purgantibus, sed mitioribus qualis est cassia, multas enim tertianas febres hoc modo nulla alia adhibita purgatione sæpè curauimus; vbi vero febres consistunt ex frigidioribus vel mixtis humoribus, vbi iam aliqua apparent inditia concoctionis, conferunt quoque clysteres, sed non illi simplices & mollientes, vt censent osores purgationum, verum acriores, qui vim habeant educendi quod est iam concoctum: alij enim hærent in corpore, nec vincere possunt rebelles humores. Patet ergo quos motus penitus fugere oporteat ante concoctionem, quos vero præstare liceat, & in quibus. Nunc vero ad alia properandum.

Non cruda.

Cum dixisset Hippocrates medicanda, & mouenda esse concocta, & hoc intelligi possit de perfectè concoctis, & de his quæ aliquam concoctionem acceperunt, admonet non esse intelligendam perfectam concoctionem: satis enim esse si humor penitus crudus non sit; vbi enim humor non est ita crudus, partes aliquas iam habet quæ ab alijs separari possunt, & educi à corpore, quod cum videamus sæpè à natura fieri per Crises imperfectas, crescente adhuc morbo, ad illius imitationem Medicus potest moliri aliquam euacuationem vbi penitus crudus non est humor: habet enim medicamenta quæ absque nocumento aliquo separare possunt portionem illam, quæ est concocta, ab alijs, & eam tanquam sibi familiarem elicere, & secum trahere, non temerè ergo addidit verbum hoc Hippocrates (non cruda) quo gradus concoctionis exprimit. Verum cum cruda omnia intelligi possint, quæ sunt dissimilia nostro corpori, intelligunt, ferè omnes interpretes huius loci, solum humores, qui infra sanguinem sunt, qui in sanguinem verti possunt, & explicant illos esse pituitam naturalem, quæ insipida est, vel dulcis; aut etiam acidam; hos enim concoqui posse, & in sanguinem mutari: pituitam vero salisam, aut vitream, vel putrescentem, vel alio modo corruptam, crudam non esse, cum illa amplius concoqui non possit, nimirum, cum non possit assimilari, & in nutrimentum verti. Excludunt etiam humores biliosos, flauos, & nigros à cruditate & concoctione; flauos quidem purgandos esse; non quia sint concocti, sed quia turgeant; nigros vero, ut humorem melancholicum, & atram bilem, non quidem turgere, nec tamen concoctionem expectere ante purgationem sed solum extenuationem. Hæc opinio nata est à Michaele Villanouano, qui postea Cæretus dictus est, & combustus Geneæ; propterea quod de erroribus Trinitatis, vt ille inscribat suum Opus, malè, vt iudicatum est à Pseudotheologis illius loci Calvinianis scripsisset, hunc hodie omnes sequuntur Medici, qui contra purgationes in initijs morborum adhibendos inuehantur quibus etiam fauere videtur Galenus in 4. lib. de Sanitate tuenda, vbi hunc Aphorismum interpretatur, & crudos omnes succos dicit esse frigidos, & crallos, falluntur tamen illi omnes cum suis authoribus: nam quod concoctio expectanda sit antequam aliquam tentemus purgationem in pituitosis morbis, & non in biliosis, rectè quidem ab illis dictum puto: verum quod pituita solum naturalis concoquenda sit ante purgationem, hoc profus falsum

est: nam quæ talis est pituita (vt iam antea ostendimus) in sanguinem mutari non potest; nec ex vno humore simplici potest fieri generatio sanguinis, in qua omnes humores gignuntur; nec ex ea possunt fieri duo genera excrementorum, & aliquid relinqui mediocre, vt in aliis concoctionibus que tendunt ad nutritionem corporis, fieri videmus. Deinde, si ex tali pituita per meliorem concoctionem fit sanguis bonus & laudabilis, quid ex ea & post illam concoctionem relinquatur, quod postulet purgationem per nostrâ medicamentâ? sunt enim, inquit Galenus in hoc Comment. purganda, & mouenda quæ post iudicia morborum relicta sunt à natura, non autem naturalia excrementa, quæ sequuntur generationem boni sanguinis: ea enim sola natura expurgat, nec ad illorum separationem, & expulsionem postulat nostrâ medicamentâ: alioqui toties essent propinanda medicamenta, quoties ex cibo sanguinis fit generatio. Præterea, vt diximus, Galenus post huiusmodi concoctionem crudorum humorum, non solet purgationes adhibere, sed solum ad hæc vitia emendanda laudat inediâ, frictions, somnum, quietem, motum, viti generosi potionem, & quæ ex piperibus fiunt medicamenta, quod euidenter docet in libro 4. de Sanitate tuenda cap. 5. ubi post concoctionem huiusmodi humorum, nullam purgationem facit mentionem. Ergo pituita dulcis, vel acida, non est quæ postulet concoctionem, vt postea fiat purgatio: nec etiam salia, aut alio modo vitia; præterquam per putredinem, coctionem requirit, & post illam, purgationem: quoniam sola putrida cruda est facta, quia dissimilis est reddita per substantiam & qualitates, quare rursus vincenda, & assimilanda est quantum ipsa patitur, pati autem potest solum per qualitates; substantia autem ipsa manet inutilis, & excrementum, quod à nulla parte trahi potest, quare purgationem postulat per nostrâ medicamentâ: & ita intellexit Hippocrates cum dixit, cruda non esse purganda & mouenda, crassos & frigidos humores putrescentes intelligens, qui antequam senserint concoctionem, ut antea ostendimus; educi non possunt, & separari ab aliis, nisi eum magna violentia, ad quam sequuntur incommoda plurima, commodum vero nullum. Idem intelligendum est de humoribus atrabilaris putrescentibus, & bile crassiore putrescente, in illis earum semper concoctio expectanda est.

Neque in principijs modo non turgeant.

Cum dixerit Hippocrates non esse medicanda cruda, frustra videbitur adiecit verbum, nec in principijs, siquidem principium morbi dicitur esse Galenus, cum humor est crudus; an forte principium non sumit eo modo, sed pro tribus, vel quattuor primis diebus, in quo tempore in multis morbis non solum principium, sed etiam incrementum morbi fit; at absurdus est in illis morbis ita acutis vacuare potius crescente morbo, quam inchoante: nam quanto magis ad statum accedunt acuti morbi, tanto magis quiescendum est, & si quid mouendum est, Hippocrate ipso authore, in principio mouendum, an probabilius est illum addidisse, neque in principijs, vt Medicos sui temporis forte reprehenderet, qui in principijs cuiuscumque morbi purgatione utebantur, vel quod ignorarent quod tempore humores essent crudi; vel vt occasionem sumeret sciendi exceptionem ab eo, quod dixit, quasi diceret, concocta medicanda intelligi volo, nisi turgeat humor in principio morbi: tunc enim etiâ crudo humore existente purgatio tentanda; quod si tur-

geat, sed non in principio, quia tunc à natura excrepente, & humores diminuentem id fit, purgatione non est opus, ne naturam tunc agentem impediamus, & Crises, vt probabile est, molientem. Sententia ergo Hippocratis clara est, in purgatione, vel expectanda esse concoctionem; aut purgandum esse, si materia turget in principio. Sed non ita patet quinam sint humores, qui turgent: nam quidam omnes humores putant turgere, qui quantitate sua multum exuperant, quo casu, non solum bilem, sed etiam pituitam, & humorem melancholicum turgere, & euacuandum esse, alij addunt, etiam materiam venenosam illam enim ab initio euacuandam esse, priusquam partes nobiles inuadat; alij turgidum appellant humorem qui in parte principe morbum facit: esse enim rationi consonum, vt partes principes si fieri potest, liberemus ab humoribus molestantibus. Qui quidem, etsi probabilia dicant, tamen non exprimunt authoris sententiam: nam verbum quo vitur Hippocrates nihil huiusmodi significat: interpretatur autem noster interpret, nisi turgent, sed parum feliciter: nam proprie turgere, est inflari, etsi turgere alicui idem est, quod irasci, & commoueri; Galenus autem variè explicat vim huius vocabuli, nam in Comment. huius Aphorismi scribit, vocabulum hoc translatum esse ab animalibus concubitu appetentibus, ad humores: nam sicut illa stare loco non possunt, quadam titillatione impulsâ, eoque affectu concitata, sic & humores plerumque in motu vehementiore, atque transfluxu ab vna parte ad aliam, in morbi principio hominem infestant, mouentes, titillantes, & quiescere non permittentes; cum & ipsi pariter moueantur, & tanto motu de loco ad locum ægrum molestant. Tales itaque (inquit) humores euacuare conuenit, hoc est, qui per corpus discurrunt, ab vnoque membro ad aliud feruntur, & transfluunt: eos vero qui iam sunt in aliqua corporis parte firmati, ante concoctionem, neque alio auxilio mouere, nec purgare oportet. Ex qua explicatione patet, eum authorem verbum turgere trahere ad humores, & eos non tangere, nisi moueantur actu. In Comment. vero 1. Aphorismi 4. lib. eandem sequitur interpretationem, & in illis humoribus, qui turgent, requirit, vt per totum corpus deferantur, & nondum in aliqua parte sint firmati. Quam interpretationem etiam confirmat in lib. 8. de Compositione medicamentorum secundum locos, vbi inquit, turgere dixit Hippoc. humores, qui nullâ habent adhuc formam inclinationem, & stationem. Sed ex his verbis non possumus colligere requiri motum necessario in humoribus turgentibus, satis, n. est, si libere contineantur in aliqua cœcitate, à qua dimoueri possint; quod non contingit his, qui firmati sunt in aliquo membro, quales sunt qui à venis iam exciderunt, & partis substantiam occuparunt. Scribit præterea in Comment. 2. 6. libri Epidemion, textu 8. ad hunc modum. In humoribus ad exitum paratissimis, & ad euacuationem properantibus, voce hæc (turgere) consuevit vti Hippocrates. Ex quibus verbis constat, satis esse hoc vt turgant humores, vti facti educi possint, quales sunt, qui suapte natura mobiles sunt, veluti sunt tenues, aquosi, biliosi, qui in corporis cœuitibus continentur, per quas facile educi possunt; nec tales solum esse, qui vario & multiplici motu per corpus deferuntur: nam tales motus nunquam videmus in corpore fieri, sed in ea parte firmantur, in quâ feruntur, nec ab illa rursus in aliam refluunt, paucis forte exceptis: veluti cum ex Angina fit Pleuritis, & ex hac Peripneumonia; quos humores nec quisquam diceret turgere, quandoquidem statim ab vna parte in aliam recipiuntur, & posteaquam

quam recepti fuerunt, purgatione non egent. Idem ostendit Galenus, cum explicat in 2. de Victu acuto rum textum Hippoeratis de cruda inflammatione, à qua dicit nihil educi posse; inquit enim, eos humores non posse educi à parte inflammata, quasi, satis ostendens, quid per humores firmatos in parte, & non turgentis intelligat, illi enim parati non sunt ad euacuationem, & purgationem ante concoctionem: sunt autem contra parati, qui calidi sunt & tenues, & in venis contenti, vt satis ipse docet in libro de his quos purgare oportet, vbi tales humores in principio morbi & febris nulla expectata concoctione purgari iubet; & in lib. 3. Prædictionum, textu 23. ait, humores calidiores tenuioresque paratissimos esse ad excretionem, crudis vero & crassis, naturam mederi per abscessum, vel per concoctionem; vbi satis ostendit, se opponere crudis calidos, & tenues humores, & hos esse qui turgent. Si modo in hoc Aphorismo turgentis etiam opponit crudis, & hos non esse euacuandos ante concoctionem, illos vero euacuandos esse nulla expectata concoctione; turgent igitur humores, vel qui sunt in motu, vel qui ad motum sunt habiles, vt etiam Avicenna interpretatur cap. 3. libri primi Fen. 4. vbi de euacuatione agens, ita scribit: Concoctio est expectanda, nisi humores sint mobiles. Idem ostendit verbum Græcum (*ἀπὸ τοῦ*) quod significat spontè moueor, glisco, & concito, qui enim humores suapte natura moueri facile possunt, illi dicuntur turgere. Vt usurpat vero Gal. idem verbum (turgere) in 18. textu 3. de Fracturis, non pro humoribus aptis ad excretionem, sed pro parte & corpore quod incitatur ad excretionem, vbi ita scribit: Si vlcus videatur turgere, id est, si pars quæ laborat, festinat ad excretionem, id pro certo iam habere potes; incitati autem partem ad excretionem deprehendes primum cū labra ipsa vlcetis coire inter se nequeunt, sed dissident, atque inuertuntur; deinde, cum æger in intima membri parte motionem quandam latentem ac tacitam sentit. Ex quibus verbis patet, corpus ipsum, & partes illius esse que turgent; & merito quidem: nam illæ sunt, quæ pruritum, & titillationem eam sentiunt, & molestiam quam pariunt humores; & propterea illæ etiam sunt quæ ad excretionem mouentur, vt ipsa etiam sunt animalia, quæ turgent ad venerem, non autem humores qui in ipsis continentur; & cum tales sentiunt ægroti commotiones in corpore, quæ ex æstu, inquietudine, doloribus, qui diuersas partes occupant, & alijs Symptomatis quæ sequi solent acres & calidos humores, tunc purgationem aggredi possumus, nulla alia expectata concoctione: quia hæc indicant subesse humores, qui ad purgationem sunt idonei; & hoc est ipsum quod dicebat Hippoc. turgere, id est, naturam abundare huiusmodi humoribus, & ab illis molestari, & cupere illorum excretionem, & in ea re opus esse auxilio ex medicamentis nostris purgantibus, vel aliter eos humores mouere potentibus.

Plurima vero non turgent.

EX his verbis putant interpretes raro esse purgandum in principio cuiuscunque morbi, eo quod in paucis affectibus videantur humores sine aliqua requie nunc ab vna parte in aliam, & ab hac rursus in alias ferri: sed hoc illi asserunt quiverbi (turgere) propriam vim non intelligit, quod (vt diximus) potius significat aptitudinem ad motum, quam præsentem motum ipsius humoris; tales autem humores in acutis morbis (qui ex biliosis & tenuibus humoribus consistunt) semper sunt in prin-

cipio, & purgatio semper in principio talium morborum (vt inferius postea adhuc docebimus) adhibenda est. Sed Hippocrates dixit, plurima non turgere, quoniam maxima morborum pars consistit ex crassis & frigidis humoribus: nam longifere omnes, & ex acutis etiam multi, & ex febribus multæ fiunt à tali materia, sole ferè acutæ febres, & tertianæ, nascuntur ex biliosis & tenuibus humoribus. Rectè ergo dictum est ab Hippocrate, plurimam non turgent. Atque hæc satis de hoc Aphorismo.

APHORISMVS XXIIII.

Deiectiones non multitudine sunt estimanda, sed si talia deiciantur, qualia conueniunt; & ægri facile tolerant; atque vbi vsque ad animi defectionem expedit ducere faciendum, si æger possit tolerare.



SCopum & sententiã huius Aphorismi alij interpretes hætenus (meo quidem iudicio) non sunt assecuti: nam credunt omnes Hippocratem hic agere de deiectionibus, id est de excretionibus quæ fiunt per aluum, illorumque quantitatem damnare, quippè cū qualitas illarum & facilis tolerantia, non autem copia expendenda sit: in quibus falluntur; Primum, quod de deiectionibus solum non agat, sed de omnibus quæ à corpore nostro euacuantur; vt satis ostendit verbum Græcum quod vtitur, *τὰ χαρίσθη*, quod significat, quæ egrediuntur à corpore, vt Galenus etiam in Commentario ostendit, quid de venæ sectione, purgatione, & omni alia euacuatione Aphorismum interpretatur; quantitatem præterea, nec deiectionum, nec aliarum excretionum damnat Hippocrates qui vna cum Galeno passim admonet, vacuandum esse quantum affectus postulant, & vires ferre possunt, & laborandum maximè esse, vt iustam mensuram euacuationum assequamur. Qui vero dicunt Hippocratem hic docere velle quantum sit euacuandum, non minus errant quam superiores, id enim 3. Aphorismo iam fuit ab eo explicatum, in quo docuit tantum esse euacuandum, quantum ad naturalem statum recuperandum opus est, frustra que, ob id idem nunc repeteret.

Quam ob rem placet mihi Galeni interpretatio, qui putat Hippocratem in hoc Aphorismo docere velle modum, quo deprehendere poterimus cum euacuatio sit, an iustam mensuram limus assecuti, vel aliquid adhuc supersit, vel vltra mensuram factam sit euacuatio; at in eo mihi deficere videtur Galenus, quod nulla alia ratione illud deprehendi posse scribat, quam ex facili tolerantia ægri, & qualitate humoris qui euacuatur: nam tolerantia hæc facilis non magis quantitatem sequitur, quam qualitatem ipsius humoris, vt in 2. Aphorismo docuit: nam cum euacuatur talia, qualia euacuare oportet, cōfert, inquit Hippocr. & facile ferunt qui euacuatur, quare hæc nota certa esse non potest mensuræ quantitatis euacuationis, si et qualitatem ostendit. Præterea, sequitur leuis tolerantia et toto humore noxio non euacuato; quare, si ea est regula debite euacuationis, sepius euacuationem sistemus, quam iustam mensuram fuerimus assecuti; addo, quod sepe in euacuatione molestia non parua & vis naturæ inferenda est, veluti cum vsque ad animi defectum euacuamur: quas euacuationes nemo facile ferri dixerit, cū paulo minus quam mor-

tem inferant: Demus si placet duodecim libras bilis abundare præter naturam in corpore, & euacuentur quattuor vel à natura, vel à medicamento purgante eo casu euacuatur quidè qualia euacuare oportet, & æger facillè tolerat huiusmodi euacuatione, & ex ea melius habet, non tamen propterea sumus assecuti iustam mensuram euacuationis. Non igitur id uoluit Hippocrates quod Galenus, & alij interpretes tradunt: sed aliud significat, quod exprimit ex uerbis suis hæcenus non bene intellectis: scribit enim excretiones non esse multitudinem æstimandas, quali cumque, & quantacumque, sed donec talia excernuntur, qualia conueniunt, quasi diceret, tamdiu uacuandum est, quamdiu humor qui peccat, & nos mouit ad euacuandum, perseverat, & exit: tunc uero sistenda est euacuatio, quando huiusmodi humor non amplius excernitur, tunc enim signum est, quod nihil amplius ex eo supersit in corpore, quod obesse possit. Demus bilem flauam & putridam obesse, tunc sciemus satis euacuata illam esse, si exhibitio medicamento quod vim habet illam educendi, euacuatur quidem, & in ultimis vicibus uel talis bilis amplius non excernitur, uel alius humor, qui noxius non est euacuati incipit, quod si pura huiusmodi bilis in ultima deiectione adhuc uisa est, agnoscimus profecto non esse satis euacuatum corpus. Id ergo est, quod scribit Hippocrates, non esse spectandam simplicem multitudinem peccantis humoris, quoniam nemo exiguam copiam sufficere putaret & magnam sæpe existimaret excederet, cum tamen illa aliquando sufficiat, ubi parua euacuatione est, opus & hæc nõ satis sit, ubi ingens requiritur euacuatio. Hanc sententiã expressit Hippocrates his uerbis, *ἀλλ' ὅς ἀρ' ἔχουσιν οὐκ ἔστιν*, sed donec euacuatur talia, qualia oportet, sic enim, *ὅς ἀρ'*, siue ut in libro de Humoribus habet, *ἔστιν ἀρ'*, interpretari oportet, ut omnes mediocriter Græcè eruditi intelligere possunt, & natura rei docet non quemadmodum alij omnes faciunt, qui pro donec, si, uertunt magno omnino errore, cum si hoc modo legatur, quid sit uacuandum, si alio uacuatio nis mensuram prescribat, doceatque quomodo ea cognosci possit. Eandem sententiam confirmat Hebraeus contextus factus à Semptao, qui translulit Aphor. ante trecentum annos Massilia, & erat septuagenarius Medicus insignis, & ita habet ἰδεστ donec ἢ ut uertit discipulus meus de quo infra mentionem faciã. Non ergo hic de cognitione qualitatis humoris agit, cum dicit spectandam esse qualitatem, sed ex qualitate definit quantitatem, satis enim nos euacuasse agnoscimus, cum humor ille, quem antea euacuandum esse agnoscimus, non amplius procedit & exit, & tamdiu etiam solet sequi facilis tolerantia: nam quæ inutilia sunt, natura gaudet euacuati. cum uero illa iam planè euacuata sunt, & euacuatio perseverat, tunc illa molestiam percipit, quæ enim amica sunt & familiaria, retinenda sunt, & ne quaquam à corpore separanda; hoc sanè præceptum quantum fieri potest medendo obseruamus, & a se qui studemus, etsi aliquando coniectura qua necessario utimur in quãtitate præscribenda, nos fallit: nõ si lapides, uel pus per intestina, uel yrinam fortè exire incipiant, medicamenta damus, quæ abluendi, detegendi; vim habeant, & tamdiu illis utimur, quamdiu pus excernitur; quod si illud excerni desinat, nõ amplius in illis medicamentis perseveramus, quia credimus totam materiam quæ toto genere erat præter naturam, esse expurgatam; sic si dysenteria quispiam laboret, &amenta intestinorum euacuentur, tamdiu utimur clysteribus abluentibus, quamdiu perseverat huiusmodi malum; idem in euacuatione humorum qui dolores excitat in intestinis efficimus:

A nam si pituita fortè nocet, & per clysteres illam excerni uidemus, tamdiu in eorum usu perseveramus, quamdiu in illa excerni perseverat; idem quoque fit in sanguinis missione: nam si sanguinem mittimus ad euacuationem boni, aut crassi sanguinis, nisi quid impediatur, sanguinem extrahere pergitur, donec talis perseverat sanguis, quod si sanguinem qui circumstat, aliquam inflammationem educere consilium est, & hoc ob uirum robur fieri potest, postea quam illum excerni uidemus, pergitur in euacuatione, quamdiu ille perseverat, ubi uerò alius iam excernitur sanguis, euacuationem sistimus; & id est quod Hippocrates in libro de Victu acutorum in curatione Pleuritidis scribit; quod respondeat in purificationibus hæc etiam ratio, superius docuimus; quare nihil contra nostram interpretationem facit; tradit enim certum præceptum, quantum coniectura assequi possumus in re, cuius mensuram certa scientia comprehendere non possumus, & si leuis aliquando aliquis sit excessus, dampnandus non est, quia aliter fieri non potest, nisi infra euacuationem iustam subsistere uelimus; in quo quidem maior error est: nam si bilis putrida fortè uacuanda est, præstat de ea quæ non est putrida, uel aliquid de alio humore euacuare, quam aliquid de eo quod est putridum in corpore relinquere, quod si ita est, errant Medici, qui cū deiectiones factas à medicamentis purgantibus, inspicunt, uel laudant illarum multitudinem, uel excusant suos errores, cum minimum est, quod est excretum, hanc sententiam Hippocratis malè intellexerunt, cum aiunt deiectiones non esse existimandas multitudinem, sed solum spectandam esse qualitatem humoris, nam quantitas simpliciter laudanda non est, si alios humores educit quam peccantes, & dimiuta euacuatio est cum errore, qui excusandus non est, sed cum alia euacuatione emendandus. Sed quid dicemus de excretionibus quæ sequuntur nutritionem an illas metiri debemus eadem regula, quod scilicet tamdiu perseverandum sit in illorum euacuatione, quamdiu aliquid est crassi excrementi in intestinis, minimè quidem: nam illorum excrementorum euacuatio expellente natura fit, quæ non solet profus excernere quod in intestinis continetur, quoniam quod minimum est, & ad minimam quantitatem peruenit, vim amplius non habet stimulan di eam facultatem; quare solet ex prioribus concoctionibus aliquid aliquid relinqui, quod postea aduenientibus alijs excrementis ex alijs concoctionibus excernitur, quare quantitatem illorum excrementorum, & urinae etiam ex quantitate ingesti cibi, & potionis metitur Hippocrates in Prædictionibus; magna enim cibi ingesti copia, multa excrementa reddit, parua autè, pauca, si eiusdem natura fuerint, nam si quædam fuerint excrementosa, alia uero non, plus ab illis deiecitur excrementi, quam ab alijs maiori copia ingestis; quare excrementorum alui copiam metiemur ex copia, & qualitate cibi ingesti; & quamdiu etiam talia excernuntur excrementa, tamdiu etiam probatur huiusmodi excretiones, quod si ea excrementa talia non erunt, qualia esse debent, id est, non habebunt suas debitas qualitates, aut aliquid excernetur, quod amplius excrementum non est, tunc improbanda est huiusmodi excretio; talia autem debent esse excrementa alui, quæ ex alimento resultant, ut nec nimis dura uel liquida sint, nec odore nimis fetido, nisi ci bus talia reddat excrementa; debent esse quoque; figurata, nec varium colorem, sed uniformem debent habere, & æqualitatem, ita ut pars una dura non sit, alia liquida, & denique talia esse oportet, ut probam alimenti concoctionem testentur. Ceterum excretiones aliarum rerum quæ per aluum fiunt, quædam sunt

sunt toto genere malæ, quales sunt rerum familiarium naturæ, ut est sanguinis, pinguedinis, & substantiæ intestinorum excretio; unde Hippocrates scribit in Aphorismis; Sanguis quomodocumque excernatur, siue supra, siue infra, malum. Sic etiam in alio Aphorismo pingues deiectiones damnat; Aliæ vero sunt sola qualitate malæ & inter has quædam sunt quæ siue à Medico, siue à natura vacuentur, malæ sunt; Aliæ autem malæ, si à natura, non malæ, si à Medico fiant; quæ autem bonæ sunt, à natura factæ, bonæ semper sunt, etiam si à Medico fiant, non tamen contra fit, ut bonæ sint quæ fiunt à Medico, si à natura fiant; quæ præterea malæ sunt, aliæ simpliciter malæ, aliæ ob certam rationem malæ cæsentur esse, ob aliam vero bonæ: nam deiectiones quæ nigrae sunt, prærubræ, merè torridæ, virides, eruginosæ, malæ sunt, siue à natura fiant, siue à medico; quoniam pessimas subesse in corpore dispositiones ostendunt. Malæ autem sunt omnes excretiones quæ fiunt in principio morbi per sanguinis fluxum è naribus; at bona est ea excretio, si à Medico fiat. Sudores in principio febris acutæ mali, in statu optimi & in declinatione. Variæ deiectiones quanto plures habuerint colores, tanto deteriores sunt inquit Hippocrates, si à natura fiant, si vero tales deiectiones fiant per purgationes, non malæ, quia ostendunt eum à natura fiant, varias subesse in corpore dispositiones malas. quibus illa mederi non potest; cum verò fiunt per purgationes, ostendunt corpus expurgatum esse à multis dispositionibus. Verùm etsi nigra, liuida, & torridæ & aliæ supradictæ deiectiones, in quibus nihil familiare excernitur, malæ cæsentur esse, eo quod malas in corpore dispositiones ostendant, bonæ tamen alia ratione esse dicuntur, quod scilicet bonum sit educi à corpore quod illi obesse est aptum si intus retineatur. Talis ergo erit humor qualis esse debet qui excernendus est, si qualitates habuerit quales natura in excrementis requirit, quæ secundum naturam habent vel talem habent qualem in dispositionibus corporis præter naturam laudare possumus, eo quod leues, & simpliciores dispositiones, & naturæ victoriam ostendunt, & illæ quidem simpliciter bonæ, quia naturam bene affectam ostendunt; hæc vero non simpliciter, quia malè quidem habere corpus ostendunt, sed validius esse morborum causas declarant; quæ vero nihil istorum ostendunt, pessimæ & lethales sunt, ut quæ ostendant graues dispositiones, quas natura vincere non potest. Sed hæc sufficiant de qualitibus deiectionum hoc loco, quæ solum annotare volui, ut Medicus intelligat, qualia oporteat esse ea quæ euacuantur à nostro corpore, ut sciat an multum vel parum & vel nullo etiam modo euacuandum, hæc enim faciendæ sunt pro substantia & qualitibus eorum quæ euacuari debent.

Atque ubi vsque ad animi defectionem expedit ducere, faciendum, si æger possit tolerare.

Hanc Aphorismi partem superiori connectere non potest Galenus. eum enim docuisset ex facili tolerantia quantitatem euacuationis nos metiri debere, Hippocrates autem hoc loco ultra eum terminum aliquando progrediendum esse scribat, non habet Galenus quod dicat, sed dissimulato eo quod ab autore scribitur, alio se conuertit, ut ostendat in quibus affectibus euacuare expedit vsque ad animi defectum; oportebat enim illud in primis ostendere, cur vsq; ad eum terminum nunc vacare velit Hippocrates, cum facilem tolerantiam

A omnium euacuationem (illius opinione) finem antea constituisset. Quod vero hic docet Galenus, non est presentis loci, cum author explicare instituat quonam modo cognoscere possimus iustam euacuationis quantitatem, non in quibus plus vel minus euacuandum sit. Quam ob rem, illud in primis ostendendum est, cur animi defectionis mentionem nunc faciat Hippocrates; videtur sanè mihi ea ratione id facere, ne cum antea dixisset facile ferri euacuationem illius multitudinis, quæ idoneam habet qualitatem putaret aliquis perpetuè id esse; nam etsi sepius illud contingit, nonnunquam tamen ultra progrediendum est, & violentia aliqua natura inferenda, id quod accidit; cum vsque ad animi defectum corpus euacuamus, nec aliter morbi impetus sisti potest; ergo **B** humoris qualitas communis est nota quantitatis euacuationum, tam diu enim, tantumque euacuandum quantum exuperat, id quod euacuationem postulat, facilis autem tolerantia non omnes sequitur euacuationes. Nec eorum quidem opinionem probare possum, qui euacuationem factam vsque ad animi defectum facile etiam ferri putant, quippe, cum ab Hippocrate hæc inter se distinguantur, tanquam enim non comprehendatur euacuatio quæ fit vsque ad animi defectum, cum illis quæ facile feruntur, illius postea meminit; ostendit præterea, & id ratio: magnam enim oportet esse & violentam euacuationem ob quam semimortui homines redduntur: id quod Galenus etiam aperte ostendit, ubi non nisi in magnis affectibus eam consulit, quasi satius sit naturæ vim aliquam inferre remedij magnitudine, quam permittere ut æger seuitia & impetu morbi extinguatur, atque idem etiam author §6. Aphorismo quinti, & 27. 6. & alibi passim scribit: omnis immodicæ euacuationis communem casum esse animi defectum; dissoluit enim naturæ mediocritas à maximis euacuationibus, etiam si noxia materia educitur, quoniam maxima spirituum copia vna expirat. Est porro animi defectus, siue Lipothymia, non Syncope, quemadmodum vulgus Medicorum existimat qui huiusmodi euacuationes quæ vsque ad animi deliquium fiunt, vsque ad Syncope fieri aiunt: leuiorem enim est affectus ille, Syncope grauior, idem tamen genere, præceptum enim est omnium virium lapsus Syncope, in Lipothymia verò, idem vires patiuntur omnes, sed leuiorem affectionem. Porro, animi defectus causas aliquot enumerat Galenus in Commentario, ut timorem, erosionem stomachi, vacuationem, quæ cum communem causam aliquam habeant, ea prius docenda fuerat. Igitur cum animi defectus subita quædam sit virtutum dissolutio, necesse est id, quod illius causa est subito affici posse, & communem omnium actionum causam esse. Est autem non temperies simularium partium, non structura partium organicarum, ut Galen. 12. Methodi sentit, hæc enim subito affici nequeunt in toto corpore, cuius affectus hæc sunt mala, sed vniuersa causa immediata, & proxima in spiritum, siue calidum innatum influens, referri debet, illud enim subito affici potest, & affectum, omnes actiones corporis labefactare, cum sit omnium actionum commune instrumentum; afficitur autem non eodem modo in omni animi defectu, sed vel quod dissoluatur violentius illius substantia, aut archius versus suos fontes contrahatur, & ita aliarum partium actiones deserat; vel quod alteratio in ea sit facta non secundum omnes qualitates, (ut Galenus eo loco putat) sed solum secundum malignam qualitatem & venenosam, ut in febribus pestilentibus contingit: nam alioqui qui ex febribus ardentibus pereunt, omnes cum Syncope perirent; Vel contingit Syncope,

& animi defectus, cum spiritus liberum non habent transitum per vniuersum corpus. Ad has causas omnia particularia quæ Galenus Empirico more in libro primo ad Glauconem, & 12. Methodi, & passim alibi recenset, sunt referenda: nam inedia, sanguinis missio, purgatio, sudor, ira, gaudium, febres vehementes, cutis raritas, virium imbecillitas, vigilia, & alia huiusmodi, has passiones patiunt, ex calidi natui defectu, vel quod illud inquam, non gignant, vel genitum violentius dissoluant. Per contractionem vero spirituum pariunt animi defectum, timor, accessiones, quæ cum vehementi frigore inuadunt, præsertim si adiungatur somnus. Ceterum Syncopem contingere cum spiritus conclusi sunt, vt liberè à corde in vniuersum corpus spargi nequeant, inditio sunt qui cohibita transpiratione suffocantur, & qui ex crudis humoribus obstructibus cordis vasa laborant, sepe in Syncopem incidunt. Sed hæc alibi diligentius explicauimus. Nunc operæpretium est, vt excutamus Galeni sententiam de euacuatione vsque ad animi defectum. Scribit autem ille, sanguinem esse mittendum vsque ad animi defectum in febribus ardentissimis, & in maximis inflammationibus, & aliquando in vehementissimis doloribus, sequi enim in febribus ardentibus ex tali euacuatione totius corporis refrigerationem, febris extinctionem, & in plurimis sudores, alui profluuium; in doloribus vero maximis, aliquando sanguinem eo modo esse mittendum, aliquando vero purgandum vsque ad animi defectum. Verum quod de ardentibus febribus scribit, videbitur fortasse repugnare ei, quod habet in 12. Methodi, vbi agens de curatione febrium putridarum, multis adhibitis distinctionibus, tandem concludit, vel sanguinem non esse mittendum, vel ea mensura, vt sanguinis multum referretur ad curationis spacium, quod in putredine vincenda, & obstructionibus tollendis, requiritur, ne ob defectum sanguinis, in tempestiuè cogamur ægros nutrire; At, cum febres ardentibus omnes sint putridæ, quæ ratione potest in illis laudare sanguinis detractionem vsque ad animi defectum, quantum enim sanguinis quæso relinquatur post huiusmodi euacuationem qui sufficere possit ad putredinem, & obstructiones tollendas, nisi nutrimentum exhibeatur quod vires restituat, iam ad extremam debilitatem perductis: cogimur enim subito alere ægros, vbi tanta violentia illis est illata; quare & in tempestiuè & omni modo cibus exhibendus erit (si modo indicatio quæsumitur à viribus, vbi illæ labantur, alias omnes abolet eo auctore) quo sola præterea febris ipsa ardens extinguipotest in sola venæ sectione, cum in illo loco ostendat nullam febrem putridam posse curari ex sola sanguinis detractione, sed opus esse concoctione, & purgatione humoris qui putredinem sensit; Præterea, Auicenna in biliosis febribus, quales sunt ardentibus, vertur magnas sanguinis detractiones, per quas putat sequi vel bilis effernescerem extracto sanguine, quæ frenum bilis esse scribit, vel in crudationem humorum, refrigerato nimis corpore. Verum ad dubitationem contra Galenum, sic pro eo respondeo: eum quidem non rectè sentire, cum ob ætatem, vel habitum corporis, aut ætatis statum, veretur sanguinem mittere in febribus putridis; nam hæc moderari quidem possunt quantitatem euacuationis, ipsam vero euacuationem nullo modo impedire possunt: nam cum febris omnis putrida fiat, qua vapores fuliginosi accenti in cordis, venis, & arterijs, non satis per cutis meatus, qui facti sunt solum, vt viam præbeant vaporibus qui gignantur in corporibus bene habitibus, exhalare possunt, necessaria omnino est venæ apertio, vt cum sanguine illi educantur; atque ita ex

A sanguinis euacuatione sunt vasa patentiora, & ex illius, & vaporum euacuatione, vniuersum corpus refrigeratur, atque ita putredinis causa, calor inquam præter naturam auctus, minuitur, putredoque cohibetur; quare rectè dictum est à Galeno, in omni febre putrida sanguinem esse mittendum, etsi rationes huius rei viuas, & veras non doceat. Verum, etsi putredo humorum postulat proprium remediū, quod separet id, quod est corruptum ab alijs, tamen vbi putredo incipit, & recens adhuc est febris, remedia quæ aduersus efficientes causas putredinis adhibentur, tantam vim habent, vt post illa minimum relinquatur, quod alia auxilia postulet; Quare cum ardentibus febres incipiunt, nihil prohibet quo minus plurimum sanguinis detrahamus, etiam vsque ad animi defectum, si modo cum bile plurimum adfit sanguinis, & corpus boni sit habitus, & validis viribus: nam alioqui sequuntur incommoda quæ Auicenna tradit, sed non ea ratione, qua ipse putat nam cum sanguinis mittitur, bilis etiam educitur ad proportionem sui; quare quod relinquatur ex viroque commixtum est, & temperatum ita, vt bilis nequeat effernescere: sed cum planè biliosa sunt corpora, paucos habent humores, & propterea euacuatione copiosè uenis, aduruntur & consumuntur faciliè, tum à calore febris, quæ relinquatur adhuc post sanguinis missionem, tum vero ab aere ambiente: quippe cum in vehementi solis ardore ardentibus febres fieri soleant; ne ergò deficiant humores in venis, & in corpore, aduersus has causas vehementius exsiccentes & dissoluentes, quidquid in nobis est, parcius mittendum est sanguis; id quod in Mauritania experientia comprobauit: illi enim cum sanguine paucos, & admodum calido abundant, non sustinent in febribus magnas sanguinis detractiones. Quod si Galenum diligenter legamus, inueniemus illum non in veris ardentibus febribus, qui sunt Causones, sed in Synochis sanguinem mittere vsque ad animi defectum; vt ex 9. Methodi patet: habent enim istæ febres, vehementem calorem & ardorem, qui magnam refrigerationem postulat, quæ ab initio fieri non potest aliter, quam per sanguinis missionem: & sunt ex plurimo sanguine, in corporibus validis & optimè affectis, quæ omnem violentiam sustinere possunt. Ita ergò sentendum puto de sanguinis missione vsque ad animi defectum in febribus. Quid vero faciendum sit in inflammationibus expendamus: nam Galen. hic sanguinem mittendum esse scribit, etiam vsque ad animi defectum; in libro vero de Acutis morbis; iubet cum Hippocrate sanguinem esse mittendum, vsque ad coloris mutationem, quod sæpè allequimur, antequam animus deficiat: nam si inflammatio vicina est venæ, quæ secatur, ex parua etiam euacuatione, educetur sanguis, qui in venis partis affectæ continetur, qui alium habet colorem eo quod alteratione senserit ex putredine, quam habeat alius; qui ex alijs partibus iam est euacuatus. Præterea, si pars affecta longè distet à loco sectionis venæ, vt sunt inflammationes renum, hepatis, coxarum, vesicæ, sanguinis mutatio spectari non potest: quare perpetua non est regula, de missione sanguinis vsque ad illius mutationem; nec est tanta missio vsque ad animi defectum, quam sequitur sæpè mors; præstat ergò dicere, tantum esse detrahendum, quantum affectus postulare videtur, & vires ferre possunt, sine magna violentia; De doloribus vero magnis eadem, meo iudicio, debet esse ratio, in sanguine mittendo, purgationem vero usque ad animi defectum, quis institueret potest, sine temeritate, & vitæ certo periculo, quis enim polliceri potest ex aliquo medicamento, sequuturam euacuationem vsque ad animi defectum quæ ad interi-

tum non tendat: nam purgantibus medicamentis, habent, & vincula adhiberi non possunt, quibus cohibeantur si ultra modum progrediuntur; id in vena sectione facere, in nostra est potestate: in purgationibus vero nequaquam, vt Galenus etiam testatur, qui hic verbo quidem iubet esse faciendum, quod opere nunquam aggressus est facere; id enim non tenuisset homo alioqui suæ laudis, & gloriæ plus satis cupidus.

APHORISMVS XXIII.

In acutis passionibus raro, & in principijs medicinis purgantibus vti, & hoc cum præmeditatione faciendum.

Sicut satis Galenus in Commēt. ostendit, hic Aphorismus est veluti exceptio ab eo quo scripsit concocta medicari cum enim antea dixisset concocta esse medicanda, concocta autem sint in morbi declinatione, excipit morbos acutos ab eo præcepto, in quibus in principio purgatione vtendū est, ita vt Aphorismus ille de concoctis, in longis morbis duntaxat locum habeat, in acutis autem non item, idque merito: nam cum tempus ad purgationem illud sit aptum, in quo vel humor suapte natura mobilis est, vel iam sedata alteratione nature perfecta; concoctione, mobilem efficere possumus inciditibus, & extenuantibus, & naturam hémus adiutricem, in morbis quidem longis, vtpote à crassis & viscosis humoribus factis, & proinde ad motū ineptis, purgationem ab initio morbi adhibere nequaquam debemus; quoniam vel non sequentur humores medicamenti attractionem, aut certe non nisi cum magna difficultate; Quare necessarium est expectare, donec natura humores concoxerit & vicerit, aut eam expulsionem seruientem habeamus, & in euicto humore eam qualitatem moliri possimus, que medicamenti attractionem facile sequatur. In acutis autem morbis, quoniam & humor calidus est, & mobilis, qui tales morbos parit, facile sequetur medicamenti actionem, & natura nondum multum occupata in concoctione, expellendo medicamento seruire poterit. Quare utilis erit purgatio, que ab initio in morbis acutis adhibetur, & tanquam utilis, & necessaria ab Hippocrate hoc Aphorismo præcipitur, cum ait: In acutis passionibus raro, & in principijs purgationibus vtendum; quæ res tangit questionem de minoratiuis vulgo dictis medicamentis; de quibus non est exigua controversia inter Medicos, cum Galenus nunc videatur illa concedere, aliquando vero illa negare, & qui Galenum sequi dicunt varietate hac confusi, alia adferunt argumenta ad ea medicamenta penitus auferenda; Qua in re videre oportet, an raro in principijs morborum acutorum purgare debeamus, vt Galen. interpretatur, an semper, vel sæpius saltem, ut nostra fert opinio, & Hippocratis sententia esse videtur. Primum enim Galeni rationes quibus suam astruere conatur sententiam in medium adferemus; Deinde, eas quas Neoterici ad hanc rem confirmandam ex alijs Galeni, & Hippocratis locis adhibent; Postea vero eas diluemus; Postremo, nostram & ratione, & autoritate confirmabimus. Putat, ergo Galenus, in acutorum morborum principio esse vtendum purgatione, cum turgēt materia, & non aliter, primo, quod Hippocrates scribat in Aphorismo, raro vtendum esse purgatione in principio, ita ab Hippocratis autoritate pri-

A mum ducit argumentum. Secundum à qualitate purgantium medicamentorum, etenim, purgantia omnia potentia calida sunt, febremque exasperant, ita ut nisi speremus maius commodum ex euacuatione sequuturum, quam detrimentum ex calefactione, purgatio tentanda non sit; Sequetur autem maius, inquit, commodum, si absque molestia omnis humor noxius, & infestans vacuetur. Tertium ducit argumentum à corporis preparatione, corpus. n. cū quis purgare voluerit, oportet fluidum facere, inquit Hippocr. i. humores extenuare, & meatus aperire: que cum ob morbi uelocitatem non facile fieri possint, in principio, raro propterea purgationes eo tempore faciendæ sunt. A complicatis præterea affectibus cum morbis acutis qui purgationem impediunt, argumentum ducit: sunt enim, inquit, qui morbo acuto laborant cum cruditate multa, vel tensione vel inflatione præcordiorum; alij, qui crassos cibos & viscosos assumpserunt, quæ omnia purgationem impediunt. Sumit & argumentum à loco affecto, ait enim aliquos esse morbos acutos ex viscerum inflammatione, in quibus purgatio non est idonea ab initio. Atque hæc est summa argumentorum, quibus probare se putat purgationem in principio acutorum morborum raro esse faciendam; & quod magis est, nec etiam in turgente humore libenter purgationem admittit, nisi vna etiam eger ad purgationem sit paratus. Quare, cum nec ipse paratus sit, nec liceat ob acutiem morbi ex imparato paratum facere, ferè omnino purgationem in omnibus è medio sustulit initio morbi.

C Quam opinionem Neoterici nonnulli docti quidem vti, ita auxerunt, vneque etiam clysteres mollientes exhibere audeant, si ven ter sponte deiciat, cumulantque ad hanc rem argumenta, de quibus nunc agendum est. Primum ergo sumunt ab autoritate Hippocratis, li. 4. de Ratione victus, vbi scribit, cum vrinae tenues fuerint, purgandum non est. Secundū sumunt à natura humoris quæ in principio morbi est, est enim, inquit, tunc crudus morbus, à crudo autem morbo nihil educi potest: id quod autoritate Hippocratis probant; vbi ait: Quicumque statim inter initia morbi phlegmone obteffas partes soluere pharmaco tentat, a parte phlegmone laborante nihil auferunt, quando quidem, affectus crudus non cedit. Quod si, inquit, in phlegmone id præcipit, id est intelligendum est & in febribus, cum febres multis modis cum inflammationibus conueniat. Præterea, medicamentum non posse agere nisi de potentia ad actum perducatur, & natura expellendo adiuuet illius attractionem, hæc autem non posse fieri ante concoctionem. Adferunt & aliam autoritatem ex Galeno, vbi passim scribit, excretionem quæ ante coctionem fiunt nunquam profunt, sed sæpius vocent; Addit postea, purgationem illam vires deiecere, appetentiã tollere, tormina excitare, nonnunquam disenterias, & febrem ipsam exasperare, coctionem præterea vitari, & interturbari purgatione, vtpote mouente corpus, cum quiete coctio maximè egeat. Crises impediti, & cætera natura auxilia, quando nondum ad quam partem se natura vertat cognoscamus; ad naturæ mutationem item nos reuocant, quæ raro solet febres per alium soluere, quare, nos non sæpius id agredi debere, quod natura raro facit. Ita his argumentis, non solum valida, sed mitissima etiam nostra medicamenta non admittunt, cum omnia purgantia, venenosa participant, plus vel minus, qualitate (vt Aristot. est author) omnia nature inimica, corpus turbant, nauisam moueant, & terro odore & sapore displiceant. Atque hæc, & similia adferunt, quibus iam singulatim respondendum erit. Primum ergo quod dicit Galenus, Hippocratem dixisse in Aphorismo in princi-

principijs acutorum morborum raro vtendum esse purgatione, non recipio, quod vim inferat dictioni hęc interpretatio: nam (raro verbum) non ad principia refertur, sed solum ad passiones acutas: nam si, raro, principium etiam comprehendisset, ita scripsisset: in acutis passionibus, & in illarum etiam principijs, raro purgatione est vtendum. Deinde, quid opus fuisset principij morbi potius quam aliorum temporum mentionem fecisse, nisi inter omnia tempora morbi adnotasset illud, quod aptum est ad purgationes sæpius faciendas? debebat enim eadem ratione dicere, & in declinatione raro venire in vsum purgationes, cum natura per Crises morbos finire soleat, & raro aliquid relinquat, quod purgatione egeat; tãquã ergo purgationes in principio acutorum morborum necessariae sint, dixit eo tempore purgatione opus esse, id quod contextus verborum ostendit, cum ait: Et in principijs purgationibus vtendum; estque verborum horum & præcedentiũ hęc sententia; In morbo acuto raro exhibendæ sunt purgationes, nec sæpius iterandæ: quare in principio illa adhibenda, qua natura exonerata ab humoris mali portione, reliquum & uincere & expellere sola possit, nec vnquam amplius repetenda nisi fortè aliquando in declinatione quando natura per suas Crises non omnia eiecerit: Confirmat eandem lectionem Hebreus: textus satis euidenter, quem Rabinus Ori Treuensis Hebreus discipulus meus vertit hoc modo: In acutis morbis licitum non purgare egrotum cum medicinis nisi parum, in principio. Item in principijs si quid videtur mouendum, moue. Hanc nostram sententiam confirmat Aphorismo 29. lib. 2. in quo dicit: in principijs Aphorism. 10. lib. 4. vbi sic scribit: Medicari in valde acutis si &c. & materia turget, eadem dixit, tardari enim in talibus malum est. Quæ omnia declarant Hippocratem velle in principio acutorum morborum faciendas esse purgationes non raro, sed semper, si aliud non impedit. Non ergo ex Hippocratis e contextu probare potest, raro vtendum esse purgatione in principio acuti morbi. Nec veto illud etiam probare possum quod ille putat Hippocratem solum in turgente humore purgationem concedere & de eo loqui, quandoquidem antea Aphorismo quo scribit (Concocta medicari), id iam dixerit, in principio cum turget humor, purgatione esse vtendum, frustra que ob id repeteret, id quod iam docuit, nisi simpliciter de omni humore qui per purgationem educi posset, intelligeret, id quod satis ostendit dictio Hippocratis, cum nulla mentione turgidi humoris facta, purgatione dicit esse vtendum; nec quod vniuersale est, ad turgentem humorem absque violentia trahi potest. Iam diluendæ sunt rationes quibus putat se effecisse, vt vera sit hæc quam sequitur lectio; Primum ergo quod dicit medicamenta purgantia potentia esse calida, vt de suis medicamentis id facile conceditur, illa de nostris post illius senectutis iuuentis & continuo vsu celebratis, non conceditur: nam multa habemus purgantia frigida, & alia benigno calore ita temperata, vt magis vereri debeamus hysopi, thimi, pulegij, origani, & tragonigani potionem, quam in acutis morbis ab initio exhibet ad preparationem humorum, quam purgationem ab illis factam; calidiora enim sunt concessa ab eo medicamenta quam sit Cassia nostra, Manna, Rhabarbarum, Sena herba, compositum medicamentum ex Daçtilis, Diaphenicon vulgo vocatum, Diacatholicon, Syrupus rosaceus, Mel rosoceum, & plura alia, quæ aluum feliciter soluunt. Quare quod incommodum ex caliditate medicamentorum veretur, minus à nostris medicamentis fieri potest, quam ab his, quibus ille vtitur. Secundum argumentum

A quod à preparatione corporis meatuum a pertione scilicet & humorum extenuatione petitur, parum efficax est ad saluberrimum remedium omnino inhibendum: nam etsi dicere possum in morbis acutis humorem suapte naturam; vt qui tenuis & biliosus sit; mobilem esse, & facile medicamentum sequi posse; facilius etiam quam cum est vel concoctus, crassior, & frigidior iam redditus; vel quod sit pituitosus & melancholicus extenuatus, siquidem dubium non est bilem extenuatum, tenuiorem esse humore melancholico extenuatissimo, in quo tamen purgatio optima conceditur, tamen dicam sponte: non ita præparatum esse, quin melius adhuc præparari posset. Verum vt in alijs rebus fieri solet, & ille in Commentario etiam scribit, de duobus malis quod leuius est eligendum. Quam ob rem, etsi aliqua vi fortasse attrahatur humor, quia tamen natura à multitudine & calidior humore exoneratur, facilius postea reliquum vincit: cum alioqui periclitabatur ne illa & multitudine & asperitati humoris succumberet. Vnde maximam vtilitatem ex purgatione capimus etiam si totus humor morbum faciens non euacuetur, vt ille purgationis vtilitatem metitur, cum id fieri non posse videatur; nec ille vnquam suis experimentis docuerit, quomodo sola purgatione acutus morbus ab initio totus extingui possit, alioqui venæ sectionem inutilem putemus, quod humorem, morbi causam, totum non euacuet, & morbum omnino non extinguat; cum tunc eam vtilitissimam putemus dum morbum ita mitigat, & illius causam minuit, ut facilius postea à natura vinci valeat; Quod vero dicit aliquando fieri, vt qui laborant acuto morbo, multa cruditate etiam afficiantur & tenaces crassosque cibos assumpserint, & obstructionibus laborent, & huiusmodi alia, nihil ad rem facit, cum nos non queramus an ob aliam causam & complicatum affectum impediri possit purgatio in morbo acuto: Sed an morbus acutus suapte natura in principio purgationem exigat, vel non, cum nihil sit tam perpetuum in medicina, quod contrarij mixtione non vitietur, vel omnino impediatur, ita enim sanguinis missio in ardente febre ab initio non dicitur esse faciendâ, cum aliquando ob Syncope vel egrum naturam, vel tales cruditates impediatur, cum tamen verissimum præceptum sit, venæ sectionem in principio ardentis febris conuenire. Quales præterea subesse possunt obstructiones in acutis morbis, qui ex calidissimo humore consistunt, aut ex inflammationibus nascuntur, quas Hippocratis non ueretur, (ut postea ostendemus), nisi circa intestina consistant, aut ex causis externis quæ nullam vim habent obstruendi, excitentur. Ergo præcepta de eo quod simplex est, tradi debent, & ex rei natura sumi, non prohibent ea quæ adfert Galenus, quo minus purgatione sit vtendum in acuti morbi principio, cum ad naturam morbi acuti non pertineant, sed contrarij affectus, qui prohibet fieri, quod acutus exigit, ac etiam si quis eos admittat affectus, tantum non sunt momenti, ut impedire possint purgationem, cum nec venæ sectionem impediunt ubi affectus eam postulant; sequimur enim quod magis urget, & maximos affectus, etsi aliud sit quod contradiçet; quinetiam & illud quod de inflammationis præcordijs adfert, ad rem non facit, cum sedes affecta purgationem prohibeat, non morbi natura; quoniam enim purgatio humorem ad præcordia trahit, & inflammatio augetur, ideo purgatio prohibetur ob locum scilicet affectum, quod si inflammatio sit in alio viscere, quod in præcordijs non sit constitutum, non solum non oberit purgatio, sed maxime proderit, tum uacuato, tum reuulso humore. Postremo, quod in turgente humore aliam præparationem requirit,

quirat, nec Hippocraticum est, nec suis principijs cōsonum: nam Hippocrates turgentem humorem simpliciter purgandum scribit, etsi quidem suapte natura ad vacationem iam commouetur, quid opus erit alia faciliore preparatione? atque hæc satis ad Galenum dicta sint. Iam ad alios properandum, qui Galeni opinionem plus quam ille sentiat extollunt, Primum ergo quod adferunt ex Hippocrate lib. 4. de ratione victus ubi scribit: Cum vrinæ tenues fuerint, purgandum non est, contra nos non facit, qui purgationes non semper necessarias in morbo acuto dicimus, cum aliquando ita constricta sit passio, aut salutaris, vt naturæ coctionem, & facilem omnino purgationem expectare possimus, febrem autem non exasperat purgatio, cum humorem, & febris pabulum educat; coctionem præterea non vitiat, cum natura nondum vehementer in coctione occupetur, & humorem minuat, ita, vt reliquum facilius postea vinci possit; id quod Galenus in Aphor. 29. 2. libri aperte scribit: ait enim, vt citius eueniant concoctiones, circa principia melius est euacuare; definant ergo illi purgationem leuam in principio morborum damnare; cum Galenus contrarium omnino asserat, & ratione subiungat, qua fit, vt non deterior, sed melior fiat coctio, cui & alias ego subiungo; nam purgatio huiusmodi euacuatis venis, & cauitatibus alijs, corpus reddit melius perspirabile, &educta portione putridi humoris, calorem temperat, & aptiorem reddit ad concoctionem præstandam. Nec obstat quod illi scribunt, agitationem materię fieri, & motum in corpore, concoctionem verò prorsus requirere quietē, nam leuia hæc medicamenta, quæ adhibemus in his primis purgationibus, vel nullam quam sensus percipiat, vel certè minimam commotionem pariunt, adeo vt sæpè deiciendi cupiditas adueniat, priusquam senserimus aliquid esse à venis commotum, & attractū ad intestina. Deinde falsum est omnem concoctionem melius obiri quiete quam motu: nam frustra alioqui Galenus exercitationem laudaret, quod concoctionem maximè iuuat; quies quidem prodest, vbi calor multus est, & secundum naturam in visceribus; At vbi exiguus est, & humore frigidior obrutus, exercitatio quæ illum auget, melioris concoctionis est auctor quam quies, sic vbi febrilis & acris est calor, non quidem exercitatio adhibenda est, vt melior fiat concoctio, sed purgatio; & motus qui fit per purgationem plurimum confert, quia cum fiat cum vacatione, expirant fuliginosa excrementa, & putridi humores, qui calorem acriorem reddebant, & ad concoctionem planè ineptum. At qui si verentur illi turbare concoctionem ob motum, quem dicunt fieri in purgatione, cur ergo purgationem imperant, cum materia turget? maior enim tunc fit commotio & agitatio, vbi iam humores sunt in motu, & alia accedit agitatio ex medicamento purgante; At dicent, se non posse fugere purgationem cum humor turget, quia timent illius cursum in partem aliquam nobilem. At ego mortem timeo alia ratione, cum humor calidus, acris, & putridus diutius continetur in venis: auget enim febrem, partes corporis contaminat, dolores excitat ex vaporum multitudine, nutritionem, & concoctionem alimenti impedit, & facile in aliquam partem moueri potest, vt videmus phrenitides excitari sublato humore à vapore ex venis ad caput. Hæc accidunt, quia, ab initio non adhibuerunt purgationem, timent miseri isti homines non solum motum qui intus, vt aiunt fit à purgatione, sed illum

A etiam qui accidit ex deiectione, eo quod surgere cogantur è lecto, vt purgent corpus, quasi non possint illi huic malo mederi, si tantum hoc est, suppositis vas in lecto natibus: credo eorum opinio verendum etiam esse motum, quem faciunt ægri cum cibum aut potum admouent ori; timeant magis agitationes quæ fiunt ab ægrotis, dum ob ardorem febris, & molestiam quam infert putridus humor, coguntur vigilare, & sæpius per lectum dimoueri, & dolore sitiq; ingenti torquentur, si omnem commotionem timent, & ex omni motu putant concoctionem vitari, cur sanguinem mittunt, ex quo humores subito mouentur ad partes externas, & subito postea redeunt ad internas, & à venis sæpè feruntur biliosi humores ad orificium ventriculi, vnde animi defectus accidit; cur item clysteres adhibent paulo ante venæ sectionem, & plures contrarios motus paruo temporis spacio præstant? aut si hos motus nō timent, taceant eos quos purgatio sine sensu vno duntaxat modo præstat. Quod vero de Crisibus dicunt, diligenter etiam est expendendum: aiunt enim Crises impediri, nec amplius videri, aut certè rarissime, nostris his temporibus, & id attribuunt his purgationibus quæ fiunt in principio morborum; quibus sic respondeo, Crises non impediri ab his purgationibus, sed citius & tutius illas fieri: nam exonerata ab initio natura, quod reliquum est vt facilius concoquit, ita expellit commodius; nec potest tanta euacuari materia in principio morbi, vt multum adhuc non relinquatur ad Crises faciendas, vt quotidiana docet experientia; leuiiores & faciliores Crises fateor nostro tempore contingere, atque vtinam illæ prorsus tolli possent: quis enim optare non debet solutiones morborum fieri potius sensim, & cum paruis motionibus; quam cum illis, in quibus vereri omnia mala possumus, & dubium manet iudicium de vita hominis? damnant ergo illi quod antiquiores Medici maxime laudarunt, vt scilicet cito, tuto, & iucundè curare ægrotos studeamus. Illud vero quod adferunt ex naturæ imitatione, quod scilicet illa raro per aluum morbos finire solet, & nos propterea frequenter purgationes instituere non posse, facile refellitur: nā ideo raro per aluum natura finit morbos, quoniam humor in venis & habitu corporis, vt plurimum continetur; qui febrem facit, ita vt singulæ partes in vnam actionem vix conspirare possint, quæ per vnum meatum ad intestina fiat, facillimè autem per purgationem id efficiamus; cum purgatio attractione fiat ad locum vnum, in quo medicamentum est, & extracti humores ferri cogantur. Quod si tetro sunt odore medicamenta purgantia, & sapore displicent, ea ab vsu, si possumus, amoueamus, & non solum in principio morbi, sed nec alio vnquam tempore conuenite dicamus; sunt enim hæc communia omnibus purgationibus argumenta, & nō solum propria illis, quæ in principio fiunt, de quibus nunc agitur. Postremo, quod addunt requiri naturæ actionem, vt medicamentum ducatur de potentia ad actum, & vt illa expellendo adiunget medicamenti attractionem, & hæc non posse fieri ante concoctionem multis modis refelli potest, nam etsi requirit medicamentum illum actum, tamen hoc à calore fit, qui non reuocatur propterea a concoctione humoris noxi: nā concoctionem vix natura adhuc inchoauit, aut certè in ea parum laborat, & leuissima requiritur opera naturæ & caloris, vt leuia hæc medicamenta actuetur: quandoquidem & senes, & debilia omnia corpora hoc præstant, cum nonnulla difficultate, vt experientia docet. Præterea in purgationibus non requiritur expulsio naturæ: nam ea fit per attractionem medicamenti, quod vel inuita natura allicit vndiquaque

sibi humorem familiarem, alioqui nunquam fierent superflua purgationes: nam quod familiare est, natura retinere conatur quantum potest, sed non potest, quia cogitur illud relinquere in potestate medicamenti: nec credere debemus naturam irritari in purgationibus nostris à medicamentis, & propterea simul fieri expulsiōem cum attractione medicamenti: nam quæ irritant vim expultricem, id faciunt vel quantitate, vel acrimonia, quæ non adsunt in nostris medicamentis, quæ parua sumuntur quantitate, & nullā habent acrimoniam, cum omnia sint multa humiditate temperata; cur quæso non veremur magis irritationem, & expulsiōem quæ turbent concoctionem à medicamentis, quibus illi per multos dies vtuntur continuo, qualia sunt origanum, thimum, serpillum, hyssopum, & alia huiusmodi, quæ acrem & igneam habent vim, cur piper etiam adhibent in quotidianis à quo mordicatio stomachi, vomitus, & totius corporis commotio contingunt. Nec sufficere quidem potest sanguinis missio ad naturam exonerandam in principio morbi, nam illa solum multitudinem equaliter lædentem minuere potest: at humorem qui iam putredinem sensit, aut in via est ad putredinem, non aliter quàm per purgationem educere possumus, & illum natura expellit, vt procedat concoctio, id quod ostendunt vrine crassitudo, & rubeus flauusque color, quæ cum fieri non possint nisi misceantur humores cum vrina, mixtio autem fieri non possit nisi facta sit à natura separatio, & hæc ostendat præcessisse concoctionem, itaque si natura non veretur in principio acutorum morborum vacuationes retare per vrinas, per vomitum, & sudores etiam, vt in tertianis appareret, cur nos idem non præstabis ad naturam irritationem, præsertim cum medicamenta habeamus quibus facilius, quod est noxium separare possumus: nam natura expulsiōem vix aggreditur antequam plurima excrementa congesterit, à quibus vehementer irritari, & molestari possit.

Hæc sunt illa egregia argumēta eorum qui se purgationem in principio acutorum morborum putant sustulisse, quæ quanti momenti sint, quilibet ex nostris confutationibus facile agnoscere potest, quæ, etsi omnino etiam concedantur, tanti tamen non sunt momenti, vt id efficere possint, quod illi volunt; querimus, n. an maiore sint cōmoda, quàm incommoda quæ ex purgatione sequuntur; sed quoniam isti non percipiunt rationum momenta, nec alia re flecti possunt, quàm authoritate & imperio authorum, volo hoc etiam modo illorum voluntati, ne dicam, infirmitati consulere. Primum ergo excutiamus Hippocratis libros, & quid senserit de purgatione hæc ostendamus: adfero præsentem Aphorismum vbi expressè scribit, in principio acutorum morborum purgandum esse corpus; Deindè Aphorismum 22. libri primi, Concocta medicari, vbi interprete Galeno, iubet concoctionem esse spectandam in longis morbis, in acutis vero si materia turget, purgationem adhibendam esse ante perfectam illam concoctionem, turget autem semper in huiusmodi morbis materia, quæ semper acris est, ignea, & ad motum parata. Nec impedit quod scribit plurima non turgere, nam hoc vt ostendimus, non tangit morbos acutos, sed vniuersum genus morborum, in quo plures agnoscuntur esse morbi longi, quàm acuti. Ad id pertinet, quod scribit Aphor. 29. lib. 2. In principio si quid videtur mouendum, moue; quem locum explicat Galenus de sanguinis missione, aliquando de purgatione, quod verbum additum est de morbis acutis: quando, n. sit morbus acutus, tunc ab initio purgandū, quod alio Aphorismo expressit, in quo scribit Aph. 10. lib. 4. In acutis passionibus, eadem die si fieri potest, medican-

dum, in quo subiungit, nam tardari in his, mali est. & huius adhuc rationem reddit, quia, inquit, Aph. 30. lib. 2. Circa initia omnia debiliora, & in statu omnia fortiora, quæ purgationem fieri impediunt. Hæc sunt quidem præcepta Hippocratis luce clariora de hac purgatione, quæ, & operibus in suis libris confirmat: quid enim clarius eo quod scribit in lib. 2. & 4. de Victu acutorum, in curatione Pleuritidis, si dolor, inquit, ascendit, sanguinem mittes: si descendat, purgabis; & genus medicamenti purgantis illic describit, quale quæso? ex helleboro, peplo, scamonio, verebimur nos purgationem ex nostris medicamentis in simili affectu? Nec est quod confugiamus ad materiam turgentem: quomodo enim in amplius turget, si spectes materiam quæ iam facit inflammationem quam iam per tot fomenta discutere tentauit? sed frustra, & ob id purgationem imperat; At si dicat aliquis, illum purgare nolle, vt materiam facientem, aut circumstantem inflammationem, sed vt illam quæ in venis magnis continetur, educat; rectè quidem ille sentiet, sed interim nobis viam aperit ad purgationem in alijs morbis acutis, in quibus nulla est inflammatio in aliqua parte: eodem enim modo humores continentur in hoc, & illis affectibus. cū in eo scribit esse purgandum, vt habet li. 4. de victu acutorum in textu 76. prima die vel 2. vel 3. vel 5. & Galenus in eo loco, nullum diem ex primis excipit; cur nō licebit eodem tempore in alijs morbis acutis purgare? posset enim quilibet dicere auctore Galeno, Pleuritidem iam vigere, quando Hippocrates frustra tentatis fomentis purgationē instituit; At si eo tempore non timet eam euacuationem, cur nos antequam vigeat morbus, vel etiam crescat, idem nō faciemus? si item præcipit alibi crudas inflammationes purgationibus non cedere, & tamen in pleuritide vbi parum, aut nihil adhuc excrenitur (quod cruditatis morbi indicium scribit esse Galenus) adhibet euacuationem per purgantia: tanto magis possumus nos id præstare in omnibus biliosis febribus, vbi humor nō est crudus, & constrictus in aliquo loco. Purgationem quoque ille adhibet in lib. 4. textu 30. de Victu acutorum, in Angina ex vehementibus medicamentis, & text. 7. eiusdem in Caufone iubet ventrem aperendum esse ex asine lacte cocto; in quo loco Gal. scribit Hippocr. lac asine dare, quoniam alia non hēret medicamēta, quæ non essent acra & calida. Probat autē purgationē quæ à medicamentis fit mitioribus, nulla facta concoctionis mentione; Igitur Hippocr. & Gal. ex eo loco volūt ex nostris medicamentis fieri purgationes in principio morbor. si necessariā dicunt esse purgationē, & solum verentur acrimoniam, & caliditatem medicamentorū. Est & locus notandus in eod. 4. lib. Acut. text. 21. vbi agit de angina, & clysteres laudat Hippocr. nam Gal. scribit clysteres adhibendos esse, non solū vt excrementa alui subducantur, sed vt humores qualitate vitiosi morbi facientes, expurgentur; & tales clysteres tertio quoque die infundi iubet, donec salus cōtingat: oportet autē tales clysteres medicamentosos esse, & ex purgantibus confectos, vel certè ex acris rebus si humores morbi faciētes in Angina sunt euacuaturi; non ergo verentur Gal. & Hippocr. turbationē concoctionis ex purgationibus humoris noxij, nec solum querunt illi solam deiectionē excrementorum cibi, vt Medici nostri osiores harum purgationum. Quid vero eo est clarius, quod scribit de inflammatione hipochondriorum, septi transversi, iecinoris & lienis, & aliarū partium quæ supra septū transversum sunt? scribunt enim lib. 4. Acutor. text. 21. Hippocrates & Galen. non esse incipiendū à purgatione, sed à sanguinis missione, sed post sanguinis missionē deinde purgationē adhibendā, nec magnū spacium

spaciū interponi vult, cum dubiū esset an purgatio, vel sanguinis missio præcedere dēret: nec impedit, quod subiungit tex. 22. eius. li. de cruda passione, quæ non cedit statim inter initia medicamento purganti: nam verbum (statim inter initia) ponit solum differentiam inter sanguinis missionem, & purgationē de qua controuersia erat, & nihil aliud vult, quàm quod purgatio non sit statim & primo faciēda, sed post sanguinis missionem: non quod velit concoctionem expectare in inflammatione, vt cum postea humorem purget; nam talis humor qui ad suppurationem venit, & abscissum fecit in parte, per nullam purgationem factam à purgantibus medicamentis educitur, sed per resolutiōem, aut incisione partis affectæ, per quam pus ipsum exitum habet; appellauit autem crudam passionem suo more, quæ est constricta, nec facillè trahi potest à medicamentis purgantibus: nam vbi venæ plenæ sunt humoribus, prius sanguis mittendus est, quàm possit purgatio feliciter procedere, quod ipse paulo postea his verbis scribit textu 28. & 29. lib. 4. A cutorum. Talibus sanè prius adhibitis fomentis venam confestim ab initio secare oportet, cum nondum fixa sunt omnia quæ contristant, tum spiritus, tum fluxiones, facilius etenim remedijs parent, postea resicere expedit, & superiorē ventrem si non leuetur, purgare. Quam sententiam etiam ita admittit Galenus in Comment. non expectant ergo illi declinationem morborum, vt purgēt, si iubent purgationem dandam esse si post sanguinis missionem non alleuiatur æger: (nam alleuaciones non contingunt ante declinationem morbi auctore Galeno) denique nullus ferè morbus est acutus, de quo non agat auctor libri 4. de Victu acutorum, & nullus est in quo non vtatur post sanguinis missionē purgatione, si modo vrinæ sint crassæ, & rubræ, quæ locum explicans Galenus dicit vrinas crassas & nebulosas, id est quæ nubeculam iam aliquam habent, significare concoctionem, quæ sufficiat ad purgationem, quæ sententia Galeni refellit euidentissimè illos, qui perfectas concoctiones semper expectant in declinatione morbi, antequam purgationem aliquā aggrediantur tunc enim vrinæ non amplius nubeculam habent, & crassitiem, sed sedimentum album, leue, & æquale, nec crassæ sunt tales tunc vrinæ; hæc autem omnia conspiciuntur in primis diebus in febribus acutis & biliosis, vt experientia docet, & si tunc purgamus, facimus quod Hippocrates, & Galenus iubent esse faciendum, qui longè quidem ab illis dissentiunt, qui missio sanguine nullum aliud adhibent auxilium ægrotis ante morbi declinationem, & ita plurimos petiunt, stulta quadam timiditate, qua commixti, omnia verentur quæ maiores nostri iubent non esse timenda, si modo leuioribus medicamentis vti possimus, quod nobis maximè est concessum; Verùm si illi præter Hippocratis auctoritatem Galeni quoque sententiam requirunt, præter illa quæ ex suis Commentarijs in librum de victu acutorum adduximus, non grauabimur vtique illorum imbecillitati, huius viri quoque testimonio mederi. Clara est Gal. de hac resentiā, in lib. de his quos purgare oportet, tex. 5. vbi ita scribit. Inter initia morbi tenues, & aquosos humores euacuabis, vbi crassi & tenaces fuerint, quales sunt pituita, & nigra bilis, concoctionem expectabis. Nec est quod dicant illi cum librum spurium esse, vt quidam ob hanc solam sententiam quæ contra ipsos facit asserere sunt ausi; vel quod non intelligatur de purgatione adhibenda inter initia febrium, sed aliorum morborum, quod ipsi concedunt: nam Galen. hæc omnia dubia tollit in principio, 1. Comment. De Humoribus, vbi ita ad

A verbum scribit: Sunt porto crudorum humorum duo genera, eorum alter tenuis, & aqueus est, alter crassus, & glutinosus, estque is in partibus corporis impactus; tenuem vero & aqueum euacuare expedit, prius quam à calore febris excalefiat, pungatque ac mordeat; ac crassum, & glutinosum concoquere, & fluidum reddere prius, quam medicamento purges. Quibus verbis sententiam quæ habetur in illo libro confirmat, & euidentissimè non solum concedit, sed præcipit in omnibus febribus quæ sunt ab humore tenui qualis est biliosus & aquosus, non purgationem per initia, & ante concoctionem facere debere. Item in 4. Methodi statuit purgationem, vel propter morbi magnitudinem, vel abundantiam aliquis humoris, faciendam esse, ergo cum in principio morbi acuti vtrumque adsit, illa adhibenda est etiam si sanguis iam est missus: nam post sanguinis detractionem, adhuc magnus perseverat morbus: nam alioqui non fierent postea in eo Crises, & magnæ alia mutationes. Idem præcipit esse faciendum in 5. Methodi, statim ab initio. In fluxionibus, & vlcibus pulmonis, quæ mala, non sunt profecto sine febre; & passim eadem præcipit, etsi aliquando timidiore videatur esse in purgationibus exhibendis. Rationem subiungit ex vehementia, & caliditate medicamentorum, purgantium; nec expectat perfectam concoctionem, cum purgationem tentant (vt hi censent, qui se falso Galenistas profitentur) sed contentus est si appareant alia concoctionis inditia vt apparet in 1. lib. ad Glauconum, primum in cura tertianæ febris, vbi absinthium iubet exhiberi, vbi concoctionis signa apparent, & antequam concoctionis mentionem faciat, non veretur remedia adhibere quæ bilem, vel per os, vel per vomitum, vel per aluū, vel vrinam, purgent; sic in vini exhibitione ostendit se non expectare perfectam signa concoctionis, sed satis esse, si concoctionis signa ostendantur, & explicat hæc esse, cum morbus concoqui incipit; vt idem de purgatione quoque sit intelligendum. Ad idem pertinet quod scribit in eodem libro in quartana febre sæpius iterandas purgationes, tamquam voluerit perfectam concoctionem expectare, in qua semel fiat purgatio totius humoris noxi & concocti, sed euacuare velit quantum per interualla concoctum agnoscitur esse. Sed cur quæso in quotidiana febre post primos dies in quibus minimum esse potest quod sit concoctum, exhibet quæ vrinam mouent, & pituitam morbi causam cum vrina trahunt. Quod vero Galenus in alijs morbis biliosis, vbi nulla est febris, concoctionem non expectat, quilibet videre potest ex libro de medicamentis secundum locos, vbi singulorum partium morbos curat, & purgationem statim aggreditur, si cacochimia adest in corpore, nisi adsit crassities, & visciditas in humoribus, vel aliqua obstructio in vijs, per quas euacuatio fieri debet. Orribasius præterea, purgationem concedit in peracutis morbis, & Aetius cap. de purgatione, aperte scribit ad hunc modum: In acutis morbis in principio purgandum. Quid vero commemorem Auicennam, Rasin, Meiuem, & omnes practicos qui à quingentis annis vixerunt, qui omnes profitentur, cum maxima gloria & facilitate, curationem morborum, & præsertim febrium acutarum, & biliosarum, cum leui aliqua purgatione in primis diebus morbi? Exhibent enim vel cassiam solam, vel mannam, aut syrupum rosaceum solutiuum, vbi calidissimæ sunt febres, ex humore planè bilioso confectæ: aut, si aliquid pituitosi humoris est commixtum, vt in nothis tertianis contingit; aut si crassior est bilis, non verentur miscere cum his dragmam vnam, vel paulo etiam plus me



IOAN. ARGENTERII
CASTELLONOVENSIS
PEDEMONTII
PHILOSOPHI, AC MEDICI PRAESTANTISSIMI.

In Lib. II. Aphorif. Hippocr. Comment.

NON est facilè inuenire scopum in hoc secundo libro, ad quem redigantur omnes Aphorismi, ut in primo diximus libro oēs Aphorismos redigi ad euacuandi nutriendiq; rationem: nam materia quæ in hoc docetur, multiplex & varia est; quidam

enim Aphorismi qui hic tenduntur pertinent ad purgationem, alij ad nutritionem, alij ad causas morborum, alij ad curationem, alij signa docent generationis morborum, alij predicunt permutationem morborum, alij mortem, alij salutem, & denique, multiplex & varia est tractatio, quæ in certos scopos vniuersales contrahi non potest; maior tamen pars Aphorismorum huius libri pertinet ad signa, & ea quidem prognostica; ac cum signa sumantur vel à causis, vel ab effectis, vel ab essentia eius de quo agitur, omnia hæc attingit, sed maximè illa, quæ à Symptomatis, & causis morborum ducuntur. Porro symptomata omnia, vel sunt actiones læsæ, vel passiones quæ agendo nascuntur, vt dolor & voluptus, vel excrementa corporis, vel qualitates præter naturam mutatæ; Actiones aliæ naturales, aliæ vitales, aliæ animales; & hæc vel sensitiuæ, vel motiuæ, vel principes, quæ pertinent ad imaginationem, vel rationem, aut memoriã; Sõnus vero aut vigilia passiones sunt animalis totius, quatenus illud sensus est particeps, non tamen sunt actiones sensuum, sed vigilia sequitur sensationem, somnus vero sensuum quietem (ut alibi ostendemus) de quo in hoc 1. Aphorismo agit Hippocrates, docetq; ex eo mortem & salutem prædicere; Scribit ergo hominem moriturum, si in morbo somnus laborem facit, non moriturum vero si somnus in eo iuuat: laborem intelligit, non exercitationem, non reuera dolorem, sed molestiam quam cunque ex qua percipimus ægros post somnum deterius habere, vt sæpe fieri videmus in morbis. Quæ quidem sententiam intelligere non possumus, nisi vires & facultates somni perspectas habuerimus; De qua quidem re egimus in primo libro Operis nostri de Somno & vigilia, vbi ostendimus somnũ ipsum reuera nihil præstare, cum sensuum sit priuatio; vel certè sequatur sensuum priuationem & quietem; sed calor est natiuus influens qui per somnum agit: ille enim dum contrahitur in viscera, sensuum fontem

A deserit, & propterea illi agere non possunt, vnde sequitur somnus, & interim cum versatur in visceribus, diuersa opera præstat pro ipsius somni differentijs, & corporum diuersitate: nam aliud præstat somnus breuis, quàm longus; aliud profundus, quàm leuis; aliud continuus, quàm interruptus; aliud qui in molli lecto, quàm qui in duro inicitur; aliud qui in calido loco, quàm qui in frigido fit; aliud præstat nocturnus, quàm diurnus; aliud matutinus, quàm meridianus; denique, multæ sunt somni differentia, quas rationi est consonum diuersos parere effectus; nec alienum quidem est à ratione, vt diuersi fiant effectus à somno in corporibus differentibus temperie, habitu corporis, humoribus, affectionibus, passionibus; nam aliter temperata, quàm intemperata corpora à somno afficiuntur, aliter sanguinea, quàm biliosa, vel melancholica, aut pituitosa; aliter crassa, quàm gracilia; aliter obesa, quàm macilenta; aliter exercitata, quàm quieta; aliter vacua, quàm plena humore quam cibo, & eo recenter, aut iandudum assumptis; aliter sana, quàm ægra; aliter si laborat stomachus, quàm si externa aliqua pars afficitur; aliud patiuntur à somno qui inflammatione laborant, quàm qui alio affectu detinentur; aliud fit à somno si incipit inflammatio, quam si illa crescit, aut viget, vel declinat; aliud si vrget febris putrida, quàm alterius generis morbus. Itaque somnus (vt docet Galenus in libro 6. de morbis vulgaribus) non semper refrigerat, vt quidam voluerunt; nec semper humectat, ut ille censet; sed calefacit, refrigerat, humectat, exsiccatur, temperat corpus, morbos quosdam auget, alios minuit, & rescindit; unde, aliquando prodest, aliquando obest in morbis; nocet enim somnus si fluxiones ad interna viscera fiunt, aut ex rigore febrili, vteri suffocatione, aut animi defectu, aut ex alia causa calor ad interna viscera compellitur: nã cum somnus eo etiam moueat innatum calidum, idest, sanguinem & spiritum, augeti ea mala necesse est; iuuat autem, si sanguis per externas partes erumpit, aut corpus digeritur ex nimio sudore, aut nimio sudore, aut alia externa euacuatione, vel gignuntur in partibus externis inflammatione, vel quæ consistunt in internis, iam vigent, aut declinant; vigilandum vero tunc est, quando inflammationes externarum partium pariter sunt concoquenda, & discutienda; solet prodesse somnus vbi concoctione est opus in in-

tetnis partibus; obest autem in frigidis & humidis affectibus corporis, & aliarum partium externarum, quoniam priuantur illæ calore nativo, quo egent ad concoctionem & consumptionem humoris; & non solum quidem in morbis ipsis, sed etiam in accessionibus morborum nunciuat, nunc lædit somnus: nam si accessiones fiant cum rigore, aut ex fluxione ad partes internas, eo tempore quo hæc fiunt, arcendus est somnus, ne illius opera morbosi motus augeantur; his vero sedatis motibus, ut in statu & declinatione accessionum, prodest somnus, quoniam calor illic conclusus concoquit, discutitque noxiam materiam; in quibus vero per accessiones calor non contrahitur, nec fluxiones fiunt, ut in Colicis passionibus, quæ per accessiones repetunt, & in externarum partium vitij calidis repetentibus per intervalla, ut in hemicrania, prodest somnus: quoniam fluxiones auerit, & ubi concoctione est opus, concoquit. Iam videamus quid velit Hippocrates. Galen. illius sententiam ita interpretatur, ut somnum non consideret in toto morbo, sed solum in accessionibus morborum, nec in illis quidem omnibus, sed in his duntaxat, quæ cum frigore contrahunt calorem in viscera: tunc enim, inquit, si somni nocent crescente accessione, aut vigente & maximè declinante, mors merito significatur; Verum illius explicatio non consentit cum dictione authoris, qui de toto morbo agit, siue ille accessiones habeat, siue non, ait enim: in quo morbo, & non in qua accessione morbi; sententiam ergo facit Hippocrates generalem, qua vti possumus in plurimis morbis.

Præterea supponit Hippocrates, somnum esse in eundem in tempore opportuno in quo sua aptè natura prodesse debet, non in principio accessionum, aut in alio tempore, in quo certo scimus illum obfuturum. Præterea, quod dicit ex somno non sequi aliam lesionem in principio accessionum, sed solum deesse illam utilitatem, quæ ex vigilia habetur, non mihi placet: quis enim negat maiorem contingere ex somno lesionem, cum ille addit nouam fluxionem, & maiorem contractionem caloris facit circa viscera? intendit ergo malum somnus, quia morbosos, motus adiuuat, & quia vigilia hominem priuat, à qua remedium sumitur aduersus eos motus; sed videamus an in omnibus morbis in quibus nocet somnus, mortem necessariò prædicere debeamus ut Hippocr. Aphorismus sentire videtur; mihi hoc non videtur necessarium in omnibus morbis: nam si nocet in frigidis affectibus externarum partium, aut cum fluxiones fiunt in internis, non propterea mortem prædicemus, huic malo mederi possumus imperata vigilia; quare mihi Aphorismus intelligendus uidetur esse in morbis qui concoctione, & opere caloris egent in internis partibus, quales sunt febres putridæ, & alij morbi in quibus est intus cruditas, & abundantia humorum: nam cum illi qui ita laborant, liberari non possint nisi concocto & euicto qui illic lædit humore, si per somnum in quo concoctionis & caloris vis est validissima, malum uinci non potest, certè res desperata est, nimirum si illud quod solum prodesse potest, non solum non prodest, sed etiam obest, à quo enim alio auxilium petemus? Sed dices, quomodo obesse potest concoctioni? quoniam contingit aliquando materiam obruere & suffocare vires agentis; ubi enim multa, crassa, & uehementer corrupta est materia, & in eam agit calor noster, & coquendi facultas, si uincit, ad victoriæ proportionem, agentia ualidiora redduntur, aut saltem reprimunt conatus materię repugnantis, & salus tandem expectanda est ex reiteratis plagis per somnum à concoctione; at si concoctio & calor posteaquam pugnam ualidif-

simis suis viribus per somnum cum materia morbosa tentarunt, sed in prosperè, illa infelicis suæ pugne signa produnt: nam post talem somnum sæpè videmus pulsus fieri minores, motus corporis deteriores, deliria infestare, urinas turbare, & alia pluri-
ma Symptomata oboriri, quæ ostendunt agitatum fuisse materiam, & calorem oppressum, quod malum necessarium est continuo auereri, cum sine somno uiuere non possit qui laborat, & per somnum rursus pugnandum sit cum hoste qui viribus suis auctis, continuo maiora vulnera inferre est aptus.

Si uero iuuat, non mortale.

EX incommodis quæ somnus adfert ægotantibus, mortem prædicere docuit Hippocrates: nunc uero contrarium colligit ex iuuamenti quæ somnus parit; si inquit iuuat somnus, non morietur homo. Quam quidem sententiam Galenus simpliciter non intelligit; contingere enim posse ait, ut affectus qui in visceribus est, iuuetur à somno, ex alio tamen affectu moriatur æger. Cuius quidem opinio mihi non placet: nam somnus non dicitur iuuare, si post illum æger grauior ex aliquo affectu redditur: nam si in aliquo prodest, in alio obest morbo, dicere non possumus talem somnum iuuare. Hippocrates autem nullius læsionis mentionem facit, cum expendit iuuamentum ex somno, & uera est ipsius sententia, quam ratio & experientia confirmant; nam si somnus iuuat, ostendit calorem nativum potentiorum esse causis morbo sis: quod si potentior est, illas concoquet & dissipabit ad hæc uero opera sequitur declinatione morbi, & salus; id quod sæpè videmus fieri: nam qui post somnum lenius habent, meliusque sperant, & alacriores sentiunt se redditos, illi euadunt; Moriantur autem quibus contraria his fiunt.

APHORISMVS II.

Vbi somnus delirium sedat, bonum.

Hic Aphorismus est ueluti exemplum superioris: cum enim in eo dixisset, ubi somnus iuuat, non mortale; subiungit, particulare exemplum in quo iuuat somnus, ex quo intelligere possumus affectum non esse mortalem, quasi ita diceret: iuuat autem, si morbosam dispositionem & Symptomata sedauerit, quale est delirium. Quomodo autem somnus delirium sedare possit, explicandum est: quod fieri non potest, nisi prius intellexerimus delirij naturam, & somni vim; sed hanc superiore Aphorismo attigimus. De delirio uero nunc agemus, & quid sit, quotve illius differentie, quæ causæ, quis locus patiatur, breuiter docebimus. Ex quibus intelligemus quibus remedijs an à somno sedari possit oë delirium. Igitur, ut in actione sensuum sunt Symptomata, sensus priuatio, imbecillitas, deprauatio, & tristis sentatio; ita etiam in principe facultate sunt etiam propria Symptomata: nam circa memoratricem hæc apparet, cum uel penitus perit memoria, uel debilis seruata est, uel deprauata residet: debilem porro uocamus, quæ minus est; obtusa, confusa, quæque paulatim, & uix agit, uel longiore tempore opus habet ut recordetur, aut denique alio modo segenius exercetur: cum uero quis commemorat quæ nunquam est imaginatus, aut nūquam fuerunt acta, tunc deprauatam uoco memoriam; tristem uero sic dico memoriam; cum quis contristatur recordatione eorum,

eorum, quæ sunt iocunda. Iam vero in facultate imaginatrice Galenus in libro de differentiis Symptomatum triplex ponit Symptoma, triplici nomine distinctum: nam aliquando resoluti actionem imaginatricem scribit, quam affectionem Charon, & Catalepsim vocari ait, non fortè rectè, cum passim his nominibus soporosos affectus significari tradat: quod si fortè etiam imaginatio in illis soporosis affectibus simul legitur, non tamen propterea ab eo quod accidit nomen sumere debemus, nec agnoscere possumus in illis principem facultatem pati abolitionem aliquam: quòd quidem, ille met testatur Catalepticos, postquam ad se redierunt, referre aliquando quæ contigerunt, interim cum liberarent, quod seruata imaginationis est inditium; deprauatum vero vitium huius facultatis appellatur paraphrosine, id est delirium: imbecillus vero motus huius facultatis, dicitur inquit, cerni in Comate & Lethargo. Verùm non docet quid sub deprauata imaginatione comprehendamus: nec (meo iudicio) rectè Coma vel Lethargus appellari potest illius imbecillitas. Ego vero de deprauatam imaginationem eam uoco, quæ ignorat agenda sit, & rem vnam pro alia imaginatur, aut non eam apprehendit talem, qualis est, vel est inordinata, debilem vero uoco imaginationem, quæ tardius vel confusè agit; apparent etiam in tristi, & uoluptuosa imaginatione vitia, cum quis omnia tristitia cogitat, aut per morbos temerè ridet. Ceterùm, in facultate ratiocinatricis abolitio, quam resolutionis nomine uocat eod. lib. Anam, id est Amentiam vocari scribit, quod uero in ea est ueluti deficiens, & infirmus motus *μείρις*, & *μείροσις* ab eo uocatur; quæ uero ueluti errans est & deprauata motio, *παρὰ φροσίνην*, id est delirium pariter vocari scribit; plerumque enim in utrisque (inquit) delirium consistit, tum malè imaginando, tum malè ratiocinando; aliquando in vna actione solum; ergo paraphrosine, siue delirium, (ut antea diximus) nihil aliud est quam deprauatus imaginatricis, aut cogitatricis facultatis motus, quod etiam lib. 2. de Causis Symptomatum testatur, cum ait delirium deprauatum esse principis facultatis motum. Omittit ut satis patet, si delirij nomen solum deprauatam actionem significat, uitium quod in aucta actione & tristitia consistit; Præterea, debilis cogitatio nomen peculiare non habet: nõ enim Coma aut Lethargus appellari potest, cum ea nomina soporosis affectibus sint cõcella, etsi interim eum sopore principes functiones quoque lædantur. Hoc quoque prætereundum non est, delirij nomen non continere omne vitium deprauatum imaginatricis & ratiocinatricis facultatis, sed illud solum quod morbosum est. Nã si leuis admodum sit & deprauatus motus, ita, ut leuiter mente offendantur qui ita laborant, nondum *παρὰ φροσίνην*, id est delirantes, sed *ταραχιδες*, id est turbulentos, & affectum ipsum *τάραξιν*, id est turbulentiam vocari scribit textu 4. 1. Comment. Prorrheticorum; unde qui ita afficiuntur turbulentos homines nuncupare solemus; At delirium vel sine febre est, uel cum febre; quod sine febre est, *μανίος*, ille uocat, tamen si in libro de Symptomatum causis, appellet etiam melancholica deliria, verùm melancholia reuera non est delirium, sed tristis actio imaginatricis facultatis: tristitia enim omnia imaginantur melancholici, *μανία* etiam fortasse ad auctam actionem aptius referretur, quam ad deprauatam; aut certè affectus est commixtus ex deprauato & aucto motu, id quod ostendunt actiones eorum qui *μανία*, tenentur.

Ceterùm, delirium quod est cum febre, aut est cõtinuum, aut non continuum: continuum uocatur Phrenitis, quæ Latino nomine caret; quod uero con-

tinuum non est, sed abit declinante accessione febris, si paruum fuerit, *ληρσις, παραληρσις, & παραρρησις*, uocatur, ut Galenus scribit text. 2. lib. 3. 1. Com. Epid. quod si uehemens fuerit, maniosa paraphrosine uocatur 17. 1. Commentarij Prorrheticorum; uel extasis: nam textu 19. 2. Prorrheticorum uehemens delirium non iam simpliciter paraphrosinem, sed extasim nominari scribit; quod si uehementissimum fuerit delirium, ita, ut ægri calcitent, mordicus impetant & excandescant, eos qui ingrediuntur tanquam hostes existimantes, ferinam Paraphrosinem uocari scribit 3. 1. textu 3. Prorrheticorum; uehementiam hanc & re & nomine ita distinguit, cum inquit melancholicam Paraphrosinem uocant, quando quis promptus est, ut propinquis mala adferat; quod si ingentia mala faciat, Paraphrosinem firmam uocant; nos autem multa nomina habemus, quæ si in usum essent perducta, facile possemus Grecorum felicitatem in hoc æquare; legas enim apud Ciceronem libro 3. Tusculanarum Questionum, & apud Celsum, desipientiam, insaniam, delirium, furorem, dementia, amentiam, fatuitatem, stultitiam, insipientiam, uocat autem insaniam, quam Græci Maniam dicunt; furorem uero, quam illi melancholiam appellant; sed fortasse non rectè, non enim melancholiam furibundi sunt, sed potius tristes apparent; furiant autem Maniaci. Quod si morbi liceret in Arte nostra singulis uitijs prædictis nomina accommodare Latina, ita rê distinguerem, ut vitium quod est in abolita ratiocinatricem, quæ & mens dicitur, appelletur amentia, ut à Græcis *ἀνοία*, quasi sine mente sint; ipsius uero imbecillitas quam illi *μείρις* uocant, dementia uocarem, quasi de mente aliquid dematur; deprauatam uero illius actionem, delirium, ut illi *παρὰ φροσίνην* dicunt quod uero illi *τάραξιν*, uocant cum leuis sit motus deprauatus, insipientiam uocarem: nam & fatios uocamus insipidos, cum aliena quadam uel loquuntur aut faciunt; auctam uero actionem uocarem *μανία* Græco nomine, & Latino insaniam; Maniosam uero *παρὰ φροσίνην*, & extasim appellarem furorem, *φρηνησιν* uero nomine Latino exprimere non possum, nec *ληρσιν*, & *παραληρσιν* & *παρὰ ρρησιν*: quæ paruam delirium in febribus significant; abolitam uero imaginatricem, quam illi Caron & Catalepsim uocari scribit, non apto certè uocabulo, nos fortè commodiore stultitiam uocabimus; debilem uero imaginatricem, fatuitatem appellare liceat; si aliquid uero est in imaginatrice uitium in auctione, non satis suppetit quo nomine appellari possit: deprauatam uero illius actionem desipientiam dicamus; tristis uero imaginatio *μελαγχολία* Græco uocabulo, uel etiam Latino, nuncupetur, non enim mihi aliud uideretur esse melancholia, quam tristis actio imaginatricis: probè enim melancholici ratiocinantur, sed semper tristitia imaginantur; abolitam uero memoriam appellamus proprio nomine, obliuionem; corruptam autem memoriam, aut auctam, & tristem & debilem, si in tristitia & auctione aliquid in ea uitium est, proprijs uocabulis nuncupare nequeo; satis sit hæc tentasse & alios inuolare ad reliqua querenda, ne confusio (ut nunc sit) in rebus nascatur, dum res diuersas nostri interpretes eodem nomine interpretari solent, & nomina diuersa eisdem rebus accommodant; sunt enim qui maniam (ut vno exemplo rem apperiam) interpretantur furorem, alij insaniam, alij dementia; *παρὰ φροσίνην* uero quidam uertunt delirium, alij desipientiam, alij aliter; atque ita lectori difficultatem non paruam adferunt, ut qui non intelligant de qua re ab authoribus agatur; Atque hæc quidem differentia quæ tradita sunt ex propria rei essentia, nempe ex generibus actionis lesa sunt ducta, alia uero trahi possunt

possunt à modo quo singulæ actiones fiunt, qualis est illa quæ legitur 32. textu primi Comment. Prothetico quo scribit Galen. Paraphrosinam quandam esse quietam, aliam turbulentam, item, alia cuius meminit in Comment. Aphor. 53. sexti libri ubi dicit deliria alia fieri cum risu, alia cum studio, alia cum temeritate, cui similis est quam habet secundo quarti cum dicit alia fieri cum ira, alia cum temeritate, alia cum crudelitate; Est quoque huius generis hæc differentia, quæ 28. Aphorif. 2. legitur, quosdam scilicet delirantes continuò sese attollere, alios iacere quidem, sed partem aliquam continuò monere. A compositis verò & coniunctis affectibus differentia nonnullæ in quibusdam resultant, cuiusmodi est quæ legitur primo primi Prothetico, quosdam scilicet simplex delirium, alios mixtum cum Comate pati, quæ affectio à nonnullis mixta ex Phrenitide, & Lethargo, ab alijs autem Tiphomania (vt Galenus refert) dicitur. Possunt & ab alijs affectibus cum quibus coniunguntur alia differentia sumi; possunt & à causis, quod scilicet vitia facultatum prædictarum à calore, alia à frigore, alia ab humore, uel siccitate, quædam a bile, alia à pituita, alia ab humore melancholico, & alijs huiusmodi causis nascantur, quæ postea facilius innotescunt, cum de singulorum causis pertractabitur.

De causis horum malorum nunc agendum. Quæ in te si Scripores de arte nostra legamus, non inuenimus commune aliquid traditum, & pauca etiam particularia: nam Delirij, Maniæ, Melancholiz, Phrenitidis, abolitæ memoriæ causas fortè inueniemus ab eis cõscriptas, at non inueniemus quot in uniuersum sint causas, quæ functiones has principes vitare possint: ac multo minus reperiemus reliquorũ vitiorum quæ præter illos addemus, & multorum etiam quæ ab illis ponuntur, & abolitæ imaginationis & rationis, & debilis, causas, in his præterea de quibus agunt,mittunt perpetuo immediatas proximafque causas; Docet quidè Galenus Maniam fieri ab humore melancholico; Phrenitim ab Erisipelate membranarũ cerebri; Delirium ab infinitis ferè causis, (vt postea ostendemus) nasci: sed quomodo hæc, ea vitia committant, non explicat, quod tamen erat faciendum, quemadmodum in causis pulsuum obseruauit, ubi quærit, cur febris, aut exercitatio vel humor, aut aliud quidpiam pulsus mutet, nempe, vel quod facultatem, aut vsum, aut instrumentum variant; sic profecto docere oportebat, quid faciat humor melancholicus in Melancholia, & atra bilis in mania, an scilicet facultatem, aut instrumentum, vel aliud quidpiam, quod eas functiones obeundas sit necessarium, mutet, quod etsi difficilè est præstare, conabimur tamen quantum in nobis fuerit viam reliquis aperire, suppositis illis principijs, quæ in Opere nostro De Causis actionis lesæ, sunt tradita; ostendimus autem 2. cap. libri de Causis symptomatum, actiones lædi vel vitata facultate: vel instrumento communi, & peculiari, & ob finis mutationem siue vsus, ubi eum mutari contingit, & ob materiam in illis functionibus, quæ circa aliquam in materiam versantur, nec non ob causas sine quibus, ex quibus non omnes possunt esse causæ cur principes actiones lædantur: non enim sicut in pulsibus vsus arteriarum motum variat, sic imaginatricem aut cogitatricem, vel memoratricem vim impelli, aut corrumpi necesse est; nec facillè est inuenire, quomodo causæ sine quibus, aliquid in hac re per se faciant, nec ex materia causa aliqua sumi potest, quandoquidem hæc facultates nullam materiam elaborant, aut retinent, vel extrudunt, aut attrahunt, sed elaboratis vtuntur ad sua opera peragenda, nempe animali spiritu, quare super sunt alia causarum ge-

nera, quibus has functiones lædi contingit: nam hu meçtato præter naturam cerebro, & facultate vitata, memoriã perdi videmus sic obstructis cerebri ventriculis in Apoplexia; atque hoc modo læso peculiari instrumento & subiecto in quo facultates illæ refidēt, ad portionē lēſionis, eas nūc aboleri, nunc debilitari videmus, commune autem instrumentum, nempe calidum natium, & animale spiritum, eas actiones vitare, docent febres pestilētes, & ardentes, quarum illæ infectis spiritibus; hæ vero ex calefactis & præter modum agitis, deliria excitent; quod si cerebrum instrumentum illarum esse neges, sed potius subiectum, in quo refident, vt certè videtur (non enim reuera dicere possumus mentem vti cerebro tanquam instrumento, quemadmodum visum facultatem oculo, aut motricem neruo pro instrumento) subiectum statues causam harum operationum; ab his ergo causis, nempe subiecto vitato, communi instrumento, & facultate, has functiones aboleri, debilitari, augeri, corrumpi suo modo dolere, & plusquam oportet voluptate affici putabimus, & in eas omnes causas redigemus, quæ sigillatim Empiricorum more à Scriptoribus de nostra arte recēsetur, siue enim febris sit, siue humor, siue calor, aut vacuatio, vel repletio, aut inflāmatio, vel Erisipelas, aut aliud quidpiam, quod aliquam ex illis facultatibus quocumq; modo lædat, non primo & per se id facere credemus, non magis sanè pulsus ab illis mutari dicimus, sed quod illæ aliquam mutent ex illis tribus, sicut illæ quæ pulsus variant, eo quod illarum usum aut vim à quibus proueniunt, aut instrumentum afficiant; quod sigillatim in cuiusque tractatione innotescet. His positis, sequitur ut Delirij de quo hic agimus, causas eliciamus. De qua quidem re Galenus agit sparsim, & Empirico more: ponit enim Delirium committere cerebri intemperie, sanguinis immoderatam & intempestiuam missionem, vini potionem ante cibum, calorem, bilem fluxuam, aut adustam, uirium debilitatem, uigiliam, calorem & siccitatem, cerebri inflammationem, humor melancholicum, ut in mulieribus contingit quibus supprimuntur menses, carbonum caliditatem, domum seruantem calcis qualitatem, & multa similia inuenies apud eum authorem inter causas Delirij numerari, quæ diuersæ sunt facultatis, nec arte aliqua traduntur, cum sigillatim singula enumerentur, nec unquam immediatæ causæ doceantur: contraria enim est repletio humoris, uacuationi, uigilia, somno, inflammatio Erisipelas non est, nec bilis fluxua, atra est: omnia tamen hæc delirium committere possunt; externæ causæ idem faciunt: at illis non medemur; Quare methodus docendi postulat, ut immediatas causas inueniamus, quas certè uel in facultatem, uel in commune instrumentum redigemus, facultas porro habet essentiam in temperamento, quod cum corrumpitur, actiones quoque & facultates ab eo proficiscentes corrumpi necesse est; id quod docet cerebri intemperies, aut biliosus, uel malignus humor in eo contentus, quæ eo quod cerebri temperiem corrumpant, delirium concitant; commune instrumentum est spiritus, & calor natius, qui eum uel debilitatur, uel corrumpitur, aut calidior redditur, idem malum parit, quod facillè probare licebit; igitur imbecillitas facultatis & spiritus, Delirij causa esse cognoscitur, exemplo sumpto ex alijs actionibus; nam cum debilitas facultatis causa per imbecillitatis actionum eadem ubi admodum excesserit, actiones quoque corrumpit, id quod apparet in admodum infirmis corporibus, quæ si conentur incedere non solum lente progrediuntur, sed etiam distortis crutibus, & corpore, in deprauatas figuras se-

se agitante, mouentur: Itaque mirum non est ex debilitate facultatis animalis, & spirituum animalium defectu Delirium contingere, vt in his apparet, qui morti sunt propinqui: quos deprauate imaginari & ratiocinari videmus; non enim caliditas huiusmodi delirij causa esse potest, quæ propemodum extincta in illis est; præsertim si ex frigido morbo pereunt, nec alia reddi potest causa, cur immoderata sanguinis missio aut alia euacuatio, delirium pariat: quàm quòd deficit natium, calidum, quo deficiente reatè agere non potest animal, nec suos ordinatos motus seruare. Quod autem ob spiritus calidiores, inordinati motus fiant, & deprauate actiones, cuiuslibet patere potest, est enim caliditas suapte natura mobilis; & ad motum omnia excitat, frigore autem omnia rigent: quod ostendunt animalia quæ hyeme in foueis latitant, nimio frigore veluti concreta, & immobilia facta, adueniente autem calore, moueri incipiunt, & ad suas actiones abeunt; & vt moderatus calor ordinatarum motionum causa est, ita & immodicus inordinatarum; id quod videmus accidere in animalibus ira percitis, vel externo calore agitatis, quæ stare loco nesciunt, sed nunc huc, nunc illic nullo ordine seruato debacchantur; ob corruptionem vero spirituum delirium fieri docent febres pestilentis, quæ infectis spiritibus citra vehementem calorem aut debilitatem huius mali sunt authores, quem admodum & venena nonnulla veluti solanum mania cum idem faciunt non alia ratione, quàm quod vniuersam spirituum substantiam corrumpant: sic malignæ cerebri intemperaturæ, vel quod vicinos spiritus vitient, vel quod facultatem deprauent, delirij causæ putandæ sunt esse; atque ad has causas redigere oportet omnes eas, quas superius ex Galeno recensimus, & alias omnes quæ eiusdem sunt facultatis: quæ enim calefaciunt, eo quod spiritus inordinatè moueri cogant, & bilis eo quod spiritus & calorem emittat mordaciorem ad caput, Delirium parit; Vini vero calidioris potio, eo quod multos spiritus, & calidiores capiti submittat, atra bilis uero in capite redundans idem facit, vel quod spiritus corrumpat sua malignitate, aut temperiem cerebri, ex qua facultas corrupta resultat; Vigilia, eo quod calidiores sicciioresque reddat humores, ex quibus calidiores sicciioresque spiritus ad caput ascendunt, vel quod natium calorem consumat, tandem & dissipet; sicut sanguinis missio, eo quod spiritus minuatur & facultatem debilitet, delirium committit; iam quod omnia Deliria non eiusdem sint rationis, sed alia vehementiora, alia leuiora, causa est vehementior, aut mitior spirituum, & temperatura noxa. Item quod alia simpliciora, alia maligniora sint, qualia sunt mania, & ferina deliramenta, causa est simplicior intemperies cerebri, aut minor corruptio in spiritibus: quia enim bilis pallida mitior est & benignior qualitate, quam flaua & sanguinea, aut atra, ideo fit ut mitius ab eo humore, ab his vero malignius delirium nascatur; causa item stabilis, ut phlegmone, ex qua continuò spiritus calidiores gignuntur, & ex putredine corrumpitur cerebrum, continuum facit delirium; non continuum autem causa quæ continuo non est, concitat; quoniam enim febres perpetuò non habent calorem vehementem, ideo potissimum vigente illarum accessione, & non incipiente aut declinante, delirium infestat, ex quibus quidem omnis delirij causæ intelligi & elici possunt; nos enim omnia prosequi haudquaquam institimus, sed grauiores duntaxat affectus, ex quibus leuiores nullo negotio intelliguntur. Nunc vero illud solum explicandum est, quod ad locum in quo delirium fit, pertinet, ne aliqua ex Galeni varietate

A ambiguitas lectori nascatur: cerebrum enim sedem esse delirij contra Methodicos, & Aristotelem probat ille validissimis argumentis, ex medicamentis capiti admotis delirium sedantibus; cui addi illud potest, quòd caput in delirantibus præcipuè affici videtur: sed illud fortè non constat, an cerebri corpus vel ventriculi, aut membranæ, aut alia in capite pars peculiariter in delirij afficiatur: nam Galenus lib. 2. de Causis Symptomatum, scribit fieri delirium ob cerebri intemperiem, cerebri corpus significans sedem illius esse; quod etiam ostendit, cum dicit ob facultatis infirmitatem idem committi: est enim facultas princeps in cerebri substantia posita; At 44. 2. Acutorum, bilem flauam in stomacho, vel capite contentam, delirium facere testatur, non quod illius sedes sit in stomacho, & nullo modo capite affecto fieri possit, sed ex eo significans & per consensum, & primariò affectu fieri posse delirium; sed non iam cerebrum, sed caput affici dicit, quasi vniuersum caput delirij locus sit, id quod etiam innuere videtur ex 4. textu 4. eiusdem Operis, & textu 17. libri 1. Epid. Comment. 2. vbi scribit fieri delirium ob bilem ad caput recurrentem, aut calorem copiosum ad idem sublatum. Ceterum, 75. textu eiusdem libri Epidemion, Delirium nasci prodit in febribus à bile per cerebri & illius membranarum venas delata, nondum tamen illis impacta, sic enim inquit Phrenitidè faceret, tanquam non solum cerebrum, sed etiam venæ & membranæ ipsius sedes sint delirij: atque ita nunc caput, nunc cerebrum, nunc venas, alias vero membranas cerebri, vt in Phrenitide apparet quæ illarum inflammatio est, delirij sedem ponit; mihi autem nihil referre videtur an in vno vel alio loco capitis causa sit delirij, modo ab eo vel cerebri substantia vitari, aut spiritus possint, ita enim videmus fieri vt vulnerata quacumque capitis parte superueniente inflammatione delirium obortiri, si modo vel cerebrum afficiatur, atque ita facultas quæ in eo residet, aut spiritus præter modum incallescant, vel corrumpantur; Itaque cerebri mala primò & per se delirium committunt, aliarum uero partium nequaquam, nisi vna vel cerebrum ipsum lædatur, vel in eo conclusi spiritus; At hæc intelligenda sunt de delirio, quod vitato sit cerebro, aut malè affecto spiritu in ipso cerebro; nam delirium quod nascitur ex spiritu in alijs partibus corrupto, vel dissoluto, aut vehementius excalesceto, sedem non potest habere in cerebro, nec peculiarem aliam in alijs partibus; quis enim locus quæso afficitur, cum ob sanguinis missionem immoderatam, delirium contingit, aut ob extremam eam debilitatem, quæ accidit his qui morti sunt propinqui videndum ergo est quænam sit causa quæ delirium facit, sic enim inueniemus cui loco sit succurrendum, & quibus est remedijs pugnandum. Iam vero illud explicandum est, quomodo somnus delirium sedare possit. Potest vtique multis modis: nam si delirium nascitur eo quod humores & vapores calidi ad caput conflant, somnus qui reuellit eas fluxiones ad internas partes, delirium meritò sedabit; quod si delirium fiat ob inflammationem, vel intemperiem calidam, aut acres humores infestantes cerebrum, somnus huic delirio erit quoque medicina, ut qui contractione caloris externas partes frigidiores relinquat; At, si delirium nascitur ex putridis humoribus residentibus in visceribus, & mittentibus ad caput vapores & humores, somnus qui perfectionis est author, delirium sedabit; si autem contingat delirium ex venenosa materia, contingit per somnum delirium aliquando sedari, aliquando uero minimè: nam si vitium emendari potest per concoctionem, tollitur delirium, aliter nequaquam. Dubium vero

& illud est, quomodo delirium quod nascitur ex inflammationibus cerebri in Phrenitide, mitescere valeat: nam generationem inflammationis si prohibet somnus auertendo fluxionem à capite, delirium in eo quoque tempore mitigabit; at, si inflammatio fiat repugnante etiam somno, & delirium nascatur ex inflammatione iam genita & vigente, quomodo ex somno medicinam inueniet? nam si inflammatio postulat concoctionem, vel dissipationem humoris conrenti, & hæc requirunt caloris influentis operâ, obesse videbitur somnus, qui Cerebrum inflammatum calore priuat; docet tamen experientia sæpè prodesse in his malis somnum, an id sit, quia plus prodest cum sistitur fluxio quæ ad locum dolentem continuè fieri solet, quàm obstit distractione caloris, qui quidem contrahitur in viscera interna, non tamen ita deserit externas partes, quin sufficere possit ad feruentes affectus concoquendos & dissoluendos: id quod ostendit capitis grauitas, & dolor, qui per somnum maximè mitescunt. Accedit, quod per somnum cerebrum humectatur & paulo frigidius redditur, vnde humor in inflammatione contentus, deposita acrimonia & feruore, facilius ad mediocrè quandam temperiem & assimilationem redigitur, quod est concoquere: ergò somnus reuellendo fluxiones, roborando calidum innatum, refrigerando, humectando, concoquendo, delirij causas rescindit, deliriūq; ipsum tollit; quod si hæc facere non possit, malum fore indicat, quoniam ostendit morbosam dispositionem superare naturæ actionem; deterius adhuc est, si somnus delirium excitat, cum prius non esset, id quod fieri posse ostendit Galenus ex fine Comment. præcedentis Aphorismi ex Hippocrate, qui scribit. Inter hos erant multi graui oppressi somno, & delirantes; nonnulli vero ex somno tales fiebant; an id accidit quoniam tunc somnus materiam vincere non potuit, sed solum agitauit, & commouit, & plurimos vapores & humores calidos ministravit capiti? & quoniam somnus prohibet huiusmodi materiam digeri, superest vt dubitationes quasdam diluamus quæ ex Comment. Galeni partim resultant, partim à Neotericis excogitantur; scribit enim in Comment. Galenus, delirium periculiosum esse affectum dolore, febre, & inflammatione; cuius rei rationem reddunt Neoterici ob præstantiam actionis læsæ; atque per febrem læduntur omnes actiones totius corporis, & etiâ cerebri, in delirio vero solum actiones cerebri; an potius dicendum est, delirium quod fit ab internis causis, fieri à maioribus causis quam febres, inflammationes, & dolores; ex causarum autem magnitudine, morborum, & symptomatum magnitudinem metimur sitaque delirium suapte natura febrili comparatum, periculosius est febre, & fortè etiam paruum delirium magna febre deterius censendum est, pauci enim euadunt qui per morbos delirant, plurimi autem qui vehementissimis febribus ueuantur: nam delirium deprauata est actio, quæ vt plurimum deprauatam & malignam causam sequitur.

Ceterum, delirium deterius esse inflammatione sano modo intelligendum est: nam inflammatio cerebri semper deterior est delirio, quod per consensum, vel etiam ex alio affectu cerebri nascitur.

APHORISMVS III.

Somnus atque vigilia, utraque si modum excefferint, malum.



Vm docuerit Hippocrates superiore Aphorismo nos præflagire ex effectibus somni, docet hoc Aphorismo quomodo ex somno ipso tanquam causa effectus colligere possimus: etenim, præcedente Aphorismo ex delirio colligebat, quismam somnus bonus esset, & quis malus: liquidem is qui Deliriū sedat, bonus; qui vero Delirium inferebat, malus; nunc vero contraria ratione ex somno ipso ad prædicendum argumeta colligit, ex ipsis scilicet somni differentijs, nempe, ex his quæ mediocritatem excedunt, siue (vt ille ait) modum naturæ; appellat autem somnum excedentem modum naturæ, non eum qui iam morbosus est, hic enim malus est, & talis esse ab omnibus agnoscitur, vt non sit opus præceptis, quæ (vt inquit Gal. in lib. de Optima secta) tradi non debent de reb. planè notis & perspicuis; nec quidè intelligere debemus eum somnum modum excedere, qui mediocritatem eam quæ temperatis hominibus debetur, exuperat: nam singulis naturis suus est modus, suæque mensura, plus enim pueri quam senes dormiunt; plus frigidi & humidi, quam calidi & sicci. & multo minus capere debemus somnum excedentem modum, qui fit in corporibus, quæ non planè benè se habent: nam longus somnus qui vehementius defatigatos excipit, eam mediocritatem excedit, non tamen ab Hippocrate dånari potest, vt qui suauissimus sit naturæ ita defatigatæ; nec longior sit, quam conueniat corporis dispositioni: si enim breuior esset, non sufficeret ad dispositionem emendandam; quare somnum excedentem modum naturæ intelligemus, qui eum modum excedit, quem natura requirit ad corporis dispositiones emendandas; is enim nascitur à causis, quæ nisi tollantur, morbos parient, & tales somni fiunt in corporibus neutris, dictis decidentia, quæ pullulantes habent in se causas morborum, vt Galenus ostendit in Arte Medicinali, vbi futuræ egritudinis signa docet, & illic explicat signa huiusmodi mediam habere formam inter ea quæ sanis, & quæ aegrotantibus eueniunt, & inter illa somnum, & vigiliam recenset; cum enim plus solito homo vel dormit, vel vigilet, aut non consueto tempore hæc facit, aut somnus habet turbulentos, vel profundiores, vel leuiores, aut aliter affectos quam consueuerit habere; nisi præcesserit vel labor, aut cibi potionisque immoderata copia, vel aliud quid piam euident, huiusmodi somni & vigiliæ damnandi sunt; cur vero, reddit rationem Galenus in 2. Proorheticorum 47. textu, quoniam, inquit, huiusmodi somnus in Cataphoram, idest, soporosum affectum terminatur. Verum hæc ratio non omnia mala explicat, quæ significantur à tali somno: nam sæpè contingunt vitia in somno; vt cum sunt inquieti, & insomnijs pleni, vbi Cataphorâ licet soporosum effectum videri non possumus; nec etiâ profundiores aut longiores somni Cataphorâ necessario præflagiunt; ostendunt enim vel multitudinem frigidorum humorum, vel frigiditatem, aut humiditatem corporis, vel capitis, aut magnam contractionem caloris, quæ mala alios morbos infert & significare possunt quam soporosos affectus; malum ergo significat primo, quia malam causam subesse in corpore ostendunt, & quia futura mala præflagiunt, & ea quidem varia pro diuersitate causa.

causarum latentium, & corporum, quæ ex eisdem
causis diuersos morbos patiuntur; alij enim à cerebro
pleno humoribus in resolutionem neruorum inci-
dunt; alij, in tremorem; alij in conuulsionem; alij
in dolores pectoris; alij tussi infestantur; alij podagra,
alij alijs affectibus. Diuersa etiam male nascuntur, &
significantur à causis quæ vigiliam modum exceden-
tes committunt. Superest vt Galeni Commentarium
excutiamus, vbi sæpius reprehendendus est inter-
pres, primum quod Comatosas dispositiones verat
fomnolentas, & graues dispositiones; quid autem
per graues dispositiones & grauem somnum intelli-
gat, non satis patet: est enim Coma vt in primo lib.
nostro de Somno & vigilia cap. 23. ostendimus, spe-
cies vna somni præter naturam; quare præstat verbū
(Coma) relinquere, quo certam soporis differentiam
intelligamus. Quod autem postea scribit Galenus,
fieri huiusmodi somnum refrigerata prima parte sen-
sitina, hoc est cerebro ipso, non ad longum somnum,
sed ad eum qui difficilem habet expergesationem
hoc referendum est: talis enim causa solet somnos præ-
ter naturam efficere, ut in eodem Opere ostendimus.
Quod item scribit vigiliam fieri propter calorem pri-
mæ partis sensitivæ, vel ex sola intemperatura, vel ex
humoris biliosi abundantia, id intelligendum est de
morboſa vigilia: nam quæ planè naturalis est, calo-
ris nativi ad exteriores partes motione fit, calor autè
temperatus, vt in temperatum cerebrum non red-
dit, sic nec biliosum; quæ vero vigilia solum nature
modum excedit, & in statu est non naturali, vt no-
stra industria sæpè fit, & voluntate, ita non statim
intemperatum cerebrum reddit; quæ vero morboſa
est, illa planè vel ex caliditate sola, vel siccitate vel
vtraque simul iunctis fit: caliditas enim spiritus mo-
uet, & ad sensus prouehit, spiritus autem & calor
natiuus vbi est, ibi agit, & partes ad suas actiones exci-
tat; siccitas etiam cum meatu humore priuet, qui
spiritus delationem impedit, viasq; apertas retineat
ne calorem natiuum grauare possit, vt ad interiora re-
fugiat quemadmodum humiditas facit, vigiliæ causa
est: nam (vt superius demonstrauimus,) quæ som-
num efficiunt, ideo id faciunt, quod spiritus & calo-
reru natiuu ad sensoria organa ferri prohibeant: pro-
hibent autem vel quæ calorem alio reuocant, vel re-
pellunt, vel meatus per quos illi ad sensoria feruntur
occludunt, quorum nihil potest siccitas cerebri effi-
cere: nam et si siccitas (vt Galenus quinto Simpli-
c. scribit,) constringit & repellit, vehementem tamen
siccitatem esse oportet quæ id efficiat, qualis in cere-
bro ob substantiæ molliem accidere non potest;
Quod autem postea dicit, vigiliæ nomē aliquibus im-
moderatiā semper significare, nullo modo Latine
intelligi potest; quis enim est, qui vnquam vigiliæ no-
men ita usurpauerit? cum & eos qui vigilia detinen-
tur naturali, simpliciter vigilare dicamus, alios au-
tem qui vigilia morboſa correpti sunt, non sine adie-
ctione vigilare dicamus, sed malè vigilare, & ma-
lam esse huiusmodi vigiliā prononciemus, quasi vi-
giliæ nomen nobis semper moderantiā, aut non
magis morboſam quam salubrem & naturalem vigi-
liam significet; Quare ex Græcis dictionibus res me-
lius intelligetur: habent enim Græci duo vocabula
quibus vigiliam significant, ἀγρυπνία scilicet & γρη-
γορία, itaque hoc loco notat quosdā fuisse qui ἀγρυ-
πνία solum usurpauerint cum immoderatam vigiliā
significare uolebāt, illique soli significationi dictio-
nem dicauerint: nam ut dictionem ὕπνος, solum na-
turalem somnum significare alij aunt, Coma præ-
ter naturam, ita ἀγρυπνία, vigiliam quæ præter natu-
rā est & immoderata, γρηγορία vero, et si de hac re ni-
hil hoc loco dicat, forte solum quæ naturalis est signi-

A ficare putat. Verum Hippocrates non hanc observa-
re uidetur differentiam, nec Galenus alij locis, hic ta-
men in Commentario non uidetur ab aliorum senten-
tia discrepare, cum dicat ἀγρυπνία fieri ob intempe-
riem calidam, uel humorem biliosum; moderata e-
nim & naturali uigiliæ hæc non conueniunt, sed im-
moderata duntaxat, & quæ præter naturam est, aper-
ta est de hac re sententia 3. de Causis pulsuum cap. 10.
ubi scribit ἀλλὰ τὰ μὴ παρὰ φύσιν sed præter naturam
dispositionis quas neque γρηγορία neque ὕπνος, sed ἀ-
γρυπνία & Coma melius est, vocare prætermittamus
in præsentia, ὕπνος qui sunt secundum naturam quæ ad
modū & ἀγρυπνίας generatio talis est, qualis prius
dicta est. Item initio 2. Meteorum ubi inter affectus
præter naturam ἀγρυπνία nominat.

APHORISMVS III.

Non satietas, non fames, neque aliud quic-
quam quod modum nature exceſſerit, bonum.



Vod Hippocrates in una atque altera re
ostendit, id iam generali præcepto enū-
ciat; antea enim somnum nature mo-
dum excedentem damnauit, nunc sa-
tietatem, famē, & deniq; omne quod
nature modum excedit, damnat; qua
in re quid satietatis nomine & famis significet, pri-
mo explicandum est; deinde, quid per modum na-
ture; postremo, qua ratione fiat vt omnia quæ natu-
ræ modum excedunt, mala sint. Satietas ergo Græcis
πληροσι dicitur, utunturque Græci eo uocabulo nõ
ad omnem repletionem significandam, sed eam dū
taxat quæ ex cibo fit, quemadmodum & lingua Lati-
næ periti satietatis nomen usurpant, ut apud Celsum
cap. 1. lib. 2. uidere licet, ubi ait, quæruunt innum
morbi calor attulerit, an frigus, fames, an satietas;
ubi satietatem fami opponit; per famem, autem cibi
desiderium intelligit, per nature modum Medici me-
diocritatem intelligunt. Sententia ergo est, repletio-
nem, uacuationem, & omnia quæ mediocritatem ex-
cedunt, mala esse, mediocritatem autem illam non
simpliciter intelligere debemus, sed cõparatè: qd. n.
ad corpora debilita multū est id mediocriter affectis
corporibus, mediocriter forte erit; ita, quod mediocriter
est ualidis corporibus collatū, alijs excessus comit-
tit; sua ergo unicuique corpori mediocritas quæ laudan-
da est; quod autem immoderatum est, dammandum;
etenim, cum Medicus sanitatis conseruationem, aut
recuperationem sibi proponat, sanitas autem medio-
cris quedam sit affectio, mediocritate conseruabitur,
& etiam recuperabitur, ab eo autem quod excedit
corrumpetur. Verūm, contra id uidentur experientia
& ratio primo facere, uidemus, n. aliquos esse qui
non nisi magnis & excedentibus uacuationibus, aut
alterationibus curari possunt, quales sunt uacuationes
quæ vsque ad animi defectum hominem perdu-
cunt, & alterationes quæ per exustiones fiunt, quæ
nemo negauerit nature mediocritatem excedere, cū
natura temperata sit, hæc autem intemperatissima
& in ultimo genere intemperatarum causarum. Ari-
stot. præterea 2. Problemate primæ sectionis excessus
laudat, cum ait cur morbi sæpè curari possint, ubi
quis abundè excessit, equidem nonnulli Medici eā
artem exercent, vt non nisi per excessum agant, vel
uini, uel aquæ, uel saluginis, uel cibi, uel inediæ. Cel-
sus item cap. 1. lib. 1. ad hunc modum scribit: Pro-
dest interdum in conuiuio esse, interdum ab eo se re-
trahere, modo plus iusto, modo non amplius assu-
mere,

mere, hæc ostendunt excessus non semper damnandos. Quibus respondendum est, vt Hippocrates sibi conitet. Primum ergo quod dicebamus uehementes qualitates corporibus adhiberi mediocritatem excedentes, concedimus quidem; verum excedentes mediocritatem distinguimus; quod mediocre temperiem excedant, & excedentes appellentur, quodd mediocritatem quæ sanis corporibus propria est, exuperent, concedimus; quod autem quocumque modo exuperent, non item: nam uehemens alteratio si corporibus quæ ea egeant adhibeantur ad sanitatem recuperandam, exuperans non est, sed mediocris; ita & magna euacuatio, & denique omnia magna remedia quæ quâquam mediocria verè sint, cum illis rectè in quibus oportet vtimur, tamen exuperantia ab authoribus vocantur, quod mediocritatem quæ sanis corporibus debetur, ad quæ omnia comparata, exuperantia, vel mediocria dicantur, excedant. Ita Arist. intellexit eo Problemate, cum ait: excessus morbos tollere; excessus enim vocat si comparentur ad ea, quæ per sanitatem fiunt, non autem ad morbosas causas, quas oppugnare debent, quibus mediocria sunt, si magnitudini affectus respondeant. Quod autem ad Celsi auctoritatem attinet, qua præcipit plus aliquando edendum esse, aliquando minus iusto, quod ille de sanis loquatur, & vnicuique mensuram suam statuat; Non laudauerim hanc opinionem, cum rationi non sit consonum, velle naturam nunc multitudinem opprimere, nunc defectu enervare; videturque author iste non tam tradidisse præcepta bene conseruandæ sanitatis, quam corporis præparandi ad omne vitæ genus sustinendum; nisi forte etiam illud intelligat plus iusto, plus consueto, vt nunquam quidem velit plus naturam onerare, quam ferre possit, plus tamen quam consueuerit. Quod si aliquando integritas suas vires, & naturæ mediocriter grauet, non erit factum vituperandum, cum & experientia doceat, eos qui, aliquando liberius bibunt, alacriores fieri, & nihil mali pati; id quod etiam Plato nouit, qui in optimis suis legibus ebrietatem ciuibus aliquando concessit, iuxta illud Lyrici Venusini. Fecundi calices quem non fecere disertum? videturque hoc Aphorismo non tam cibi & potus repletionem damnare, quam eos qui sæpius sese ingurgitabant; verum in alia materia non par est securitas, excessus enim omnes remediorum quoniam naturæ inimici sunt; ideo quanto maiores sunt, tanto deteriores, & pessimi sunt, qui ex euacuantibus committuntur, minores autem qui ex replentibus: nam vt 7. libro Meth. ostendit vitia ex humiditate contracta, facilius his emendantur, quæ ex siccitate fiunt; facilius enim est humidus corpus exsiccare pari excessu posito, quam exsiccatum humectare. In alterantibus autem maiora semper incommoda ab excessu quam defectu committuntur; potest ergo hæc diuisio fieri: vel à mediocritate receditur in cibo, & potu, vel in alia materia: in cibo & potu minus malum est quod ob excessu, quam quod à defectu committitur.

APHORISMVS V.

Lassitudines spontaneæ morbos prænuunciant.



Erinet etiam hic Aphorismus ad Signa, docet enim ex genere quodam lassitudinis prædicere futuros morbos. Quæ sententia intelligi non potest, nisi prius perspecta sit tractatio quæ de lassitudinibus à Galeni in libro 3. & 4. de Sanitate tuèda,

A & alibi instituitur. Dicemus ergo in primis quid sit lassitudo, quot lassitudinis differentiæ, quæ causæ, quis locus affectus, quæ singularum lassitudinum proprietates. Porro, circa lassitudinis definitionem variæ fuerunt opiniones, vt Galenus 2. Simplicium meminit cap. 10. quidam enim lassitudinem definiebant esse articulorum siccitatem ex motibus desiccatorum; alij vero articulorum & musculorum; alij contra humiditatem multam & tensionem & caliditatem, fluxione nimirum affusâ partibus uehementer agitatis; alij non multitudinem humorum, sed qualitatem causantur, prouenire inquiètes in motibus immoderatis, pinguedinis carnisque tenere colliquationes quasdam; quarum pars foras transpirent, reliquum in corpore retineatur, & hoc cum acie mordaxque sit, affectionem efficere vlcerosam; quas opiniones non est quod refellam, satis enim est veritatem ostendisse, quæ sola errores omnes arguit. Scribit ergo Galenus in textu 5. 3. libri Epid. Comm. 2. lassitudinē, authore Hippocrate, esse corporis affectionē, in qua si parum moueatur qui ea laborat, tensionis, vel vlceris, vel plegmonis sensum sentit; Verum ille non explicat qualem affectionem intelligat per lassitudinem, an morbū aliquem, vel morbi causam, vel Symptoma. Reuera, lassitudo nullum istorum esse potest, cum planè non sit præter naturam; sed malum quod accidit his, qui in statu (vt aiunt) neutro sunt positi: sequuntur enim lassitudines, exercitationes sanorum, aut latentes adhuc causas morborum, & reuera non per causam, aut affectionem, sed per effectum qui respondet Symptomati in morbis, definiti debet; lassos .n. & lassitudine affectos tunc homines se appellant, cum molestas sensationes percipiunt, dū moueri tentant: sentiunt enim vel tensionis, vel vlceris, vel inflammationis sensum. i. similis sensus in illis fit, qualis percipitur in tensionibus, vlceribus, & inflammationibus. & hæc sunt simplices sensationes percipiunt; Compositæ vero ex his inter se complicatis resultant; Rursus istæ omnes differentias sumunt ex causarum diuersitate; quoniam enim quedam lassitudines fiunt à causa procatartica, nempe, à motibus corporis, aliæ vero ab interna causa excitantur, nempe, ab humoribus, ideo lassitudo quadam dicitur esse motoria, quæ propriè & simpliciter lassitudo dicitur, estque sanorum Symptoma, alia est spontanea, quæ spontè & à nobis ipsis prouenit, quæ morbosum est Symptoma, non quidem à morbis qui nondum adsunt, sed à causis morborum nondum motum facientibus, nascitur, cuius meminit hoc loco Hippocrates; diuiduntur vero nonnullæ ex illis in alias differentias, vt vlcerosa per magis & minus, alia enim moderatior quæ pandiculationem sustinet, & circa eutem solum vlceris sensum affert, vel maior, ut quæ motum non sustinet, & circa subiectam illi carnem vlceris sensum præbet, uel uehementissima omnino, quæ ad horroris affectum propè peruenit, si moueatur solum, si autem exerceantur, non solum horrebunt, sed etiam rigeant; quod si quiescant, inæqualitatem solum sentient; occupatque hæc & cutem, & carnem subiectam; phlegmonosa item diuiditur ratione loci affecti, si enim muscoli corpus solum patiatur, phlegmonosa generali etiam vocabulo vocatur; Quod si tum tendonibus tum neruis idem affectus incidat, ostocopon dicitur, quoniam enim tendones ossibus adhaerent, sensus profundior fit affectis tendonibus, & quasi ossa patiantur, & ob id nomen huiusmodi obtinet ostocopon, quasi ossesiam lassitudinem dicas. Porro tenisua lassitudo alia exigua, vt illa quæ pandiculationem sustinet, aut maior quæ nullam sustinet; alia præterea ex nimia tensione solidarum partium fit, præcipuè eorum, in quibus humores continentur,

nentur, vt quæ spontanea est lassitudo, alia ex nimia
tensione fibrarum musculorum. Iam causæ vniuf-
cuiusque lassitudinis, & proprietates explicandæ, ab
vlcerosâ lassitudine exordientes. Quæ in re primo
quid Galenus sentiat aperiemus. Scribit ergo lib. 4.
de sanitate tuenda non quemuis malum succum, sed
erodentem, huiuscemodi lassitudinem committere,
non quando in venis miscetur cum sanguine, tunc
enim à sanguinis bonitate eius ius superatur, sed cū
ab illis translatus in carnibus, & ad cutem solus hæ-
ret; alio loco eiusdem libri ad hunc modum scribit:
excrementa planè mordacia, etiam si exigua fuerint
in sensibilibus corporibus contenta, aut multa qui-
dem, non tamen adhuc planè mordacia, vlcerosam
lassitudinem faciunt. Tertio vero lib. eiusdem Ope-
ris scribit ad hunc modum: vlcerosâ lassitudo fit à co-
pia excrementorum tenuium simul & acrium, quæ
inter exercitandum duplici ex causa proueniunt; aut
eo excremento, quod crassius erat fuso & attenua-
to, non tamen toto expulso, aut adipe mollive carne
liquata; vlcerosâ enim appellatur lassitudo, quoniam
talis humor suapte natura tum cutem tum carnem
pungit, vulnerat, & vlcerat; alio loco eiusdem libri
scribit ad hunc modum vlcerosâ lassitudo maximè
incidit in corporibus excrementosis, succedit & re-
centibus cruditatibus, cum aut exercitantur im-
moderatus, aut in sole sunt morati; fit & in corporibus
boni succi citra cruditatem ob exercitationis mini-
mum excessum; Quarto item eiusdem operis hæc
scribit; humor acris cum per accidens mouetur, id
est ad motum partis in qua continetur, lassitudinem
excitat, cum verò per se mediocriter moueatur, hor-
rorem, si verò violentius, rigorem concitat; quod si
vehementius adhuc, & putrida fuerint excrementa,
febrem; mouentur autem vel cum expelluntur, vel
cum vehementiore momento aguntur, id quod tum
exercitando acquirit, tum frictione, tum balneo; Ergo
vno loco acrem humorem, & erodentem simplici-
ter huius lassitudinis causam esse dicit, alio loco planè
mordacia, sed exigua, alio non planè mordacia,
sed multa; alio tenuia & acria; alio cruditatem recen-
tem; alio bonos succos citra cruditatem; si tamen ve-
hemens exercitatio succedat, alio ob motum ea ex-
crementa huiuscemodi lassitudinem committere scri-
bit, nec motus qualitatem explicat; alio autem mo-
tum dicit esse per accidens, ad motum partis in qua
continetur humor moto ipso humore; quæ omnia
ex natura ipsius rei solito more & methodo, explica-
buntur. Illud tamen adhuc addendum quod scribit
lib. 3. de Sanit. tuenda, vlcerosam lassitudinem ali-
quando etiam ex flatuosis, & halituosis excrementis
prouenire, & talem lassitudinem, aut eam etiam quæ
parua sit, pandiculationem ferreæam verò quæ ma-
ior fuerit, motum illum non sustinere, sed dolorem
veluti vlceris sensum per corpus præstare, & horro-
rem. Quod si augeatur Symptoma, ad horroris affe-
ctum propè peruenire, siquidem moueatur solum
qui laborat, ad rigorem verò, si exerceatur, quod si
quiescat, ad inæqualitatem solam accedere. Quod ergo
humorem oporteat esse acrem, & erodentem qui
huiuscemodi lassitudinem committat, rei natura do-
cet: si enim erosio nis, puncturæ, & vlcerationis sen-
sum adferre debet dispositio, necesse profectò est, di-
spositionis causam talem esse, quæ erodere, & exulce-
rare possit: talis autem profectò est humor acris, mor-
dax; at cum humores mordaces alij sint planè morda-
ces, sed exigua quantitate, alij non planè mordaces,
sed copiosi; ab utroque genere humorum idem effici
potest: nam qui planè mordaces sunt, vehementi sua
qualitate, & mordere, & exulcerare possunt; qui vero

A non ita mordaces, nisi mitioris illius qualitatis ma-
gna sit copia, effectu frustrabuntur (nos id quod vide-
mus in externis rebus fieri: in quibus enim non vehe-
mens qualitas est, substantiæ, quantitatem augemus,
qua consequimur quod alterius vehemens qualitas
efficit, copiosior siquidem flamma ex materia rara, &
leui succensa, qualis palea est, perinde nos calefaciet,
ac parua quæ ex solidiore materiæ excitata sit; reuina
porro & acria, oportet esse excrementa, quæ huiuscemodi
lassitudinem faciunt, quæ enim crassiora sunt,
per venas excidentia, faciliè per musculos, & corporis
habitum decurrere non possunt, sed in vna parte po-
tius sistuntur, eamque exulcerant, si acrimoniam ad-
iunctam habeant, peruaduntque; & vlcus omnino effi-
ciunt, non vlceris dumtaxat sensum, quemadmodum
videmus fieri in his, qui scabie laborant: tenuem ergo
oportet esse, vt per carnem ferri possit, & moueri,
& vlceris sensum dumtaxat inferre, non autem omni-
no exulcerare, quæ enim exulcerandi vim habent,
crassæ substantiæ esse lib. 5. Simpl. prodit Galenus;
quod postea dicit ob recentem cruditatem in lassitu-
dinem vlcerosam incidi, quomodo id fieri potest, cū
recens cruditas acrimoniam repugnet? verum quidè
est cruditatem huiuscemodi per se id facere non pos-
se, sed cū vehementior accedit motus, aut in sole
sunt morati, qui cruditate ea laborant, non est absur-
dum id fieri posse: vehemens enim motus & insola-
tio, vehementius corpus calefaciunt, vehementior au-
tem calor, crudiores humores immodicè calefaciedo
acres reddit, & mordaces; sic etiam optimè dictum
hanc lassitudinem in corporibus præditis bonis suc-
cis, fieri citra cruditatem ob exercitationis nimium
excessum: hæc enim ratione boni illi succi calidiores
acrioresque redduntur. Verùm illud mihi omni
ratione carere videtur, quod ex flatuosis halituosisque
excrementis huiuscemodi lassitudinem aliquando
committi scribit: nam vt halituosum acris semper op-
ponit, & benigna omnino mitisque est qualitas quæ
halituosa est, ita erodere exulcerareque nequit, nisi
fortasse intelligat flatuosam maiore ex parte esse ma-
teriam, non tamen acrimoniam omnino expertem.
Quinetiam & illud optimè dictum, acres hos humo-
res qui hanc lassitudinem inferunt, vel ex immodi-
co motu fieri, vel ex vitioso succo qui in nobis fu-
cit. Atqui & illud rationi consonum est, excremen-
ta mordacia dum in venis continentur, huiuscemodi
lassitudinem efficere non posse, vlceris enim sensus
in venis oriri non potest, tum quod illæ uel omnino,
vel propemodum insensibiles sint, tum quod acri-
monia superatur à sanguinis bonitate. Quod uero
scribit acrem hunc humorem cum per accidens moue-
tur ad motum scilicet partis in qua continetur, las-
situdinem hanc excitare, alio uero loco non moueri
eum humorem, sed hæere in cute, uel carnibus, ita
interpretandum ex alio loco est, quod lassitudo ma-
gna, etiam nobis quiescentibus, vlceris sensum infer-
re possit, quæ uero parua est, non nisi leui aliquo mo-
tu humor vim pungendi, & vlcerandi suscipiat: no-
strum enim corpus à causis quibuscumque huiusmo-
di Symptoma non sentit, sed uehementiam quandã
E necesse est eas habere, quæ autem suapte natura ma-
gna est, eam statim habet, quæ uero parua, motu
magnitudinem recipit, quæ enim cum motu feruntur
excrementa, vt alia omnia, uehementius ferunt;
undè & bene illud etiam dictum, eos qui parua lassitu-
dine tenentur, vel ex flatuosis halituosisque excre-
mentis contracta, pandiculari posse, utraque enim
causa parua est, & naturæ motus non impedit. Quod
si maior fuerit, motum illum non sustinent, qui la-
borant, magna enim causa, quæ maior motu adhuc
O reddi-

redditur, non sine dolore sustineri potest à natura; quare optimè dictum est, illos vlcerosum dolorem sentire; si verò magis adhuc Symptoma increſcat, & leuis accedat motus, horrebunt neceſſariò, rigeunt autem, si exerceantur; inæqualitatem ſentiet, si quieteant; nam pandiculatio, inæqualitas, vlcerosus ſensus, horror, rigor, per magis & minus differunt: parua enim causa, vt flatuosa materia, pandiculationem facit, paulo maior, vt quietus humor, & paucus inæqualitatem; maior autem vt multus humor quietus, vel paucus, sed leuiter motus, quales sunt motus qui per accidens rebus adueniunt, vlcerosam lassitudinem; si autem maior adhuc fuerit, vt multus humor, & medioeriter motus horrorem, si vehementioris naturæ fuerit, rigorem, si vehementissima, febrem: si quidem putrida fuerint excrementa; At verò, cum dixerimus vlcerosam lassitudinem aliam esse parua, quæ cutem solum occupet, aliam maiorem quæ carnem, maximam aliam quæ & carnem & cutem occupet, parua, parua erit causa; medioeris, moderatio; maxima, maxima. Atque hoc modo lassitudinis vlcerosæ causas materiales, efficientes, locum affectum, proprietatesque explicauimus. Tensiuam porro lassitudo tensionem causam habet: sed vnica tensionis non est causa in motoria, & spontanea lassitudine, vt in vlcerosæ: nam vlcerosæ lassitudinis quæ licumque esset, humor erat causa, acris, & erodens; intensiuam verò, non semper humor, siquidem in motoria tensiuam lassitudine, tensio quæ ex motionibus facta est in fibris musculorum, lassitudinis causa est; quæ vero spontanea est, & ex humoribus, & ex flatuosis excrementis prouenit: nam ex nimio humore & vapore nimia repletio causatur: ex nimia autem repletione tensio sequitur; motus autem ipse tensionis statim causa est: si enim tales fuerint motus, in quibus tensio fibrarum musculorum requiratur ob vehementiorem actionem, vehementius tenduntur fibræ, ita vt sedato etiam motu tensionis, dispositio in illis appareat, & maximè sentiat, cum ad motum partes excitantur quæ tensionem passæ sunt; At, cum ex motu tenduntur fibræ, & tensiuam lassitudinem fieri dixerimus, motus autem multæ differentia sunt, & fibrarum etiam, iam videndum est, quoniam motus author sit huius tensionis, & que nam fibræ potissimum tendantur. scribit ergo Galenus motus, & exercitationes robustas potius quam celeres, tensiuæ causam esse lassitudinis; nam celeres exercitationes fieri non possunt, si diu tendantur partes; celeritas enim ad extremam figuram partes non ducit: quare tensioni repugnat celeritas: valida autem & robusta exercitatio, non nisi validè tensis membris fieri potest, vt videmus in luctatoribus fieri, qui vehementius fixis terræ pedibus, & contractis violentius brachijs, sibi mutuo resistunt; ergo valida exercitatio & robusta sola causa est tensionis musculorum, & tensiuæ proinde lassitudinis: febre autem maximè illæ tenduntur, quæ maximè agere coguntur, in retinendo obliquæ, in expellendo transuersæ, attrahendo rectæ, vt & in motibus externis illæ maximè patiuntur contractione enim & extensione motus illi perficiuntur; ergo motoria lassitudinis tensiuæ causa est validus motus, locus affectus, genus musculorum, præsertim fibræ quæ per musculorum longitudinem sunt exporrectæ; lassitudo vero tensiuam spontanea à re tendente sit, in corpore autem nulla materia est, quæ tendere præter naturam possit quàm superfluis humor, vel vapor flatuosus & crassus; vnde optimè scribit Galenus, huiusmodi lassitudinem plethoris superuenire, qui & multo humore abundant, qui, vel vapor

ex illo etiam genitum tensionem efficere potest; locus autem qui in lassitudine spontanea patitur, fibræ non sunt, sed venæ ipse quæ tenduntur: si enim in carnem humor copiosus & vitilis, qualis est qui lassitudinem hanc facit, incidere, phlegmonem faceret, non lassitudinem; optimè illud etiam dictum est, pandiculationem sustineri in tensiuam lassitudine si parua sit, aut ex flatuosis excrementis proueniat: non enim possunt hæc leuitem motum impedire; Quod si maior sit, aut solidior materia, non facile flecti potest, quod ita tensum est.

Signa autem quæ præter tensionis sensum, adfert de lassitudine tensiuam Galenus, sunt, quod scilicet pigri sint, contracti, aridi, ægreque flexibiles, & calidiores quàm qui vlcerosam lassitudinem tenentur; propria sunt duntaxat motoria lassitudini tensiuæ, nam motus validior, vt corpus calefacit vehementius, ita humorem consumit, ad quam consumptionem ariditas, contractio, difficilis fluxio, & pigrities sequatur. Phlegmonosa porro lassitudo textu secundo, libri quarti de morbis acutis, à Galeno fieri dicitur ex humoribus tenuibus, & acris, quàm in secundo De Symptomatum causis, & quarto, de Sanitate tuenda, scribit nasci partim ex boni succi abundantia, partim ex acri humore simul mixtis; quæ opinio ex rei natura probabilior censetur, nam si lassitudo phlegmonosa eo dicta est, quod partes quæ ea laborant, putantur veluti phlegmone obsessæ, phlegmone autem non fiat nisi ab humore, qui boni succi plurimum in se continet, non dubium est, quin necesse sit cum acri humore boni multum esse admixtum in generatione huiusmodi lassitudinis; id quod etiam modus quo gignitur, ostendit, fit enim (inquit Galenus) maximè cum muscoli nimium excalefacti quidpiam attraxerunt ex circumfusis excrementis, quod enim supra modum excalefactum est, non magis vnum humorem attrahit, quam reliquum; quare cum in partibus singulis non acris duntaxat humor contineatur, sed cum sanguine mixtus, necesse vterque attrahetur, quod si tendones & nerui, & non corpus musculi excalefacti attraxerint ad se huiusmodi humorem, ossa lassitudo, quæ ostochopon dicta est, fiat; Verùm & illud notandum est, quod ad modum generationis huius lassitudinis pertinet, nam quod Galenus tradit ex calore eam fieri, ad eam solam pertinet quæ motoria est, non autem quæ est spontanea, nobis tamen ex propriis argumentis licebit id ostendere, cum enim natura grauat ab acrimonia, & multitudine humorum, insurgit ad expulsionem; quod si in vnum locum totum humorem simul extrudat, phlegmonem efficiet; si in varios, hanc lassitudinem, quæ phlegmoni simillima est; nam partes quæ ea laborant, quasi conuulsæ & pulsæ sunt, & calidiores apparent; dolent vero, etiam si ipsi per se moueri conentur, nec vllam pandiculationem sustinent, ut qui omnem motum formident; incidit porro hæc lassitudo si motoria fuerit in corporibus eorum (inquit Galenus) qui non sunt assueti exercitationibus, si se exerceant: nam excrementosa sunt illorum corpora, facileque remittunt sua excrementa paribus excalefactis ob exercitationem; quanquàm etiam his qui exercitationibus sunt assueti, accidere possit ex uehementissimis plurimisq; motibus, motio- num. n. uehementia, ut uehementer articulos calefacit, sic uehementis calor, attractionis author esse potest. Atque hæc satis de causis omnium lassitudinum simplicium, ex quibus compositarum causæ eliciuntur. Satis præterea

de Signis siue Symptomatis quæ singulis lassitudini bus eueniunt præter vlcera, phlegmones, & tensionis sensum, quæ peculiari ter vnâ ab alia distinguunt. Sufficiat etiam admonuisse, in quibus corporibus singulæ maximè fiant, & locum affectum etiam in singulis notasse. Qua in re, locus explicandus est, qui 31. Aphor. lib. 4. legitur, ambarum lassitudinum, tū moriuarum, tum spontaneorum, communem esse locum affectum, totum genus in corporibus musculosum: id enim verum est in omnibus, tensua spontanea excepta, quæ (vt ostendimus) in venis fit ex nimia illarum repletione: Iam Aphorismi contextus explicandus est, & videndum, qua ratione spontanea lassitudo morbos prænuntiare possit, & cur hæc potius quam motoria. Qua in re quidam putant lassitudinè signum non posse esse ad aliquid prædicendum: nam signa vt aiunt à Symptomatis sumuntur, Symptoma autem non est lassitudo: nam neque actio læsa, nec qualitas mutata, nec excrementum mutatum. Hac victi argumentatione nonnulli, putarunt lassitudinè non posse esse signum, aut futurorum morborum, aut alterius euentus, in qua quidem re errant: nam non solum Symptomata, sed etiam Causæ præbent Signa eminentis morbi, veluti cum à plenitudine, vel cruditate morbos futuros prædicimus: vel ex ære ambiente, aut alijs rebus, quæ corpus nostrum afficiunt. Præterea, non omnia Symptomata nascuntur à morbis, sed quædam à causis morborum, vt in Opere nostro de Causis Symptomatum ostendimus. Deinde debeant illi intelligere, quod etiam nos ibi notauimus, præter actiones læsas, excrementa & qualitates notatas, esse dolorem & molestiam, quæ sentiendo percipiuntur; postremò, esse passiones quasdam médias inter eas quæ pertinent ad sanos & egros, qualis est lassitudo: qua qui laborant, nondum dicuntur morbo laborare, quoniam leuior est affectus quàm vt præter naturam dici possit, non tamen secundum propriam naturam habent; est ergo affectio neutra, & passio dolori propinqua; ostendit autem lassitudo futuros morbos, quoniam significat in corpore esse dispositionem, & tales causas, quæ ex minima quaque occasione morbos excitabunt, nisi ipsis occurramus remedijs: nam cum morbi nascantur multi ex humorum qualitate, vel quantitate, vel vtraque simul, merito fit vt lassitudo spontanea qualiscumque fuerit, morbos futuros prænuntiet: nam vel à mala qualitate fit, vt vlcerosa, vel à nimia quantitate vt tensua, vel ab vtroque vt phlegmonosa; quas causas morbi faciliè sequuntur, & plures vehementioresque prænuntiantur à lassitudine phlegmonosa, quoniam gemina est morbosa causa. Secundum locum obtinet tensua: nam ex multitudine humorum vehementiores morbi gignuntur, quàm ex acrimonia, vt satis ostendunt venarum rupturæ, Apoplexias, subitæ suffocationes, viscerum magnæ inflammationes, & huius generis morbi ex repletione nimia orti. Vltimum locum sibi vindicat vlcerosa; inter compositas vero maximos morbos prænuntiat quæ phlegmonosa, vlcerosa, & tensua simul existit; Deinde phlegmonosa & tensua; Postremo phlegmonosa & vlcerosa; missima, tensua & vlcerosa. Iam illud explicandū est, cur motorie lassitudines morbos non prænuntient; videtur enim rationi esse consentanum, vt par sit in vtroque genere lassitudinum ratio, quando & eadem symptomata adferunt, & ab eadem materia fiant. nam vlcerosa, & phlegmonosa lassitudo siue spontanea, siue motoria fuerit, ab humore eodem fiunt; cur ergo non absolutè pronunciauit Hippocr. omnes lassitudines morbos prænuntiare, cum videatur id peculiariè motorijs accedere, quod externam causam habeant, motum vehementem, qui solus sæpè

A morborum causa est, & humorem præterea, qui in corpore residet; videtur hæc esse diuersitatis ratio, quod lassitudines motorie ab externa causa ita excitentur, vt quicquid causæ vehementia efficere potuit, fecerit, ita, vt si nihil aliud quam lassitudinem efficere potuit, dum adhuc causæ externe vis in corpore vigeret, nihil postea maius inferre possit, sedato iam causæ impetu, in spontaneis autem, quoniam interna causa est, quæ tota in lassitudine non consumitur, sed pars maior in venis, & corporis cavitatibus continetur, ideo alios effectus, nempe morbos, parere potest, causa quæ lassitudines iam peperit. Atque hæc fatis de hoc Aphorismo.

B A P H O R I S M V S V I.

Quicumque dolentes parte aliqua corporis omnino dolorem non sentiunt, ijs mens egrotat.



HIPPOCRATES in superioribus Aphorismis docuit quænam actiones sensifacultatis bonæ essent, & quæ malæ, cum somnum & vigiliam damnauit, & laudauit; egit etiam de vitio facultatis principis, nempe, de delirio & de lassitudinibus, quæ passio non sint solius sensus, aut sensus & motus nunc facultatis principis alia vitia declarat ex dolore, vitiosa enim est princeps facultas, si ea non percipiat, quæ percipere debet; ac cum Aphorismus iste sterilis sit, & sæpius alibi de dolore agendum sit, ope reprecium esse duco, hic breuiter recensere, quæ prolixè in libro nostro de Symptomatis ad doloris essentiam, differentias, & causas pertinent, ex quibus postea licebit intelligere quæ Hippocrates in hoc Aphorismo tradit, & quæ in sequentibus ad hanc rem pertinentia docentur. Porro doloris nomen (vt in hoc Commentario admonet Galenus) duo significat, dispositionem siue causam ipsius doloris, & molestiam illam; quam omnes communi conceptu intelligimus; nec aliud quicquam significat dolor apud Galenum, & antiquiores Medicos, & Philosophos. De causa & dispositione dolorifica postea agemus. Nunc quid sit id, quod propriè dolorem nominamus, expendendum est, & in hoc omnes consentiunt, quod dolor sit symptoma, & cum etiam constet eum non esse qualitatem mutatam, aut excrementum corporis, ex diuisione symptomatum colligitur esse actionem læsam; & eam esse deprauatam, cum debilis & abolita esse nequeat; deprauatam autem esse actionem statuunt huius opinionis authores, quod per dolorem sentiamus quæ sentiri aliter non deberent; At si dolor est actio, edet utique aliquod opus, ut concoctio aliquid concoquit, & visio aliquid videt, Præterea, si dolor est sensatio, haberet aliquod peculiare obiectum, essetque alicuius sensus actio, at doloris nullum est obiectum, nec alicuius sensus est actio, vel passio, cum in omni sensu & sensorio fiat; ad hæc, sentire est cognoscere, ut inquit Aristoteles, secundo Topicorum, capite secundo, at dolore non est cognoscere: esset enim ita dolor cognitio; addo, quod dolere est pati, quare dolor actio esse non potest, nec dolor esse potest actio, deprauata: nam si percipitur id quod obest, & dolorem facit, nullus est error in ipsa actione; Quod si Galenus aliquando ubi negligentius de dolore agit, eum dicit esse tristem sensationem, tamen alibi à sensatione, & actione dolorem distinguit; nam in Arte Medicinali, ubi agit de signis

corporum ægrotantium, apertissimè distinguit signa sumpta ab actionibus læsis, ab illis, quæ sumuntur à dolore; id quod etiam facit in 12. Methodi, sed euidentius in libro De differentijs Symptomatum, vbi enumeratis sensuum Symptomatis, subdit dolorem & voluptatem peculiaria quadam esse sensuum Symptomata. Eandem opinionem refellit Aristot. in 10. lib. Ethicorum, vbi scribit, absurdum esse arbitrari dolorem & voluptatem esse sensationem, aut actionem; eos autem ita credere, qui nequeunt actionem separare ab eo, quod fit in actione. Quapropter recipienda est sententia Aristotelis partim ex 6. lib. Topicorum, vbi molestias quæ nascuntur à solutione continui, dolorificas esse docet, partim vero ex 10. Ethicorum, vbi habet dolorem & voluptatem fieri in ipsis operationibus; ex quibus elicitur doloris definitio, quod scilicet dolor sit molestia, quæ oritur in ipsa sensatione, aut in animi functionibus ex his, quæ continuum solunt. Quæ definitio etiam reperitur integra in lib. 6. Ethicorum, vbi definit dolorem esse passionem animalis factam cum violentia à diuisione partium coherentium: nam (vt postea ostendemus) quæ molestiam adferunt non soluendo continuum, dolorem non pariunt. Fit autem dolor non in omni læsione actionis, sed cum actio læditur cum tristitia, vnde tristis sensatio dicitur esse à Galeno, quæ longè differt à deprauata; ac cum ita definit dolorem Galenus, non ipsum dolorem describit, sed modum docet, quo dolor efficitur; tunc enim dolor nascitur, cum tristis fit sensatio. Ceterum, doloris differentias ab antiquis traditas (vt videre licet in 2. de locis affectis) Galenus refellit, sed alias quidem meliores inuenite non potest. Nos autem ostendimus in Opere nostro, eas sumi ab his quæ sunt de essentia doloris: ea autem sunt, quæ in ipsius definitione sumuntur. Itaque cum dolor sit molestia quæ sentiendo percipitur, à certis causis nata, merito ex differentia quæ agnoscitur in ipsa molestia quæ sentitur, & ex causis quæ illam pariunt, aut ex his quæ patiuntur, differentia multæ resultabunt. Porro, in ipsa molestia qualitatem quandam, & quantitatem notauimus: & à qualitate molestiæ sumuntur illæ differentia, cum dicimus dolorem quandam esse tensum, alium mordacem, alium erodentem, alium acutum, alium pulsatorium, alium vlcerosum, alium stupidum, alium stimulantem, alium puncturium, alium contundentem, alium retrahentem, alium detrahentem, alium qui cerebri aut pali perforantis sensum præbet.

Ceterum, à quantitate molestiæ sumuntur hæ differentia, cum dicimus quosdam esse dolores magnos, alios paruos, siue remissos, alios vehementissimos, & sequissimos, alios mites. Iam verò à causis sumuntur aliæ differentia, à subiecti quidem differentia, cum dicimus dolores quosdam esse internos, alios externos, alios profundos, alios superficiales. Et à subiecti figura sumuntur istæ, vt illæ à situ. cum dicimus dolores quosdam esse latos, siue latè fufos, alios angustos, alios extensos secundum longitudinem, alios contractos. A partis verò substantia quæ dolet, distinguimus dolores, & quosdam Colicos, alios Nephridicos, alios Pleuriticos vocamus. Sumuntur vero aliæ differentia à quantitate partis quæ dolet, vt cum dicimus dolorem capitis quandam esse Hemicranicam, alium Cephalalgiam. A causis vero committentibus dolorem deriuantur hæ differentia, cum dicimus dolores quosdam esse benignos, alios malignos, quod à talibus causis sint nati; item cum dicit Hippocrates inter dolores quosdam esse calidos, alios frigidos. Proueniunt nonnullæ quoque differentia à causis sine quibus non; à mo-

A do quidem generationis & solutionis, cum dicimus dolores quosdam repente oriri, vel solui, alios vero paulatim, quosdam præterea per consensum, alios primario gigni. A tempore vero affectionis, quando dicimus dolores quosdam esse nouos & recentes, alios antiquos & inueteratos, quosdam raros & intermittentes, alios frequentes vel continuos. Sumi etiam nonnullæ possunt à modo quo infestant, quidam enim fixi sunt, alij discurrentes, alij emicantes, qui (ut inquit Galenus) parte primario affecta velut à radice incipientes, celeriter in partes adiacentes transferuntur, vt in vehementissimis Hemicranijs apparet. Atque has omnes differentias à causis duci intelliget, qui ea legerit quæ de Causis antea docuimus. Elicitur quædam differentia à modo quo dolores feruntur & sustinentur, qua ratione Galen. lib. 3. Prorrheticorum quosdam esse dicit dolores *εὐπάρουσ* alios *δυσπάρουσ*. Aliæ vero sumi possunt differentia ab effectis quos dolores pariunt, veluti cum dicimus dolores quosdam iam inferre aut minari inflammationem, alios conuulsionem, alios animi defectum, alios vero aliud: sunt porro quædam dolorum nomina quæ differentias aliquas inter se compositas significant, cuiusmodi dicit esse Galenus eum qui atrocis nuncupatur, is enim vehemens & simul continuus est; sic Cephalæa inter dolores capitis intelligitur, qui diuturnus est & vehemens, aut inueteratus, remedijsque ægrè cedens. Eiusdem generis sunt dolores capitis qui ab Auicenna & practis Medicis vocantur galea, ouum, malleum, & clauus. Et hæc sufficiant de differentijs dolorum. Nunc Causas doloris breuiter perquiramus. Igitur si dolor est molestia quæ sentiendo percipitur, cognitio & perceptio rei quæ sensum molestat, immediata erit causa doloris, quod si ita est, tres statim alias necesse est resultare causas: vt enim cognitio fiat rei quæ potest molestare sensum, necesse est adesse hic, quod potest molestiam cognoscere, & id quod molestiam pati potest, & id quod molestiam inferre potest; percipit autem & cognoscit molestias quæ fiunt in sensibus, & iudicat esse cum dolore vel sine dolore, (si Aristot. sequimur) sensus communis; ex Hippocrate vero & Galeno mens, siue cogitatio, & ratio, vt ex hoc Aphorismo patet, in quo scribit Hippocrates mentem dolere, si dolorificæ dispositiones non percipiuntur esse tales. Porro, requiritur in hac facultate quæ dolores agnoscit, vt ea corrupta non sit, nec in alio opere vehementer occupata, aut ad extremum debilitata: nam ideo delirantes negant se dolere, quia corruptum est illorum iudicium: qui uero vulnerantur in certamine, dolorem non sentiunt ex vulneribus sibi illatis, eo quod illorum animus occupetur in vulnerando hostes, seque ipsos defendendo, quare nequeunt simul percipere passiones proprias: perinde enim id fit, vt cum vehementius aliquid cogitamus, & interim nequaquam videmus quæ circa oculos obuersantur: qui uero morti sunt propinqui, dolorem non sentiunt, quoniam facultas ea vt aliæ sunt ad extremum debilitata; sentiunt autem dolores maiores quibus ea facultas est mollis, ut ita dicam & ex-

B

C

D

E

quilito iudicio prædita, sic enim mulieres eo quod sint molliore animo prædita, ex leuioribus quibusque causis dolent, & grauius ceteris; & qui inuerosi sunt, stupidioribus acutius dolent. Philosophi uero & fortes homines, vix sentiunt dolores, propterea quod animi fortitudine muniti, vniuersa incommoda contemnunt, nec agnoscere volunt dolorifica esse; Ceterum in eo quod pati potest dolorem, requirunt quidam passibilitatem (ut ita dicam) sensuum & calorem; putant enim illi cartilagine, & ossa ideo non sentire, quod partes sint frigide, sed perperam,

fic enim nerui etiam non sentirent; Præterea si ponitur esse aliquid sensibile, sequitur illud esse passibile, & calorem quoque habere, quare pars quæ sensu est prædita, dolorem corporis pati est apta, nataque, & quæ maiore sensu & exquisitiore donata est, illa doloribus magis est obnoxia; iam vero in his quæ dolorem inferre possunt, non parua extant controuersia inter authores: nam Plato in Thimeo quem sequitur Galenus in libris de Symptomatum causis, putat nihil posse facere dolorem, quod agere non potest confertim, id est celeriter & cum magno excessu quæ enim sensum aliquid faciunt, aut paruas moluntur mutationes, illa ex Platonis opinione apta non erunt ad dolorem excitandum, Alij vero, ut Auicenna & Galenus in libro de inæquali intemperie, & in lib. 2. de Medicamentis secundum locos, & in libro de Natura humana & in secundo de Victu acutorum, & alibi, statuunt dolorem fieri ab alterantibus & à soluentibus continuum; nec sufficere solam continui solutionem. Quam opinionem confirmat Auicenna quod dolor sepe fiat, ubi nulla apparet diuisio, veluti cum vniuersum membrum dolet, in quo tamen non apparet in omni sui parte diuisio. Præterea, fieri dolorem à calore & frigore, quæ non habent vim soluendi continuum, alioqui inter causas soluentes continuum, illas qualitates esse ponendas ab authoribus. Præterea, dolorem esse rei contrariæ sensum, hunc vero etiam ab intemperie fieri; Ad hæc sanitatè similium consistere in temperie & continuitate, quo fit, ut si dolor nascitur cum res corrumpitur, necessarium sit fieri quoque dolorem cum temperies vitiat. Postremo, remedia quæ dolores leniunt, sunt non solum illa quæ diuisiones uniunt, sed etiam quæ alterant. Auertoes autem putat dolorem non fieri à solutione continui, sed solum ab alterantibus: nam dolorem inquit fieri à proprijs obiectis sensum solutionem autem continui non esse obiectum alicuius sensus, Galenus etiam in locis præcitatis statuerit dolorem fieri ab alterantibus vel à soluentibus continuum, tamen in 12. Methodi, & in primo de Causis Symptomatum, & in 4. de Simplicibus, & cap. 10. 2. de Medicamentis secundum locos, vult omnia quæ dolorem pariunt, id facere, eo quod partium continuitatem corrumpant; quam opinionem ego veriorum puto: nam si alterantiam non soluendo continuum dolorem facerent, fieret utique in partibus sentiētibus semper dolor ab æquali calore; at in febribus thoracis, musculi qui vehementiorem sentiunt calorem ob vicinitatem cordis, non dolent, id quod faciunt caput, tibiæ, renes, id quod accidit non propter calorem, sed quia partes istæ dolentes ex ebullitione humorum replentur, & distenduntur, soluiturque continuum; thorax vero propter amplitudinem ab illis tendi non potest, nisi fluxio decumbat in suos musculos, tunc in illis fit dolor; quod si ex fluxionibus dolor in illis fit, ex febribus autem nequaquam, certum est, dolorem non fieri à sola alteratione, sed cum ex alteratione oritur solutio continui; atque hæc est vera causa, & immediata doloris. Platonis vero opinionem hæc refellunt. Primum, quod experientia ostendat ea etiam quæ leuiter & sensum agunt, modo soluant continuum, dolorem parere, ut apparet fieri ex leui punctura acus in qua nec subita nec magna fit mutatio; idem testantur animi dolores, qui à rebus minimis, subitis & tardis incipiunt & augentur. Præterea, multa sunt quæ confertim agunt, & tamen dolorem non procreant, cuius generis sunt purgatio, & sanguinis missio. Postremo, statuit Galenus humectantia & exsiccantia dolorem excitare, quæ tamen confertim agere non possunt, cum passiuas habeant qualitates. Auicennæ autem sic

A respondeo, dolorem fieri in vniuersis partibus dolentibus, & si interim diuisio non apparet: nam quæ vulnerant rumpunt, frangunt, & contundunt videntur conspicuam facere solutionem continui; quæ vero tendunt, aut erodunt intrinsecus, solunt continuum, sed eam solutionem sensus noster non apprehendit, etsi etiam non latet illum qui laborat. Quod non semper sentiatur dolor ubi fit solutio continui, id accidit, quia quod diuiditur fortè sensu non est præditum, aut mens ægrotat; Dolor non est rei contrariæ sensus, sed passio quæ oritur non simplici ter à re contrariæ, sed ab ea quæ diuidit continuitatem partis, ut superius ex Aristotele ostendimus sanitas simularium partium corrumpitur quidem ob intemperiem & solutionem continui, verum ea corruptio quæ nascitur ex simplici & sola alteratione, est absque dolore, & si non est absque sua molestia, quam alterantia suo modo inferre sunt apta: nam calor, frigus, humidum, & siccum, cum temperiem vitiant, propriam molestiam uobis adferunt. Cum vero causas solutionis continui recensent authores, proprias potissimum ponunt, & calorem tunc & frigus, humidum, & siccum, non enumerant, si quis tamen eas ponat non aberrabit: nam frigus vehemens quodammodo vulnerando & incidendo dolorem parit suapte natura, aliquando vero quod ab externis partibus propellat humores in profundiores, & eas replendo tendat, & diuidat; calor vero & humor non nisi repleudo dolorem videntur facere: humor enim ex propria vi, calor vero quia fundit, & ex fusione humores & vapores auget, atque illa replet, & tendit soluitque continuum; siccitas autem in partibus externis abstimendo humorem illic contentum, tensionis & doloris fortè potest esse causa; at intus, nec dolorem nec tensionem, nec conuulsionem inferre potest, ut in Opere nostro de causis Symptomatum ostendimus. Quod vero requirantur duo genera remediorum ad dolores sedandos, sic respondeo, vnicum requiri, quod scilicet partes diuisas uniat, sed quia alterantia dolorem quoque pariunt soluendo continuum, ideo per alterantia cogimur succurrere, ut remotiores causas primum auferamus, sine quibus immediata tolli non potest. Ceterum cum Auertoes putat sola alterantia dolorem parere, quia continui solutio non est obiectum alicuius sensus, non intelligit mentem Galeni, & aliorum Medicorum, qui nolunt ipsam solutionem, sed id quod soluit continuum, interim cum soluit, dolorem facere id autem quod soluit; continuum, vel est qualitas aliqua, ut calor, frigus, vel durum, vel vulnerans, aut frangens, aut aliquid tale quod sensus est obiectum; rectè ergo Hippocrates scripsit mentem ægrotare, cum dolorifica dispositio in corpore est, & ea omnino non sentitur: nam cum tres sint causæ necessariæ ad dolorem committendum, pars quæ est apta sentire dolorem, & id quod est aptum facere dolorem, & id quod apprehendit & agnoscit impressiones dolorificas, merito mens dicitur, ægrotare, cum dispositio adest dolorifica; nam supponitur esse autem causæ doloris cum ad est dispositio talis, quod scilicet ad sit id, quod potest facere, & id quod potest pati dolorem; quare si dolor non fit, oportet hoc contingere, quia deest alia causa, nempe mens quæ ægrotat inquit Hippocrates: intelligimus autem illam ægrotare, vel quod ad extremum sit imbecillis, vel deprauata: nam cum occupata est, percipit aliquo modo dolorem, quare si omnino non percipit, sequitur quod dicit, illam ægrotare.

APHORISMVS VII.

*Qua longo tempore extenuata sunt corpora,
lentè reficere oportet, quæ verò
breui, breuiter.*

Hic Aphorismus ad renutritionem pertinet, vtileque præceptum tradit, quod docet quomodo extenuata corpora sint reficienda: in quo errores committuntur à Medicis, qui parcius, tenuius que alunt conualescentes ex leuibus, & breuibus morbis, alios vero qui ex longis morbis sunt consumpti, affatim nutriunt, atque ita illos temerè emaciât, hos vero non sine periculo subito replent, vnde recidivæ postea fieri solent, cumulatis rursus crudis, & malis humoribus. Temerè autem laborat Montanus in cōnectendis inter se Aphorismis, quod ex hoc maximè patet, qui nulla ratione cum superiore coheret. Scribit ergo Hippoc. lentè tardèque reficienda esse corpora, quæ longo tempore fuerunt consumpta cito uero, quæ cito quoque fuerunt extenuata. Cuius sententiam tunc intelligemus, cum nouerimus quid extenuatio corporis sit, & quid in eo consumi possit, cuius ratione contingat extenuationem fieri, & quid præterea extenuandi corporis vim habeat. Definit Galenus in 29. textu 3. Comm. 6. Epidem. extenuationem corporis nihil aliud esse, quam totius molis detractioem quandam & collapsum; sed ut apparet, hæc definitio solum vniuersalem extenuationem ostendit, non autem quæ pertinet ad singulas partes; Præterea, cum dicit esse totius molis detractioem, dubium est quomodo id intelligat, an velit minui quicquid est in corpore, cum illius sit extenuatio, an aliquid solum, cuius ratione contingit corpus extenuatum minui, præstat ergo dicere; nihil aliud esse extenuationem, quam totius vel partis alicuius diminutionem præter solitam magnitudinem, uel molem: nam quæ naturaliter sunt extenuata, non comprehenduntur hoc Aphorismo. Porto, nostrum corpus (vt scribit Hippocrates in libro de Flatibus, & Galenus in lib. 1. de Differentijs februm, & in 12. Methodi) constat ex spiritibus, humoribus, & partibus solidis; & Galenus 11. Method. cap. 1. solidas partes nunquam minui tradit, posteaquam ad absolutam peruenerunt magnitudinem, de qua re dubium est: nam si solidas partes intelligat, omnia que in nobis sunt exceptis humoribus, & spiritibus, vt aliquando sumit, falsa est opinio: nam caro per morbos sepe minuitur, ac per inedia, malamque nutritionem, & rursus augetur, cum bene alitur corpus, solidas ergo partes intelligat oportet uerè solidas, quas ille alio nomine spermaticas vocat; aut etiã quod in spermaticis est fibrosum, nam & ille suam quoque carnem habet, quæ tabescit, ut in fine decimi, & in principio vndecimi Methodi scribit: at iste si augetur per ætates, cur minui etiam non poterunt per morbos? nam si pati possunt exsiccationem, cur non patientur diminutionem? id præterea docent ossa mortuorum in cemeterijs reposita, quæ multo graciliora tempore fiunt, quam essent cum viueret adhuc animal, aut recentet esset extinctum: nam ad id pertinet, quod scribit in lib. 1. cap. 9. de Differentijs febr. similes particulas, quæ sunt ueluti cordis elementa, sicciore reddi, atque inopia alimenti tenuiores. Dictum ergo Galeni ita uidetur intelligendū, quod solidæ partes difficilè minuuntur, & parum, ita ut sensu uix deprehendatur illarum diminutio, & extenua-

tio, sed cum in partibus solidis sit humor quidem rotidus, qui sparsus est per partem ipsius substantiam, alius uero quo glutinatur substantia ipsius partis, & continuitatis quæ in parte est causa est, id profecto absumi non potest, uiuente homine, si modo continuitas manere debet, alius uero absumitur, sed non nisi à magnis causis, vt in hecticis febribus apparet, & hic est qui reddit solidam partem minorem cum absumitur, & propterea fortè intelligebat Galenus solidam partem non minui, id est substantiam illam quæ dura est & solida: nam etsi minuitur ea ob consumptionem illius humoris qui gluten non est, & vinculum partes terrens, tamen quod reuera durum est, & solidum, non absumitur nec minuitur; nam solum per putredinem mortuo homine dissoluitur, igitur omnis humor qui in parte solida est, consumitur eo recepto qui glutinat partes terrenas, qui per solam putredinem perit, & cum pars alijs consumptis reperitur, non amplius minui potest. iam causæ extenuationis explicandæ sunt tantò diligentius, quanto negligentius à Galeno sparsim, & nulla Methodo traduntur: etenim in lib. de Euchimia, & Cacochemia, gracilitatis, & imbecillitatis corporis causam esse dicit sanguinis tenuitatem: in textu 2. 3. Comment. 6. Epidem. ocium extenuationis causam esse prodit. 28. eiusdem Operis corpus extenuari à magnis febribus, diuturnis morbis, à calida & sicca aeris intemperie, à vacuationibus sensibilibus, & sanguinis profluuio, largo sudore, urina superflua, vomitu, alui excretionem immoderata, inedia, uigilijs, curis, motionibus multis, delirio, in quo se iugiter ægroti attollunt, aut partem aliquam mouent, aut deliria loquuntur. Præterea, ob virium imbecillitatem, vt in decrepitis apparet, qui celerrimè ob eam causam extenuantur, tenuitatem humorum, & raritatem corporis causam esse scribit uelocis extenuationis in febribus; 36. uero Aphorismo, scribit extenuari, & contabescere corpora ob malum victum; textu 29. 3. Comment. 6. Epidem. errare eos dicit, qui corporis extenuationem à vacuatione simpliciter fieri dicunt, quando inquit nonnunquam debilitata carnosius generis facultate, & vitio sanguine in arterijs, uenis; inclusa, & ex alimenti etiam penuria, multis exercitationibus, uigilia, cogitationibus, doloribus, morbis colliquantibus, & digerentibus extenuatio fieri potest; & particularia alia multa tradit, quæ nisi in attem redigantur, confusionem patient, id quod solita methodo, ex natura rei ipsius cōmodè faciemus. Igitur, si extenuatio diminutio est corporis, quod extenuationem patitur, necesse est vnã immediatam esse causam, quod scilicet minus reponatur, quam dissoluatur; & id contingit, vel quod causæ dissoluentes uolentius fungantur suo munere, vel reponentes debilius agunt; Porto causarum quæ faciunt ad dissolutionem, quædam habent rationem efficiētis, alia materiæ, alia causæ sine qua non: efficiunt autem dissolutionem quæ euacuant sensibiliter, vel insensibiliter, dissoluitur facillimè substantia, quæ tenuis est & pauca; Causæ sine qua non, rationem obtinent, carnis, cutis, & aliarum partium mollities, & raritas: ubi enim hæc adsunt, faciliore fit dissolutio; ac sudores, vomitus, alui excretiones, sanguinis effusiones, urina copia, animi affectus, aeris intemperies calida, & sicca, uigilia, morbi calidi uel longi, dolores, & cetera quæ vim habeat euacuandi nostrū corpus, si id uolentius faciunt, illud extenuabunt; sanguinis uero tenuitas, biliosi humores qui in corpore abundant, cibi tenues, calidi, extenuationis causæ sunt, quod materiam suppedientem facilem ad dissolutionem, biliosi quoque inter omnes temperies, & uiri magis, quàm mulieres, & in ætate plus quàm

in alijs temporibus, & ij quibus cutis tenuis, & rara à natura data est, promptissimè extenuantur, quoniam ob corporis raritatem expirat interna substantia liberius, quàm conueniat. Ceterum, causæ quæ faciunt ad restitutionem substantiæ, nostræ, pertinent, vel ad efficietes, vel ad materiam, vel ad causas sine quibus non pariter vt dissoluentes; Igitur, cum attractio, retentio & concoctio, imbecillius agunt ob intemperiem partium, vel calidi influentis vitio, extenuatio fit; unde etiam, senectus, & hæc etiam ratione vigilia, cogitationes, dolores, morbi, extenuationis sunt causæ, quod robur illarum facultatum, & calidum natium vitiant; Inedia vero, vel cibi parcimonia, vel tenuitas, aut corruptio, idem faciunt; quoniam materiam non suppeditant aptam ad restitutionem; sic cibus uniformis ineptus est ad restitutionem; quoniam minus substantias nostri corporis restaurare non pòt; uaria ergo est opus alimento, vt spiritus, humores, & partes solidæ probè nutriti valeant. Obstructiones vero venarum & articularum, extenuant corpus, quia viam occludunt alimento, quod per vniuersum corpus ferri debet; ac externum frigus, quia repellit humores, extenuans fit causa; Atque hæc sufficiunt de his causis; ergo cum extenuatio contingat dissoluto vel spiritu, vel humore qui in vasis continetur, vel eo qui insitus est singulis partibus, non dubium est, quin tenuior materia vt spiritus & sanguis facilius dissoluatur, præsertim, cum in vasis continetur, difficilior vero quod viscosum & crassum, & simile iam factum est solidioribus partibus; ut ergo illa facilius absumuntur, sic promptius restitui possunt: nam causæ dissoluentes ceteteris partibus minores sunt, qui breui tempore extenuant, alijs; quæ idem præstant longiore tempore; præterea causæ quæ debent restituere, nempe partes solidæ, quibus attrahendi, & retinendi vis mada data est, breui tempore nequaquam vehementer affici potuerunt, quare citò reponere possunt, quod est consumptum; merito igitur quæ breui tempore sunt extenuata, citò sunt reficienda, quæ uero longo tempore idem sunt perpessa; longiore temporis spacio opus habent ut restituantur: quoniam à causis dissoluentibus diuturnis consumpta est non solum spirituosâ, & quæ in vasis continetur substantia, sed etiam solidior quæ in singulis partibus continetur, & quoniam hæc partes debilitata sunt, nequeunt multum & crassum alimentum quo est opus ad hanc restitutionem, elaborare; propterea Medici aberrant, qui conualescentes ex febribus diarijs vel tertianis, aut alijs leuioribus morbis, paulatim restaurant, & alios qui ex longis morbis sunt consumpti, subito incrassare nituntur, aut in his liquidioribus, in illis solidioribus alimentis vtuntur: nam tenuis substantia consumpta tenuibus alimentis, crassa vero solidioribus restituenda est, si modo similia similibus nutriti debent.

APHORISMVS VIII.

Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur: quod si non assumenti cibum hoc accidat, scire oportet quod indiget euacuatione.



Vm superiore Aphorismo docuisset Hippocrates modum renutriendi corpora extenuata, docet hoc Aphorismo cur fiat vt extenuata corpora post morbum refici corroborariq; non possint;

A duplicem dicit esse rationem, vel quod plus cibi ingeratur & appetatur quam confici possit, vel quod non appetatur, obiterque remedium vtriusque docet, si enim ex multitudine cibi id fiat, minus dandum est: si vero id fiat, quod non appetatur cibus, inappetentiæ causâ abscedenda. Est autem, inquit, humorum abundantia, quæ post morbum relicta est, quæ vacuatione tollitur: quare vacuatione opus est. Quod autem hæc sit sententia Hippocratis, tunc potissimum intelligetis, cum singulorum verborum Aphorismi interpretationem fecerimus, & ex natura rei sententiam ipsam comprobauerimus. Quid autem per assumere cibum intelligat Galenus, explicat in Commentario, ita tamen, vt ex interpretis versione intelligi non possit quid author sibi velit: neque enim qui Latine loquuntur, consueverunt vnquam dicere assumere cibum pro eo quod est cum appetitu edere, & non assumere, cum appetitu non edere: nam & agrotos assumpsisse cibum dicimus, etiam si iniuto stomacho, & cum nulla appetentiâ id fecerint: non assumpsisse autem dicimus, non eos qui ederint sine appetitu, sed qui nihil omnino ederint; quare Latinis huiusmodi loquendi modus obscuritatem, quam Galenus agnoscit in Aphorismo non aperit. In hoc etiam reprehendendus est interpres, quod Asiaticos Latine loqui faciat, qui Græca lingua solum vtabantur. Quare, cum nec Latinis nec Asiaticis conueniant verba Græca, quibus Hippocrates vtitur, Asiaticisque etiam in vfu fuisse scribit Galenus, quibus peculiariter in hac re vti solebât, adscribenda sunt hoc loco, *μη λαμβάνει τροφήν*, id est, non assumere cibum, *λαμβάνει δὲ*, assumere vero, quæ verba etsi commode per dictiones eas nostras Latinas explicantur; nostræque illorum vim exprimant, non tamen vsum docent, qui proprius erat & Ionicis & Asiaticis. Iam videamus an verum sit quod scribit Hippocr. eum qui cum appetitu edit post morbum, & non corroboratur, pluri alimentum quam opus sit vt, & solum egere cibi detractio; nam qui canina fame laborant, aut *συνειδίξτο*, plurimum quidem appetunt, nec corroborantur, remediumque huius appetentiæ non est detractio: offenduntur enim cibi paucitate, sed vacuatio malorum humorum, qui huiusmodi famem committunt, aut alia remedia quæ medeantur alijs causis huius immoderate famis; de quibus nunc sigillatim agendum non est; Item, qui in temperie ventriculi frigida laborant; multum quidem appetunt, quia tamen non concoquuntur probè quod ingeritur, extenuantur potius quam crassescant & roborentur; Atqui remedium illorum non est cibi detractio, sed intemperaturæ frigida per calida curatio. His argumentis victi nonnulli, prolixè sophisticantur vt Hippocratis sententiam defendant, quem ipsi non intelligunt: nam cum Hippocrates cibum appeti scribit, & non corroborari eos qui appetunt, non de omnibus qui appetunt, agit non enim de his qui ex morbosa causâ ita appetunt, sed de his qui à morbo omnino liberati appetunt, nulla enim causa inueniri potest alia, qua fiat vt corpus non corroboretur, quam nimia cibi abundantia; id quod ex natura rei facile intelligere licet, vel enim non corroboratur corpus debilitatum ob materiæ defectum; vel quod copia quidem adfit, non tamen in nutrimentum mutetur, non mutatur autè, vel quod imbecilla sit facultas, vel quod copia optimatur; at qui cibi parcitas hic in causa non est, cum multum assumi dicamus; non facultatum imbecillitas morbosa, cum ex suppositione hominem morbo liberatum constituamus; superest ergo ut nimia sit copia quæ grauet facultates præsertim coctricem; qua graua, alimentum assumptum in bonam qualitatem non

non mutatur; Quare nec assimilari potest; quod si non assimilatur, nec augeri, nec roborari corpus valet; estque verissima hæc pars Aphorismi, ex qua & secunda facillè intelligitur, qua dicit opus esse vacuatione si quis à morbo cibum non appetat; id quod etiam ex ijs qua superiore quodam Aphorismo de inappetentiæ causis dimonstrauimus in memoriâ reuocatis, facillè erit intelligere appetentiæ enim causas dicebamus esse suctionem qua à ventriculo fit, & suctionis sensum: non appeti autem è cõtra, vel quod non fiat vacuatio vel quod à sensu non percipiatur molestia que à suctione fit: non fit autem vacuatio que ad appetentiâ excitet, vel quod plus sit humoris in corpore quam opus sit, ita, vt externum nutrimentum non exigatur, abundante in corpore malo humore, deiciaturque etiam vis & temperies ventriculi ab in temperato humore; non enim inconueniens est totius corporis morbum sublatum esse, & ventriculum adhuc in temperatum esse: non sentitur autem affectio cum sensifica facultas propemodum emortua est, atque non ob imbecillitatem virtutis dissoluentis inappetentiâ in illis fit, cum à morbo liberati constituentur, in illis autem etsi imbecillitas maior est quam in sanis, tantum tamen roboris residet, vt moderatas quantum corporis status tunc exigit, humoris dissolutiones efficere possit; sensus præterea non ita imbecillus esse potest, cum sentiat noxam qua à suctione fit, cum id duntaxat illis accidat qui penè emortuas vires habent, quod non nisi ex magno morbo fieri potest; in quo positi non sunt, utpotè ab omni morbo iam liberati; sola ergo humoris mali abundantia que planè vinci expellitur, morbos non potuit, in causa est, cur non fiat in illis appetentiâ. Verùm, etsi id ratione victi concedamus, non tamen fortè id concedemus quod sequitur, vacuatione esse opus: nam humoris vitia non necessario vacuatione corriguntur, sed alteratione etiam emendari possunt; Cur ergo Galenus & Hippocrates scribunt vacuatione esse opus? quoniam humores qui post morbum relinquuntur, corruptione per morbos acceperunt, & extraneam qualitatem, que vacuatione citius quam alteratione emendatur; vbi enim corpus non nutritur quod nutritione maximè eget, qualia sunt corpora que à morbis extenuata resurgunt, tutum non est humorum relictorum ex morbo vitium alteratione corrigere, cum natura adhuc debilior sufficere non possit, & ad alimentum vincendum, & humorem in corpore derelictum; quo fiet, ut humor non addito & corrupto augeatur, & recidivas pariat: impura enim corpora, vt postea ostendemus, quanto plus nutriuntur, tanto magis læduntur. Quare optimè dixit Hippocrates, corpus tunc egere vacuatione, que pro natura humoris faciendâ est. Atque hæc satis de hoc Aphorismo.

APHORISMVS IX.

Corpore cum quis purgare voluerit, oportet fluida facere.



VORSVM Aphorismum hunc scribat Hippocrates non docet Galenus, nec alius ex recentioribus interpretibus, cum tamen scopus certus illi constitui possit: cum enim superiore Aphorismo dixisset corpora que non appetunt post morbum, vacuanda esse, vacuatio autem per purgationem faciendâ sit, hunc subiungit Aphorismum, quo intel-

A ligamus præter scopos primo libro explicatos, in purgatione aliquid aliud obseruandum esse, quod ad corpora ipsa que purgari debent pertinet, neque enim sufficit scire concocta esse debere, & talia qualia esse oportet, que purganda sunt: nec quod in debita quantitate, & per locum cõuenientem, & certo quodam modo purgatio faciendâ sit: sed etiam corpus ipsum ad purgationem benè præparatum esse oportet; id quod, sumpta occasione ex superiore Aphorismo docet Hippocrates; Docet igitur corpus esse præparatum si fluidum fuerit; quam sententiâ recentiores ita interpretantur, ut duo in hoc dicantur requiri: unum humoris concoctionem, alterum apertionem viarum per quas debet fieri purgatio; in quo euidenter errant: nam cum antea de concoctione egerit Hippocrates, frustra idem nunc doceret; aliam ergo præparationem requirit in humore quam concoctionem. Præterea, Galenus hic docet corpus fieri fluidum cum humor crassus extenuatur, & cum tenuis est, nihil in eo molendum esse; at concoctio, ut antea ostendimus, omnia in crassat; aliud igitur est corpus fluidum facere, aliud concoquere humores. Galenus autem dicit fieri corpus fluidum, si humores crassi extenuentur, & viscidum incidantur, & viæ aperiantur. Porro, idem author scribit in 7. Methodi, se opponere viscoso, abstergens, alibi vero passim quod viscosum est, incisione agere præcipit; at melius est utrumque coniungere: nam quod viscidum est sibi ipsi coheret, & ei quod tangit adheret, eget igitur incisione, & absterfione, atque illa discinditur continuitas que in humore est, hac vero liberatur ab eo cui adheret; at vero de crasso maior est difficultas à nullo ut puto hætenus animaduersa: nam omnes quidem crassum egere extenuatione putant, & eam fieri à calidis, & acerbis medicamentis, qualia sunt origanum, thimum, serpillum, hisopum, & similia, ut ex Galeno patet in Aphor. 24. 1. lib. libri, ubi habet se extenuare humores ante purgationem his medicamentis; Verùm, cum crassum multis modis dicatur & fiat; non potest una esse extenuationis ratio & natura; nam crassum aliquando id dicitur esse, quod magnam habet molem, & multam substantiam, quomodo dicimus lignum crassum, hominem crassum, cumulum feni uel paleæ, aut alterius rei crassum; alio modo crassum dicimus, quod est spissum, in qua significatione dicimus concoctionem omnia in crassare, pus crassum, & sputum, & urinam, & liquores omnes qui spissi sunt, & terram etiam crassam, & denique omnia que tendunt ad soliditatem, & his non conueniunt ea extenuantia que competunt crassis ex multitudine substantiæ aut copia: nam que multitudine rerum cumularum crassa sunt facta, separatione, & sparsione tenuia redduntur; ita enim paleæ uel feni cumulum crassum, tenuem reddimus; quod uero quantitate continua, & non numero rerum crassum est, diuisione sue substantiæ fit tenue, & in hoc conferunt que vim habent penetrandi, & dicuntur tenuium partium, eo quod in tenues partes quod ita est crassum, diuidere sint apta, & in hoc in externis quidem rebus crassis præstant que vim habent vulnerandi, & secandi: in humoribus uero nostris, medicamenta que tenuem illam substantiam acceperunt à natura qua penentate & diuidere sunt apta, tenuium partium dicuntur esse; & hæc tenuis substantia reperitur subiecta nunc calori, nunc frigori; vt pipet tenuium partium esse dicitur, quod calidum est & siccum: & semina communia dicta, limones, acetum, & multa alia que frigida sunt, idem præstare quod acria medicamenta creduntur; vnde Galenus in lib. 5. de Simplicibus, acida, & acria patitur extenuare scribit: sed illa cum frigore,

gore, hæc vero eum calore; Ceterum, quæ crassa sunt eo quod sint spissa, non postulant hæc extenuantia, sed pro diversitate causarum quæ suæ crassitudinis sunt auctores, unumquodque illorum vult proprium extenuans: nam quadam sunt spissa, & eo modo crassa, per solam mixtionem terrenæ substantiæ, vt humor melancholicus naturalis, qui ex terrena portione alimenti in generatione sanguinis conficitur: alia vero sunt spissa per assationem adustionemque in qua tenuiores portiones, aquea, inquam, & ærea digeritur & consumitur: & quod in illis erat terrenum tandem relinquuntur: eoque modo ex pallida bile quæ tenuis est, per assationem, tandem fit bilis atra crassa: & mel per elixationem & concoctionem, pusq; & urinæ crassa redduntur; alia vero sunt crassa per concretionem, vt lutum, glacies, & pituita, quæ in frigidis corporibus & in hyeme atq; in ocio procreantur; alia demum sunt crassa partim ex assatione partim ex viscosa materia, qualis est pituita quæ dentibus adheret in febribus ardentibus; quod si ita est, plura erunt in hoc quoque genere, crassi extenuantia: nam quod crassum est ex sola mixtione terrenæ substantiæ, tenue fit solum per mixtionem æreæ & aqueæ substantiæ, quo pacto terra mixtione aquæ & aeris humidis, liquida & tenuis efficitur; quod si quis calefacientia & exsiccantia adhiberet, crassitiem utique augetet; quapropter euidentissime errant Medici qui thimo, epithimo, serpillio, hisopo, & alijs acris medicamentis vtuntur, cum humor melancholicus in corpore nocet; est enim tunc opus vt iusculis pinguis, vino tenui, & alio victu humectante; quod si Gal. in cura quartanæ adhibet piper, non pp melancholicum humorem id facit, sed quia pituita est in illis abundare solet in ventriculo & primis venis; atra vero bilis quæ facta est crassa per assationem, extenuari debet per refrigerantia & humectantia: quoniã pugnandum est aduersus id quod factum est crassum, & id quod pergit facere, illud est terrenum, hoc vero calidum; at pituita quæ ex frigore concreta est & crassa, calefacientibus extenuanda & ea pro maiore aut minore frigiditate quæ in pituita est, adhibenda sunt: nam dulcia quæ moderatè calida sunt, fundere & liquare possunt pituitam leuiter concretam: Actibus vero medicamentis est opus, vbi vehementior est in pituita frigiditas; quare ad sputum pituitæ crassæ nõ semper vinum dulce, sed generosius etiam, ut Græcum, Maluaticumque adhibendum est. Iam vero si pituita quæ viscida est, per assationem crassescat, erit opus refrigerante, humectante, & incidente, atque abstergente auxilio, quod præstabit aqua frigida cum aceto & melle, vel zæcharo commixta. His itaque ita distinctis, Medicus intelligere poterit à quibus petenda sint remedia extenuantia, cum extenuandi erunt humores crassi, nec quicquid à nostris autoribus extenuare dicitur, assumet ad singula extenuanda; fluidum ergo fiet corpus, cum illud purgare voluerimus extenuando, abstergendo, & incidendo humores pro vitio quod in humore erit: nam aliquando sola extenuatione est opus, aliquando incisione & absterfione: aliquando vero omnibus modis pugnandum; At via aperiuntur eo remoto quod eas claudit & obstruit; id quod faciunt aliquando humores sua copia, aliquando crassitie, aliquando visciditate: ac cum clauduntur his duobus postremis modis, non est opus peculiari aliquo auxilio: nam quæ pugnant aduersus crassos & tenaces humores, vias pariter expediunt; vbi vero ex multitudine humorum, viarum sit oclusio, adhibenda sunt quæ consumere possint: id quod faciunt euacuantia sensibilibus, vel insensibilibus, vt sanguinis missio, inedia, & reliqua quæ æqualiter euacuare possunt: nam quæ penetrando mi-

nuunt quantitatem rei in copia humorum nostri corporis, vias aperire non possunt, quoniam medicamenta cum humoribus confunduntur & obruuntur, nec possunt penetrare ad loca obstructa: quare rectè à maioribus nostris institutum est, vt quando purgatione vtendum est prius sanguinem mittamus, deinde purgationem adhibeamus; Iam, si corpus fluidum ita factum fuerit, optima & facilis vtique fiet purgatio; id quod ostendit Galenus ex incommodis quæ contingere solent cum purgatio fit, & corpora non sunt fluida: nascuntur enim tormina generatis flatibus ex commotione crassi & viscosi humoris, qui sequi nequit vim attrahentis medicamenti: & aliquibus accidunt vertigines à surgentibus vaporibus ex ea commotione ad cerebrum: alijs, inquit, fit fastidium multum, quod oritur affecto ore ventriculi, vel ex flatibus, vel commotis & attractis ad eam partem humoribus; alijs sunt etiam mali pulsus, vel per consensum cum ore ventriculi affecto corde & arterijs, vel repletis arterijs ipsis ob colliuationem & agitationem vaporibus & humoribus; alia denique sunt symptomata in alijs pro cuiusque natura, quæ aptior est ad vnum quam ad aliud patiendum; idem est licet probare ex modo quo fit purgatio, fit. n. illa cum medicamentum attrahit ad ventriculum & intestina, humores ab alijs partibus; facilis autem attractio fieri non potest, si via non patebunt, & humor facile sequi non poterit attractionem medicamenti; quod autem tenue est & viscositate priuatum, facile trahitur. Nec recipienda est recentiorum opinio, qui putant tenues humores ante purgationem esse increassandos. id enim & Galeno & modo qui fit in purgatione per attractionem repugnat est quidem communis hæc præparatio oibus, peculiarem vero desiderant quædam purgantia vt helleborus humectationem, vt in frequentibus docebit author; illud quoque explodendum est à nostris scholis, quod aiunt purgantia quædam purgare leniendo, & in his nõ esse opus extenuatione humorum, & in eo genere ponunt Cassiam & Mannam: nam quæ aluum deiciunt solum, & excrementa alimenti deponunt ab intestinis, illa profecto leniendo possunt munus suum obire; sic enim oleum & iusculum pingua aluum subducunt; at quæ humores educunt à venis, aut à substantia etiam ventriculi, illa non nisi attrahendo purgare possunt: etsi interim attractio reperitur in medicamentis humidis, vel siccis, vel calidis, vel frigidis: nam attractio quæ est in medicamentis, non nascitur ex qualitatibus euidentibus, sed ex forma, quam Galenus nominat totam substantiam, cum à nomine formæ superstitiosius abhorreret, vel quod parum in Philosophia esset verisatus, dum omnia nunc tribuit temperamento, nunc vero victus ex euentu rerum præter temperamentum, totam quædam suam substantiam imaginatur sed siue leniendo, siue abluendo, quod faciunt aquæ medicamentosa, siue attrahendo, vel expellendo fiat purgatio, semper proderit præmittere extenuantia & incidentia, viasque aperiencia.

APHORISMVS X.

*Non pro corpora quanto plus nutries,
tanto magis lædes.*



He Aphorismus ut bene admonuit Galenus sequi debet eum quo scripsit Hippocrates. Aphor. 8. huius libri. Si quis à morbo cibum assumens, & c. est enim ratio vltimæ partis illius Aphorif. quod enim

enim qui à morbo refurgunt, non appetant cibum, nec corroborentur, egeantque vacatione, causa est quod corpus habeant impurū impura aut corpora quā plus nutries tanto magis lædes; egent igitur euacuatione. Post quem Aphorismum locum habet is qui nunc præcedit: si enim ratio vincat vacatione esse vtendum & purgatione, tunc admonendus est qui purgationem facit, vt corpus bene fluidum faciat. Iam Aphorismi sententia explicanda est, videndumque quomodo fiat vt corpora impura lædantur copiosiore cibo, id enim & Galeno & rationi repugnat videtur: etenim, Gal. in eo Aphorismo quo scribit Hippocr. lib. primo Aphor. 17. Et quibus semel aut bis &c. ait eos qui ex corruptione humorum laborant, plurimo cibo egere, nec aliter corruptionem emendari posse. Item, 11. Methodi humorum corruptionem non aliter emendari posse scribit quam si multo cibo acrimoniam mitigauerimus, & in locum corruptorum humorū bonos suffecerimus; Auicenna præterea cap. de eo quod comeditur & bibitur, inquit: Sæpè conuenit ei in cuius corpore humores corrupti abundant, vt rem bonam largiter comedat: ratio enim id videtur suadere; quomodo enim corruptionem emedaueris nisi boni nutrimenti affluxu, quod temperet & retundat eam quæ est in corpore acrimoniam, & reponat bonum sanguinem in locum corrupti: vnde videmus, eos qui bile multa abundant, etiam si frigidiore cibo vtantur, plus tamen offendi à parsimonia, quam à cibi copia. Recentiores hos locos conciliare nituntur aiunt enim, corpora impura duplicia esse, Cacochyma, & Plethorica, & nutritionem item duplicem esse, aliam enim purè resumptiuam, aliam vero & resumptiuam & alteratiuam, aiuntque corpora impura ex Plethorica dispositione, esse nutrienda nutritione purè resumptiuam, nutrienda tamen esse, cum alioqui in Cacochymiam incidere; corpora autem Cacochyma; si regulariter cibari possint, cibanda esse cibis non purè resumptiuis, sed alterantibus, quum vero res cogit nutrienda esse nutrimento planè resumptiuo; Quæ in se primò errant quod corpora Plethorica impura vocet: quomodo enim impura sunt quæ nullam corruptionem habent, sed optimos & puros omnes humores? Præterea, cum Galenus Aphorismū hunc subiungat ei qui agit de euacuatione faciendâ in corporibus quæ à morbo liberata sunt, illa autem Plethorica esse non possint consumpta per morbos multitudinem, purgatio neque ppea egeant, profecto Plethorici non erunt, siquidem Plethorix purgatio non debetur, sed remedium quod multitudinem equaliter educat. Quod item de duplici nutrimento adferunt, aliud esse scilicet quod solum nutrit, aliud quod & nutrit, & alterat, & illud non conuenire Plethoricis, nisi pauca quantitate exhibitum, Cacochinis autē nullo modo, sed id, quod & nutrit & alterat: nodum non soluit, primo quod Hippocrates distinctione huiusmodi non vtatur, qualitatēque nutrimenti supponat idoneam affectui: temerè enim alioqui quantitatem damnaret, si qualitas dampnanda esset, & Galenus cum eos copiose cibandos esse dicit, qui corruptione humorum laborant, absurda omnino præciperet, nisi vellet cibos præditos esse ea qualitate, quæ dispositioni aduersentur, tantum enim abest vt copia p̄t male qualitati mixta, vt magis etiam quam paucus cibus noceat; at nos putamus verum esse præceptum quo scribit Hippoc. Corpora impura quanto plus nutries, tanto magis lædes, etiam si nutrimentum eam habeat qualitatem quæ idonea sit, verumque præterea esse, corpora quæ corruptione laborant, plurimo nutrimento egere, aliud enim est corpus impurum, aliud quod corruptis hu-

moribus abundat; corruptis enim humoribus abundare dicitur, quod sanguinem corruptum habet; Impurum autē quod vitiosos habet humores in ventriculo, vt satis ex Gal. Comm. intelligere possumus, vbi ait, hoc præcipuè fit, quando ventriculus quibusdam humoribus malis plenus extiterit, eos enim quanto plus nutries, tanto magis lædes; cuiuscumque enim generis fuerint cibi, si multitudo accreuerit, de male affecto ventriculo non bene coquentur sed corruptentur, & in sibi similem affectionem degenerabunt, atque ita ad hepar delati, reliquos humores corruptent: in alijs vero non par est ratio: si enim bene in ventriculo cibi concocti fuerint, vitiosos humores qui in corpore cōtinentur temperabunt, & mixtione sua meliores reddent; Aut si impura intelligemus in quibus corruptio tanta est, quæ omne alimentum adueniens corrumpat, tunc erit parce nutriendum, & alijs remedijs purgandum, vt alteratione & vacuatione potissimum vitium corrigatur, nec aliter putamus loca illa concordari posse. Atque satis de hoc Aphorismo iam dictum sit.

APHORISMVS XI.

Facilius est impleri potu quam cibus.

Rasentis Aphorismi scopum explicat Galenus: cum enim dixisset antea Hippocrates, impura corpora non esse nutrienda antequam purgata fuerint, & pura reddita, & posteaquam pura reddita sunt, nutrienda sunt, re nutritione autem egent alia facili & cita, alia tardiore & solidiore, ut antea ostendit, cum doceret corpora quæ cito extenuantur, cito reficienda esse, alia autem tardius, quæ tardius extenuantur; quapropter, docet Hippocrates materiam quæ faciliè & difficilè nutrire potest corpus, potu inquam facili, cibo vero difficiliter corpora nutrirī; quibus addit Galenus odores, & illis tribuit in facili nutritione primum locum. Quam sententiam tunc intelligemus, cum nouerimus quid cibi & potus, facilisque repletionis nomine significare velit author: nam de his controuersia est inter interpretes; Etenim Montanus potum interpretatur nõ qualecumque humidum, sed quod habet aliquam consistentiam, qualis est ptisana, alica, & vinum crassū; vinum autem quod non est crassum rejicit, quoniã, inquit, non nutrit. Cuius opinio est refellenda: nam Galenus omne vinum nutrire vult, vt patet ex Comment. etsi interpret male vertit verbum *hæret* minime: nam duo illud significat, (vt Galenus in quodā loco in libris Epidemion notauit) minimum, in quâ, & minime; & hic debet intelligi minimum: nam verba hoc ostendunt; (quæ vero crassa sunt & colore rubea, plus alimenti habent quam reliqua vina) tanquam velit omne vinum nutrire plus vel minus; & quis de hoc dubitat, quod experientia ipsa in omnibus testatur? quis enim non sentit ex cuiuscumque vini potu se refici & roborari? Præterea, si odor nutrit (vt postea ostendemus) quis dubitabit vinum nutrire, quod longe crassius est odore? est enim odor vapor, vinum vero liquor. Postremò, vinum compositum est ex quattuor elementis, merito ergo nutrire est aptum: qua ratione etiam non negauerim aquam alio modo nutrire, quoniam illa simplex nõ est, sed aliquo modo composita. Alij vero sunt, qui definiunt potum quod plurimum nutrit, & sine modificatione deuorari potest, cuius generis illis non solum est vinum, sed etiam oua forbilia, & caro contusa: aiunt enim, non posse faciliè repleti corpora, nisi nutri-

nutrimentum citò mutetur, & plurimū nutriat; in quo manifestè errant: nam quod plurimum nutrit, illud necessariò crassum est & viscosum, quemadmodum Galenus in 7. Methodi ostendit, ubi de carne suilla agit, quæ difficilè mutari potest, & tardius necessariò nutrit; videturque huic errori dedisse occasionem verbum, repleti, quasi Hippocrates vellet corpora augeri nutrimento, cum hic repleti & nutriti idem sit: estq; Problema quod proponitur, an citius nutriat potus, quam cibus, non autè an plus, vel minus, cum certissimū sit, cibos solidiores plus nutrire potu; id quod ostendit Galenus auctoritate Hippocratis quam citat ex libro de alimentis, ubi ait: Quicumque indigentatissima adiectione, humidum alimentum ad recuperandas vires optimum est, ubi autem adhuc citius, per odoratum corpus reficiendum est. Ex quo satis ostendit, se de faciliore, id est de nutritione quæ citius fit agere; non de ea in qua plurima fit nutritio, quando quidem odora menta, (vt omnes notherunt) minimum nutriunt. Idem Gal. in Comment. his verbis satis ostendit: nam si, inquit, ita non nutriunt humida & potus, sicut solidiora, sperant tamen nutriendi celeritate. Præterea, contrarium sæpè fiet, si quis enim bubulam aut suillam carnem ita contundat, & humidis misceat, vt sine masticatione potus modo assumi possit, non facilius vtique nutrit huiusmodi caro hoc modo ebibita, quam pulli gallinacei caro masticata; quis est præterea qui ex cibo bene contrito dentibus & deuorato, mixtoq; postea in ventriculo cum vino, alijsque liquoribus, non dicat corpus tam faciliè nutrir, quam ex eadem carne vt eumque contusa, & in potus modum ebibita? per potum ergò hic intelligimus ea quæ propriè pro potu vsurpamus, quæ scilicet sua pte natura nunquam mandari possunt, nutriunt tamen nostrum corpus, vt vinum & iuscula; quod satis Galen. ostendit in Comment. ubi nullius alterius mentione facta, potum, vinum interpretatur; Sic Plato in Hipparcho, humidum corporis alimentum potum vocat, cibum vero sicum alimentum; oportet autem intelligere humidum alimentum non solum quod actu, sed etiam quod potentia est humidum, & id est quod minimum habet terrenæ & sicæ substantiæ in se commixtum: nam alimentum ex eo quod in eo est potentia dum assumitur potissimum dicitur. Nunc videndum, quomodo fiat vt humidum citius nutrire possit quam solidior materia: si enim nutritio vel per assimilationem fit, vel ipsa est assimilatio, similitudo autem partibus corporis cum solido nutrimento maior est, quam cum humido, videbitur solidius nutrimentum citius nutrire posse quam humidum; inter similia enim facilius est transitus, citiusque mutationes fiunt, & solida solidis similia, crassa crassis, & humida humidis; partes autem nostri corporis quæ nutriuntur sunt illæ quæ viuunt, hæ autem crassæ sunt: cibo ergò citius refici videntur. Huic argumento quidam respondere non possunt, vt Braslauolus, sed solum ostendere conatur quod fit; Alij autem negant argumentum hoc procedere: similius est nutrimentum, ergo facilius assimilatur: Nam sanguis, aiunt, qui in venis est, similior est corporis partibus quam pulli gallinacei caro, si tamen incisa vena extrahatur, & iterum in corpus sumatur, tardius nutrit, quam pulli caro: propterea quod ventriculi coctionem semel aufugit, ita, vt difficilius ventriculus eum concoquat & tardius; difficilè autem & tardam ventriculi coctionem sequetur tarda & difficilis nutritio, & aliarum partium concoctio. Non ergo ex similitudine velocioris nutritionis rationem petendam esse voluit, sed ex facili coctione, & distributione; quia enim (aiunt)

A facilius coquitur, quod tenue est, & citius distribuitur, ideo facilius tenuiora crassis nutriunt. Sed illam hanc non intelligunt: nam similitudo quæ requiritur in nutrimentis antequam concoquantur, est potentia & non actu; nec fit vt ea quæ actu sunt alba, facilius coquantur à ventriculo quam quæ nigra sunt si modo subsit substantia nigris, quæ post mutationem similitudo remaneat; nec sanguis quidem qui in venis est, ventriculo potentia similitudo est, quam externus cibus; nam vt Galenus docet in 3. lib. de Naturalibus facultat. Ventriculus posteaquam ex cibo conuerso in Chylum abundè saturatus est, quod ex eo superest, rejicit tanquam excrementum, nec ex eo postea nutrimentum appetit, nisi externo alimento destitutus, & merito quidem: nam quid rursus appetet suum excrementum? quod. n. appetit appetit vt retineat, & retinet vt alteret, concoquat & assimilet; at si iam semel assimilauit, non amplius habet quod in eo agat: igitur quia sanguis accepit alterationem quandam à ventriculo, non potest amplius ab eo appeti à quo ille est extractus; id ergo quod facilius appetitur, facilius quoque retinetur, & concoquitur, distribuitur & nutrit: nam hæc se inuicem sequuntur similitudo, appetitus, attractio, retentio, concoctio; verù inter illa quæ æquè similia sunt, tenuiora & calidiora præptius attrahuntur, retinentur, concoquantur & assimilantur. Nec valet quod dicitur, partes nostras esse crassas & propterea crassis tãquam similibus facilius nutriti: nam etsi crassæ & solidæ sint partes quod plus terrenæ substantiæ habeant quam aliorum Elementorum, est tamen in illis aërea & humida substantia, quæ restaurationem postulat, & illi similitudo est potus, quam cibus. Præterea, crassities quæ requiritur à nutritione solidarum partium, non debet esse actu in rebus, sed per concoctionem acquiritur ex re quidem quæ potest crassescere, & in vino & potu aliquid est tale; etsi in cibo longè maior sit hæc substantia: nam Galenus vult proximum nutrimentum esse simile, rori & illud postea spargi per membra, & illis tandem agglutinari & assimilari. Hæc ergo ostendunt potum facilius nutrire, sed minus cibo, quia minus habet utilis & solidæ substantiæ; ea enim plurimum alere dicuntur, quæ utilis & crassæ & viscosæ substantiæ plurimum simul in se habent, vt Gal. in 7. Methodi docet. Sed de odore quem Galenus addit inter illa quæ nutriunt & primum locum ei tribuit, in prompta & facili nutritione dubitatio est: quoniam Aristoteles in libro de Sensibili, negat odores posse nutrire, his rationibus. Primo, quod oporteat cibum esse compositum, quoniam ea quæ nutriuntur simplicia non sunt. Præterea, quod oporteat ex concoctione cibi excrementa quædam resultare aut intra, aut extra, vt in plantis accidit. Deinde, quod illa quæ alere possunt, debeant corpulenta fieri. Addit, id quod nutrimentum est futurum, recipi oportere in instrumentis destinatis à natura ad nutritionem, in Ventriculum scilicet, Hepar & Venas: odorem autem recipi solo in capite. Quapropter ad finem c. 7. lib. de sensu, & sensili, colligit odores non nutrire, conferre tamè ad sanitatem, nempe, ad temperiem cerebri, quod & nonnulli Aristotelici interpretantur ad confortationem. Verum, illorum rationes nullius sunt momenti: nam odor qui assurgit cum vapore, semper à corporibus compositis & non simplicibus compositus est, & ex eo post nutritionem aliquid necessario resultat excrementosum, sed illud ob tenuitatem sensum nostrum fugit, multo magis quam vapor, quem Galenus ponit esse excrementum tertie concoctionis & ex solidiore etiam alimento gigni. Corpulentum oportet esse alimentum quod restituit id quod est solidum

& terrenum in partibus; at quod restaurat partem A
aerem, vaporosum & aereū esse necesse est; Natura quidem destinavit instrumenta ad concoctionem cibi & potionis, quoniam illa maiorem elaborationem desiderant: at vaporosum nutrimentum non habet opus illis instrumentis, cū à minimo quoque calore mutatio in eo fieri possit; quod vero non solum alterent, & (vt aiunt illi,) confortent odores, inditio illud est, quod illi qui ex euacuatione sunt exhausti & debilitati, praesertim ex cogitationibus, & alijs passionibus cerebri, odoribus citissime reficiatur, quod non fieret nisi adderetur aliqua substantia: nam euacuatō remedium non capit nisi à replentibus, replent autem solum quae nutriunt. Docet idem experientia: nam si Syncope laboranti alicui odores admoueas, hominem saepe restitues, id quod in leuiores malis vt in dissolutione corporis ex labore, cogitationibus, euidentius apparet. Referunt praeterea Historiae, Democritum solum mellis odoratu diu vixisse; quare dubium non est odores nutrire, etsi debilitati id faciunt, restituere enim possunt solum spirituosam substantiam quae est in cerebro, potus vero restaurat humidam & aqueam, cibis retream & solidiorem. Verum ex hoc possumus etiam omnes substantias reparare: nam in cibo omni aliquid etiam est aerium, & aqueum, & igneum, plus vel minus pro cibi natura; quo fit, vt ex solo potu vel odore nullus nutrirī possit, ex cibis vero possint aliqui, quibus pituita corpus satis humectare potest; quae etsi aliquando fiunt, tamen experientia docet; cibo, potu, & odoribus opus esse ad perfectam nutritionem; & aliquando cibo magis est opus, quam alijs, & eo quidem crassiore, aut tenuiore, pro ratione dissipationis factae in corpore: nam vbi aerea portio maximè dissoluta est aliq̄ vero minimè, odorum tunc maximus est visus praesertim si in cerebro facta est spirituum consumptio; vbi vero humor aqueus est consumptus, tunc potionem maximè requirimus; cibum autem quando solidior substantia passa est dissolutionem, quod si causae dissoluentes potentes & diuturnae fuerint, ita, vt id quod solidius est in corporibus etiam inuaserint, tunc solidissimum & actu etiam siccissimum alimentum expetimus, quomodo videmus rusticos, muliones, & alios qui laboriosam degunt vitam, oriza, caeco veteri & carni fuilla, gaudere, & illis optimè nutrirī, ex delicatioribus vero cibis minimè, calor enim qui in illis est plurimus, & qui contingit solidiori substantiae dissipatio, cibis liquidioribus & tenuioribus satis restaurari nequit; sed crassus est opus, vt similia similibus, nutriantur. Quare arguendi sunt Medici, qui in Hecticis & longioribus morbis, vbi exhausta est solida substantia, cibis vtuntur tenuioribus, & illis quidem liquidioribus, contra rationem nutritionis, & Gal. auctoritatem qui 7. Meth. pedes fuillos & auriculas & alicam illis adhibet, Merito ergo scribit Hippoc. Corpora facilius nutrirī potu quā cibo id est promptius & citius: & Galenus promptissimam nutritionem eam dicit esse, quae fit ex odoribus, & hanc sequi illam, quae fit ex potu, tardissimam vero esse quae contingit ex cibo, etsi haec plurima est: nam quod tenuius est, suapte natura facilius alteratur, concoquitur & assimilatur, quod vero crassum est, difficilius patitur, quare tardius est nutrit. Verum, plurimum alit; intelligere autem debemus plurimum alere illa, quae solidam substantiam restituunt, nam quae aerea & aquea plurimam reponunt, non dicuntur à Gal. simpliciter plurimum nutrire, vt satis patet ex his quae ille enumerat in lib. de Alimentis, & passim alibi plurimum alere affirmat.

APHORISMVS XII.

Quae relinquuntur in morbis post iudicium, recidivas facere consueverunt.

Hunc Aphorismum praecedentibus coniungit Galenus, non quidem proximo, sed ei quo scribit: Si quis à morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus vti significatur, dicit enim illic, 8. Aphor. huius lib. corpus egerit euacuatione, si quis non assumens cibum non corroboratur; quod autem vactione sit opus, ratio est, quoniam quae in morbis relinquuntur, recidivas facere consueverunt. Nunc explicandae sunt Aphorismi dictiones, ex quibus sententia authoris intelligitur; Galen. & alij interpretes intelligunt per ea quae relinquuntur in morbis malos humores; nam Montanus, inquit, Symptomata non relinquuntur, in quo manifestè errat, nam relinquitur fragilitas, debilitas, inappetentia, alius astricta, & alia alijs conualescentibus accidentia, vt Galenus in 3. Artis Medicinalis docet.

Quod autem humor qui relinquitur non sit solus, nec praecipua causa quae recidivas faciat, sic ostendit: nam Galenus vult eas reliquias necessario tempore putrescere, & febrem accendere, quoniam inquit, omnis humor alienus à natura corporis in quo continetur, cum aptus non sit ad eius nutritionem, & derelictus, necessario ad putredinem conuertatur, praesertim, quod in loco sit calido; primo enim non probo quod ad solas febres, recidivas referat: nam etiam alij morbi, vt vlcera, & morbi ex fluxionibus, recidivas patiuntur; deinde, necessarium non est reliquias humorum post Crisim putrescere: nam libera to corpore ab obstructionibus, & extincto febrili calore, non relinquitur occasio putredini in humore iam putrefacto, & veluti in cinerem redacto, talem enim vult Galen. in libro de differentijs febrium esse humorem qui in venis relinquitur post febrē, & putredinem; deinde, videmus multos ex febribus putridis absque ulla purgatione & insigni euacuatione liberari, & paulatim ex commoda concoctione ad

pristinam sanitatem redire; quod si non ua putredo fit, ea quidem non sit in humore derelicto post Crisim, ille enim qui semel putredine est expertus, rursus putrescere non potest: sed qui de nouo genitus est; quare ille recidivas non facit. Adde quod omnes conualescentes recidivas paterentur: nam omnibus aliquando relinquitur mali humoris. Quod si natura antequam Crisim faceret, totam humoris quantitatem alterare vinceret; poterit, & in ipsa Crisim maiorem portionem expellere, cur reliquias, nisi mala adhibeatur nutritio, postea non temperabit & superabit? nam antea ex Galeno docuimus, eos, qui corruptos habent humores, cibi mixtione temperari & iuari non quod negari velim malos humores vim aliq̄ non habere ad recidivas excitandas, praesertim in corporibus, intemperatis, sed praecipua non est causa; est autem praecipua quae sumitur ex mala dispositione quae relinquitur per morbos; id quod probo primum ex tex. 19. 2. Commentarij 6. Epid. vbi Gal. citans hunc Aphorismum, bifariam aliquid post Crisim relinqui scribit, vno modo humoris partem qui morbum committebat, altero autem morbosam dispositionem, & haec profecto maiorem vim habet: nam vt priorem morbum genere potuit, ita recidivas parere valet, humores relictos in corpore corrumpendo, & cibum etiam in morbosam causam & alterationem sibi similem mutando

tando & alterando, id quod in febribus repertibus per circuitum maxime apparet: etenim, circuitus caufae (teste Galeno in lib. de differentijs februm) est dispositio morbosa, quae nouum humorem procreauit, non humor ipse, qui in priore accessione totus expirare solet, alioqui febris ad integritatem non perueniret. Intelligamus ergo per ea quae relinquuntur in morbis, in aliquibus reliquias humorum, ubi illae multae sunt, in alijs vero solam morbosam dispositionem, in alijs autem vtrumque. Ceterum, dispositio quae recidias facere solet, ea est potissimum quae malignitatis aliquid habet: nam aliae quae a solis qualitatibus pendent, non solent id facere; propterea videmus vlcera maligna in quibus nec calorem, nec frigus, nec humiditatem, nec siccitatem damnare possumus, posteaquam cicatrice sunt reata, saepius recrudescere ob malignam dispositionem, quae ex liuore, nigricieque, relicta in parte apparet; unde, recidias potissimum fiunt in morbis, quos atra bilis committit, vt in quartanis, scabie, & vlceribus malignis apparet. Porto Crisim intelligit Galenus non solum veram Crisim, sed omnium morborum sanationem, & rectius quidem: nam non solum morbi qui per Crisim iudicati sunt, sed etiam (vt diximus,) vlcera & multi alij morbi recidias patiuntur; accidunt sane recidias in morbis post Crisim, sed non omnem: nam post Crisim perfectam, nihil solet relinqui, & post imperfectam morbus adhuc manet; hic autem agit de his qui a morbis sunt liberati; illa autem potissimum solet relinquere recidias causas, quae est in fida, quae scilicet in diebus Decretorijs fit, & non est bene iudicata in contemplatorijs diebus, tales enim Crises malignitatem morbi ostendunt. Dixit autem Hippocrates, recidias facere consueuerunt, quasi hoc necessarium non sit recidias semper fieri, ubi mali humores, vel dispositio morbosa relinquuntur: nam diligentia & cura prudentes Medici & aegroti possunt his malis mederi, nulla sequente recidua.

APHORISMVS XIII.

Quibuscumque Crisis, id est, indicatio fit, his nox grauis ante accessionem; quae vero subsequitur, magna ex parte leuior esse solet.

SI hic Aphorismus intelligatur, vt Galenus & alij Doctores Galenum in hoc Commento sequuti, interpretati sunt, de Crisi proprie dicta, ridicula vtique, vel certo nullius momenti apparebit esse Hippocr. sententia: quae etiam ex ipsa dictione ostendit interpretationem illorum constare non posse; quid enim vulgariius est, quam dicere, noctem eam, quae Crisim praecedit, grauiorem esse solere in ijs qui liberantur a morbis, ea nocte, quae Crisim subsequitur? perinde enim est, ac si quis diceret, eo tempore grauius afficiuntur homines, in quo omnia symptomata augentur, & contingit maxima turbatio ex pugna naturae, & causarum morbi, eo autem tempore leuius nos habere, quo vel plane liberati sumus a morbis, aut certe omnia quae morbosa sunt cofracta iam sunt & diminuta. Praeterea, (teste Galeno circa finem primi lib. ad Glaucon) eadem est ratio de die his, qui Crises habent nocturno tempore, quae dicit Hippocr. contingere illis, qui interdum Crisim expectant: nam dies qui praecedit Crisim, grauior eo est, qui Crisim subsequitur; & rationes quae afferuntur, ex turbatione somni & ex tenebris noctis, nullius sunt momenti: nam omnes aegri non debent nocturno tempore dormire, sed quibus concessum

A est ob accessionum absentiam, nec illi possunt, qui grauius eo tempore infestantur, ac qui interdum plurimum dormierunt, somno non egent nocturno; aux certe non laeduntur, si tunc plurimum vigilauerint. Igitur cum eadem sit ratio de die, quae est de nocte, cum Crisis expectatur, Hippocr. autem noctem non ter fieri grauiorem, constat interpretationem aliorum non respondere dictioni auctoris. Praeterea, scribit Hippocr. noctem, quae praecedit accessionem, & non quae praecedit Crisim, grauiorem esse solere, & illam, quae subsequitur accessionem, leuiorem vt plurimum esse. Nec dicendum quidem est, illum vsurpasse accessionem pro Crisi, quoniam Crises in accessionibus fiunt: nam si Crisim intelligeret, non poterat accessionem nominare, quoniam Crises solum sunt acutissimorum morborum, qui sunt cum febribus continujs, cum nulla accessione, aut non euidenti. Postremo, si intelligeret Crises, quae bonae sunt, frustra adderet magna ex parte sequentem noctem leuiorem esse: nam absolute illud uerum est, hominem tunc melius habere, quando ex perfectis Crisibus plane est liberatus, aut ex imperfectis fracta est morbi vis. His itaque rationibus, interpretationem, quam habet Galenus in Comment. recipere non possum, sed eam probio quam habet in lib. 6. de Morb. vulgar. Comment. 2. tex. 22. ubi ita ad verbum scribit: In libris sane Aphorismorum priuatim de febribus Tritaphyes quae vocantur, mentione Hippocratis faciens, absolute dixit: Quibuscumque iudicatio fit, his nox molesta, quae ante accessionem, subsequens autem tolerabilior plerumque. Iudicationem vero aliqui eam intellexerunt, a qua repentina quaedam, & grauis mutatio fit, aliqui simpliciter accessionem intelligi voluerunt; in omnibus autem ferè tertio quoque die exacerbatis febribus praeter exquisitas tertianas nox ante accessionem reuera molesta esse solet; quod si & in exactis tertianis id nonnunquam eueniat, iudicationem sequenti die futuram portendit, potissimumque si & reliqua futurae iudicationis indicia consentiant. Quibus verbis ostendit Hippocratem hic de Crisi proprie dicta non agere, sed de accessione: nam in lib. de Cris. antiquos Crisim pro accessione vsurpasse meminit, & de accessione quidem februm, quae tertianae naturam referunt, illae enim omnes interdum inuadunt; quare quales sint noctes docere potest Hippocr. & propterea de noctibus peculiariter mentionem facit; nec eadem potest esse ratio diei, & noctis, vt in proprijs, Crisibus contingit; mirum autem videri potest, quod nox, quae praecedit accessionem, grauior sit nocte, quae subsequitur, in qua solent adhuc accessiones diei peruenire, & cum vires debilitatae sint ex accessione, rationi videretur esse consonum, vt nox subsequens grauior redderetur, quam praecedens, quae profus libera erat ab accessione, & vires confirmatae: tamen aliter fieri contingit, & id docet experientia: obseruauimus enim omnes, qui vel intermittentibus, vel continujs tertianis laborant, difficilius habere nocteis, quae praecedunt accessiones, alijs quae subsequuntur, quod in quartanis, & quotidianis non accidit; cuius rei hanc puto esse rationem, quod humor biliosus, qui igneus est, etiam ante putredinem emitat fumos, qui agitant corpus, & inquietudinis, molestiaeque sunt causa; ubi vero accessio aduenit, & putredo fit, hic humor, qui tenuis est, consumitur, & perfecte expirat; quare sequens nox, quae excipit hominem liberatum ab accessione, aut certe iam declinante ipsa accessione, debilitatum hominem, somno, & quiete recreat; quae ego his diebus quibus tertiana laboraui, quod multas nocteis rumores, qui in hac ciuitate

rint, sum expertus, & nisi Sérenissimus Princeps noster Emmanuel Philibertus anno futuro, qui erit finis millesimi quingentesimi sexagesimi tertij Academiæ nostram Taurinum transferat, aut in alium commodiorem locum, vix mihi polliceri possum longiorem vitam, tantum mihi obest cruditas, & vigiliæ. Hæc ergo optima ratione accidunt in tertianis: aliarum vero febrium materia cum sit crassa, & frigida, non commouetur ante putredinem, & propterea noctes præcedentes accessionem leuiiores sunt, alia vero grauiiores, quoniam accessiones protenduntur in illas, nec materia huiusmodi liberè expirare potest. Sententia ergo & lectio huius Aphor. talis esse debet: quibuscumque sunt febres, tertianæ naturam referentes, illis noctes, quæ præcedunt accessionem, grauiiores esse solent, quæ vero subsequuntur, magna ex parte leuiiores fiunt, non nisi semper, quoniam contingit aliquos ex illis mori, & tunc accessiones magis grauiat, quàm naturam magis opprimunt. Huic igitur interpretationi consentit Gal. eo loco, & natura illarum febrium experientia, & Aphorismi dictio minore violentia ad eas febris trahitur, quàm ad Crisim.

APHORISMVS XIII.

In profluuijs alui mutationes excrementorum inuuant, nisi ad mala mutatio fiat.

EXplanatio Gal. etiã in hoc Aphor. mihi non placet: nam per mutationes excrementorum, intelligit multiplices & varias illorum formas, & illas magis iuuare, quam simplicis, & vniformis materiæ excretionem, quoniam inquit, corpus ita exquisitius purgatur: nam contra illum primum facit quod Hippocr. in Prædictionibus versicolores, & varias deiectiones diuturniores, & exitiales esse dicat, quo loco ipse Gal. scribit, tales deiectiones multas, indicare affectiones, quæ non nisi longo tempore, & difficilè cõcoqui, & vinci possunt, & interim sæpè natura succumbit; & id docet experientia in omnib. affectibus: præstat. n. hominem simplici morbo laborare, quam composito, & vnum genus humoris in eo nocere, quàm varios, & vno genere symptomatum, quam multiplici infestari. Addo, quod scribit Hippocr. Aphor. 21. quarti libri Deiectiones, siue cum febre, siue sine febre fuerint, si spontè fiant, tanto deteriores fore, quàm to plures colores excernentur, cum medicamento vero hoc melius esse. Quam sententiam Gal. ita confirmat, ut dicat deiectiones, quæ multos habet colores, spontè factas, multarum, & malarum in corpore dispositionum esse signa; vbi vero tales deiectiones fiunt à medicameto habente vim trahedi varios humores, nihil esse absurdum. Accedit, quod Hipp. per mutationes excrementorum non potest intelligere illam varietatè humorum, quæ simul deijcitur, dixisset enim, ut in præcitato Aphor. si plures colores, aut si varia reddantur excrementa; mutationis autem nomen successione rerum significat, sic enim ipse ostendit cum temporum mutationes, & morbos, qui in illis fiunt in sequenti libro docet. Verbum item (nisi ad mala mutatio fiat) non potest accommodari varijs speciebus excrementorum, sed spectat, an excrementa ultima sint prioribus deteriora. Præterea non semper potest iuuare excretio varia: nam si vnicum humoris genus nocet, illud solum expurgandum est, nec eget corpus euacuatione aliorum. Postremo, eadem est ratio de vitiosis malè olentibus excrementis: nam si illa in corpore sunt genita, utique corpus ab illis est expurgandum, obest enim illorum retentio. Vult ergo meo iu-

A dicio Hippocr. docere, quod iuuat in profluuijs ipsius alui, id est ostendit melius esse, tunc enim intelligimus rem melius habere, quando excrementa mutantur, id enim ostendit iam deficere eum humorem, & eam causam, quæ profluuium excitauit: nam in omni affectu mutatio simpliciter laudatur, quoniam non stabilem esse causam ostendit; & id apparet in omni alui profluuiio: nam in Lienteria, in qua liquidus, & purus cibus excernebatur; iudicamus bonum esse, si iam excernatur solidior materia, & quæ stercoris naturam referat. Eodem modo in Diarrhæa, si flaua bilis pura, & sincera profluuium excitauit, melius sperare incipimus, si pallida fiat deiectio, aut pituitosa: sic etiam in Dysenteria, si pro purto sanguine, & ramentis intestinorum stercoris aliquid aut pituitosi humoris exit, hoc bonum esse iudicamus. Non igitur Hippocr. hic spectat expurgationem corporis, sed quid in ipso profluuiio, alui ad eum sanandum sit bonum, tanquam signum; est autem bonum signum, si mutatio fiat excrementorum, nisi ad deterius fiat mutatio: ut si à bile flaua fiat ad atram, aut si ab excremento solidiore fiat ad liquidius: aut si in Dysenteria post ramenta intestinorum excernatur sanguis, & post hunc caro ipsorum intestinorum; & in Lienteria si loco cibi crassioris, aquosus exit. Igitur ceteris paribus in profluuiio alui præstat excrementa mutari, & posteriores excretiones differre à prioribus quam similes fieri.

APHORISMVS XV.

Vbi fauces agrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, excretiones inspicere oportet: nam si biliosa fuerint, corpus vna agrotat; si vero similes sanis, tutum est corpus nutrire.

SVMPTA occasione ex superiore Aphor. de alui excretionibus rursus agit, docetque quomodo ex illis possimus cognoscere an corpus laboret vel non; & an liceat illud nutrire, & omittit in vtraque parte ut Gal. notat, id quod manifestè conuenit; fit autem integra hoc modo sententia: Vbi fauces agrotant, aut tubercula nascuntur in corpore, inspicere excretiones oportet; si enim biliosa fuerint, corpus vna agrotat, & tutum est ipsum nutrire; si vero similes sanis, corpus vna non agrotat, & tutum est ipsum nutrire: nam antea dixit Hippocr. Aphor. 10. huius lib. corpus quod est impurum, potius vacuandum esse, quàm nutriendum. Fauces intelligimus propriè internam cauitatem oris communem Oesophago & asperæ arteriæ; agrotare autem intelligit Hippocr. non ex qualicumque morbo: nam solæ intemperies non iudicantur ab excrementis, sed cum vna humores coniunguntur, præsertim calidi & biliosi. tubercula sunt *gutturæ*, & hæc Galen. lib. 6. Epid. Cõm. 1. tex. 12. dicit esse tumores præter naturam qui omnino sine causa aliqua externa fiunt in partibus externis. aliquando *gutturæ* vocat, ut in lib. 2. ad Glauconem, solum inflammationes glandularum, quæ statim augentur, & suppurantur; hic autem in generaliore significata capere oportet tuberculorum nomen; Fiunt inquit Galen. tubercula, quando natura vitiosos humores ad cutim extrudit, & fauces agrotant quando à capite decumbunt in eas humores, quod si ita est, inutile videbitur præceptum Hippocratis: nam si à solo capite mittuntur humores, quomodo excrementa alui aliquid poterunt ostendere de humoribus qui prohibent aut admittunt nutritionem; si præterea tumores nati in habitu corporis exci-

excitantur ex humoribus expulſis ab internis vice-ribus, continebantur vtiq; illi in venis & per illas extruduntur: quare non excrementa alui, ſed vrinae poterunt fortaffe aliquid oſtendere: nam Galeno teſte in lib. 4. de ſanit. tuenda, excrementa alui indicia præbent ſolum humorum qui continentur in ventre inferiore; vrinae autem indicia ſunt humorum qui continentur in venis, & ſudor eorum quæ ſunt in habitu corporis: quamquam tamen in febribus bilioſis videmus excrementa alui clariora reddi, videmus etiam in Phrenitide excrementa ferri à capite, & non mutari excretiones alui, nec tutum tamen eſſe corpus nutrire. Addo, quod præſentibus tuberculis in habitu corporis, libera fieri non debeat nutritio, etiam ſi venæ ſunt expurgatæ à malis humoribus: nam vbi dolores ſunt in corpore, aut morbus aliquis, curationi potiſſimum ſtudendum; hanc vero impedit nutritio; an quæſo hominem qui labore tumore faucium vt Angina, nutriemus vt fanos, ſi excrementa alui vt sæpe contingit, ſimilia fuerint excrementis fanorum? fortè Hippocrates in aliqua peſtilenti conſtitutione vidit id contingere, quod hic ſcribit, at ex eo quod ſemel viſum eſt, fieri non debet præceptum vniuerſale; quare parui momenti puto eſſe hunc Aphoriſmum.

APHORISMVS XVI.

Vbi fames, laborandum non eſt.

MONTANVS fruſtra conatur hunc Aphoriſmum connectere cum priore, quare in hoc laborandum non eſt, ſed qualis ſit Aphoriſmi ſententia docendum; famem aliqui intelligunt appetentiam cibi; laborandum enim non eſt cum quis cibum appetit, ſed cum quis nondum appetit; ſed id male intelligunt: nam qui pituita acida contenta in ventriculo abundant, plurimum appetunt, cibum tamen illis non debetur, ſed potius vacuatio & calefactio, vt Galenus in eo Aphoriſmo oſtendit, in quo ſcribit famem thorexis, id eſt vini potio, ſoluit. & ægroti qui non appetunt, non egent labore ſed ſæpius cibo, vt vires reſtaurentur, etiam ſi cibum non appetant. Quare melius eſt ſi intelligamus per famem alimentum inopiam, ita enim vſurpare ſolet Hippocr. ut Galenus in Comment. oſtendit; vt talis ſit ſenſus: qui alimento interno, externoque carent, laborare non debent: nam pituitoſis etiam ſi ad tempus illis non detur alimentum, prodeſt labor, quoniam ex crudioribus humoribus paratur alimentum corpori. Ceterum, per laborem intelligit Galenus vehementem motum & exercitationem, quod mihi non placeat: nam etſi exercitatio plus illis nocet quàm alie leuioris motiones; omnes tamen fugiendæ ſunt, quoniam omnes calefaciunt, ſiccant, & corpus euacuant, ſiue corporis, ſiue animi fuerint motus; lam illud explicandū eſt an communis ſit ſermo de ægris & fanis quemadmodum Galenus putat. Ait enim fanis non eſſe præcipienda exercitia ſimul cum inedia: nec etiam ægris aliquem vehementem motum adhibendum eſſe cum cibi abſtinentia; & non ſolum id de labore intelligit, ſed etiam de ſanguinis detractioe, purgatione, balneis, & denique de omni alia uacuatione, quod quomodo verum eſſe poteſt? quando quidem ille vſque ad quartam diem in morbis acutis cibi abſtinentiam imperet, & nihilo minus venæ ſectionem adhibeat, aut etiam purgationem pro natura morbi; quare putarem ſolum

A pertinere ad fanos ut fatiſ Aphoriſmus docet, neque enim laborare poſſunt, ideſt vehementer ſe exercere qui morbo tenentur, in fanis enim corporis conſeruationem nobis proponimus, nec duobus exceſſibus cibi ſcilicet defectu, & exercitatione tueri poſſimus: in morbis vero, tanta aliquando eſt morboſæ cauſæ vis, vt vno remedio etiam magno tolli non poſſit, ſed duobus aut pluribus etiam certandum ſit; quare, & venæ ſectionem adhibemus ab initio, & poſtea etiam in ediam imperamus, & purgationem, & denique omnia alia remedia ſi corpus ferre poſſit.

Poteſt tamen corpus fame ita debilitatum eſſe, ut nihil aliorum efficere poſſimus. Sed Hippocr. non de extrema fame, ſed de fame duntaxat agit, dicitque non eſſe laborandum vbi fames eſt, aut futura eſt, perinde enim eſt ſi præſente fame laborem aut antequam fames adſit, vbi vero fames eſt, ſed non vehemens, ſi morbus poſtulet, talia remedia adhibere poſſumus. Atq; hæc fatiſ de hoc Aphor.

APHORISMVS XVII.

Vbi cibus præter naturam plus ingeſtus eſt, hic morbum facit: oſtedit autem ſanatio.

VT rectè admonet Galenus, hic Aphoriſmus particulariter docet, quod vniuerſaliter eſt comprehenſum in ſuperiore eo Aphoriſmo ſcilicet quarto huius libri quo dicebat Hippocrates non fatietas, non fames, neque aliud quidquæ quod modum naturæ excedit, bonum. Verum, mihi videtur etiam ab eo diſſerre, quod in illo omnem exceſſum ſupra mediocritatem damnet, hic vero eum ſolum qui præter naturam eſt, vt verba oſtendunt, præter naturam, & morbum facere: nam quæ naturæ modum ſolum excedunt, neceſſario morbum non faciunt; eſt enim magna latitudo, vt Galenus oſtendit in libro de differentijs morborum, & in primo de Sanitate tuenda, inter ſanitatem & morbum. Vt autem Aphoriſmi huius ſententia intelligatur, verba quæ in eo continentur ſunt explicanda; Igitur ſunt qui cibum præter naturam plus ingeſtum intelligunt, qui vel qualitate inimica corpori, vel ſubſtantia, vel quantitate, vel ordine, vel tempore non oportuno eſt aſſumptus; his enim modis cibum morbum facere ſolere. Quam interpretationem verbum (plus) reſellit: nam etſi alimentum nocet ob omnia prædicta, tamen inſtitutum non eſt authoris vitia illa proſequi, ſed ea ſolum quæ ex quantitate proueniunt; alij vero intellexerunt cibum præternaturam plus eſſe ingeſtum, qui valde & exuperanter eſt aſſumptus, quos reſellit Galenus, eo quod ſubintelligat hic exceſſus cum de morborum generatione agimus, ille autem probat eam interpretationem quod intelligat Hippocrates cibi plus eſſe aſſumptum, quam concoctrix facultas conficere rectè poſſit. Verū ea interpretatio non conſentit authoris dictioni: nā uerbum, (plus) præter naturam, in ſignem exceſſum oſtendit, qui ſupprimendus non eſt, cum agimus de generatione morborum: nam ſi facultas concoctrix leuiter grauetur ab alimenti copia, non propterea ſient morbi, natura. n. hos leues exceſſus moderari & uincere ſolet. Deinde, eum dicit opus eſſe ſanatione & curatione, indicat factū fuiſſe in corpore magnum exceſſum: nam curatio debetur his ſolum affectibus

qui præter naturam habent ægrotant, non illis qui ex leuioribus cruditatibus quomocumque à propria sanitate sunt commoti; quare (plus) intelligendum est, non plus consueto ut Galenus sentit, sed quod valde excedit, vt præter naturam sit excessus, intelligendo præter naturam quod morbum & Symptomata parere potest; quæ quidem distinctam genere tractationem postulant à conseruatione & præseruatione. Quod vero dicit Galenus verbum, plus, præter naturam, referendum non esse ad capacitatem siue ad vasa, sed solum ad vires, eo quod necesse non sit morbum sequi, si venter extendatur excubi repletionem, modo virtus concoctrix subsit valida, non recipio: nam ut omnis repletio ad vires morbum non facit, sed ea solum quæ præter naturam est, sic repletio ad vasa, si præter naturam fuerit, morbum quoque faciet in vasis, illa enim diuidet & lacerabit, atque ita continuum soluet, ut apparet in hydrope, in quo affectu venter discinditur ex repletionem præter naturam, id quod etiam apparet fieri in mulieribus vterum gerentibus, illis enim omnibus circa vltimos menses obstetricem fortis, ita vterus distenditur, vt externa cutis ob nimiam tensionem discindatur, & quodammodo varicosa reddatur, id quod etiam patiuntur mæmæ turgidiores factæ; quod si in affectibus naturalibus id contingit, cur idem non fiet etiam in voluntarijs, vt in cibi & potus repletionem, quam quilibet augere potest quantum vult? vt ostendunt cræpula & ebrietati dediti, qui nulla urgente necessitate, nulla inuitante appetentia, bibendi tamen nullum finem faciunt; Sed videndum est, an ventriculus tantum repleti possit rumpatur, nullum quidem habeo in hac re exemplum, sed rationem afferre possum in hac re naturalem, sumptam ex tertio libro de Naturalibus facultatibus, scribit enim illic edendi finem esse repletionem, repleti autem potest pars quilibet quantum distendi potest, distensionis autem finis est corruptio & laceratio partis; quare ventriculus tantum repleti potest, donec sequatur illius ruptio, quod si hoc raro fieri videtur, ideo fortè sit, quod cibi repugnante appetentia tantum assumere nemo possit, quantum ad extremam tensionem est necessarium; potus verò qui assumitur, vt assumitur, vincitur, & descendit à ventriculo, atque per urinam excernitur, itaque cum id quod prius est assumptum, cedat alteri, nulla præter naturam repletio & tensio in ventriculo fieri potest; quod si stabilis esset causa quæ continuo augeri possit, qualis est in utero ex fetu, qui continuo augetur, nec ille quidem solutionem continui fugere posset. Sed cur venæ rumpuntur ex repletionem, ventriculus vero rumpi non potest? an quod illarum minor est concavitas, ventriculi vero omnium quæ sunt in corpore maxima; an vero etiam id sit, quod materia quæ in venis continetur, multum spiritus & vaporis emittit, que vero in ventriculo recipitur, eo quod crudior adhuc sit nequit hoc facere; ex spiritu autem potius quam ex humore contingit rupturam venarum.

Ostendit autem sanatio.

R Estè admonet Galenus, non solum sanationem & curationem ostendere morbum factum ex cibo præter naturam ingestio, sed etiam propria inditia morborum qui ex plenitudine ea nascuntur; verum sanatio ostendit tanquam remedium, non docet autem qualis sit sanatio sed eam tanquam notam supponit faciendam.

A dam esse per euacuationem: nam si repletio adhuc adest & ea est præter naturam, nulla est alia via ad sanitatem quam per euacuationem: quoniam contraria solum sunt contrariorum remedia, quod si leuior est repletio, quæ solum cruditatem pariat, absque euacuationem concoctio ei mederi potest. Que autem Galenus de euacuationem, purgationem, plenitudinis & corruptionem nomine admonet in Commentario sunt diligenter notanda, nam hæc principia sunt aliarum tractationum.

APHORISMVS XVIII.

B *Eorum quæ vniuersim, & velociter nutriunt, veloces quoque sicut excretiones.*



V M dixisset Hippocrates Aphor. 1. huius libri secundi facilius esse impleri potu quam cibo, ciborum vero & potionum differentia sit, quoniam quædam cito, alia tarde, alia confertim, alia paulatim nutriunt: Docet nunc, quoniam modo hæc cum iam in corpus sunt assumpta, distinguere possimus; & hoc dicit fieri per excretionem: nam ea velociter & confertim nutriunt, quorum veloces sicut excretionem, tardè vero & paulatim nutriunt intelliguntur quorum excretionem tardè sicut; & oportet excretionem intelligere, vacuationem quæ sicut extra corpus non autem deductionem & distributionem salimenti, vt Montanus intelligit: nam distributionem præcedunt nutritionem, & excrementa sequuntur nutritionem, & ex ipsis excrementis quæ exeunt à corpore, non autem ex distributionem quæ est occulta, possumus inditia sumere de diuersitate nutritionem. Huius autem rei interpretatio ex hoc pendet, vt intelligamus quid sit vniuersim nutrire, velociter, quid paulatim, quid tardè. Postea explicandum erit, cur Hippocrates de nutrimento ipso duas conditionem dixerit, vniuersim & velociter nutrire, de excretionibus velociter solum, cum dicit veloces fieri excretionem, non autem vniuersim & velociter, sunt ergo qui dicant illud vniuersim, quod Græci ἀπείρως dicunt, (nos melius quam interpretem, confertim) nutrire, quod secundum maiorem sui partem corpori nutrimentum sit; quod falsum est; etenim, vinum confertim nutrire dicitur, quod tamen parum nutrit, cum totum propemodum in excrementum aquosum abeat; sicutque non potest ut aliquid sit quod copiosè & velociter nutriat; quod enim copiosè nutrit, difficilè alteratur, difficilè digeritur, & partibus singulis assimilatur, ut Galenus septimo Methodi de carne suilla scribit; vnde, errauerunt qui veterem interpretationem sequuti copiosè & velociter intellexerunt, quod confertim & velociter intelligendum est; Alij sunt, qui confertim nutrire illud dicunt: quod breui tempore postquam nutrire cepit, plurimum alimentum corpori præbet; qui hæc in re errant, quod (plurimum) addant; quandoquidem ut antea ostendimus, inter ea etiam quæ parum nutriunt, multa reperiuntur quæ confertim nutriunt. Melius hæc definit Galenus, ea inquam confertim nutrire, quæ posteaquam nutrire cepit, citò breuique tempore assimilantur, quantum à substantiæ habent, quæ assimilari potest; celeriter autem nutrit, quod statim simulatque assumptum est, alere incipit; ex his opposita intelliguntur. Tardè ergo nutrire dicitur, quod posteaquam assumptum est, longo tempore eget ut incipiat nutri-

re; paulatim uero & sensim nutrit, quod posteaquã nutritæ cœpit, longo tempore eget, ut quicquid in eo est utile, totum illud transeat in nutrimentum, ita ut celeris nutritio spectet tempus assumptionis vsque ad principium nutritionis, conferta uero nutritio comprehendat principium & finem nutritionis: Nunc uero videndum est an hæc semper sint coniuncta celeris inquam & conferta; tarda, & ut ita dicam, paulatina nutritio, quæ quidem intelligi non possunt, nisi prius perspectum sit, quæ sit ratio & causa celeris & confertim factæ nutritionis. Igitur, quod cito aliquid nutriat, id duabus de causis fieri uideretur, ratione inquam causæ agentis materialis & causæ sine qua non: nam pueri cito nutriuntur, quia assumptum nutrimentum ob validam concoctionem, & plurimum calidum innatum, assumptum nutrimentum cito mutare possunt cito enim concoquant & distribuunt alimentum, ad quam distributionem uasa etiam molliora & potentiora conferunt tanquam causæ siue qua non senes uero ob contrarias causas ex assumpto alimento, tarda sentiunt nutritionem; Ex diuersitate autem materiæ uelocior aut tardior fieri incipit nutritio; celeriter enim nutrit, quod concoqui celeriter potest: id autem patitur, quod est maximè familiare, & propterea uicissimè appetitur, & simul tenuis est, moderatè calidum, & humidum: nam cum ipsa concoctio alteratio quædam sit, & assimilatio quæ à nostro fit calore, facilius utique concoquetur, quod potentia est similis substantiæ nostræ, & natiuo calido tale autem est, quod calidum est & humidum, & quod impressiones faciliè recipere potest, id quod tenui substantiæ accidit. Itaque si unisforme sit nutrimentum uelox & conferta simul fiet nutritio: nam illud & cito alere, & posteaquam nutritæ cœperit, faciliè totum simul partibus corporis aglutinabitur, & adiungetur, restituetque quod est deperditum; At si diformis sit substantia nutrimenti, ita ut pars quædam in ea sit tenuis, alia uero crassa, celeris quidem fiet nutritio, id est cito illud nutritæ incipiet, quia tenuis pars cito alteratur, & assimilari incipit; uerum confecta non fit nutritio, quia pars post partem assimilatur; crassa inquam post tenuem: neque enim simul quod tenue est & crassum possunt adungi corpori: hæc distincta, apparere possunt in nutritione quam præbent brassica, & lentæ, quæ diuersis substantijs constant. Nunc sequitur explicandum cur excretionés celerés sequantur nutritiones; celeres, & confertas, & tardæ excretionés sequantur tardas, & paulatim factas nutritiones; primum tamen quid per excretionés intelligat docendum est, etsi obiter id attigimus cum Montani opinionem excuteremus; sunt enim qui intelligi uelint dissolutionem & dissipationem, ita ut talis sit sententia; Quæ celeriter & confertim alunt, celeriter quoque dissoluuntur, quæ sententia etsi uera est, (nã quæ celeriter alunt, ut faciliè alterantur, ita & faciliè dissoluuntur) tamen Hipp. non de ipsis nutrimentis, sed de illorũ excrementis agit, dicitque excrementa quæ post nutritionem relinquuntur celerem & confertam, celeriter excerni; id quod in triplici cœctione & nutritione quæ in corpore fit, uerum est: tum ea scilicet quæ in uentriculo, tum ea quæ in hepate & uenis, & alia denique quæ in singulis partibus corporis obitur; si enim uelox & conferta fiat concoctio, & nutritio in uentriculo, alui excrementa, & urina cito excernentur: ita, si ea quæ fit in hepate, bilis flaua & humor melancholicus: quemadmodum si ea quæ in singulis partibus, sordés & vapor quæ à corporibus emanant, quod etsi Galenus contendit ex uocabuli significatione de excrementis alui rem intel-

A ligendam; tamen quia communis est in omnibus ratio, ut Aphorismus uniuersalis fiat, de omnibus à nobis intelligetur. Quod autem celeres, & confertim factas nutritiones, celeres sequantur excretionés, ratio est, quod partes qua nutriuntur posteaquam saturata sunt, & repletæ, reliquum habent tanquam inutile & excrementum, quod naturam grauens & molestans, eam ad excretionem stimulat; si ergo cito & confertim fiat nutritio, cito excrementum resultabit à nutritione, unde & cito hatura ad expulsionem excitabitur, & cito excretionés fiēt. Iam superest explicandum, cur Hippocrates dixerit celeres excretionés sequi celeres & confertas nutritiones, non autem celeres & confertim factas uacuationes; uidetur enim rationi consonum ut uelox excretio, uelocem nutritionem, conferta confertam, uelox & conferta, uelocem & confertam sequatur. Verùm, non ita est: nam uelox excretio dicitur esse, quæ statim post nutritionem incipit conferta uero quæ posteaquam incœperit, citò absoluitur, citam autem fieri necesse est, quoniam moræ nulla potest esse causa, cum facultas adfit quæ expellere possit, & excrementum quod facultatem stimulare possit ad excretionem; ubi autem & agens, & patiens simul sunt, nihil est quod actionem naturalem impedire queat; confertim tamen uacuationem fieri necesse non est; nam, cum natura non agat nisi stimuletur, & agat, ut stimuletur, nisi uehementer stimuletur, posteaquam stimulari cœperit vsque ad finem, uehementer semper agere non poterit, unde languescet illius motus, ita, ut confertim fieri non possit; Quoniam ergo excrementum, quod post concoctionem relinquitur ubi excerni cœperit, minus continuo relinquitur in parte, ita, ut natura uehementer agere semper non cogatur, non necessarium est confertim fieri excretionés, quanquam magis confertim fiēt in excretionibus, quæ & uelocius fiunt, quales sunt tenuiorum excrementorum excretionés: ita enim parent motibus naturæ huiusmodi excrementa, ut uino impetu impulsã, tota simul, quod confertim est, excerni possint; uerum, quod dictum est de ueloci excretionē, in pari materiæ differentia sumpta, de ea duntaxat quæ ex diuersitate nutritionis sumitur, intelligendum, & non mordens, mordenti materiæ non comparanda; ita, & in pari corpore res intelligenda: a saturo enim corpore tardiores necessario fiēt excretionés, ut in corpore astrictam aluum habente, uel obtuso sensu præditto, uel quod plurimum per alias euacuationés dissoluitur: sic nutriuntur citius calidiora, rariora, ad distributionem aptiora, contra in uacuo. Ab excretionibus ergo citis, & tardis agnoscimus quænam alimenta citò, & confertim, uel tardè & paulatim nutrant; licet tamen id, ut inquit Galenus, ex uiribus corporis roboratis uitali, & animalis intelligere; Quibus enim citò post cibum roborantur, signum est cibos illos citò nutritæ; contra uero in alijs; robur enim partibus corporis accidit ex nutrimento.

APHORISMVS XIX.

Acutorum morbum non omnino certa sunt prædictiones salutis aut mortis.

VT maior pars Aphor. huius secunda libri, ita hic ad prædictionem rerum futurarum pertinet; docet. n. prædicere salutem & mortem in morbis acutis, & ut satis patet, non nisi violenter coniungi potest cum præcedentibus. Quid sit morbus acutus obiter admonet Galenus, & nos de ea re diligentius egimus in libro nostro De Morbis. Nunc satis si eos potissimum acutos intelligi, qui vehementes sunt, & cito terminantur; id quod accidit vel ob caliditatem humorum qui in venis corporis continentur, contra quos natura cito, & cum vehementia pugnare cogitur; vel ob partium præstantiam, & certam quandam conditionem & conformationem. Huiusmodi sunt cerebrum, nervi, cor: humores enim qui occupant eas partes, si magnus est illorum excessus, vel naturam violenter opprimunt, aut ab ea eodem modo vincuntur & extrahuntur; unde acuta contingit mutatio vel ad salutem vel ad mortem. Illud potius diligentius expendamus quod scribit Hippocrates, ait enim ille prædictiones quæ salutem aut mortem præfagiunt in morbis acutis, non esse omnino certas. Quam sententiam ita interpretatur Galenus, ut velit Hippocratem dicere velle, quod in omnibus morbis acutis non possumus prædicere certo salutem aut mortem: aliquando enim falli nostram præcognitionem, & verbum non omnino, explicat non in omnibus, excipi enim aliquos; in morbis vero longis omnibus contrarium fieri, certam enim esse in illis præcognitionem auctore Hippocrate, & hanc reddit rationem, quod in acutis morbis fiant subite mutationes in Crisi, & quia nonnunquam humor noxius ex vno loco transfertur in alium. Cuius quidem interpretatio mihi non placet: nam verbum, non omnino, non significat non in omnibus, sed diminutionis est nota, de eo quod dicitur: minuit enim perfectionem aut malitiam, non numerum: nam ut sequar illius interpretationem *ἡ πᾶσι*, idem est quod *ἡ πᾶσι* quod significat, ut omnes Græcè periti norunt, non omnino, non plane, non autem non omnes. Ac ut in exemplo suo maneamus, si quis dicat, non omnes homines mali, non idem dicit ut ille qui pronunciat, non omnino homines esse malos: nam hic significare vult malitiam quæ est in hominibus non esse perfectam; ille vero, quod inter homines reperiantur qui non sunt mali. Præterea, rationes Gal. paucos excipit acutos morbos, in quibus prædictio incerta fit, ut paucos excipit homines à bonis, eo auctore qui dicit, non omnino homines esse malos, at qui oporteret nullos excipere, sed dicere in omnibus morbis acutis prædictiones salutis aut mortis esse incertas: nam si omnes terminantur per Crisim, aut humor noxius ex vno loco in alium transfertur, aut subita fit mutatio in melius, aut deterius, propter naturam humorum morbos faciendum, incerta utique reddetur in omnibus prædicationum ratio. Præterea, ex Crisibus iudicare incertam prædictionem, absurdum videtur: nam si Crisis indicata est ad salutem in diebus contemplatorijs, cum signis concoctionis, prædicere tuto potest Medicus salutem, & id ipse Galenus & Hippocrates docent, & Medicum terreri non debere ex accidentibus, quæ periculum minari videntur. Et quid quæso Medi-

Acus plus sciet, quam idiota, si prædicere non audebit salutem aut mortem in morbis, qui per Crisim terminantur? nam ut in declinatione morbi dicit neminem mori posse, quia impossibile est fieri malas expulsioniones, si præcesserunt optimè concoctiones: ita profecto in bonis Crisibus victo & concocto humore, natura dirigit excrementa per locos idoneos, nec verenda est expulsio, & translatio quæ fit ab vna parte in aliam; an quæso non eadem sunt difficultates in morbis longis: quis enim in Atra bile, Mania, Hemiplegia, Vertigine, Paralysi, Epilepsia, Tussi, & longis affectibus Pulmonis, in Sclerite Hepatis & Lienis, in affectibus Vteri, in Coxendice, in Gallico morbo, & in multis alijs diuturnis morbis, non inueniet fallaciore esse prædicendi rationem quàm in acutis? nam si translatio humorum eam artem reddidit in certam, nihil tutius est in vno genere morborum quam in alio: quoties enim experientia ipsa & Hippocrates ipse partim in sequentibus Aphorismis, partim in alijs Opertibus, docent degenerationem vnius morbi in alium in longioribus malis, quod in acutis paucis fieri contingit; veluti, cum ex Angina fit Pleuritis, & ex hac Peripneumonia. Sunt præterea peculiare alia rationes quæ prædictionem incertorem reddunt in longis affectibus: nam in lib. 2. de Natura humana scribit, Medicum certo prædicere non posse salutem aut mortem in morbis, qui paulatim gignuntur, quales sunt longi morbi, qui paulatim in nobis succrescunt. Idem dicit fieri in his qui à causis procatartice & euidentibus non excitantur, quoniam magnitudinem causarum in illis ignorari necesse est; at huius generis sunt longi & non acuti morbi. Adde, quod acuti raro fiunt affectus præcipuis partibus, longi vero vix aliter fieri possunt. Quare in locis internis & oculis illi consistunt; putamus sæpè in vrinæ difficultate obstructionem esse in renibus ex crassis humoribus, & salutem pollicemur, quod credamus causam subesse quæ facile dissolui possit, & interim moritur homo, quo dissecto, comperimus abscessum ingentem eam partem iam dudum occupasse; ita affecto vtero ex longis & diuturnis molestijs, facile est vnum pro alio affectum imaginari, sed experientia nostra somnia illudit. Postremo si prædicendi vera ratio sumitur ex robore facultatum nostri corporis, & causarum morbi inter se pugnantium, necesseque est hominem liberari, quando preualet vis facultatum; mors autem contingit quando illa succumbunt morboris affectibus, non minus profecto difficile est iudicare in morbis longis, quam in acutis aequalitatem hanc & in aequalitate pugnos, ex qua vel dubia nascitur cognitio, & prædictio, aut certa ad salutem vel ad mortem. Quare non mihi videtur Hippocrates id velle quod Galenus in hoc Commentario tradit, sed potius ostendere prædictiones quæ traduntur de morbis acutis, non esse profus certas, & nullam esse quæ aliquando non sefellentur Medicum: nam si omnia signa quæ tradit Hippocrates in libris Prædictionum, ut Galenus admonet, continet solum præfagia morborum acutorum, & eorum qui ab acutis sunt profecti, nescio an aliqua reperiri possint quæ semper certum & firmum aliquid futurum ostenderint de salute aut morte, de his quidem loquor signis, quæ non indicant instantem & proximam mortem: nam hoc non est prædicere, sed de illis quæ vel in principio, vel in incremento morbi apparent, & pollicentur Medicis salutem, aut mortem præfagiunt: nam si iudicia quæ sumuntur ab vrinis, vel sputis, vel egestionibus quibus Hippocrates maxime fidere videtur, excutiamus, inuenimus profecto nihil esse in illis tam salutare aut mortale, quod sæpè non sefellentur. Hanc interpretationem

nem uidenter confirmat dictio Hippocratis, cum dicit prædictiones morborum acutorum non esse omnino, id est, non profus certas; & cum liber hic Gal. teste contineat vniuersaliter quæ particulatim in libris Prædictionum est complexus, non abs re admodum hic voluit, quid sentiendum hic sit de prædictionibus quæ illic traduntur.

APHORISMVS XX.

Quibus iuuenibus aluus adhuc humida est, ijs senescentibus exsiccatur; quibus uero iuuenibus adhuc aluus sicca est, ijs senescentibus humectatur.

Hic Aphorismus difficilis semper est habitus, quia difficile est intelligere quid Hippocr. proponat, id est quis sit ipsius scopus. Præterea, non est facile ratione reddere eorum quæ author scribit. Postremo dubium est, an experientia ostendat veram esse huius Aphorismi sententiam. Porro in scopo dissensio est inter interpretes: nam quidam volunt Hippocratem velle ostendere eos qui habent aluum humidam in iuuentute, eam in melius mutare in senectute nempe in siccam; contrarium vero illis accidere, qui aluum siccam habent in iuuentute, ij enim in deterius mutationem faciunt: nam aluum humidam dicunt fieri à deterioribus causis, nempe à bilis copia, vel à maiore generatione chyli in ventriculo, quam possit hepar attrahere, vel ob imbecillitatem ventriculi. Quæ opinio rejicienda est, neque enim Hippocrates tradit quid melius sit, aut deterius, sed solum mutationem fieri docet. Præterea, non loquitur Hippocrates de humida aluo in qua Chylus excernitur, quæ affectio maximè morbosa est, sed solè de salubri mutatione, quæ fit cum mutatione ætatum. Deinde, falsum est, causas humidioris alui deterioris esse illis, quæ siccam aluum reddunt. Alij contrariam huic adferunt sententiam: aiunt enim humidam esse meliorem sicca, & non esse legendum, commutant, sed degunt: ita, ut sit sensus, eos qui aluo sunt humidior, melius degere ijs, qui eam habent siccam. Quæ opinio etsi vera sit de his qui plurimum edunt, & bibunt, tamen non est ad mentem authoris, qui non docet quænam aluus melior, aut deterior sit, sed solum mutationem, quæ contingit in aluo ob mutationem ætatis; quod & Galenus in Comment. euidenter ostendit. Alij vero sunt, qui putant Hippocr. hic agere de excrementis alui humidioribus, & sicciorebus: ita, ut talis sit sensus, eos qui in iuuentute excrementa alui emittunt humidiora, eadem reddere sicciore cum ad senectutem peruenerint, & e contra. Verum, nec id quidem docere vult Hippocr. non enim qualia reddantur excrementa, sed an libera, an adstricta sit aluus, explicat: nam etsi plerumque accidit, ut qui facilè, & sæpè deiciunt alui excrementa, eadem reddant humidiora, tamen hæc inter se aliquando separantur: sunt enim qui liberam aluum habent, pauca tamen & solidiora emittunt excrementa. Docere ergo vult Hippocr. mutationem, quæ contingit ratione ætatis in excretionem excrementorum alui, quinam scilicet liberam aluum vel adstrictam obtineant in iuuentute, & quid illis contingat postea in senectute; atq; ita hic Aphorismus pertinet ad prædicendi artem, quippe, cum doceat futuras mutationes, quæ contingunt in reddendis excrementis alui. Porro Galenus intelligit

A iuuenes, verè iuuenes; verum nihil impedit quo minus priores ætates etiam intelligamus iuuentutis nomine. Vult præterea Gal. Aphorismum hunc non semper verum esse, non enim semper mutari aluum siccam in humidam, sed perseverare siccam per omnes ætates. Sed hæc intelligi non possunt nisi prius perspectis causis, quæ aluum humidam, aut siccam reddunt, de qua re Gal. in hoc Comment. & passim alibi scribit, non Methodo quidem, sed Empiricorum more, dum particulares quasque causas enumerat: nam Aphor. 5. 3. libri, aluum dicit reddi siccam ad Aquiloniam constitutionem, quæ vniuersum corpus exsiccet, & humiditates ex cibus ad se trahat. At 83. Aphor. 4. aluum siccam reddi scribit, quum humor, qui per ventrem ferri debet, per vrinæ vias ducitur.

B tex. vero 22. primi Acutor. aluum siccam reddi ob icterici, vel mæfarei, vel ventris, vel ieiunii, vel aliorum intestinorum, vel lienis morbum siccam. tex. autem 17. 4. eiusdem ob phlegmonem hepatis aluum siccam scribit; tex. 1. 3. Comment. 6. Epidem. & vltimo de Caus. Symptom. siccam reddi aluum scribit his qui multum per cutim digeruntur. tex. vero 27. quinti Comment. 6. Epidem. aluum adstringi ob refrigerationem externam musculi ani scribit, constringitur enim inquit, musculus, & sursum versus contenta propellit, diutiusque ob id in ventre contenta sicciore redduntur, digesto per corpus illorum humore; à cibus astringentibus, & siccantibus aluum item siccare certissimum est. In hoc vero Comment. alui sicciore causas dicit esse, vel quod minus concedamus, quàm icterici potentia conueniat; vel quia vis expultrix debilior, retentiuu vero fortior; vel quia parum bilis ad aluum confluit. Aluum autem humidam fieri scribit 17. Aphor. 3. ob constitutionem Austrinam; alio loco ob cerebri superfluitates ad aluum defluentes aluum humectati dicit. 27. Aphor. 4. ob calorem debilitatum, aluum humidam fieri scribit, quoniam nec benè concoquatur cibus, nec in sanguinem transmutetur, nec distribuatur per corpus. 17. textu 4. Acutorum liquidam aluum fieri ob phlegmonem hepatis cum imbecillitate coniunctam fieri scribit, ut ob phlegmonem salam siccam. 4. quarti Acutorum, ob febrem colliquantem, vel ventriculi Phlegmonem fieri dicit. Partium internarum refrigerationem aluum humectare scribit 27. tex. 5.

C Comm. 6. Epidem. ob humidiores cibos humectati aluum clarius est quàm dici debeat. Sexto vero de Symptom. caus. ob defectum digestionis per corpus vel ob excrementa, quæ à supernis partibus ad ventrem conflunt, plura, humidioraq; reddi scribit, duasque has causas solum facit. In hoc vero Comm. vel quod plus comedamus, quàm hepar egeat, vel quia vis expulsiva validior sit quàm retentiuu, vel ob bilis multitudinem, quæ ad aluum delata expultricem irritet, aluum humidam fieri scribit. Iam ex natura rei Methodus inuenienda, in quàm particulares omnes hæc causæ rediguntur, à sicciore aluo exorsis. Dicimus sicciorem aluum, & excrementa ventris reddi, eo quod parciorem humorem habeant, quàm opus sit. Parciorem autem habent, vel quod paucior assumatur, vel quod satis quidem assumatur, assumptus tamen absumatur, atque in has duas causas rejicere oportet omnes alias: constat enim sicciorem aluum reddi, si sicciore, vel parciore assumatur, estq; simplex hæc causa; postea vero quàm assumptus fuerit humor, non vno modo absumitur, alia enim absumit eo quod ebibant, quod faciunt siccantia, & acerba alimenta in corpus assumpta, alia quod digerant, ut febris, & calor intestinorum; alia vero quod alio humorem transferant, & hæc duplicia sunt, alia enim familiarem translationem faciunt, alia vero ipsum humorem

morem attrahunt; & hæc rursus duplicia sunt; alia enim primo immediatèq; trahunt; alia vero immediatam causam excitant. Porro, musculi ani externa refrigeratio sicioris alui causa dicitur, eo quod musculus ex refrigeratione contractus, diutius extremèta in aluo retineat, ex qua retentione fit, vt hepar magis ad se attrahere possit humorem, qui cum excrementis commixtus esse deberet, vt moderata forent. Ad hoc genus causæ pertinet quod dicit aluum exsicari ob parciorẽ bilem ad intestina delatam; parcior enim bilis facultatem expultricem non satis stimulat. Itaque fit vt diutius in ventre moretur excrementum, & ob diuturniorem moram immodicè humor alio translatus absumatur. Item, ad id pertinet quod dicit retentiã fortioẽ, & expultricẽ debilioẽ, ventrem exsiccare, hæc enim longioris retentionis causæ sunt; longior autem retentio maioris distributionis, hæc autem alui exsiccationis immediata causa est; trãsfertur autem alio humor plus quàm oportet, ob hepatis affectum, qui violentius attrahendi nutrimentum vim habeat. Affectus autem alui in hepate naturales sunt, alij præter naturam: naturalis quidem affectus magnitudo hepatis; nam vt Gal. in libro de Placitis Hippocr. & Plat. scribit, magnum hepar copioso cibo æget; ita ergo fit, vt quibus magnum hepar est, si magnitudini illius non respondeat ventriculus in cibo assumendo, excrementa siciora reddantur, attracto ab hepate auidius humore, qui cum excrementis esse deberet; ob affectus vero præter naturam, hepar plus trahit quàm oportet, si affectus tales fuerint, qui attractionem moueant, quales sunt siccis vel calidis: exsiccatum enim hepar humorem desiderat copiosiorẽ quo humectetur. Quare optimè dixit Gal. ob siccum affectum iecinoris, & ob phlegmonem aluum sicari: ita ob mæsarei, vel intestinorum, vel lienis, huiuscemodi affectũ idem contingit: eandem enim hæc quam hepar habent rationem. Atque hæc prima ratione humorem attrahunt; alia vero siccate alui causæ dicuntur, quod scilicet hepar moueant ad attractionem, ad quã causam pertinet Aquilonia constitutio, quia enim corpus per Aquiloniam constitutionem exsiccatur, pleniorẽ humorem desiderat, & successione quadam ab hepate trahitur, hepar autem à ventriculo, & intestinis; ita magna per cutim digestio exsiccate alui causa dicitur. Atque hæc satis de aluo sicca. Humidioris autem alui causa est copiosior humor cum excrementis mixtus, copiosior autem humor est, vel quod aliunde adueniat; vel quod is, qui est in corpore moderatus, pro ratione non absumatur; Porro aliunde aduenit, vel quod assumatur, vt cibi humidiores, vel copiosiores; ob potiones alui humidioris causa esse dicuntur, vel quod aliunde influat in aluum, quo modo ab excrementis à supernis partibus ad ventrem delatis humidiorẽ aluum fieri videmus. Ad hoc genus pertinet quod dicit aluum humectari ob Austrinas constitutiones; ab illis enim corpus assumptum pro humore per cutis meatus humidius redditur, quàm oportet, quo humore etiam participant intestina. Ceterum, non satis absumitur humor eo quod non satis per corpus digeratur, id quod fit, vel quod hepar non satis trahat; vel quod ventriculus non satis retineat: iam vero non satis trahit hepar, vel quod ad attractionem non stimuletur; vel stimuletur qui dem, non tamen ob suam imbecillitatem possit attrahere; Atqui non stimuletur, quoniam extremæ partes corporis non digeruntur, vnde in ocio aluus humectatur, in labore exsiccatur; non potest quidem attrahere etiam cum sit resolutio, eo quod imbecillum sit redditum, id quod fit ob calorem debilitatum, vel ob aliam intemperiem insignem, omnis

enim huiusmodi intemperies, vt cæteris actionibus ita & alui obesse solent; propterea ex phlegmone cũ imbecillitate hepatis, rectè scribit Gal. aluum humidiorẽ reddi; At vero non satis retinet ventriculus, vel quod retentrix facultas imbecilla sit ob frigiditatem, vel humiditatem, vel insignem aliam intemperiem: vel quod expultrix antequam oportet, agat; Agit autem cum stimuletur; id quod fit, vel à multitudine materiæ; vel à qualitate vellicante; vnde, ob bilem copiosiorẽ, quæ ad ventrem, & intestina fertur, aluum humidam reddi optimè scribit Galenus. Atque hæc quidem sufficiant ad generales causas explicandas sicioris humidiorisque alui communes tum sanis tum ægris, ob naturam constitutionem, vel ex victu, vel ex alijs causis natas. Nunc res contrahenda est ad Aphorismum, videndumque cur fiat vt qui in iuuentute humidior, & liberiore sunt aluo, in senectute siciorẽ eam obtineant, & econtrã: id intelligemus, si ex superioribus causis eas acceperimus, quæ ratione mutationis ætatis aluum variare possunt. Fit ergo aluus humidior quàm humor hepatis parcius distribuitur, id autem fit, vel quod plus assumatur, quàm hepar indigeat; vel quod citius deijciatur quam hepar attrahat; assumitur autem plus ob frigidiorẽ ventriculi temperiem; citius autem deijcitur; vel ob bilis multitudinem, quæ aluũ irritat ad excernendum; vel ob facultatis retentiæ debilitatem, & expulsivæ robur; minus etiam attrahit hepar propter frigiditatem; retentiva vero ventriculi imbecillior redditur propter humiditatem, expulsiva fortior propter siccitatem. Ergo, si iuuenis fuerit qui aluum humidam habeat, aliquam ex his causis habebit; demus ergo humidam esse, eò quod plus assumatur in iuuentute, in senectute reddetur quidem sicca aluus, quia frigida intemperies, quæ copiosior assumptionis cibi causa erat, de cursu ætatis ita intenditur, vt tantũ etiam non assumat, quantum opus est, quare deficiente humore, aluus exsiccabitur: qui vero ob bilem confluentem ad ventriculum, & intestina aluum humidiorẽ habent in iuuentute, merito in senectute eam siciorẽ habebunt deficiente humore bilioso ob frigiditatem senectutis; atque, qui ob retentiæ debilitatem humidam aluum habent in iuuentute, non omnes in senectute siciorẽ obtinebunt: nam si ob humiditatem cõiunctam cum frigiditate humidior aluus fuerit in iuuentute, non mutabitur in senectute, frigidior enim reddetur ventriculus, & ob immodicam intemperiem frigidam retentio impediatur. Quod si ob solã intemperiem humidam venter humidior fuerit in iuuentute, in senectute siccabitur, humidior enim in siciorẽ mutabitur, siccitas autem retentionis causa; non ramen ita excedens est siccitas, vt ob excessum vehementem retentio lædatur, neque etiam ob frigiditatis excessum mutatio aliqua conringet: supponebatur enim mediocris esse temperies in calore, & frigore, quæ tantum non inrenditur ætatis ratione, vt cogat retentionem debiliorem fieri, quare in illis mutabitur. Quod si ob frigiditatem hepatis in iuuentute aluus humidior redditur, ea non mutabitur in senectute, quoniam frigiditas seruatur & augetur. Iam vero iuuenes, qui siciorẽ habent aluum ad humidiorẽ mutabunt in senectute, si enim propterea quod minus assumatur quam hepatis conueniat, aluus adstricta fuerit, id fiet ob caloris excessũ, qui appetentiam debilitat itaque, cum ad senectutẽ illi peruenerint, ventriculus frigidior redditus plus appetet, quàm conueniat, atque ita aluus humidior fiet, qui vero siccam habent aluum ob vehementiorem distributionem, quoniam id ex caliditate hepatis fit, retusa per ætatem ea caliditate, minor fiet distributio,

tributio, & humidior aluus reddetur; qui autem ob siccitatem, virtutem retentiuam habent fortio- rem, in senectute eam imbecilliorum habebunt ob siccitatis excessum, ita, vt satis retinere non possint, atque ita aluus humidior reddetur; At, qui ob bilis defectum sicciorum habent aluum, eandem in senectute seruant; Ceterum, si humida est aluus ob humores descendentes pituitosos, non fit mutatio: nam senibus pituita augetur; Si vero eo quod partes externae ob naturalem temperiem non stimulent hep- ar ad attractionem, aluus humida fit, non muta- tur aluus in senectute, quia frigus intenditur sic etiam si ob caliditatem hepatis, quae multam potio- nem absumit, vel ob eandem qualitatem ventriculi, quae superfluo potu corpus onerat, aluus redditur hu- mida, siccabitur illa in senectute deficiente calore, & potiois appetitu. Haec quidem ex Galeno potis- simum sunt assumpta, & probabiles causas reddunt, tamen ea mutatio quae fit in aluo ob mutationem æ- tatum, potius pendere videtur ex sola mutatione temperaturae intestinorum, quam hepatis, aut ven- triculi, vel appetentia intensa, vel remissa ipsius ali- menti, vel potiois, vel ob bilis copiam, vel diminu- tionem: nam experientia ostendit copiosam genera- tionem bilis non reddere aluum humidam, quando quidem per ardentem febrem plurima gignitur bilis, & ea ad intestina fertur, aluus tamen adstringitur adeo, vt non nisi per humectantes clysteres reddi possint excrementa, intestinorum vero temperies quae mutatur in aliquibus ob ætatum vicissitudines, hanc differentiam, quam Hippocrates tradit in aluo humida & sicca sola causam reddere potest vel for- tē etiam Hippocrates quod in paucis obseruauit, id in commune præceptum erexit.

APHORISMVS XXI.

Famem thorexix, id est vini potio soluit.

VT Aphorif. hunc intelligere possi- mus opere precii in primis est explicare, quid per thorexix & per fa- mē hoc loco capere oporteat, ac v- triusque natura & causa explicanda; sic enim reliqua postea patebunt. Thorexix vini potioem signifi- care scribit Galenus in Comment. nam *θωρηξ* teste Faorino, significat armo & inebrius; vini autem potio, & ebrietas, quae ex ea sequitur thoracem cale- facit, & replet, & bellandi tixandique cupiditatem excitat. Famem autem cibi appetentiam esse osten- dimus cum explicarem Aphorismum 13. lib. 1. Senes facillimē ieiunium ferunt, &c. Verum cum appetitus huiusmodi quidam naturalis sit, qui bene valentibus fit, alius præter naturam, qui à causis violentis nascitur, naturalem famem vini potio non tollit, imo vbi talis famis est, vt ille rectē ait, conuul- siones & deliria excitare potest vini potio: nam ner- ui ventriculi exsiccati ab inedia, vini occurfu serui- unt, & replentur, & ob repletionem subitam con- uulsiones oriuntur; Deliria vero ob caliditatem, & mordicationem ad cerebrum per neruos transmis- sam. Propterea damnandi sunt, qui cum bene va- lent, stomacho ieiuno vinum Maluaticum, aut aliud generosum vinum bibunt, hæc enim vt profunt vbi pituita & flatus occupant orificium stomachi, ita obstant vbi vacuo stomacho occurrunt. Porro famis præter naturam triplex est differentia, quedam enim est, in qua appetimus absurda, vt carbones, & ter-

ram, & alia huiusmodi inepta ad veram nutritionē, quae famis Pica & Malatia dicitur & ea mulieres prægnantes potissimum corripit solent; raro enim in viris aut alijs mulieribus conspicitur; alia est famis, quae dicitur Vulimia, quam ignari sermonis Græci bouinam aut vaccinam vocant, nam Græci cum ali- quid excedens significare volunt, nomine *βου* super- addito rei, vtuntur; perinde ergo est Vulimia, ac si ingens famis dicatur; sed de illius natura postea age- tur à nobis diligentius. Est porro alia famis quae Can- ina dicitur, eo quod illi qui ea laborant, vt Galenus scribit lib. 8. de medicam. secundum locos, vehemen- ter appetant, & canum more plurimum edant, & postea grauari cibi copia, vomere cogantur. An intelligat Galen. & Hippoc. vini potioem omnem famem præter naturam soluere, intelligere non possi- mus, nisi perspectis prius illarum causis, de quibus negligenter (si bene iudico,) maiores nostri scripserūt ex quo etiam natura horum Symptomatum dubia redditur nam Gal. in lib. 5. de Symp. Vulimiam de- finit ingentem esse famē, in lib. vero primo ad Glau- conem ait, Volimon nihil aliud esse, quam animi defectum; at, in lib. de Symptom. caus. Vulimum lapsum esse virtutis ab externo frigore, qui à fame quidem incepit, non tamen eam amplius habet con- iunctam, vt etiam in hoc Comm. definit. Vulimum autem Mula ventriculi non esse famem dicit: nam ventriculum in principio quidem appetiuisse, postea imbecilliorum effectum, nihil amplius appetere, ef- seq; proinde appetentiam ratione ventriculi deperdi- tam, ratione verò aliorum membrorum auctā; ita ille, & tamen esse, & non esse testatur, quum aper- tē Galen. scribat ingentem esse famem, nec eam ag- noscamus esse, nisi ventriculus appetat; quomodo enim aucta est famis, si in ventriculo deperditā sit. Definitiones autem Gal. conciliare fortē poterimus, si causas, & proprietates huius famis consideraue- rimus. Scribit ergo 5. Simplicium, à frigiditate, & siccitate Vulimum fieri; in hoc vero Comm. ab ex- terno frigore fieri scribit. Lib. vero de Medic. para- tu facilibus, ad hunc modum scribat, qui Vulimum incurunt, vel ex itinere, vel alio modo reficimus a- ceto naribus admoto, & inspirato, aut pulegio, aut terra madefacta, aut pomis, aut piris; item pane ex vino sumpto. Actius vero ex stomachi frigiditate fie- ri eam scribit; item ex indigentia, & virium imbecil- litate, & ab externo frigore serē in totum initium ca- pere scribit, ex itinere longo per niuem factō; itē ex balnei mora fieri prodit. Hæc propria habere scri- bit, tamen in principio multam non tamen semper perdurantem, nam postea repente inquit, animo lin- quuntur, cum extremarum partium refrigeratione, & spiritus defectione; Autor vero Definitionū hæc scribit: *βελίμος* est ingens famis, ex qua fit cibi in- quisitio ex paruis intervallis; qui hac detinentur, re- soluuntur, & concidunt, decoloresque fiunt, perfrige- scunt h. s. extrema corporis, torquetur stomachus, vixq; pulsus percipitur. In Definitione ergo hæc est discrepantia, quod dicat Vulimum nunc ingentem esse famem nunc famem non esse, sed animi defectū. Quia in re, nemo est, qui non videat, magnam in au- thore negligentiam, & Asiaticam quandam garruli- tatem; tamen conabimur rem hoc modo conciliare. Dicimus. n. Vulimum famē esse magnam, vt nomē ipsam ostendit, sed quoniam ad magnam tamen vi- rium lapsum sequitur, & animi defectus, ideo ex ma- ximo accidente quod huiusmodi famis infert, quod que curam totam ad se reuocat, ea fame contempta, lapsus vitium definita est esse, tunc. n. famem nō am- plius habet coniunctam, quum vires collapsæ sunt, & animi defectus accidit; vnde, bene dicit Vulimum à ma-

à magna fame inchoasse, sed eam amplius non habere adiunctam; Vulimū accidens definiens, nō ipsum Vulimū. Quod vero dicunt Vulimū esse cū extremarum partium refrigeratione, & spiritus defectione, & decoloratione, corporis resolutione, & pulsus exiguitate, hæc Vulimū non sequuntur, sed animi defectionem, Vulimū. n. animi defectionem adfert; ad animi defectionem, illa omnia sequi clarior est, quā probari debeat; In causis vero etiam discrepant: nam ab externo frigore fieri dicunt, nūc à frigiditate, & siccitate. Item, ex itinere, vel alio modo, ex stomachi frigiditate, ex indigentia, virium imbecillitate, ex longo itinere per niuem facto, ex balnei mora; quæ causæ non omnes Vulimū verum faciunt, sed aliæ verum, aliæ vero Vulimū animi defectionem. Porro, quæ Vulimū efficiunt, aliæ sunt propinquæ causæ, aliæ remotæ; propinqua causa est, stomachi frigiditas & siccitas, quæ stomachum constringit, & exprimit violentius; externa vero frigiditas Vulimū causa dicitur, quoniam per continuitatem corporis, stomachus externam frigiditatem recipit; Iter longum per niuem factum, Vulimū causa est remota; quoniam enim per iter longum refrigerantur partes externæ, illæ autem ventriculum ideo Vulimū causa dicitur, longa item in balneo mora id facit; Verum cum non exprimat cuius balnei mora id facere possit, frigidum balneum intelligemus, siquidem aer externus frigidus Vulimū causa esse dictus est: nam aer calidus, & balneum calidū animi quidem defectum adferunt, dissoluto vehementius corpore, non tamen Vulimū antea, quando alias ostendimus causas, quæ famem committendi vim habent, non solum debere dissolvere humiditatem, sed etiam virtutem unitam seruare debere, vt frigiditas, & comprimenda denique quæ id faciunt; Virū imbecillitas, & indigentia causæ sunt animi defectus, quem Vulimū adfert; quum enim ingens fames orta sit ex frigore, nihil autem habeamus quod eam reparare possit, indigentia oritur, ex indigentia imbecillitas, ex imbecillitate animi defectus. Atq; hæc sufficiant de Vulimū. Appetentia autem siue fames Canina, lib. 1. de Caus. Symptom. definitur esse corrupta appetentia; lib. vero 8. de Medicam. secundum locos, definitur esse vehemens fames, in qua plurimum quidem edunt, qui laborant, paulo tamen post grauati cibi copia, vomunt. Iam in causis etiam non conueniunt authores: nam Gal. 37. 3. Comm. 6. Epidem. scribit à Cacoehymis humoribus fieri talem famem, non omnibus quidem, sed his duntaxat qui frigidit fuerint, & acidi, accidereq; dicit talem appetitū nonnunquam in his, qui hemorrhoidibus laborant. primo lib. de Caus. Symptom. duas causas facit, acidum humorem ventriculum in sestantem, & immodicam totius corporis dissipationem. In hoc vero Comm. vel ob intemperiem frigidiorē ventriculi, vel humores acidos imbibitos in tunicis ipsius fieri dicit; eam autem famem quæ ex longa inedia, vel alui profluvio, vel sanguinis fluxu, vel aliqua alia euacuatione oritur, caninam non appellat. Trallianus Medicus caninam famem à frigiditate vetriculi, vel totius corporis dissolutione, quæ assiduum nutritionem desideret, ob vetriculi, & totius corporis vehementem caliditatem substantiam nostram dissipantem fieri scribit. Auicena. addit, ob vermes vellicantes os vetriculi eam fieri posse. In hoc ergo discrepant, quod Gal. ob immodicam corporis dissipationem caninam famem fieri dicat, aliquando negat, aliquando à sola intemperie, nunc autē ab acidis humoribus; & quod alij à caliditate dissolvente, & vermicibus corrodentibus fieri dicant; quas discrepantias natura rei vel conciliabit, vel partem illatū sal-

A fam esse ostendet. Primum ergo, caliditatem nec vetriculi, nec totius corporis etiam, talem famem efficere posse, quæ inexplebilis sit, & tanta copia cibi vetriculum infarciat, ut uomere cogatur canum more, qui edendi nullum finem faciunt, donec uomant, & post uomitum rursus ad edendum parati sint, rei natura ostendit: nam appetentia tanta fieri non potest, ut aliquando demonstrauius, nisi unita, contractaq; uirtus seruetur; undē, etsi caliditas uehemens corpus dissoluit, tamen quia una uires etiam labefactat, appetitum perdit, tantum abest, ut ita intendat, ut maximē, & irrequieta actione appetere possimus. Dissipatio uero totius corporis immodica, si robur seruet, appetentiam quidem immodicam excitabit, quæ resarciatur tantus molis nostre lapsus, tamen non mihi uidetur necesse, ut tantum appetant, qui ita dissoluti sunt, ut nullo modo satiari possint, & uomere statim cogantur, quum uideamus eos, qui à morbo ualde extenuati resurgunt, multum quidem appetere, satiari tamen moderata repletione nec ad uomitum statim cogi, etsi aliquando id fortē contingere potest, si modum non ponant cibis, quod facere possunt: non ij autem qui canina fame laborant; undē, ex alui profluvio, longa inedia, sanguinis fluxu, & alia euacuatione, magna quidem fames, at non canina, fieri potest; à vermibus autem non uidetur fieri posse: si enim multum erodant dolores, & lypothimiam excitabunt, cum quibus robur vetriculi sistere non poterit, vt tantum appetere possit vetriculus, vt continuo repleri desideret; Quod si parua sit vellicatio, vt parua euacuatione, ita & parua fames necessario fiet, si hoc tamen uisum est, fides abroganda rationi, & experientie tribuenda ex intemperie frigidiorē vetriculi sola, non etiam mihi uidetur fieri posse hæc fames, si n. parua fuerit, vt paruam expressionem, ita non magnam famem excitabit, & inexplebilem, etsi ad appetitum conciliandum conferat. Si autem magna fuerit, vt omnis insignis intemperies actionem perdet. Superest ergo vt solum ab humore acido imbibito in tunicis vetriculi fieri possit; quoniam enim huiusmodi humor adstringendi roborandiq; vim habet, & continuo vacuat, exprimitq; assidue vetriculi substantiam; sit utique vt vetriculus continuam repletionem requirat, quæ ideo magna fieri potest, quoniam ob constrictionem est roboratus; quia tamen frigidior est. totam copiam assumptam conquire nequit; undē grauatus ad expulsionem insurgit, vomituque sese exonerat, & rursus statim cibū appetit ob continuam, quam patitur expressionem, & repletionem; ita vicissim se extipiunt repletio, & uomitus, ergo solus humor contentus in vetriculo, & maximē in ipsius substantia imbibitus, huiusmodi famem parere potest: nam sola intemperies frigiditas hanc vim non potest habere: nam vt in Commentarijs Artis Medicinalis ostendimus, vetriculus frigidus, actu est calidus; Quare frigiditas, quæ in eo est comprimendi, vt exprimiendi vim non habet, vt hac ratione fiat fames, etsi tamen huiusmodi temperies aliquid ad appetitum facit, quoniam seruat visceris robur, veluti collectum & constructum, quod ad appetentiam conferre antea ostendimus. Verum cum inter humores imbibitos, à tunicis vetriculi, ex quibus potest fieri fames, alius possit esse pituita acida, alius atra bilis acida, alius humor melancholicus acerbus, & austerus, dubium est an atra bilis possit facere talem famem, quippe cum ob suam malignitatem videatur vitare omnes actiones. Certè humor melancholicus naturalis quia acerbus est, & austerus non minorem habet in hac re vim quā acida pituita, id quod Gal. in Comm. satis uidetur ostendit.

ostendere, cum scribit eos, qui hemorrhoidibus corripiuntur, fame inter alios laborare solere, quando non bene expurgantur: tunc enim humor melancholicus non bene expurgatur; Quod etiam lib. 5. de Usu partium scribit, humorem scilicet melancholicum à natura transmitti ad ventriculum vt corrugando, & constringendo os ventriculi conferat ad appetitum iuuandum, talis ergo humor, cum suam seruat qualitatem, & naturalem copiam, tunc confert ad naturalem appetitum: his vero mutatis, præsertim cum talis humor substantiam ventriculi occupauerit, cum qui præter naturam est, parit. Potest idem facere & alia ratione, quando scilicet vniuersa sanguinis massa non bene expurgatur à liene malè affecto, tunc enim ventriculus vt aliæ partes ab huiusmodi humore inficitur & afficitur, atque ita ob situm affectum ad appetentiam immoderatam excitatur; Ceterum Pica siue Malatia causas habet corruptam in temperiem oris ventriculi, potius quàm in signem aliam qualitatem, non enim mulieres, quæ potissimum ea laborare solent, dicunt se sentire in ventre calorem, vel frigus, vel humiditatem aut siccitatem molestant, sed solum appetunt absurda; nec vna idem appetit, quod alia, aut certe raro id accidit, quoniam non eadem est qualitas humorum, quæ ex mensuris reterentis, nec consumptis à fetu in primis mensibus ad ventriculi os repit; propterea quedam carbones, aliæ cinerem, aliæ sinapim, aliæ lapides, aliæ aliud appetunt, quæ vt puto, illis non obsunt, quoniam remedia sunt aduersus morbosas causas in tus latentes, nam quæ cinerem appetunt, videntur affici à pituita admodum aquosa, quæ remedium à re admodum exsiccante querit. Sic de alijs eadem sit ratio, appetit enim qualibet res sui mali medelâ. Iam superest, vt ostendamus quo modo vini potio famem sedare, & quam possit, non enim vt diximus eam, quæ naturalis est, & fit à nativo calore proprie sedat, postulat enim huiusmodi fames cibos id est solidiorem materiam, quæ si in vino est, vt in crassioribus viniis, aliquid certe confert, sed quia tanta non est in vino aliquo, quantum requirit euacuatio calidioris materiæ, ideo ex solo potu perfecta curatio huius Symptomatis fieri nequit. Causæ præterea quæ talem famem pariunt euacuando, vt nativus calor, & quæ illum accendunt, vel quæ euacuant humores, vt sanguinis fluxus, vel diarrhæa, vel longi morbi, non postulant vini potionem, ut proprium remedium; In Vulimia autem non explicat Galenus an conueniat, sed dicit melius esse, vt Aphorismus vniuersaliter intelligatur, videtur tamen conuenire, siue enim per Vulimiam intelligas vehementem famem à frigiditate exteriori factam, siue uicitatis lapsus, uinum erit optima medicina, siue etiam fiat Vulimia, vt nos potius credimus, ex humore bilioso, & pituitoso simul mixtis, os ventriculi occupantibus, in quo casu fit ut pituita exprimens appetitum moueat, bilis uero, & flatus qui excitantur, etofionem, & grauitatem pariant, cum à cibo commouentur, ex quibus postea animi defectus sequitur, qualis affectio, & fames in semitertianis conspiciuntur, uini non quidem meracioris, sed temperatioris potio confert, huiusmodi enim uinum coctione iuuat, & uentriculum roborat, pituitam, & flatus discutit, bilemque etiam retundit. Ceterum, mirum est quod Galenus simpliciter dicat caninam famem hic intelligi, & eam alibi scribat à magna dissolutione excitari: nocet enim uini potio ubi fames fit, ob corporis inanitionem, ut ipse docet. Erit ergo semper caninæ famis ex nostra opinione, remedium, quia nos eam solum fieri credimus ab humoribus frigidis imbibitis à uentriculo: uinum enim generosum, qua

A le in hoc casu requirimus, & per uerbum thorexin significat Hippocrates uentriculum calefacit, frigidiores humores concoquit, extenuat, dissoluit, penetratque per substantiam uentriculi, ubi illi obsunt. Modus autem quo Galenus utitur ad famem eam sanandam, examinandus est, uidebitur enim fortè repugnare naturæ rei, nam cum ea exhibenda sint, quæ humores imbibitos incidere, abstergere, & discutere possunt, emplastica, qualia sunt oleosa, & pinguis uidentur obesse, mihi tamen optima ratione uidetur id facere, ut appetentiam primum minuatur, ne cogantur semper appetere, & locus non detur curantibus auxilijs, pinguis enim uentriculi tunicas molliunt, & relaxant, quibus rebus uentriculus, qui ob adstrictionem uehementius appetebat, remittit appetentiam, & intetum uini potio ingeritur, quæ sua caliditate, & tenuitate, familiaritateque substantiæ sese insinuando famem, illiusque causas rescindit. Verum ut Galenus admonet, modus istæ curationis longo æget tempore, est autem expeditior uia si Hiera Galeni exhibeatur, illud enim est proprium remedium humorum, qui imbibiti sunt in tunicis uentriculi.

APHORISMVS XXII.

*Quicumque morbi ex repletionione fiunt; curat
uacuatio; & quicumque ex euacuatione
repletio, & aliorum contrarietas.*



ANT EA famem uini potione tanquam contrario remedio causæ, quæ famam committit curari dixit, & in prioribus etiam Aphorismis sæpè ostendit remedia, quibus tolluntur affectus corporis, non tamen docuit, qua ratione illa id faciant: id quod nunc facit, uempè ob contrarietatem, ostendens remedia omnia mederi nostris malis. Sed ante quàm generale hoc præceptum tradat, rursus utitur inductione, dicens repletionem uacuatione, & hanc repletionem tolli, & non solum repletionis uacuationem, & uacuationis repletionem, sed etiam morborum, qui ob illis fiunt remedium esse.

DItaque cum notum sit uacuationem curare repletionem, & hanc illam, ob mutuam contrarietatem, Axioma Medicum merito efferri hoc potest: Contrarium contraria sunt remedia; siue, Contrarium curatur à contrario; quod quidem Axioma Gal. in 11. Meth. Inductione probat; neque enim aliter probari possunt propria principia; tamen philosophus naturalis cui subijcitur Medicus, demonstrare hoc potest ad hunc modum: Omnis mutatio fit è contrario in contrarium, siue per contraria, at curatio est mutatio, nempe morbi in sanitatem, fit igitur curatio à contrarijs. Porro, uacuationem repletionem sanari, & hanc illa, notius est, quàm ut ostendi debeat; uerum etiam morbos sanari repletionem vel euacuationem non ita patet, nam si contrarium à contrario curatur, nullus morbus uidebitur his remedijs curari posse, quoniam nulla repletio aut uacuatio, morbo aduersatur. Qua quidem in re Galenus distinctione utitur. Ait enim in principio Commentarij, non omnes morbos curari posse repletionem, vel euacuationem, sed eos solum, qui adhuc fiunt, eos uero qui iam facti sunt, propriam curationem postulare; eos etiam tolli illis prælijs, qui nondum fiunt, sed futuri sunt, nam in Comment. huius Aphor. & clarius adhuc in 3. Artis Medicæ, ubi de curatione agit & Medici officia distinguit, dicit partem unam esse Medicinæ,

dicina, quæ præseruatiua dicitur; cuius officium est causas imminuentium morborum, aut eorum, qui adhuc fiunt, rescindere: Aliâ vero esse, quæ curatiua dicitur, cuius munus est morbosas dispositiones, morbosque ipsos propellere: quod si sani sunt homines, tunc conferuatrix pars locum habet; quod si conualescunt corpora, aut in senectute sint, pars Medicinæ, quæ renutritoria, & senilis, siue senes tractans, exercenda est, illam Analepticen, hæc Ierocomicæ, melius vocant Greci. Quæ quidē sententiæ faciliè intelligi nō possunt, nisi intelligatur quid sit morbus fiens, siue in fieri, quid factus, & futurus. De qua re agit sæpè alibi, vt in lib. de Symptomatis, tum maximè in 11. Methodi cap. 12. vbi ex professo docere vult, quibus morbis debeat curatio, & per quæ remedia, Appellat enim illic ea habere essentiam in fieri, quæ non subsistunt, cuiusmodi sunt actiones omnes; propterea etiam affectiones nostri corporis, quæ tam diu durant, quam diu præsens est causa, quæ eas peperit, & ea ablata statim euanescent sine remedijs, passiones, vocat, & non affectus, quoniam, inquit, affectus essentiam habet in facto esse, & proinde morbos statuit esse affectus, & non passiones. Quam opinionem idem author ex hoc Comment. euidenter refellit, & Hippocrates ipse in Aphorismo; nam morbi, qui fiunt ex repletionem, curantur, inquit, sola euacuatione, id quod docet experientia, vbi enim sensibiliter læduntur actiones, & propterea iam morbus aliquis est, vt in erosione stomachi, aut calefactione, quæ fit ex bilis contactu sola, euacuatione tollit huiusmodi morbum; sicut etiam accidit cum dolor capitis nascitur ex ebrietate, vel eruditate stomachi, facta enim concoctione eorum quæ sunt in stomacho, dolor capitis natus ex solutione continui recedit absque ullo proprio remedio; igitur morbi, qui sunt in fieri, sublati suis causis efficientibus, curantur. Sed cur est quod ipse in Comm. & in 3. Art. Medicinal. eos qui sunt in fieri, dicit egere curatione eius scilicet quod est factum, illud vero quod futurum erat, præseruationem requirere? an debemus ita intelligere, quod inter morbos qui sunt in fieri, quidam sint qui læuem adhuc habent noxam, alij vero habeant iam magnam, quæ tamen parata est augeri ob causæ agentis præsentiam, illi enim sola egent præseruatione, quoniam læues eos morbos natura sanat; curare autem, re vera est per artis nostræ præsidia morbos profligare; secundi vero generis morbi egent quidem præseruatione, & curatione, illa quidem ne morbus amplius augeatur, hæc vero, vt impressio iam facta soluat; Ergo morbi, qui fiunt ex repletionem curantur sola euacuatione; aliquando vero præter euacuationem, requirunt curationem mali facti id est relicti post factam euacuationem; exempla huius rei patent in rupturis & erosionibus venarum, his enim malis sæpè sola euacuatione medetur: alias autem vix possunt inueniri præsidia curatiua, veluti cum hæc mala nascuntur in pulmone. Igitur constat, præseruationem deberi causis morborum id est contra illas pugnare, ac morbis qui ex illis adhuc fiunt, nec aliquid habent factum, qui causis illis sublatis tollunt non quidem per curationem, & per propria morborum remedia, sed ex accidenti per præseruationem. Illud vero maiorem habet difficultatem, quod scribit morbo deberi curationem, nulla illius causæ facta mentione. Verum ratio conuincit, nos etiam pugnare in expellendis morbis contra causam aliquam: nam si curatio omnis; vt hic scribunt auctores, sit per contraria, sola sanitas esset remedium morbi, hæc enim sola morbo opponitur, ergo sanitas ipsa morbum expelleret, & non remedia nostra, quod quo modo fieri potest? illa enim vim non habet a-

A gendi nec potest idem seipsum efficere, siquidem scribit Galen. in Arte Medicin. morbum calidum tolli per frigida auxilia, sanitas vero auxilium non est frigidum aut calidum. Præterea, excessum immoderatum immoderato excessu contrario, redigi ad moderatitatem, ad hanc vero sequitur sanitas, Igitur, si morbi tolluntur, sublatis suis causis, vt morbus calidus à refrigerantibus, non vtique contra morbum ipsum pugnamus; ergo, siue præseruare, siue curare velimus semper contra causas agemus; ex quo sequitur, vt tranque partem Medicinæ præseruationem esse, quia in vtraque pugna fit aduersus causas; An causæ distinguendæ sunt, quod quædam sint gignentes siue efficientes, aliæ vero constituentes; & efficientibus deberi præseruationem, constituentibus vero siue vt uocant recentiores formalibus, curationem; humor enim calidus calefaciens, gignit in nostro corpore calorem, ex quo intemperies, & morbus fit: est vero humor ipse calefaciens, causa efficiens, calor vero ab eo excitatus, & iam receptus in corpore non gignit re vera nec efficit, sed constituit morbum, veriusque est forma ipsius morbi, quia posita, ponitur morbus, quæ & alio nomine causa coniuncta dicitur; quæ, vt in Arte Medic. ostendimus, longè differt ab ipso morbo; quanquam Galenus breuitatis causa sæpè vsurpet eam pro morbo; veluti, cum dicit febrem esse calorem, non enim febris est calor, vt nec ipsa sanitas est calor vel frigus, sed febris est vitium, in quo calor præter modum est auctus vt sanitas est perfectio proueniens ex moderatione & temperamento qualitatum. Ex his igitur patet quid sit præseruare, & curare, & cui debeat curatio & præseruatio. Nunc videndum, per quæ ista fiant, & maximè curatio, de qua hic agimus, quam tem in 11. Methodi ex proprio etiam instituto tractat Galen. & tandem concludit, per contraria eam exerceri; definit autem illic contraria, quæ plurimum inter se distant. Quod si ita est, fortè male dicemus paruis morbis deberi curationem, quippè, cum parui fiant recessus à naturali statu in paruis morbis, & proinde etiam remedia quæ illis debent esse equalia, contraria non videantur esse. Respondere fortè quis posset, etiam paruos recessus contineri nomine contrarij: sed ratio contrarietatis id non postulat præsertim in curatione. An potius dicendum est, in omni morbo magnum esse recessum à naturali statu, etsi parui quidam dicantur morbi maiorum respectu? nam in omni morbo duos saltem oportet esse gradus affectionis præter naturam; id quod probatur ex gradibus medicamentorum: nam Gal. cum agit in lib. 5. de Simpl. cap. ultimo de illis gradibus ea quæ sunt in 1. gradu statuit obscure agere; quæ vero in secundo sensibilibiter; itaque, cum mala nostri corporis nō sint reponenda inter morbos antequam sensibilibiter lædant nostras actiones, constat in omni vel læuissimo morbo recessum esse per duos gradus, & ultra quatuor nullum morbum salutarem progredi posse, quoniam nulla medicamenta sunt, quæ ultra eos gradus extendantur; quapropter, morbi omnes, qui excedunt quatuor gradus oēs lethales, quia nullum equalia habet remedium, quo temperari possint suæ causæ. Porro, illud quoque rectè dictum est à Gale. contrarij nomen rectè intelligendum esse, vt non solum comprehendat verè contraria, sed etiam alio modo opposita, nam vt calidum per veram contrarietatem remedium est frigidum, ita rarum densi, & relaxans contracti auxilium est, ob aliam oppositionem. Illud verò maiorem habet difficultatem, quod scribit ille in Arte Medicinali immoderatos excessus per alia immoderata tolli, & sic morbos curari, quod patet: nam

nam exuperans calor non nisi per frigus exuperans redigi potest ad mediocritatem, & temperiem; id tamen non videtur verum in omnibus curationibus: nam exempli causa, in excisione digiti superabundantis, non assumimus digitum deficientem, vt ex vitroque acquiratur mediocritas & sanitas; aut cum luxatam partem reponimus, non alium excessum facimus, sed paulatim versus naturalem statum properamus. Eodem pacto, si figura est vitiata, eo quod in anteriora præter naturam hiectatur pars, remediū non est eandem reflexere vltra mediocritatem in posteriora, sic enim nunquam ex duabus malis figuris mediocritatem acquireremus; nec ex obstruentibus, & aperientibus fit sanitas, vt ex calido, & frigido. An Galeni dictum solum intelligi debet in qualitatibus & morbis qui fiunt in intemperie? nā temperies ex mixtione fit qualitatū mutuò se retundentium, quare, cum vna augetur, ad illius proportionem in tendenda est illius contraria, atque ita ex vtriusque excessu inæqualitas tollitur & morbus, sanitas verò comparatur. Illud etiam explicandum est, quod scribit curationem fieri per contraria æqualia in gradu; nam si ab æqualibus non fit actio, quomodo fiet morbi expulsio, & mutatio morbi in sanitatē? Porro, in hoc dicendum est, mutationem quandam esse, quæ tendit ad victoriam; aliam vero quæ finem habet temperiem, & mediocritatem; in illa requiri inæqualitatem, ab æquali enim pugna non fit victoria; in hac vero fit temperies, nec aliter quidem fieri potest, siquidem temperies fit per mixtionem; in hac autem seruat æqualitas, & proportio eorum quæ miscentur; ex quo etiam sequitur, hoc præceptum frequentius & ut plurimum solum habere locum in curatione morborum, qui fiunt ex mixtione elementorum: nam in illis æqualitas, & inæqualitas cōspiciuntur, vbi vero exciditur digitus superfluus, aut reponitur pars luxata, vel extrahitur lapis, vel alij huiusmodi morbi curantur, quænam quæso æqualitas, vel inæqualitas inter remedia, & morbos siue proximas morborum causas, reperiri potest? iam vero superest, vt videamus qualia oportet assumere contraria, actiōne solo, vel potentia, vel vitroque modo agentia; requirit curandi ratio, vt potissimum potentia sint contraria atque facultate, non enim quod frigidum est actū, verum est remedium mali calidi; sic. n. Pyrethrum aut Euphorbium est optimum istorū malorum auxilium. Solum supersunt quedam argumenta dissoluenda, qua videntur efficere, vt semper non sint contraria remedia affectibus abigendis, nam febris sæpè tollitur calidis, vt febris quotidiana vlu piperis, necnon concoquentibus, & euacuantibus, vt febres putridæ. Item scribit Hippocr. Tetanum qui fit à frigida pituita, frigida aquæ aspersione sanari. Vulgare etiam est dictum dolorem esse medicinam doloris; & vomitum vomitu sanari; ac etiā maniam medicrem ab ea, quæ vehementer excessit, quæ tunc dicitur extasis, curari. Hac in 3. Artis Medicinalis soluius, distinguendo ea quæ per se ab his quæ per accidens fiunt, & coniunctas respiciendo dispositiones & causas, ita vt his sublatis recedant quæ ab illis fiunt, & naturæ conatus spectando, quæ omnia eo loco fufius sunt explicata, & exemplis proprijs patefacta, quare hoc loco ea solum breuiter attingam: adferunt enim illi qui vim huius præcepti non intelligunt potissimum hæc argumenta rhabarbarum, calidum morbum, nempe febrem biliosam sanare, quod tamen calidum est, & humori bilioso etiam simile; non solum qualitate calida & sicca, sed etiam tota (vt aiunt) substantia, cuius vi purgat bilem. Verum illi non intelligunt rhabar-

barum non mederi febribus biliosis ob suam temperiem, sed quia vacuandi vim habet, & purgandi vacuato vero humore lædente, morbus qui fit ab eo, simul euanescit, vt Aphorismus hic docet, nec refert si ob similitudinem trahat humorem, quia solū curat, quia vacuat, in hoc autem est euidentissima cōtrarietas cum humore lædente. Adferunt etiam Aphor. in quo scribit Hippocr. Quæ refrigerata sit, calefacere oportet, exceptis his vnde sanguis fluit. Respondemus, calidum affectum frigido curari, sed aliquando coniunctum affectum cum frigido, vt sanguinis fluxum qui irritatur calidis, impedire istorū vsū; Item, morbus calidus, à calore natiuo curatur; inter quos non est contrarietas: nam, quod ait Brasili uolus Ferrariensis calorem natiuum esse contrariū calori præter naturam, eò quod vnus sit naturalis, alius præter naturam, non est recipiendum: nam duo calores simul non sunt qui mutuo inter se pugnent eum corpore, sed vnus & idem calor, propter gradus quos acquirit mediocres vel excedentes, naturalis, vel præter naturam dicitur plus, vel minus, ita, vt penitus sit præter naturam, veluti cum putredinem veram facit, minus vero ita vt adhuc aptus sit ad naturæ opera satis vtiliter obeunda, veluti, cū pus gignit; Ille ergo calor per accidens medetur morbis calidis, morbosam causam concoquendo, & expellendo, in qua calor præter naturam id est qui ex putredine erat excitatus, residebat, atque ita ea victa & expulsa materia, calor qui relinquitur ad suam, & naturalem mediocritatem redit. Scribit etiam Hippocr. in 2. lib. Epid. dolorem solui dolore, & in sequenti quodam Aphor. ait, dolorem maiorem, minorem obscurare, id etiam fit per accidens: nam medicamentum quod aperit abscessum, soluendo continuum, dolorem parit; ex loci vero apertione sequitur euacuatio humoris contenti, & dolorem facientis: itaque euacuatio medetur dolori per accidens, & per se repletioni; solutio vero continui, & dolor ex ea natus, causa est sine qua non poterat fieri euacuatio, & non remedium doloris ex abscessu facti. Porro, dolor maior minorem non sanat sed obscurat. Ait præterea Hippocr. in sequentibus Aphorif. Tetanum qui frigidus est affectus, & ex frigida causa natus, frigida aquæ ablutione sanari; sed id aqua per se non facit, sed quoniam calorem natiuum intus colligit, & roborat, qui postea facilius humorem frigidum inter nas partes occupantem, concoquit, & discutit. Adferunt etiam illi eundem morbum à seipso sanari, quo modo scribit Hippocr. Extasin (quæ vehemens est Mania) medicrem Maniam soluere; at id fit, quoniam natura tunc mouetur ad expulsionem noxi humoris, cum vehementer irritatur, id quod potissimum vigente morbo accidit, tunc enim fiunt Crises; propterea dicere possemus, statum morbi priores partes dissoluere, quoniam in eo tempore materia relicta à prioribus partibus morbi per Crises discutitur. Vomitus quinetiam, & alui fluxus, vomitu & alui fluxu curantur, cum medicamenta exhibemus, quæ rursus vomitum, & aluum mouent, id etiam fit per accidens: nam humor qui naturam irritabat, nec facile ab ea expelli poterat, & propterea illatum excretionum causa erat, vi medicamenti vniuersus educitur, cessante irritamento, desinit vomitus, & alui fluxus.

Nonne etiam sanguinis è naribus profuua rursus euacuato sanguine, secta vena sistimus? ita quidem videtur euacuatio remedium esse euacuatio nis, sed hoc verum non est, sed reuulsio medicinam præbet, contrarium motum scilicet priori opponens, quæ cum fieri non possit absque euacuatione, ideo

Q cum

cum illa coniungitur. Hæc igitur vim non habent evertendi principium hoc inigne, contraria, contrariorum esse remedia; quod non solum in morbis, sed etiam in morborum causis, Symptomatis, & in omni denique mutatione verissimum esse docent, ipsa philosophia, & experientia.

APHORISMVS XXIII.

Acuti morbi in quatuordecim diebus iudicantur.



VM superiore Aphorismo docuisset, quo modo morbi curentur per contraria, docet nunc quo tempore acuti curari possint, vel iudicari, quod idem est; Dicit ergo in quatuordecim diebus eos iudicari; quam sententiam vt Galenus notat, nonnulli ita intellexerunt, vt crederent Hippocrate velle hos morbos iudicari antequam præterierint quatuordecim dies Decretorij, ita, vt quatuordecim numero sint dies qui morbis acutis faciunt iudicationem. Quam opinionem idem refellit author: nam cum omnes acuti morbi terminum habeant quadragesimum diem; vsque ad eum terminum pauciores sunt verè decretorij, cum intercedentibus vero; plures; quare vera non est hæc huius Aphorismi interpretatio; Sed quod vult author est huiusmodi, morbos acutos finiri intra spatium quatuordecim dierum. Verum cum morborum acutorum multe sint differentie, vt in primo libro ostendimus, quippe cum nonnulli simpliciter sint acuti; alij vero non simpliciter, alij acuti ex decidentia; alij qui intra quadraginta dies terminantur, de simpliciter acutis intelligendum esse Aphorismum scribit Galenus, illos enim simpliciter acutos vocat, qui in quatuordecim diebus terminantur; at verò, cum acutum morbum ex suo termino diffinimus, petimus in hoc loco principium inam hic querimus, cur acuti quatuordecim diebus iudicentur. Quare præstat aliter morbum acutum diffinire, quod scilicet sit is, qui cum magnitudine celeriter mouetur; nam qui magni solum sunt, vel solum celeriter mouentur, acuti non sunt. Sensus ergo est, magnos morbos qui celeriter mouentur, non posse vltra decimum quartum diem differre suum iudicium, id est, accidere omnino, vt vel perfecte sanetur æger, vel moriatur, aut insignem mutationem faciat ad salutem vel ad mortem, modo in eo spatio seruet suam magnitudinem, & celeritatem. Curus rei rationem conatur reddere Galenus sed parum feliciter: nam, inquit, ob morborum magnitudinem, & Symptomatum vehementiam, necessarium est, vt citò committatur pugna inter morbum & naturam: quod si natura validior fuerit morbosa cura, ad salutem fiet iudicium, si minus, ad mortem. Atqui hæc ratio docet, non posse diutius hos morbos durare; cur tamen magis intra decimum quartum, quam vigesimum finiri debeant, id non probat: videmus. n. multos cum ad decimum quartum diem peruenerint non ita debilitatos quin possint pugnam adhuc iustinare, & differre in alium ex sequentibus diebus; itaque Galeni ratio nihil necessariò concludit.

Montanus vero, rationem petit ex Lunæ oppositione, quæ inquit magnas mutationes facit in nobis, & decima quarta die contingit, propterea tunc

fieri Crises, nec vltra eas differri posse. Verum et si hæc in sequenti Aphorismo diligentius tractabuntur, cum vniuersas Criticorum diueras causas expendemus, tamen ne desit huic Aphorismo sua explicatio, operæ pretium est expendere huius viri opinionem: contra quam ita dico.

Primum, quod Galen. non solum in oppositionibus Lunæ cum Sole, sed etiam in coniunctionibus, magnas pariter fieri mutationes dicat, quapropter, nulla ratio suadet cur potius in 14. quam in 29. cum aliquot horis Crises fieri debeant; tunc enim coniunctionis est tempus; Deinde, quid dicemus de his qui in ipso tempore oppositionis, aut paulo antea, vel postea ægrotant, plures enim dies quam quatuordecim requiruntur, imò integer mensis necessarius est, antequam alia fiat oppositio; Itaque si ad oppositionem ratio est referenda, non certè ad veram oppositionem, quæ cum Sole fit, sed ad eam, quæ opponitur signo, in quo erat æger cum ægrotare cepit, ab eo enim ad aliud, quod sit perfecte oppositum Luna solet peruenire decimoquarto die, & tunc quoniam est in signis oppositis illis in quibus morbus cepit, necesse est pugnam fieri, vt natura oppositorum, & contrariorum postulat; ex vehementi autem pugna sequitur victoria vel morbi, vel causæ morborum, vel ipsius naturæ, imbecillioris. Hæc contemnenda quidem non est ratio, quæ sit ex motu Lunæ per signa opposita, sed tamen in ea non potest animus quiescere: nam inæquales at inordinati sunt motus Lunæ, ita vt aliquando perficiat in tredecim diebus, quod alias non facit in tredecim cum dimidio, vel maiore etiam temporis spatio; quapropter, non semper decimus quartus esset terminus solutionis morbi acuti; quot præterea sunt acuti qui septima, vel etiam tertia, quarta, aut quinta bene iudicantur, hos enim terminos per acutorum morborum Galen. statuit, in quibus non est perfecta, & in aliquibus etiam nulla est oppositio, quæ vim aliquam ab Astrologis habere dicatur. Habet meo quidem iudicio, hæc tractatio communes causas cum periodis febrium: nam si terminus solutionis morborum ad astra referendus est, cur etiam non dicemus ex ipsis sumendam esse rationem cur sanguis nullam faciat accessionem pituita vero quotidie remouet febrem, bilis tertio quoque die suos faciat insultus, & humor melancholicus suas tardet exacerbationes vsque in quartum, sed quales quæso oppositiones, vel aspectus syderum, aut aliarum causæ celestes hanc in paroxysmis, & eorum solutionibus differentiam efficiunt? cur etiam ad astra non referemus differentiam, quæ conspicitur esse in animalibus, dum fetus suos gerunt, alia quidem per diuersas hebdomadas, alia per menses, alia vero quæ annum etiam attingunt; nihil ergo certum sumi potest ex certis causis, sed sola experientia sensus nostros docuit cum probabili quadam ratione, quæ ostendit naturam expultricem, & coëtricem, quæ Crises efficiunt, ægere pro suo robore, ac matæ lædentis qualitate, & quantitate; Itaque fieri, vt vbi violenta sit pugna, sicut contingit in morbis acutis, diu illa durare non possit, & nunquam tardius, quam in quatuordecimo die ea finiatur, sed cur dies ille & non alius, qui illi propinquus sit hęc efficiat, vel potius cur in illo magis, quam in alio illi propinquo hoc accidat, nulla certa ratio adhuc est inuenta, sed vt diximus, hæc diligentius in sequenti Aphorismo proficuemur.

APHORISMVS XXIII.

Septenorum quartus est index; alterius septimana octauus principium; est autem & undecimus contemplabilis; ipse enim quartus est secunda septimana. Rursus vero & decimus septimus contemplabilis: ipse siquidem quartus est à quartodecimo, septimus vero ab undecimo.

ANGIT Hippocrates in hoc Aphorismo materiam de diebus Criticis, siue iudicatorijs, aut decretorijs, quæ nulla est in vniuersa Medicina obscurior, & difficilior: nam cum multas partes ea in se contineat, non in vna solum, sed in singulis ferè magna semper fuit controuersia, non solum quidem inter ipsos Medicos, sed etiam inter Medicos, & Astrologos, adeò, vt adhuc maximè dubium sit, quos sequi debeamus, aut quid etiam ex omnibus collectis sententijs de re ipsa sit sentiendum; sed nos vt alijs meliora excogitandi viam aperiamus, nostram quoque sententiam proferemus.

Ac Primum illud venit explicandum, quid sit dies Criticus, in quo iam oritur controuersia: nam Galenus in primo libro de diebus Decret. scribit, Crises in omnibus diebus fieri, sed non in omnibus æquè frequentes, vel bonas, vel perfectas, vel fidas, vel iudicatas; quare definit diem decretorium, in quo prædictæ mutationes firmæ, ac plurius fiunt. Quam quidem definitionem si recipimus, paucos dies inter decretorios agnosceremus esse; multos vero excludemus, qui inter decretorios ab omnibus Medicis numerantur: nam sextus dies decretorius est, sed cum periculo, infidelis, imperfectus, & obscurus; Item, decimus tertius decretorius est, sed rarè decernit. Plures alij sunt, vt postea patebit, huius generis, qui etsi rarè & perfectè iudicant de morbis, tamen inter decretorios reputantur. Ad id facit quod habet Galenus in eodem libro, tot esse dierum Criticorum, quot ipsarum Crisium differentias. Quare, cum illarum multe sint differentie, vt infra etiam patebit, non potest vnica esse differentia dierum decretoriorum; vt ergò omnes comprehendamus decretorios dies, & singulis detur pro sua natura locus, dicemus esse diem decretorium, in quo fit Crisis; Sed cum de Crisi nomine, & natura dissensio sit non parua, necesse quoque est naturam diei decretorij obscuram esse: nam Galenus in lib. primo, & secundo, de dieb. decret. & in principio lib. de Crisib. passim; alibi, docet controuersiam fuisse inter antiquiores Medicos quid nomine Crisis sit intelligendum: nam quidam voluerunt Crisim nihil aliud esse, quam subitam in morbo mutationem: alij non solum subitam, sed confertim factam, id est subitam & magnam; alij non omnem, sed solum quæ est ad meliorem statum conuersionem; in quò etiam est dissensio: nam integram & perfectam solum mutationem nonnulli uolunt esse Crisim; alij quamcunque subitam mutationem, siue perfectam, siue imperfectam sit; alij non solum quæ est ad bonum, sed quam eunquæ subitam mutationem vel ad melius, vel deterius, nomine Crisis dignantur; alij vero non ipsam mutationem, & solutionem, sed eam quæ præcedit agitationem, statuunt Crisim esse inueniendam; alij eo nomine, & ipsam agitationem, & solutionem

A comprehendendi uolunt. At uero si longi morbi, qui per annorum reuolutiones finiuntur, etiam per Crisim terminari statuit Gal. erunt etiam Crises, quæ non fiunt subito, nec confertim, sed paulatim. In hac uero controuersia, Gal. nunc illis assentitur, qui Crisim uolunt solum esse perturbationem, quæ præcedit solutionem; aliquando uero definit esse ipsam mutationem, & solutionem, quæ subito fit; aliquando solutionem ipsam quomodocunque factam; quo modo etiam diarias febres per Crises finiri scribit; sapius uero se ab ea disputatione liberat ea ratione, quod dicat questionem esse de nomine; in quo pueriliter errat: de re enim ipsa, imò de fundamento huius tractationis lis est & controuersia: nam si omnè mutationem, quæ in morbis fit, ut ille aliquando sentit, **B** Crisim uocabimus; uicerum, fracturarum, luxationum, & aliorum morborum curationes, quæ fiunt per sanguinis missionem, & purgationem opera Medici, Crises utiq; dicemus esse. Si uero excludamus solutiones illas, quæ fiunt opera Medici, & proprias Crises dicamus esse mutationem, quæ fiunt à natura: illa autem morbos aliquando finiat sine perturbatione, ut idè fatetur in li. 2. de dieb. decret. de diarijs febribus & longis morbis, non poterit perturbatio Crisis uocari; nec èt Crisis erit confertim facta mutatio, quoniam uehementia carent, & alij breuissimi morbi, exigui & mites, & oēs longi. Præterea, pueri, ut ille tradit, per solam concoctionem Crises faciunt in morbis; in quib. nulla præcedit perturbatio, ea. n. solum antecedit excretionem: Adde, quod non solum morbi **C** in pueris, sed èt in alijs omnibus longi morbi, ut ille author est, finiuntur vel per solam concoctionem, vel diuturnos abscessus, vel longas excretiones, quas tamen solutiones ille appellat Crises. At dicet fortè quispiam se Crisim appellare, quæ hæt omnes conditiones, & quæ propria est potissimum morbis acutis; quod si concedimus, non debebat ultra 20. diem alij quos quærere, & numerare dies, menses, & annos decretorios: ergo, nec subita, nec magna mutatio, aut ytraque simul requiruntur ad Crisim. In eo uero maior est confusio, & detestandus error, si firmatū non est, an perturbatio ipsa, uel solutio, aut ytraque; Crisis propriè dici debeat: nam cum solutio fieri debet in die decretorio, perturbatio incipit sæpè in die antecedere, ueluti cum Crisis, & expulsio incipit in primis horis diei quemadmodum dicebat Hippocr. in 2. Aphor. Noctem, quæ præcedit Crisim grauiorem esse solere ea, quæ subsequitur; At, si ita se res habet, Crisis fiet in die non critica: nam perturbatio, quam Crisim ille statuit esse, in eo fit; at, si utrunque nempe ipsam perturbationem, & solutionem ipsam Crisim esse dicamus, sæpè non vnus dies, sed duo, & tres erunt critici: nam perturbatio alium quandam occupat, alios uere, quam ipsa excretio, & quæ per ipsam fit, solutio morbi: non ergo de nomine est quæstio, ut Gal. tradit, sed de re ipsa, quæ fundamentum est totius huius tractationis; Cogunt autem quæ superius adduximus rationes, nomen Crisis usurpandum esse pro ipsa mutatione, quæ fit in morbis, non autem pro agitatione, quæ oem mutationem non præcedit, nec in dieb. criticis semper cum ipsa mutatione accidit; Ceterum cum nos quæramus mutationes solum quæ fiunt à natura in diebus certis, excludendæ ueniunt à nomine Crisis illæ, quæ fiunt manu Medici: non enim Crisim uocamus febres Synocha solutionem, quando illam Medicus, confertim facta sanguinis missione; parit, uel cum morbos ex cacochymia vniuersi corpus uel partes aliquas uehementer infestantes, uehementiore purgatione tollit: hæc. n. non in dieb. criticis, sed in alijs fieri dnt, & fiut. Erit ergo Crisis mutatio, quæ fit in morbis à natura, at nõ per generationem carnis, aut

alterius cuiuscunque operis, sed per expulsionem noxij humoris: nam per solam concoctionem nec longi morbi, nec breues, nec qui acuti sunt in pueris solui possunt: nam cum Crisim potissimum statuamus in morbis, qui infestant cum febre, necesse est excretionem aliquam sequi, etsi in aliquibus illa est euidentis, & sensibilis, in alijs vero occulta & insensibilis, in duris enim, & astrictis corporibus, euaporatio non sufficit ad febres soluendas, sufficit vero in pueris; quorum harum morum mores sunt aquei, & aerei, qui facile in vaporem couerti possunt, & corpus molliissimum, rarissimumque per quod facilis sit euaporatio. In morbis etiam longis, quia diuersi generis est materia, pars post partem concoquitur, & expellitur, vel per insensibilem transpirationem, quam frictiones, balnea, exercitatio, & alia illorum morborum praesidia praestant, vel per leues, & diurnas quasdam excretionem, per urinas, aluum, vomitum, sudores, ut in quartanis, & quotidianis febribus contingere videmus; Quas quidem excretionem, quoniam vel conspicuae non sunt, vel tardae, diurnaeque, & propterea ad subitas solutiones morbi efficiendas ineptae, Galenus tanquam non sint, eas praetermittit, & soli concoctioni male tribuit uim soluendi eos morbos; Ut igitur omnes dies, menses, & annos decretorios comprehendere possimus, & omnium morborum solutionem, quae sunt certis temporibus, in alijs uero non fiunt, Crisim uocabimus solutionem morbi, quam natura facit cum excretionem extra, uel intra corpus, sensibilibiter, uel insensibiliter: sic enim abscessus etiam comprehendimus, & solutionem febrium in pueris, necnon diatarum, & longorum morborum Crises. At quoniam inter solutionem illam maximam dignitatis, & perfectionis sunt, quae sunt conferuntur factae, ideo aliquando auctores nostri eam Crisim solui uocant, quae bona est, & multo magis contrahunt nomen Crisim, cum eam dicunt esse mutationem, quae est bona, perfecta, fida, indicata, clara, tuta, tunc enim quod est perfectissimum definiunt. Verum ad tractationem de diebus Criticis, primu[m] usurpare oportet Crisim pro solutionem morbi, quae a natura fit cum excretionem aliqua, sic enim omnibus diebus Criticis locus dabitur; deinde uero etiam Crisim sumemus pro ea, quae bona est mutatio, cum quaeremus, an bonae mutationem proprias habeant dies, & alia propria tempora. Ergo ex his patet, diem Decretorium nihil aliud esse, quam eum diem, in quo mutationem fiunt in morbis per excretionem a natura; inter quos magna est differentia: nam quidam solum retinent uniuersale nomen, quod .s. decretorium sint; alij uero indices, siue contemplabiles; alij uero intercedentes, siue intercalares proprio nomine nuncupantur; Decretorium sunt, & dicuntur, in quibus saepius fiunt Crises; Indices uero sunt, qui ostendunt, quid sit futurum in illis diebus Criticis; Intercedentes autem dicuntur, in quos ob accessionem, in eo die qui praecedit, vel sequitur immediatè decretorium vel indicem, Crisim fit. Est autem index decretorius, sed non primi ordinis & dignitatis, & propterea proprio nomine index potius, quam decretorius nuncupatur; Ita decretorius simpliciter dicitur, qui est praecipue dignitatis index quoque, sed index proprie non dicitur, ut qui iam propriam, & digniorem appellationem sit fortis, nempe quod dicatur dies decretorius; tunc autem index uocatur, cum in eo non fit Crisim, sed eam ostendit futuram in aliquo ex sequentibus diebus; Intercedens uero dies sua parte natura (ut inquit

A Galenus) decretorius non est, sed ex accessionum natura, vel ob errores talis euadit, & propterea index etiam, non est futura Crisim in diebus decretorijs; Dies uero in quo non fit Crisim ex natura diei, vel accessionis, aut non fit indicium quid in sequentibus diebus sit futurum, nullo modo dicitur decretorius; Quidam uero sunt, qui mediam (ut ait Galenus) naturam habent inter decernentes, & non decernentes. Haec ita puto clarius esse distincta, quam a Galeno ipso, qui in omni pagina in lib. de dieb. Decret. de his diebus agit, nec tamè statuit apertè quid sint, & quae sit in ipsis differentia. Ac in promptu quidem sunt exempla, quae rem hanc obscuriorem patefaciant rudioribus, septimus, & 14. ueri sunt decretorium, 4. & 11. sunt illorum indices, quartus quidem septimi, & undecimus 14. Tertius uero, & quintus, sunt intercedentes quarti, nonus, septimi, octauus, decimus, duodecimus, decimus sextus, deimus nonus de morbis nunquam decernunt, decimus tertius mediae naturae est inter decernentes, & non decernentes. Sed haec sigillatim postea explicabuntur. Nunc uero illud sequitur explicandum, quot sint primum dies omnes decretorium menses, & anni, deinde, quoniam ex tota multitudine maximae sint dignitatis, & potentiae, qui uero secundi, & alterius sint ordinis. Decretorium dies dicuntur esse a Galeno tertius; qui inter Decretorios primus in ordine censetur ab illo esse 4. 5. 6. 7. 8. 9. 11. 13. 14. 15. 17. 18. 20. 21. 24. 27. 31. 34. 37. 40. 60. 80. 160. Post hos uero non fit immoratio per dies, & septimanas, sed per menses, & annos; alij enim septem mensibus, alij septem annis, binis alij annorum hebdomadibus, & ternis finiri morbos aiunt; sunt tamen, inquit, qui quadragesimiquinti, & quadragesimioctauis, & quorundam aliorum mentionem faciunt. Verum inter 20. & 40. ait duodecim esse dies non Decretorios scilicet 22. 23. 25. 26. 29. 30. 32. 33. 35. 36. 38. 39. 8. uero & 10. 12. 16. 19. in primo de dieb. Decret. cap. 30. scribit non esse decretorios, quoniam morbus subito in illis non soluitur, quod si aliquando in 8. & 10. subita morbi solutio incidat, similem ei esse qui in 6. accidit. Verum raro in illis fieri solutionem, & eas quidem sine fide, nec bene, nec perfectas, & obscuras. Haec est enumeratio dierum decretoriorum ex Galeni sententia, quae nihil firmiter & stabile habet: nam primum omittit 1. & 2. dies, in quo diatarum soluitur, etsi in 1. de diebus Criticis, ita scribit 1. & 2. sunt Decretorium, si Crisim sumas pro solutionem morbi; nam Diatarum 1. vel 2. soluantur, si Crisim sumas pro perturbationem non sunt Decretorium, quia perturbatio illa in his diebus non est perspicua. Qua in re quid ineptius dici potest? nam si tota de diebus decretorijs tractatio pendet ex nomine, & natura ipsius Crisim, oportet profecto huius rei auctorem primum statuere quid Crisim sit; ac ut antea ostendimus, absurdum est alio modo Crisim intelligere, quam ipsam solutionem, alioquin uniuersa dierum decretoriorum enumeratio, & ordo confunduntur ergo 1. & 2. iam erunt decretorium, si diatarum in illis soluantur per excretionem, nempe sudores, sepe, ut morbi acuti; ac non solum quidem diatarum, sed Apoplexiae Syncopes, Tetani, ac etiam Anginae nonnunquam 1. aut 2. die occidunt, vel mutationem faciunt ad melius. Quare, non est, quod dicamus primum, & secundum non esse Decretorium, quia solae diatarum in illis soluantur; Crisim uero esse morborum acutorum duntaxat, ut qui soli subitas, & magnas mutationem faciunt: nam ut ostendimus etiam per acutissimi morbi in illis diebus mutationem efficiunt. Praeterea, absurdum est, solutionem diatarum, non comprehendere nomine Crisim, cum a natura fiat eo modo

modo quo sunt solutiones acutorum morborum, scilicet agente natura per concoctionem, & excretionem. Quapropter, si certa quarimus tempora in quibus natura solet mouere, & mutationes facere in morbis, hoc commune debet esse omnibus morbis, in quibus natura ipsam facultatibus suis utitur. Præterea, in enumeratione ista dierum, dicit quosdam ponere certos dies inter decretorios, se verò, & alios non ponere quasi nihil certum statui in illis possit; Adde, quòd ex Hippocr. plures alij sunt addendi, qui etsi raro decernunt, tamen ratio aliqua esse debet, cur aliquando id faciant si ille omnium dierum Decretorios rationem se inuenire posse putat. Hæc ergo dicta sint contra totum numerum dierum Decretoriosum. Nunc videamus, quàm dignitatem, & potentiam singulis tribuat; Primi ordinis statuit eos, in quibus fiunt Crises maximè laudabiles, & frequentes, & inter hos constituit septimum esse primum, hanc enim bonas, indicatas, tutas, manifestas & perfectas Crises facere solent; decimus vero quartus 7. inquit, sequitur; proximi vero sunt 9. 11. 20. prope hos 13. & 5. post hos, 4. hunc sequuntur 3. & 18. at post 20. inquit Decretorij sunt 21. 27. 31. 34. 40. ac 44. vim habet insignem eo tamè maiorem habet 40. His minus decernunt 24. 31. & multo minus 37. qui medius inter decernentes, & non decernentes, & magis ad hos quam ad illos accidit; Alij vero omnes inter 20. & 40. qui (vt diximus) sunt numero duodecimo Decretorij non sunt. Hæc est Galeni supputatio, & ordinatio dierum Decretoriosum vsque ad 40. contra quam multis rationibus agere possumus; & 1. autoritate Hippoc. qua ille potissimum nititur ad firmandum eum ordinem & contendit septimas secundam & tertiam coniungendas esse, & propterea 20. & nò 21. etià decretorium; ait enim Galenus vsque ad 14. diem nullam esse natam discordiam apud Medicos de numero & dignitate dierum decretoriosum, post vero 14. discordiam fuisse non parua, & eam quidem natam esse ex eo, quod nonnulli iudicant septimas integras esse ponendas, alios vero voluisse decimumquartum diem esse vltimum secundæ septimæ & primum tertiam; nam qui decimumquintum diem dicunt esse primum tertiam septimæ coguntur 21. & non 20. ponere decretorium primæ dignitatis & 18. non autè 17. ponere indicè sicut 4. erat index 7. & 11. 14. at qui coniungunt secundam septimanam cum 3. 20. & non 21. decretorium præferre statuunt, & 17. vigesimi indicem: atque in eo totus laborat Galenus. vt priorem destruat opinionem aliam vero confirmet, & primum quidem in eo negocio utitur multis Hippocratis testimonijs sumptis ex libris Epidem. & ex hoc ipso Aphorismo, in quo vigesimum, & non vigesimum primum decretorium, & decimum septimum, & non decimumoctauum idem author asserit esse. Postremo vero, in 3. lib. de diebus decret. ex astris idem probare nititur. Verùm primum excutiamus Hipp. sententiam, quæ non fauet huic opinioni; adfero enim ex primo Epid. locum què ipsa etiam imprudenter, vt puto, eo quod contra se faciat, transcripsit in lib. 2. de diebus decretorij, sunt autem hæc Hippocr. verba; est autem primum decretorius circuitum; qui paribus diebus decernunt 4. 6. 10. 14. 18. 20. 24. 28. 30. 34. 40. 60. 80. 120. eorū vero qui imparibus circuitibus iudicant, 1. est, 3. 5. 7. 9. 11. 17. 21. 27. 31. quam sententiam ipse laudat, & eos reprehendit qui non obseruauerunt, nec etiam cogitant duplicem esse dierum decretoriosum naturam, vnam quæ paribus, aliam quæ imparibus circuitibus iudicat de morbis. At si ita est cur Galenus ipse vnicam contendit efficere, & vigesimum primum constituit tertiam septimam extremum. Reclamat enim Hippocrates qui in eo contextu ait, id solum contingere duobus Criticis, qui per pares circuitus iudicant de morbis; in alijs vero vigesimum primum, & non vigesimum esse Decretorium, illiusque decimum octauum esse indicem. Quòd si vigesimus decretorius est in illis, erunt pariter sextus, decimus, vigesimus octauus, trigessimus etiam decretorii: nam omnes illi sequuntur circuitum, in quo vigesimus decretorius ponitur. In alio vero ordine, in quo vigesimus primus decretorius ponitur ab Hippocrate non quartus, sed tertius, & quintus decretorii sunt, ergo errat Galenus. qui vnicum ordinem ponit, & eosdem dies esse decretorios, cum auctore Hippocrate duo sint ordines, & proinde non idem semper dies decretorius, sed proprii in vnoquoque ordine; nec est quod se tueatur Galenus ex eo, quod dicat Hippocr. in Epidemijs tradidisse, quæ docuit in aliquibus experientia. In Aphorismis vero, & prædictionibus ea scripserit quæ sunt vniuersalia, & ex verioribus experimentis collecta, & confirmata: nam cum Hippocrates in præcitato textu ex duplici natura circuituum, colligat duplicem ordinem statuendum esse in diebus Criticis, non vtique argumenta sumit ex enumeratione quorundam particularium. Præterea si quæ scribit in Epidemijs fidem non faciunt, cur ille ex eo Opere colligit sententias ad id probandum, quod instituit? Adde, quod eadem est sententia in tertio libro Prædictionum, & in Aphorismis, nam in Prædiction. inquit, febrium iudicationes fieri iisdem numero diebus, & ex quibus supersunt homines, & ex quibus intereunt; simplicissima enim febres designis firmatæ securissimis quarto die, aut citius desinunt; Alia vero, quæ deterrimæ sunt, quarto aut citius interimunt. Subiungit: Si ergo ex morbis acutissimis per quattuor ad viginti ex additione terminantur, Dixit vero (Si) ut non putemus omnes morbos eosdem dies Decretorios habere; In Aphorismis vero scribit, sudores esse bonos, qui tertio, quinto, septimo, nono, vndecimo, decimoquarto, decimo septimo, vigesimoquarto, & vigesimo septimo fiunt. Quartum vero hic omittit, & Gal. etiam raro fieri Crises in quarto memorie prodidit; oportere tamè si esset solus ille ordo, qui fit per septimas coniunctas, quartum maiorem habere vim, quàm tertium & quintum, qui solum sunt intercedentes ob accessiones: Quartus vero ex diei natura, & firmo eo ordine, quem ducit ex natura dierum, & nature ordine, superiorumque syderum influxu. Morbum vero regium bonum esse dicit, qui septima, nona, vndecima, & decima quarta febris die superuenerit, eū vero qui in prioribus diebus acciderit malum esse, qui tamen dies in quibusdam morbis sunt laudabiles, tanquam diuersa sit morborum natura quæ vnicum ordinem dierum decretoriosum sequi nequeat. Deinde, cur Galenus post nouum, decimum tertium, quintum, ponit quartum sequi in bonitate? nonne quartus eam rationem habet ad septimum, quam vndecimus ad decimumquartum, & decimus septimus ad vigesimum? cur ergo raro illum dicit decernere? Sed hæc postea diligentius expendemus. Nunc vero videamus, qua ratione ille velit sufficere vt quidam dies sint decretorii, alij vero non, & inter decretorios, cur quidam sint, primi ordinis, & dignitatis, alij vero alterius. Hanc disputationem ille instituit in 3. lib. de diebus decret. vbi & hæc proponit disputanda: Cur non omnes dies sint æquè iudicatorij; Deinde, cur fortissimi sint septenarij, & secundum locum obtineant quaternarij, & cur quedam sint inter hos intercedentes; cur præterea quedam septima

ne, & quaternarij à seinuicem separentur, alia vero coniungantur. Postremò, cur acuti motu diebus imparibus, longi vero paribus omnino iudicentur. Ut his vero questionibus respondeat, quaedam supponit; Primum est, omnium, quae fiunt duo esse sua tuenda principia, vnum, quod sumitur ex materia mundi; alterum ex caelesti natura: & illud quidem, quod sumitur ex mundi materia, siue, vt aliter interpretatur, ex proximis rerum causis, inordinatum esse; alteram vero agnoscit originem à natura caelesti semper cum ordine, & ornatu procedere, deinde supponit omnia astra in nos agere Solem inter omnia maximam vim habere ad mundum exornandū, & conuincere disponendum: hic enim inquit annum, anniue tempora efficit, animalia generat ex terrestri fece, fruges maturat, ac animalia ad coitum & generis propagationem prouocat. Post Solem magna, inquit, sunt Lunae opera: nam haec menses ordinat, sed Solis beneficio; noua enim ipsa, lumen sortitur cum Sole primum, eoque eius beneficio fruatur, tantaque eius portio semper illucescit, quantum Sol aspiciat, prioris autem deficit, lucisque expers redditur, vbi terra suo interuentu ipsam obtenebrauit. Quapropter, à Solis recessu omnes mutationes suscipit: etenim, plena est cum Diametra appareat, aequa autem portione diuisa cum Quadrantula est, gibbosa autem cum Triangula, falcata autem sex angulis praedita; tunc vero primum recens est, cum post Solis congressum appareat; at obscuratur omnino, cum Solis lumen circa eam emergit. Vires autem illius sunt euidenter: nam fructus auget, inrafc. fatque animantia implet, mulieribus statim tempus menstruorum conferuat, Comitialium circuitus euodit, non potentia ceteros Planetas, sed vicinate exuperans; eamque vim, non simpliciter, verum ex Solis aspectu consequitur. Vehementiores autem mutationes ab ea fiunt, vbi cum Sole coit; Insuper in plenilunijis minores his contingunt, cum medio suo orbe appareat, obscura, dum curuata in cornua, ac falcata videtur, obscurioresque sunt mutationes, quae curuata, quam falcata Luna fiunt. Verum pleniluniam celerrimas statim mutationes faciunt, coitiones vero inaequales, & diuturnas: nam, interim cum Luna occultatur, nihil manifestò fit, lògum autem hoc est tempus occultationis integri ferè signi cursum explens: itaque plerumque triduo in coitu Solis remorata; plane inuisibilis est, quo nondum haec terrena immutare potest. Porro mutationem ex incremento ad diminutionem, punctum exactè definit, quod Luna temporis momento pertransijt; itaque breues plenilunij mutationes, diuturnae coniunctiones merito fiunt: nam occultationis tempus sibi ipsi simile est, & quod prima apparitio habet occultationi est vicinum, tum propter plenilunij particulam apparentis paruitatem, tum ob luminis obscuritatem, & breuitatem temporis, quo supra terram fertur. Tuta igitur Crisis euadet cum toto mense status in secundo die accidet, quo primo & manifesto Luna longo sauis tempore super terram iam appareat, & lumen de se mittit, umbramque euidenter ostendit. Primi autem dies tamdiu Lunam supra terram vagantem habet, quamdiu adhuc Solis etiam lumen post occasum retinet; quare in hoc Luna simul cum Solis lumine occidit, saepè vero & prior est occidua, & secundo die primum elucescit, nunc minus, nunc magis apparet, atque hoc ei accidit tum longitudine à Sole recessus, qui ob peculiarem Lunae motum fit, tandem collegit Galenus Meniem à Luna immutari secundum septimanas, & medium septimanae tempus; maiores vero esse mutationes, quae in ipsis septimanis fiunt; & quia res aliae vniuersae inde mu-

A tationes capiunt, ideo Crises, & mutationes, quae in nobis fiunt, validissimas esse, quae fiunt cum Luna magnas suas facit mutationes, imbecilliores vero illas esse, quae in medijs septimanis idest quarto quoque die contingunt. Quae quidem paulo diligentius extendere oportet. Ac illud primum quod scribit ordinem esse in superioribus, inordinationem vero, & confusionem in inferioribus, etsi quid in his ordinatum est, illud emanare ab illis, & conseruari; quod vero in nobis est inordinatum, & confusum ex nobis ipsis, nostraque materia procedere: nam Astrologi omnes tradunt, Planetas, & praesertim Lunam, cui tantum tribuunt, maximè inordinatas, motiones, & inaequales habere; quod etiam docent, quae in hoc inferiori mundo superiorum vi fiunt, pluuia, venri, grandines, nebulae, pruinae, & cetera huiusmodi, quae nunquam, vel rarissimè contingunt illis diebus, & horis, quibus praesagiuntur ventura ab Astrologis. Praeterea, quae nostram formam, & materiam sequuntur, statim, & firmum habent ordinem; quod in primum docent elementorum firmus, & stabilis situs, generatio viuentium, in quibus partes suam formam, figuram, situm, connexionem, numerum, magnitudinem perpetuò seruant, etsi quando error in illis fit, monstrum dicitur esse, quod etiam ipsi Astrologi dicunt ex syderibus infelicitate cum fieret generatio, concurrentibus fieri. Quid, quod illi dicunt sapientes astris dominari? tanquam ex nobis euitate possimus errores, quae illa committunt, & minantur; ac ut Solis, & Lunae vices, de quibus potissimum agit Gal. contemplemur, scio vulgatum esse opinionem, Solem esse omnium generationum causam, quando etiam illum nostrae generationi cum huiusmodi se miscere memoria prodiderunt philosophi. Verum, ut ille in his, quae non nisi vi ex trinfeci caloris prodire possunt è terra, vt planta, magnam vim vtique habet, ita in nobis quantum quae lo habet? nam quo tempore ille later per noctes, & hyberno tempore, quo minimum potest, fumus & validiores, & promptiores ad generationem; quo vero tempore illo vim suam maximam, & diuturnam in uos demittit, languescit Venus, & generatio intermittitur. Quod si in alijs animalibus vim suam euidentius ostendit, ut quae Verè potissimum ad concubitum, & generationem exercitantur, cur non deberet etiam a communi causa fieri idem in nobis? An etiam alia ratione haec differentia apparet? nam bruta, praesertim quae herbis vescuntur, hyberno tempore impotentia sunt ad generationem, ob malam & parcam nutritionem, quae pullulantibus, & iam videntibus herbis iucundior & vberior illis suppetit; ergo nostras generationes ex nostris principijs, absque syderum concursu, & auxilio; feliciter satis perficimus: in morbis vero generandis & soluendis Sol quidem magnam habet vim, suo motu & lumine calorem in nobis excitando, sed non certis diebus & temporibus hoc facit, sed pro cuiusque corporis patientis natura, citius, aut tardius. Iam vero quod dicit Lunam facere statim tempus menstruum in mulieribus, & accessionum in Epilepticis, quomodo probari potest? nam menstrua fiunt, ut ipse Galen. scribit, cum vis expultrix, quae in nobis est, à multitudine humorum sese exonerare cogitur: igitur si menstrua sequerentur Lunae vires, fierent vtique in solo plenilunio, aut certè maximè in illo, quando humores maximè abundare dicuntur, tunc enim quod molestare potest, maximè viget, videmus autem mulieres, quae multis abundant humoribus, non semper expectate integrum Lunae circuitum, sed sepiùs nonnulla, alia verò etiam continuò, ac etiam in tempore quo factum in utero gestant sese expurgant, quod euident-

evidentissimo est argumento, hanc expurgationem sequi solum humorum vitium, quod ut inæquale est in omnibus ferè mulieribus, ita diuersos, & inæquales motus in illis facit, vt plurimum tamen illæ singulis mensibus sese expurgant quocumque modo se tunc habeat Luna. At si Luna accessiones Epilepticorum facit, cur etiam non facit accessiones omnes febrium, & aliorum morborum. Iam dicat Galen. quis motus Lunæ, aut Solis vis efficiat vt quædam febres quotidie, aliæ vero in interpolatis diebus, aliæ per maiora intervalla exacerbentur, & nunc solitam horam feruent, nunc vero anticipent, aut post longum intervallum tardent; oporteret profectò harum rerum causam à Sole, & Luna deducere; sed alia profectò est ratio, aliæ causæ, quæ in nobis sunt natæ, & à nobis solis proueniunt absque aliqua mixtione virtutis superiorum. Iam vero si recipimus mutationes, & Crises fieri cum Luna coit, vel plena est, vel dimidia, aut alias facit mutationes, oporteret profectò Crises non contingere, nisi in illis momentis, & tatis mutationibus, quæ singulis mensibus contingunt in Luna; at singulis diebus & horis Crises contingunt, in quibus Luna quiescit. Cur præterea, vt in morbidis sic in sanis suas vires non ostendit Soli, & potissimum Lunæ? nam si tantum potest perturbare ægrotantia corpora, vt certis diebus cogat illa subitas & vehementes excretiones efficere, imò viuere, & mori, cur nobis valentibus, sine sensu aliquo boni vel mali, vniuersas suas mutationes toto anno Luna exerceat? quot enim quæso sunt, qui nec intelligunt, nec sentiunt, quando Luna iacet cum Sole, vel à suo gremio se liberat, & longè progreditur. Deinde, si potestatem habet Luna soluendi morbos per Crises, per subitas & magnas mutationes, & excretiones, cur etiam eam non exercebit in leuioribus morbis? cur ergo solos morbos acutos, & non Diarias febres statim per Crises terminari? mirum enim est, si in sanis nullas efficit mutationes vel minimas, in ægris vero non nisi maximas; addo, quod si, vt Gal. scribit, præcipuæ mutationes Lunæ contingunt per septimanas, aliæ vero quæ sunt proximè potentiz quarto quoque die, cur in omnibus quartis diebus, donec vis Lunæ vniuersos decretorios moderatur non fiunt pari virtute, & modo Crises & maxime in primis septimanis, vbi Luna potentissimam vim habet? cur igitur quartus dies, vt ille refert, nunquam, vel rarò de morbis decreuit? Habet enim quartus ad septimum eandem rationem, quam vndecimus ad decimum quartum, & decimus septimus ad vigesimum; at vndecimus, & decimus septimus secundæ dignitatis inter dies Criticos sunt, quartus vero contemptus iacet post alios omnes reiectos.

Amplius, si proportio semper seruetur per septimanas, & vigenarios dies, vt ille scribit in 2. de dieb. decret. cur ait imbecilles decretorios obscurari, semper vero manere perfectum decretorios numerorum circuitum? manebit ergo eadem vis in omnibus, qui sequuntur eosdem Lunæ motus. Ad hæc, si primum diem non vult esse decretorium, cur vigesimus primus qui ià excidit à septimanis aut certe primus est quartæ septimanæ, ut omnium primus primæ in vtroque debet esse par ratio. Hæc ergo, & multa alia satis ostendunt oppositiones, coniunctiones, & alias mutationes, quas Luna facit, cum ad Solem accedit, vel ab eo recedit, non posse esse Authores Crisium. Aliam vero excogitarunt interpretationem Galeni interpretes, qui pro hæc ratione dierum decretorios certat. Non enim Galenū velle Crises coincidere necessario in coniunctionibus, & oppositionibus Lunæ cum Sole, sed secundum varios aspectus, quos habet Luna dum Zodiacum per

A transit: nam in quocumque puncto fuerit Luna cum tria signa Zodiaci peragrauerit, sit aspectus sextilis, & media septimana, cum vero quattuor, quadratus, & tunc est integra septimana; cum vero tria alia signa pertransit, sit trigonus aspectus, & medietas secundæ septimanæ; absolutis vero duodecim signis, est finis secundæ septimanæ, & sit oppositio; cum vero ab eodem puncto Sol & Luna recedunt, tunc est coniunctio; Illi autem aspectus potentes sunt ratione angulorum, & maxima est vis amicitiz, & inimicitiz in aspectibus; Sextilem enim esse felicem, sed imperfectum; Trigonum perfectè bonum; Imperfectam inimicitiam esse in quadrato; Perfectam in oppositione; Non mirum ergo, si in aspectibus inimicis fiant magnæ mutationes. Addunt præterea, illi influxus cælestes non solum propter aspectum, sed et propter naturam signorum, nec non propter Epiciclos atque etiam propter Syderum naturam fieri: nam si Luna iuncta fuerit cum signo calido, vel mobili tunc auit fieri clariorè mutationè, veluti, cū Luna est in Ariete; quando vero coniuncta est cum signo frigido, humido, aut sicco, tunc fit tardus motus morbi, & Crisis. Quod vero pertinet ad Epiciclos, aiunt Planetas, qui accedunt directè, potentiorè habere vim in coquendo, & alterando morbi materiam, & ita Crises accelerare, quam quando retrocedunt.

Iam vero situs Syderum suam quoque vim habet: nam Borealia signa in nostris regionibus alijs plus possunt; Atque ex his quidem causis fieri vt Crises nunc in quarta, nunc in septima, vel in alijs decretorios diebus anticipet, vel tardet. Quando vero accedunt causæ extrinsecæ, vel accessiones febrium, tunc fiunt Crises non in diebus re vera decretorios, qui per medias, & integras septimanas fiunt: sed in vocatis interdentibus. Verum etsi illi aliquid dicunt probabile, tamen hi aspectus, qui fiunt inter Lunam, & Solem per medias, & integras septimanas non coincidunt in omnibus ægrotantibus in coniunctionibus eorum syderum, & illis oppositionibus, quæ à coniunctione motu Lunæ perficiuntur: Non enim propterea quod transeunt quattuordecim dies postea quæ quis cepit ægrotare, Luna dicitur esse in vera oppositione, id est plena; contingit enim in eo die fortè esse nouam. At Galenus in ipso plenilunio, & in coniunctione, potissimum fieri mutationes in his inferioribus, & proinde Crises in morbis, statuit; oppositiones vero ille, quæ fiunt per angulos longè diuersæ sunt ab illis, per quas Luna nunc sub vna, nunc sub alia figura nobis apparet, aut occultatur. Iam vero hos aspectus per angulos nemo sensu aliquo apprehendit in nobis aliquas efficere mutationes, quare nec Crises facient. Ceterum si Epicicli & Syderum situs vim habent accelerandi, & tardandi Crises, nullus erit certus dies, in quo Crises fieri debeant: non igitur septimus magis, quam sextus, vel octauus non decimus quartus magis quam decimus tertius, vel decimus quintus. Præterea, si fauentia Sydera vim etiam habent ad bonas Crises faciendas, mala autem ad malas numerus dierum quid poterit in hæc amplius? nam si fortè in sexto die sint fauentia Sydera, in septimo autem infaustra, in quo quæso die melior fiet Crisis? nam septimo fauet aspectus quadratus, sexto autem bona Sydera. Verum, contra vniuersam hanc opinionem alijs argumentis ita pugno: nam si septimus est maxime dignitatis, cur omnes Crises non fiunt in septimo, hoc enim accidere oportet si astra causæ sunt dierum decretorios, & septimus dies maximam vim inter omnes alios obtinet. Sed quomodo quæso septimus erit primæ dignitatis, & virtutis, si statuit in coniunctionibus & in oppositionibus maiores fieri mutationes in nobis quam

quam in quadraturis? nam septimus fit in quadraturis, decimusquartus in oppositione. Preterea, si in sextili oppositione & medijs septimanis fiunt pares mutationes, & tanto maiores quanto morbus est recentior, cur quartus dies non est eiusdem vel etiam maioris dignitatis, cū undecima & decima septima? sepius ergo & nō ratissimè fieri debent in quarta die Crises. Cur etiam primus dies non erit decretorius, cum sit principium primæ septimane, vt octauus secundæ, & 21. quartæ? Mirum etiam est, si quartus, vt ille tradit, potest esse iudex sexti & septimi: nā indices sunt dies qui sūt medijs in septimana: vt quartus non potest esse medius respectu sexti & septimi quid, quod ait in morbis intermittentibus non per dies sed per accessiones numeranda esse tempora decretoria? quomodo enim accessionū numerus in Lunam referri poterit? nam quarta quartana accessio, ad nouum diem, & septima ad decimum octauum pertinet, & in tertianis quarta accessio ad sextum, septima ad decimum tertium pertinet, ergo sextus & decimus tertius potius erunt decretorii quam septimus & decimus quartus; ac quod maximi est momenti, nullas mensis Lunaris conuenire potest diebus decretorijs: ponit enim ipse quattuor mensis species. Primam, quam appellat mensē coniunctionis, quæ fit, cum Luna cum sole coit, & comprehendit tempus quod est ab vna coniunctione ad aliam; Aliam ponit quæ dicitur esse mensis peragrationsis, quæ comprehendit tempus quo Luna totum Zodiacum perambulat. Tertiam ponit mensis speciem quam vocat illuminationis, quæ continet tempus quo Luna lumen suū emittit & nobis apparet; Quartam vero ponit speciem mensis quæ fictitiā appellat, de qua postea; Mensis autem coniunctionis continet viginti nouem dies cum dimidio, cuius tres septimane faciunt viginti duos dies cum octaua alterius diei parte; vnde vigesimus non esset decretorius, vt ille vult, Mensis autem peragrationsis continet viginti septem dies, & tertiam partem alterius, id est octo horas, cuius tres septimane complentur in diebus viginti & media alterius diei parte, id est, duodecim horis atque ita vigesimus primus est decretorius & non vigesimus: Mensis vero apparitionis siue illuminationis, non semper idem habet tempus, cum non semper æquali tempore post coitum cum Sole delitescat, sed aliquando tres dies, aliquando duos, aliquando per minus spatium hoc fiat. Propterea ille malè tempus hoc occultationis statuit esse trium dierum, & tempus quo lucet esse spatium sex dierum cum octo horis. Ex quo fit, vt tres septimane faciunt viginti dies minus octaua diei parte; quare nec vigesimus potest esse secundum hunc mensē, decretorius, sed decimus nonus; itaque cum non videret secundum aliquem mensē ex prædictis vigesimum posse esse decretorium, coniungit duos menses inter se, scilicet, mensē illuminationis, & peragrationsis, quem postea diuisit in partes æquas, & quilibet pars facit viginti sex dies; & horas viginti duas, quod tempus si in quattuor septimanas diuidatur, quilibet septimana habebit dies sex, & horas decem & septem cum dimidia, atque ita tertia septimana erit in vigesima die cum sexta & sexagesima & ducentesima quadragesima parte, & ita parum superant tres septimane viginti dies.

A P H O R I S M V S X X V .

Aestiva quartana breues, Autumnales longa, & maximè qua Hyemem attingunt.

Hiber iste, vt saepe diximus, continet potissimum signa prognostica, itaque eum in superioribus Aphorismis docuisset certum terminum morborum acutorum, nunc idem docet de morbis longis, qui nullum certum terminum habet, ut experientia docet. Quapropter, ex causis illorum potissimum debemus indicia sumere, vt si certum tempus prædicere nequaquam possimus, saltem præciamus qui nam longiores, aut breuiores sint futuri. Et quoniam inter morbos, febres Methodum prædicendi euidentius ostendere possunt, ideo quartanam assumit febrem, & in ea docet prædicere longitudinem, aut breuitatem, vt ex ea postea idem in alijs discamus præfigite. Dicit igitur Hippocr. eas quartanas quæ sunt actiua, magna ex parte breues fore, Autumnales vero longas, & maximè quæ Hyemem attingunt, tanquam anni tempora celeritatem, aut tarditatem morbis adferant. Quia in re primum illud notandum est, cur non dixerit Hyemales sicut Aestiuas, & Autumnales, sed quæ Hyemem attingunt; & cur etiam Vernalium mentionem non fecerit. Quidquid alii temerè in hac re dicant, hæc (vt puto) vera est ratio, quoniam humor qui quartanam committit, est atra bilis, quæ in principio Hyemis refertur ab Autumno, plurima adhuc est; at Hippocr. in lib. de Natura humana scribit, non solum de atrabile, sed etiam de alijs humoribus, qui in proximo sequente tempore, in quo sunt geniti, adhuc abundant, sed paulatim postea dominante humore proprio tempori, prior deficit; Itaque procedente Hyeme, & iam in media Hyemis parte, quæ vera Hyems est, atra bilis abundare non potest. Proinde, rectè dixit quartanas Hyemem attingentes, & non Hyemales; vnde nec Vernalium quartanarum meminit, non quod sub Hyemalibus eadem comprehendit uelit, ut alii interpretantur, nam Vernales morbi breues sunt, Hyemales vero longissimi, ita, vt sub his illi comprehendere nequeant, sed quoniam in Vere sanguis præualeat calidus, & humidus generationi humoris melancholici, qui frigidus & siccus est, maximè contrarius. Quod si quis adferat ex Hippocrate omnes morbos in omni tempore gigni posse, & proinde media Hyeme, & in Vere fieri posse quartanas; respondebo cum Galeno hoc raro contingere, & nunquam ratione temporis, sed mali uictus, qui in omni tempore sibi similes humores procreare potest, & ex illis morbos excitare. At si quis rursus instet, eandem uideri rationem in Aestate, qualem assignabamus in Vere, & Hyeme, scilicet bilem flauam Aestate vigere, à qua non quartana, sed tertiana nascuntur, dicendumque fuisse non Aestiuas, sed potius Aestatem attingentes: respondeo, non esse parem rationem: nam quartana febris, quæ nec Vere, exuperante sanguine aut pituita, vigere potest, Aestate autem cum bile etiam abundare incipit: nam bilis minimo Aestatis calore torretur, crassiorque illius portio in atram faciliè degenerat; vnde in media Aestate, & maximè circa illius finem plurimè emergunt quartana: Hyeme vero exuperante pituita, & in Vere sanguine, nullus locus relinquitur ex aeris constitutione ad generationem humoris melancholici.

At si quartanæ propriæ sunt Autumno, cur est quod plurimi in adolescentia solent ut plurimum quartanis laborare, neque enim id fieri videtur ob rationem vitii vitiolum, siquidem hoc commune plurimis non esset, sed potius causa sumenda videtur ex nostris principiis: nam ex sanguine menstruo remanet in nobis corruptio quædam humorum, quæ inuolabili necessitate solet in omnibus pueris expurgari per papulas, quibus cutis vniuersa aspergitur, acciditque ut qui plurimum habent illius melancholici, non rectè ita expurgentur, quare superuenit quartana, quæ reliquias omnes abscindit; qua ratione etiam fit, ut raro quisquam bis quartana laboret, vix enim semel expurgatum corpus ab hoc humore, sua natura eo repleri potest, ut tursus fiat quartana. Ceterùm, Aestiuæ dicuntur quartanæ, non quòd propriæ sint Aestati, sicut Autumnales vocari solent à medicis, vel quæ ad Aestatem peruenerunt in alijs temporibus genitæ, ut alij credunt: nam etsi id fortè in quartanis verum est, tamen in alijs omnibus morbis, ad quos Aphorismum extendi dicit Galen. idem verum esse non potest: siquidem alij morbi, ad alia tempora melius, deteriusque, ut postea dicit Hippocrates, se habent: calidi enim morbi in alijs temporibus geniti, cum ad Aestatem peruenerint, difficilius curantur, sed Aestiuæ dicuntur hoc solo nomine quòd in Aestate gignuntur; ita ergo Autumnales dicuntur, quòd sint in Autumno genitæ, etsi interim accidunt, ut ipsæ Autumno quoque sint propriæ. Iam vero reddenda ratio est, cur Aestiuæ quartanæ, & ut Galeniam addit alij Aestiuæ morbi sint breues, Autumnales vero longi. Putat Gal. hoc fieri, quoniam humores inutiles Aestate funduntur, ac per vniuersum corpus diffillantur. Quæ rationes mihi non placent, Primò, quod huius rei causam non redigat ad quædam nota principia; Deindè, quòd omnibus morbis, qui in Aestate gignuntur hæc ratio non sit communis: nam intemperies calida absque humoris vitio breuior non est Aestate ob causas prædictas; nec etiam humoris vitium, quod sola alteratione, & concoctione corrigitur; in eo enim non est opus fusione, & distillatione. Postremò, quod nec in quartanis, aut alijs febribus, quæ excretionem humoris postulant, sola excretio & distillatio humorum efficiat morbos breues: præcedat enim oportet concoctio, ut in lib. de Const. arte Medic. idem author scribit: Omnibus inquit, excretionibus commune est non prius dissolui morbum posse, quàm aliquod in excrementis concoctionis signum apparuerit. Id quod etiam in Comment. vigesimi Aphor. 4. libri, & passim alibi scribit; excretionem inquam, quæ sunt absque signis concoctionis, aut lethalem, vel longum morbum significare: Alia ergo est ratio & causa cur Aestiuæ quartanæ sint breues. Iam vero Oribasius & recentiores pariter falluntur in causis reddendis, cur Autumnales sint longæ: aiunt enim hoc illis contingere potissimum, quia Autumno sunt propriæ; tum etiam, quòd vires ob Aestatem transactam imbecilles sint, ac meatus occlusi, nec humores satis attenuati, ut evaporare possint: nam si quartanæ propriæ, sunt Autumno, potius deberent esse breues quàm longæ: etenim ut minus periclitantur, ut postea docebit Hippocr. qui cognato temperaturæ morbo laborant, ita illi breuiiores eos morbos experiuntur, ut qui à minori causâ sint excitati, quæ facilius ob id vincitur; Deindè, si imbecillitas virium esset causa, cur Autumno longiores sint morbi, essent utique morbi Aestiuæ illis valdè longiores, nihil enim vires magis dissoluit, & deiecit, quàm feruor Aestatis, adueniente vero Autumno vires colliguntur, & robur crescit, id quod experientia docet. Alia ergo ratio ho-

rum quaerenda est, quæ à natura rei hoc modo sumitur. Breues sunt omnes morbi, qui velociter mouentur, & in eos salutare, qui faciliè vincuntur, lethales, qui faciliè vincunt; quod autem faciliè aut difficiliè fiat victoria, non est eadem ratio in morbis salutaribus & lethalibus: nam lethales morbi quanto minores fuerint, tanto tardius mouentur, quanto vero maiores fuerint, tanto celerius finem suum assequuntur; in salutaribus uerò idem aliquando, & contrarium aliquando fit; qui enim per Crisim soluntur, magni sunt & vehementes, citiusque terminari solent in suo genere, alijs, qui aliter soluntur: nam acuta febris citius finiuntur, quàm non acuta; in eadem tamen specie tanto citius soluntur morbi, quanto mitiores & minores extiterint: nam inter acutos quæ minor est, facilius & citius curatur, ea, quæ maior est & grauior. Porro, promptioris victoria causa est nonnunquam morbi ipsius forma: nam intemperies citius, quàm fractura sanatur; & inter ipsa intemperies calida & frigida, citius quàm humida & sicca pati, mutari, & proinde curari apta est. Præterea, materia ex qua morbi gignuntur causa est breuitatis & longitudinis: nam qui ex humore calido, pauco, tenui, friabili, consistunt, facilius illis, qui ex contrarijs humoribus constant, sanantur; præbet etiam suas causas in hac re differentia corporis subiecti: nam morbi qui in solidis, duris, densis, profundis; partibus consistunt; ad quas difficiliè remedia peruenire possunt, ægrius quàm alij sanantur: Quinetiam, virtus ægri quæ pugnare debet aduersus morbosas causas, ut concoctrix & expultrix, cum aliud est concoquendum, uel expellendum, pro suo robore & imbecillitate finem morbi tardabit, uel accelerabit. Tempus etiam morbi, quo quis laborare cepit ut leuiorè, aut grauiorem indicat esse causam, & facit, ita breuiiores aut longiores morbos reddit: nã inueterati morbi, Hydrops confirmata, difficiliter recedunt & incipiente tollitur. Ad hæc, anni tempora, cæli, aerisque constitutio, breuiiores uel longiores morbos reddunt. Sunt quidem communes hæc cause omnibus morbis, ex quibus, quæ propria sunt in singulis morbis, faciliè trahuntur; quæ omnia in lib. De Causis morbor. diligentius prosequi sumus. Nunc vero satis est quæ prædicta sunt nostro instituto accommodare. Querimus igitur, cur Aestiuæ quartanæ Autumnalibus, & hæc illis quæ Hyemem attingunt sint breuiiores? quoniam vero quartanæ omnes ex humore melancholico constant putrescente, duo necessaria sunt remedia, concoctio, quæ faciat cessare putredinem, & expulsio humoris ex putredine relictæ; ex quo sequitur, citius illas curari posse, in quibus concoctio, & expulsio facilius & promptius fieri possunt. Porro, facilius concoquitur quod calidius & humidius est, frigidum & siccum; quod item in minore est quantitate, & minus crassum & terrenum; quare, non mirum si ratione concoctionis Aestiuæ quartanæ breuiiores sint alijs: nam atra bilis quæ Aestate uiget, calidior est, tenuior, paruiorque quam quæ in sequentibus temporibus reperitur. At si quis dicat, ad concoctionem non solum requiri materię aptitudinem, sed etiam virtutis concoctiuæ, & caloris natui robur, quæ quidem sunt validiora in Autumno, & maxime in Hyeme ut Hippocrates antea scripsit; Vettes Hyeme & Vere natura calidissimos, & propterea optimas tunc fieri concoctiones, atque hac ratione esse consonum ut Aestiuæ quartanæ longiores sint, nimirum, quod eo tempore virtus concoctrix sit admodum imbecilla, & calor natuius dissolutus. Hæc inquam ut rectè dicuntur, ita nihil concludunt: nam verum quidem est, quod ubi eadem est materia, quæ concoqui debet, ut cibus, (de quo Hip-

potat. agit in priore lib. & Aphor. præcitato, citius expeditur concoctio si virtus validior est, quam si debilis fuerit: verum, si materia est longè diuersa, accidit optima ratione vt à virtute debiliore facilius perficiatur concoctio ob materiz maximam aptitudinem, quàm à virtute forti in materia admodum rebeli; sic enim videmus scintillam ignis promptius accendere magnum stiptilæ aceruum, quam ignem luculentiorum vnicum lignum madidum, crassum, & durum; Citius igitur perficitur concoctio humoris peccantis in febribus Aestiuis, quam in alijs proprius quoque fit euacuatio per omnes vias, quæ tunc magis patent, maximè vero per euaporationem, siue insensibilem transpirationem, quæ maximè necessaria est ad omnes febres putridas tollendas; sunt quoque Aestiuo tempore frequenter sudores in his febribus, quæ salutem pariter accelerant; ac medicamenta quæ ad purgationem exhibentur, felicius & promptius expurgant corpus, quam in alijs temporibus: merito igitur Aestiuæ quartanæ alijs prædictis sunt breuiorés. Verum non ita fortè pater quæ Autumnales dicantur breuiorés his, quæ Hyemem attingunt: nam Gal. in lib. de Constit. art. Medicin. scribit sanguinem inter omnes humores facillimè concoqui, post ipsum bilem flauam, deinde pituitam, omnium difficillimè humorem melancholicum, & merito quidem: siquidem concoctio fit à calido & humido, & vtriusque qualitibus repugnat natura humoris melancholici: itaque, si Autumnio humor melancholicus syncerus viget, longiores ab eo fient febres quartanæ quàm in eunte Hyeme, quo tempore humor ille iam minuitur, & mixtione pituitæ humectatur, & diluitur; quod enim constat ex mixtione eius, quod difficillimum est, cum eo, quod est, minus difficile, facilius redditur eo, quod solum est difficillimum, Præterea, vis concoctrix, & natiua calor, inchoante hyeme validiora sunt, quam in Autumnio. Verum etiam hæc etiam rectè dicantur, tamen vera manet Hippoc. sententia: nam non satis est concoqui, mutantque humores, sed posteaquam mutati, concoctique fuerint, expellendi sunt, expulsionis autem facilitas, non solum ex humoris natura, & robore expultricis facultatis, sed maximè ex viæ facilitate pendet, quæ cum oclusa magis sit Hyeme, quam in reliquis prioribus temporibus, non mirum si quartanas Hyemem attingentes omnium longissimas dixerit Hippoc. At contra id facere fortè videtur, quod febres, quæ media Hyeme gignuntur, quotidianæ, breuiorés soleant esse omnibus quartanis, ad eo, vt in ipsa hyeme soluantur, imo, non solum quotidianæ, sed omnes alij morbi, qui hyeme nascuntur, Autumnalibus solent esse breuiorés. An dicendum est morbos, qui ex inedia hyeme proueniunt, ex pituita nasci, quæ facillimè concoquitur & concocta naturæ viam parat, & in sola ipsa via difficultas est ex hyemis frigiditate, in febribus vero quartanis hyemem attingentibus, par ferè est difficultas ex aeris, frigiditate, & materia, ex qua quartana fit, longè rebellior est ad concoctionem & expulsionem ipsa pituita, merito igitur quartanæ hyemem attingentes veris hyemalibus morbis sunt longiores. Iam vero illud sequitur explicandum quod scribit Gal. in Comment. non solum scilicet quartanas, sed etiam alios omnes morbos Aestiuos Autumnalibus & hyemalibus breuiorés esse; hoc enim Neotericos valdè turbauit, aiunt enim febrem hecticam facilius hyeme curari, quam Aestate, vt quæ remedium ex aeris frigiditate inueniat, eodem pacto Conuulsionem ex inanitione, cui medetur hyemis humiditas; pari ratione Apoplexiam, Tetanum & alios lethales morbos, hyeme citius occidere, quam Aestate prævalente

tunc pituita, quæ morbi causas auget. Quibus quidem argumentis victi, illi tres causas excipiunt, in quibus morbi citius terminantur hyeme quam in Aestate, vt ipsi putant; quarum Prima est, quando ex multitudine materiz, vt in Apoplexia & Conuulsione ex repletionem, morbus fit. Secunda, cum morbus pendet ex humoribus, qui ad benignum succum reduci possunt. Tertia, quando aegritudo pendet ex mala cõplexione calida salubri, vel à frigiditate mortali, atque ita à Galeni sententia recedunt, qui absolute pronuntiat omnes morbos tam salutare quam lethales, Aestate citius terminari, quàm Autumnio & hyeme. Sed illi fortè vera dicunt, sed non ad propositum: verum enim est, hecticam febrem, & Conuulsionem ex inanitione citius curari hyeme, quam Aestate; sed hoc nihil ad rem propositam: non enim hic querimus, An aliqui morbi facilius curari possint hyeme, & Autumnio, quam Aestate, quando quidem, temporum constitutiones contrariæ morbis, soluenti morbos vim habent, vt in 3. lib. docet Hippoc. similes vero illos auget, & fouent: sed querimus, An morbi geniti Aestate, citius finiuntur his qui Autumnio, & hyeme proueniunt; & non est questio, an geniti in alijs temporibus, ad Aestatem translati, citius finiuntur. Ad quam questionem si prædictos morbos, quos illi excipiunt reuocauerimus, inueniemus nullam planè superesse dubitationem: demus enim, hecticam oriri hyeme, nonne huiusmodi morbus tardius terminabitur, quam si astate inceperit: sic profecto: inagnum enim oportet esse morbosam causam, quæ in frigidissimo & humidissimo tempore tantam habet calefaciendi, & exsiccandi vim, vt hecticam inducat; contra vero Aestate ex minore occasione in similes morbos incidimus; atque morbos maiores, vt qui à maioribus causis sint excitati, tardius propulsari omnes nouerunt, ergo salutare omnes morbi Aestate citius finiuntur, quàm Autumnio vel hyeme; sic lethales citius interficiunt: nam Apoplexia Aestate à maiore causa inuadit quàm hyeme, quare citius etiam occidet, quia citius agit magna quam parua causa. Sed præstat Galeni vti ratione: quam habet in Commentario perite scilicet non posse ægrum nisi virtus vincatur à causis morbosis: vincitur autem citius, cum debilior est; est autem debilior & propemodum exoluta vi caloris Aestate, quare & tunc lethales omnes morbos citius interimere posse rationi videtur consonum; in salutaribus autem ratio suadet vt morbi finiuntur citius, quorum cause promptius vincuntur, & extruduntur, vincuntur autem & concoquantur (vt dicebamus) facilius tennes humores, alijs, qui & promptè extruduntur eo tempore cum vniuersum corpus ex aeris caliditate rarefactum fuerit. Hactenus quidem pro Galeno pugnamus, qui in hoc Comment. in lib. 1. de Crisibus scribit, non solum quartanam, sed & alios omnes morbos Aestate breuiorés esse; sed si quis morborum genera paulo diligentius introspeciat, agnoscat in aliquibus nullam differentiam reperiri, in alijs vero contrariam accidere, nempe, quosdam esse qui in alijs temporibus citius finiuntur: nam fracturæ, luxationes, vlcera, vlcera, morbi in magnitudine, conformatione, & in numero, non videntur requirere magis vnum tempus quàm aliud ad curationem faciliorem & breuiorem: quod si aliqua differentia est, in Vere & Autumnio; facilius redditur illorum curatio, quia in illis temporibus omnes magnos excessus fugimus, naturaq; est robusta, quæ remedia sustinere potest; Propterea rectè scribit Hippoc. in Aphor. sequentibus, nimirum Aphorif. 5. lib. 4. Sub cane & ante canem, difficiles esse medicationes. Præterea, videmus omnes ferè morbos,

bos, qui refertati sunt ab Aestate & Autumno, Vere sanari. Sed dicit fortè quispiam, Galenum non comprehendere sub hac sententia alios morbos præterquam illos, qui sunt cum intemperie sola, vel cū humoribus; quæ interpretatio et si ferenda non est, maximè in eo auctore, qui multa genera morborum posuit, quæ excludere non debet, cum pronunciat omnes morbos citius curari Aestate, quàm in alijs temporibus, tamen fortè etiam in morbis, qui sunt ex intemperie, non respondebit illius sententia: nã adfero quod Hippocr. scribit in sequenti Aphor. 34. in quo inquit: In morbis minus periclitantur, quorum natura aut ætati, aut habitui, aut tempori magis congruit morbus, quàm quando nihil istorum congruit. Demus ergo si placet, affectum frigidum Aestate gigni, vel humidum, vel frigidum & humidum, an hic morbi citius Aestate quàm in hyeme finientur? Dico, quod in Aestate: nam per Aphor. maiores sunt huiusmodi morbi in Aestate, quàm in Hyeme, quoniam à maioribus causis, ut ille in eo Commentar. scribit, sunt excitati: vbi autem cause maiores sunt, maior est difficultas in curatione ad eas vincendas: vbi autem maior est in actionibus difficultas, longius tempus requiritur: nam ut ardetes febres natas Hyberno tempore dicit esse grauioribus & difficilioribus, periculosioribus etiam illis, quæ in Aestate proueniunt: sic sanè morbi frigidi & humidum, qui sunt sine materia, ætate difficilioribus sunt quàm in hyeme. Ex difficultate autem in salutaribus morbis nascitur necessitas longioris temporis; Nec in his quidem morbis valet ratio quàm adfert de faciliore dissolutione humoris, quia nihil in tali affectu dissoluendum aut concoquendum est, sed solum alterandum; Nec conferre potest aeris caliditas ad huiusmodi temperiem emendandã: nam ut scribit Galen. in Comment. præcitiu Aphor. cum anni tempus cohibere non potest cause magnitudinem, quamuis habeant sanitatem sibi suffragantem, multo minus ipsam, morbo iam factò superabit, non assistente sanitaris robore: ergo in morbis, qui sunt ex intemperie sine materia, non videtur vera Galeni sententia; nec fortè etiam vera est, vbi cum intemperie coniungitur humor frigidus & humidus: nam si repugnante tempore tales humores sunt geniti, & ex illis morbi, causam oportet magnam fuisse, quàm cum non potuerit aeris caliditas impedire, tanto minus ad faciliorem & breuiorem solutionem conferet. Dicendum igitur fortè est, dictum Galeni quo scribit omnes morbos Aestiuos citius curari alijs, intelligendū esse non de omnibus morbis, quæ in Aestate sunt, sed de illis solum, qui proprij sunt Aestati, quales sunt calidi & sicci, & ex calido & sicco humore nati, hi enim si cum alijs conferantur, qui proprij sunt alijs temporibus, facilius finiuntur, quoniam per ætius qualitates consistant, & oppugnantur, & corporis raritas facilius admittit omnia auxilia nature & artis, quàm in alio quocunque tempore, idque in Autumnalibus, & hyemalibus morbis euidentissimum est, in Vernalibus vero est fortè quod dubitemus: nam febres Synochæ putridæ, & non putridæ, quæ ex sanguine fiunt, breuioribus videntur esse omnibus tertianis, quæ propriæ sunt Aestati; an dicendum est, non parem esse affectum in Synochis non putridis & tertianis, hæ enim cum putredine consistunt, quæ concoctionem præter expulsionem requirit, illæ vero sola euacuatione iugulantur, cum nihil crudum in illis sit, quod concoctionem requirat, non mirum ergo, si hæ citius illis soluantur; Putridæ vero Synochæ fortè non sunt breuioribus tertianis, aut si sunt, id fit, quoniam læuior fit in sanguine putredo quàm in bile, hæc enim propter suam cali-

A ditatem & tenuitatē facilius recipit omnes impressiones. Hæc est nostra ab his rebus opinio, quæ alijs meliora inueniendi occasionem præbebit. hoc solum addere volo, quod scribit, magna ex parte, quod verbum esse adiectum puto, ut ostendat paria inter se esse comparanda: nam si in vno corpus esset valdè plenum humore melancholico, & obstructio, vel alij affectus coniuncti, qui febrem Aestiuam fouerent, hæc autem abessent in eo, qui Autumno vel hyeme quartana laborant, non fiet ut Aestiuæ quartanæ sint breuioribus alijs.

APHORISMVS XXVI.

B *Febrem Conuulsiōni superuenire melius est, quàm febrī Conuulsiōnem.*



T hic Aphorismus pertinet ad signa morborum, docet enim quid melius sit, si vnus morbus alteri superueniat. Pertinet etiam ad curationem, si id quod melius est, bonū esse dicere possumus, bonum enim erit in curanda Conuulsiōne febrem accersire, si vnus affectus alteri superueniens prodest. Porro, illud intelligere non possumus, an melius sit, quod scribit Hippocr. nisi intelligamus quid Conuulsiō sit, quæ Conuulsiōnis differentie, quæ cause, quomodo Conuulsiō fiat, quæ pars, locusve afficiatur, quæ accidentia Conuulsiōnem sequantur, istis enim non benè intellectis, patere non potest Aphorismi huius sententia. Malè A uicenna conuulsiōnem definit esse morbum neruorum, quū moventur musculi ad sua principia, & sunt inobedientes ad dilatationem. Primò quod malè dicatur esse morbus; est enim Symptoma motus voluntarij, quod & nomen ipsum ostendit: nam conuellere, est contrahere, proinde actionis vitium significat. Deinde, non est necesse in Conuulsiōne quod non possit amplius extendi membrum semel contractum, cum Epilepsia sit Conuulsiō, aut certè in ea fiat, & tamè successiuis motibus extenduntur membra; Galenus etiã aliquando negligentius & malè etiã Conuulsiōnem definit, veluti cum in lib. de Causis morbor. dicit Conuulsiōnem esse Symptoma virtutis motorie; addere enim debebat differentias, quæ Conuulsiōnem à rigore, & alijs motibus præter naturam separant, & in quo maior est error, non virtutis motorie, sed instrumentorum ipsius motus, vitium est Conuulsiō. Scribit & in eodem libro, Conuulsiōnem, morbum esse in figura, per accidens, cum pars egra trahat sanam. Verum hæc definitio non ostendit quid sit Conuulsiō, sed accidentia quæ ipsam sequuntur. Præterea, hoc non est commune omni Conuulsiōni; nam cum conuellit ventriculus, vna pars sana non trahit aliam egram; nec etiã vitium in figura adeo semper euidentissimum est, ut morbus dici debeat. Cum vero in lib. de Constit. Artis definit Conuulsiōnem esse rûpturam fibrarum musculorum ex tensione factam, id docet quod vehementiores duntaxat Conuulsiōnes sequitur, non quid ipsa sit Conuulsiō. Nec recipienda quoque est definitio quam habet Aphor. 39. 6. vbi inquit Conuulsiō est retractio musculorum ad propria capita: nam non solum musculi, sed nerui primum contrahuntur, & in hac definitione non comprehenderetur Conuulsiō ventriculi, & aliarum partium, in quibus non sunt musculi. Refellenda pariter est definitio, quæ habetur in 2. de Locis affect. vbi dicit Conuulsiōnem esse tensionem immoderatam neruorum, nam per inflammationes

iones musculorum, & nervi, & quicquid in ipsis est, tenditur; non tamen propterea illic est Convulsio. Est autem perfectissima ea definitio, quæ dicit Convulsionem motum esse involuntarium, quo partes quæ convelluntur moti voluntarie destinatae ad suorum nervorum originem contrahuntur, Vel brevius. Convulsio motus est involuntarius nervorum ad suam originem: nam aliae partes per accidens tetrahuntur, nempe ob nervos sibi insitos nam in motu voluntatio nervorum fit contractio, non tamen est Convulsio, quia non fit nobis invidis, & ut antè diximus, solum contractiones nervorum ad suam originem, & non aliae, sunt Convulsiones. Iam vero Convulsionis differentia sumuntur à causis Convulsionem facientibus; à modo quo fit Convulsio; à loco qui convellitur; Cum vero ab alijs sumuntur differentia, ille non sunt propriae, vti ista, veluti quæ sumuntur à diversis remedijs quibus curantur. Porro à causis Convulsionem facientibus sumuntur istae differentiae cum dicimus quasdam Convulsiones fieri ab inanitione, alias ex repletionem; a modo vero quo fit Convulsio ducuntur istae differentiae, veluti cum dicimus Convulsionem quandam fieri subito, aliam paulatim; item, quod quaedam per consensum, alia per primarium affectum gignatur. A modo vero quo affligit, ducuntur istae differentiae, quod scilicet vna vehementius, alia mitius nos affligat, & quaedam item cum dolore, alia sine dolore, & alia continuo, alia per intervalla infestet. Huius etiam genens sunt illae, cum dicimus Convulsionem quandam esse, in qua corpus affectu semel convulsus, non amplius redire potest ad aliam figuram, vt in Tetano accidit; aliam vero in quo successivis motibus pars vtramque figuram recipit, vt in Epilepsia accidit. Ceterum, à loco hęc proueniunt differentiae, cum dicimus Convulsionem quandam esse vniuersalem, quæ scilicet vniuersum corpus, aliam particularem, quæ plures vel vnam solum partem occupat. Ac quæ vniuersalis est, & in eadem figura manet, ex triplici corporis figura, in quam corpus contrahi potest triplex nomen sortita est, si enim in anteriora hiectatur corpus; Emprostotonos dicitur, si in posteriora, Epistotonos; si inflexite & rectum corpus maneat, Tetanos vocatur huiusmodi Convulsio, à Latinis nervorum distentio, à nonnullis etiam Rigor.

His ita explicatis, Convulsionis cause exponendæ: ex varietate enim causarum Aphorismi intelligentia oriuntur. In qua re Galen. duplici vtitur docendi ratione: nam aliquando particularia quæque profequitur, aliquando vero ad immediatas, & vniuersales causas tractationem redigere nititur: scribit enim in 2. Aphorismo 5. Convulsiones fieri à vulneribus, & 3. 5. ex sanguinis fluxu & 50. 4. ex potu vini & 17. 5. ex occurru immodici frigidi & 56. sexti à pituitoso vel melancholico humore, & 25. text. 3. Comment. 1. Epidem. à crudis & crassis humoribus, & 3. Method. ex punctura capitis musculi vel nervi, & 6. Method. ex refrigeratione nervorum ad musculos peruenientium, & tendonum, & 9. Method. ex intempestiva aqua frigida potione, & in hoc Aph. à frigidis & crassis humoribus; & 16. Aphor. 4. ab heliobori potione, & tex. 11. 1. Comment. Prorethecorum ab inflammatione principij nervorum, vel siccitate musculorum; & 53. 3. eiusdem, ex capitis refrigeratione; 29. 3. eiusdem ex repletionem vel vacuationem nervorum; & tex. 73. eiusdem, à multo sudore, vomitu, deiectione, sanguinis fluxu, inedia, motu multo & vehementi. Et cum dicat in lib. contra Erasistratum se sanguinis missione Convulsionem sanasse; innuere videtur etiam fieri posse à sanguinis co-

Actia; Ac cum Epilepsia quæ Convulsio vniuersalis est fiat aliquando ob auram malignam, quæ ab aliquo membro assurgit, & ferit cerebrum, constat præter humorem etiam vaporem idem malum parere. Quas quidem causas contendit in octauo lib. de Medicam. secundum locos, redigi ad duas vniuersales, vacuationem scilicet & repletionem; & nullam aliam esse præter illas duas. Ego vero docui in lib. de Causis Symptomatum nullam Convulsionem fieri posse ab inanitione; ait enim Galenus nulla alia ratione id contingere, nisi quod idem contingat in nervis, quod accidere videmus chordis Cithararum, quæ in tempore humido, & sicco contrahuntur, & rumpuntur. At, quod repletio nervorum Convulsionem adferat omnibus patere; Convulsionem vero ab inanitione adferre sanguinis profluvia, purgationes, sudores, vomitum, inedia, febres ardentes, & alia quæcunque corpus euacuant, & exsiccant. Verum hæc opinio rejicienda est, tanquam impossibilis: nam si in Convulsionis oratione non sufficit qualiscumque humorum consumptio, sed necessarium est, humorem eum absumi, quo nervus ipse constat, & terrene illius partes inter se glutinantur vti que mors semper præueniet huiusmodi siccitatem: prius, n. quam materia insita singulis membris consumptionem pati incipiat, humores qui in vasorum cavitatibus continentur, educentur, vt qui facilius sequi possint vim rerum euacuantium; at consumptis his humoribus, imò non expectata integra eorum consumptione, anima vitæque expirant, vt quæ nequeant in corpore omnem pati excessum: sed quis vnquam vidit huiusmodi convulsionem à siccitate, nisi quis data opera nervos denudare, & igni exponere velit? forte enim tunc convulsionem patiet siccitas, sed de igne non agimus, nec quarimus quid nostra opera fieri possit: verum quid possint morborum cause, quas illi ponunt, quibusque mederi debemus. Quod si convulsio à siccitate fieri potest, quare tabidi, qui ad extremam siccitatem peruenerunt, convulsionem nequaquam experiuntur in musculis, ventriculo, & in alijs omnibus partibus, in quibus adsunt nervi? Id vero illis imposuit, quod viderent multos exsiccatos & convulsos: quod nos ipsi concedimus, non tamen convulsio à siccitate eras, sed ob acres, aut etiã alios humores: siccitas vero ipsa ab alijs suis causis. Adde, quod scribat Galen. in lib. de Convulsionem, eos, qui ex siccitate convelluntur, protinus mori, nec cogitandi quidem de remedio aliquo tempus concedere, ex quo constat eos falli, qui specie mali decepti se convulsioni ex siccitate auxilia descripsisse putant. Quod si humectantia convulsionem iuuant, id quidem non faciunt, quod medeantur Convulsioni à siccitate, sed quod acres, & mordaces humores, aut alios qui forte convulsionem faciant, retundant, aptos que ad euaporationem reddant. Nec par quidem est ratio de chordis cithararum, & nervis: nam illæ exsiccata iam suapte natura, & nequaquam munitæ ab alijs partibus, nec attractrice facultate cuius opera humectari possunt, præditæ, à calore & siccitate contrahi possunt: At nervi, cum venas, & arterias habeant vicinas, à quibus trahere possunt humorem, & ex eo humectari, difficilique pati possunt ob suam duritiem, & partium vicinarum munimentum, & denique vnde quæque tegantur, & humectentur, convulsivam siccitatem experiri non possunt: Mors, n. semper antevertit ex humoris contenti in suis vasibus defectu. Postremo, accideret convulsio hoc modo nervis, quod accidit corio, capillis, & cordis cithararum, quæ ex ignis admotione contractæ, & convulsæ nullo pacto amplius reflecti, & erigi possunt: At si quis nervum tabidi, aut alterius, qui ex convulsione

tuiffione mortuus dicatur, manibus tractare velit, inueniet illum in omnem figuram esse fequacem, quoniam humorem eum habet, quo partes terrene sua coniunctionem curant, & merito, cum alibi ostenderit cum, non nisi per putredinem separari posse ab alijs Elementis; solus vero humor, qui caloris, vitæ, & cum his animæ subiectum est, per siccitates, quis viuendo experiri possumus, consumatur. Hæc ex eo libro transcripta, satis docent nullam esse Conuulsionem ab inanitione. At, nec ex sola repletionem fieri possunt omnes Conuulsionem, & etiam si inanitionem concedamus. Tertia tamen causa addenda est ab illis distincta: nam conuulsio, quæ fit punctis neruis, ad eas causas redigi non potest: nemo enim continui solutionem potuit vnquam inter vacuantes, aut repletas causas propinquas, & proprias, sed ideo fit Conuulsio à solutione continui, vel quod noxa cerebro communicetur, quod postea insurgit ad expulsionem, & in eo opere concutitur, & cum attollitur, ad se trahit neruos, quorū est origo, vel potius quod filamenta abscessa ad originem retrahantur. atq; vna cum illis etiam alia, quæ sunt integra; Cum enim fibra diuisionem coniuncta sint, non possunt aliqua sine alijs trahi. Præterea, cum sit Epilepsia ex aura quæ à digitis, vel alia parte asurgit ad cerebrum, quæ quæso inanitionem, aut repletionem patiatur corpora neruorum? Addo, quod scribit Galen. in expositione Aphorismi, in quo scribit Hippoc. conuulsionem ab helleboro esse lethalem; ait enim illic Conuulsionem fieri per Sympathiam, & non solum ab inanitione, & repletionem, etsi postea temerè eam, quæ fit ob morisionem studet redigere ad inanitionem eo quod humores mordaces vim habeant exsiccandi: nam si fit ab inanitione, curari non poterit, si modo hoc pro lege positum est, conuulsionem ab inanitione esse incurabilem. Deindè, si mordentia euacuando conuulsionem parunt, remedium esset petendum à repletibus tanquam à contrarijs. At Gal. ipse puncturas neruorum & morsus, qui conuulsionem parunt Euphorbio, Sagapeno, Castoreo, & alijs huiusmodi attrahentibus, & educentibus sanies acres & mordaces, non humectantibus, & repletibus curandas esse docet. Quod etiam in singultu, quem dicit habere causas communes cum conuulsionem, apparet: illius enim remedium præcipuum est acres humores per medicamenta purgare, & omnia alia ratione discutere ab orificio stomachi. Fiunt ergo quedam conuulsionem à repletionem, & hæc ferè semper affectis neruis; alia verò per consensum, eo quod cerebrum ob certas suas affectiones mouetur ad violentius expellendum, & ita concutitur, secūque trahit neruos, quorum est origo, & huiusmodi conuulsionem vel incipiunt primario affecto cerebro veluti cum Epilepsia fit ob pituitam repletentem ipsius ventriculos, vel incipiente affectu ab alijs partibus, & ipsi cerebro communicato, vt accidit in Epilepsia, quæ incipit ab alijs partibus mittentibus ad cerebrum venenosam auram, vt sæpè visum est; vel in punctura neruorum. Quod si ita est, multa ex causis particularibus, quas enumerauimus ex Gal. vim non habebunt committendi conuulsionem, aut certè non ob inanitionem, vt omnes autoritate illius viri moti, hæcenus crediderunt. Quod si quis dicat comprehendit in hac consutatione. Hippocr. huius rei auctoritatem, vt qui primus dixerit conuulsionem fieri ab euacuatione, & repletionem, respondeo, Hippocratem excusari posse, vel potius defendi, Galenū vero nequaquam: nam Hippocr. non dixit Conuulsionem fieri ab inanitione neruorum, sed quod inanitione Conuulsionem pariat; Id quod verum est, siquidem per inanitionem corporis, acres redduntur hu-

mores, maligni status generantur, & alia mala oriuntur, ex quibus conuulsionem præsertim quæ sunt per consensum, excitari possunt. Gal. vero qui euacuationem ponit immediatam causam, nec defendi, nec excusari potest. Igitur, sanguinis fluxus, sudor, vomitus, deiectio, inedia, motus, febres; Helleborus, & si quæ alia huius generis sunt, Conuulsionem non patiunt ob inanitionem, sed si aliquando Conuulsionem faciunt, illius sunt causa, vel quod humores commoueant ad neruos, vel neruorum principium, aut acres reddant humores, & Helleborus peculiari sua ratione, quod ob vehementem ventriculi motum, qui fit in vomitu, veluti laceret, & sursum contrahat neruos, conuulsionem parit. Vini autem potio, nescio quibus possit adferre conuulsionem, nisi fortè his, qui ex eo euacuationem larduntur in cerebro, tunc enim per consensum fieri potest conuulsio; vel etiam quod vinum fundat, & liquet humores, qui aliquibus replent cerebri ventriculos, ex quo affectu Epilepsia excitatur. Ceterum frigus externum conuulsionem parere indurando, & congelando nonnulli tradunt; At hoc est mortem adferre membris, non conuulsionem, in qua soli nerui prima & per se, aut illorum origo afficitur. An fortè etiam frigus comprimendo, & trudendo humores ad neruos, conuulsionem ex repletionem parit. Vulnere Conuulsionem excitant, vt §. 6. Methodi colligi potest, ob inflammationem superuenientem, quæ neruos replet, vel ex putredine malignitate, communicat cerebro. Melancholicus vero humor mihi videtur planè ineptus ad conuulsionem inferendam, cum ob illius crassitatem, & siccitatem recipi nequeat in nerui substantia; proindè Medici antiquiores, tanquam hoc fieri non possit, nulla remedia huiusmodi conuulsionem deseripserunt. Punctura capitis, musculi, vel nerui aut tendonis conuulsionem facit, vel sectis aliquibus fibris, quæ contrahuntur ad originem, & ita alias postea trahunt, vel quod cerebro noxa communicetur. Si frigida aquæ potio intempestiua in febribus ardentibus conuulsionem pariat id fit quod tacto præter modum tunc corpore, sese infinuet in neruos, & eos repleat, vel fortè hoc nunquam visum est meo iudicio, sed ratio fingit. Capitis vero refrigeratio exprimendo humores in ventriculos cerebri fortè conuulsionem parit per consensum, vulnere autem cerebri, ac illius membranarum non raro pariat conuulsionem superueniente vt puto inflammatione, quæ vel mouet facultatem expultricem, vel neruorum originem replet. Non est faciliè profecto reddere omnium rationem, & præsertim cur pituita, quæ resolutionis neruorum, & conuulsionis causa dicitur, nunc vnum, nunc aliud ex his malis inferat: cum enim eadem materia sit, & eadem pars affecta nempe neruus, cur idem non semper sit affectus? huic dubitationi respondet Auicenna conuulsionem committi eo quod viscida, & crassa materia non diffundatur, sed impacta inhereat; in paralisi vero ipsa fundi, & neruum ex ea humectari, & veluti imbui. Alij vero dicunt materiam conuulsionis esse diuersam: crassiorem enim esse materiam quæ conuulsionem parit, humidam magis, & aquosam, quæ paralysim efficit. Alij vero non qualitate materiam differre, sed multitudine, & loco tradunt: multam. n. & per vniuersum nerui corpus, aut saltem per transversum dispersam oportet esse quæ conuulsionem faciat, nam aliqui inflare non poterit neruum, atque ita abbreviare, & construere: ad paralysim vero sufficit tanta humoris copia, quæ meatus nerui la si obstruere possit, per quos vis animalis defertur. Alij demum sunt qui dicunt differentiam solum esse famendam a loco: paralysim. n. fieri vbi humor in origine nerui con-

tinetur, conuulsionem vero fieri occupante humore non ipsam originem, sed ipsum corpus, ideo enim apoplexiam terminari in paralysim medie partis corporis, quoniam materia quae occupat ventriculos cerebri ab illis extruditur ad neruorum originem, nã alioqui quo modo integrum membrum, vel plures etiam partes resolverentur nisi in origine neruorum esset affectus: nam vsque ad minimas partes nerui, & membri resoluti non videtur transmitti à cerebro materia quae paralysim parit: & conuulsio non videtur fieri posse ex repletione humoris nisi ille recipiatur in corpore, & substantiam ipsius nerui. at si hoc modo fit resolutio neruorum occupante humore solum exortum nerui, nihil sanè proderunt remedia calefacientia quae vniuerso membro resolutio adhibentur: at profunt, totus ergo neruus afficitur, docuit prætereà anatome eos qui resoluti mortui sũt neruus habuisse plurimo aquoso pituitoso humore irrigatos, & imbutos; quam ob rem, vtrunq; putare fieri scilicet in origine ipsorum neruorum, & per corpus ipsius nerui contineri humorem qui mali huius est causa, in conuulsione verò quae fit per primarium affectum nerui, humorem recipi per vniuersam substantiam nerui, ex quo neruus inflatur, & ex inflatione breuior redditur, & tenditur: in conuulsione vero quae fit per consensum trahente. s. cerebro ad se neruos, non esse necessarium vt neruus in aliqua sui parte afficiatur, vt in epilepsia apparet, in qua humor continetur in ventriculis ipsius cerebri qui per spumam reiectus, liberat hominem à conuulsione, nullo affectu remanente in ipsi neruis. nõ etiam rejicienda est illorum opinio qui crassiorem materiam ponunt in conuulsione, tenuiorem in resolutione: nam illa ad inflandum neruum aptior est: hæc verò ad fluxionem per spatium quod est inter membranas neruum ambientes & ipsum neruum, aptior quoque hæc est ad densandam substantiam nerui, atque hoc modo impediendum cursum virtutis sensitivæ, & motivæ. lam verò modus quo fit conuulsio, & differt à motu voluntario explicandus est, de qua re ita sentit Galenus quod eodem modo fiat conuulsio quo motus voluntarius, & in hoc solum fit differentia, q̄ in motu voluntario tensio & contractio nobis volentibus fiant, in conuulsione verò eadem fiant nobis inuitis. Videtur tamen in contractionis modo, & ordine differentia esse in motu enim voluntario musculus sese in ventrem contrahit, si peritis in anatomia credimus, vel ad caput suum, si Galeno; ad illius autem contractionem sequuntur ligamenta, & partes quibus illa inserta sũt contrahuntur, & tenduntur: in conuulsione verò neruus ipse primo contrahitur, deinde musculus, & ligamenta sequuntur nerui attractionem; in voluntario ergo motu se contrahit musculus, & alia secũ trahit, in conuulsione autem omnia primo trahuntur à neruo cur aut repleto, aut vt alij volunt exsiccatu neruo necesse potius sit ad originem nerui quàm ad finem fieri tensionem, nemo docet. ratio vero esse videtur, quod neruus quãto magis ab origine sua distat, tanto minor ob multas diuisiones, & debilior fit. itaque cum in medio sui tensionis aliqua causa est ad fortiorẽ partem potius quàm ad debiliorem tensionem fieri rãoni est consonum: nã vbi aliquid à duobus extremis trahitur, illud sequetur necessario, qd̄ validius est. lam verò ex his licebit reddere rationem differentiarũ conuulsionis, cur. s. quedã subito fiant, alia verò paulatim, illa. n. maximè fit, cum à cerebro nascitur, vt in epilepsia contingit, vel cũ neruus pungitur, q̄ verò à repletionem fit, tardiorẽ hêt generationem, omnium verò tardissimã, quae ex aliorum opinione fit ab inanitione. conuulsio vero quae stabilis est

A vt in tetano, eam habet ipsorum neruorum affectionem quae vero successiuis motibus habet contractiones, & remissiones vt in epilepsia fit per consensum sese primũ conuolvente cerebro, & cũ illo contractis neruis. vehemens aut conuulsio eam habet vehementes contractiones, & ita quae est cũ dolore, nascitur ex inflammatione, vel alio dolorifico affectu nerui; quae verò continuo affligit, ex affectu nerui orta est, quae verò per interualla infestat, ex primario cerebri affectu originem ducit, quemadmodum et quae est vniuersalis, habere potest causam, vel primariũ affectum cerebri vt in epilepsia apparet, vel et neruos ipsos, vt in tetano conspicitur; reliquas differentias poterit qui libet in suas causas facile redigere: vt et quilibet intelligere potest, quae symptomata adferre valeat quilibet reuulsio, & in qua parte nerui origo lædatur, nã conuulsio totius corporis cerebrũ, & spinalem medullam affici indicat: conuulsio totius corporis salua facie initium spinalis medullae affectum ostendit: sic cũ pars alia conuellit, neruus qui deputatus est ad illius motionem, necessario laesus est. porro musculorũ & maxillarum conuulsionem stridor dentium inuitis sequitur, oculorum aut musculorum conuulsionem strabismus sequuntur; Gonorea vero inquit Gal. accidens est conuulsionis musculorum penis. sic singulas conuulsionem sequuntur propria quaedam accidentia. Ceterũ qui statuunt conuulsionem aliquando fieri ab inanitione, aliquando vero à repletionem, dubitant an facilius gigni possit conuulsio una, quã alia, credunt. n. facilius gigni posse eam quae fit ex inanitione, quã cognato morbo facilius corripitur q̄ dissimili, vt Hippocr. in 3. lib. docet; itaq; cum neruus sit siccus, morbo sicco facilius q̄ humido corripitur, quam dubitationem ineptè soluit Brassauolus, dicens siccitatẽ neruo quidem esse familiarẽ, non eam tamen siccitatẽ extremã quae conuulsionem facit: nam eadem rãone diceremus eos qui calidi & sicci sunt, non esse ad febres ardentem concipiendas alijs aptiores, quod illis non sit similis caliditas, & siccitas febrilis. qui etiam dicunt neruũ facilius corripitur conuulsione ex repletionem, eo quod ille ob siccitatẽ suam humiditatem facile concipiat, et aberrant; nam ita os facilius inflammaretur alijs partibus. rão vero non sumitur tam à ratione subiecti q̄ à diuersitate agentium. nã etsi neruus suapte natura facilius exsiccare potest q̄ humectari: quã tamen causa efficiens conuulsionem in ipso neruo nõ est, sed aliunde aduenit: quae facilius agere possunt, faciliorem et generationem conuulsionis efficiunt, at humectantes cause facilius agunt q̄ efficientes: quare ex humore conuulsio facilius fit q̄ ex siccitate. Sequitur vt doceamus quid sit superuenire morbum morbo, & cur melius sit febrem superuenire conuulsioni, quam conuulsionem febrili. Idem est superuenire quod est secundo loco fieri, ita vt secundus affectus priori coniungatur, ita enim Græca phrasis ostendit; ait enim febrem in conuulsionem melius est fieri, quàm conuulsionem in febre. Cur autem melius sit febrem post conuulsionem fieri, quam conuulsionem post febrem hanc reddat rationem Galenus, quoniam inquit, conuulsionem quae repente sunt necessario fiunt ex repletionem, quàm febris superueniens calefacit, extenuat, & dissoluit. Quod si febris præcedat, conuulsio quae sequetur erit ex inanitionem, & proinde insanabilis, quoniam, inquit, longum tempus exigit curatio siccitatis: acuties autem morbi tempus non expectat, sed cito vires dissoluit, & subito exitum adfert. Quae ratio non mihi placet; potest enim conuulsio, quae primo fit conuulsione, non ex repletionem, sed ex inedia, purgationem, mortu, punctura nerui, & vt ille putat, ex inanitionem,

tionem, postquam febris nouum malum addit sine aliquo auxilio. Præterea non loquitur Hippocr. de conuulsione, quæ vel subito, vel paulatim fiat ab initio vel postea, sed de conuulsione absolute; deinde falsum est conuulsionem, quæ superuenit febrile esse semper ex inanitione. Nam ex humorum fisione, & fluxione, & ex erosione facta ab acrimonia humorum sæpè conuulsiones oriuntur. Adde, quod supponit falsam conuulsionem illam in siccitate remoueri posse, si acuties morbi permittat, nam humor qui partes terrenas glutinat, & continuitatis, naturalisque figuræ est causa, si semel absumatur nunquam restitui potest, sicut nunquàm humectari potest corium, aut capillus calore ignis contractus, & exsiccatus; nec etiam verum est acutiem morbi tempus non concedere ad curationem. Nam si particularis est conuulsio, aut etiam vniuersalis in multis membris, seruata respiratione nulla fit causa breuis, & acuti morbi, nec ipsa quidem conuulsio; aut immediatè illius causæ habent vim dissoluendi vires, & subitam mortem inferendi. Nihil ergo tale elicere possumus ex Hippocratis Aphorismo, sed quia febris aliquando conuulsionem irritare potest, conuulsio autem febrem nunquàm, idè melius est in vniuersum naturam vtriusque considerando, febrem sequi conuulsionem: nam et si aliquando febris obest, nonnunquam tamen prodesse potest. Porro febrem oportet esse quæ conuulsioni proficit, non diariam, sed acutam vt ex Aphorismo 57. 4. patet, vbi scribit A tetano habito febris acuta superueniens morbum soluit: Contumax enim causa, nempe humor pituitosus, conuulsio est, quæ iuuatur à febre, dissolui non potest, nisi à vehementiore calore. Non tamen propterea consulit Hippocrates, vt febrem inferamus arte aliqua, quoniam tutum non est, nec in nostra potestate febres excitare, & illas postea sedare, præsertim cum alia ratione, & maximè per sudores discutere possumus impactos humores conuulsiones committentes.

APHORISMVS XXVII.

His, qui non ex ratione lenius se habent, non oportet fidere; neque multum formidare mala, quæ præter rationem eueniunt, plurima n. talia stabilia non sunt, neque multum durare, & permanere consueverunt.

Hic Aphorismus etiam pertinet ad signa: docet enim quibus alleuiationibus sit fidendum, & quæ aggrauationes sint pertimendæ in morbis. Summaque illius est, alleuiationibus quæ fiunt cum ratione, fidendum esse, alijs vero, quæ præter rationem eueniunt, nequaquam; sic aggrauationes non esse formidandas, quæ præter rationem eueniunt, ex quo relinquit intelligendum, timendas eas esse, quæ fiunt cum ratione, reddit autem rationem, quare non sit fidendum alleuiationibus, & aggrauationibus quæ fiunt præter rationem. Quoniam (inquit) illæ stabiles non sunt, nec multum durare, & permanere consueverunt, in cuius quidem Aphorismi explicatione non possum probare quod Galenus in suo Commentario scribit: nam cum totius Aphorismi sententia maximè pendeat ex intelligentia verbi secundum, & præter rationem, id non docet ille, sed quomodo tales alleuiationes cognosci possint, explicare nititur, quod te-

mere quidem sit, neque enim rei cuius naturam ignoramus, signa tradere possumus, deinde etiam in cognitione aberrat: nam cum Aphorismus de omnibus alleuiationibus, & aggrauationibus quæ fiunt in omnibus morbis, loquatur, quippe cum absolute de illis agat; Galenus contrahit Aphorismum solum ad Crises, & morbos qui per Crisim alleuiantur, vel deterius habent; at inter morbos minima est istorum pars. Quinetiam in his qui finiuntur per Crises, non docet quod omnibus est commune: meminit enim excretionum, & concoctionum, nec docet an vnum ex illis sufficiat, vel vtrumque requiratur, vt signum sit fidum, vel infidum: nam in malignis febrilibus, nec vtrumque quidem sufficit, sæpè enim in febrilibus pestilentibus vtriusque concoctæ, & fiunt excretiones in diebus decretorijs, a quibus videntur fieri quædam alleuiationes, & tamen in sequentibus diebus mors contingit; postremo in hoc Commentario appellat difficultè respirationem & delirium, aliquando præter rationem, sed cur talia illa sint adhuc dubium est, & id est, quod ab auctore proponitur, & ab interprete declarandum est. Quapropter in Galeni Commentatio non est repetere veram huius Aphorismi interpretationem. itaque videamus an in alijs locis in quibus eundem Aphorismum citat, & interpretatur, melius aliquid reperiri possit, locus est in explicatione 8. textus primi Comment. 3. lib. Epidem. vbi alleuiationes præter rationem fieri scribit, cum natura enecatur, & extinguitur insitus calor, vt, inquit, contingit in malignis febrilibus, & in inflammationibus ad quas sequitur gangrena, in quibus malis natura præ imbecillitate non aggreditur concoctionem humorum. qui enim inquit, ita afficiuntur, cum melius videantur habere, cum tamen præcesserint signa exitiosa, tanto morbum habent deterius: quæ interpretatio non etiam caret vitio, non enim fiunt alleuiationes præter rationem, solum, cum natura enecatur, sed etiam cum materia à parte sensitua in aliam transfertur: veluti cum dolor pleuriticus cessat, translata materia ad pulmonem; particulare ergo est, quod scribit de alleuiationibus præter rationem factis ob sensum partis mortuum. docendi autem ratio vult aliquid omnibus commune. Præterea dubium remanet quomodo alleuiatio quæ fit ob sensum mortuum, non sit secundum rationem, cum habeat suam causam, quæ ratio in omnibus est. addo quod cruditates, & malignitates in morbis, & putredines in partibus inflammatis non contingunt, vt ille putat, quod natura ob imbecillitatem non aggrediatur concoctionem: nam in malignis febrilibus sæpè sunt vrinæ coctæ, vt ipse alibi docet, quia malum non est ex cruditate, sed ex veneno, & malignitate materie, quod vitium non cedit concoctionibus. nec illas turbat, eo quod nulla vel leuis sit putredo, sed propria antidota postulat, quæ cum sæpius ignoremus, ideo huiusmodi morbi vt plurimum sunt lethales. Præterea ratio caret quod scribit, in his febrilibus, & in inflammationibus ad quas sequitur putredo, naturam non aggredi propter imbecillitatem concoctionem: nam cum concoctrix natura non nisi mediante calore agat, non potest ipsa non agere pro suo robore, & imbecillitate: sed ultra vires suas agere non potest: quare concoquere non potest, non quod concoctionem non aggrediatur, sed quia vincere non potest id, quod nocet, quod non semper contingit ob suam imbecillitatem, sed potius ob vitium materie concoquendæ: quæ qualitate, & quantitate vires naturæ excedit: ut euidenter apparet in magnis inflammationibus, in quibus fit putredo, & non generatio puris: quoniam multitudo sanguinis magnam inflammationem faciens prohibita transpiratione contractis arterijs, & meatibus,

partis affecte, insitum calorem suffocat: ex quo, vt ali-
 bi ostendimus, calor postea violentius augetur, &
 ex eo incremento putredo nascitur. Postremo in
 ea interpretatione docere debebat Galenus quomo-
 do præcedentibus signis exitiosis possint fieri allevia-
 tiones, non n. exitiosa signa vnam, & eandem regu-
 lam habent, & vim: quod scilicet exitiosa omnia sint
 quod ostendant virtutem emortuam, nam pestes ex
 malignitate, & lethalia vulnera ex magnitudine sua
 deprehendimus talia esse. Est alia interpretatio huius
 Aphorismi in primo de Crisibus, vbi inquit, nisi cog-
 nouerimus quæ signa sint semper bona, vel mala,
 vel certis temporibus mutent naturam suam, ita vt
 sint bona, mala, vel fida, vel infida, non poterimus
 scire, quæ alleviationes sint secundum, vel præter
 rationem, quæ interpretatio etiam communè habet
 errorem cum alijs, quod scilicet querat indicia eius
 rei, cuius rationem, & naturam ignoramus; est & al-
 ius locus in 2. Comm. primi Prorrheticorum, Vbi
 scribit Hippocrates perniciofa sine signis leuanti-
 a mortem indicant, quem locum Galenus dicit con-
 tineri sub hoc Aphorismo, in quo vniuersaliter pro-
 nuntiat Hippocrates, non esse fidendum alleviatio-
 nibus, quæ fiunt absque signis: quoniam, inquit, re-
 didit malum, & pro malitie sua magnitudine peri-
 culi magnitudinem adferet: nam causa aliquo eorū
 quæ in corpore procreantur, potentia, & virtute vi-
 rus rabidorum canum, & venena representant: quæ
 etiā in affecto loco nullum statim insigne sympto-
 ma patiunt, post quattuor tamen vel sex menses,
 vel longiorē temporis vsuram, vomitu perimuntur.
 quæ interpretatio ieiuna est, & exemplum quod af-
 fert de cane rabido, non facit ad rem propositam:
 nam quæ signa possunt esse in corpore mali, quod
 post tot menses solum prodit, quorsum igitur ad si-
 gna hæc refert, quæ potius ad curationem pertinet,
 sed posteaquam Aphorismus hic, qui maximi est
 vsus in medicina, suam non habet interpretationē
 ex tot Galeni locis, videamus si quid melius nos
 inuenire possimus. primum igitur illud expēdamus,
 cur appellet Hippocrates alleviationes, & aggrava-
 tiones quasdam præter rationem: nam cum omnia
 quæ fiunt, aliquam habeant causam, & causa sit ra-
 tio, est. n. vt Aristoteles scribit propter quid, non vi-
 debitur vti que aliqua alleviatio, aut aggrauatio esse
 præter rationem; an illa dicuntur fieri scdm rōnem,
 quæ fiunt scdm veras & legitimas eas pter rationem
 vero quæ nō fiunt à veris & lūmis causis; sic sanè ho-
 minem qui ob leuissimam rem prouocatus, alium
 percutit, præter rationem hoc fecisse dicimus: nec
 admittimus pro causa, quam ille adfert: quoniam
 etli causa quædam est, quia tamen sufficiens non est,
 & propria, quæ tantum affectum parere debeat, non
 recipitur pro causa. itaque alleviationes dicuntur
 præter rationē factæ, quæ factæ non sunt ab his cau-
 sis, quæ aptæ & natæ sunt minuere morbos, illosq;
 & sua symptomata leuiora reddere. Secundum ra-
 tionem vero erunt alleviationes, quæ fiunt à causis
 quæ sunt aptæ soluere, & minuere eadem mala.
 Porro cū multa sint quæ concurrunt ad generationē
 alicuius morbi, vel symptomatis, solum causæ quæ
 efficiunt, vel augent, fouentq; morbum, cum tollun-
 tur, efficiunt alleviationes secundum rationem. Cū
 vero eadem causæ re vera non minuuntur, sed ex
 vno loco in alium transferuntur, vel planè vincunt,
 quod naturale est in nobis, vel leuiores redduntur
 ob exteriorem aliquam causam tunc præter rationē
 sunt huiusmodi alleviationes. Id quod exemplis pa-
 ter, nam dolor lateris, qui minuitur non per sputū,
 vel aliam veram euacuationem, sed per mutationē
 in pulmonem, non est secundum rationem allevia-

A
 tus, eodem modo cum sensus est stupefactus, vel
 mortuus, & ob eam causam dolor non sentitur, alle-
 uatio illa doloris, præter rationem est. quod patet
 ex eo quod scribit Hippocr. talia durare non solent:
 nam post ea quæ mitigant dolorem stupefaciendo,
 solet maior dolor non multo postea excitari: & in
 putredine si non dolor redit, certè alia mala post al-
 leuatiōem doloris protinus sequuntur, vt membri
 affecti, & sæpè totius corporis mors. Eadem ratione
 si quis, cum morte iam confluctur ob aduentum si-
 lii excitatur, & maior robur ostendit, non propterea
 talis alleviatio est secundū rationē. ergo alleviationes,
 illæ sunt secundum rōnem, quæ fiunt ab alijs causis,
 quæ inferunt mala, inter quas cum quadam sint pro-
 pinquæ, aliæ remotæ; omnes erunt alleviationes se-
 cundum naturam quando fit pugna contra illas, &
 ex pugna nascetur diminutio malorum; in qua re-
 tandem progressus fit ad duo solum, nempe ad na-
 turam & artem, illa. n. duæ sunt, quæ possunt malo-
 rum causas non solum minuere, & alleviationes fa-
 cere ex diminutione, sed etiam sanitatem adferre ex
 perfecta causarum ablatione: propterea rectè dicere
 possumus, quod Galenus etiam facit in 2. Prorrheticorum
 8. tex. vbi diligentius hunc Aphorismum
 enarrat, illa mala solui & minui secundum rationem,
 quæ auxilio naturæ vel artis sunt ablata, vel dimi-
 nuta; quæ vero nec præsidij artis, nec naturæ actione
 sunt minora facta, illa non ex ratione mutationem
 acceperunt; & hoc est explicare quid sit cum ratio-
 ne, vel præter rationem alleviari, & quibus allevia-
 tionibus sit fidendum, vel non; verum cum agente
 natura, dicantur quædam actiones ab ea fieri, aliæ
 vero vi morbi, & hæc sunt præter rationem, illæ vero
 secundum rationem, nimirum cum morbus contra
 suam diminutionem non pugnat, sed natura ipsa,
 quæ morboris causis resistit, & tamen in vtraque
 actione sequatur communis effectus, nempe allevia-
 tio, signa excogitavit ars nostra, per quæ intelligere
 possumus an alleviationes præsentis, factæ sint à na-
 tura, vel vi causarum morbi, & quoniam natura duo-
 bus duntaxat modis potest resistere morboris cau-
 sis, & illas vincere & frangere, scilicet per conco-
 ctionem, & euacuationem, ideo cum signa adsunt
 concoctionis, & expulsionis, tunc secundum ratio-
 nem, vel esse, vel futuram alleviationem intelligi-
 mus; & propterea Galenus, cum hic Aphorismum
 postulet multorum declarationem, solum agit de si-
 gnis, quæ ostendant alleviationes quæ fiunt ab arte.
 Ac eam in actionibus naturæ ordo sit, ita vt præce-
 dere oporteat concoctionem, sequi vero expulsio-
 nem, ideo si alleviatio secundum rationem futura
 est, oportet signa concoctionis præcessisse: & quia
 euacuationes quæ natura fiunt, præter concoctionē
 requirunt etiam expultricis facultatis actionem, quæ
 certis diebus sponte, & rectè operatur: in alijs vero
 non nisi intempestiue & violentius irritata, ideo si-
 gna tenenda sunt, quæ ostendant quo die futura sit
 naturæ excretio; in certis ergo diebus & decretorijs
 fiunt à natura alleviationes secundum rationem, in
 alijs vero præter rationem, sed dicit aliquis, quomo-
 do fieri vnquam possunt alleviationes præter ratio-
 nem, cum natura pugnat: nam si semper concoctio-
 nes præcedunt euacuationes, fiet semper alleviatio
 cum ratione à concoctione & expulsionem: aut si ex-
 pulsio fiat sine concoctione, non fiet alleviatio: quia
 quod malum est, quomodo alleviationis potest esse
 causa: negandum est semper fieri excretiones præce-
 dente concoctione: nam cogitur natura violentius
 aliquando irritata, insurgere ad expellendum, non
 præcedente concoctione: & tamen fiunt alleviatio-
 nes, quia diminuta est materiae noxiæ portio. Verum
 huiusmodi

huiusmodi alleviationi non est fidendum, quia non est secundum rationem, & naturæ ordinem: quare non durabit, nam etsi mali aliquid humoris est euacuatum, & ex eo facta aliqua diminutio malorum, tamen quia multam etiam boni simul euacuatum est, quod non sit facta separatio, quæ non potest fieri ut alibi ostendimus, nisi præcesserit concoctio, ideo cum omnia sint adhuc inter se confusa, ut prius erant, rutilius excitabitur ebullitio, & crescent accidentia; quare alleviatio non permanebit. Ceterum ut concoctiones semper sunt secundum rationem, ita excretiones multis modis sunt præter rationem: nam ut diximus, præter rationem sunt, quando non expectant separationem, & ante illam concoctionem humorum, & diem naturæ consueverunt, sed etiam cum per loca in corpore non apta sunt; quo modo dicimus alleviationem doloris quæ fit latere laborante, ob euacuationem lateris in pulmone, non esse secundum rationem, id est secundum causas aptas facere veras alleviationes. ex quo quid est exemplo patet non esse alleviationem secundum rationem naturæ, si in concoctione, aut in his quæ postulat expulsio naturalis, sit erratum. nunc idem tradendum est de alleviationibus quas nostra ars facit. illæ n. sunt secundum rationem, quæ sunt à proprijs remedijs servata illorum qualitate, quantitate, modo, tempore, & ordine. Quando vero in istis error contingit, alleviationes sunt præter rationem; quoniam sicut ars etiam præter suam rationem agit. Hoc modo cum mulieres ex proprijs veteri morbis laborant, in quibus viri congressus conquæritur, sanguinis missio & purgatio solent aliquantulum mitigare furorē, sed quia illa non sunt propria auxilia, ideo alleviationes factæ non durant. Eodem pacto cum aquæ frigidae aspersione febricitantium calorem recudimus, non durat facta refrigeratio, imò paulo post vehementior calor ex prohibita transpiratione confurgit: quoniam quæ acta frigida admoventur febricitantibus, præter medendi rationem sunt. Porro in maximis malis minima etiam auxilia solent alleviationem facere, sed quia illa non est facta pro ratione morbi, non permanet; idem etiam contingit si in modo medicamentorum fuerit erratum, veluti si quid confertim erat faciendum, & paulatim factum est; non enim perdurare solet si quæ est facta alleviatio. Nonne etiam calor qui ex potione aque propinata in tempore inequalitatis paroxysmi aliquantulum mitigatus, vehementior paulo postea confurgit à visceribus, eo quod nondum bibendi esset tempus. Iam vero sanatio vel alleviatio, quæ facta videtur obducta cicatrice in ulcere sordido, stabilis non est, quoniam præter rationem, quæ sumitur ex ordine curationis. Curavit Medicus antequam vlcus sordidum rectè expurgauerit, cicatricem obducere. Sic etiam ubi quis est vulnerratus à cane rabido, alleviatio non est secundum rationem, si vlcus prolixius claudatur, sed prius virus extrahendum est. deinde vlcus est sanandum. Ex quibus quidem patet quod Hipp. in 1. parte Aphor. scribit, non esse fidendum his, quæ leuiora minora reddunt mala præter rationem, sed his quæ cum ratione idem faciunt. Faciunt autem cum ratione alleviationes naturæ & artis præsidia, cum ea ratione adhibita, quam natura, & ars requirit. Quod si in aliquo istorum sit erratum, tunc præter rationem illa alleviabunt mala nostri corporis. Et quia Græcus codex habet, his quæ non ex ratione lauant, non oportet credere. patet etiam ex hoc non de signis, sed de causis ipsis alleviationem facientibus Aphorismum esse intelligendum. Non enim signa aliquam vim habent alleviandi mala nostra, sed causæ sunt, quæ hoc effi-

ciunt, & merito quoque diximus non ad omnes causas, sed solum ad efficientes mala, Aphorismum esse referendum: nam cum alleviatio fit ab alijs causis, quam à diminutione efficientium, præter rationem illa est. Nunc videamus quod scribit non multum esse formidanda mala, quæ præter rationem evadunt. Quæ enim quæso mala præter rationem venire possunt? spirandi, inquit, difficultas Galenus, vel delirium, vel febris vehementior, vel magnus rigor, verum dubium est cur illa mala appellet præter rationem, hoc enim erat docendum. Ego vero illa dico esse mala secundum rationem, quæ sunt à causis, quæ solum laedere sunt aptæ. Quæ vero mala accidunt à causis iuvantibus, præter rationem sunt. Quare hæc parum magna ex parte. Illa vero plurimum durare consueverunt. Exempla facile confirmare possunt hanc explicationem, cum rigor nascitur ob aduentum accessionis, & febris in alijs accessionis temporibus augetur, & delirium eadem vigente excitatur, hoc certe malum est secundum rationem, quia rationi est consonum ut mala à malis nascantur. Cum vero eadem Symptomata emergunt, eo quod natura concocto humore noxio materiam agitat, ut separet à bono malum, & hæc postea expellat: hoc est præter rationem causæ iuvantis, quæ suapte natura solum est apta iuvare, sed quia iuvare non potest nisi commissa pugna, ex qua nascitur in nobis molestia, necesse est cum iuvantis mala coniungi, quæ quoniam à proprijs causis non proveniunt, sed ex accidenti illi adiunguntur, ideo ea mala, ut plurimum, cito finiuntur, ut satis ostendunt accidentia, quæ instanti crisi emergunt ob pugnam, quam aggreditur natura, & non multo postea vincit; atque in ipsa victoria evanescere incipiunt. Idem quoque docent remedia artis nostræ, quæ nonnulla mala corpori inferunt, sine quibus multum prodesse non possunt. Vulneramus enim venas, & ex vulnere novum morbum, & dolorem excitamus, quia sanguis sine his incommodis elici non poterat, ex cuius euacuatione non solum alleviatio, sed integra salus nonnunquam subito sequitur, sic cum ignitis cauterijs putredinem in ossibus curare cogimur, non sine partis laceratione, & magno dolore mederi possumus; sed hæc mala quæ cum salutaribus auxilijs sunt coniuncta non sunt peritimescenda, & plurimum etiam durare non consueverunt. Rectè autem addidit divinus hic author verbum plurimum, neque multum durare consueverunt, quoniam plurima & non omnia talia sunt, & aliquando durat & permanent mala, quæ ab illis fiunt: nam ut Galenus in libro de Crisibus docet, nonnunquam per sanguinis fluxum è naribus, & alias vacuationes natura violentius medetur morbis, unde fit, ut vel illa acius concitata simul in pugna cadat, vel graves affectus exiter prioribus sedatis ob remedij excessum; quod etiam medendo experitur dum vehementioribus remedijs cogimur mederi morbis, nonnunquam enim cum morbofis causis simul vita exprimit, ut ellebori albi usus, & antimonium, quod his ultimis annis ad vomendum, & deijciendum, non sine aliquorum periculo, in usu esse cepit, satis abundè docent.

APHORISMVS XXVIII

Febricitantium non omnino laeuer, permanere corpus & nihil minui, vel etiam plusquam ratio postulat, contabescere, malum, illud enim morbi longitudinem, hoc vero imbecillitatem significat.

Pertinet hic Aphorismus partim ad signa prognostica, partim vero ad demonstratiua. Docet enim quid malum sit, cum febris non omnino leuis infestat, & quoniam malorum multa sunt genera, non de omnibus hic agit, sed de illis solum, quae vel morbi longitudinem praesagiunt, vel praesentem imbecillitatem aegrotantis significat. Morbi autem longitudinem forte dicit si per huiusmodi febres corpus permanet in suo habitu, & nihil minuitur; Imbecillitatem vero significari si corpus, plusquam ratio postulat contabescat. Merito autem febres non omnino laeues adducit, ut vehementissimas & omnino leues excludat: nam fieri non potest ut corpus non minuat in praesente febre vehementissima, & ubi eadem leuissima est, non est à ratione alienum corpus seruare posse solitum suum habitum, & crassitiam, ex mediocri autem febre sequitur minui, aut minui non posse corpus praeter rationem, quae dictio in utraque parte intelligenda est, ut recte admonet Galenus ita ut talis sit sensus, Febricitantium non omnino laeuer permanere corpus plusquam ratio postulat, & nihil minui, vel plusquam ratio postulat, contabescere; subiungit autem rationem quare haec sunt mala, quoniam illud morbi longitudinem hoc vero imbecillitatem significat. Postulat huius Aphor. interpretatio ut doceamus causas permanentiae, & diminutiones corporis, & quoniam modo plusquam ratio postulet intelligat, haec fieri. Deinde docendum est An verum sit permanentiam illam corporis morbi longitudinem, & ipsam contabescentiam imbecillitatem significare. Porro Galenus particulares multas causas extenuationis refert, & in hoc Aphor. & alibi, nam inquit febris magnitudo, tempus, aetas, regio, aeris constitutio calida & sicca, sensibiles euacuationes, vigiliae, cura, inedia, motus plures, vitium imbecillitas, corporis raritas, ocium, delitium, ira, tristitia, morbi longi, vel colliquantes, malus victus, dolor, digereentia medicamenta, & multa alia sunt causae extenuationis corporis, verum haec docendi ratio est omnino Empirica, & vulgaris, nam particularia, ut quae sub sensum cadant, etiam idiotae nouerunt, vniuersalia vero quorum est ars & scientia soli Philosophi, & artifices intelligunt; quare ab illis semper incipiendum, & postea ad particularia descendendum, & quoniam intelligere non possumus quomodo corpus minuat, nisi etiam notum sit, quibus de causis in eodem statu permaneat, cois erit de his tractatio, manet quidem corpus in eodem statu, quando tantum reponitur substantiae ex alimento, quantum dissoluitur, corpulentia autem crescit, quando plus reponitur, quam sit dissipatum. Ex quo sequitur extenuationem fieri quando minus reponitur, quam dissolutum sit, id quod fit, vel quod desit materia, vel quod facultates, & instrumenta corporis, quae huic operi seruiunt, sint male affecta, vel quod illae, quae substantiam dissolunt causae validiores sint, quam possint causae repositioni seruientes, etiam bene habentes, actioni illarum responde

A re. Porro desit materia vel quod nullo modo sumatur, vel non pro quantitate, vel non assumatur bona, in qua tantum sit utilis substantiae, ut sufficiat repositioni. Ad quas quidem causas particularia nonnulla rediguntur. nam inedia ideo extenuationis causa est, quia priuat corpus alimento, quo solo aptum est conseruari corpus. Excrementosa vero alimenta vel quae tenuius alunt, quam vniuersa corporis nostri substantia, solida (inquam) humoralis, & aerea requirit, extenuant corpus, quia ineptum alimentum praebent ad ipsius conseruationem. Quod si quis optimo alimento utatur, sed parciore quam usus exigat, necessario diminutio sequitur. Porro non satis est abundare optima alimenta, sed necesse est ut appetantur, & transtantur in corpus, & attracta retineantur & postea concoquantur, & excrementa quae ex concoctione proueniunt, excernantur, nec corrumpatur quod manet utile. Propterea si facultates his operibus destinatae, vel instrumenta, quae illis seruiunt, fuerint lesa, veluti contingit cum dentes, gula, fauces, male afficiuntur, tunc contingit extenuatio, ergo otium, senectus, male corporis temperature, caloris naturalis dissolutio, & debilitas causae sunt extenuationis, quoniam facultates quae versantur circa elaborationem nutrimenti ab his malis debiles redduntur, quoniam vero non satis est bene concoqui alimentum, sed illud postea distribuendum est vniuersis partibus corporis, propterea si in venis mefaricis, hepate, aut alijs vijs publicis obstructio, aut aliud vitium est, sequetur necessario extenuatio, & ut diximus separationem fieri oportet excrementorum ab utili materia, alioqui corpus tabescit, sicut in illis accidit, qui ob lienem obstructum extenuantur in vniuerso corpore, quod etiam euidentissimè apparet in hydropicis, qui in alijs mēbris tabescentes, in solo ventre tument. Iam vero ob causas, quae concurrunt ad dissolutionem sit extenuatio, inter quas quaedam habent rationem efficientis, aliae materiae, aliae vero causae sine qua non. Porro inter efficientes quaedam corpus euacuant sensibiliter, aliae vero insensibiliter; non mirum igitur si sanguinis profusio, immoderata Venus, alui fluxus, vomitus frequens, diabetica vocata passio, quae praeter modum urinas elicit, & alia huius generis, corpus extenuant, vacuant enim sensibiliter materiam, quae iam est in corpore necessaria ad eius conseruationem. Eadem ratione aer ambiens calidus, & siccus, febris, intemperies morbosa, vel secundum naturam calidior & siccior. Item exercitatio, & alij corporis labores, cogitatio, tristitia, voluptas, gaudium, risus superfluus, ira, & caeterae animi passiones, corpora exsiccant, & dissolunt, eo quod insensibiliter illius substantiam euacuant. Ceterum materia nostri corporis, quae ob suam tenuitatem, caliditatem, & paucitatem facile dissoluitur, extenuationes quoque parit. Ac quoniam ad faciliorem vel difficiliorem dissolutionem plurimum conferit vis, per quas patet transitus his, quae euacuantur, ideo qui latiores habent venas, & forte etiam intestina, aut cute constas, & carne ratiore, ac molliore, vix vniquam crassescunt, aut pinguescunt. Quibus quidem ita positis, videndum est, an morbi longitudo necessario significetur, vbi praesente febre non admodum leui, corpus manet in suo statu plusquam ratio postulet; Deinde an signum sit imbecillitatis, si in eodem affectu corpus plus quam ratio postulat, minuitur. In qua re, ut recte admonet Galenus praecipua difficultas est, ut intelligamus, quas comprehendat causas extenuationis verbo, plus quam ratio postulat. Ac ipse Galenus non solum febre, sed anni tempus regionem, id est ut vno verbo dicam aeris statum,

ne non omnia, quæ sensibilibus, vel insensibilibus euacuant, ac ætatem puerilem, & decrepitam dicit secundum rationem corpus extenuare, & vires imbecilles reddere. Quod si sine his corpus præter rationem extenuatur, lignum inquit, est virium imbecillitatis. In qua explicatione titubatur, & primum errat, quia cum decrepitam ætatem posuisset inter causas extenuantes cum ratione, & in ea ætate dixisset extenuationem contingere, ob potentiam imbecillitatem, non potest postea dicere signum esse virium imbecillitatis, si absque prædictis causis corpus præter rationem extenuatur: nam in prædictis causis virium imbecillitas est comprehensa, & secundum rationem dicitur esse extenuationem, quæ ob virium imbecillitatem fit; Deinde cum paulo postea ex Hippocrate dixisset, extenuationem citra rationem, semper esse signum imbecillitatis, statim ab eo recedit, alias causas addens extenuationis, nempe humorum tenuitatem, & corporis raritatem. Ex quo concludit, non solum indicari virium imbecillitatem cum corpus extenuatur præter rationem, sed etiam vel humorum tenuitatem, vel cutis raritatem; At quid prohibet quod minus humorum tenuitatem, & cutis raritatem Hippocrate intellexerit, & comprehenderit sub illis causis, quas ipse secundum, & non præter rationem extenuare corpus dixit: nam si puerilis ætas in illis etiam est comprehensa, & propter caliditatem, & humiditatem naturalem, facile extenuatur, profecto quæ ratione materiæ contingit extenuatio, iam in his est inclusa, quæ secundum rationem extenuant; Quod si pueri non solum propter materiam æream, quæ abundat, sed etiam ob mollitiem, & raritatem corporis promptissime contabescunt, pariter extenuatio, quæ contingit ob cuius raritatem, continetur in causis, quæ secundum rationem extenuant. Quare verbum (plus quam ratio postulat) perfectius definiendum est, & debet vnam, & eandem accipere interpretationem, quæ communis fit tum his, qui non minuuntur, tum illis, qui id patiuntur, & contabescunt. Porro in his, in quibus permanet corpus, non videtur ad aliud referri posse verbum, plus quam ratio, quam ad ipsam febrem non omnino leuam. Ita, vt talis sit sensus; si quis plus quam ratio febris non omnino leuis postulat, permanet in sua crassitie, hoc signum est longitudinis morbi: nam si febris huiusmodi est, & nulla sit evidens extenuatio, signum est non fieri dissolutionem materiæ, in qua febris est accensa, sine qua febris ipsa abire non potest, vt quæ non recedat nisi cum subiecta sibi materia, cuius est accidens; Sic sanè si ab huiusmodi febre corpus plus quam magnitudo febris postulat extenuatur, imbecillitas significari debet, quoniam ostendit facillimè dissolui corpus; ad dissolutionem vero hanc necessario sequitur imbecillitas; Nam vbi febris mediocritas est, vt hic supponitur, si materia subiecta mediocriter habet, sicut vtique extenuationes mediocres & secundum rationem, est præter rationem, quoniam est præter rationem agentis, reliquum igitur est, vt fiat ratione subiectæ materiæ, quæ à mediocri causa plurimum patitur. Quod autem verbum (secundum & præter rationem) referri solum debeat ad causas efficientes, patet ex interpretatione superioris Aphorismi, in qua dicebamus, alleviationes esse secundum rationem, quæ fiebant à causis efficientibus morbos victis; præter rationem vero, quæ illis non victis contingebant; quod si ita est, malè, ut arbitror, Gal. hoc nomine comprehendit omnia, quæ possunt in nobis esse cause extenuationis: nam cum alicuius vim ex-

A pendere volumus, alia omnia mediocriter ponuntur, & solum quid causa, de qua agimus suapte natura facere posset expendimus, veluti cum dicimus dragmas duas Rhabarbari purgare corpus, intelligimus hanc dosim esse iustam & secundum rationem in corpore mediocriter affecto ad purgationem; quod si violentius aliquem purget, præter rationem hanc illam esse violentiam asserimus, quoniam id non accidit ratione agentis, sed ob materiam subiectam, nempe, corporis nimiam mollitiem & facilitatem ad purgationem; sic sanè in re proposita, non quid anni tempus, ætas, regio, vel sensibiles euacuationes, vel alia prædictæ causæ dissoluentes nostrum corpus efficere possint, sed quid ipsa sola febris illis omnibus mediocriter suppositis, præstare possit in corpore, expendimus; Ad quam rationem respicientes, si corpus mediocriter minuitur à mediocri febre, secundum rationem talis est diminutio; quod si nihil omnino minuitur, aut plurimum, hæc præter rationem ipsius febris fieri dicimus; quare hoc contingit ratione materiæ quæ præter rationem dissoluitur. Sed iam expendamus an contabescencia, quæ fit præter rationem, ostendat imbecillitatem uno modo solum nempe, vt diximus, quod significet corpus facilius dissolui, quam mediocritas postulet, ad quam imbecillitas necessario sequitur; An etiam alio modo significat imbecillitatem facultatum, quæ circa nutrimenti elaborationem versantur: nam per mediocres febres virtutes nutritiæ collabi non debent, ita, ut restituere non possint bonam portionem eius, quod dissipatur; itaque, si corpus contabescit plus quam febris ratio postulat, hoc significat imbecillitatem illarum, & omnium etiam facultatum vt quæ à mediocri causa affectæ, mediocriter non possunt resistere, sed in magnam imbecillitatem cadunt, ex qua fit ut corpus colliquescat, & contabescat.

APHORISMVS XXIX.

Cum morbi inchoant si quid mouendum videtur, moue, cum vero consistunt, ac vigent, melius est quiescere.

Hic Aphorismus non pertinet ad signa, vt maior pars Aphorismorum, qui in hoc secundo libro continentur, sed ad curationem, non tamen eo modo, ut alij interpretes putant; nam Fuchsius credit authorem hic simpliciter agere de temporibus, in quibus debemus applicare remedia: nam non de omnibus remedijs hic agit, siquidem non omnia in principio sunt adhibenda, se quæ propria ipsi sunt; quæ vero propria vigentibus morbis, vel in crescentibus, aut declinantibus, non utiq; illa in principio adhibenda sunt; sed de mouentibus auxilijs solum tractat autor. Errant præterea, qui intelligunt ita Aphorismum si oportet materiam in morbo euacuare, eam esse euacuandam semper in principio: nam multi sunt morbi, in quibus non licet ante declinationem euacuare per Aphorismum concocta medicari, &c.

Ad id etiam pertinet quod scribit in sequenti Aphorismo; Circa initia, & fines omnia imbecilliora, tanquam declinatio sit commodissimum tempus ad mouendum: imo nemo dubitat de vacuatione, quæ fieri debet declinante morbo. De Minoratibus vero quæ adhibentur in principio semper magna fuit quæstio; Alij vero ita intelligunt: Si quid videtur mouendum in principio morborum, moue, vtùm hæc explicatio caret arte: nam si quis nouit mouen-

movendum esse in principio, non est opus illi præcepto, quod imperet ut moveat. Quare ego puto ita intelligendum, si movendum est ante declinationem move in principio; Hæc enim sententia quadrat dictioni Aphorismi, quasi diceret, commodè movere possimus vel in principio, vel sine, quoniam tunc omnia sunt imbecilliora; itaque si non possumus declinationem expectare, in principio movendum: nam cum vigent morbi, inquit, melius est quiescere; ac cum morbi incrementum recedat à principio, & accedat ad statum; nihil de eo præcipit Hippocrates, quoniam ex extremis medium intelligitur. Erit ergo motio, quæ fit in incremento deterior ea, quæ fit in principio; fieri tamen potest, quoniam nondum est status; de quo solo præcipit quietem; non quod movere etiam aliquando in ipso nobis non liceat: nam verbum melius quiescere, non prohibet morionem, sed quod rectè omnibus ante petactis, nullus solet movendi locus tunc relinqui. De quo postea diligentius agemus. Porro, cum principij nomen significet primum insultum morbi, quod est indivisibile; vel uniuersum tempus in quo cruda adhuc est materia, vel spatium trium aut quatuor primorum dierum, non intelligit principij nomine primum insultum morbi, quoniam in tempore adeo momentaneo nihil moveri potest; nec intelligere potest tempus, in quo materia est cruda; nam si non est movendum, ut scribit Galenus in libro de Optima fæta, & in fine huius Commentarij, eo quod vires sint debilitate, ita ut motionem ferre nequeant, contingit in eo tempore, sæpè ita vires affici, ut motioni sustentandæ non sint apte. Præterea, ubi cruda est materia, aiunt non esse movendum: quare reliquum est, ut intelligamus movendum esse in primis diebus, si quid movendum est. Ceterum, intelligit per verbum movendum, euacuandum: nam alterantia medicamenta non videntur agitare, & movere corpus, vacuatio autem non fit sine motu, & quia conspicuus est motus, magis in euacuantibus, quàm in alijs, ideo merito vacuationem appellat motionem. Itaque cum de motione, quæ fit in principio morborum hic agat author, & non definiat an semper in principio movendum sit, sed solum admonet movendum esse, si ita videtur, postulat utique tractatio, ut rem hanc diligentius expendamus; & quoniam vacuantium auxiliorum multe sunt differentie, illud in primis venit dubitandum, an velit author nos euacuare posse in principijs morborum per omnia genera euacuationum, vel saltem per sanguinis missionem, & purgationem ut Gal. in Commentario sentit.

Secundo loco explicandum erit, an remedia euacuantia, de quibus hic agit author, in principio omnium morborum conveniant; quod si ostendet ratio, solum euacuandum esse in quibusdam morbis.

Tertio loco illud sequitur enarrandum, an necessarium sit tempora quædam morborum eligere, & alia fugere: at si illud constabit, veniet.

Quarto loco explicandum, an melius semper sit in principio, quàm in statu euacuare; quod si inveniemus in quibusdam morbis ita esse faciendam, ut censet Hippocr. ratio huius diversitatis inuestiganda veniet. Iam vero quod non intelligat Hippocr. de omnibus remedijs euacuantibus, patet, primum, quod euacuatio quæ fit per balnea in ægrotis, solet solum adhiberi declinante morbo, præsertim febre, de qua, ut ostendemus, potissimè intelligitur Aphorismus. Deinde, euacuatio, quæ fit per mediam, in omni tempore ante declinationem in usu & necessitate adhibetur; etsi Hippocrati credimus, ut in primolib. Aphor. magis necessaria est inedia, & tenuis-

simus victus, vigente, quàm incipiente morbo. Deinde, quod magis mirum videri posset, etsi aliter credit Galen. in Comment. arbitror Hippocr. excludere hoc loco euacuationem, quæ fit per sanguinis missionem; nam ut Hippoc. docet in 2. & 4. de Victu auctor. ubi agit de curatione Pleuritis vigente inflammatione, sanguis ab eo mittitur. Deinde, tritum est præceptum Galeni, sanguinem mitti posse quocunque morbi tempore, ubi viget magnitudo morbi, & vires ferre possunt, quæ cum sæpè sint vigente morbo, cur non licebit nobis, eo tempore euacuare per sanguinis missionem? Quis etiam in magnis fracturis, & vulnibus, vigentibus magnis doloribus, sanguinem non mittat? An Galenus concoctionem turbare per sanguinis detractionem, & cur quæso potius in statu, quàm in prioribus temporibus? Docet etiam experientia, ubi sunt vehementes ardentes vigente febre & ob multitudinem, ac prohibitam transpirationem; natura laborat in concoquendo, illam maximè iuvare, si sanguis mittatur ante non missus, aut renouetur illius detraçtio, si parcius antea fuit extractus. Addo, quod Hippocr. dicat, in statu esse quiescendum, in principio vero & declinatione movendum, quia omnia fortiora sunt in statu, citra initia & fines omnia imbecilliora. At ratio, quæ sumitur à fortitudine & vehementia eorum, quæ sunt in statu, non excludit sanguinis missionem, qui præcùm magnum remediū magnis affectibus adhibeatur. Item si ratio, quæ sumitur ab imbecillitate, communis est principio, & declinationi, sanguinis missioni non conveniet, ut quæ nunquam declinante morbo adhibenda sit; Præceptum igitur est Hippocr. de Minoratijs vulgo dictis, siue de leur purgatione adhibenda ante declinationem morbi; de qua semper fuit inter Medicos controversia. Admonet igitur Hippocr. si expedit purgare in morbis ante declinationem, adhibendam esse purgationem inter initia morbi. Quod vero hoc intelligendum non sit in omnibus morbis, satis patet: nam ut in 1. lib. ostendimus, cum de vacuatione ageremus, vacuandum solum est cum aliqua adest plenitudo, vel est potenter reuellendum, vel deriuandum, vel aliud faciendum, quod sine euacuatione fieri, nequit, quæcum in omnibus morbis non sint, temerè in omni fere affectu vulgares Medici à remedijs euacuantibus auxilia petunt. Nec vero Aph. hic scriptus est de omnibus morbis in quibus euacuatio est necessaria: nam multi morbi sunt, in quibus non refert purgare in principio potius, quàm in augmento; aut in declinatione potius, quàm in statu, ut in Hydrope sine febre, in melancholia, mania, scabie, in doloribus, in cacochymia, denique in omni vitio, ubi nulla est in humoribus putredo: nam in illis satis est, si humores facine extenuati, & incisi, ac vires patentes, per quas pugnatio fieri debet; quo modo antea dicebat Hippocrates. Corpora cum quis purgare voluerit, fluida faciat oportet; Quæ cum in omni morbi tempore pari successu fieri possint, non refert in uno tempore, potius, quàm in alio purgare; at ubi putrescunt humores, concoctio sæpè necessaria est, & illius habenda est ratio: nam concocta medicanda esse antea scripsit Hippocrates. Et hinc orta est controversia, an ante absolutam concoctionem, quæ fit in declinatione, purgare liceat, & si purgandum est, an hoc sit faciendum potius in principio, quàm in incremento & statu. De hoc igitur dubio hic agit Hippocrates, & iudicat si expectari non possit declinatio, potius in principio id esse faciendum, quàm in vigore morbi. Quæ sententia etiam pertinere non potest ad omnes febres putridas: nam quæ fiunt à crassis, viscidis,

viscidis; frigidisq; humoribus, nec in primis diebus, nec in principio totius morbi aliquam admittunt purgationem: nam vt Galen. in 1 ad Glaucon. scribit, purgationes, quæ adhibentur in principio quartanae, tantum abest vt profint, & sæpè etiam ex vna quartana, duas efficiant: vbi vero incipit concoqui materia, quod iam concoctum est, leui pharmaco educi potest, & quanto magis procedit concoctio, tanto felicius reiterari possint purgationes: nam vt huiusmodi humores ob diuersitatem suæ substantiæ simul concoqui non possunt, ita repetita egent euacuatione; vt ad proportionem concoctionis, & generationis excrementi fiat euacuatione: non enim tutum est, quod antea erat purificatum, & postea concoctum, in corpore relinquere: nam vt id recidiuam post declinationem committit, auctore Hippocrate, ita in alijs temporibus morbi, grauatur naturam, & impedit ne reliquum concoquatur; ergo, illud vt diximus euacuandum: Quam ob rem, si in febris longis non nisi apparentibus signis concoctionis purgare possumus, vt Gal. sentit, & nos in superiore lib. cum Hippocrate ostendimus; concoctiones autem in illis non apparent in primis diebus, nec in principio totius morbi, sed in augmento & statu, profectò, Aphorismus hic tales febres non comprehendit: nam in illis quiescendum est in principio, mouendum in augmento, & magis in statu, maximè in declinatione; Postremò, id apertè docent verba sequentis Aphorismi, omnia debilissima & fortissima, quæ malè verit Leoniceus debiliora & fortiora, in solis enim acutissimis morbis omnia in statu sunt fortissima. Quare Hippocr. Aphorismus re vera solum pertinet ad acutas febres putridas, in illis enim in primis diebus, & in principio totius morbi purgandum esse iubet, & non esse expectandum statum, tunc enim melius est, inquit quiescere, sed cur facienda sit purgatio in his incipiente morbo, quiescendum vero potius in statu, in hoc Aphorismo non docet: sed ut Galenus scribit in sequenti Aphor. in quo ait, circa initia & fines omnia esse imbecilliora, in vigore autem omnia esse fortiora: mouendum igitur est in principio, quia omnia tunc sunt imbecilliora, quiescendum vero in statu, quia eo tempore omnia sunt fortiora. Quid vero per verbum (omnia) intelligat auctor, explicat Galenus scilicet Symptomata omnia, quales sunt accessiones februm, vigiliae, dolores, fastidia, sitis, morbum verò ipsum, à quo hæc Symptomata proueniunt, non esse fortiorum in his qui saluari debent, sed multo meliorem, quam in morbi principio. Cuius interpretationem, antequam ad alia progrediamur, diligentius expendere oportet: nam abutitur nomine fortiorum & meliore, & nomine morbi, pro causis morborum: si enim Symptomata sequuntur morbos tanquam umbra corpus, non possunt vtique hæc esse fortissima, cum morbus est debilis, si quidem effectus respondent suis causis; Rectè ergo dixit Hippocr. omnia esse fortiora in statu morbi, nempe, Symptomata, morbos ipsos, & proximam causam morborum: id quod experientia docet: nam non solum vigente morbo Symptomata sunt vehementissima, sed etiam febris ipsa, qui morbus est, & calor, quæ causa est proxima febris, verum materia ipsius febris tunc melior est, quam in principio, & etiam fortior agendum, est enim fortior, quia plus caloris habet ob quem vehementius lædit: melior vero, quia plures gradus concoctionis accepit; quare stat, aliquid fortius esse, & melius, quia est alia ratio vehementiæ, alia bonitatis, vt apparet in signis, & Symptomatis Criticis, quæ maxima sunt, & tamen bona censentur, quia salutem proximam portendunt. Errat igitur Galenus, cum dicit

A morbum ipsum esse meliorem in statu, id enim de materia ipsa dicendum erat; & cum distinguit melius à forti, cum unum & idem vtrumque simul sit, & ita ab Hippocr. recedit, qui non de melioribus, sed de fortioribus solum agit. Sed ipsius Hippocr. rationem expendamus: non enim sequi videtur, vt mouendum sit in principio, quia tunc omnia imbecilliora, & quiescendum in statu, quia tunc omnia fortiora: tunc enim potius videtur succurrendum, quando mala maximè vrgent; Galen. vero in fine Comment. dicit in statu ideo esse quiescendum, quia tunc maximè fiunt concoctiones, quo tempore nihil mouendum; & cum primum dixisset tunc maximè fieri concoctionem, paulò post ait: Iam naturam concoxisse, & propterea superfluum esse euacuare, tum propter alia, tum quia vis animalis magna ex parte eo tempore est fatigata, licet quàm maximè duæ aliæ vitales ac naturalis, fortes persistant. Quæ quidem verba egent consideratione primum enim debebat ipse docere, cur morbo consistente nihil sit mouendum ob concoctiones, quæ tunc fiunt: nam si motiones quæ fiunt inter initia morbi, (vt ille in Commentario scribit) futuras concoctiones iuuant, cur illæ hæc etiam non iuuabunt in statu, quo tempore natura plurimum laborat pro concoctione præsentem; magis mirum est, quod scribit superfluum esse euacuare cum natura concoxit: nam antea ille cum Hippocr. docuit, concocta etiam medicanda; quod si vacuandum non est, quod post concoctionem vis animalis sit fatigata, hoc commune erit etiam declinationi; & semper verebimur in morbis purgationem post concoctionem. Quod si vitalis virtus maximè fortis est, vt ipse putat, parum solliciti esse debemus de animali, vt idem in Methodo scribit. Præterea, vitalis, & naturalis etiam eo tempore ex magna pugna sunt debilitata, sed quia iam propinqua est victoria, ideo fortes dicuntur esse. Postremò, si illa omnes purgationes, quæ fiunt ante concoctionem, malas esse iudicat, quæ ratione hic suadere potest purgationem in principio tanquam vtilem; nam diminutio materiae simpliciter facta naturam non iuuat ad concoquendum, sed sæpè concoctiones turbat, alioqui cur in febris longis in principio non euacuamus? Nihil igitur habet Galenus in Comment. suo quod viuam rationem reddat huius Aphorismi.

D Et multo etiam minus recipienda est interpretatio quàm facit in lib. de Optima secta, cap 38. & 39. vbi scribit, Hippocr. ideo dixisse quiescendum esse in statu, quia vires debilitatae à causis morborum tunc validissimis, ferre non possunt molestiam, quàm adferunt remedia purgantia: in principio vero vires nondum esse infirmas, & propterea eâ sustinere posse quæ tunc fit, euacuationem: nam vires siue fortes sint, siue debiles (vt ille paulo antea scribit) non indicant euacuationem, aut aliud remedium, sed solum victum: remedia vero indicant morbi, & causæ illorum; & quemadmodum quæ præter naturam sunt, contraindicant, id est impediunt sæpè ne efficiamus, quod vires indicant esse faciendum: ita vires, & alia quæ sunt secundum naturam, vt plurimum impediunt fieri, quæ indicantur à morborum affectibus; at contraindicantia non sunt quæ indicant aliquid esse faciendum, aut vt ille alio verbo dicit, quod propositum non sit, sed ex indicantibus illud inueniendum est: demum enim in principio nullâ esse materiam, quæ vacuationem postulet, quis quæso in eo tempore euacuationem tentabit, etiam si vires sint validissimæ: eadem ratione, si vires constarent in statu, vt sæpè constant, vbique euacuandum esset sicut in principio: sed hoc non esse faciendum inquit Hippocr. quia dispositio morbofa in statu non admittit purgationem, quod facit in princi-

principio; ad hanc igitur, & non ad vires primum respiciens Hippocr. dixit in statu quiescendum esse, in principio vero mouendum. Sed videamus quibus verbis hanc confirmet sententiam Hippocr. Verba autem sunt quae continentur in sequenti Aphorismo, vt Galenus rectè etiam putat: ideo enim inquit mouendum est in principio, & quiescendum in statu, quia circa initia & fines omnia imbecilliora: cum vero consistunt, fortiora; quae iam iam enartare aggredior, vt ex peculiari & diligentiore interpretatione pateat postea ratio huius Aphorismi.

APHORISMVS XXX.

Circa initia, & fines, omnia imbecilliora cum vero consistunt, fortiora.

Vntea diximus, hic Aphorismus rationem continet superioris, vt rectè etiam Gal. admonet: nam cur circa initia mouendum sit, & melius sit quiescere in statu, ratio est, inquit Hippocr. quod circa initia & fines omnia sunt imbecilliora, in statu vero fortiora. Quam quidem sententiam Gal. vario modo explicat, & cum vnam primo in superiore Aphorismo attulerit interpretationem, in ea postea non quiescit, sed alias postea adfert: nam primum dixit ideo quiescendum esse in statu, quia tunc omnia Symptomata sunt fortiora; postea vero ab hac recedens interpretatione, subdit, id esse faciendum, quoniam coctiones morborum tunc maximè fiunt; addit paulo postea, superfluum esse in statu euacuare, cum iam natura concoxerit, & huius rei digitalias esse rationes, & eam maximè, quia vis animalis magna ex parte eo tempore est fatigata. Sed omnibus his rationibus admissis, non patet adhuc interpretatio rationis Hippocrati quae dicit in statu quiescendum, quia fortiora tunc omnia sunt in principio vero mouendum, quia tunc omnia sunt imbecilliora: nec ad immediatas quidem causas praedictae rationes Galeni probationem ducunt: vt diligentius excutiamus; quae dicit de fortioribus Symptomatis, & dispositione morbosa meliore, sciedum est, inter Symptomata, quae aegros infestant, quaedam esse quae morbum, & causas proximas morbi sequuntur, alia vero quae sequuntur alias dispositiones, & alias causas, id quod vno exemplo ostendo. Accendatur ex bile putrescente in homine Plethorica febris, continua, vel intermittens, quae vigiliam pariat, & sitim: & in eo sentiatur tensio & grauitas membrorum, & dolor grauis in capite, vigilia, sitis, accessiones febrium, & Symptomata, quae ex illis nascuntur, sequuntur morbum. nempè febrem, & hanc calorem, hic vero putredinem humorum, tensio vero & grauitas omnium membrorum, & capitis, non sunt Symptomata febris, sed ipsius Plethorae, & hanc Symptomata, vt ipsa plenitudo, quae illa infert, in principio morbi fortissima sunt, & deteriora quam in statu: nam tunc vi caloris, & ab inedia alijsque remedijs euacuantibus, consumpta est plenitudo, quae in principio vigeat, quae vero propria sunt morbo Symptomata, in principio mitiora sunt, vt etiam ipse morbus, & dispositio, siue materia, quae putrescit; Procedente vero tempore, Symptomata, & morbus fortiora fiunt & deteriora: deterior enim morbus est, qui fortior & maior est, materia vero putrescens est quidem in principio imbecillior, sed deterior, in statu fortissima & melior, in de-

Aclinatione autem imbecillima, & quam fieri potest, optima: nam in principio materia nondum concepit magnum calorem, ideo debiliter laedit, & quia putredo, quae tunc incipit, nondum accepit aliquid coctionis, ideo pessima est, in statu autem, vt vehementissimum concepit calorem, ita contra plurimè recepit coctionis, ideo tunc fortissima est ad agendum, & tamen longè melior in declinatione extincta putredine, nullam vel minimam amplius habet nocendi vim, & quia omnes gradus concoctionis accepit, quos potest recipere, ideo optima est. Errat igitur Galenus cum dicit omnia Symptomata in statu esse fortiora: nam hoc solum verum est de Symptomatis sequentibus morbum, & proximas causas morborum. Item rectè dicebat dispositionem morbosam meliorem esse in statu: nam aliae dispositiones veluti Plethora, quae sua quoque inferunt Symptomata, in principio fortiores esse solent; Verum non rectè explicauit eam dispositionem morbosam cum dicit illam morbum esse: nam morbus in statu non est melior, cum sit longè vehementior, & ex maiore vehementia maius malum metiamur; est autem dispositio morbosa quae melior est in statu, materia propria morbi, quae putrescit, & ex putredine vehemèntiam, & ex coctione bonitatem acquisiuit. Sed demus Galeno, id quod vult, aut optare potest, non tamen sequitur Symptomata sunt fortiora in statu, ergo tunc quiescendum, mouendum autem est in principio, quia illa sunt imbecilliora; nam si solum spectemus ipsa Symptomata, ratio potius cogit mouendum esse in statu, quam in principio, quia vt Gal. scribit in Commentatio Aphorismi Deiectiones non multitudine sunt aestimandae, vbi sunt magni dolores, tunc per sanguinis missionem, vel purgationem succurrendum est, quemadmodum etiam ipse refert in lib. de victu acutor. Hippocratem sanguinem misisse vigente Pleuritide, quod si Symptomata non per se suadent non esse mouendum, sed quia virtute deiecerunt, quae ferre non potest motionem, quae fit a purgatione, hoc primum non est commune omnibus, non enim in omni statu morborum, vel etiam acutissimorum, vires ita sunt prostrate, vt omnem fugiant motionem quae fit à medicamentis. Deinde, docet solum contraindicantem motionem, & non ipsum indicans in principio: nam in principio si vacuamus, id non facimus, quia virtus est fortis, adeo, vt non repugnet euacuationi, sic, n. in omni statu corporis vbi vires validae sunt, vacuandum esset, sed oportet adesse indicans, nempè ipsam plenitudinem, aut aliquid aliud, quod ostendit necessariam esse vacuationem: ergo, si vacuandum est in principio, oportet materiam esse aptam ad euacuationem, & si non est mouendum in statu, id fit primo & per se, quia vel nulla est tunc materia, aut in eo tempore non apta ad euacuationem; & hoc primum est querendum, quomodocunque Symptomata & vires habeant, est quidem materia in statu noxia, vt quae materia sit morbi, verum ad euacuationem non est apta, quoniam est mixta, & confusa cum alijs humoribus in venis, à quibus separari non potest, absque separatione autem mali à bono, utilis & facilis euacuatio fieri nequit; quod vero mixta sit, & exactè confusa, ex eo patet, quia tunc maximè & potentissimè fit concoctio, quae omnia inter se miscet, & confundit, non posse autem separari inutile ab utili, duae sunt rationes; vna, quod excrementum, siue id quod inutile est, non sit planè factum ante concoctionem, siquidem excrementum est, quod post concoctionem relictum est, in substantia dissimile, & propterea inutile, & noxium naturae; quod autem tale est, excerni debet, & propterea excrementum dicitur. Alia

vero ratio est, quod medicamentum purgans non actum habet agendi, sed potentiam solum, eget autem calore nostro, & alteratrice facultate, ut actu fiat purgatorium medicamentum, quo fit, ut cum natura & naturæ instrumentum calor, totis suis viribus pugnet aduersus causas morbosas potentissimè ludentes, nequeant diuidere suas vires, ut simul concoctioni naturæ morbosæ, & alterationi distributionique medicamenti seruiant: turbatur igitur concoctio, quæ totius naturæ & caloris vim exigit, Turbat etiam naturæ ordo, quippe cum concoctio præcedat separationem mali à bono; & hæc euacuationem mali, cogit autem purgatio ut antequam concoctio sit perfecta, fiat separatio & vacuatio, ex qua bonum cum malo excerpitur, unde naturæ vires debilitantur, morbosæ causæ augentur, & concoctio, quæ felicissimè perficiebatur, vitiatur; Merito igitur dixit Hippocrates quiescendum esse in statu acutissimorum morborum ob hanc maximè rationem: quia tunc materia non est apta ad purgationem; at hanc causam non expressit, sed remotiores, quæ hanc significant & pariunt: nam quoniam causæ morborum tunc sunt potentissimæ, & natura potentissimè resistit, ideo fortissima fit pugna, quæ cum per alterationem fiat, ad quam sequitur mixtio, fit, ut potentissima fiat concoctio, hoc enim sequi oportet vincete natura, ex tali autem concoctione misceri, & confundi bonum cum malo necesse est, ex qua confusione ineptitudo nascitur ad separationem, & euacuationem materiæ inutilis. Itaque, verbum omnia fortissima, ad causas inter se fortissimè pugnantibus prima ratione referendum est: illa enim sunt, quæ faciunt ut quiescere debeamus: Symptomata enim & morbi, qui tunc fortissimi etiam sunt, signa sunt pugne acerrimæ, quæ tunc fit: quod si vires deiciant, tunc rationem causæ habent, eo quod vires deiciant, quæ sua ratione impediunt euacuationem fieri; Sed (ut diximus) hoc non est commune omnibus, imo nullis, de quibus agimus propriè, vel etiam teste ipso Galeno, qui præceptum hoc de motione & quiete faciendum in statu, dicit solum esse intelligendum in morbis salutaribus, at in his non ita sunt affecte virtutes nostri corporis, quin possint ferre leuem aliquam euacuationem, si ad sit id, quod illam indicat. Sed videamus, an illud nunquam ad sit, ita ut perpetuò quiescendum sit in statu acutissimarum febrium; (nam de alijs contrariam esse rationem ostendimus, vacuandum scilicet esse in statu potius quam in principio) Dico in hoc dubio, in quo multorum salus consistit, diligenter esse notandum, quod Hippocrates & Galenus dicunt, in statu salubrium morborum maximè & potentissimè fieri concoctiones; id quod fieri non potest nisi potentissimè natura vincat: est enim concoctio actio, quæ fit vincente natura. Itaque, si signa præcesserunt in diebus decretorijs futuræ victoriæ, & cum in statu sumus, eadem perseverant, temerarium esset naturam turbare euacuando, si quæ enim auxilia tunc sunt adhibenda, in eo quod natura facit, danda sunt; temperantia igitur, refrigerantia, quæ retundunt calorem febrilem, naturæ opem adferent; at vero, si videamus concoctionem potentissimè non fieri, imo nec procedere, sed pugnam incipitis indicia apparere, tum ex alijs Symptomatis, tum maximè ex urinis crassis, rubeis, & obscuris contentis, quæ per aliquot dies in eodem statu perseverant, quid quæso agendum? Dicent scio, qui exactissimas concoctiones semper expectandas esse volunt, ante purgationem solum Epi themata, & roborantia virtutem esse adhibenda, vacuandum vero minimè. Verum deberent illi vide-

re, impotentiam hanc ad coquendum, sæpè oriri, non ex debilitate virtutis, sed ex materiæ copia, & malis qualitatibus, ad quas superandas sola natura, quæ sæpè mediocriter valet, non sufficit, oportet enim in omni actione proportionem seruari inter agentia, & patientia. In quo quidem casu vereri non debemus naturæ oppressæ suppetias ferre, euacuando vel secta vena in cubito, si subest robur in viribus, aut inter annularem & auricularem digitum, vel quod longè rutilius est, & felicissimè sæpè probatum, ad motus hirsutibus hemorrhoidibus, mirum enim est quantum prosit tunc huiusmodi euacuatio; ex qua videmus Symptomata omnia mitigari, concoctiones diminari, & salutem sæpè ab alijs desperatam Medicis, comparari. Quod si ignea ex feruentissima bile apparent urina, cum obscuris (ut diximus) contentis, nunquam oberit Cassiæ uncia, vel Manna cum iusculo exhibita, hæc enim non turbant concoctionem, sed turbatam releuant, diminutis causis quæ illam turbabant, & impotentem reddebant. Atque hæc quidem de motione & quiete, quæ fieri debet in statu acutissimorum morborum, vel calidissimorum, cuiusmodi sunt tertiana exquisita. Porro, circa principia dixit mouendum esse, si videtur, motionem autem, ut diximus, intelligit eam, quæ fit per purgationem, tanquam sanguinis missio necessaria in febribus putridis non eget præceptis, quæ de rebus dubijs sunt tradenda; Rectè autem addidit, si videtur: nam læues aliquando adeo sunt morbi, & partium illorum causæ, ut nulla necessitas cogat nos uti purgatione in principio, sed præstat perfectam concoctionem expectare, cuius in primis illis diebus non multo post, & sine difficultate venturæ euidentiissima adsunt signa. Quod si maior difficultas sese offert, tunc læuis purgatio omnino adhibenda est, quoniam desunt illa incommoda, quæ diximus esse propria vigentibus morbis: non enim tunc turbatur concoctio quam natura læuissimè est aggressa, & propterea separari potest vi medicamenti, auxiliante natura, pars mali à bono, & sic quæ est plenitudo grauans naturam, minuitur; ex quibus (ut rectè inquit Gal.) concoctiones meliores, & celeriores euadunt. Nec obstat quod materia sit cruda, & concocta esse mediana, quoniam ante diximus, id intelligendum esse etiam Galeno auctore, in frigidis & crassis humoribus morbos longos committentibus; quo loco etiã alia omnia argumenta pugnantia contra hanc purgationem in principio, sine magno negotio refellimus. Rectè igitur admonet Hippocr. ubi videmus naturam grauari à Cacoehymia humorum, ut in principio purgatione humorum uti tamur, antequam vehementissime pugnae tempus adueniat, in quo inquit melius est quiescere; & rectè illud etiam dixit (melius) quasi dicat nullam esse mouendi necessitatem in statu, si præcesserint inter initia debita euacuationes: nam in vehementissimis febribus materia est unifornis, tenuis tota, vehementerq; calida; quare facta minoratione aliqua in principio, nullum postea relinquit ante declinationem tempus aptum ad purgationem: tota enim simul concoquitur, & tota simul per Crisim postulat euacuationem; aut si Crisim non tentauerit natura, purgationem in declinatione; crassa vero materia, quæ mitiores febres, & ferè omnes intermittentes excitat, cum sit maximè difformis, pars post partem euacuanda, procedente morbo, in quo per concoctionem redditur aptior ad separationem, & euacuationem; in principio vero, frigida, crassa, & viscosa, non nisi cum magna violentia trahi potest; quibus difficultatibus caret materia, quæ acutas febres parit: nam illa ab initio facilè separari,

zari, & trahi potest à nostris medicamentis, quare mento de his morbis loquens Hippocrates dixit morbum esse in principio, & quiescendum in statu.

APHORISMVS XXXI.

Eius qui ex aegritudine bene cibatur, nihil proficere corpus, malum.

Redit Hippocrates ad signa, docet enim quid malum sit in conualescentibus sumpto indicio ex bona cibusione, si quis enim, inquit, bene cibatur & corpus ex ea cibusione non proficit, malum est. Porro bene cibari intelligere oportet illos, qui bene appetunt cibos, & eos quidem bonos, corpus proficere quod ex Galieno melius crescere & angere verendum est, id enim verbum à *trididras* significat, ut in *Com. 1. Aphor. 1. primi libri* ostendimus, intelligendum est, quod ad suum naturalem statum propertata, ut vires quæ à morbo fuerunt debilitate restituantur, & contracta macies paulatim tollatur, solique habitus paulatim recuperetur. Malum autem id esse inquit, Galenus quia significat vel potentie quæ corpus nutritur imbecillitate, quæ bene assumptum cibum concoquere & assimilare nequit, vel malorum humorum qui relictæ sunt ex morbo superabundantiam quæ cibum assumptum corrumpit. Verum si hic Aphorismus eandem sententiam continet, mutatis solum verbis, cum eo qui in octavo loco superius continetur ubi scribit Hippocr. Si quis à morbo cibum assumens, non corroboratur, plurimum corpus vti significatur. Malum etiam esse poterit alia ratione: quod scilicet, ostendat plus alimenti assumi quam iustum sit; id enim ille Aphorismus continet. Verum mihi videtur Hippocr. aliud in hoc tractare quam in illo: nam in superiori Aphorismo solum agebat de cibo qui assumitur cum appetitu, nullam regulam & mensuram imponens ei qui assumit; ex quo merito sequebatur corpus vti plurimum alimentum: nam si quis bene cibum appetat, ita, ut nullus videatur relictus affectus ex morbo, nulla alia affecti potest ratio cur corpus non corroboretur, nisi quod plus alimenti assumitur quàm virtus adhuc debilitata ex morbo elaborare possit; in hoc vero Aphorismo, verbum (bene cibari) completi videtur qualitatem, quantitatem, & alios omnes scopos requisitos ad bonam nutritionem. Quibus quidem suppositis, sequi non potest in hoc ut in illo, scilicet, quod ostendat corpus vti copiosiore alimento, merito igitur inquit Gal. malum hic esse, quia vel reliquias mali humoris qui impedit bonam fieri nutritionem, vel imbecillitatem facultatis concoctricis, quæ nequit elaborare & conficere alimentum, ostendit.

Quod si quis contendat item intelligi per bene cibari, quod significat assumere cibum, malum erit: quia vel indicat corpus vti abundantiore alimento, vel potentiam imbecillam, aut exuperantiam corrupto rum humorum. Sed dicit quispiam, qui fieri possit, ut quispiam bene cibetur, & cibum bene appetat, & eum quidem bonum, & eum iusta mensura, & tamen eum concoquere nequeat? cur enim appetitus servatur, & concoctio illi non respondet? quippe, cum Galeno auctore temperies sit causa omnium bonarum actionum, quæ si esset ut appetitus confiter, concoctionem debilitate non debet; Adde, quod ad appetitum conciliandum manus, & perfectius robur requiritur, argumento quod febicitantes alimen-

tum melius concoquant quam appetant: an dicendum est, temperiem quidem esse actionum causam, sed non vno & eodem temperamento omnes actiones, & facultates corporis gaudere; nam cum frigidiore temperie ventriculi servatur integri appetentia, concoctio vero debilitatur: hæc enim calido & humido temperamento maxime nutritur; non mirum igitur, si conualescentes ob dissolutionem spiritus & calidi natui refrigerati, & etiam consumpta corporis substantia dissoluti, appetitum servant in conualescentia, concoctricem vero facultatem debiliorem obtinent: hæc enim plurimum calida & spirituose substantia requirit. Atque hæc satis de hoc Aphorismo,

APHORISMVS XXXII.

Omnes ferè qui malè se habent circa initia, bene cibati, nec quicquam proficientes, circa finem: rursum cibum non appetunt; qui vero circa initia cibum valde non appetunt, postea bene appetentes, ij melius euadunt.

RERTINET hic Aphorismus ad naturalem facultatem, & ad conualescentes quemadmodum Gal. scribit: nam si omnes qui malè se habent intelligere velimus, eos etiam qui egrotant, falsus erit Aphorismus quo dicitur circa finem cibum non appeti: nam si finis declinatio est morbi, in declinatione autem omnia Symptomata mitescunt, necesse quoque est melius appeti cibum. De conualescentibus ergo Aphorismus scriptus est; & verbum circa initia intelligere debemus, circa initia conualescentia, id est in primis diebus: circa finem vero, non debemus intelligere finem conualescentie: finis enim conualescentie sanitati continuatur, in quo tempore meliores necessariorum sunt corporis operationes, sed circa finem idem est, quod procedente tempore à principio conualescentie. Porro circa appetentiam conualescentium quattuor contingunt; Primum, ut aliquis appetat in principio, & postea semper donec sanitatem solitam recuperaverit; Secundum, ut malè in principio & postea semper donec rursus in morbum relabatur, aut tollatur causa quæ appositum destruant. Tertius est casus quando qui bene in primis diebus conualescentie cibatur, deinde appetitum perdit; Quartus casus est, si in principio malè cibetur, deinde vero melius. Hos duos ultimos casus tangit Hippocrates in hoc Aphorismo, & quod in uno melius scribit, in alio intelligendum est deterior; ita, ut talis sit sensus: omnes ferè qui malè se habent circa initia bene cibati, ne quicquam proficientes, circa finem rursus cibum non appetunt, & in deterior euadunt; qui vero circa initia valde cibum non appetunt, illi postea bene appetunt & in melius euadunt; ac, ut primum obscuriora verba explicemus, videtur Hippocrates superfluo addere verba (malè se habent) nam si de conualescentibus solis intelligitur Aphorismus ut Galenus notat, & re vera aliter intelligere non potest, quomodo dicere potest auctor, illos malè circa initia habere, & tamen bene cibati? in quo enim malum est positum? forte enim debebat dicere: omnes ferè qui circa initia bene cibantur, nec tamen proficiunt, tandem etiam cibum non appetent: nam in secunda parte non addit verbum malè vel bene tamquam superfluo in prima sit adiectum, nisi forte talis fieri posset lectio.

Omnes

Omnes ferè qui bene cibantur circa initia conualefcientiæ, & tamen malè fe habent, quod fcilicet reliquias habeant præcedentis morbi, illi inquam proficere non poffunt, & tandem circa finem cibum non appetent. Vnde & verbum rursus videtur fuperfluo adiectum, quali enim antea dixiffet, iftas non appetere cibum, dicit rursus illos in idem malum relapsuros; vel fortè ita legendus est Aphorifmus. Omnes ferè qui malè fe habent circa initia, idelt, cibum non appetunt, & tamen nituntur bene cibari, accidet illis ut corpus nihil proficiat, & etiam cibum non appetant circa finem. Manebit ergo femper in illis inappetentia ita ut fit vnus ex caufibus à nobis additis; fed qualifcumque fit lectio, leuiffimas fententias continet hic Aphorifmus: nam fi fequamur lectionem Galeni facilis est ratio, qui enim primum conualefcetes bene appetunt cibum & tamen ex eo non reftarantur, ideo circa finem cibum non appetunt, quoniam nutrimentum corruptionem humorum non bene expurgatam augebit, ita vt tandem appetitum etiam perdat, communicato vitio partibus quæ authores funt appetentia. Addidit autem verbum (ferè,) quoniam contingit aliquando vt virtus progressu temporis vincat etiam reliquias humorum; ex quo fiet, vt cibi appetentia perfeueret, & corpus paulatim melius proficiat. Contra vero qui circa initia deiectam habent appetentiam quod verbum (valde non appetunt,) exprimit, folent postea bene appetere & melius proficere: nã (vt inquit Galenus) eo tempore quo parum cibi affumebatur natura difpofitionem quæ erat caufa inappetentia concoquit & diflipat, atque ita appetitus augetur, & cum appetitu etiam corpus meliorem habitum recuperat. Qui vero ab initio & postea femper bene appetunt, perfectè funt liberati, & concoctio refpondet appetentia. At, qui nec in principio, nec postea appetunt, morbofam adhuc habent difpofitionem; aut multos malos humores qui ab initio appetentiam perdunt, & rursus in morbum præcipitem agent ægrotum.

APHORISMVS XXXIII.

In quouis morbo mente constare, & bene se habere ad illa quæ offeruntur, bonum: contra vero se habere, malum.

ERGIT Hippocrates in signis tradendis, & in hoc Aphorifmo docet quid bonum fit aut malum & mente, & ex eo quod quis bene se habeat ad ea, quæ offeruntur. Bonum, inquit, est, si in morbo quis mente constat & bene se habet ad illa quæ offeruntur; contra vero malum est, si in morbo mens non constat, & æger malè se habet ad ea, quæ offeruntur. In qua re primo notandum est, quod scribit author, in quouis morbo (nam Galenus videtur interpretari esse bonum mente constare solum in morbis partium, in quibus residet mens, aut aliarum partium; quæ ab illis originem habent. Verum Hippocrates inquit, in quouis morbo, ita etiam quæ de partibus destinatis ad appetitum bene vel malè habentibus scribit, contrahunt Aphorifmum plusquam autor velit: nam in quouis morbo cuiuscumque fuerit partis, bene se habere ad illa, quæ offeruntur bonum esse proponit Hippocrates.

Ceterum Græce legitur *δὲ νόσῳ* quod à nostro interpretete mens dicitur, fortè Galenum imitante, qui

A scribit aliquando nihil referre si pro mente quis dicat intellectum; vel rationem; tamen philosophi rectius dicunt Dianiam esse ratiocinandi siue discurrendi facultatem; sed nihil obest quo minus ad omnes principes animæ facultates mentis nomen extendamus; bonum enim est si mens, intellectus, ratiocinatio, imaginatio, & memoria constant; malum autem si aliquid ex illis non constat. Porro constare mente non est hoc loco bene sperare, etsi etiam hoc est bonum, & non solum non delirare, sed nullum insigne vitium in illis facultatibus habere. Nam malum est si quis per aliquot verba sermonem continuare non potest, vel tristitia imaginatur: aut commemorat, aut aliquid simile facit, ex quo intelligimus insigne aliquid esse in illis facultatibus vitium, inter quæ tamen delirium est potissimum malum, adeò vt ex eo solo mortem aliquando præfagire liceat. Bonum vero est mente constare, non quod salutem futuram necessariò ostendat, nec quod indicet cerebrum, atque illius membranas, spinalemque medullam, septum transversum, & denique partes neruofas rectè habere, ut Galenus tradit: nam sæpè partes illæ laborant intemperaturis frigidis, humidis, siccis, & calidis quoque, & quod maius est, solutione continui absque mentis perturbatione.

Præterea contingunt deliria non semper ex affectu illarum partium, sed ex calidi natui influentia à corde feruore, vt in ardentibus febribus contingit, vel ob eundem extremam debilitatem, quo modo decrepiti; & qui morti iam sunt propinqui delirare agnoscentur, vel ob malignos morbos calidam hanc & spirituofam substantiam corrumpentes, qua ratione deliria fiunt in febribus malignis, quapropter mentis constantia in omni morbo bona est, quia bonum est præcipuum corporis actionem rectè se habere. Id enim significat cerebrum non pati inflammationem, aut alias affectiones, à quibus deliria nascuntur. Significat præterea mentis constantia, neruofas partes, non esse affectas illis malis, quæ per consensum, mentis constantiam in cerebro violare possunt. Postremò, id docet natium calidum esse sine illis affectionibus, quæ mentem reddunt inconstantem. Ceterum quod ait de his, qui bene se habent ad ea, quæ offeruntur, non repugnat ei, quod ante scripsit, appetitum circa initia non multum esse laudandum, eo quod soleat recidiuum facere, & postea scriptum etiam perdere: nam illic loquebatur de conualefcentibus, hic vero de ægrotis. Præterea, illic quid melius esset, an melius appetere in principio, vel non appetere expendebat. Postremò, hic non de appetitu agit sed de eo, quod est bene se habere ad illa quæ offeruntur siue alimenta, medicamenta sint: bonum enim est, si quis non solum alimenta, sed etiam medicamenta, quæ offeruntur deuoranda, sumat constanter, bonoque animo, atque promptè. Est vero hoc bonum, non quòd ostendat ventriculum, hepar, cor, necessariò sana esse, vt Galenus credit: nam sæpè in illis partibus sunt morbi, qui non prohibent ægrotos bene se habere ad ea, quæ offeruntur.

E Præterea, ex solius calidi influentis superius dictis malis perditur appetitus alimenti, & perperam se habent ægroti ad oia, quæ offeruntur. Bonum igitur est, quia ostendit in partibus ad appetitum destinatis nullum esse vitium, quod possit labefactare appetentiam alimenti, & facere, vt medicamenta penitus respuamus; Docet præterea id, constare calidum innatum, ac etiam rationem ipsam, quæ diiudicat illa non esse aduersanda quæ salutis gratia offeruntur.

S runtur.

runtur. Nec obstant quæ dicuntur appetitum in morbis fouere, augere, longioresque reddere morbos, propterea non in omni morbo bonum esse: nam Hippocrates bonum hic intelligit ut signum, non ut causam; appetitus enim bonus est, quia ostendit bonas subesse in corpore dispositiones, à quibus nascitur; quod si quis malè eo utatur, non mirum si mali sit causa. At si quis dicat appetitum caninum malum signum esse in morbis, rectè quidem dicet, verum qui talem habent appetitum, non bene se habent ad ea, quæ offeruntur. Actiones enim excedentes mediocritatem naturæ conuenientem, malè sunt.

Ceterum, illud solum consideratione eget quod scribit Galenus in Comment. non propterea credendum esse salutem venturam si bonum aliquod est signum, vel mortem, si aliquid est malum, sed de uita & morte prænunciandum esse omnibus signis collectis, & diligenter perpensis, an plura sint bona quam mala; aut maioris efficacæ, quæ pauciora sunt alijs: nam hoc puto solum esse verum, cum salutem prædicere volumus; etenim, vt dici solet, ad construendum omnia sunt necessaria, ad destruendum vnum sufficit. Itaque cum salus pendeat ex totius corporis sanitate, necesse est, vt omnes partes, præsertim quæ principes sunt, publicumque munus exercent, suæ salutis signa præbeant, unicum vero signum quod malam læsionem ostendit in aliqua & illis partibus, mortem sæpè præfagit: ut pulsus debilitas cum magna frequentia, vel delirium, quod ex affectu proptio cerebri nascitur, vel vrinæ liuidæ & nigrae in febribus pestilentibus: vnam enim ex his indicijs etiam si alia omnia sint bona tandem futuram mortem ostendit, eo quod alia principia, malum, quod in vno incipit, progrediente morbo etiam inuadit.

APHORISMVS XXXIII.

In morbis minus periclitantur, quorum natura, aut ætati, aut habitui, aut tempore congruit morbus, quam quibus secundum nihil istorum congruit.

Hæc conuenientia morbi cum natura, vel ætate, vel habitu, aut tempore, docet Hippocrates morbos minus esse periculosos alijs, qui cum prædictis non congruunt; quod (vt postea ostendemus) perinde est, ac si dicamus, ex causis minoribus aut maioribus, quæ morbos efficiunt prædicere nos posse quinam morbi sint periculosiores, aut tutiores, quæ sententia facilius intelligetur, cum dictiones ipsius Aphorismi erunt intellectæ.

Igitur quod Hippocr. inquit in morbis, nonnulli solum intelligunt de morbis ipsis, verum potest etiam morbi nomen extendi ad causas & symptomatica morborum, eadem enim est ratio ut postea ostendemus.

Præterea errant qui nomen morbi contrahunt solum ad morbos, qui (vt ipsi aiunt) sunt cum materia, quales sunt febres putridæ: nam in omnibus morbis vera est Hippocratis sententia.

Verbum autem (periclitantur) non solum continet vitæ periculum, sed etiam difficultatem, quæ nascitur in curatione: nam morbi, qui non conueniunt cum natura, & ceteris enumeratis ab Hippo-

crate, vel periculosiores sunt, aut si periculo carent, certè sunt difficilius curationis, quam alijs.

Ceterum, naturæ nomine solum intelligit Galen. temperiem nostram, sed quid obest quo minus etiam intelligamus naturam in proprio significato pro forma? nam morbi, qui nati, & apti sunt in homine fieri, faciliores quidem sunt, & tutiores, illis, qui ex alijs animantibus nos inuadunt, aut ex alijs causis formam nostram corrumpunt, & perimunt. Huius generis sunt morbi, qui ex canis rabidi aut ferarum morfu inferuntur, vel ab aere pestilenti, aut à venenis tota, (ut aiunt Medici) substantia nobis lethalibus; sunt enim illi periculosissimi, quoniam à nostra forma longè recedunt; etsi interim nihil, vel minimum obsunt

temperaturæ.

Ætatis nomen omnibus patet, sed non ita rectè videtur Galenus nomen habitus explicare; intelligi enim vult habitus nomine temperiem non naturam, sed quæ fit ab ipso habitu, quasi habitus temperiem faciat, & non hic ex temperie nascatur: nam pinguis, vel crassus, aut gracilis habitus, temperiem sequitur, verum meo quidem iudicio habitus nomine Hippoc. loq̄e quid diuersum ab eo, quod sequitur, vel facit temperiem, intellexit, nempe formam, & structuram corporis: quo modo dicimus quosdam esse bono, vel malo habitu, erecto, curuo, constructo, lato, firmo, infirmo. sic enim Hippocrates athletarum habitum summè bonum dixit esse, illorum scilicet formam, figuram, & structuram laudans, quæ aptissima erat ad validissimas actiones exercendas, quo modo etiam Galenus in secundo Artis Medicinal. cum de habitu corporis loquitur intelligit.

Iam vero congruere siue conuenire morbum cum materia, & alijs prædictis, crediderunt nonnulli eum, qui contrarius est: non congruere vero eum, qui est similis: nam cum morbi expelli non possint, nisi per contraria, rationi uidetur consonum, vt qui contrarietatem inueniunt in natura, ætate, habitu, tempore, minus periculosi sint, facilius propelli possint; contrarium vero in illis accidere, qui similes sunt naturæ: nam in similitudine cessat contrarietas, & repugnantia, sine qua morbi, & illorum causæ pelli nequeunt. Verum

D Galenus contrariam tuetur interpretationem, minus enim periculosos esse, & facilius curari morbos, qui similem habent naturam cum nostra, huiusque rei rationem sumit ex causarum morbos efficientium magnitudine; fieri enim à maioribus causis morbos dissimiles nostræ temperaturæ, & quia morbi tolli non possunt nisi remotione suarum causarum, metitò fieri, ut difficilius illi curentur, periculosioresque sint, qui dissimiles sunt naturæ nostræ; Atque in eo quidem rectè sentit Galenus quod periculosiores, & difficilius sint morbi, qui à maioribus causis sunt nati, verum negare non potest contrarietatem, quæ est contra morbum, & suas causas, minuere periculum, & difficultatem curationis.

E Sed quomodo hæc conciliari & intelligi possint, postea patebit; Nunc verò quid obest quo minus aliquando similes morbi fiant à maioribus causis, quam alijs. Nonne (vt hoc exemplo vtar) biliosus incidere potest in febrem ardentem à maioribus causis, quam pituitosus, sic sanè, vt si contingat biliosum mori, pituitosum euadere, id enim maioris morbi, & causæ in illo, in hoc minoris est indicium. Itaque æqualiter ardentem febrem intelligere oportet esse, eamque fieri in vno à maiore, in alio à minore

norē causa, sed quomodo rursus aequalitatem febris metiri oportet? gradum, ut stultē opinantur recentiores interpretes, minimē quidem: nam aequalitas gradus caloris febrilis ab aequalibus causis inducitur; capere igitur oportet aequalitatem febris in vehementia, siue magnitudine, vt obiter rectē admonet Galenus: nam eadem vehementia febris in homine pituitoso, vel in hyeme, non potest induci, nisi à maiore causa, & pluribus gradibus caloris, quàm in bilioso, vel aetate: nam cum biliosus iam sui naturalis caloris plus habeat, quàm pituitosus, alio accedente non multo calore à causis calefacientibus febrem vehementissimam sentiet; qui vero pituitosus est, cum frigidior sit bilioso, necesse est vt à causis calefacientibus primo partem bilioso caliditatem acquirat, deinde quicquid postea caliditatis bilioso accreuerat, si modo aequalis magnitudinis, & ardoris febris in utroque fieri debet, quare plures erunt gradus caloris febrilis in pituitoso, quàm in bilioso: nam quicquid caloris accreuit corpori ultra eum, qui proprius est cuiuscunque temperatura; illud est febrile, & morbosum; potentiore autem calidiorēque causa est opus ad plures gradus caloris inducendos, ex quo sequitur maius periculum, maiorque in curatione difficultas: tanto enim magis qui periclitatur, & difficilius sanari potest, quanto plus à suo naturali statu recedit; & hæc quidem ratio in omnibus morbis, & causis, atque symptomatis morborum communis est: sed id prius de morbis ostendamus, an respondeat in omnibus, quæ scribuntur ab Hippocrate: nam quod ad naturam siue temperiem attingit, putant recentiores non semper esse verum, quod morbi, qui congruunt cum natura, aequalis vehementiæ, sint minus periculosi alijs, & in hoc adferunt Conuulsionem, vel alium grauem morbum ex siccitate, qui etsi congruit neruo, parti scilicet sicco, magis quàm conuulsio ab humiditate, tamen hæc semper minus periculosa est illa, sic Galenus in septimo Method. Siccitatem parrium solidatum, & periculosissimam, & difficillimè curati memorie prodidit.

Verum illi non vident Hippocr. hic non expendere morborum diuersitatem, sed vnum morbum sumere, & in diuersa temperie collocare, & demum iudicare quænam temperies ex illo eodem morbo magis periclitetur, iam pone Conuulsionem ex inaequalitate aequalis magnitudinis fieri in vno, qui corpore sit humido, & in alio, qui sit sicco, erit profecto illa in corpore humido periculiosior, quia à maiore causa est nata, sed quid fiet si is, qui sicciore est temperamento, imbecillior sit, fortior vero qui humido? An robur, quod resistit magis morboris causis, & facilius ferre potest omnia auxilia, non est causa facilioris curationis, & minoris periculi, id non negamus. Ergo dicemus par esse periculum vni quidem imminere ex magnitudine causæ, alteri vero ex virium imbecillitate: nam quantum crescit periculum humido, & pituitoso ex maiore Conuulsione, & illius causa, tantum ipsi minuitur ex virium robore, quarum imbecillitas auget periculum in bilioso, diminutum ex cause, & morbi paruitate. Nihil ergo firmum, & stabile tradit Hippocr. cum scribit eos magis periclitari, qui morbo contrario temperaturæ laborant: nam periculum non solum ex morbi magnitudine, sed ex virium imbecillitate, & alijs causis non aequè repugnantibus sequitur, quæ cum repetiri possint aliquando in eo, qui consentit cum morbo, potius quàm in alio, vel periculum æquant, aut minus reddunt, quod fiet si huius vires, & alia auxilia longe potentiora sint, quàm sit excessus morbi, qui hunc afficit. At nos ad hæc respondemus, Hip-

A pocratem hic prosequi solum generationem morbi, quæ per se, & semper periculum auget ob maiorem suam causam, & morbi maiorem excessum, non autem considerat curationem, & ea, quæ per accidens possunt minuere periculum, aut augere; Accidere enim potest vt robur nunc maius sit in eo, qui à minori causa laborat; contingit vt diximus etiam aliter. Illud autem perpetuo verum est, illium morbum, qui maior est, & à maiore causa, difficiliorem esse. Sed hæc adhuc in alijs clariora euadent.

Ceterum contra eam conuenientiam, quæ est morbi cum ætate, adferunt nonnulli contrarium videri, qui aiunt quartanam congruere magis cum declinante ætate, quàm tertianam, hanc tamen facilius curari, & minus periculosam esse. Respondendum huic argumento est, eodem modo, non duos morbos natura diuersos, sed vnum in diuersis ætatibus ponendum, quo fit vt quartana periculosior sit in iuvene, quàm in consistente, contrarium vero accidit in tertiana sed quid dicemus ad Aphor. 40. huius libri Hippocratis in quo scribit raucedines, & grauedines in valde senibus non concoqui, cum tamen hi morbi senili ætati maximè congruant, in iuvene autem hæc passiones facillimè concoquuntur. Huic argumento parum aptè respondet Galen. etsi duas tenet responsiones: ait enim, Hippocr. hic agere de periculo, quod est in morbis illic vero de concoctione; Deinde quod non loquatur de simplicitate senibus, sed de valde senibus, in quibus ob vitium imbecillitatem omnia sunt periculosa. Verum vt antea ostendimus, verbum (periclitari) etiam comprehendit curationem: nam morbi, qui congruunt cū ætate, minus periculosi, & facilius curantur; atque in illis morbis in quibus requiritur concoctio, periculum nascitur, quia non fit concoctio: nam valde senes, qui destillatione, & grauedine laborant; illis uictis, vel mutatis in grauiore affectus, vt Apoplexiam, Asthma, periclitantur, & tandem moriuntur. Deinde, siue de senibus simpliciter, siue de valde senibus agamus, certissimum est, in illis grauedinem, & alios congruentes morbos suapte natura reliquis minus periculosos esse. id enim accidit in temperie, quæ fit ratione ætatis, quod in natua: nam qui temperamento sunt sicco, grauius afficiuntur, à morbis humidis, quàm qui temperie sunt humida. Itaque, si senes ex congruentibus morbis periclitantur ob virium debilitatem, hoc non facit contra præsentem Aphorismum, in quo non putat Hippoc. omnes congruentes morbos esse salutes, sed magis quàm alios, qui non congruunt, vel potius magis quàm in alijs in quibus non est congruentia, si enim vires pares essent in senes & iuvene, morbi proptij senili ætati, minus periculosi essent in senes, quàm in iuvene; accidit autem vt senes debilior sit, & iuuenis fortior; virtus autem fortis omnia contemnit; at non quid conferat ad faciliorem curationem hic prosequitur Hippocras. sed quid faciat, & ostendat maiorem morbum, & periculosiorem docere instituit. Galenus etiam, vt arbitror, non rectè de conuenientia morbi cum habitu sentit: nam quod Hippocras. scribit in Epidem. eos maximè mori, quorum natura vergebat ad tabem, ita interpretatur, vt per naturam non intelligat temperiem, sed formam corporis, & figuram: esse autem aptos ad tabem, qui thoracem habent angustum, & eosdem maximè periclitari, eos vero qui latum habent pectus, non habere conuenientiam cum tabe, & si incidant, minus periclitari.

Sed ille videre debebat eandem esse rationem in habitu, quæ est in temperie secundum naturam: nam qui lato, & bene formato sunt thorace, non nisi à

maximis causis incidere possunt in tabem. Quapropter, si magnitudo causarum maius periculum adfert, erit profecto tabes periculiosior suapte natura. id est ob suas causas, à quibus generatur, in eo qui thorace est lato, quam in eo qui est angusto. Nec illud quidem discrimen facit, quod hi, quibus latior est thorax facilius sese expurgare possint: nam contra id adfero quod ille in hoc Comment. his verbis scribit. Cum igitur anni tempus cohibere non potest cause magnitudinem, quamuis habeat sanitatem sibi suffragantem, multo minus ipsam morbo iam facto superabit non assistente sanitatis robore; non confert igitur ex Galeni opinione ad salutem bona figura thoracis, presente iam morbo, quæ morbi generationem impedire non potuit. Sed ille malè negat in eodem morbo vires, aut ea, quæ sunt in corpore, conferre magis posse in vno, quam in alio ad morbi curationem. Quis enim negabit eos, qui thoracem habent latiorum, & melius figuratum, aptiores esse ad expurgandam sanietem, & alia excrementa pulmonis? Sed ea ratione huic argumento satisfaciendum est, quæ iam in alijs vsi sumus, Hippocratem scilicet hic docere velle, generationem maiorum morborum, maiorisque periculi ex causis efficientibus morbos, non autem ex incommodis, quæ nascuntur ex imbecillitate virium; aut alijs impedimentis internis, vel externis: id quod elarius explicò in conuenientia, quæ est morbi cum tempore, de qua primum dubitant recentiores, frigidos enim morbos facilius curari aestate, & calidos hyeme in quibus nulla est conuenientia. Sed illis eadem responsione satisfacimus, vnum & eundem morbum fumendum esse, & videndum quanta sit illius causa ob diuersitatem temporum, quod exemplum Galeni ostendit non enim capit ille duos morbos, & duo tempora, sed vnum morbum & duo tempora, nempe febrem aquè ardentem in hyeme & aestate & eam quæ fit in hyeme, longè periculiosorem esse iudicat. Verum Galenus ipse malè negat aeris constitutionem in hyeme conferre ad curationem factæ in ea febris. ait enim vehementem dispositionem causam fuisse vt febris ardens hyeme fiat: neque enim ab initio facta fuisset, nisi causa potentior temporis contrarietatem superasset; Cum igitur anni tempus cohibere non potuerit cause magnitudinem, quamuis habeat sanitatem sibi suffragantem, multo minus ipsam morbo iam facto superabit, non amplius assistente sanitatis robore. Subdit autem, tunc conferre aeris frigiditatem ad tollendas febres, quæ in tempore calido sunt generata. Sed in hoc medicinam totam euertit: nam si contrariorum semper contraria sunt remedia, & si Hippocrates scribit in tertio Aphorismo sequentis libri, morbi bene se habent quo ad curationem in contrarijs temporibus nunquam profecto efficiet, quin frigus ad ipsam febrem præsentem extinguendam nõ conferat: Præterea, generatio febris ardentis, quam tradit in hyeme, non est vera; sanitas enim etiam validissima non potest impedire actionem multarum causarum, quæ ardentes febres excitant: nam & robusti Agricola, & Athleta ex labore sudantes, & imprudenter captantes in hyemè frigus, in Pleuritides, & Febres ardentissimas incidunt; quæ quidem causa eo potentissima iudicatur, quod eo tempore pituitosum sanguinem adeo accendat, vt febris ardens nascatur. Non ergo causa dicitur potentior eo, quod temporis contrarietatem superet, neque enim calor aduersus frigus pugnat, sed hoc in corpus excalescendum sese insinuat, & prohibita transpiratione calorem vehementem accendit; in aestate vero aut corporis meatus non ita patent ex solo aeris calore, aut si subiectum eodem modo est affectum, certè causa quæ densandi

A vim habet, potentior est in hyeme præsertim si in corpore refrigerato & frigidis humoribus pleno, ardentem febrem parit; ergo maior quidem est causa, quæ ardentem febrem excitat in hyeme, sed non ea ratione maior iudicatur, quod temporis contrarietatem superauerit, sed his omissis, certum est aeris frigiditatem conferre ad febrem tollendam, quæ est in hyeme. verum non propterea tollitur veritas his dictis Hippocratis.

Dicendum enim est per accidens fieri vt tempus remedio sit morbo, qui in eo gignitur; id enim aliquando accidit, aliquando vero non perinde enim est, ac si quis negaret morbos factos à maioribus causis, maiores esse periculiosioresque eo quod aliquando contigit eos fieri in diuitibus, quibus suppetunt omnia remedia, in pauperibus vero defint auxilia, sine quibus morbi sunt deteriores, tardiusque sanantur. Docet ergo hic Hippocrates qui nam morbi sint maiores, periculiosiores, est tales gignuntur à suis causis, non curans interim quid postea commodi, aut incommodi ex rebus, quæ sunt in corpore, aut extrinseca ad eos tollendos: nam vt hæc aliquando ad sunt, aliquando absunt, & conueniunt aliquando cum morbis, & illorum causis, aliquando vero illis repugnant, ideo certis præceptis non comprehenduntur, aut certè non instituit id Hippocrates in hoc Aphorismo docere; vera igitur est Hippocratis sententia in morbis.

Quod autem etiam in causis & symptomatis illorum vera sit faciliè probare licet: nam si cause morborum adsunt ætati, temperamento, habitui, & tempori congruentes, minus periculum adferunt, promptiusque vincuntur, oportet enim magnum esse à natura recessum, cum in in temperie, ætate, & anni tempore calido exuperant humores frigidi.

Quod vero ad Symptomata attinet, certum est, deliria minus esse periculosa in hominibus, qui naturaliter stupidiore sunt aut cum ioco, & leuitate loquuntur, quam in his qui serio omnia tractant. Ceterum, quod de natura, ætate, habitu, & tempore dixit, intelligendum est de sexu, regione, vitæ conditione, & cæteris huius generis, quæ nostram naturam afficiunt; propterea enim profluuium sanguinis minus periculosum est in feminis, quam in viris quia sexui muliebri magis conuenit, & naturalis est. Eadem ratione morbus Gallicus in India, vnde ad nos venit, minus periculosus est, & difficilis, quia proprius est aeri illius regionis, in qua non plus afficit, quam vulgaris nos scabies, in aere vero nostro illud genus morbi malignitatem acquirit; sic sanè mala, quæ respondent vitæ conditioni minus nos lædunt. Rectè igitur inquit Hippocrates morbos minus esse periculosos qui cum natura, ætate, habitu, & tempore congruunt, periculosissimi vero sunt, qui nullam cum his habent conuenientiam. Ex quo relinquit intelligendum, quinam sint medice naturæ; sunt enim illi, qui cum alijs conueniunt, in alijs vero disceptant.

APHORISMVS XXXV.

In quouis morbo partes ad umbilicum, & ventrem attinentes, crassitudinem habere melius est; vehemens autem extenuatio, & colliquatio, prauum; sed & hoc quoque ad inferiores purgationes periculosum.

Hippocrates in superiore Aphorismo ex conuenientia affectuum præter naturam cum temperatura, anni tempore, ætate, & habitu, docuit minus esse periculi; nunc ex qualitate quadam, nempe crassitudine partium, quæ circa umbilicum, & inum ventrem sunt, docet etiam melius esse sperandum, in quouis, inquit, morbo. Sed dicit fortè quispiam, in morbis capitis, aut thoracis ex crassitudine partium ventris, quid sumere possumus quod sit bonum, vel malum? si enim morbi eas partes non attingunt, nihil utique conferent qualitates, quæ in partibus sunt ad bonum vel malum efficiendum, vel significandum? An dicendum est bonum esse cum corpus laborat quocumque morbo aliquas partes esse sanas? vel potius intelligit Hippocrates non de quouis morbo, sed de illis solum, qui vim habent extenuandi vniuersum corpus, quales potissimum sunt febres, in quibus etsi alia partes vehementer extenuatæ sunt, non parua spes salutis relinquatur, vbi hæ partes, de quibus agit Hippocrates seruant adhuc mediocrem crassitudinem, aut certè non vehementer sunt extenuatæ, & eliquatæ. Potrò illud ignorandum non est, Medicos in diuisione vniuersali corporis illud diuidere in tres ventres, & artus, intelligunt autem artus, brachia, & crura; Inter ventres autem supremum vocant caput, medium thoracem, tertium simpliciter vocant ventrem, aut ventrem inferiorem, qui à Diaphragmate vsque ad pudenda extenditur, cuius exteriores partes alias regentes, epigastrium siue abdomen vocant, quod rursus diuiditur in hippochondria siue præcordia, partes ad umbilicum attinentes, & inum ventrem, sub quo vesica, & in mulieribus uterus continentur. Sed cur non dixit Hippocrates bonum esse totum ventrem crassitudinem habere, sed solum duas ex eo partes assumit hippochondria relinquens? An fortè per partes ad umbilicum attinentes, eas etiam esse complexus, vel potius eas expressit partes in quibus maius bonum, & malum agnoscitur: nam in supræma illa ventris parte continetur officium ventriculi, quod crassitudinem partium incumbendum ad suas actiones, nempe ad appetitum cibi, & potionis, non magnopere requirit; utriusque vero hepar & lien subiacent, quæ ob suam molem faciunt vt nunquam magna extenuatio appareat; quare merito solum de partibus ad umbilicum & inum ventrem attinentibus meminimus, quæ ex musculis, & pinguedine, atque intestinis subiectis constituntur, in illis enim magis apparet quod à latentibus morbis factum est, & ex illarum malo alia inferuntur: nam, vt rectè admonet Galen. illas partes habere crassitudinem melius est duobus modis, tanquam signum, & ut causa: indicat enim quæ seruat crassitudo, partes eas non esse imbecillas, inquit ipse, sed fortè rectius dicet indicari morbum non esse aut vehementem, vel malignum, extenuatio enim & eliquatio potissimum hæc duo genera morbi sequuntur, imbecillitas

A autem sequitur morbi vehementiam, & malignitatem. Quare per signa illud primum querendum est, contra quod est pugandum, & aliorum malorum est causa; quid enim prodest Medico scire imbecillitatem esse partes, nisi intelligat quid sit quod imbecillitatem facit: nam ut ipse in 7. Meth. scribit, contra imbecillitatem non pugnamus, sed contra illius causas; est autem crassitudo illa bona vt causa, quoniam confert ad concoctionem alimenti, & malorum humorum qui illic continentur: nam crassities, quæ ex carne, & pinguedine fit, est cum multo calore benigno, quo fouentur, & viuuntur partes subiectæ, ventriculus scilicet, intestina; propterea, qui hoc naturali munimentò prauantur, cruditatibus sunt obnoxij, & ab externis, internisque auxilijs calefacientibus opem coguntur petere. Dixit autem crassitudinem habere melius est, tanquam sufficiat qualiscumque crassitudo, & satis sit partes non esse extenuatas: nam magna crassities illarum partium grauat subiectas partes; vnde multi morbi in illis, & ex illis, nascuntur, vt vulgo dicta crepatura; læditur quoque & respiratio, & motus, ex ventre ob crassitudinem nimium extuberante; Addere debemus aliam utilitatem ex mediocri crassitie, quod scilicet ad deiectionem, vrinæ emissionem, & partum conferat: nam cum hæc fiant cum expulsiõne, & compressione, extenuatio quæ cum imbecillitate est coniuncta, his officijs obest; quare crassitudo prodest. Iam vero posteaquam crassitudinis commoda docuit author, contrarium ostendit sequi, si illa partes uehementer sunt extenuatæ, & eliquatæ: Est enim hoc malum, vt signum vehementissimi, vel maligni morbi, vt causa, quod concoctionem partium subiectarum lædat; Addit & alia, quod ea extenuatio sit periculosa siue mala ad inferiores purgationes, cuius rationem non expressit Galenus sed solum dicit magna incommoda sequi si partes, quæ sunt infra thoracem, non sunt robustæ; Ego vero non temere purgationis hic fieri peculiarem mentionem primum animaduertò: nam cum in morbis ferè omnibus purgatio sit necessaria, si ea ob partium extenuationem perperam sit, malum est: nimirum quod corpus priuetur felici successu necessarj auxilij. Quod vero ea constitutio ob sit purgationibus, certum est: nam cum purgatio semper boni aliquid cum malo trahat, præsertim à partibus, quas contingit medicamentum, quid periculosius esse potest, quàm à partibus iam colliquis humoribus elicere? mala ergo est purgatio hac ratione, tanquam causa malum augens. Deinde, medicamentum purgans eget calore ventriculi, & intestinorum, ut actu fiat, quod est suapte natura in potentia, & ut distribuatur qui non potest esse in illis partibus ipsi extenuatis, & partibus alijs sibi incumbendis. Postremo, medicamentum trahit à toto corpore in ventrem, & intestina, humorem, qui ut deorsum, & extra extrudatur, expulsiõne eget: ea autem fieri non potest, nisi comprimentibus musculis abdominalis, qui si ad modum sunt extenuati, inepti redduntur ad hoc munus obeundum. Ceterum, putat Galenus ideo Hippocratem prætermisisse purgationes superiores, eo, quod notissimum esset hanc extenuationem malam esse, & obesse illis purgationibus. Ego vero contrarium sentio, nempe, Hippocratem purgationem, quæ deterior est, significare voluisse, illas vero omisisse, quibus vtendum esset, si illarum vis in morbis requiritur: nam superiores purgationes thorax, & diaphragma cum minimo auxilio abdominalis perficiunt. Nec illis ad modum obest gracilitas corporis: nam scribit Hippocrates in Aphor. 6. quarti libri, Graciles & facile uomentes per superio

ra purgandi. Illud autem superest explicandum, cur crassitudinem in alijs partibus non laudauerit sicut in ventre inferiore: an quod diuersa sit ratio: iam enim malum dixit esse in morbis si permanet corpus, & nihil minuitur.

APHORISMVS XXXVI.

Qui salubritatem corporis habent, cum per medicamenta euacuantur, cito exoluuntur, & qui prauo utuntur cibo.



N proximo Aphorismo docuit Hippocrates eos qui partes circa vmbilicū, & imum ventrem attinentes multum habent extenuatas, cum periculo purgari; Idem nunc docet de corporibus salubribus; docet enim hæc corpora difficilè ferre purgationes, & mala quædam exprimit, quæ illis ex purgationibus accidunt: illa enim inquit, cito exoluuntur, & quod mirum videri posset, eadem mala ex purgationibus dicit illis euenire, qui prauo utuntur cibo. Appellat autem eos habere salubritatem corporis, qui bona præditi sunt sanitate, quæ enim insalubria sunt, aut neutra inter salubria, & insalubria, illa nec benè sana sunt, nec salubria vocari possunt, vt à nobis ostensum est in Commentarijs nostris in Artem Medic. Sunt præterea quidam sani in habitu, vt omnes salubres, insalubres, & inter hos neutri, eo quod firmam, & stabilem sanitatem habeant; alij vero sanitatem habent in dispositione; in quo genere comprehenduntur conualescentes, decrepiti, & qui parati sunt cadere in morbos; qui omnes dicuntur habere neutram dispositionem, inter sanos & agros, vt Galen. docet in Thrasibulo. Itaque, cum multa sint corpora sana, meritò de solis salubribus id est, benè sanis scribit Hippocrates purgationes esse difficiles: nam in illis nullus est malus, & superfluous humor, qui sui euacuationem postulet: quare necesse est vt medicamentum purgans eliciat aliquid, quo natura constat, illi, est amicum & familiare, quod cū natura retinere velit, & medicamentum idem ad se trahere, corpori vis inferitur tanta aliquando, vt exoluitur id est in animi defectum, vel similem illi affectionem incidat. Videtur autem hoc extremum esse ex malis, quæ contingunt salubribus corporibus in ipsis purgationibus: nam læuora alia accidunt Symptomata, de quibus Galenus in sequenti Comment. agit. Ceterum, vt sani non ferunt purgatiuum sine difficultate, ita contraria videtur esse ratio de his, qui prauo utuntur alimento: nam ex malo victu mali procreantur humores, quibus purgatio peculiare est remedium. Cur ergo dixit Hippocr. hæc etiam corpora exolui à purgationibus: an fortè non intelligit omnes, qui ex malo victu Cacochymi sunt redditi, sed eos solum, qui admodum vitiatos habent humores, & cum eo vitio virtutem iam debilem? hi enim si per validiora medicamenta, quæ hic prohibere videtur Hippocrates, purgantur, magnas fieri oportet purgationes, quia magna est malorum humorum abundantia, & simul necessarium est magnam fieri spirituum dissolutionem, ex quo sequitur corporis exolutio. Sed quid in his facies, si purgatio obest, quæ præcipuum est auxilium? erit utique vtendum Epichtasi, quæ fit per læues, sed repetitas purgationes, & bonam nutritionem; Quod si vires validæ sunt, & multum boni humoris commixtum est cum malo, purgationes non solent exolutiones parere, sed vt in secun-

do Aphorismo primi scribit, conferunt, & facile feruntur.

APHORISMVS XXXVII.

Qui benè se habent corpore, difficulter ferunt medicationes.



Si Aphorismi ordinem aliquem haberent, qualem requirunt, quæ Methodo scribuntur, hic Aphor. præcedere debebat cum, qui proximè præcessit, nam exolutio species est difficultatis, quæ solet nasci ex purgationibus. Intelligere autem debemus, vt iam admonuimus per medicationes, purgationes, quæ fiunt ex validissimis medicamentis, quæ sola nouit Hippocrates, nam quæ post illum sunt inuenta, cassia, manna, tamarindi, & quæ ex saccharo, & rosis componuntur, si non inueniât sibi proprium humorem exuperantem, aut ex eunt qualia sunt assumpta, aut vincuntur, aut certè non obsunt. Porro Galen. exprimit Symptomata, quæ ostendunt difficiles fieri purgationes, vertiginis, tormina, exolutiones, quibus addere possumus sitim, capitis dolorem, inappententiam, nauisam, stomachi dolorem, & alia, quæ pro diuersitate corporum accidunt Symptomata: Neque enim omnia in omnibus fiunt; accidunt enim vertigines agitatis humoribus, & spiritibus interim cum medicamentum attrahere vult humorem sibi familiarem, & eundem natura tanquam proprium, & amicum retinere nititur, ex ea enim sententia, pugna, ex pugna, agitatio, ex hac vaporum generatio, inordinatusque motus ad caput, in quo sensus fit, tanquam omnia circumuolui videantur. Sed vt obiter hoc etiam admonemus, est quidem vertigo Symptoma, cum sit actio & motus deprauatus, non tamen nascitur à morbo, vt omnes putant recentiores, qui omnia Symptomata à morbis provenire credunt: nam quod illi dicunt morbum esse in numero, quod ad sit spiritus quidam præter naturam, quem ab esse postulat naturalis constitutio, negari potest. nam actiones omnes postulant spiritum, id est calidum innatum influens: quod si id etiam concedamus, non propterea ex spiritus alicuius præsentia morbus fit in numero: nam morbi in numero pertinent ad organicas partes, quæ ex similibus, quibus constant excedentibus, aut deficientibus consistunt: spirituum vero, & humorum vitia, non sunt partium similiarum, nisi mirum cum nihil pars sit similiaris, quod in corpore non viuit, naturalibusque facultatibus non est præditum; Itaque actiones lædi possunt non solum ab intemperaturis, & structura instrumentorum per morbos vitata, sed etiam ob vitia calidi influentis, & materiam, circa quàm versantur actiones, vt diligentiùs in lib. de Sympt. causis ostendimus. Iam verò tormina, id est extorsiones ventris accidunt à purgationibus in sanis, ob eandem rationem nempe, ob pugnam, quæ nascitur ex attractione medicamenti, & retentione vtilis humoris à natura facta: vel etiam, quod morsus fiant in intestinis ex acrimonia medicamentorum purgantium. Quæ ratio ne nonnullis etiam dolores fiunt in stomacho; In capite verò dolores accidunt facta tensione membranarum à multitudine vaporum ascendentium; At, sitis sequitur validiores purgationes, per quas educitur humor corpori, & stomacho præsertim necessarius; præstat autem horum Symptomatum causas ad prædicta referre, ita, vt pugna, quæ ex attractione,

ne, & retentione fit, omnibus originem præbeat; quam interpretationem Galeni recipere, qui ea accidere ait ex sanguinis, & carnis colliuatione: nam absurdum est credere, in vasis non esse bilem, pituitam, aquosum humorem, proprium & familiarem singulis medicamentis, siquidem vniuersa sanguinis massa ex quattuor humoribus, & seroso humore semper constat; hos ergo semper trahet medicamentum priusquam eosdem humores aggrediatur quibus caro, & alia partes constant, in quo casu tunc oritur colliuatio; Verum antequam hæc contingat, mors sequitur, vt rectè docet Hippocrates in libro de Natura humana, nam medicamentum inquit ille primo attrahit sibi familiarem humorem; qui in venis continetur; deinde eum, qui facilius ob tenuitatem & caliditatem sequi potest; alium deinde; postremo sanguinem; quod cum fit, non expectata attractione humorum, quibus partes constant, exolutio, & mors accidunt.

APHORISMVS XXXVIII.

Parum deterior cibus aut potus, suauior autem, melioribus quidem, sed minus suauibus est preferendus.

Pertinet hic Aphorismus ad nutritionem; ac cum multi scopi obseruandi sint vt rectè nutritio instituat, vt in primo lib. ostendimus, videtur hic agere de qualitate, vel etiam de genere nutrimenti: docet. in. alimenta ea esse eligenda, quæ suauiora sunt, etsi paulo deteriora fuerint. Qua quidem in re primum explicandū venit quò modo cibū, & potum deteriorē intelligere oporteat, & suauiorē; Deinde, cur dixerit non absolute sed adiecto verbo paulo deterior cibus & potus; Tertio loco querendum est, an hoc intelligendum sit non solum in sanis, sed etiam in ægris, aut in his solis, vt alij interpretantur, quod si in ægris sententia vera est, sequitur explicandum, an in omnibus morbis & in omnibus morbi temporibus regula hæc sit obseruanda; Postremo ratio reddenda est cur fiat vt preferendum sit quod deterius est meliori, si ab hoc abest suauitas, cum illo vero adest. Porro, deteriorem cibum aut potum duobus modis, vel quod bonus quidem sit, sed in genere boni alio sit deterior, vel quod malus sit, intelligere oportet; Item, bonum aut malum intelligere non debemus simpliciter, id est, ad temperatum hominem facta collatione, quo modo scribunt auctores nostri, bona vel mala esse omnia alimēta, sed facta collatione ad id, ad quod dicitur bonum aut malum, vinum enim temperatis hominibus bonum quidem est. Pleuriticis vero malum. Iam vero si alimentum est in genere mali, etiam si suauissimum sit, in morbis vehementioribus nunquam concedendum est, nisi virtus collabatur; in mitioribus vero in deiecta appetentia, tutius conceditur, declinante morbo mitiore, nullo ferè periculo exhibetur, grauiore vero iam inclinante periculosum est malis vt alimentis; in prioribus vero temporibus, præsertim si morbi sunt vehementiores, à malis abstinendum: at in sanis, suauitati multum tribuendum, sed malis alimentis, si aliquando, certè frequenter non vtendum: nam in morbis vehementioribus iubet Hippocrates exquisitissimo victu vtendum esse, in nullaque re esse errandum: error autem est, si alimentum morbi causas augere, aut fouere potest. Nec ratio quæ sumitur ex meliore concoctione suauioris cibi in hoc

A casu vim habet: non enim concoctio alimenti morbis illis medetur, sed victoria causæ morbi, quæ quidem impeditur, si nocuum accedit ex malo alimento. Negare etiam possumus, meliorem fieri concoctionē ex alimento eo: nam auctis morbosus causis, deteriores quoque concoctines fieri necesse est. Quod vero malis alimentis uti possimus ubi vires collabuntur, ostendunt animi defectus, quos vini portione omni contempto morbo restitimus; ut enim Galenus scribit, indicatio quæ sumitur à viribus, alias omnes abolet. Iam vero in morbis longis non minor est habenda cura concoctionis alimenti, quam morbosæ causæ: vires enim conseruandæ sunt, id quod fieri non potest absque bona nutritione; ad hanc autem facit plurimum suauitas cibi; quid enim non audemus exhibere in quartanis, & quotidianis febribus ad appetitum conciliandum si vero morbus mitior fuerit siue breuis, aut longus sit futurus, hoc maximè spectandum est, an possit fieri vehementior, & in alium grauiorem transire, vel hoc periculo vacet, in illis enim tutum non est suauitatis potius, quam bonitatis rationem habere: in his vero liberaliores esse possumus; Hac quidem ratione in Diarjis febribus, & alijs calidis morbis tutius est abstinere à vino suauiore quidem, sed deteriore aqua; in humidis vero & siccis affectibus, aut in febribus pituitosis, nullo vel minimo periculo præferimus vini portione. Suspecta etiam debet esse suauitas cum malitia coniuncta in declinatione magnorum morborum, propterea declinante pleuritide, securius adhuc est aquam pro pinare quam vinum. Ceterum, si deteriorem cibum intelligamus, qui quidem bonus est, sed deterior tamen est alio meliore, quales sunt cremor ptisanæ, panis minutim concisus, aut tritus, & feruifactus ptisanæ modo, & cetera alimenta, quibus quotidiana & frequenti consuetudine in varijs morbis vitimur, eadē ferè est ratio: nam in magnis morbis, aut his, qui magis fieri possunt, suauitatis non est habenda ratio, sed exhibendū est, quod suapte natura melius est, præstat ergo Pleuriticis cremore ptisanæ, quâ pane cocto nutrire, quàm ptisanâ plus refrigerat, humectat, & ad fluxiones sistendas, sputumque eliciendum prodest. In longioribus vero affectibus, vel iam declinantibus magnis, habenda est ratio maxima suauitatis, quæ bonitatem habet adiunctam, & tanto magis suauitati obtemperare possumus quanto magis affectus sanitatis naturam referunt: in illis enim habenda maximè est ratio concoctionis alimenti, quæ cum suauitate multo melius perficitur, propterea errare mihi videntur, qui varietatem in alimentis damnant: nam vnicum alimentum nec diu, nec in eadem ciba tione à principio vsque ad finem ita suauē esse potest, vt varium: quare varietas simplicitati præferenda ob suauitatem est, quæ ad concoctionem plurimum facit; Deinde, vt alio loco ostendimus, id postulat magna differentia, quæ est in partibus nostri corporis, cum enim quedam sint solidæ & crassæ, alia tenuiores, alia spirituosæ, alia aquæ, & humorales, alia vero alio modo affectæ, vnicum, nutrimentum non potest omnes partes probè nutrire; temperatum enim alimentum membris, in quibus adest naturalis temperies erit conueniens. Suauitatem in alimento intelligere debemus, quæ vel naturalis est, vel quæ arte culinaria paratur; nam quedam suapte natura insuaui sunt, quæ conditura suauissima euadunt, & quæ sua natura sunt grata, artem non requirunt. Sed cur præferendus est cibus deterior & suauior melioribus & non suauibus? Duplex, vt inquit Galenus est ratio: tum vt gratificemur ergo, tum, vt melior fiat concoctio alimenti, addo ego, quod felicius hinc fiat curatio. Studendum maxi-

mè quidem est ubi affectus admittunt, ut gratificemur ægrotis, id enim sedat animi impletus, quos periculosum est incitare, si obtrudantur quæ illi sunt ingrata, soli enim qui sunt prudentiores ferre possunt exquisitissimam illam vivendi rationem, quam morbi postulant. Quod vero concoctiones etiam meliores fiant in suavi alimento, ideo, inquit Galenus fit, quia concoquitur melius, quod melius retinetur, attrahitur, & appetitur; id autem omnino suaue esse oportet: nam quæ ingrata sunt, respicimus, & expellimus.

Ceterum, id etiam conferte ad curationem patet: nam ex bona coctione alimenti, virtus roboratur, & mixtum ex mixtione malitia humorum morbos committit; quæ quidem faciliorem reddunt curationem. Patet igitur huius Aphorismi sententia, qui audaces Medicis reprimat, & supersticiosos taxat; illi enim putant se ex hoc Aphorismo posse in omni malo gratificari ægrotantibus, hi vero admonentur, non esse omnia serupulosè observanda in victu: est enim habenda ratio eorum, quæ postulat appetitus, & quæ secundum naturam in nobis sunt, dum morbis abigendis incumbimus, sed non temerè, vt admodum, omnia in omnibus facienda.

APHORISMVS XXXIX.

Senes iuuenibus ut plurimum ægrotant minus; qui vero morbi his accidunt longi, comitantur ad mortem.

ERTINET hic Aphorismus ad prædictionem, docet enim quænam ætas frequentius ægrotet, & qui morbi soleant laborantes ad mortem comitari: ait namque senes minus ægrotare iuuenibus; illud tamen deterius in illis fieri, quod morbi longi ut plurimum eos ad mortem comitantur. Docet igitur prædicere morbos & illorum finem ex diversitate subiecti, quæ ob diversas grates accidit.

Per senes Galenus hic omnes qui sunt in senectute constituti intelligit, primos inquam & secundos senes, & qui proprie decrepiti dicuntur: nam in sequenti Comment. dicit Aphorismum de raucedine & gradine in valde senibus esse exemplum præsentis Aphorismi. Verùm ego, quod experientia etiam docet, per senes hic non comprehendo decrepitos: nam illi nūquam valent, sed continuis ferè morbis laborant; est enim eorum affectus morbi veluti mors; Adde, quod ille in Thrasibulo, & passim alibi, hos senes ponit in statu neutro inter sanos & ægros, qui vt conualescentes, & hi qui præseruationi subiiciuntur à minimis quibuscunque causis in morbos ruunt, propterea illorum omnium conditio non putam conseruationem, sed mixtam tractationem, ex curatione, & conseruatione desiderat; In primis verò & secundis senibus veram esse Hippocratis sententiam experientia pariter testatur: nam idem iuuenis & senex, longè diuerso modo circa generationem morborum afficitur; frequentius enim incidit iuuenis in morbos quàm senex; quod quidem aliquibus videtur præter rationem euenire: nam cum præparatio corporis magnam vim habeat ad faciendam generationem morborum: in præparatione vero illa maximi momenti sit vitium imbecillitas, cur cum senes hi semper imbecilliores sunt iuuenibus, frequentius illis non ægrotant? Verùm, etsi imbecillitas extrema, qualis est in decrepitis, ab omnibus afficitur, etiam leuissimis causis, tamen quæ in alijs est mediocris, nisi uehe-

menter offendatur, incolumis perseverat. Itaque primi, & secundi senes fugiunt morbosas causas magis quàm iuuenes, primo quod prudentiores sint facti longo rerum usu, quo didicerunt, quæ noxia sunt, fugienda esse, nec temerè aliquid faciendum; Deinde, imbecillitas senibus etiam prodest ad evitandos errores, illi enim suæ imbecillitatis conscijs, abstinēt à lucta, cursu, venatione, & alijs multis violentis causis; Deest præterea cum viribus multarum rerum appetitus, edendi inquam, bibendi, veneris, & aliarum multarum rerum, à quibus imprudentes, incontinentesque fortes iuuenes illaqueantur: non mirum igitur, si robur à multis, & validissimis causis serpe prostratum, morbis cedit: imbecillitas autem à nemine, aut raro offensa, tuta & incolumis perseverat;

at si deliret senex, id est intemperanter, incontinenterque vivat, atque ita ab eo, quod decet suam ætatem, longius extraherit, sui erroris penas luet: nam cum morbosas causas perinde, vt iuuenis quærat, facilius eas ob imbecillitatem inueniet. Propterea qui ita affecti sunt, frequentissimè ægrotant, mortemque accelerant. Rectè itaque dixit Hippocrates vt plurimum senes minus ægrotare iuuenibus, intemperantes, & incontinentes senes excipiens.

Verbum autem minus ægrotare, intelligere debemus, quod & rarius, & minoribus morbis corripian- tur, rarius enim illi, & in minores causas morborum incidunt. Quod si inquit, fortè aliquando incidant in longos morbos, si vt plurimum eos comitantur ad mortem; Intelligere autem debemus comitari ad mortem morbos, non eos, qui accidunt, sed qui nunquam perfectè sanantur, quales sunt podagra, calculi, & alij morbi, qui proprii sunt senibus, de quibus in sequenti lib. agit Hippocr. illi enim non solent occidere senes sua præ natura, nec tamen ab illis senes liberari perfecte possunt, quoniam in illis semper remanet morbosa dispositio, quæ nouas accessiones parit; id quod in podagra, & calculis experientia docet. At verò, si morbi non sint proprii senibus, & longi, vt quartanæ febres, hi non sunt socij vite, sed mortis authores, vt qui maximi sunt, eo quod non congruant cum ætate. Dicitur ergo Hippocr. de morbis longis comitantibus senes ad mortem, intelligendum est de morbis generis ex pituita, & causis proprijs ætati senili. Sed cur non protulit omnes morbos aliquid facere in senibus, sed solum longos? an quod notissimum esse putaret, acutos morbos in illis esse periculosissimos, vt docuit in Aphorism. 34. breues vero, & læues morbos facile in illis, & in alijs pariter sanari; est locus in secundo Præd. tex. 70. ubi docet, ex quibus morbis senes facilius liberantur quam iuuenes. Verba hæc sunt Hippocrat. Qui purulenti ex Pulmonia sunt, si maiores natu fuerint, potius intereunt, per alias vero suppuratiores minores natu moriuntur. Quem locum ita interpretatur Gal. vt dicat ideo iuniores à Peripneumonia facilius liberari, quoniam in eo morbo salus consistit in expuitione humoris committentis inflammationem, expuitio autem robur vitium requirit, quod potissimum in iunioribus viget; ex febribus autem & doloribus iuniores promptius mori. Sed huius rei rationem non reddit, & videtur etiam hæc sententia repugnare Aphorismo in quo scripsit auctor, morbos minus periculosos esse, qui cum temperamento congruunt. An dicendum est nullam esse repugnantiam? nam Aphorismus ille docet in æquali morbo minus periclitari qui consentiant cum morbo, hic autem locus docet febres & dolores in iunioribus maiores & frequentiores fieri solere, quàm in senibus, qui ab his malis tuti serè viuunt.

APHORISMVS XL.

Rauedines, & grauedines in valde senibus coctionem non admittunt.



Vnc Aphorismum scribit Galenus esse exemplum præcedentis, quod ego etiam concedo, verum non totius, sed vltimæ partis superioris Aphorismi exemplum est: nam rauedines & grauedines, quæ sunt in valde senibus, concoctionemque non admittunt, non ostendunt senes minus agrotare iuuenibus, sed potius contrarium: si enim continua est affectio, crudaque manet, testatur tales senes frequentius agrotare iuuenibus. Itaque cum in secunda parte dixisset longos morbos, qui in senibus sunt vt plurimum comitari ad mortem, nec satis pareret quinam sint illi morbi, & quomodo hoc fiat, hæc probat ex rauedine, & grauedine, quæ concoctionem non admittunt, quod perinde est, ac si diceret, morbos longos intelligi comitantes ad mortem, nec tamen occidere non omnes quidem, qui in senibus sunt, sed qui proprii sunt senili ætati; etenim, Hidrops, & Quartana febris longi quidem morbi sunt, non tamen ex eo genere sunt, quod comitatur ad mortem, siquidem mortem inferunt; Rauedines vero & Grauedines propriæ re vera sunt affectiones decrepitæ ætatis; quoniam ex pituita, & refrigeratione nascuntur quæ cruditatæ perpetuæ causa esse possunt, non tamen propterea suapte naturæ occidunt. Ac vt res hæc clarior euadat, intelligere oportet rauedines esse vocis impedimenta, ex quibus vox fit rauca ob fluxionem pituitosam decumbentem à capite in bronchon, idest, asperæ arteriæ caput, vnde bronchos huiusmodi affectio nuncupatur; Quod si idem humor ad nares descendat, easque occupet, solet oriri non solum in ipsis naribus, sed etiam in fronte & oculis grauitas; vnde à Latinis grauedo nuncupatur, à Græcis vero Coryza, idest, Mucus.

Quod si fluxio petat oris partes, vel pectus, catharrus dicitur, Latini proprium nomen non habent, & Græci generali vocabulo in re particulari vtuntur: nam Catharrus re vera est defluxus humorum, quandoquidem non solum Tussim, sed Anginam, & Podagram, dicimus fieri ob fluxionem siue Catharrû. Iam vero videamus, quomodo intelligendum sit has affectiones concoctionem non admittere; an decrepiti non expuunt, & emungunt concocta, sed semper cruda? Minime profecto: nonne etiam æstiuo tempore cessant in illis huiusmodi passiones? sic profecto; quid ergo voluit Hippocrates cum dixit has affectiones non concoqui? an intellexit dispositionem esse vniuersalem, quæ nunquam tolli potest, materiam vero quæ ad eas partes per accessiones descendit, concoqui, & reijci, ab accessionibus ergo liberantur illi, sed cum frigidi sint, plurimumque ob id pituitæ semper generent, quæ ex minima quaque occasione rursum decumbit in eas partes, ideo nunquam dici possunt illi ab his malis liberari: manet enim semper tota massa humorum cruda: nam eis idem accidit, quod illis, qui intermittentibus febribus Podagra, & Calculis laborant, quippe, cum materia accessionum causa vincatur, & expellatur, dispositio vero semper relinquatur morbosa, quæ posteaquam est inueterata, aut à parentibus insita, nunquam tolli potest. Est igitur massa humorum, à quibus deciditur materia, rauedines, & graue-

dines faciens, quæ non concoquitur, non autem humorum qui per interualla hæc mala renouat. Rectè autem dixit Hippocrates id fieri in valde senibus: nam primi, & secundi senes, etsi frigidiorum sanguinem procreant, tamen ille aptus est ad probam nutritionem, & ob id concoquitur, nec semper relinquit pituitosum humorem aptum ad fluxiones. Sed cur non dixit Hippocrates has passiones occidere? an quoniam hoc fallum sit, nam nec ipsa dispositio vniuersalis, nec materia, quæ ex ea deciditur suapte natura potest occidere, nisi fortè tandem ob maximam imbecillitatem in capite retentus humor pituitosus, Apoplexiam pariat, ex qua videmus plurimos decrepitos mori, aut cum pituitoso humore alij coniungantur, atque ita oriuntur Pleuritides, laterisque dolores, qui etiam consueuerunt extremè senes occidere. Propriæ igitur senibus passiones, ex proprio humore natæ, non solent suapte natura eos interficere, sed ratione loci principis, aut ob mixtionem aliarum causarum, an fortè dicit aliquis, idem esse non concoqui & occidere? nã in febribus hæc videntur idè esse: humor. n. febrem faciens nisi concoquatur, mortis erit causa; at, diuersa est ratio, quippe cum febris finiri non possit nisi concocto humore, qui eam gignit, & fouet, ipsa autem vt vehemens, vniuersalisque morbus, apta sit tandem interimere; cum humore autem rauedinem, & grauedinem committente nullus sit cõiunctus morbus, qui ob in signem suam qualitatem mortem inferre valeat, Merito igitur dixit Hippoc. hæc mala non concoqui, & propterea hominem comitari ad mortem; non tamen propterea occidere.

Ceterum, expendendum relinquitur quod scribit Galenus in Comm. non solum rauedines, & grauedines, sed etiam Calculos, Podagram, Arthritidem, Coxendicem, Colicam passionem, & dorsi deprauatas figuras pariter comitari ad mortem, eo, quod omnia hæc mala ex frigidis humoribus fiant, qui concoqui non possunt: nam certum est, hos morbos solet comitari homines ad mortem; sed ratio, (meo quidem iudicio) non sumitur à cruditate, & concoctione, sed potius ex mala dispositione insita vel à parentibus morbofis, vel ex pessimo victu, quæ quidem affectio facit, vt pars laborans faciliè suspiciat, aut in se signat humores, vel aliam materiam, ex qua morbus nascitur continuus, aut potius per interualla crucians; Calculosi non ob frigiditatem, sed potius ob caliditatem renum frequenter gignunt in se lapides ex sanguine etiam mediocri, (vt alibi ostendimus) nec tam calor renum culpari potest, quam dispositio apta ad lapidum istorum generationem, quæ doquidè multi sunt, qui pituitosis humoribus in venis abundantes, & caliditate renum affecti, non tamè calculis laborant; alij vero qui sine sensu caloris frequentissimè hoc malo torquentur. Podagra quoque, non nascitur, præsertim quæ fit ex calidis humoribus, ob impotentiam coctionis, sed ob imbecillitatem pedû, & robur partium superiorum, quæ relictis proprijs locis à natura destinatis ad expurgationem humorum, sese per venas in debiliores partes exonerant. Quis etiam vnquam putabit spinæ luxationes perpetuas esse ob debilem concoctionem, sic. n. iuuenibus non esset hoc malum commune cum senibus, nec à fluxionibus calidis vnquam illæ fierent, vt sepe vidimus ex inflammationibus. dorsi, quilibet enim humor, qui inter vertebra incidere, aptus est eas à suo loco dimouere, & si quod postea remedium prodesset potest, illud non à concoquentibus, sed à digerentibus petendum est. Non vna ergo est morborum, qui nobiscum consenscunt ratio.

APHORISMVS XLI.

Qui frequenter, ac fortiter absque causa manifesta exoluuntur, de repente moriuntur.



Ertnet hic Aphorismus etiam ad prædictionem: docet enim ex quodâ symptomate, nempe, exolutione, subitam mortem prædicere: qui casus vt rarus est, ita occultam habet naturam & causam; quam ob rem, primum dicemus quid sit exolutio; deinde quot illius differentiæ; tertio quænam causæ; quarto quis locus affectus; ex quibus fortè patebit Aphorismi sententia. Est quidem exolutio actionis vitium, sed cuiusnam difficultus est docere: nam Galen. in tex. 3. 7. 3. Comm. 3. lib. Epidem. scribit exolutionem esse proiectionem omnium partium corporis, vt in resolutis apparet. Ex quo loco quispiam putare possit, eam solius motus Symptoma esse; Verù in lib. 1. ad Glauconem scribit exolutionem, & animi defectum idem esse; ex quo maior videtur oriri difficultas: quia non satis constat, *ἀβυστία*, & *ἀνοήθεια*, & *ἀνεχθυσία*, (quæ verba nos animi carentia, vel defectum interpretamur) apud Galenum signifi- cationem animæ vitia ille vocat, quæ sunt animalis facultatis propria, vt videre est in 20. tex. 3. Commen. Prothetico. At in 12. Meth. cap. 5. & in 1. ad Glauconem. 14. cū de Syncope agit, animi defectum, & Syncope pro eodem malo sæpè usurpat, easdemq; causas in utroque Symptom. affert. In lib. autem 5. de loc. affect. animi defectum, ipsam Syncope præcedere scribit. Mihi autem hæc consideranti, occurrit statuere eandem esse naturam Exolutionis, Animi defectus, & Synopes, differentiã autem in illis esse per magis & minus; lauiusimum enim est inter ea mala, Exolutio, maximum Syncope, medium Lipothymia. Itaque in 12. Meth. Syncope dicitur esse subitum motus, sed etiam sensus, principesq; facultates, & pulsus ac nutritioni destinatae facultates pariter collabuntur per huiusmodi mala: sed quia euidentior apparet noxa in animali facultate, & in motu, ideo ab illis nomen, & definitionem fortè accepit. Ceterum, labuntur vires, ita vt nunquam recuperari possint, & hoc in malum est mors, vel recuperatio sequitur lapsum, idè, vel facilis aut difficillimè, vel medio modo, & in hoc ordine Exolutio, Syncope, & Animi defectus collocantur. Est quidem Syncope mortis maximè vicinus affectus, verum vt dixi in hoc præteritum differunt, quod lapsus virium qui per mortem fit, nunquam possit restitui; deinde, quod mors subito & paulatim fieri possit; Syncope verò non nisi subito: nam id ostendunt causæ ipsius Synopes. Nunc sequitur vt doceamus differentias exolutionis, quæ maximè ex hoc Aphor. sumuntur, quædam. n. frequentes sunt, aliæ verò raras, quædam præterea fortes, aliæ debiles; quædam rursus ab euidentibus causis, aliæ ab occultis nascuntur, quædam sunt primario, aliæ per consensum, quædam sunt solum frequentes, aliæ solum fortes, aliæ compositæ plus vel minus, vt hæc, de qua agit author, quæ frequens, fortis, & ab occultis causis, & vt patebit, per proprium affectum est facta. Iam vero in causis recensendis Gal. passim vitur Empirica doctrina, vt patet ex 1. lib. ad Glauconem. vbi harum affectionum causas partienlatim enumerat, dicitque esse Alui profluuium, Cholera morbum, Dysenteriam, Lienteriam, Sanguinis illu-

A xum ex quacunque parte factum, magnas item purgationes, puris confertim factas euacuationes, immodicum sudorem, euacuationem per acriores clysteres factam, balneum, addit in 56. Aphor. 4. ingentem famem, & in 16. 5. calorem immodicum, ac ne singulos locos prosequat, vehementem etiam frigiditatem, accessionem febrium, ardentem, vel malignas, vel colliquantes febres, malos humores, vel crudos, malum aerem inspiratum, morsum ferarum, insignem aliquis partis obstructionem, vel intemperiem, vel oris ventriculi imbecillitatem, aut eiusdem morsus, vel grauitatem, vel inflammationes iccoris, vel motus vteri, neruorum etiam vulnera, malignaque articularum vlcera, necnon ingentem dolorem, motus, vigiliam, spirituum tenuitatem, raritatem partium, respirationem prohibitam, animi omnes vehementiores affectus, dissolutionem solidæ substantiæ partium, longos morbos vitalis facultatis imbecillitatem, & denique quicquid ferè in nos agere potest, nosq; ipsos afficere, istorum malorum causam ille recenset esse; Verum qui Methodo docet, non singularia omnia tanto studio quaerere debet, sed primas immediatasque causas, in quibus particularia omnia potestate continentur, non enim quia profluit sanguis, aut alius, vel dolor vrget, primo & per se contingit exolutio, sed quia ad has causas sequitur aliquis affectus in corpore, qui vires labefactare potest, ille ergo affectus quaerendus est qui manet remotis etiam causis, à quibus est natus: nam & ille est qui remedia postulat; Conatur quidem Galen. in 12. Method. cap. 5. immediatas has causas inuenire, sed fortè parum feliciter: statuit enim illic vires constare ex temperamento solidarum partium, & spiritibus; quibus læsis, vires quoque lædi & labi necesse sit. Qua quidem in re primum repugnat ei, quod alibi scribit, corpus nostrum constare ex continentibus, contentis, & impetum facientibus, id est ex solidis partibus, humoribus, & spiritibus; Quæ sententia etiam Hippocratis fuit, vt Gal. ipse docet in 1. lib. de differ. febrium. Testatur etiam experientia, euacuationes, & nimias repletiones humorum, exolutiones frequentius adferre, quam solas intemperies partium. Sed cur etiam non addit vires, & actiones nostri corporis constare ex structura bona partium organicarum? nam si obstructiones, vt ille censet, hæc Symptomata inferunt, omitterenda non est hæc causa. Ceterum in eo grauior est error, quod causæ, quas tradit, non omnes respondeant effectui proposito: nam si Syncope, & exolutio præceps est omnium virium lapsus, quo modo in temperies, quæ fiunt præsertim per longos morbos, vt ille in Meth. scribit, possunt esse causæ istorum malorum? negat enim ille in 3. de loc. affect. Apoplexiã fieri posse ab intemperie, eo quod subito fiat; Deinde si intemperies vel maximè hæc Symptomata parere possunt, cur omnes, qui morti sunt propinqui maximè intemperati, vel qui ardentissimis febribus laborant, in huiusmodi passiones semper non incurrunt, aut si patiuntur aliquando, id illis non contingit, cū sedent, aut iacent in lecto perindè ac cū mouentur non enim intemperies illos vnquam deserit; non igitur ipsa intemperies per se huius mali causâ esse potest; nec etiam partium organicarum vitiosa structura, proxima est huius morbi causâ; nec fortè etiam vitia, quæ contingunt in humoribus, sed quicquid mali est à solo spirituum vitio originem proximam ducit, spiritus enim substantia, quæ omnium actionum commune est instrumentum, & communis solum causa, necessario laborat, cum omnes functiones corruunt, & quoniam illa tenuis est & mobilis, subito affici apta est; quod nulli alteri substantiæ, quæ in nobis est corpore accidere potest; idem testantur remedia

media quæ exolutos restitunt, odores inquam, vellicationes aurium, narium, vini potus, & alia quæ solis spiritibus legis mederi sunt apta. Ergo à solis spiritibus vniuersas causas ducamus; sed à quibusnam, & quo modo? Gal. in eodem opere meminit triū spirituum Animalis, Vitalis, & Naturalis; sed cum eū numerum esse ostendere nititur, nullas probationes adferre potest, absurdumque est, vt nos in libro nostro de Somno & vigilia ostendimus, credere, plures quàm vnum esse spiritum, qui in corde gignitur, ac per arterias in vniuersum corpus fertur, fitque commune omnium actionum corporis instrumentum, dum suo calore insitum singulis partibus calorē excitat, & ad agendum aptum reddit; Itaque vitia huius spiritus exolutiones inferunt; contingunt autem vitia in illis ob alterationes, penuriam suæ substantiæ, vel suffocationem; quam vltimam causam miror à Galeno prætermissam esse. Verum cum multæ sint alterationes, quæ fiunt à primis qualitibus, aut secundis, non videntur illæ mihi immediatè & proximè exolutiones efficere posse, alioqui omnes, qui ardentissimis febribus laborant, continuò exoluerentur, sed alterationes, quæ fiunt à tota substantia (vt Galenus loqui solet) vel potius corrupta propria spirituum forma, illæ maxima & solæ vim habent vires perdendi; id quod docent pestilentes, malignæque febres, venena, morsusque ferarum, quæ non alia quidem ratione animi deliquia inferunt, quàm quod corrupta sit forma, & substantia spirituum: Quomodo enim ea poterit esse amplius actio num omnium, & animæ instrumentum, si formam suam amisit? Potrò, cum deficit substantia, deest quoque eorum vis, & vsus, Deficit autem, vel quod non gignatur, aut quod genita dissoluatur; At si per suffocationem spiritus, calidiq; natiui, mors contingit subita in his, qui strangulantur, cur etiam Syncope ab eadem causâ non fiet? & quam quæso possunt aliam habere causam exolutionis, quæ contingunt mulieribus ex suppressis menstruis, & semine? nam in illis veluti strangulatur, & suffocatur spiritus, eò, quod liberè per vasa corporis permeare non possit; ad has igitur causas omnes particulares redigere oportet; id quod facillimè fiet: nam inedia, vel cibi pauci, aut vitiosi, crudi humores exolutionis causæ esse dicuntur, eò, quod materiam non suppeditent sufficientem, aut non aptam ad spirituum generationem; Vires autem imbecillæ partium gignentiuū humores & spiritus, idem efficiunt, eo quod impotètes sint ad spirituum generationem; Ac ad imbecillitatem referendi sunt omnes morbi, ceteræ causæ, quæ corpus imbecillum reddere possunt, vt intemperatura potissimum cordis & hepatis, febres longæ. Ceterum ob alterationem spirituum iam diximus fieri exolutiones, cum illi ab aere pestilenti, vel humorum corruptione, vt in Gangrenis, & malignis febribus contingit, aut à venenis, vel morsu ferarum inficiuntur, malignamque qualitatem suscipiunt; Febres autem ardentis non tam ob alterationē, quàm quod dissipant spiritus, exolutiones parere videntur quod etiam antea annotauimus. Iam veto inter illa, quæ exolutionem efficiunt eo, quod genitos spiritus absument, & dissoluant, quædam sunt quæ id faciunt sensibilibus euacuando, vel solos ipsos spiritus, vel humores, cum quibus illi necessario sunt coniuncti; alia vero idem præstant propter insensibilem euacuationem; In priore genere sunt sanguis vndequa; immoderatè profluens, alui profluuium, dysenteria, cholera morbus, puris, confertim facta euacuatio, vomitus, sudor, mora in balneo aquæ, vel aeris calentis, & si quid aliud est quod sensibilibus, & insigniter corpus nostrum euacuare pos-

A sit. Ceterum, inter causas, quæ conferunt ad insensibilem euacuationem quædam habent rationem efficientis, alia vero materiæ obedientis, alia causarum cum quibus facilis sit dispositio; vacuant quidem insensibiliter exercitatio nimia, febres acutæ, vel longæ, dolor, lætitia, ira, mœror, vigilia, cogitatio, oris ventris morsus; at spirituum tenuitas exolutionis causa perhibetur esse, eo, quod materiam efficiat præptam ad dissipationem; corporis vero raritas, mæritumque amplitudo causæ sunt, cum quibus facilis redditur dissipatio. At vero ob suffocationem spirituum fiunt exolutiones ab his, quæ vniuersos spiritus confertim contrahunt versus suas sedes, in quibus locum non habent, in quo contineantur, nec refrigerium sufficiens; nec non ab his, quæ illos priuant externo aere, & refrigerio. Item, quæ spiritus ipsi viâ occludunt idem faciunt; ac in primo genere causarum sunt timores repentini, febrium accessiones, per quas extrema vehementer refrigerantur, extrinsecus aer frigidissimus, aut ex frigida aqua lotiones, Hęc enim vniuersos spiritus ad cor compellunt, & compulso continent, ita, vt illic satis temperari, & interim actionibus omnium partium seruire nequeant; Externus vero aer calidus, aut ex carbonibus fumus, vel vapor ex calcis madefactione assurgens, nec non vincula quæ ceruicibus, aut arterijs adhibentur, nec non vincturae asperæ arteriæ, & pulmonis, & si quid aliud est quod perspirationem, & immissionem aeris externi impediât, ad hoc genus causarum est referendum. Illæ igitur particulares causæ quas enumerauimus ex Galeno, & si quæ aliæ reperiri possunt, facillè ad immediatas redigentur; quin etiam illud quoque intelligendum est, inter causas particulares, quasdam esse, quæ non vnicò solum modo, sed pluribus exolutiones efficiunt, cuius generis est febris, quæ imbecillitatis, & simul dissolutionis est causâ, inedia etiam eo quod dissoluat spiritus, & nihil reponat in illorum locum, idem efficit. Ceterum, superest vt particularium differentiarum causas assignemus. Ac magnarum quidem exolutionum omnia prædicta causæ esse possunt, si modo intensionem acceperint; frequentes vero exolutiones non omnes causæ efficere possunt: nam vt externas quas nouimus nobis noxias, euitamus, ita ab illis frequenter non exoluimur; ac videntur quidem illæ solæ posse esse causæ, quæ perpetuo in nobis resident; aut certè frequentè habent in nobis generationem. Sed iam videamus cur contingat repentina mors, si frequenter, ac fortiter, & absque causâ manifesta quispiam exoluatur; Galen. in Commentario, has omnes exolutiones, ob solius vitalis virtutis imbecillitatem contingere scribit; quod mihi vix possum persuadere: nam sola imbecillitas causa non potest esse omnium istorum malorum, sed necesse est, aliquid adesse in corpore, quod afficiat, & lædat frequenter, & fortiter, & illud occultum sit, alioqui euitari, aut tolli posset: nam si imbecillitas solum causa horum Symptomatum esset, cur omnes decrepiti, aut saltem qui magnis morbis laborant; perpetuo eadem non patiuntur, siquidem vt ille scribit septimo Methodi, & passim alibi, imbecillitates non nisi ex intemperaturis nascuntur. Aliam ergo oportet esse causâ, quàm imbecillitatem, quandoquidem solæ intemperaturæ cordis in quo spiritus gignuntur, aut aliarum partium, hæc mala parere non valent; scribit de eadem re idem author in libro quinto de locis affectis, vbi citans hunc Aphorismum, dicit has exolutiones fieri ab intemperie cordis cum humore, quod peritodè est, ac si dicat à tumore aliquo præter naturam; sed addere debebat timoris genus: nam frequens, & fortis exolutio longiotem indicat affectum, & causam frigidiotem;

nam

nam calidos timores, vt inflammationes diu sustine-
re cor non potest; Ac cum diligentius hæc expêdo,
videntur mihi contingere huiusmodi exolutiones
ex maximis obstructionibus, vel tuberculis innatis
in exortu arteriarum à corde, natura enim horum
malorum ex minimis quibusque causis talis reddi-
tur, vt facillè cohibere possit vitalis spiritus transi-
tum in reliquas partes corporis: quod etiam sentire
videtur Galenus in libro secundo, de præfagio ex pul-
sibus capite quarto, fortè etiam aucto humore a-
quoso, qui inter cor, & pericardium continetur; idè
casus contingere potest, ego nunquam huiusmodi
casus vidi, nec refert Galenus se vidisse, & sola Ana-
toime post mortem ostendere potest, quibus malis
fuerunt affecti, qui his exolutionibus infestabantur
fortè Hippocr. ex eo quod semel vidit, præceptum
condidit.

APHORISMVS XLII.

*Soluere morbum quem Apoplexiam uocant,
fortem impossibile, debilem uero non facile.*



VT Aphorismus hic intelligi possit,
scire oportet quid sit Apoplexia,
quot illius differentia, quæ causæ,
quis locus affectus, quibus signis
ipsa & illius differentia cognoscã-
tur. Porro Apoplexiæ nomen ni-
hil aliud sonat, quam percussio-
nem latinis, à similitudine quam habet hic affectus
cum his qui à sydere & fulgure percussi sunt, Syde-
ratio dicitur, & eo malo affecti, syderati vocantur.
Dicitur etiam à nobis attonitus morbus, quod sine
sensu, & motu homines reddat; vulgus vocat Gut-
tam & Catharrum, quod credat sanguinis guttam
à capite ad cor descendere, & occidere; & quod ita la-
borantes respiratione destituti quemadmodum qui
Catharro vehementer laborant, intereunt. Porro
Galenus in tertio libro de locis affectis definit Apople-
xiam esse, neruorum omnium, sensus & motus
deperditionem; in primo uero de Causis Sympto-
matum definit, esse facultatis motiua ablationem
vel resolutionem neruorum totius corporis, vt et-
iam censet Celsus libro tertio, cap. vigesimo septi-
mo. Ab Hippocrate de vna parte resoluta dicitur
etiam Apoplexia, cum cras apoplecticum uocat.
Harum definitionum nulla est perfecta. Vnde Ga-
lenus in libro de Symptomatum melius dicit, Apople-
xiam esse totius corporis resolutionem vnâ cū prin-
cipium facultatum detentione. Verum si quis ab ex-
ternis causis cerebrum contudentibus sensu & mo-
tu priuetur, non propterea Apoplecticus dicitur, aut
perisse Apoplecticus, si quis item ex Syncope omni-
bus his passionibus afficiatur, non erit Apoplecticus,
sed is solum, qui ab internis causis ob cerebri affe-
ctum his malis afficitur. Differentia Apoplexiæ ex
hoc Commentario sumi possunt, quod scilicet quæ-
dam sit acutissima & fortissima, alia quidem fortis,
alia debilis. Quo modo autem distinguantur hæc
differentia in Commentario docet Galenus, acutissi-
mam, enim dicit esse in qua respiratione priuantur
qui laborant; in libro uero quarto de locis affectis,
non dicit homines priuari respiratione, sed illam ede-
re intermittentem, & cum magna violentia, id
quod in hoc Commentario magnæ Apoplexiæ tri-
buit, & non maximæ; Magnam autem seu fortem
dicit esse, in qua respiratione neque intenta, neque vio-
lenta, inæqualis tamen, inordinata simulque inter-

Amittens fit: Debilem uero uocat eam, in qua ordo ali-
quis seruatur. Mihi tamen placet in hac uarietate ut
fortissima dicatur quæ habet respirationem, sed inter-
mittentem, & maximè violentam, fortis uero, in qua
adest uolentia sed absque intermissione; mediocris
autem à qua abest uolentia, & intermissio, sed inor-
dinatio sola; debilis uero fit, in qua ordo etiam ali-
quis seruatur, ita enim paulatim à maximo ad infim-
um fit descensus. Sed cur alij motibus penitus
abolitis sola respiratione seruari potest? Respondet
Galenus, id fieri propter respirationis necessitatem,
quæ neruorum vim excitat ad agendum: uerum quo
modo id fiat, ille non docet: frustra enim excitaretur,
si moueri non posset, & omnino extincta: sed
quoniam ita extincta non est uirtus animalis, sed po-
tius oppressa, si uehementer excitetur ob necessita-
tem maximè uigentem, portionem aliquam sui uig-
oris exercere poterit; an forte etiam dicendum est,
neruos, qui in musculos intercostales, & septum
transuersum inseruntur, minus lædialij. Iam uero
quid potest esse tanti & tam subiti mali causa? Gale-
nus in hac re, vt solet, aliquando Empiricam sequi-
tur docendi rationem, aliquando uero Rationalem:
nam cum in 3. lib. de locis affectis, scribit Apoplexiam
fieri à frigido, aut crasso, aut uiscoso humore, & in
lib. de Caus. morbor. à nimio uini potu, vel ab exupe-
ranti cibi quantitate, Empiricorum, & uulgarium
more loquitur, particulares, & euidentes causas re-
censens. Similis est locus, qui habetur in lib. de diff.
Sympt. ubi scribit idem malum fieri à medicamentis
frigidis vel à maxima constipatione, id est tanta à san-
guine repletionem arteriarum, ut illæ ad externum
aerem atrahendum dilatari non possint; habet etiam
in nono Meth. ex immodica, aut intempestua san-
guinis missione aliquos in Apoplexiam incidisse.
C Quinetiam, in presenti Comment. causam dicit esse
Apoplexiæ, dispositionem inflammationi similem in ip-
so cerebro constitutam; aut repletionem uentricu-
lorum ipsius ab humore pituitoso; Quid; quod feri-
bit in Comment. 21. Aphorismi 3. lib. si hominè in-
quit, pituita vel bile flaua aut atra, aut sanguine ple-
num exerceas, periculù est ne ille in Apoplexiam inci-
dat; hæc enim particularis causarum enumeratio in-
utilis est, nisi prius immediata causa sit perspecta: ei
enim & non externis remedia sunt adhibenda, & in
ternæ quæ sæpè diuersæ sunt, vnum effectum pari-
runt, quia in vnâ immediatam causam conspirant.
D Præterea, si Apoplexia Symptoma est, nempe anima-
lium actionum abolitio, & Symptomata omnia eo
authore morbis nascuntur, primum querere oportet
huius mali morbum, deinde morbi illius cau-
sam; nam nec pituita, nec uini potio, aut alia cau-
sa ex prædictis per se Apoplexiam pariunt, sed quia
morbum in corpore faciunt, ad quem sequitur actio-
num illarum noxa; Itaque, si Apoplexia est omnium
facultatum animalium subita abolitio, quantum sen-
sus deprehendere potest, seruatis facultatibus vitali,
& naturali, non potest utique alia esse sedes affe-
cta, quam cerebrum, quod illarum omnium faculta-
tum est principium: nam si omnes facultates pari-
ter essent affectæ, vt in Syncope communem oportet
esse causam, quæ sola vt ostendimus nascitur uitia-
to spiritu, & natiuo calido, quo omnes facultates
opus habent; sed qualem quæso morbum dicemus
factum in cerebro? subitus & præceptus virium lapsus
ostendit, non posse esse intemperiem, quippè, cum
illa nec subito, nec tanta fieri potest, vt contendant
cum celeritate, & magnitudine affectus. Præterea,
cum sæpè fiat hic affectus, nihil extrinsecus agente,
ostendit nec solutiones continui, nec contusiones,
aut morbos in numero, vel magnitudine causas esse
mali;

mali, & denique omnium morborum natura per-
specta, non potest alius morbus causa esse, quam is,
qui in concauitatibus læsis conformationem cere-
bri corrumpit: eget enim cerebrum plurimis ca-
uitatibus, & ventriculis, vt anatome docet: Itaque
occlusis illis ventriculis (quod subito fieri potest)
facultas animalis nequit in se, nec extra se exerce-
re suam vim. Sed cur quæso, dicet aliquis cre-
dunt nonnulli id fieri, quia ad animales actiones
exercendas requiritur spiritus quidam animalis,
qui obstructis in cerebro vijs, nec per cerebrum,
nec ad neruos ferri possit, proinde facultatem otio-
sam esse, quod desit sibi proprium instrumentum.
At nos antea, & alibi docuimus nullum esse hu-
iusmodi spiritum animale, sed vnicum solum spi-
ritum genitum in corde ex sanguinis ebullitione,
caloris influentis vehiculum, qui omnium actio-
num commune est instrumentum. Deinde, Ga-
lenus in secundo de Locis affect. docet facultates
absque spiritu non neruos, & alia propria instrumenta
absque spiritu aliquo non aliter, quam faciant So-
lis radij, qui in aerem subiectaque corpora absque
aliqua substantia sparguntur; Itaque vt Solis ra-
dij, etiam si absque spiritu, aut alia substantia de-
mittuntur, requirunt aerem purum, quandoqui-
dem per crassum, & caliginosum lucem suam non
emittunt, ita forte credere par est, radios, qui e-
mittuntur à facultate ipsa animali, spargi non posse,
vbi via illis est occlusa; An forte etiam dicen-
dum est hoc fieri, quia spiritus, à corde influens
inuenta via impedita nequeat spargi per substan-
tiam cerebri, quod merito intermittit suas ope-
rationes, eò, quod communi instrumento sit pri-
uatum: Sed quicquid sit quod à morbo eo fit quod
præcipuum est, & maximè requiritur in curatio-
ne, constat ob concauitates cerebri occlusas Apo-
plexiam fieri: nam præter illa argumenta, quæ su-
muntur à natura affectus, & morborum, docet
idem curatio, quæ fit per euacuationem & excre-
tionem humoris descendens à cerebro. Porro,
clauduntur in vniuersum meatus ab his quæ ad-
stringunt densando, vel siccando, vel comprimunt
grauando, vel obstruunt internam cauitatem oc-
cupando, sed natura affectus propositi, & ipsius
cerebri, ostendunt nihil esse, quod possit Apople-
xiam parere præter illa, quæ obstruunt, & ea quide-
m non omnia eam vim habent, nam tubercula,
quæ ex carne supererescere solent aliquando in-
nasci in alijs cauitatibus, in cerebro fieri posse, nec
ratio nec experientia probare possit: superest ergo,
vt obstructio fiat ab influentibus materijs: &
quoniam perfecta ponitur abolitio illarum facultatu-
m perfectam oportet esse obstructionem, quam
nec spiritus, nec tenuis aliquis humor efficere pos-
sunt. Nam contumacia affectus crassiorem ma-
teriam desiderat, & nemo vnquam Apoplecticus
per euacuationem bilis pallidæ aut flauæ libera-
tus est. Humor verò melancholicus et si crassus
est, ineptus tamen est ad hoc malum excitandum,
quia tanta illius copia in cerebro frigido, & humi-
do acernari non potest, & cum in venis contineat-
ur solus fluere nequit. Præterea, repugnat etiam
experientia huic causæ, nullus enim excreto hoc hu-
more ab apoplexia est liberatus. Relinquitur ergo,
vt vel sola pituita, vel tota humorum massa id
malum efficiat; Ac pituita quidem agnoscitur esse
propria causa, quoniam illa viscida est, & simul
crassa, & plurima in cerebro solet abundare. Do-
cet præterea curatio, quæ per euacuationem pitui-
tae perficitur, & quod Apoplexiam fieri soleant in

A corporibus, & temporibus humidis, & à causis pi-
tuitam acernantibus, & monentibus: scio Gale-
num hanc vim etiam sanguini concedere, vt supe-
rius ostendimus, sed forte repugnante experien-
tia: nam sicut pituita, ita sanguis per nares, os, a-
liasque partes, per quas cerebrum expurgatur ef-
flueret ab his, qui hoc malo laborant, quod ne-
quaquam est visum: Quod si Athletæ in Apople-
xiam incidunt, id non fit à multo sanguine, sed
quod cum sanguine multa pituita ex crapula, & in-
tempestiua exercitatione etiam admixta sit, qui
tanquam onerosa venis cerebri ab illis in ventricu-
los decumbit, ergo vnica & immediata est causa
Apoplexiam, impedita via facultati animali; quod
quidem impedimentum fit ob morbum in cauita-
te, & hic nascitur non ab omni causa, sed solum à
multa pituita, quæ vt plurimum solet simul esse
viscosa & crassa; nam multitudo requiritur, vt
integra possit fieri obstructio; crassities etiam, &
visciditas necessariae sunt ne citò diffluat humor
qui contumacem affectum parit. Ceterum ad hanc
immediatam causam particulares enumeratæ refe-
rendæ sunt, & si quæ referri non poterunt, illæ vt-
ique rejiciendæ erunt tanquam ineptæ ad hunc af-
fectum committendum; ergo vini potio copiosa
Apoplexiam parit, eo quod pituitam multam gi-
gnat ob cruditatem, vel quod pituitosos humores
in cerebro residentes vehementiore spiritu ad
caput elatione commoueat, vel etiam quod vna se-
cum pituitam sursum impellat. Sic etiam cibi ni-
mia quantitas, quoniam ob cruditatem in pitui-
tam degenerat, Apoplexiam causa censenda est. Me-
dicamenta autem frigida, vel aer ipse frigidus, A-
poplexiam ideo gignunt, eo quod per compressio-
nem cerebri pituitam in ventriculos ipsius exprimant,
intus verò sumpta, quia refrigerato corpore
sanguinem pituitosum procreant, qui ad caput
delatus oneri est naturæ, & separatione pituitæ, &
illius influxu, huius mali causa fit; at, ex immodi-
ca sanguinis detractione, Apoplexia quoque fit,
refrigerato corpore, atque ita relicto in corpore
crassiore pituitosoque sanguine, qui facile cum alijs
humoribus educi non potuit. Quod verò dicit ob
dispositionem inflammationis similem fieri Apo-
plexiam, rationi non est consonum: quæ enim in-
flammatio in cerebro fieri potest, quæ omnes illius
ventriculos occupet? solent enim fieri inflammatio-
nes in membranis cerebri, non autem in interna
substantia quæ illius ventriculos constituit; cum ve-
ro dicit biliosum hominem aut melancholicum in
Apoplexiam incidere ob exercitationem, id non re-
cipio: nam (vt antea ostendimus) nec biliosus, nec
melancholicus humor aptus est hoc malum effice-
re; nec etiam arteriarum repletio potest causa esse
Apoplexiam, quæ non in distantibus partibus, sed in
ipsis ventriculis repletionem requirit. Iam vero de
loco affecto paulo diligentius agendum, quoniam
hic confert ad rei scientiam & curationem; ac quod
cerebrum locus sit affectus, antea quidem est osten-
sum; verum, quoniam in cerebro distinctio est ob-
sita partium, quippe cum quedam ex illis sint an-
teriores, alie posteriores, quedam dextræ, alie sini-
stræ, alie externæ, alie internæ, & occultæ magis,
alie rursus sint tanquam corpus cerebri, alie con-
cauitates ipsius constituant, certum quidem est,
omnes cerebri partes affici, interiores inquam, pos-
teriores, dextras, sinistras, nimirum cum omnes
actiones animales in vniuerso corpore pereant: id
quod ostendit originem omnium neruorum occu-
patam esse; nam si anteriores dumtaxat partes ef-
ferent

sent affectu perderetur, sensus & motus in sensorijs que sunt in capite, seruari autem sensus, & motus in reliquo corpore, quoniam neruorum origo id postulat, exteriores autem partes non laedi ostendimus, quoniam si per contusiones concidunt sensus & motus compresso cerebro, huiusmodi affectus non dicitur Apoplexia, quia interna non sunt causa: ab his vero nihil sumi potest, quod tantam vim habeat grauandi, & comprimendi cerebrum. Iam vero quod ad corpus & ventriculos cerebri pertinet, sententia est Galeni in quarto de Locis affect. vbi scribit in Epilepsia ventriculos magis pati quam corpus; in Apoplexia vero contra corpus magis, ventriculos minus. Quae quidem sententia mihi non placet: primum auctoritate ipsius Galeni qui passim scribit, Apoplexiam fieri obstructis cerebri ventriculis, nulla facta mentione de vitio ipsius substantiae: deinde quod iusto frequentius Apoplexia fieret per affectus substantiae cerebri in quibus pituita in ea redundat; Tertio, quod rei natura huic opinioni repugnet: nam affectus qui subitam ostendit generationem, simul indicat cauitates ipsas occupata esse ex fluxione humorum, nihil, vel minimum laesa substantia cerebri; quid enim ea pati potest ex transitu pituitae decumbentis in ventriculos? Postremo, subita restitutio actionum in his qui euadunt, ostendit ex occlusionione cauitatum malum hoc esse factum; quod etiam Galenus cogitur fateri, qui modum docens generationis Apoplexiae, tradit ad ventriculos cerebri excrementa a partibus vicinis defluere. Ceterum, nunc superest videndum, cur Apoplexia fortis sanari non possit, & aliae possint sanari; & quo modo Galenus in hoc Commentario dicit fortem Apoplexiam non posse curari propter respirationis necessitatem: sed non explicat quid respirationis necessitas in hac re faciat. Videtur autem res ita intelligenda, quod admodum laesa respiratione, necessarium sit calorem suffocari, & quod instans suffocationis periculum inducias non det ad remedia exhibenda: nam magna huius mali causa, magna & multa postulat auxilia, quae breui temporis spatio omnia adhiberi non possunt; tempus vero non concedit periculum, quod ex suffocatione caloris admodum laesa respiratione imminet. Alii tamen reddunt rationes huius impotentiae, nam amisso motu, sensu, & ratione, auxiliari non possunt auxilia, nec ab egrotante aliquid fieri quod ad salutem conferat. Debitor vero Apoplexia, tutior est, ob contrarias causas, non tamen ita cito & facile curatur, vt Gal. in Comm. minuire videtur: nam cuiuscumque generis fuerit Apoplexia aut occidit, aut in paralysim terminatur, quae vel etiam incurabilis est, aut non nisi cum magna difficultate, & temporis diuturnitate curari potest: Tales. n. oportet esse affectus, qui ex multitudine frigidae & crassae pituitae nascuntur, & in partibus externis consistunt, aut certe difficile euacuari possunt, cuiusmodi est cerebri substantia, & nerui, neruorumque principia. Illud quoque praetermittendum non est quod scribit Gal. in Comm. ideo omnes musculos thoracis in Apoplecticis, simul operari, quia vis est imbecillis: nam re vera dicere non possumus, vires esse imbecillas, quae ex multitudine materiae grauantur, perinde. n. est, ac si dicamus, imbecillos esse robustissimos baiulos, eo quod sub maximis oneribus oppressi succumbant; est autem tunc virtus reuera imbecilla, cum temperies, ex qua illa emanat, est admodum vitiosa.

A. APHORISMVS XLIII.

Strangulati, ac dissoluti, nondum mortui, non referuntur, quibus spuma circa os fuerit.



V in praecedente Aphorismo Apoplexiam, quae fortis esset, lethalem esse dixit, ita in hoc, aliud lethale signum peculiare his, qui strangulantur, tradit, quod ex spuma apparente circa os sumitur. Intelligendus autem est Aphor. non de strangulatis, & dissolutis, vt pueriliter vertit interpreti, sed de his qui strangulantur, & dissoluntur: nam alij, qui iam sunt strangulati, & dissoluti, sunt mortui. Pendet huius Aphor. sententia ex cognitione generationis spumae. Primum igitur dicemus quid spuma sit; Deinde quae ipsius materia; Tertio loquor quid ipsam efficiat, & quae sit illius generationis modus; Postremo explicabimus, an vera sit Aphor. sententia, & qua ratione id fiat. Porro spumam esse paruam, crebrasque bullas in humoris superficie excitatas omnibus constat: magnas autem bullas non spumam, sed generali vocabulo bullas vocamus. Est autem spuma, & bullatum omnium materia humor, & aer siue spiritus inter se commixti, & confracti, non autem solus humor, aut aer: nam bullae omnes gignuntur paulo altius, quam in loco, in quo humor naturaliter consistit, tanquam alia sit cum humore substantia, quae superiorem affectat locum. Item, quod cito confrangantur bullae, & evanescant, vnde Cato hominem bullam dicebat esse, hoc testatur inclusum aerem exspirasse, & humorem commixtum antea in suum locum descendisse. Praeterea, gignuntur tunc bullae in mari; cum venti illud agitant, & cum aqua includitur. Docet etiam consistentia ipsius spumae, & bullarum, non enim ita solida est, vt humor, nec ita tenuis vt aer, sed mixtam quandam crassitiam obtinet. Haec igitur testantur compositam esse bullarum materiam ex humore, & aere, vel spiritu; at non omnis humor, vt omnis aerea substantia, materiam praebere potest ad bullarum generationem. Qui enim suapte natura tenuis vehementer excalescitur, & ob id valde extenuatur, ac rarefactus, genito ex calore vaporis exeunti liberum exitum praebet; vnde videmus in aqua admodum feruenti spumam non amplius excitari; si tamen humor viscosus fuerit, et si vehementer fuerit excalescitur, apta adhuc sit spumae materia; id quod in mellis & picis effere uescencia conspicitur; spumam. n. quamdiu feruent haec emittunt; uiscula aut carni, cum primum feruent, & ante etiam cum iam sint ebullitioni vicina, maxime redduntur spumosa, quia nondum satis rarefacta; & quia crassior pinguedo liquefit, ex quibus viscosa illa redduntur: simplex vero aqua, in primis ebullitionibus, spumosa redditur, postea vero nequaquam, nisi frigidiores aquam rursus quispiam adijciat: nam tunc priore humore refrigerato, densatoque; per admixtionem nouae frigidaeque aquae, spuma rursus gignitur, nimirum, quae exeunti vaporis hoc modo quia difficilis reddatur, ex hac aut repugnantia, vt postea ostendemus spuma gignitur; at, si quis feruentem aquam baculo agitet, aut in eam ventus spiret, spumam etiam gigni videmus, quoniam frigidus aer externus per eam commotionem cum humore miscetur, qui postea exire volens, humorem attollit, & spumam procreat; Verum vt humor suapte natura aptus est ad spumae generationem, ita is solum, qui viscosus est, plurimam,

man, tenacem, stabilemque spumam edit. Iam vero cum patet spumam fieri ex varia mixtione aeris, & humoris reluctantis aeri transeunti per humorē, & ad suum locum ascendenti, videndum est, quid mixtionem istam efficiat. Quia in re, Galenus in Comment. nunc à calore, nunc à motu, nunc ab utroque mixtionem fieri dicit; in Protheticis autē, etiam à frigido fieri scribit, argumento, quod venti frigidi spumam in mari excitent. Verū Gal. illis in locis, quod rudioribus apparet, potius tradere voluit, quā quod rei natura postulat: caloris enim natura est, diuersas substantias non inter se miscere, sed à se inuicem separare: Quomodo ergo ex feruore, & calore ignis spuma gignitur, si calor humorem non miscet vapori? spuma autem non fit absque istorum mixtione; alia profectò ratione: nam calor humorem extenuando, vaporem gignit, qui postea suapte natura superiorem quirit locum, per humorem assurgens, in quo transitu, humor ipse resistit, vt qui continuitatem, & locum suum retinere uelit: ex ea autem reluctantia, spuma, vt postea docebitur, fit. Ergo calor, non quia miscet humorem aeri, aut vapori, nec quod moueat ipsum aerem vel humorem, sed quoniam substantiam gignit acream, & vaporosam, quæ postea suapte natura mouetur per humorem, donec in cognatum sibi aerem peruenerit spumæ causa efficiens est. Iam vero frigidi venti quatenus frigidi sunt, non miscent humorem aeri, frigidi enim non est miscere sed potius mixtionem impedire, siquidem mixtio extenuatis incisique in minimas particulas his quæ miscentur fit, frigidum vero densat, consistit, & substantias unit quidem, sed non miscet, vt videmus fieri in terra & aqua cum nimio gelu concrefcunt, ergo venti quoniam aerem includunt in humore, suo impulsu non quatenus frigidi, spumæ sunt causæ. Relinquitur ergo motus solus aeris per humorem causa mixtionis aeris & humoris, & proinde spumæ causa efficiens, includitur autem aer vel quod ex ipso humore effervescente gignatur, vel à uentis, aut alia externa agitatione immittatur. Quæ autem ex mixtione aeris & substantiæ cum humore, spuma gignatur, non explicat Galenus; Ratio ex philoſophia petenda, quæ docet elementa non quiete donec in suum locum peruenerint, & corpora præterea suam continuitatem seruare uelle. Quum ergo aer in paruas partes diuisus sit, & cum humoris paruis etiam partibus mixtus, aer inclusus in sibi cognatum aerem abire affectat, resistit humor continuitatem suam seruare uolens; Vnde cum nec liberè omnino aer transire, nec humor planè resistere possit, cum ad superficiem peruenerit pugna fit, humor impulsus ab aere, aliquantulum attollitur, id quod cum multis locis fit, & per paruas diuisiones utriusque substantiæ, spuma merito oritur; itaque merito fit, vt illa quæ viscosa sunt, vt mel & pix, tandiu spumam emittant, quamdiu vapor in illis gignitur; illa enim nunquam caloris uita extenuari, & rarefieri possunt, vt exitum vaporis plane liberum præbeant: aliter uero alijs contingit quæ suapte natura sunt tenuia & aquosa: ea. n. plusculum excalescunt ita rareficiunt, vt resistere amplius nequeant assurgenti vapori, ac quæ materia est idonea, & mixtio contingit aeris ex motu includente aerem, & calore vapores gignente, tunc plurima spuma nascitur, vt apparet in equis currentibus & frenum mandentibus, apriſque ira concitatis. Cur uero nunc bullæ, nunc spuma fiat, causa est fortior & debilior motus, quanto enim agitatio & commixtio fortior est, tanto ampullæ minores & minus sensibiles sunt, atque ideo ad naturam spumæ redactæ; minus enim resistere tunc potest humor spi-

Antui qui uehementius mouetur; unde diuisiones citius, & per minora interualla fiunt: confert etiam ad id viscosa materia iam multum extenuata: unde mel post primas ebullitiones in quibus bullas emitit, maximè spumofum redditur. nam ab initio non potest in minimas partes diuidi nundū satis extenuatum; quare tunc bullæ maiores, postea uero spuma fit; sunt etiam bullæ quæ ex uiscosa materia confurgunt diturniores & difficiliores ad dissolutionem. Cur autem in his qui strangulantur spuma fiat circa os, ratio est, quod cor expiratione priuatur, maximè incaleſcit, & simul uolenter mouetur; ex ebullitione uero, plurima excrementa fuliginosa gignuntur, quæ suapte natura, & uolento motu cordis attolluntur, & exprimuntur in pulmonem, ubi cum humore illic inuento diligenter commixta, spumam procreant, quæ per expirationem ad os ascendit & illic apparet. Galenus uero etiam putat, spumam fieri in his, non ex humore elato à pulmone ad os, sed ex uapore à pulmone educto, & aere etiam inspirato at que exspirato mixto cum salina; eosque arguit qui spumam ex uentre prodire putant, & hoc modo spumam fieri in equis currentibus. Ego uero crediderim nec in equis neque in his qui strangulantur spumam fieri posse absque humore à pulmone accedente cum vaporibus expirantibus, nam salua non potest esse materia huius spumæ, alioqui cur per febres ardentes, & nobis etiam currentibus spuma circa os non colligitur? nimirum, quod libera respiratio solum emittat & immitat aerem, in equis uero ob frenum uolenta respiratio redditur, ubi ex cursu amplioris respirationis necessitas augetur; Cur autē qui strangulantur uiuere amplius non possint, si spuma circa os appareat, ratio est, (inquit Galenus) quoniam pulmonis uolentia significatur. Ego potius dicere significari cordis uolentiam: nam etsi pulmo uia patiatur, mortis tamen causa esse nequit nisi quatenus cordi seruire non potest; Quomodo autem uolentia in illis uisceribus oriatur, explicat Galenus, sed satis confusè: Mihi autem uidetur id uelle, quod respiratio necessaria sit ad uitam, vt fuliginosa excrementa quæ in corde gignuntur, expirent, calorque cordis attracto frigidiori aere temperetur, ubi autem intercipiuntur meatus in collo, per quos aer intro extraque fertur, cor priuatum solita distatione, uolenter mouetur aucta necessitate ob calorem auctū, unde confertim spiritum emittit, quem paulatim alioqui expellere solet, quum secundum naturam anima regitur: conferta uero ea spiritus eductio, una secum propriam cordis humiditatem ducit, quæ duo ad pulmonem delata, ab ipso uehementiore conatu exprimuntur, & ad os compelluntur, ex qua mixtione & effuſcentia, accedente etiam uolentiore motu, spuma in ore nascitur. Signum ergo est lethale, quoniam uehementem indicat in corde suffocationem, & caloris effuſcentiam, cuius ratione ita uolenter mouetur; vt non solum spiritum, sed propriam etiam humiditatem exprimat; Pulmo item, uolentos cordis motus excipiens, magna etiam ui mouetur, vt expellat substantiam à corde ad se transmissam, & eam etiam quam in se ipso continet; non mirum igitur si moriantur qui ita afficiuntur, quandoquidem cor uehementer lædi impossibile est, quin mors sequatur: tamen ut Galen. admonet, non semper uetus est Aphorismus, sed ut plurimum cum nonnullis spuma circa os apparuerit qui strangulabatur, & tamen mortui non fuerint: cuius rei ratio est, quod magna cordis uolentia latitudinem habeat, ita ut necesse non sit ex omni uolentia mortem sequi, si spuma appareat; recentiores interpretes aiunt non esse necesse omnem spumam mortis esse signum, sed

tra quæ rubescat eam enim indicare tantam in cor-
de esse noxam, ut sanguinis etiam aliquid ob nimium
impetum expellere cogatur quæ opinio reiicienda
non est, & falsus de hoc Aphorismo.

APHORISMVS XLIII.

*Qui natura admodum crassi sunt, citius intere-
reunt, quam qui graciles.*

N hoc Aphorismo ex causis. nempe ex
subiecto, prædicere docet. Qui enim
inquit admodum sunt crassi natura, ci-
tius intereunt gracilibus; Quæ senten-
tia tunc intelligetur, cum nouerimus
quid sit crassities, quid gracilitas, quæ item illarum
causæ. Crassum, ut alibi ostendimus, multis mo-
dis dicitur: nam aliquando dicitur crassum, quod est
spissum; quo modo humores dicuntur crassi, & con-
coctio omnia in crassum dicitur, & crassum, quod
multam habet substantiam, siue molem substantiæ
suz, ut lignum crassum; hoc modo hic vocat homi-
nes crassos, qui corpulenti sunt, & his contrarios
graciles. Porro crassities in nobis fieri potest, vel ex
magnitudine ossium, vel ex carnis, aut pinguedi-
nis abundantia, ut ex 2. de Temperament. & 2. Ar-
tis Medicinal. in cap. de signis frigida, & sicca tem-
peraturæ; habitus corporis colligere licet. Verum
crassitudo quæ ex ossium magnitudine, & carnis ab-
undantia provenit, nunquam ad vituperandam
molem peruenit; ea enim salubris est cum robore vi-
rium coniuncta; quæ vero ex pinguedine accedit cras-
sities, si præter modum excrescat, sanitati inimica
est, & ob id damnanda. De hac Hippocrates in hoc
Aphorismo intelligit, crassorum nomine peculiari-
ter intelligens obætos; Quod si triplex hæc substan-
tia sit aucta, corpora fiunt admodum crassa, & actio-
nibus nature inutilia: nam ea vix mouere se pos-
sunt, difficile respirant, ad venerem & generatio-
nem omnino ineptissima, quorum corpora sic sunt
æfecta, & (ut vno verbo dicam) sunt hi tan-
quam sues & boues per annos integros saginati,
adeo ut illi solum vtilis sint cum mortui fuerint;
nam etsi caro & ossa per se vtilem habitum efficiunt,
tamen accedente simul pinguedine, omnia fiunt one-
rosa, & graua, adeo, ut anima illa sustinere, & re-
gere non possit. Itaque, si de his intelligatur Apho-
rismus maximè verus est; est tamen etiam vera sen-
tentia in crassis ex sola pinguedine, ut postea osten-
demus; Porro verbum (natura crassi) additum pu-
tat Galenus, quod credat Hippocratis senten-
tiam solum veram esse in his, qui ex nativo tempera-
mento & habitu crassi sunt, hos enim venas & arte-
rias angustas habere, contra vero illos, qui non natu-
ra, & ex suis principijs, sed ex delicatioris victu pos-
tea crassi sunt facti, seruare venas & arterias am-
plas, & propterea illis periculis non esse obnoxios,
ut alij. Ego veto etsi putem eos maximè periculi-
tari, & omnium minimè victuos inter crassos,
qui natura sunt ita æfecti, tamen eadem mala, et-
si non prorsus paria, illos expectant, qui quomo-
documque ob pinguedinem crassi sunt redditi: nam
pinguedo, quæ potissimum adnascitur membra-
nolis partibus, cuiusmodi etiam est substantia ve-
narum, cavitatem vasorum in his quoque replet,
& obstruit. Intelligamus igitur Aphorismum præ-
cipue de his, qui natura sunt admodum crassi, &
postea etiam de alijs, qui quocumque tempore,
& modo crassi ex adipe sunt redditi; Ita etiam graci-

A les capere oportet, qui sine multa pinguedine pauca
habent substantiam ossium, & carnis; nam ut Gale-
pus in 2. de Temperament. scribit, reperiuntur non-
nulli graciles, & pingues, qui etsi salubris crassis, &
obætos degunt, ob gracilitatem, quæ minus onerosa
est crassitie, tamen forte non sunt diuturnioris vitæ,
præsertim, si Galeni causata, quam adfert in Com-
ment. recipimus, de qua iam est agendum; ait enim
idè crassos citius interire gracilibus, quia arterias,
& venas angustas habent, & ob id paucum sangui-
nem, & spiritum, adeo, ut cum ætate processerint,
celeriter in ipsis etiam ob paruam causam calor na-
tius destruat; contra vero, graciles ob hanc ratio-
nem non periclitantur, quia tamen principales partes
nullum habent munimentum: à causis exterioribus
promptè offendi; Ceterum eos, qui natura non sunt
crassi, venas, & arterias latas retinere, licet caro &
pinguedo sint adnatæ, & ob id illos plurimum ha-
bere sanguinis, & spiritus, quæ difficile extingui pos-
sunt. Ego vero non puto illos citò interire qui cras-
si sunt ob sanguinis, & spiritus penuriam: nam si ci-
tò intereunt, non expectant senectutem; ante verò
illam ætatem, sanguis deesse non potest ad nutritio-
nem, & vitæ conseruationem, præsertim, quòd illi
paucum requirant alimentum, ut quibus pauca fiat
dissolutio substantiæ. Præterea, supponit Galenus,
illis deesse sanguinem, & spiritum, cum ætate pro-
cesserint, quasi hi non moriantur ut plurimum in ip-
sa iuuentute, & etiam in adolescentia: itaque non
ob paucitatem sanguinis, & spiritus illi pereunt, sed
quia ob pinguedinem venæ, & arteriæ ex innata pin-
guedine obstruuntur, & ex eadem vndiquaque ad-
iacente, & comprimente constriunguntur adeo, ut
nec sanguis, nec spiritus liberè permeare possint per
corpus ad natura munera continuo obeunda, ut na-
turalis constitutio postulat; propterea illi ita sunt af-
fecti ob angustiam vasorum, ut accedente quacumque
vel læuissima causa, vel ex motu animi, vel corporis
colliquante pinguedinem, vel ex cibo, & potu reples-
te spiritum, & uapore vasa, ita impediuntur, ut calori
subita accedat suffocatio, aut Apoplexia illos inua-
dat, vel aliud genus morbi, quod statim perimit, aut
certè ita afficit, ut cum eo vita diu durare nequeat.
Ceterum quod de gracilibus scribit, non ostendit
veram esse Hippocratis sententiam: nam si crassi ab
internis causis, graciles verò ab externis promptè ex-
tinguntur, dubium manet, an his, uel illi citius inte-
reant. Quare dicendum est, non par esse periculum
quod ab externis causis provenit: nam nihil est quod
maius malum adferre possit, quam sit impedimen-
tum quod calori nativo influenti inferitur: mala ve-
rò quæ à causis externis proueniunt, munimentis
corporis, & prudentia curari possunt, ut vel nullo
modo lædant illa, aut certè non multum; quæ men-
sura crassis corporibus, & internis causis imponi nõ
potest, nisi labore animi, & corporis, & parco, tenui
que victu crassities corrigatur, ut certè corrigi po-
test, ut docet Galenus in libro de Sanitate tuenda.
Quare intelligendum est, eos, qui natura, vel ex alijs
causis sunt crassi, citius alijs interire, si crassi per-
seuerant esse, & ut fieri solet, ætatis progressu crescit
illorum crassities; graciles autem siue parè aut mul-
tum etiam extenuati, solent illis diutius viuere, om-
nium tamen diutissimè viuunt, qui boni sunt habi-
tus, in quo est mediocritas.

APHORISMVS XLV.

*Quicumque iuuenes morbo Comitiali laborant,
mutatione maxime ætatis & temporum,
& locorum, & victuum quoque
liberantur.*

APHORISMVS hic ad prædictionem & curationem pertinet; docet enim quando, & quibus remedijs Comitialis morbus curari possit; sed vt rectè à quibusdam iam est notatum, interpretatio Leonicensi constare non potest: nam si iuuenes fuerint, qui morbo Comitiali laborant, non possunt iuari, & sanari mutatione ætatis: nam iuuentus omnium ætatum calidissima est, & siccissima, & proinde aptissima ad discutiendos affectus frigidos, & humidos, cuiusmodi est Epilepsia, vt postea ostendemus. Itaque, cum omnes ætates, quæ sequuntur iuuentutem, iam frigidiores sint, oberunt vtique illæ huic malo; quod etiam experientia docet, nullus enim qui excesserit iuuentutem, vnquam liberatus est ab Epilepsia. Quare vera lectio petenda est ex 6. libro de Morb. vulgar. Comment. 5. tex. 26. vbi Hippocr. habet. In crescentes morbos mixtio. Quæ verba explicans Galenus; scribit pituitosos omnes morbos, vt Epilepsiam, qui affligunt puerilem ætatem, curari ætatis mutatione, ex puerili in iuuenilem. Qui locus apertissimè docet, de pueris, & non iuuenibus intelligendum esse Aphorismum. Eadem sententiã confirmat Galenus eodem libro, Comment. 1. textu 5. explicans dictum Hippocratis. Infantium esfulgentia cum pubertate nonnunquam mutationes habent: ita enim habet ad verbum. Ipsorum autem interpretatio apud hunc morbum Comitiale significari vult, quia plerumque ab infantia laborantibus, in ipso à puerili ætate ad pubertatem transitu, euanescere consuevit: etenim, id ita fieri compertum est, nisi quispiam eo tempore vitiosa vitus ratione vtens, sibi ipse conseruandi morbi author fuerit. Oritur sane plerumque ob frigidam cerebri temperaturam, humiditate adiuncta, idque sæpius accidit, quoniam rarè ex alicuius membri vitio prouenit; si-

nitur autem quo tempore pubescunt, si & in alijs egrotus, vt decet, se gesserit, quia totius corporis temperamentum ad siccius, calidiusque conuertitur. Refellit etiam hanc versionem Aphorismus septimus, libri quinti, vbi scribit Hippocrates. Quibuscumque morbi Comitiales fiunt, ante pubertatem; mutationem accipiunt: quibuscumque autem vigesimo quinto commoriantur. Quare *vós* hic non iuuenem significat, sed *psorè* p. i. minorem natu, siue puerum. Agit ergò Aphorism. de Epilepsia, quam nostri Comitalem morbum, vel morbum Sacrum, vel Herculeum, vel Puerilem, vel Lunaticum, vel etiam Caducum, & nostrum vulgus malum Sancti Ioannis vocat.

Appellatur aut Epilepsia, quod occupet, & apprehendat præcipuam corporis partem; Comitalem morbum vocant Romani, quod Comitia dirimeret, si quis fortè eo morbo correptus fuisset, dñ Comitia agerentur; Sacros morbos vocabant antiqui, magnos, vt etiam os sacrum, vel quod ad Deos esset recurrendum auctores huius morbi, vt vulgus credebat; vnde etiam Herculeus morbus, quod ab Hercule auxilium esset petendum, vel quòd ipse eodem morbo fortè laboraret; Puerilem morbum vocarunt, etiam antiqui, quod pueri ei malo maxime

A sint obnoxij, & quoniam declinante Luna solent Epileptici accessiones huius mali experiri, idè etiam Lunaticus morbus vocatus est; & quoniam solent cadere in terram, qui ita afficiuntur, & sese mirificè concutiunt, solent vulgares caducum morbum nuncupare; nostrates verò, ideo Sancti Ioannis morbum vocant, quòd credant illius notis, & miraculo persanari, definit Epilepsiam Galenus aliquando negligenter, aliquando verò diligentius: negligentia quidem est, cum dicit illam esse Symptoma facultatis motiue læsæ, & deprauata, ut in libro de Differentijs Symptomatum: nam facultas motiua non læditur, etsi motus lædatur: quoniam ut postea ostendemus, expultrix facultas cerebri, cum mouetur ad expellendum id quod irritat, cerebrum attollitur, & de-

B primitur, atque ita sequitur motus deprauatus in vniuerso corpore. Præterea, hæc definitio non docet totam essentiam Epilepsie: nam principes facultates, non minus quàm motus simul læduntur. Eiusdè negligentia est definitio quæ habetur in 21. Aphor. 3. libri, ubi dicit esse Autumnalem morbum, non. n. Epilepsia, morbus est, sed Symptoma, cum sit actio num titium: propterea cum scribit in Aphorif. 3. 5. libri, eandem esse acutam passionem; etiam recipienda non est: nam etsi accessio Epilepsie acuta sit, non tamen ipsa dispositio quæ consideranda est in definitione morborum: sic enim diceremus quætanam febrem esse breuem morbum, quoniam illius accessio patiens horis terminatur. Melior est definitio quæ habetur in libro de Causis Symptom. ubi

C habet, Epilepsiam esse conuulsionem neruorum totius corporis, non tamen adhuc est perfecta: nam non explicat totam passionem: deinde, non separat Epilepsiam à Tetano, & alijs conuulsionibus totius corporis. Vera autem est definitio quæ habetur in 3. de Locis affect. est inquit, eo loco, Epilepsia Conuulsio totius corporis, quæ succedentibus notibus sit eã occupatione, siue priuatione principum facultatum & sensuum: nam experientia docet tales fieri conuulsiones, & cū ipsi ad se redierunt, referre nequeunt quæ sunt acta interim cum accessio durabat, quod signum est, sensus & principes facultates fuisse occupatas, & ad tempus abolitas. Porro Epilepsie differentias tres ponit Galenus, unam quæ fit primario affecto cerebro; aliam quæ fit per consensum cum ventriculo; tertiam quæ fit per consensum cum alia parte; sed præstat duas primum facere differentias, & postea subdiuidere illam quæ fit per consensum. Ceterum, in causis recensendis Galen. ut solet, Empiricos sequitur in multis locis, ueluti, cum in libro de Causis morborum, scribit eam fieri à uini potu, & cibi copia; & in 21. Aphor. 3. ponit illius causam esse fiam bilem, atram, sanguinem; hic uero scribit, causam esse frigidum & crassum humorem, qui Apoplexiam, & Epilepsiam in eodem corporis loco facit. Verum istæ causæ recipiendæ non sunt: quia non sunt immediate; & quia omnis Epilepsia non fit ab istis causis; tum etiam, quod nec sanguis, nec bilis aliqua, possit eam committere, nullus enim Epilepticus sanatus est ab accessione, excreto uel sanguine, uel bile aliqua; & spuma quæ citra os Epilepticorum colligitur, easdem causas refellit. Itaque cum in Epilepsia successiuis motibus conuellantur partes totius corporis, constat cerebrum attolli, & deprimi, cum quibus motibus nerui qui originem habent à cerebro, sequuntur, & cum illis partes omnes que mouentur, & neruis alligantur, motus autem cerebri non fieri potest ab alia causâ, quàm à facultate expultrice, quæ cum irritatur, concutit cerebrum, ut expellat, quod in eo est noxium. Porro, expultrix facultas non agit nisi stimuletur à te sibi noxia: quare, in-

temperies sola nequit esse Epilepsia causa, quia hoc etiam repugnat subita generationi accessions huius mali; quid est quod potest irritare expultricē facultatem in hoc affectu? in aliquibus constat pituitā esse, quoniam in temporibus, aetatibus, & uictu frigido & humido, hoc malum potissimum prouenit; idem ostendit spuma quae per os exiens accessione terminat. Sed quid dicemus de Epilepsia, quae fit per consensum? in illa enim sentitur aura quaedam aliquando à paruo digito eleuari, & per brachium paulatim ascendere, donec ad cerebrum peruenerit, quo tempore qui eo malo afficiuntur, se ueluti ab aura quaedam percipi afferunt, & statim concidunt; ex quo apparet, in Epilepsia quae fit per consensum, irritationem facultatis expultricis oriri ab ea aura frigida, uel potius uenenosa, & maligna, quae tota substantia cerebro est inimica; quod si illi spumā etiam emittunt in fine accessions, quod pituita abundantis est indicium, tamen existimare non debemus, pituitam etiam in illis esse causam; sed cum cerebrum irritatum à uenenosa illa aura insurgit ad expulsionē, simul etiam pituitam quae semper abundat, simul expellit, & tandem durat accessio, donec uel aura euauerit, aut malignitatem suam deposuerit. Igitur Epilepsia quae fit per proprium cerebri affectum, solam habet causam ex pituita; alia uero ex aura maligna. Nunc uero sequitur ut doceamus qui locus patitur in Epilepsia his causis; & qui sit passionis modus; cur etiam aliquando fiat à pituita Epilepsia, aliquando uero à poplexia; laedi quidem in omni Epilepsia cerebrum necesse est, cum uniuersalis sit consensio, & laesio principū facultatum, haec enim contingere non possunt ob laesionem alterius partis corporis.

Verūm, quoniam in cerebro multae sunt partes, videndum est ad quas potissimum pertineat hoc malum; nā Galen. in lib. de Locis aff. scribit ventriculos cerebri potissimum affici & inter ventriculos mediū & postremum; ubi et corpus ipsius cerebri affici refert, sed minus quam cerebri ventres; habet et illis, anteriores & posteriores cerebri partes laborare; in libro uero & Comment. 6. de morbis uulgaribus, textu 7. statuit in hoc malo ventriculos cerebri, neruorum originem, praecipue spinalis medullae principium laborare. Sed haec minus recipienda sunt quod nulla ratione nitantur; ac distinguenda primum sunt Epilepsia quae sunt per consensum ab alijs, illa enim non habent potius ventriculos quam aliam cerebri substantiam affectos; nam si aura illa uenenosa est cerebri substantia, statim cum in illam incidit, suam vim exercebit, mirū, cum qualibet substantiae pars eiusdem sit naturae; Epilepsia uero quae fit à causa contenta in cerebro, necessarīo ostendit pituitam quam diximus illius causam, ventriculos occupare; quid enim ostendunt subita Epilepsiae generatio, & solutio, & spumae emissio? haec enim fieri non possunt nisi decumbente eo humore in cerebri ventriculos; ac uidentur quidem omnes ventriculi esse obstructi, propterea quod sensus & motus in omnibus partibus & omnes principes facultates pariter, laborant; uidentur tamen maximē pati anteriores ventriculi, quod ostendit spuma quae circa os apparet, & pituita quae per nates emissa Epilepticos iuuat. Differt autem inquit Galenus à poplexia ab Epilepsia, non loco & humore, sed quod in Apoplexia perfecta fit priuatio potentiae influentis ad neruos; morbus autem Comitialis, propter motum uitiosum generetur; at superius ex eo authore ostendimus, diuersum esse locum affectum, quippe cum in Apoplexia dicat illa corpus cerebri magis quam ventriculos affici, contrarium uero fieri in Epilepsia. Deinde, priuatio facultatis defluentis ad neruos, & motus ui-

tiosus, secundariō fiunt; quare, primō tradendum erat id, in quo praecipua est differentia à qua reliquae nascuntur. Est porro ea differentia, quod in apoplexia perfecta sit obstructio ventriculorum cerebri, quae naturam opprimit, quae ad expulsionem confurgere nequit; quo fit, ut sensus omnis & motus destitatur fieri; in Epilepsia uero integra non est obstructio, nec perfecta oppressio naturae. Quapropter illa id quod molestat sentire potest, & ad illud expellendū insurgere; sed cum opus sit uolenta expulsionem, uolentius insurgit ad agendum; atque ita necesse est concuti cerebrum, & cum eo neruos conuelli quod cum fit, motus deprauatus sequitur, igitur hic motus multas causas praedentes. Sed cur dicitur quispam, non seruat portio sensus & principium facultatum ad proportionem obstructionis, ut seruetur motus, quamquam ille deprauatus est? an quod motus necessarīo seruat propter actionem facultatis expultricis cerebri concutientis, sensus uero & principes facultates liberam omnino requirunt uiam facultatis & calidi influentis? quippe cum in somno minora sint in cerebro impedimenta, cum quibus tamen ille facultates & actiones penitus oriuntur.

Nunc superest ut uideamus an omnes Epileptici iuuari possint mutatione aetatis, & in qua aetate mutatio sit expectanda. Galenus in hoc Comm. & in locis praecitatis, scribit Epilepticos liberari mutatione aetatis, de illis intelligit qui hoc malo laborant ex frigidis, & crassis humoribus; ex quibus uerbis satis ostendit, se solum de Epilepticis intelligere, qui per proprium affectum cerebri laborant; & merito forte; nam qui ex aura uenenosa hoc malo tentatur, minime forte iuuari possunt a tati mutatione, quippe cum ea malignitas remedium non inueniat ob mutationem temperamentis, sed ab auxilijs quae pugnant tota ut aiunt, substantia; nisi forte ob solam frigiditatem aura afficiat, tunc enim etiam hos comprehendit aetatis mutatio. Ceterum ex praedictis Galeni locis constat, salutem contingere Epilepticis uel in ipsa pubertate, uel in iuuentute, quod si in pubertate melius habent, uel penitus curantur, id quidem contingere non potest ob caliditatem & siccitatem; nam pubescens aetas temperatissima minime est; quare, etsi paulo calidior & siccior est ueritas; tamen vim habere non potest tantam calefaciendi & exsiccandi ut repugnare possit maximē frigiditati & humiditati, quae est in pituita & cerebri dispositione, à qua pituita & Epilepsia gignitur; an ergo id fit alia ratione, quod scilicet in pubertate maxima fiat corporis & animi mutatio? nam tunc pilorum fit eruptio, & seminis, & in mulieribus sanguinis menstrui generatio, ex quibus noua quodammodo fit natura, quae affectiones omnes deponit, quae in priore aetate fuerant; id quod maximē apparet in puellis, quae erumpentibus mensibus, à multis malis corporis & animi perturbationibus liberantur; igitur, quibus contingit in pubertate liberatio ab Epilepsia, id euenit ob euacuationem humorum extra corpus, & generatione pilorum, & ob nouam

quandam naturam quam tunc omnia animantia induunt ob quam etiam prodesse potest omnibus Epilepticis; quibus uero salus contingit in ipsa iuuentute, illis accedit ex caliditate & siccitate illius aetatis, quae pituitam discutit, & frigiditatem humidiorum; temperiem, huius mali causam emendat. Recte igitur scripsit Hippocrates Epilepticos liberari maximē aetatis mutatione, quali praecipuum remedium ab ea sit sperandum, ut experientia docet: conferunt tamen mutationes temporum, locorum, & uictus contrarius dispositioni & humori ledenti; tempus

pus autem debet esse estiuum, & loca calida & sicca, ubi aer sit purissimus, & tenuissimus à nulla mala exhalatione infectus; uictus quoque sit calidus & siccus, parcus, vini abstinentia, laboriosa vita, sed sine curis. Sed hæc alterius sunt tractationis.

APHORISMVS XLVI.

Duobus doloribus simul eundem locum infestantibus, maior minorem obscurat.

Hic Aphorif. præfens Hippoc. ad rei cognitionem potius, quàm ad Medicinam pertinere videtur: docet enim quid fiat ex præsentia duorum dolorum eodem tempore corpus infestantium in eodem corporis loco, ut rectè vertit interpres: nam male alij addunt negationem, ex qua fit talis sensus, Duobus doloribus simul non eundem locum infestantibus: nam Galeni explicatio priorum lectione probat, & interim docet, quomodo fieri possit ut duo dolores eundem locum infestent. Que explanatio inutilis esset, si negatio adderetur; sed in eo mihi nõ placet, in quo exponit, quomodo simul in eadem parte duo possint fieri dolores, ait enim duobus modis intelligi posse fieri dolores, in uno inquam membro, vel in duobus; & in vno quidem membro etiam duobus modis; vel in eodem exquisitè loco, vel in diuersis; negatque vnquam fieri posse ut in eadem & minima particula sint duo dolores; in eodem vero membro fieri posse, veluti, si dolor sit in digito vno, & alius sit in cubito; verum inquit, hi duo dolores simul augent loci afflictionem, cum neuter lateat agrotantem: si vero inquit, sint in membris diuersis unus, verbi gratia in cubito, alter vero in tibia, tunc alterum ab altero obscurari contingit, eo quòd vis sensibilis tota ad vehementiorem ducatur ac distrahat. In qua quidem interpretatione multa videntur mihi animaduersione digna: primum enim id falsum esse puto, quòd scribit, fieri non posse duos dolores simul in eadem particula; quid enim obstat quo minus diuersi dolores & plures, non tamen oppositi eandem partem occupent; absurdum enim esset, si punctorius & obtusus dolor, aut tensiuus & laxus simul essent, quoniam hi oppositi sunt, & oppositas habent causas. Cur autem tensiuus & punctorius, aut grauis, & tensiuus, item tensiuus punctorius, & acutus, & vehemens, simul esse nõ possint, nec ratio, nec experientia ostendere possunt; quippe, cum idemmet dicat in Pleuritide in eadè membrana, imò in eodem puncto membranæ simul adesse dolorem tensiuum, punctorium, acutum, vehementem, cur enim eadem causa diuersis facultatibus prædita non potest plures affectus in eadem parte excitare? quia enim humor pleuritidem faciens in parte membranosa, & maximè sensibili, est multus, calidus, ideo punctorius, tensiuus, acutus, & vehemens dolor excitatur; & ob arterias, etiam pulsatorius; ergo non solum duo, sed plures dolores in eadem parte consistere possunt, quilibet enim membrana succingentis costas pars omnibus his doloribus torquetur, quoniam tota eiusdem est natura, quæ ab omni vi quæ est in causa agente, affici apta est; idcirco ergo sanguis ob multitudinem, pungit ob caliditatem, ob vtrunque vitium pulsatorium, acutum, & vehementem dolorem parit. Itaque satis perspicere non possum, quo modo Galenus neget simul in eadem particula non posse duos dolores consistere, cum non nisi de his doloribus loquatur Hippoc.

A & experientia doceat eum qui inter alios dolores excellit, alios obscurare. Videas enim aliquando egrotos futuri se omnes hos dolores pati, sed tamen grauissimè se affici nunc à tensivo dolore, nunc à punctorio, aliàs vero à pulsatorio; deindè mirum est quòd scribit duos dolores simul idem membrum, verum in diuersis particulis affligentes, loci afflictionem augere, cum neuter lateat agrotantem; contrarium verò fieri si in diuersis membris sint dolores, tunc enim alterum ab altero obscurari: nam eadem est ratio; quis enim negare potest pariter augeri afflictionem siue in vno membro, siue in pluribus, siue in diuersis plures sint, & dolores, & causæ dolorificæ? non enim Hippocrates docere vult, an afflictio augeatur ex duobus doloribus, quoniam hoc omnibus notissimum est, & stultum sit aliter præcipere; sed hoc solum vult, vnum dolorem obscurari ab alio, minorem scilicet à maiore. Quòd quidem omnibus doloribus siue in vna particula, siue in pluribus eiusdem membri; siue in diuersis membris sint est commune: nam qui obscuratur non propterea penitus tollitur, quando afflictionem auget, non enim prorsus insensibilis est, qui minor est, quippe cum sensus à suo sensibili necessario afficiatur, & mens quæ sunt in sensibus passiones, apprehendat. Proindè, & dolor minor etiam percipitur; eadem ergo est ratio de pluribus doloribus in vna particula: vel in pluribus eiusdem membri, vel diuersis membris, quilibet enim pro sua natura, & vehementia partem affligit, sed hoc tamen accidit, ut magis percipiatur dolor maior in quacumque parte fuerit quàm minor, & ratio huius rei est: quoniam ut alibi ostendimus, ad generationem doloris requiruntur non solum causæ inferentes dolores, sed partis sensus, & communis sensus, siue mens, & superius dicebat Hippocrates: Quæ sensationes apprehendit. Proindè, cum sensus magis afficiatur à maioribus, & vehementioribus obiectis, & illa quoque mentem magis afficiant, accidit ut cum vehementissimè afficitur mens, minus percipiat ea quæ minus ledunt, quo modo antea ostendimus, eos qui acriter pugnant, eo quòd eorum mens sit maximè occupata in certando, & in iniuria inferenda, vel depellenda, sæpè non sentire, aut certè leuiter illata sibi vulnera, vnico enim instrumento vti tur anima, nempe calido influente, quòd cum vniuersum propemodum trahitur ad vnã actionem & opus peragendum, alijs seruire rectè non potest; mirum ergo non est si quæ minus obsunt, minus sensus & mentem afficiant, & ob præsentiam maioris mali obscurentur.

APHORISMVS XLVII.

Dum pus conficitur, dolores ac febres magis fiunt quàm iam confecto.

Hic Aphorif. non solum ad rei cognitionem, sed etiam ad curationem pertinet, ex eo enim intelligimus quo tempore pus fiat, aut sit iam factum: ex qua cognitione pariter agnoscimus quando varianda sint remedia: nam interim cum pus conficitur, concoquentia, eo vero iam confecto, digerentia sunt adhibenda, aut locus suppuratus aperiendus. Dicendum ergo est quid sit pus, quot illius differentiarum, in quo affectu pus gignatur, quæ materia, quæ efficiens causa, quòd instrumentum, quis finis, & quis generationis modus:

ex his enim Aphorismi sententia patebit. Pus Galenus in Commentario definit esse veluti cinerem qui relinquitur ex ebullitione, & exustione sanguinis; in qua definitione aliqua sunt notanda: nam pus non fit sicut cinis ex adustione, & consumptione humidæ & aeræ substantiæ lignorum; nam pus fit per concoctionem, quæ non exustioni, sed elixationi, vt Galenus alibi tradit, vel potius maturatiõni respondet, vt antea nos ostendimus cum de concoctione ageremus. Præterea, non sufficit ebullitio quædam vt fiat pus, sed necessaria quoque est putredo cum ipsa concoctione, nulla enim substantia in pus mutatur, quæ putredinem non senserit; deinde, pus non est residuum, & reliquæ sanguinis perfecte exusti: nã ipsemet sanguis in abscessibus in pus mutatur, plurimum autem refert dicere, pus esse sanguinem ex concoctione, & putredine mutatum: vel ipsum pus id esse quod relinquit post sanguinis exustionem, non ergo pus cineri comparari potest hoc modo, quoniam diuersa est vtriusque generatio, generationisque modus, diuersaque quæ relinquitur materia: ac solum cineri potest in hoc comparari, quod sicut cinis post adustionem remanet, sic pus finita concoctione & putredine relinquatur, & factum appareat. Est pus aliud quidem optimum in suo genere, aliud vero bonum, aliud malum plus vel minus; optimum quidem est, vt inquit Hippocrates quod est album, lenè, æquale, & minimum fetidum, illud enim, quantum fieri potuit est maximum concoctum, & assimilatum concoquentibus partibus, & ob id optimum; quod vero dixi minimum fetidum, ostendit interpretes nostros falli, qui minime dicere solent: nam cum pus putredinis aliquid necessario in se habeat (vt postea ostendemus), non potest prorsus esse sine fetore: sed quod minimum illius habet, dominans concoctionis & non putredinis est indicium. Ceterum, quanto minores habet & pauciores conditiones earum quæ in optimo requiruntur, ita, ut tandem non pus, sed putridus humor, aut sordes potius nuncupari debeat. Pus gigni solet in inflammationibus, in ulceribus, & vulneribus cauis, in generatione carnis, necnon in contusis partibus. Scribit etiam Gal. in lib. 1. de differ. febr. vbi de febribus putridis agit, sed metum in vrinis proportionem respondere puri, quod in inflammationibus gignitur, sed cur non vocauit illud verum pus, cum ex concoctione & putredine fiat sedimentum, & sit veluti cinis; vt hic tradit de vero pure? an quod materia ex qua sedimentum fit, non est eadem cum illa, ex qua verum pus generatur? sed quænam est quæso veri puris materia? Scribit Gal. in hoc Comm. esse sanguinem: intelligere autem oportet sanguinis nomine, non quartum ipsum humorem commixtum cum bile, pituita & humore melancholico, sed omnes humores simul, qui nomine sanguinis etiam nuncupantur; quomodo dicimus sanguinem gigni in hepate, & sanguinem mitti secunda uena, uel aperto aliquo uase profluere, talis enim sanguis inflammationes facit, & in pus mutatur. Sed qualem uult esse sanguinem Gal. ex quo fieri debet pus. bonum ne an malum? Scribit de hac re in lib. 5. de Symp. ubi de suppurantibus medicamentis agit, illic habet materiam ex qua fit pus, non esse prorsus benignam, nec omnino tamen alienam, & ob illius uitium fieri, ut ingenitus calor plane uincere non possit, etsi ille sit secundum naturam. Quæ sententia mihi quidem non placet: nam ut ille in 3. ad Glaucon. & alibi ubi de generatione inflammationis agit, testatur inflammationes uerè ex optimo sanguine fieri, sola quantitate replente & distendente partes; itaque, si perfecta non fit alteratio ut in

A nutritione, id non est adscribendum materia, sed calori, qui ut rectius hic scribit, non est plane secundum naturam; si igitur, inflammationes fiunt ex optimo sanguine, & in illis ex eadem materia pus fit, merito statuere debemus, ueram, & optimam materiam optimi puris ex optimo sanguine sumendam esse; ac tanto quidem deterius fiet pus, quanto sanguis ab optimo recedet. Sed dubitabit quispiam, an syncerus aliquis humor possit in pus uerti, & an præter ipsos humores aliqua alia substantia possit esse materia puris. Ego etsi nihil habeam clarum de humoribus apud maiores nostros, tamen non dubito asserere, ex synceris alijs humoribus fieri vel pus, aut aliquid quod puri est simillimum: nam omnis materia quæ putredinem sensit, & à partibus corporis caloris non prorsus alieni beneficio uincitur & assimilatur, in pus mutari potest: quippe, cum prædictas qualitates puris recipiat: alioquin quomodo dicere potest Galenus Sedimentum quod fit in urinis, proportionem respondere puri, quod fit in inflammationibus nam sedimentum illud (ut alibi ostendimus) nihil aliud est quam pituita, in sanis concocta, in febricitantibus suppurata: si enim putredo forte fiat in pituita contenta in uenis, ut per febres quotidianas, necesse profecto est illam per alterationem concoqui & assimilari; per quam fit pus in abscessibus, non inquam, per putredinem, uel puram concoctionem, sed permixtam alterationem, quæ nihil aliud est quam suppuratio, id est, alteratio in qua pus gignitur, hoc enim sequi oportet, si ex ea pituita non sequitur nutritio, ut in optima & simplici concoctione; nec sequitur corruptio ut in simplici putredine; tertia quæ relinquitur alteratio mixta ex his duabus, & ea ut diximus, & iam diligentius ex Galeno ostendemus, nihil aliud est quam alteratio, in qua pus generatur; quod etsi non est perfectum, quia non est ex tota humoris massa; tamen pus est appellandum, quia generationis eandem habet causas, & qualitates, quæ pus emulantur, & eundem generationis modum. Ita ergo de humoribus sentiendum est.

Tradit etiam Galenus in lib. 5. de simplic. & passim etiam alibi, contusam carnem necessariò suppurari; quod intelligendum quidem est de ea, quæ est vehementer contusa; sed quonam modo illa in pus uerti potest album, lenè, æquale? an potius dicendum est, sanguinem contentum in uenis, uel potius ab illis expressum in carnem partis contusæ suppurari, carnem uero ipsam si vehementer affecta sit, putrescere, & per putredinem separari ab alia sana, ut chirurgia sæpè docuit: nam quomodo caro ipsa solida in pus liquidum degenerare possit non uideo. Hæc ergo de materia ipsius puris.

Ceterum, id quod suppurationem efficit, & pus gignit, solet Galenus uocare calorem: tamen ubi diligentius de ea re agit, pus ideo album fieri tradit, quia fit à partibus concoquentibus; præcipuum igitur efficiens concoctionis est pars similis, quæ ut aliarum naturalium operationum, sic concoctionis est author, ob insitam sibi animam, quæ est omnium actionum & motus in nobis principium: calor uero ut illarum omnium functionum, sic etiam suppurationis est instrumentum. Verum ut in perfecta concoctione & puris generatione requiritur facultatis concoquentis & animæ officium, sic in putredine absque illis calor putrefactionis est auctor. Sed qualem, quæso calorem requirit suppuratio? Gal. ut uidere sit in hoc Comment. tres ponit alterationes & transmutationes: vnam quæ putrefactio; aliam quæ nutritio; tertiam, quæ suppuratio dicitur; ac putrefactionem dicit fieri à solo calore præter naturam, concoctionem uero,

vero ab eodem secundum naturam, suppuracionem vero a mixto calore ex naturali & præter naturam: qui locus malè intellectus, occasionem dedit Medicis absurda dicendi; duos inquam esse in nobis calores, vnum secundum naturam, alterum præter naturam; qua opinione nihil potest esse absurdius, ut alibi diligentius ostendimus. sic enim oporteret duas esse frigiditates, siccitates, & humiditates, specie inter se diuersas. Ponere ergo oportet vnum esse colorem, qui per gradus dicitur planè secundum, vel præter naturam, aut mixtam vim habere, non per compositionem duorum calorum, sed per multiplicationem gradus, ex qua sit intensior aut remissior; qui immoderatus est, ille prorsus est vitiosus & aptus ad actiones edendas mediocres, & secundum naturam, quæ idem sunt; qui verò est prorsus immoderatus, est vitiosus, natureque opera penitus destruit, & propterea præter naturam dicitur esse: qui verò cum certa mensura excedit, etsi non optimas tamen non pessimas actiones edit, cuiusmodi est puris generatio, in qua ob caloris excessum & prohibitam transpirationem, putredo aliqua incipit fieri in humore, ex qua factum est, vt humor ille nutrire non possit, cum putredo sit corruptio substantiæ; sed quia postea calor transpirare cepit, materia emendatur, & in qualitatibus concoctionem recipit, vnde pus à concoctione prævalente concoctum, & optimum dicitur, etsi interim putredinis aliquid habet; mixtus ergo dicitur calor, non quod ex duobus caloribus sit mixtus, sed quia mixtum opus facit, ex additione quadam graduum: nam qui secundum naturam est, duos gradus habet, vno vero accedente, fit iam mixtus ex eo, quod secundum naturam est, & eo, quod est præter naturam; quod si vehementius intendatur, iam totus dicitur præter naturam, etsi gradus quidam sunt mediocres, quoniam quicquid ab eo fit, nihil habet tale, quale illud est, quod ab eo fit, qui prorsus est moderatus & secundum naturam: etenim vera concoctio assimilât materiâ quæ concoquitur per substantiam, & qualitates omnes: suppuratio vero solum per qualitates, putredo vera omnia reddit dissimilia. Rectè ergo dixit Galenus calorem suppuracionis auctorem esse quodammodo mixtum ex utroque calore: ne quis putaret veram fieri mixtionem, ex duobus caloribus. Et hæc sufficiant de natura caloris, à quo fit suppuratio; putredo, & concoctio; At, finis nature alterantis materiâ quæ patitur, est assimilatio, quare in nutritione, suppuracione, & putredine, idem est finis, quem natura assequi studet; sed quia aptum est in concoctione instrumentum (calor inquam) in putredine prorsus ineptum, in suppuracione autem mediani naturam obtinet, ac in putredine nulla nature facultas, vt in aliis duabus actionibus agit, ideo diuersum finem natura assequitur, nutritionem inquam, putredinem, & suppuracionem. Nunc sequitur, vt videamus cur in generatione puris fiant dolores & febres magis quam effecto iam pure; & cur non dixerit penitus cessare dolores & febres pure factis; sunt quidem dolores, vt rectè scribit Galenus, ob maximam ebullitionem quæ fit à calore aucto in parte humore plena, ex qua quidem ebullitione humores contenti extenuantur, & multos vapores emittunt, à quibus pars vehementer distenditur & calefit; atque ita vehementes dolores in omni inflammatione fiunt, dummodo pars sensu sit prædita; in aliquibus vero fiunt multæ dolorum differentiæ, vt tensiuus, pulsatorius, punctorius, vt antea ostendimus: ob calorem autem communicatum mediante spiritu & vapore calido & putredo ipsi cordi per arterias & venas, fiunt & augentur febres: quæ omnia mala minuantur factis iam pure: nam

A absoluta ebullitione, cessat febris generatioque vaporum atque diminuta est materia per insensibilem transpirationem, atque ita tensio & dolor minuitur, non tamen prorsus cessant, quia adhuc est quod distendit, pungit, & erodit: pus enim acre est, ut fit factum ex putredine & calore vehementiore, vnde de sibi ipsi viam quærit erosa carne & cute; & quia igneam qualitatem adhuc in se retinet, vt cinis recenget ex adustione lignorum confectus, sic febrem adhuc fouet, quare minores dolores & febres fiunt, non tamen penitus cessant confecto pure. Verum dicit fortè quispiam, cur in generatione puris spiritus intus concludimus, cum quibus calor augetur; an præstaret transpirationem procurare ad refrigerium, cum quo videtur concoctio melior futura, & putredo minui, quippè, cum eam in tertio Comment. tertij Artis Medicinalis ostenderimus ex prohibita transpiratione perpetuè incipere, augeri, & perfici? An dicendum est, plurimam materiâ quæ in loco inflammato est recepta, non posse concoqui nisi à plurimo calore apto ad concoctionem, is enim necessarius est quod est halituosus; propterea nos emplastica calida ad mouemus, cum quibus ignei vapores halituosiores redduntur ob humorem medicamenti, & simul plurimum inditur benignioris caloris à quo iuuatur concoctio, quam natura alioqui perficere non poterat; etsi interim etiam simul putredo qualem requirit puris natura, perficitur, putredini ergo fauemus, quia aliter mixtam cum ea concoctionem promouere non possumus. An fortè etiam dicendum est, extrinsecam illam prohibitionem quæ in actuali calore medicamenti fit, vim non habere intendendi calorem præter naturam. Hæc quidem euidenter ostendunt veram esse Hippocr. sententiam, de generatione puris, quod fit in partibus inflammatis. Sed quid dicimus de pure quod fit in vlcibus? an illud eandem habet causas & eodem modo comprehenditur in hoc Aphorismo? cogimur paulo altius repetere huius rei principia. Scribit Galen. in lib. 3. Methodi, in omni concoctione resultare duo genera excrementorum, & ob id in generatione carnis, quæ sanè per concoctionem fit, fieri eadem excrementa, & tenuè vocari ichorem, crassum vero sordem, & ex illo vlcus fieri humidum, ex hoc vero sordidum, & propterea semper esse opus cum caro gignitur, duobus generibus remediorum, uno quidem exsiccante, altero vero abstergente. Quæ sententia si vera esset, nunquam fieret pus bonum in generatione carnis: nam si natura vt ille inquit, in omni tempore, quo caro generatur, duo illa procreat excrementa, in quo tempore quæso gignetur vnquam pus? At dicit fortè quispiam, pus esse sordidum illud excrementum, sed hoc falsum est: nam sordes istæ inquit ille, à principio vsque ad finem, cum carnem natura procreat generatur, pus verò bonum nunquam in primis diebus gignitur. Adde, quod pus fit album, lenè, æquale, minimum fetidum, quas conditiones nullus vnquam in sorde esse dixit. Præterea, Hippocr. solum esse exsiccandum in vlcibus memoriæ prodidit, ut idem etiam Galenus sæpè refert; unicum ergo remedium sufficit, quod scilicet habet vim exsiccandi; proinde vnus affectus, & unum excrementum in eo corpore nature resultabit, aut si præter pus duo etiam illa fiunt, tria iam erunt, & non duo solum ea excrementa. Deinde, si in concoctione, quæ fit in inflammationibus, solum gignitur pus, cur duæ substantiæ inter se diuersæ in productione carnis fiunt? Adde, quod vlcera sordida semper damnamus, quod argumentum est, sordem non esse naturale excrementum, resultans ex natura bona concoctione; sunt quidem in concoctione, ad quam sequitur nutritio, duo gene-

ra excrementorum, quoniam in omni alimento aliquid familiare est, & illud est mediocre, quia talis est natura nostra; aliquid excrementosum, & illud est crassius, & tenuius, ita postulante compositione, que fit ex omnibus elementis, & his excrementis non carent partes ulceratæ cum replentur carne, sed illa eodem modo, ut in alijs partibus colliguntur in superficie extensa, præsertim quod est crassius, tenuius vero insensibiliter transpirat; pus uero, sanies, & quicquid emanat ab ulceribus, aut abstergitur, aliterius naturæ sunt excrementa, fiunt enim illa ex sanguine copiosius influente ob venarum incisiones, & erosiones in partem concavam alterato, & mutato in saniem primum, & postea per meliorem concoctionem in pus. Quare hæc non fiunt excrementa sicut alia separato malo à bono, sed boni portione superabundante alterata per concoctionem, & leuam putredinem, ut puris natura ostendit: nã sanguis extra venas esse non potest absque corruptione, & hæc corruptio putredinis est particeps, quia libera non fit transpiratio in ulceribus dum sanantur, & ab extrinseco aere etiam alterantur. Ex quibus quidem colligo, vnicum esse, & fieri in generatione carnis excrementum ex influente sanguine genitum, quod quidem ab initio ob maiorem influxum bene concoqui non potest; quare illud tenue, aquosum, & cruentum est, & tunc ichorum, id est sanies vocatur; postea vero procedente concoctione, albescere, crassescereque incipit, donec tandem puris nomen accipiat, quod etiam latitudinem habet, donec optimum euadat, quod tale esse dignoscitur, quando est album, lenè, æquale, & quam minimum foetidum. Sed hæc omnia accuratius in Comment. nostro in tertium Artis Medic. sunt demonstrata, ubi etiam ostendimus ulceratas partes nullam postulare exsiccationem, nisi simul ex alijs causis humidam intemperiem contraxerint, sed solum saniei & puris ablationem quæ non solum per exsiccantia, ut lintea exhibitur, sed per abluentia ut aquæ, & vini affusionem, tolluntur. Hoc igitur pus, quod fit in ulceribus, non facit ut dolores, & febres magis fiant, cum fit: nam illud paulatim fit, propterea non fiunt tensiones, nec ad illius generationem requiritur calor, qui febrem augeat, imo si dolores, & febres maxime infestabant cum sanies gignebatur, iam cum fit pus, ea mala mitescunt, & omnia denique meliora redduntur, quanto pus melius gignitur, & tale perseverat, eadem est ratio de pure, quod fit in contusione carnis, nam ex contusione conculcatur intus sanguis prohibeturque transpiratio ex qua leuis putredo fit, quæ concoctionem penitus non impedit, unde pus ex utraque actione gignitur.

APHORISMVS XLVIII.

In omni corporis motu, ubi laborare coeperit, quies statim lassitudinem aufert.

Hic Aphorismus sententiam habet, quæ nascitur ex eo, in quo antea scripsit; Quicunque morbi ex repletionem fiunt, curat euacuatio, & quicumque ex euacuatione repletio, & aliorum contrarietas: Nam si contrariorum contraria sunt remedia, sequitur quietem esse remedium malorum quæ fiunt à labore: sed ut interpretatio accuratior euadat, primum docebimus quid intelligat per corporis motum; deinde, quid faciat motus simpliciter, & per suas differentias in corporibus nostris; quid item fit laborare;

A postea, quid faciat quies, & an læsiones omnes à motu factas tollat. Porro motum corporis intelligunt interpretes exercitationem; verum dictio (omnis) hoc cultius aliquid significat: nam motus corporis non solum fiunt per exercitationem, & alios corporis motus voluntarios, sed etiam naturales: nam si ob nimiam expulsionem, aut arctiorem retentionem, vel attractionem uiolentiorum, laborat corpus, quies illarum actionum medetur malis, quæ fiunt ex eo motu; Præterea, trahi etiam potest Aphorismus ad animi motiones, si enim ob nimiam cogitationem, vel ratiocinationem, vel memoriæ motum, animus defatigetur, cessatio, & quies illarum operationum contractæ læsioni medetur: verbum (quietem) vertunt nostri interpretes laborare, quod inquit Galenus in hoc Commentario significat dolere, & fatigari, siue pati lassitudinem, verum, in 5. Commentario in sextum Epidem. hoc vocabulo significari ait hæc omnia exercitari, defatigari, dolere, & simpliciter lædi. Videtur autem mihi aptissima esse hoc loco significatio, si lædi intelligamus, non enim solum dolores, & lassitudines ex motu accidunt, sed multe alia molestiæ, quæ omnia incommoda læsionis nomine aptè continentur.

Ceterum, si laborare verbum interpretati sumus læsionem omnem quæ fit à motu, malè interpretaverit *ἀσθενία* id, quod lassitudinem aufert: nam *ἀσθενία* solum medetur lassitudini, non dolori, & alijs læsionibus. Itaque, cum Galenus dicat quietem mederi dolori, & lassitudini, necesse est ut sit etiam communis affectio, quam parit quies. Dicendum ergo est, quod quies statim læsionem tollit. Postulat iam docendi ratio, ut doceamus affectiones, & postea læsiones, quas parit motus corporis. Scribit Galenus in lib. 1. de sanit. tuenda motum corporis tria facere, calorem nativum augere, singulas partes laborare, & excrementa, tertiam concoctionis euacuare, & merito quidem: nam motus omnis, qui fit attritu duorum corporum duriorum, calefacit; calor autem ætius excrementa extenuat, viasque aperit rarefaciendo. Præterea, si quid semicrudum est in corpore, concoquit, bonumque sanguinem gignit, quod bene nutriuntur omnes corporis partes; ad quæ necessario sequitur corporis robur; verum si quis exactius docere velit, non tres primum, sed vnum caloris effectum constituemus, caloris nempe incrementum; ad quod non solum illa duo, sed plura, alia consequuntur. Quinetiam, si quis diligentius varios affectus, quos motus pro sui, & corporum differentia excitat, perpendemus, aliter adhuc res distinguenda erit: non enim omnis motus semper auget calorem, sed aliquando debilitat, nec omnia corpora ex omni motu roborantur, sed multa ex illis imbecilliora redduntur, nec ab excrementis repurgatur corpus in omni motu, sed aliquando ab illis magis oneratur quis enim est qui non videat ob longiores, vehementioresque motus ita dissolui spiritus, sanguinemque digeri, ut corpus, & frigidius, & siccius manifestè reddatur: tantum abest ut calidius fiat? Quis item non videt debiliora corpora ubi vehementius exercentur emaciari, debilitari, & contabescere? ut omnis exigua flamma à vehementiori vento extinguitur, ita debile corpus à vehementiore motu. Quis item non videt, ex vehementiore motu, bilis plurimum gigni primum fluxu, deinde atra: præterea, molliorem carnem liquari; atque ita excrementis repleti corpus: quod ostendunt ulcerosæ, phlegmonosæque lassitudinis materie generatio, quæ ab actionibus excrementis in corpore ob motum genitus fit; distinguenda igitur sunt motus & corporis differentia: sic enim vnum omnium intelligemus, & quid commo-
di,

di, aut incommodi fequi poffit perfpicimus. Motus vna differentia eit, in qua dicimus quofdam eife debiles, alios validos, alios mediocres, alia, in qua dicimus quoldã eife tardos, alios veloces, alios in hac differentia mediocres; Alia differentia cõprehendit paucũ, multũ, & mediocrem motum, Alia æquales, inæquales, & mediocres: Alia, ordinatos, & inordinatos. Otium rur ex his compofite differentia, vt quilibet perfpicere poteft; Sic etiam in corporibus multæ differentie reperiuntur, quæ vni motionum uariant: quedam enim funt temperata, alia in temperata, alia robufta, alia debilia, alia plena humoribus, & illis quidem uel bonis, uel malis, alia malis uacua, & bonis mediocriter affecta; ergo, cum oēs affectus, qui in corpore noftro contingunt, ex motu corporis nafcantur, ratione caloris, folum neceffe eft ostendere quis calor & quantus, & quo modo à fingulis motibus excitetur; in qua quidem re illud fupponendum eft, cum mentio fit de aliqua differentia motus, alijs in nominatis mediocritatem in his feruari, & folum fpectandum quid differentia, quæ affinitate præftare poffit; ergo debilis motus calorem debilitèr excitat, ualidus, ualidum, mediocris mediocrem; fi tardus motus calorem tarde excitat, uelox uelociter, mediocris, mediocriter in uelocitate, & tarditate; paucus motus ex fui natura paucum calorem, multus multum commouet. Iam uero multæ inter fe coniunctæ differentia eandem caloris differentiam pariēt: nam paucum calorem excitabunt debilis motus, uelox, & paucus: Debilis, tardus, & multus; paucus, fed in ualido, & debili mediocris; Mediocris tardus, Tardus paucus & ualidus; Tardus folum, Debilis paucus. Debilis tardus, paucus & tardus, Item debilis paucus, & tardus fimul: nam ubi excessus ponitur in aliquibus differentijs, & defectus in alijs æqualis, mediocris fit affectus: fi uero plures funt differentia deficientes quam excedentes, effectus debilitatis vincit; Quod fi omnes differentia conflituantur ex debilitatis motibus, aut excedentibus, effectus funt uel minimi, uel maximi: non mirum igitur, fi debilis & uelox, debilis & multus pari modo calorem excitent: nam quod uelocitas itatim facit, id tempore multus præftat; perinde enim calefiet qui duabus horis ambulabit, mediocres omnes differentias affumendo, ut is, qui fortè octo horarum fpatio curret; fic debilis, paucus & uelox uidetur eandem uim habere cum debili, multo, & tardo, & fic omnia omnibus comparando inuenies quæ funt eiuſdem, aut diuerſe facultatis. Hac igitur ratione ut prædictæ differentia calorem paucum excitant, fic mediocrem efficiunt omnes differentia mediocres. Item debilis & multus debilis & uelox, ualidus, & paucus ualidus & tardus, mediocris tardus multus; mediocris uelox paucus, tardus multus excedentem uero calorem, fed parum fupra mediocritatem accendunt debilis, uelox, & multus motus. Item mediocris & uelox, tardus ualidus, & multus, Calorem autem paulo maiorem parit motus mediocris, uelox & multus; ualidè autem calefacit motus ualidus, uelox & multus; qui uero ualidiffimus uelociffimus, & plurimus eft, extremè calorem auget. Superelt, vt doceamus quænam differentia fingulis differentijs corporum competant. Ac motus quidem differentia, quæ paucum calorem excitant conueniunt debilibus, bilioſis, melancholicis, calidis, paucos humores habentibus, uel tenues, neutris corporibus, raris, & tenues humores habentibus, etiã cacochymis, aut bonis humoribus plenis, niſi prius præcefferit commoda euacuatio, fed præftat ea hic etiam fupponere, quæ ante motum funt præftanda à Medicis. Porro, mediocres omnes differentia, aut quæ medio-

crem calorem excitant, corporibus mediocriter affectis competunt. Quæ uero accendunt calorem parum fupra mediocrem, competunt validioribus corporibus & paulo frigidiorebus, & humidioribus, repletis, uel craſſiores humores habentibus fupra mediocritatem, uel quæ cute funt ſtrictiore. At differentia, quæ ualde calefaciunt, ualidiffimis corporibus, frigidiſſimis, & humidiffimis craſſiffimis & quæ cute funt denſiffima. Ceterum, poſteaquam commoda oftendimus, quæ conueniunt corporibus ex differentijs motionum: nunc incommoda explicare opportunum eft. Igitur differentia quæ calorem fupra mediocritatem auget debilia corpora, primum quidem calefaciunt, fed poſtea diſſoluus ſpiritibus & humoribus refrigerant, bilioſa uero corpora in febrem præcipitant: & in illis etiam bilem gignunt, melancholicos autem præter modum exſiccant, & in magnos morbos adducunt; in his uero qui acres & mordaces humores habent, ulcerofam adferunt laſſitudinem; in ſecioribus corporibus abſque uitio humorum, tenſiua, in his, qui bonos & multos habent, phlegmonofam. At quæ debilem mouent calorem motiones, in pituitofis ſtatu gignunt, humores commouent, quas vincere non poſſunt, & proinde fluxiones excitant, ualida autem corpora debilitant, & in illis excrementa gignunt pituitofa, quoniam magnus illorum calor à paruo motu feruari non poteſt; in his autem, qui craſſos & acres humores & multos habent, ſcabiem, & tubercula pariunt, quoniam humores mouent ad eum, quos planè diſſoluere non poſſunt; omnium motionum tarda tutiſſima, deinde pauca, uel mediocris, uelox periculoſiſſima: nam ut in ſequenti Aphorifmo ſcribet Hippocrates. Quod paulatim fit & paucum eft, naturæ amicum & tutum: quod uero ſubito fit & multum eft, naturæ inimicum & periculoſum. Hæc ſunt ueluti exempla eorum, quæ fieri poſſunt in noſtris corporibus à motu ſimplici, uel compoſito, ex quibus prudens Medicus intelligere poterit, quid de reliquis ſit ſentiendum. Sed dicit forte quiſpiam motum incommoda nulla adferre, cum Galenus in lib. 6. de Morb. vulgar. 3. Comment. textu 2. & paſſim idem repetat, motum roborare, otium tabefacere, & corpus extenuare; an dicendum eſt præcepta, quæ ſimpliciter traduntur in Medicina, intelligenda eſſe de cauſis mediocriter agētibus in corporibus temperatis, & mediocriter affectis? At, ſi quies tabefacit, & corpus extenuat, cur hic dicit, illam eſſe remedium malorum, quæ ex motu fiunt? An, quod ea, quæ morbis iã medentur præſentibus, mala ſunt ad ſanitatem conſeruandam: eo enim ſpectat quod ſcribit Celfus, cauendum eſſe ne in proſperâ ualitudine præſidijs aduerſæ utamur; Licet ergo quies nimia ſanis corporibus obſit: tamen ubi corpus ex nimio motu læditur, ea prodeſt, quoniam calorem accenſum à motu temperat: ad temperiem autem & refrigerium ſequitur ut mala, quæ à motu fiebant non amplius procedere, & augeri poſſint; quod ſi leues ſunt adhuc affectus, quos motus peperit, nõ eſt opus alio remedio quàm quiete, quæ quidem ſtatim adhibenda eſt, ut incipientem affectum intercipiat, unde uerbum, ſtatim, cum quiete & non cum uerbo, ſoluit, eſt potius coniungendum, ut talis ſit ſenſus: quies ſtatim adhibita ſoluit, uel etiam ſtatim ſoluit. At ſi maiora ſunt mala nata ex motu, non ſola quies mederi poteſt, ſed alia auxilia ſunt adhibenda: hæc enim docuit Galenus, & nos etiam eum ſequuti in enarratione Aphorif. Quicunque morbi ex repletionem fiunt, curat euacuatio; quæ enim adhuc ſunt in fieri, & in generatione, ablatis cauſis efficientibus tolluntur; affectus uero iam geniti, ideſt qui perie-

perseuerare possunt ablatiis causis primum mouentibus, requirunt propriam curationem, remotis causis coniunctis; ablatio autem causarum remotiorum, prodest solum ne mala illa maiora fiant; potest ergo quies incipientem lassitudinem auferre, & iam factam prohibere ne augeatur, sed eam sanare non potest; eadem autem est ratio de moribus animi, & malis, quæ ab illis proueniunt, quies enim illius eacurate potest ubi incipiunt incommoda, illa uero confirmata non curat.

APHORISMVS XLIX.

Qui consueuerunt solitos labores ferre, etsi fuerint imbecilles, & senes, non consuetis fortibus atq; iuuenibus facilius ferunt.



M in precedente Aphorismo dixisset ex motu laborem, & molestiam aliquando sequi; in hoc Aphorismo explicat quinam facilius motus sustineant, aut difficilius. Ferunt autem facilius, inquit, qui consueuerunt eos sustinere, etiam si imbecilles fuerint, vel senes: difficilius autem, qui non consueuerunt eos perferre, etsi robustiores fuerint, vel iuuenes. Ceterum, per labores intelligit Galenus corporis motus, ut fodere, remigare, arare, currere, & similes exercitationes: sed satius est laboris soliti nomine intelligere omnia uitæ munera, siue animi, siue corporis labore perficiantur; nam qui literarum studijs, & alijs cogitationibus incumbunt, aut vigilare, vel dormire, aut certis horis edere, bibere, aut à cibo, potuq; abstinere conueuerunt; laboris igitur nomen comprehendat corporis, & animi omnes actiones. Porro imbecilles intelligere oportet non ex morbo; morbo enim imbecillitas, ad omnes labores est inepta; sed quæ in latitudine sanitatis infirmiores sunt alijs. Iam uero facilius ferri labores dicuntur, qui melius, promptius, & minori conatu, ac cum minore molestia eos sustinet. Ita. o. explicauimus quod dicebat Hippoc. senes facilius ieiunium ferunt. Cur uero imbecilles, & senes consuetos labores facilius ferant, fortibus, & iuuenibus non consuetis, nullus ex interpretibus huius Aphor. rectè explicauit: nam his, qui Orbisij nomine Comment. in Aphor. scripsit, ait corpus esse robustum, & aptum ad omnes actiones obeundas cum illas acceperit; id quod in senectute contingit, iuuenibus uero ait, profunditatem adhuc deesse, ut qui incremento secundum longitudinem adhuc sustineant. Quæ ratio omnino est absurda: nam communis non est imbecillibus, sed senibus dumtaxat; deinde iuuenes, & qui sunt in ætate consistente, maximè obtinent perfectum corpus; senes autem iam minuuntur, tabescunt. n. & curuantur. Postremo, adoleſcentia, quæ maximè crescit, ad omnes labores ferendos est aptissima. Alij uero omnes interpretes, Galeni interpretationem sequuntur, quæ prorsus est rejicienda, ait enim laborem, & exercitationem partes eas, & corpora roborare, quæ exercantur; itaque fieri, ut labores consuetos facilius ferant illi, quoniam inquit, robustiores sunt: quæ sententia quid potest esse absurdius? Verum quid est, ex labore, & exercitatione corpora robustiora reddi; sed quid hoc facit ad interpretationem Aphor. in quo ponit author imbecilles facilius ferre fortibus labores sibi consuetos; supponit enim quosdam esse imbecilles, alios fortes, & imbecilles statuit facilius

A ferre. Non ergo in his, qui imbecilles sunt, ratio potest à robore maiore. Præterea, Galeni ratio de coniectis laboribus nihil agit, in quibus tamè Aphor. tota vis consistit, sed simpliciter de laboribus, ait enim, omnibus commune existit, quod partes exercitæ fiunt robustiores, atq; idcirco labores consuetos facilius ferunt; atqui robur efficit ut labores quoscunque feramus, consuetudo autem ut facilius feramus. Dubium. n. non est, quin robustiores, & consueti aliquid facere facilius id efficiant non consuetis. Sed de his, ut diximus, non agit Aphor. qui robur concedit non consuetis, imbecillitatem uero dat consuetis: non tamen propterea uult otiosos hos esse magis, quàm alios: demus. n. exempli causa, aliquem consueuisse remigare, aliam terram fodere, uterq; par robur sibi comparauit in brachijs potissimum, si tamen unus ad alterius officium transferatur, qui non consueuit in eo versari, difficilius altero feret; non quia robustiora habeat brachia, aut alias partes corporis (par enim robur ex diuersa exercitatione comparari statuimus) sed quia deest consuetudo. Celsat ergo Galeni interpretatio, quæ ex maiore robore sumitur; sumenda autem est propria causa ex consuetudine, quæ habitum parit in nobis, per quem qui libet promptè operatur in his, quæ per consuetudinem didicit; Ac quod plus possit imbecillitas, & senectus cum consuetudine ad obeunda opera consueta, quæ fortitudo & iuuetus, quæ uouos labores aggreditur, non solum rō, quæ de iuuetate ex acquisitione habitus, sed etiam experientia idem testatur: uideamus enim ualidos, graciles, & senes, consueta onera facilius gestare, quàm quadrates homines huic officio non assuetos; quin etiam, illud tritum est, quod dici solet, triremes eas esse optimè munitas, quæ assuetos remiges habent, etiam iam senescentes, eas uero ad cursum ineptiores esse, & alia officia, quæ illic obeuntur, quæ iuuenes solum, sed uouos & infuetos habent; Idem in pictoribus uetulis licet uidere, qui nulla ferè difficultate tota die sublatis manibus, & reflexo capite pingunt, cui operi, nemo etiam validissimus, non assuetus sine magna difficultate per duas horas sufficit. Discunt ergo partes, & totum corpus, & animus longa consuetudine faciliè ferre suos labores, & promptè exercere sua officia, quandoquidem consuetudo habitum aptitudinemque in nobis parit, & in naturam transit. Quod si nostram interpretationem maiorum auctoritate comprobare uelimus, inueniemus Aristot. in 1. Problemate 28. Sectionis idem sensisse.

APHORISMVS L.

Quæ ex longo tempore consueta sunt, etsi deteriora sunt, infuetis minus molestare solent: oportet igitur ad infueta permuari.



H VNC Aphorismum priori ita connectit Galenus, quod cum in illo de exercitationibus consuetis solum egerit, hic generale præceptum de omni re consueta tradere uelit. Mihi tamen non solum ea ratione uidetur hic ab alio differre, quod uerisimilior hic sit, sed quod ueluti conuersa sit propositio hæc, illius: cum enim corpora consueta cum non consuetis comparasset, docuissetque ea quæ consueuerunt aliquid agere, etiam si imbecilliora essent, facilius illud perferre quam alij, qui robustiores essent & non consueti: nunc res quæ perferuntur, inter se comparat, dicitque ea quæ ex longo tempore in consuetudine

suetudinem venerunt, etiam si deteriora sint, minus tamen molestare quam meliora non consueta in eo ergo corpora nostra, & materiam Medicam inter se comparat, & vt in illo imbecillos robustis, & consuetos non consuetis comparabat, ita in hoc deteriora melioribus, & consueta non consuetis opponit. Verum quod desiderabatur in illo Aphorismo de consuetudine, hoc adiecit, nam cum consuetudo vel ex longo tempore, vel breui comparata dici possit, explicat de qua consuetudine sit intelligendum de ea inquam quam adepti sumus longo tempore; quasi necesse non sit, vt debiliores facilius quam robusti illud agant, quod paruo temporis spatio efficere ceperunt, tamen doctis, consuetudinis nomen & ratio tempus longum includit (siquidem consuetudo alia dicitur facere naturam, & alium habitum comparare) quae quidem fieri non possunt, nisi longo temporis progressu. Porro, verbum (deteriora) intelligere non debemus, quid sint in genere mali, sed in genere boni, in quo latitudo est, ita vt aliquid sit optimi, aliud vero deterius, id est minus bonum: nam quae mala sunt, etsi minus offendunt consuetos, tamen omnes semper laedunt; quae autem bona sunt suapte natura, non semper profunt: nam absque consuetudine nonnullam molestiam afferunt; cum illa vero sepe fit, vt quod minus bonum est, praefendum sit meliori. Item, capere oportet deteriora, non solum in genere, siue in comparatione ad hominem temporatam, sed in comparatione facta ad eum cui dicuntur bona vel mala, deteriora vel meliora: nam temperatus cibus suapte natura dicitur optimus esse, quonia optimus simpliciter dicimus, quod optimè affecto corpori conuenit; frigidum vero corpori cibus non est optimus, sed deterius: melius vero ipsi est qui frigidus est; ita etiam capere oportet ac si dicamus exercitationem quae sit remigando, & lusu paruae pileae, vni & eidem conuenire, sed meliorem esse illi exercitationem, quae lusu pileae perficitur, praefendam tamen esse aliam si consuetudo adiungatur; Verum nunc quae maiorem habent difficultatem aggrediamur; inter quae primum occurrit illud, an simpliciter hoc de omnibus consuetis sit intelligendum; Secundo an vna & eadem sit ratio in omnibus, an diuersa vt Galen. putat; Tertio expendendum est an hoc intelligendum sit in omni corporis statu, scilicet sano aegro, & neutro; Quarto videndum erit, an illa quae ob consuetudinem minus molestare solent, etiam minus vel magis prodesse soleant; Postremo, explicandum erit, cur Hippoc. laudans prius consuetudinem, concludat esse transeundum ad non consuetam, & quomodo transitus iste fieri debeat. Quod ad primum ex propositis attinet, Galenus non solum exercitationes, quo nomine omnia vitae munera comprehendit, sed etiam cibos, potiones, balnea, lotiones, vigilias, somnos, calefactiones, frigefactiones, curas, quibus omnia alia comprehendit quae in nos vel agere, aut aliquid à nobis pati possunt comprehendit putat hoc procepto, à cuius quidem opinione ego recedo: nam studia, artes, corporis labores, & vt semel dicam, illa quae ex frequenti operatione habitum in nobis gignunt, per quem postea promptè agere possimus, consuetudini subiiciuntur; alia vero quae pertinent ad naturales facultates, non habent semper eandem rationem: nam rusticos qui pane atro, aqua, aut vino diluto minusque bono vti consuevit, non deterius afficitur, si mensa domini non consueta, vtatur: non enim solum non molestabitur à puro pane, & optimis carnibus, vinoque optimo, sed etiam ex eo victu meliorem habitum sibi comparabit: natura enim id est naturalis facultas, vt dicit alibi Hippocrat. per

A consuetudinem, & artem non discit bene agere, cum infitas sibi habeat facultates, quae alimentis gaudet, qualia desiderat corporis necessitas; ac illa quidem mutatur necessitas ob caloris mutationem, quae plus vel minus substantias ex quibus constamus, dissipat; unde euenire videmus, vt ciues in agris, vbi se vehementius exercent, & puriore aere vtuntur, carnem suillam, orizam, legumina & alia rustica alimenta magis appetant, quam ea, quibus vti consueuerunt in otio, atque vmbrosi vita.

Igitur naturales facultates in genere, & qualitate alimentorum non iuantur, aut laeduntur consuetudine; & si quid liberius dicendum est, quae consueta sunt ex longo tempore alimenta, molestiam adferunt; Alia vero placent; quod ostendit appetitus, regula omnium facultatum naturalium: quae enim appetimus audius, eadem attrahimus, retinemus, & concoquimus felicius, docet autem experientia, nos maxime abhorre ab vno & eodem cibo, qui iam dudum semper in usum venet, quo tempore; nouum quodlibet alimenti genus maxime expetimus, idque optima quidem ratione fit: nam etsi alimenta similitudinem desiderant cum his quae nutriuntur, tamen requirunt etiam dissimilitudinem, cum mutatione in nobis requirant; Itaque longa ea consuetudo necessaria dissimilitudinem minuit, ex qua etiam minuitur appetitus, & actio singularum facultatum, quae ad nutritionem sunt necessaria, praefert ergo natura bonam substantiam alimenti, & probas qualitates consueto alimento deteriore substantiam, & qualitates habenti, in quantitate vero iam plus aliquid

C virtutis habet consuetudo: nam qui consueuerunt parum edere, & hoc illis deterius est, quam iustam mensuram assequi, tamen minus molestatur à solita cibi quantitate, quam ab alia; At, in modo, aut tempore cibandi magna est vis consuetudinis, qui enim semel tantum quotidie edere consueuerunt, vel bis, aut ter, & plus vna vice, quam alia, aut non nisi certis temporibus, maxime offenduntur si consuetudinem mutauerint, id quod experientia, & Hippocrates in secundo de Victu acutorum aperitissime docet. Quapropter, suadent Medici, in his consuetudinem esse retinendam, etsi ratio iudicet praefendum esse suapte natura quod consuetum non est. Sed quid dicemus de his quae extrinsecus alterant corpus? Galenus in Comment. eandem putat esse rationem: corpora enim densata à frigido, facilius ferre inquit consueti frigoris occursum quam calidi non consueti; sic laxata à calore corpora, maxime offendi à frigore statim per laxatas partes subintrante. Verum si quis diligenter haec perpenderit, hoc solum inueniet, nempe quid corpora quae consueuerunt versari in aere, vel frigido, vel calido, minus offenduntur alijs, quae solita non sunt idem pati. Verum hoc nihil ad propositum nostrum, in quo quaerimus, quodnam ex duobus minus molestare possit nostrum corpus an scilicet id quod consuetum est, & deterius, an quod non consuetum, & melius: non autem duo corpora sumit, vnum consuetum, aliud vero non consuetum aliquid perferre, non dubium autem est ex Hippocr. sententia eos qui frigidiores, aut calidiores sunt natura, melius se habere in aere & temporibus contrarijs: est enim de hac re scriptus Aphorismus secundus sequentis libri, quam sententiam, etiam sequitur Galen. in illius interpretatione, omnes enim ab his quae eisdem commendant melius habent, quam ab illis quae eisdem fouent & augent, quis enim quae sunt in Aethiopia natus, & educatus vbi maximus est solis ardor, minus sentiat molestiam in aere temperato; quis ex Germanis non libenter fugit frigus suae regionis, & non

fatetur se hyberno tempore melius degete in Italia loco sibi non consueto, quam in patria natia? Nulla ergo molestia ab infuetis rebus melioribus consuetis accedit ab his quae extrinsecus alterant. Nec facit quod Galenus scribit in Commentario de frigore subito penetrante corpus laxatum: nam huiusmodi frigus laxato corpori non est melius quam ipse calor, ut supponit Aphorismus. Quid vero de excrementis retentis, & emissis secundum vel praeter consuetudinem est dicendum? ferunt quidem facilius illorum noxas consueti alijs: nam qui consueverunt alui excrementa etiam urgente necessitate cohibere ut qui in Aulis Principum degunt, minus offenduntur alijs, qui certis horis ea emittere consueverunt; si tamen cogente necessitate quispiam deiciat praeter consuetudinem, minorem certe ille sentiet molestiam alioqui ob consuetudinem eadem retinere didicit aut potius vnus & idem a re consueta deteriore, minus quam ab alia meliore, & non consueta, afficietur: natura enim omnes excessus quaeque suapte natura sunt mala, sponte refugit, maximumque sentit commodum ex eorum remotione, postquam sequitur temperies, & mediocritas.

Quid item de vigilia, & somno dicendum, eos inquam qui consueverunt vigilare, aut dormire plus vel minus certis, vel incertis temporibus, minus offendi alijs ab eo quod est sibi consuetum: nam qui parum dormire consueverunt, minus offenduntur illis, qui longiori somno sunt assueti, si parum dormire cogantur. Verum si eorum motum longiorem somnum requirit, ille quidem somnus non magis molestat, vigilia aut somno breuiore; illos ergo quod melius est non consuetum, minus molestat deteriore consueto; Eadem est ratio de animi curis passionibusque reliquis; qui enim vitam duxerunt per multos annos implicitam multis curis, minus molestantur alijs qui in otio antea degerunt, & postea coguntur vitae genus amplecti, quod leuiore etiam curas habet. Verum & illi qui curis assueverunt, non sentiunt a mediocri otio maiorem molestiam quam a curis consuetis; Itaque consuetudo, ut vno verbo dicam, magnam vim habet in his quae ex habitu agunt, vel aliquid simile habitui contrahunt: necnon in ijs quae habitum efficiunt, aut aliquid simile: in alijs vero vel nullam, vel minimam habet potestatem; id enim postulat consuetudinis natura, quae paulatim vim suam promit quo ad modum, & illa quae habitum efficiunt; Quapropter, illius vis euidentissima est in actionibus quae pendent a nostra voluntate, & iudicio: cuiusmodi sunt corporis exercitationes, & animi studia; quoniam enim illa ex frequenti operatione comparantur, ideo habitum in nobis faciunt, per quem postea prompte operari possumus: & quia consuetudo iam est habitus, aut certe habitum fecit, propterea quae consueta in illis sunt, cum minore molestia agere, & pati possunt; Ac eadem ratio communis etiam est actionibus vitalibus & naturalibus, in quibus veluti habitus quidam comparatur: non mirum ergo, si natura, in genere & qualitate alimentorum, non gaudet magis consuetis quam alijs; neque enim illa edere, aut bibere didicit ex consuetudine aut habitu: sed expetit quod illi deest ad restaurationem substantiae dissolutae, hoc veto, vel alio modo aut tempore edere & bibere, & etiam plus vel minus, longa consuetudine, nobis magistris sibi comparauit, cum paulatim naturae leges immutauimus, cogente ita vel necessitate, vel ambitione, aut alijs causis quae

A primum impediunt, ne natura ipsa tantum, & eo tempore, & modo ederet biberetque, ut ipsa appetebat. Atque ita paulatim habitum in natura fecimus, qui ei praeualeret quod sibi ab initio erat insitum; communis ergo sumenda ratio est in omnibus in quibus praeualeret consuetudo habitus, & aptitudine, & non peculiaris singulis, ut Galenus facit, qui perpetam, ut antea ostendimus, putat etiam in hoc Commentario labores, & exercitationes corporis consuetos facilius alijs ferri ob robur: nam imbecillitas, & senectus quam dicit esse aptiorem Hippocrates fortibus, & iuuenibus, causam non potest capere ex robore; id quod etiam euidenter ostendunt labores, & studia animi, non enim ex continuo studio literarum, robur comparatur, ut factis experientia docet, siquidem ut dici solet, Minerva neruos minuit, tamen senes, & imbecilles solita studia facilius ferunt fortioribus, & iuuenibus. Male etiam in cibo, & potu quaerit rationem ex alio quam ex habitu: nam, ut diximus, in certis scopis nutritionis consuetudo minus potest, quam quod nouum, & recens est, & in quibus potest ex habitu causa ducenda est. Deinde, ratio quam sumit ex faciliore alteratione a similibus, quod scilicet facilius alteretur, quod simile est, in nullo scopo vera apparet: nam etsi similitudo eius, quod patitur quantum iam se est, faciliorem facit transmutationem, & minorem molestiam: tamen quia in transmutatione omni requiritur etiam vis agentis, apparet ut diximus, facultates nutritiuas difficilius agere in eo quod iam longa consuetudine est simillimum, quam in aliud. Sed qualem quaeso adferemus rationem ex similitudine, hac agentis, & patientis in modo & tempore edendi? cure enim quidam semel, alij saepius, alij vero non nisi certis horis edere appetant, id certe ex ea similitudine rationem inuenire nequit; in eo autem quod scribit de corporibus laxatis a calore, vel densatis a frigido, ut ostendimus aberrat: quia non supponit maus bonum non consuetum, & minus consuetum, sed malum non consuetum. Deinde rationem hic non adfert, in lib. vero de consuetudine, ad similitudinem etiam, ut dixit de alimentis, refert: quia enim inquit, calidus aer his qui consueverunt in eo versari, similior est, ideo minus laedit; at supponere deberet aerem non consuetum meliorem esse ut temperatum, aut paulo frigidior, ut facit Aphorismus, & tunc videret illos minus offendi in aere non consueto, quam in alio; at, quaeso, quid dicit de his qui vigilare, aut dormire parum vel multum, & certo modo & tempore consueverunt? an quaeso illi minus offenduntur a solito somno, & vigilia ob robur, vel similitudinem? non enim sicut exercitatio corporis, ita vigilia, & somnus deteriores, & consuetae roborant; nec ob similitudinem quae est in alimentis id accidit, sed ob eum habitum quem homines contraxerunt, minus offenduntur: ob eundem etiam habitum ab excretis, & retentis minor fit noxa in his qui consueverunt, vel cohibere vel emittere excrementa.

Sequitur nunc explicandum an consueta in omni statu corporis minus molestare soleant alijs, eodemque negotio ei, quod quarto loco propositum est, satisfacimus; sed alia via est procedendum, ut non solum quae minus, vel magis molestant, sed etiam quae magis vel minus profunt, (quae quidem multum inter se differunt) comprehendamus. Quinetiam simplicia primo & postea composita inter se comparare oportet.

Primum ergo quaeremus, an consueta in omni statu magis profunt non consuetis; Deinde, an consueta

sueta mala, bonis non consuetis possint magis prodesse; Tertio loco, an consueti deteriora sed bona, consuetis melioribus magis prodesse valeant. Eadem postea querenda sunt de his, quae molestant, an scilicet consueti in omni statu non consuetis magis molestare possint; Item, an consueti mala, bonis non consuetis magis, vel minus possint molestare; Postremo, an consueti deteriora, sed bona consuetis melioribus minus etiam molestare sint apta. Quod verò consueti in omni statu non possint magis prodesse constat: Nam his, qui morbo laborant, non consueti magis prodesse sunt apta: nam cum in illis queramus mutationem affectuum praeter naturam, morbi in qua, causarum morbi, & symptomatum, dubitare non est, à non consuetis potius quam à consuetis auxilia esse petenda: quoniam consuetudo similitudinem facit; propterea consueti minorem habent vim mutandi; Vt ergo curatio sit per contraria, ita dissimilia similibus sunt praefenda; Propterea, si mulier eo tempore, quo menstrua patitur, febre corripiatur vehementiore, non veremur sanguinem ex cubito mittere: nam etsi plus sanguinis vacuet ea purgatio, minus tamen prodest ad febris curationem, quia ob consuetudinem minimas efficit in corpore mutationes.

Qua ratione etiam admonent Medici, ne vno medicamento ad purgationem corporis saepius utamur: ea enim consuetudo contrarietatem tollit, quae necessaria est dum mutationem querimus; Verum, ut res consuetas, per morbos imitare debemus, ita modum, tempus, & alios scopos in quibus consuetudo plurimum potest, definire debemus: non enim ut cibos, & potiones consuetas in sanitate, praesente morbo mutamus: sic cibandi tempus, & modum consuetum si morbus permittat, variabimus: quoniam in his est factus habitus, qui in omni statu, & maxime in aegro seruandus est: Contra verò, in sanis, in illis actionibus in quibus consuetudo vim suam habet, ut in motibus corporis, & animi, magis profunt consueti alijs, quoniam illa aptiora sunt ob similitudinem, quam pepererunt ad seruandum naturalem statum; Ac non solum quidem consueti in illis, magis profunt, sed etiam efficiunt ut illa, quae ipsis sunt inimica, minus laedere possint; Referunt enim historiae, Mithridatem Regem sumpto veneno seipsum enecare non potuisse, quod sepius suo antidoto antea vsus, corpus aduersus venenum munierit.

Porro, in conualescentibus, & his, qui parati sunt cadere in morbos, nec planè consueti, nec omnino insueti magis prodesse possunt: mixtus enim est illorum status, praesertim in illis, qui expositi iam sunt morbis; Quare nec planè similia, nec dissimilia conferunt: Sic ergo de consuetis, & non consuetis simpliciter sentiendum.

Ceterum, consueti mala, bonis non consuetis in aegrotis semper minus profunt: nam ut nihil temerè in illis agendum, ita mala omnia vitanda praesertim consueti, quae nullam, vel minimam mutationem efficere possunt; In sanis verò si non admodum mala sunt, magis prodesse possunt bonis non consuetis. Malum enim est si homo sanus, & suae spontis, vtensque exercitijs vtars sanitatis tuendae praecipit, semel tantum quotidie edat; Verum vbi iam ille processit aetate, praestat vt cum victu malo consueto viuat, quam si meliorem suapte natura viuendi rationem intenter; In conualescentibus verò à morbis magnis nihil malum molliendum; recidivae enim est periculum, nec in his,

A qui iam consistantur cum instante morbo, illi enim mutationem requirunt praesentis iam morboisae causae; quare nec mala tentanda, nec consueti iam profunt.

At verò, consueti deteriora, sed bona in leuioribus morbis in sanis, conualescentibus, & in morbo leuiore instante, magis prodesse possunt melioribus non consuetis; In grauioribus verò affectibus, quod optimum est, contempta consuetudine, praestandum, eo enim pertinet, quod scribit Hippocrates extremis morbis exquisitissima remedia conueniunt. Iam verò agamus de his, quae magis vel minus molestare possunt. Certum quidem esse puto, in statu praeter naturam, ea quae sunt consueti, maiorem molestiam adferre non consuetis: Ratio enim ex superioribus petitur, quòd scilicet mutatione sit opus ad tollendum id, quod molestat; minimam autem mutationem efficere posse, quae consueti sunt, propterea febricitantibus vinum consuetum per sanitatem, longè molestius est quam aqua.

Consueti igitur in eo statu minus profunt, & magis molestant, atque etiam laedunt, in sanis verò in illis operationibus, in quibus dissimilitudo suam etiam habet vim, vt in appetitu, & concoctione nutrimenti, quae non sunt consueti minus molestant: Consueti vero nauseam, & molestiam pariunt; contrarium vero accidit in illis functionibus quae per habitum agunt, sic etiam consueti mala in morbis magis molestant bonis non consuetis. Atque eodem modo de alijs est sentiendum ex superioribus rationibus; quas si quis diligenter expendet, veras esse inueniet, etsi alienas ab aliorum doctrina, qui nulla habita distinctione consuetudinem in omnibus laudant tanquam vtilem, & minimè molestam: est enim, vt satis ex supradictis patere puto, consuetudinis, & consuetarum rerum multiplex natura, quae simplicem non potest admittere tractationem, est & corporum diuersus status, qui ab vna re eodem modo affici non potest, sed cur quae so, quod vltimo loco explicandum proposuimus, Hippocrates posteaquam consuetudinem laudauit, iubet ad insueti transeundum esse; verum qui ita dubitat, non intelligit Hippocratem id praecipere, non quod insueti consuetis praeferat, in quibus consuetudo est seruanda, sed ut omnia insueti aut plurima, dum aetas, tempusque ferunt, nobis consueti, familiaria reddamus.

Perbelle enim, inquit Galenus vnica consuetudo periculosa est, quam variis conditionibus, & sortibus uita nostra subiecta sit, ita, vt non semper illius rei, quam consuetam fecimus, copia suppetat. Quod ergo dicit, oportet ad insueti permutari, perinde est ac si dicat, oportet multis assuescere. Quomodo autem à consuetis, ad insueti transeundum sit, in superiore libro docuimus, & in sequenti Aphorismo obiter pertractabimus.

APHORISMVS LI.

Plurimum atque repente euacuare, vel replere, calefacere, vel refrigerare, siue quouis alio modo corpus mouere, periculosum: quoniam omnine nimium est natura inimicum; sed quod paulatim fit, tutum est, tum aliis, tum cum ab altero ad alterum transitus fit.



M in superiore Aphorismo dixisset ad inueta esse transeundum, modum autem transitus non docuisset, de eo in presenti tractat, iubens subito id non esse faciendum, sed paulatim. Ac cum in remediorum usu multi sint scopi obseruandi, vt in primis lib. ostendimus, hactenus non egit de modo euacuationis, vt de alijs scopis, ne frustra preceptum vniuersum traderet de vno remedio, quod omnibus accommodari potest. In hoc ergo Aphorismo occasione sumpta ex precedente generali precepto, modum docet, quem tenere debemus in usu materiae Medicæ; Quia in re argumento vtitur, ex particularibus colligens vniuersale, vel ex vniuersali inferens particularia: vterque. n. modus argumentandi ex hoc Aphorismo trahi potest; Ac priore quidem modo, talis sit ratiocinatio. Plurimum & repente euacuare, replere, calefacere, refrigerare, aut alio quouis modo mouere, periculosum; ergo omne, quod plurimum est, & subito fit, periculosum est, & tanquam inimicum fugiendum: tutum autem est, quod paulatim fit. Secundus modus argumentandi ita deduci potest. Omne quod plurimum est, & subito fit, naturæ inimicum, & periculosum: ergo plurimum & repente euacuare, vel replere, vel alio quouis modo corpus mouere non debemus; cuius argumenti ratione & vim postea demonstrabimus, sed præstat prius dictiones quasdam explicare, quæ dubitationem excitare possunt: Nam quod nosler interpretis vertit, omne nimium naturæ esse inimicum, ex auctoris sententia non dicit: Hippoc. enim scribit *τὸ πλεον. i. multum*, & non nimium esse naturæ inimicum: Quod enim nimium est, per se statim malum apparet, ita, vt precepto non egeat, quo caueatur. Quod verò multum est, vel repentinum, dubitare aliquis posset, an bonum vel malum sit: cum & voluptates, & dolores vt Plato, & Galenus tradunt, non nisi ex subitis mutationibus fiant; Quinetiam sæpè calefacimus, & vacuamus multum, idque cum magna vtilitate; veluti cum sanguinem vsque ad animi defectum mittimus, vel in ediam, extremumque victum ægris iniungimus sæpè etiam hæc obsunt. Itaq; Hippocrates de eo, quod dubium est preceptum tradit, quo admonet non licere nobis absque periculo corpus multum, & repente aliquo modo mouere. Præterea, eodem vocabulo vtitur statim ab initio, cum dicit, plurimum atque repente; quare non erat postea vertendum idem nomen nimium; Differunt autem inter se multum & nimium, vt satis loquendi vsus docet: nam sanguinis missionem vsque ad animi defectum, magnam & multam dicimus, non tamen nimiam; Ergo, si particularia dānat, quæ plurima siue multa sunt, & rō sumitur ab vniuersali, dicendum est, omne multum siue plurimum, esse naturæ inimicum, non autem omne nimium: Quomodo vero plurimum sit intelligendum, postea docebitur. In eo etiam quod vertit: sed quod paulatim fit, annotatione quadam est opus: quod enim Hip-

A pocrates dixit *τὸ δὲ κατ' ὀλίγον*, vel in alio exemplari *κατὰ μίσηρον* non paulatim, sed parum & paulatim vertendum est; duas enim dictiones antea posuit *πολύ καὶ ξαπνίς*, idest multum & repente: quibus vnicam opponit *κατ' ὀλίγον*, quod (paulatim) Latinis non explicat: nam paulatim tempus tantum describit, non rei quantitatem: potest enim aliquid multum esse, & paulatim fieri, quod Hippoc. non probaret, etsi id melius sit, quàm quod multum est, & subito fit, vt verbi gratia licet nobis sanguinis libras duodecim, aut plures etiā unius anni spatio ab uno corpore euacuare: quæ uacuatio etsi paulatim quidem fit, tuta tamen non est, quia multa est: quod autem multum est, periculosum esse inquit Hippoc. Itaque quod tutum est, debet non solum paulatim fieri, sed etiam non multum esse debet; cum ergo Hippocrates damnauerit quod est pessimum, id inquam, quod est multum & subito fit, laudet nunc oportet quod est optimum: illud autem est, quod paucum est, & sensim fit; quæ vero multa sunt, sed sunt subito, mediam naturam habent inter illa, quæ sint pessima & optima; legendum ergo est, quod paucum est, & paulatim fit, aut verbum paulatim vtrunque complecti statuamus. Nunc vero explicandum est, quid per multam, siue plurimam calefactionem aut vacuationem, & denique quid per plurimum mouere intelligat. Quæ quidem in re recentiores interpretes multam vacuationem, & alia plurima esse dicunt; quæ vires debilitant: ea enim semper esse cauenda, iuxta Galeni sententiam, qui scribit in Comment. 3. Aphorismi libri primi vacuationes faciendas esse donec vires tolerant; vbi autem æger debilitari incipit, eas sistendas esse, etiam si malus humor adhuc in corpore superfit: in quo nec Mithra Brasauolus, nec alij sibi constant: nam cum multam euacuationem ita primo definiuissent, & periculosam esse enunciaissent, postea eius, quod dixerunt obliiti, non dicunt esse periculosam si multa sit solum, sed si multa, & subita fuerit; oportebat ergo definiuisse non multam euacuationem eo modo, sed multam & subitam simul. Sed grauior est error, quod nec multa & subita ex viribus definienda sit: quandoquidem nec vacuatio, nec alia remedia à viribus indicantur, vt in primo libro docuimus; sed affectus est euacuatione egens, qui vniuersam euacuandi rationem indicat, quod cuiuslibet patere potest: si enim affectus forte postulet ad sui ablationis detractionem librarum quattuor sanguinis, non plus detractum esse, rectè dicere possumus, etiam si vires fuerint debilitatæ: contra vero, si quis vnus librae sanguinis detractione liberari possit, vires quattuor absque debilitate educi patiantur, plurimum tamen, & plus quàm oportet euacuatum corpus merito conueniri possumus: non ergo vires, quæ in euacuationibus aliquando nihil mali patiuntur, aliquando vero maximè debilitantur, possunt indicare certam euacuandi rationem; Alij vero multam euacuationem, & multum in alijs, remedijs perperam vocant, quod ea excedit, quæ moderatis, & temperatis corporibus debentur: nam singulorum sunt propria remedia, nec quod temperatis competet, alijs conuenire potest, etsi illi regula statuitur, cum generatim materiae Medicæ vires expendimus. Galenus in Comment. plurimam euacuationem & inanitionem vocat, quæ elementorum commoderationem destruit: naturam enim nostram, ait, consistere ex ea commoderatione, & propterea omne quod est plurimum, idest excellit, eam corrumpere, & dissoluere. Quæ ratio solum comprehendit mutationes, quæ sunt in sanis: nam vbi vehementissima forte febris infestat, tunc natura nostra non constat ex commoderatione Ele-

mentorum, sed ex magno excessu caloris, qui mediocritatem violat; ita vbi est plethora, ut in Athleticis, magnus est humorum excessus, qui quidem affectus tolli non possunt tuto ex paruis, & paulatim adhibitis remedijs, imò ea solum, quæ excedunt, & subito fiunt, sunt tutissima ea enim sola contraria sunt magnis, & confertim ledentibus morbis, & eorum causis.

Quid ergo sentiendum? Primum quidem illud multum & plurimum esse censendum, quod excedit mensuram quam postulat corporis status ad sui conservationem, vel liberationem à morbis; deinde, omnes interpretes errasse, qui hunc Aphorismum ad euacuationes, & ad alia remedia, quibus utimur in morbis abigendis trahunt, nihilque magis tritum habent in ore, dum aliquid ad curationem morborum est molendum, quàm hunc Aphorismum, quo putant authorem magna & subita remedia damnare: nam hic Aphorismus solum aut maximè pertinet ad sana corpora, quæ sunt in mediocritate constituta, postulantque proinde sui conservationem, & non mutationem & si in aliqua re mutatio facienda est, vt à rebus consuetis ad non consuetas, eam esse paulatim adhibendam, quod Galenus primum ostendit, cum ait: nam in elementorum commoderatione natura consistit, sanorum enim & non aliorum talis est natura, deinde, verba vltima Aphorismi idè docent, cum ait, tum cum ab altero ad alterum transitus fit: nam in ægotis transitus non fit ab altero ad alterum, aut si fit, non fit paulatim, & quod paulatim fiat, non est tutum, nec amicum naturæ, quæ enim tunc est natura non est ex commoderatione, sed ex excessu sæpè magno, & subito factò; quare talia quoque remedia esse oportet, ut Galenus passim in Methodo medendi & in 3. Art. Medic. demonstrat. Eo etiam pertinent quæ antea scripsit Hippocrates. Extremis morbis extrema remedia conueniunt, & vbi morbus peracutus est, statim extremos habet labores, & statim tenuissimo victu utendum; & cū de Athleticis loquitur, iubet statim soluendum esse illorum habitum; & alibi cum dicit: Quæ longo tempore extenuata sunt corpora, lentè reficere oportet, quæ breui, breuiter; Ac ne singulos locos prosequar, clarissima est Hippocr. & Gal. sententia, in curatione morborum, aut præseruatione plurimum & repente sæpè esse vacuandum, & alio modo mouendum, & illud esse naturæ amicum: quando quidem, tunc maximè voluptas contingit Platone & Galeno teste, quando subitus fit transitus & magna mutatio à statu morbofo in naturalem; verum vt istæ mutationes, quæ magnæ sunt & subitæ, sunt illis optima, ita sæpè non vacant periculo, quando scilicet vires pati possunt violentiam ab illis auxilijs, cuiusmodi sunt euacuationes, & repletiones: nam ut Galenus in 7. Meth. & alibi scribit, calefacere, refrigerare, & alio modo alterate tuto possumus, quantum affectus ipse requirit: At, euacuare & replere non item: non enim omnem vacuationem aut repletionem quam indicat curatio, semper sustinere possunt vires; ergo in statu secundum naturam quod plurimum est, & subito fit, periculosum est & inimicum, quia sanorum vitia minimam mutationem requirunt, quia parua sunt, vt Galenus in Thrasibulo docet; & quoniam sanorum conditio est in habitu, quiete gaudet, & subitas proinde mutationes respuit; præsertim vbi consuetudo mutanda in ipsa est, in quibus habitus est contractus; in statu vero præter naturam magnæ & subitæ mutationes, vbi affectus ita postulant, sunt bonæ, & non inimicæ præsentis naturæ, aliquando tamen periculose; aliud enim est, aliquid malum esse, aliud periculosum; quod apparet in sanguinis

A missione, vsque ad animi defectum; quæ tanquam optimum remedium quibusdam malis à Medicis præcipitur, sed non sine periculo remedium hoc administratur; aliquando enim (vt Gal. in Methodo docet) mors ex eo sequuta est, igitur eum Aphorismus hic pertineat ad mutationes, quæ fiunt in sanis, ratio in primis tradenda est, quæ omnibus conuenit causis, quæ naturalem nostrum statum mutant. Deinde quæ peculiaris est singulis, de quibus agit Hippocr. in Aphorif. Communis autem causa desumitur ex commoderatione qua constant sana corpora, quæ vt moderatis causis conseruatur, ita ab eo, quod est multum dissoluitur, ergo quod multum est, hac ratione est malum, & periculosum. Cur vero id, quod subito corpus nostrum mutat, malum etià & periculosum im fit, non docet hoc loco Hippocr. nec etiam Gal., qui solum ostendunt cur multum vel vt interpres vertit, nimium sit naturæ inimicum. Quod autem subito fit, non est inimicum, nec multum. Alibi verò hi authores repentinæ mutationes damnant, sed rationem huius rei non adferunt; Petitur autem ratio à stabilitate & habitu, quin nostra commoderatione etiam conspicitur; Est enim illa commoderata non in dispositione, sed in habitu, vt docet in Thrasibulo, quare quæ eum habitum, & quietem violat, naturam nostram lædunt. Quod quidem maximè apparet verum, si quis enim hominem ad res etiam leuissimas non consuetas traducat, magnam molestiam illi inferet, quod non alia ratione fieri potest, nisi quod in alio opere iam consueto veluti in seipsa quiescebat; ad aliud vero traducta, à seipsa subito recedit: nec potest in eo quiescere, in quo nondum fecit habitum; labor autem & molestia maxima sentitur, cum noui habitus generantur, operationes. n. quæ illum pariunt, cum molestia exercentur, quæ vero ab habitu proficiscuntur, promptè & facillimè fiunt; Paulatim ergo recedendum est ab eo, quod est secundum naturam in nobis; atque hæc est communis causa eorum, quæ nos multum & subito afficiunt; Vacuatio autem plurima, & repentina, mala & periculosa ideo est, quoniam corpus plurimum, & repente minuit, humorum & spirituum, quibus constamus portionem detrahendo: ita plurima, & repentina repletio, quia naturam grauat, & substantiam addit corpori maiorem, quàm conueniat mediocritati nostræ, damnanda est, ex quibus varij affectus nascuntur, de quibus egimus, quum plenitudinis vtriusque noxas prosequeremur; Nimia etiam, & subita calefactio primum obest, quia plus videlicet caloris, quàm requirat mediocritas, & citius quàm postulet calor qui factus est veluti habitus in natura nostra; Ad ampliorem vero & subitum calorem sequuntur (vt postea scribet Hippocrates) carnis effeminatio, neruorum incontinentia, mentis stupor, sanguinis eruptio, animi defectus, & mors. Immodicum etiam & repentinum frigidum (vt pariter in lib. 5. refert Hippoc.) conuulsionem, distensionem, liuores, rigores febriles adfert ossibus, dentibus, neruis, cerebro, spinali medulla nocet. Quod autem subiungit, aut aliter quocumque modo corpus mouere, comprehendere vult somnum, vigiliam, venenem, animi, corporisque actiones, & denique quicquid vim habet mutandi statum nostrum naturalem; Verum quæ multum, & subito agunt, in nobis parum non habent vim: nam quæ consuetæ sunt, etsi plurimum, & repente agant, minus obesse solent alijs, quæ consuetæ non sunt. Sensus ergo vnus esse potest ad hunc modum: In rebus consuetis, quæ plurimum, & repente agunt, minus mala, & periculosa sunt, quàm in non consuetis; facilius enim feret magnam, & subitam repletionem, aut eua-

uationem, qui consuevit vacuari & repleri, quam qui illis non affluunt; Alius sensus est, quod ea, que multum, & repente agunt, soleant maximè obesse cum transitus fit à rebus, in quibus consuetudo plurimum potest; Nam et si corpus aliquid incommodi patitur, cum calefit, aut refrigeratur multum & repente, tamen non par fit noxa, vt in illis, quæ ex consuetudine habitum contraxerunt, vt in studijs nostris, & artibus, quas exercemus: si quis. n. reliquis conueniens studijs & officijs, ad alia subito transeat & in illis plurimum laborare velit, non sine plurima noxa, & magno periculo eas sentiat mutationes.

APHORISMVS LII.

Omnia secundum rationem facienti, si non secundum rationem succedat, non est transeundū ad aliud stante eo quod à principio visum est.



Vm in superiore Aphorismo de mutatione, & transitu vnius rei ad aliam egisset, docuissetque sensim mutationes esse faciendas, ne quis putaret in omnibus mutationes esse tentandas, docet in hoc Aphorismo in quibus hoc conueniat. Tentanda, inquit est mutatio in illis, quæ non fiunt secundum rationem; in alijs autem, quæ fiunt secundum rationem, standum esse. Quæ sententia magni est momenti in arte nostra ad arguendos Empiricos nostri temporis, qui omnia remedia in omnibus malis tentant, nec vnquam in eo quiescunt, in quo spes ponenda est; Pertinet etiam ad eos, qui ob vanum timorem turbantæ concoctionis, nihil tentant dum varijs symptomatis miserè torquentur ægri: At, cum Medicus quædam habeat remedia, quorum vim nulla ratio inuenire potest, sed sola experientia, cuiusmodi sunt illa, quæ agunt à tota substantia; An forte erat dicendum omnia secundum rationem, & experientiam facienti? minimè quidem: nam et si ratio non inuenit huiusmodi medicamenta, tamè quæ inuenta sunt, rationi subiiciuntur; Illa enim iudicat quibus, & quo modo singula auxilia competant. Dixit autem Hippocrates omnia facienti secundum rationem, propterea quod si aliquid inter multa præter rationem fiat, standum non est in illis; Mutandum enim illud est, quod præter rationem fit; vt si quis calefacientibus, & aperientibus remedijs egeat, calefacientibus solum uel aperientibus vtatur Medicus, non ille facit omnia secundum rationem; quare transeundum est ad aliud.

Porro facere secundum rationem Medicus dicitur non solum, vt alij interpretes sentiant, qui remedia exhibet curandis morbis conuenientia; sed qui in omni officio Medici agit secundum eam rationem, quæ ars nostra optimam iudicauit; Illud vero quo modo fieri potest, vt si quis omnia secundum rationem faciat, non sequatur effectus secundum rationem? Hanc dubitationem ita Galenus & ceteri interpretes dissoluere videntur, vt ad tempus, in quo effectus expectatur, omnia referant; ratione quidem inueniri posse, quod fieri debet, asserunt. Ceterum, tempus, in quo agentium effectus, & euentus expectatur, nulla ratione exactè comprehendere posse; vt enim in omnibus rebus quantitas actionum definit omnino non potest, ita nec in Medicina; quandoquidem morbosa causa rebelliores aliquando sunt, quam vt statim commotis remedijs cedant; quod in crudis, & quæ difficilè coquuntur dispositionibus Galenus offendit: nam et si concoquentia medicamenta adhibita in illas agunt, tamen ob illarum rebellionem actio non statim apparet, quemadmodum & in gutta lapidem

A excauante conspicitur: quæ non statim, sed longiore tempore, & crebro lapide saxum excauat. Vt ergo qui saxum gutta canare vult, non recedere debet ab opere, quod ratio & experientia iudicauit fieri posse, et si excauatio non statim sensibilibus appareat: ita ait esse faciendum in Medicina: non recedendum scilicet ab illis præsidijs, quæ vtilia esse cognoscimus, et si non secundum rationem respondeat euentus. Quam interpretationem recipere non possum: nam vt ratio inuenit, quid conferat, ita etiam certum, & præfinitum terminum, qui nullo modo constitui potest, exactè non constituit; aliqui ratio non esset, si quæ fieri nequeunt, fieri posse statueret, & vt vnum rectè iudicat, ita & alterum; id quod exemplo facile patet; Derisus enim aliquem (vt à suo exemplo non recedamus) humorum cruditate laborare, ratio magnam, vel parua esse cruditatem agnoscit, remediaque inuenit, & tempus quoddam statuit latitudine quadam præfinitum, in quo concoctio fieri possit. Magnam enim cruditatem vehementioribus remedijs, longioreque tempore contra parum mitioribus, & breuiore opus habere statuit. Euentum ergo in magna cruditate non nisi spatium longiore expectabit; alterius autem breuiore; & secundum rationem eueniet, quum ita eueniet, si aliter, non item. Non ergo decipitur vera ratio in tempore, vt illi volunt, quum certum tempus, cum quadam tamen latitudine ex agentis, patientisque actione constituat, in quo euentum actionis expectat; statim ergo non expectabit fieri ratio, quod iudicauit non nisi longiore tempore fieri posse; Quam tamen interpretationem sequuntur alij interpretes, explicantes dictionem, eam; (si non succedat secundum rationem,) quasi ratio velit statim fieri quod ita fieri non potest. Cogimur ergo quum illorum interpretatio non satisfaciat, rationis nomen secundo loco appositum intelligere pro voluntate, & desiderio nostro, vt talis sit sententia: Si quis secundum rationem aliquid inueniat, & aggrediat, et si statim pro voluntate nostra, & desiderio, euentus non succedat, tamen non est recedendum ab eo, quod ratio dicitur, vt ad aliud accedamus; quod voluntas temerè expostulat sic enim indocti Medici importunitatibus ægrotantis & astantium præcipitæ sæpè remedia, nec vnquam quiescunt in his in quibus ratio iudicat quiescendū esse; admonet ergo Hippocrates Medicos non debere obsecundare falsæ rationi, & voluntati ægrotantis, sed videndū quid ratio postulet. Ceterum, circa id, quod vltimo loco inquit, non esse transeundum ad aliud, interpretes non tant tribus modis transitum fieri posse; Primo, cum de remedio vno ad aliud diuersæ actionis transitus fit; Secundo cum ab vno gradu & mensura ad diuersum gradū transitur; tertio quum à diuersa specie in diuersam similem tamen virtute fit transitus, vt quum à camomelo ad stecas transitus fit; dicuntque in duobus primis modis ab Hippocrate negari transitum: in vltimo autem necessatio concedendum auctoritate Auicennæ 4. 1. cap. 1. cui opinioni assentior si de medicamentis agamus; longa enim consuetudine familiaria ita nobis fiunt, vt medicamenta esse desinant; non est ergo transeundum ad aliud, quod diuersam habeat vim, aut vehementiorem, vel remissiores, & si Musa Brassauolus in hoc discreperet, licet asserens à mitiore ad vehementius, & e contra transire, & id non cauere ab Hippocrate: quod mihi non placet: nam si à mitiore ad validius medicamentum transitus fieri debeat, ideo fit, quod non stat id, quod à principio apparuit, sed vehementior, aut mitior à ratione iudicatur effectus, in quo casu mutatio necessaria est. Non enim stat quod à principio visum est, ergo transeundum ad aliud est.

APHORISMVS LIIL.

Quicumque aluos humidus habent siquidem iuuenes fuerint, melius commutant ys, qui sic cas habent; Ad senectam vero deterius commutant: nam senescentibus magna ex parte exsiccantur.

Hunc Aphorismum aduentitium esse ad monet Galenus, ut ex illius Comm. satis apparet, quum dicat clarum esse, & quicquid de eo dicere conuenit, prius dictum esse in eo Aphorismo cuius principium est [Quibus iuuenibus ventres humidus sunt ijs senescentibus exsiccantur.] Philotheus vero scribit clarius, atque hunc Aphorismum in eo explicatum esse; hic tamen rursus repetitum, propterea quod commutationem alui humidam in siccam, & siccam in humidam aetatis mutatione absolute, simpliciterque fieri pronunciat; quod cum non omnino uerum postea aduertisset, propterea quod in humidam siccam in senectute raro commutatur, sed magna ex parte exsiccat; hunc Aphorismum repetere uoluit, ut particulam adderet magna ex parte, quae exceptionem faceret, & doceret non aequifacilem esse transitum siccae in humidam, ut humidam in siccam. Alij etiam interpretes haecenus putauerunt claram esse huius Aphorismi sententiam, eandemque cum alio qui repetitur: nostra tamen haec aetate duo accesserunt interpretes, qui magna difficultatem in eo esse dicunt, contrariaque omnino interpretatione utuntur; etenim, Antonius Musa hunc Aphorismi sensum esse dicit, quod Hippocrates uelit eos, qui aluos humidus habent, in melius commutare alijs, qui siccas habent in iuuentute: in illis enim mutatio fit ad humidam, in his uero, qui in iuuentute humidam habent, ad siccam; quod quidem (ut ille ait) melius est: sicca enim aluus melior quam humida ab eo censetur; cui interpretationi omnia repugnant; primum dictio Hippocratis, non enim dicit Hippocrates in melius commutationem fieri, (ut ille ait,) & quod necessarium etiam esset scribere: sed inquit melius commutant. Deinde, quod nullo modo ultima pars Aphorismi huic interpretationi accommodari possit; ubi scribit: nam senescentibus magna ex parte exsiccantur; Quod cum ipse animaduertisset, conatur detorquere hanc partem, sed frustra, cum ridicula omnia sint quae ad hanc rem probandam adfert, & talia profecto, ut omnes uel medicos docti animaduertere possint de fuisse homini iudicium: nullum enim sensum faciunt illius uerba, sed ueluti scopae dissolutae uidentur: ergo unusquisque uidere potest, ne in re omnino per se manifesta eos detineam. Propterea mirum est, quod ille dicat hunc Aphorismum ex eandem dictis in 20. duce, & tamen difficilem esse: si enim illius causae manifestae sunt, quomodo difficilis illius interpretatio esse potest? Postremo, falsum est quod ille comminiscitur, siccam aluum esse meliorem humidam; Quis enim non nouit bonum esse, ut alui excrementa, ut & alia omnia liberè effluant à corpore; malum autem si ob siccitatem in eo haereant. Quod uero deterius humidam aluum siccam esse pronunciat, propterea quod illius causae deteriores sunt causis alui siccae, id, quod nec demonstrauit, nec unquam probabit, etiam si omnia, quae adfert illi concesserimus; ait enim aluum humidam fieri uel quod plus chylus fiat, quam iecur indigeat, quasi id malum sit uentriculū esse validissimum: quasi etiam Hippocrates de aluo

A humida loquatur; in qua chili portio excremitur? Fieri etiam dicit humidam aluum: ob bilis copiam ad aluum defluentem; id quod malum non est; si id quod corpori noxium est, & excrementum, uiam inueniat, & alijs excrementis per commodissimum locum prebeat; fieri etiam ait ob retentiam imbecillitatem, & expultricis fortitudinem; quod quomodo fiat manifesta contradictione aperit: nam ob nimiam humiditatem, retentiam debilem, & ob siccitatem, expulsiuam fortiter fieri dicit; Atqui cum in ea parte, quae expellit, & retinet unicum sit temperamentum, quomodo potest siccitas, humiditasque simul praepollere? & ne longius in hac re abeamus, pares sunt & bonitate & malitia cause, quae humidam, siccamque aluum reddunt etiam si aluum humidam intelligamus ut ille, quod non facit Hippocrates, qui non morbosam aluum, in qua cibi portio excremitur, uel uis retentia, aut expulsiua laboret, aut appetentia laesa sit, nobis proponit, sed quae in sanis corporibus mutatione aetatum duntaxat uariatur; humidam aluum uocans, in qua excrementa non sicca, non dura, sed mollia & bene figurata liberè redduntur; & haec satis ad Musam, qui nunquam à Galeno in rebus, in quibus facile, melioreque ratione poterat haecenus dissentire, nunc uero puerili coniectura ductus temerè ab eo recedit. Fuchsius uero Musam taxat, nouamque uersionem & interpretationem molitur: ad hunc modum enim Aphor. uertit. Quicumque aluos humidus obtinent, ij quamdiu iuuenes sunt, melius degunt, quam quibus sicca est; in senectute uero deterius degunt, & Musam taxat, quum in melius immutatur, interpretatus est. Porro Musae interpretatione nos et paulo ante damnauimus. Alterius uero non est, quae reprehendat, quin potius sua reprehendenda, qui uerbum illud Graecum, degunt, interpretatur: nam ex uarijs significationibus quas uerbum Graeci habet, significat. n. (Budeo) teste) libero, dego, interimo, discedo, & multa alia, ex quibus propria significatio inuenienda est. Quae ergo intelligere possimus, iuuenes degere melius & melius & interire, liberari etiam ab ea aluo, & in aliam discedere reliquis contextus, & ratio docebunt, quoniam propria sit significatio: contextus. n. uelima pars ubi scribit, siccantur. n. alui magna ex parte illis, qui senescent, non respondent suae interpretationi; quid enim cum praecedentibus commune habent nam praecedentium particula rationem reddit, atque ratio potest esse si dixisset illos melius aut deterius degere si iuuenes fuerint, & postea addidisset sicari magna ex parte illis aluum; Quae uerba, nullo modo cum superioribus cohaerere possunt, nisi antea de mutatione unius alui in aliam mentionem fecisset. Quum sicca in humidam semper non mutetur, pari facilitate ut humidam in siccam, ratio est, inquit, quoniam senescentibus aluus exsiccat ut plurimum; Praeterea, sententia imperfecta ex hac lectione relinquitur: quum enim antea dixisset ex illius lectione eos, qui aluos humidus obtinent, quamdiu iuuenes sunt, melius degere, quam quibus sicca est, sequebatur ut in secunda elusiuia, quae scribit in senectute uero deterius degunt, ut etiam eos inter se comparat, & talis sit lectio: qui aluos humidus habent in iuuentute, melius degunt, quam qui siccas; in senectute uero deterius degunt; ex qua lectione fit, ut Hippocr. aluos humidus in iuuentute praefert siccis; in senectute uero contra siccas humidis; quod quare fieri debeat, non perspicio: Bonum. n. est ut antea diximus, si excrementa in omni aetate bene reddantur, & nimis, exsiccata non sint; id. n. non nisi ex sicciore corporis affectu provenire potest, quod uitiū & naturae nostrae, & uitiū inimicum est: humiditas autem semper familiarior,

& utilior corpori. Ne ergo prolixior in aliorum ci-
 roribus referendis augetur oratio, ita Aphor. legen-
 dum existimo. Quicumque alios humidas habent
 in principio, facilius eas mutant in siccas, s. quā qui
 siccas habent in humidas; proptereaque ut plurimū
 senescentibus alui exsiccantur, ut (melius) pro faci-
 lius, deterius, pro difficilius positum sit, & desiderere
 tur in ea parte. In senectute vero, hæc Clausula. Qui
 vero siccas habent, in senectute, solet enim Hippo-
 crates hoc modo loquendi vti, ut oppositorum repe-
 titioem omittat, quod faciliè intelligi potest ex con-
 uersione prioris sententiæ, quo loquendi modo vsus
 est eo Aphor. quo scribit, vbi fauces ærotant, &c.
 & plerique alijs locis, ut versatis in illius lectio-
 ne patere potest. Hanc interpretationem si sequa-
 mur, nullam Aphorismo vim faciemus, coheretq;
 an vltima pars, quæ scribit, senescentibus magna ex
 parte exsiccati, quæ alioqui frustra scripta est, si alio-
 rum interpretationem sequamur: nec etiam in eas
 angustias incidemus, ut disputemus an humida al-
 tius, melior sit quam sicca; & an humida melior sit
 quàm sicca in iuuentute; sicca vero melior quàm hu-
 mida in senectute. Consentimus præterea Galeno,
 Philotheo, ceterisque interpretibus antiquioribus,
 assentientibus hunc Aphor. similem habere senten-
 tiam cum alio, & solum in eo differre, quod in hoc
 exceptionem notet in mutuis illis commutationib;
 quas in alio simpliciter fieri pronunciauit. Ceterū,
 nostram interpretationem confirmat Gal. in princi-
 pio Comm. 20. Aphor. huius, vbi eandem huius, &
 illius sententiam facit, hanc tamen illius exceptio-
 nem. Et hæc de hoc Aphorismo satis.

APHORISMVS LIII.

*Magnitudo corporis iuuenta quidem neque
 indecens, neque illiberalis: senectæ vero inuti-
 lis, & deterior paruitate.*



VT in superiore Aphor. egit de affe-
 ctione, quæ contingit in aluo ob
 atatem iuuenilem & senile, ita
 nunc agit de magnitudine corpo-
 ris, quæ est in illis atatibus, & do-
 cet quos vsus, quæque incommo-
 da in illis obtineat. Est inquit ma-
 gnitudo iuuenib; non indecens nec illiberalis, senib;
 vero inutilis, & deterior paruitate. Qui Aphor. si
 quem habet vsus in Medicina, facit ad prædictionē.
 Quid. n. mali venturum sit senibus, ex magnitudine
 corporis præfagit. Porro, magnum proprie vocamus
 corpus, quod in tres dimensioes longum latū, & pro-
 fundum, mediocrem & solitam in sua specie mensu-
 ram excedit. Metimur autem longitudinem in cor-
 porib; nostris à capite ad pedes, latitudinem autem à
 latere ad latus, ut à scapula ad scapulam: ad profun-
 ditatem vero ab anteriore ad posteriorem partē, ut à
 pectore ad dorsum, ab abdomine ad lumbos, ac pro-
 ptiè quod in longitudinem abundè creuit, longum
 vocamus, quod in latitudinē, latum, quod uero in pro-
 funditatem auctum est, profundum, quod autem si-
 mul in latitudinem, & profunditatem excreuit, cras-
 sum dicimus esse. Hic autem magnitudinem non in
 proprio significato vsurpat, huiusmodi. n. magnitu-
 do non minus est utilis, & elegans senib; quàm iue-
 nib; nec etiā sumit magnitudinē pro crassitie, vel
 profunditate, vel iatitudine: nam huiusmodi magni-
 tudines neq; decentes, neq; liberales sunt iuuenibus:
 nam iuuenes breui, & crasso nihil turpius est. Ma-

A gnitudinem igitur pro longitudine vsurpat. Putat
 Solinus corruptam, ut ait, degeneri successione sobo-
 le nostri tps per nascētium detrimēta decus veteris
 pulchritudinis amisisse: & licet pleriq; definitū nul-
 lū posse excedere lōgitudinem pedum 7. quod intra
 mensuram istā Hercules fuerit, deprehēsum esse ta-
 men Romanis temporib; sub D. Augusto Pufionē,
 & Secundillā denos pedes, & amplius habuisse pro-
 ceritatis, quorum reliquæ adhuc in conditorio Sa-
 lustianorum videntur. Refert etiam idem author O-
 restis ossa fuisse longitudinis cubitorum septem; re-
 pertumque esse humanum cadauer eiectum à flumi-
 ne post bellum Creticum, triginta & trium cubito-
 rum. Idque Lucium Flaccum, & Metellum uidisse.
B Quinetiam Salamia Euryhymenis filia, triennio
 creuit tres cubitos. Mensuræ ratio bifariam conuenit:
 nam quantus manibus expansis inter digitos lon-
 gissimos modus est, tantum constat esse inter calcēs
 & verticem, ideoque Physici hominem minorem
 mundum esse iudicant. Quod Hiopocr. *ἰατρικὸς*
 dicit, & noster interpres (liberalis) vertit, idem est,
 ac si dicas, decora & pulchra; quod rursus *ἀειδής*; Hip-
 pocr. dicit, & noster interpres (indecens) vertit, re-
 ctius verterem (inutilis); nam postea opponit inuti-
 le vtili, quum dicit senectuti vero inutilis est, quæ
 uero utilis & decora sit lōgitudo corporis iuuenibus,
 indecora vero, & inutilis senibus, ratio quaerenda est.
C Quæ in re Galenus, & alij interpretes reddunt qui-
 dem rationem quæ indecora & inutilis sit, quod sci-
 licet corpus gibbosum reddatur, & vix possit senex
 corporis onus perferre. Quæ uero iuuenibus deco-
 ra sit, & utilis longitudo, non aperiunt. Mihi au-
 tem decora esse videtur quod perfectiorem hominis
 figuram ostendat: nam cum homo tres eas dimen-
 siones habere debeat, quanto maiores omnes habue-
 rit, tanto & liberalius naturæ opus ostenditur, &
 ob id perfectius: à qua perfectione & liberalitate na-
 turæ præstat duo desiderari, quam omnia; est enim
 illud perfectius altero, quod ex his ex quibus perfe-
 ctum constituitur, aliquid habet quàm quod nullum
 Vtilior etiam est iuuentuti magnitudo ea, propte-
 rea quod ad corporis actiones est aptior: non enim
 potest corpus in eam dimensionem abundè excre-
 scere, nisi & sequax sit materia, & calor natius validus
 vbi autem ille uiget, necesse est, ut incrementum, ita
 alias omnes actiones vegetas esse. Quare, & ingenio
 huiusmodi valent, & ad motiones præpti sunt, sō-
 no parum etiam dedit; in naturalibus etiā actionib;
 satis potētes, quū nimia humiditate calor non obrua-
 tur; in senectute vero & indecora, & inutilis est hmōi
 magnitudo: indecora quidē, quia recta esse nō pōt, p-
 pterea debilitata vis ætatis cursu, tā lōgas partes susti-
 nere nequit, & musculi, qui corporis trūcū regūt, gra-
 ciliores iā suapte natura, & magis adhuc ex siccitate
 quæ senibus propria est eum erigere nequeunt, sed
 tanquam terreum & grauem dorsum prolabi sinūt.
 Inde cora autem est ea corporis figura, quæ cum re-
 cta esse debeat, curuata sit: inutilis etiam est huius-
 modi magnitudo, quod corpus grauet, & impedit
 proprias actiones obire; neque. n. ambulare, neque
 aliquid gestare possunt huiusmodi, iam proprio on-
 nere onusti. Quæ autem curuentur ad interiora eor-
 pora, non ad posteriora, causa est spinæ mutus con-
 nexus, ineptus ad reflexionem, aptissimus ad flexi-
 onem, quæ ad anteriora sit. Capitis præterea gra-
 uitas, & colli natua ad anteriora inflexio, quæ spinā
 continuo ad anteriora trahunt, ita ut postea se erige-
 re nequeat ob musculorum, ut antea diximus, & me-
 ritorie virtutis imbecillitatem, & hæc ad secundum
 huius Operis librum sint dicta.

IOAN. ARGENTERII
CASTELLONOVENSIS
PEDEMONTII
PHILOSOPHI, AC MEDICI PRAESTANTISSIMI.

In Lib. III. Aphorif. Hippocr. Comment.



Cum ageremus in initio huius Operis de scopis singulorum librorum, diximus quattuor hos ultimos libros variam continere materiam nulla ratione coherentem cum precedentibus, nec inter se, aut cum alijs artis partibus coniunctam, ut satis ex ipsa lectione patet: nam quaedam ex his quae dicuntur in illis libris, pertinent ad curationem particulatium quarundam affectionum, alia vero ad illarum dignotionem, alia vero ad praedictionem, quaedam autem quorundam remediorum vim enarrant & usum. Quo magis mirandum est, Cardanum & alios nonnullos, se miserè torquere, ut ostendant hos libros scriptos esse ab auctore, certo & essentiali ordine: nam si in prima sectione vt illi volunt Hippocr. docuit generalissimam morborum curationem, & in secunda signa communia, & in tertia ea quae pertinent ad constitutiones generales, ex his satis constat ordinem artis tradendae peruersum esse: nam antequam curatio tradatur generalis morborum, necesse est constitutiones siue causas generales enarrare, ipsosque morbos generare, genitosque ipsos cognoscere, postea curationem aggredi. Quare omnium primus constituendus esset tertius liber; post illum secundus; & post hunc qui nunc primus est. Praeterea, in primo libro non tradit praecipua generalia curationis, sed solum quae sunt propria nutritioni, & euacuationi, nec eas tractationes absoluit, sed aliquos scopos tractat in sequentibus libris. Deberet autem si tractaret generalia praecipua curationis, collocare tanquam principium vigesimum secundum Aphorif. secundi libri, in quo scribit: Quicumque morbi ex repletionem fiunt, curat euacuatio, & quicumque ex euacuatione repletio, & aliorum contrarietas; est enim hoc principium & fundamentum ponendum in curatione, vt rectè docet Galen. 11. Methodi quod ea fiat per contrarietatem. Pertinet quoque ad curationem generalem Aphor. 27. secundi, in quo scribit: His qui non ex ratione leuius se habent, non oportet fidere, neque multum formidare mala quae praeter rationem eueniunt, plurima enim talia stabilia non sunt, neque multum durare & permanere consueverunt.

Sunt & alij Aphorismi in alijs libris pertinentes

Ad curationem generalem, qui perperam illic essent positi, si auctor instituisset in primo libro communem omnibus morbis curandi rationem, de qua nemo quidem fit. Quod autem multos scopos plurimaeque praecipua omittat pertinentia ad victum & euacuationem in primo omnium libro, quae in alijs postea reperiuntur ostendit Aphorif. septimus, ubi scribit: Quae longo tempore extenuantur corpora, lente reficere oportet, quae vero breui, breuiter. Item octauus: Si quis, inquit à morbo cibum assumens non corroboratur, pluri alimento corpus uti significatur, quod si non assumenti cibum hoc accidat, eget euacuatione. Item cum scribit in decimo: Non pura corpora quanto plus nutries tanto magis laedes. & cum scribit in 11. Facilius est impleri potu quam cibis. Item cum in 15. ait, tutum esse corpus nutrire si exeretiones sunt similes sanis. Et cum in 38. refert cibum & potum parum deteriorem sed suauiore melioribus quidem, sed minus suauibus esse praefendum. Hi quidem Aphorismi qui continent praecipua generalia ad victum instituendum in morbis, erant vtique in primo libro reponendi vbi de victu generaliter agit, sicut etiam Aphor. nonus ubi habet, corpora esse faciendia fluida cum quis ea purgare voluerit, sicut & 22. vbi praecipit morbos ex repletionem curandos esse euacuatione, & eos qui fiunt ex euacuatione repletionem abigi. Pertinet quoque ad euacuationem Aphor. 29. cum morbi inchoant si quid mouendum videtur moue, cum vero consistunt ac vigent, melius est quiescere. Necnon Aphor. 27. vbi habet: plurimum atque repente euacuare, vel repletione periculosum. Hi, inquam Aphorismi secundi libri & alij qui in alijs continentur, satis refellunt eos qui in primo libro contendunt Hippocratem ex professo docuisse curandi rationem communem, vel absolutum vacuandi nutriendique modum, vel eum auctorem sibi proposuisse distinctam rerum tractationem indistinctis his libris. Repugnat enim, ut alibi ostendimus, naturae Aphorismorum coniunctio & certo ordine coherens rerum enarratio. Ex his quoque Braslauoli opinio reproba est qui scribit Hippocratem docere velle regulas obseruandas in omni euacuatione tam spontanea, quam arte facta. Sed his omissis ad institutum nostrum redeamus, ac cum dixerimus hunc librum vt reliquos sequentes variam materiam continere; Primus hic Aphor. vt satis ver-

ba ostendunt, agit de purgatione in qua cum multi sint scopi (vt alibi ostendimus) obseruandi, hic tractat de tempore apto ad purgandas mulieres, grauidas; Accum in omni scopo inueniendū vtamur Indicationibus, & quædam habeant vim verè indicantium, alia Coindicantium, alia Contraindicantium, alia Correpugantium, alia Permittentium; hic tangit indicantia contraindicantia & permittentia: purgationem enim indicat noxius humor inæqualiter exuperans, vt alio loco ostendimus, & id quidem per se; alia vero purgationem indicant per accidens, ea scilicet vitia quæ non possunt emendari absque vacuatione noxiij illius humoris in quo consistunt, tuncque tempus est aptum ad purgationem, quando humor ille noxius vel turget, vel nullam habet cruditatem. Itaque cum Hippocr. his purgandum esse præcipiat cum humor turget, duos attingit scopos: nam qui turget humor, noxius est, ita vt euacuationem per purgationem indicet, & præterea ad purgationem præparatus. Contraindicant vt alia nonnulla, mulieres, non semper sed cum vtero gerunt, & illæ quidem plus vel minus in certis temporibus gestationis fetus & non nisi in vno casu, vt hic vult Hippocrati, purgationem admittunt, quando scilicet turget humor, in alijs vero; non vbi vero permittunt, id non faciunt in omni tempore, inquit author, sed in certis mensibus, in alijs vero minimè. Sed iam singula expendamus, & primum illud quod genus medicamenti veluti assumi Hippocr. ad purgandas prægnantes mulieres, qua quidem in re, Fuchsius dicit authorem in telligerè de verè purgantibus per vomitū, aut per aluum, cuius generis sunt Colocynthis, Scammonium Turpetum, Aloe, & id genus alia multa. Verum etsi fortasse hæc dicuntur rectè in interpretatione Hippocr. qui alia nulla ferè mitiora medicamenta purgantia agnouit, tamen in nostro hoc felicissimo seculo abundante mitissimis medicamentis perperam hæc dicuntur eo etiam authore: nam si solum turgente materia purgatio admittitur, quæ iam commotos humores, veluti manu ducat ad intestina, profecto leuissimum quodque medicamentum hoc præstare poterit, prætermisissis violentis illis quæ in nullis locum habent, nisi vbi humores difficillimè moueri trahiq; possunt à locis in quibus sunt impacti & infixi; pro illis ergo quibus utebatur Hippocr. in penuria mitiorum, adhibeamus Cassiam, Mannam, Syrupum rosaceum & alia composita, quibus nostræ officinæ abundant. Quæ in re Cardanus quoque refellendus qui Cassiam & Mannam rejicit tanquam debiliora & non vacuantia materiam morbi; præfert autem Tamarindos. Rhabarbarum autem & Aloe damnat ut quæ sætem interficere possunt: nam Hippocr. turgentem materiam, at non eam quæ morbum facit euacuare vult, cui sufficiunt Manna, & Cassia, quæ etiam non prægnantibus & masculis in initio morborum ad exonerandam naturam oppressam, non solum à causâ coniuncta, sed etiam antecedens & quanto queso efficaciora sunt Cassia, & Manna, Tamarindis, Aloe autè & Rhabarbarū ego pariter non probo, non quod illa sint lethalia, sed quod Aloe venas aperiat & mordicat. Rhabarbarum vero non solum per aluum sed etiam per vrinas ducat humores; quare vias vult expeditas & materiam concoctam, id quod non contingit in principijs morborum cum turgent humores. Quod autem turgente materia iam commota & per corpus fluctuante, purgatio sit exhibenda, tradit author, & rectè Galenus rationem subiungit, ne .i. huiusmodi humores decumbant in aliquo nobilem partem. sunt ergo illi per medicamenta veluti porrecta manu, deducendi ad intestina. Sed an non debeant purgari vbi etiam non turget humor videndū

A est. Ego certè aliter sentiendum esse puto, vel turgenti nomen aliter esse explicandum. quis enim grauidam non purgabit vbi videt periculum illi imminere de vita, alia ratione quam ex humoribus iam fluentibus per corpus? Demus enim grauidam mulierem acuta febre, ex bile, laborare, vel dolorem lateris aut alterius partis ex imbibita aliqua materia sentire, qui si pserueret, aut quicquid adhuc materiam commouebit, aut alia mala excitabit, cur inquam, illi non succurremus per purgationem si proprium illa sit huius mali auxilium? relicto igitur turgentis hoc nomine, cuius vis uel igratur, aut certè nihil inuenitur in egritis quod illi respodeat (in quo enim quæso morbo frequentes inordinatique illi motus de loco ad locum reperiuntur?) dicamus grauidas graui aliquo morbo laborantes qui purgationem exigat, ita ut sine ea liberari non possint, nec expectare maturum parienti tempus, purgandas esse in certis mensibus potius quam in alijs qui vero, sint illi menses aptiores & tutiores ad purgationem, nunc videndū: qua quidem in re primum notandus est error antiqui interpretis qui quartum mensem excludit, cum dicit grauidas purgandas esse à quarto mense: nam scribit Hippocr. *res pœulua*, id est, quadrimestres, id est in ipso quarto mense. Deinde refellendi quoque sunt qui putant Hippocratem excludere septimum mensem inter quos sunt Fuchsius & Vega, eo argumento adducti, quod scribit Hippocr. vsque ad septimum: Nam quod postea sequitur, sed has minus, euidenter ostendit eum concedere purgationes in ipso septimo, sed non perinde tutas & liberas vt in quarto, quinto ex sexto, adeo vt talis sit sensus: Grauidæ purgandæ sunt 4. mense vsque ad totum septimū, in hoc mense minus & debilius. Quod autem dicit Iuniora & seniora vereri oportet, sensum habet, quod ante quartum & post septimum cauere debeamus purgationes, etiam si materia turgeat. Verbum autem *verabere* significat vereri, cauere, melius autem hic ponitur cauere, alioqui idem faciendum esset in illis mensibus, quod dixit in septimo faciendum: nam verbum minus purgandum, secum affert aliquid verendum & mouendum. Verum vt in leuissimis casibus fugienda semper sunt purgationes in prægnantibus ne matri, aut fetui, aut vtrique obstat: ita in nullo tempore cauendæ sicut morbo periclitatur, qui tuto expectare non possit partum; aut alio remedio, vt diximus, quam per purgationem præsentibus malis & imminētibus periculis succurrere non possimus; id quod docet experientia; nullum enim vel minimum imminet ex nostris medicamentis leuissimū periculum, sed sequitur salus & matris, & fetus, qui sæpè in magno periculo alioqui versarentur. Hæc est siquidem Hippocratis & nostra sententia, de purgatione adhibenda prægnantibus. Ex qua constat ex illius opinione purgandum non esse, nisi cum turget materia, & non nisi in certis mensibus; ex nostra vero, etiam si non turgeat, si tamen periculum par sit. Nunc vero videndum est cur in certis mensibus liceat tutius purgare quam in alijs, & vnde periculum sumatur; & ex quibus periculum imminet fetui ne an matri, vel vtrique pari modo; deinde, cur purgationem incipiat in ipso quarto mense, & non ante; tum, an in quarto, quinto & sexto facilius ferant purgationem quam in prioribus mensibus, quarto loco an æquale sit periculum in iunioribus & in senioribus, quod significare videtur, cum inquit; Iuniora, & seniora vereri oportet, nulla posita inter illa differentia. Porro, sententia Hippocratis hic clara est, non esse purgandas grauidas antequam attigerint quartum mensem: tamen Galen. in Commentatio tertio primi libri de Morbis vulgaribus, comprehendit

prehendit etiam tertium mensem, & in subsidium suum adducit hunc Aphorismum sine ratione: quippe, cum author penitus excludat omnes menses qui sunt ante quartum. Proponit autem Galenus factum trimestrem & quadrimestrem præ ceteris iniurijs resistere; & id Hippocratem significasse in hoc Aphorismo. Reddit autem rationem huius Aphorismi eo loco his verbis: Fœtus vincula ante tertium mensem sunt imbecilla. & vniuersum corpus tenerum, qui vero propè partum sunt, quia sunt iam magis, multo indigent alimento, quo si destituantur, crebro in morbis acutis perierunt, quo fit, ut bonam victus rationem his præscribere non parui sit negotij, quæ acuto morbo laborant si conceperint: nam si ut non prægnantes vero agi solum de purgatione: nam hæc omnia satis refellit Galenus, cum scribit fetum trimestrem & quadrimestrem præter ceteros iniurijs resistere, in fetu siue sit mas, siue femina, differentiam non ponens; nec in ipsis iniurijs excipit purgationem, vel aliquid quippiam quod officere possit. Clara est igitur Galeni sententia, se & Hippocratem velle, trimestres & quadrimestres grauidas, ferre posse facilius omnes iniurias & agitationes, reliquis omnibus. Ex quo loco etiam patet, maiorem vim his quoque mensibus ab eo tribui quam quinto & sexto, quos Hippocr. menses in Aphorismo præsentis æqualis virtutis & renitentis ponit. Nunc autem rationem reddamus qua fiat ut in primis & vltimis mensibus prohibeatur purgatio, admittatur vero in medijs. Rationem porrò adfert Galenus in Commentariis Aphorismi, quod fœtus connexus eandem habet proportionem cum vtero, quam fructus ad plantas; hi enim in prima generatione, inquit, debilibus copulis continentur, & ideo faciliè decidunt quâdo vehementior ventus ipsos concusserit; deinde autem difficilem habent à planta dissolutionem, sicut rursus, cum iam perfecti sunt, spontè sua sine vi extrinseca decidunt: eodem modo & conceptus in primo quidem tempore à seminis iniectione, si quando saltare contigerit mulierem, aut in lubrico cadere, siue quouis alio modo, vel animo vel corpore moueri vehementius, faciliè disrumpuntur: sic etiam & cum iam perfecti sunt, tempore vero in termedio firmiorem habent coalitum: quare mulier vtero gerens potest fortiores motus sustinere sine fœtus offensione. Hæc rectè fortè dicuntur de saltationibus & casu mulierum, aut alijs corporis motionibus, nam hæc omnes quicquid est in corpore commouent, rationique ob id consonum est, fetum qui firmam nondum habet connexionem aut illam suo pondere grauat, facilius elidi, quam qui in medijs mensibus grauis nondum est, & firmum iam habet connexum. non autem in medicamentis: nam si volumus medicamentum nocere ob suam venosam qualitatem, quam putat esse Aristoteles in omni purgante pharmaco; vel ob alterationem quam inducit, vel commotionem humorum ad quam sequuntur tormina humorum conuulsum ad loca vicina vtero, & po-

stea expulsio, facta contractione musculorum abdominis, vel si fit extractio alicuius substantiæ qua continetur fœtus, vel si contingit debilitas aliqua, quicquid denique potest contingere ratione assumpti medicamenti purgantis, id magis oberit in grandiore, iam fetu quam minore. Itaque meo quidem iudicio in prioribus mensibus & in omnibus qui longè distant à perfecto partu, facilius tutiusque purgationes ferent; id quod docet experientia: nam sæpè mulieres quæ ignorant se concepisse cum in primis mensibus sistuntur solitæ purgationes, & malè habent, consulto medico purgantur nullo emergente malo vel periculo. id quod nos frequentissimè sumus experti: vtero uero iam crescente omnia sunt periculosa, primum quod fœtus sentiens venenosam medicamenti qualitatem, occasionem habet ut se commoueat inordinatè, & vehementer ad hos autem motus faciliè sequitur ruptura & solutio ligamentorum quibus fœtus cum vtero connectitur. deinde vasa maximè plena conspiciuntur in mulieribus quæ iam habet gradiores fetus, necnò vrina & extremèta alia quæ fœtus generat cum plenius iam nutritur, grauant membranas, tenduntque acetabula, in hoc autem statu commotio omnis ex medicamento, quod fluxiones & status parit, periculosa est, quibus malis & periculis carent qui teneriores & nondum viuentes vel insensibiles fœtus gerunt, id quod ostendunt etiam vomitus vehementissimi & frequentissimi qui grauidas exercent & sæpè torquent in primis mensibus. prægnantes mulieres, ex quibus tamè nescio an aliqua unquã fetum eiecerit: quod alia ruto præstare non possent in alijs sequentibus mensibus. Tutior ergo est & matri & fœtui purgatio in primis mensibus, saltationes autem & alia motiones periculosiores quam in medijs ob fetum; in vltimis autem omnes motiones siue à medicamentis siue ab alijs causis fiant maximè verende sunt, & matri & fœtus ratione: nam abortus qui fiunt in primis mensibus, perniciosi solent esse duntaxat fœtui, in alijs vero mensibus crescit cum fetu periculum & sibi, & matri: fœtui quidem, eo quod immaturus sit, & non vitalis, matri vero quod ob magnitudinem fœtus & immaturam disrptionem ligamentorum, difficiles partus sequi necesse est. Ceterum, incipit Hippocr. purgationem à quarto mense, fortè quod putaret ante fetum non satis firmè ligatum vtero ferre nò posse eam agitationem quam sua medicamentata pariunt, septimum autem mensem non putat perinde ut quartum quintum & sextum sustinere purgationes, quoniam spontè solent tunc fieri partus, qui magis uerendi sunt si ex medicamentis purgantibus accedat alia commotio & agitatio. Reliqua quæ sunt proposita ex superioribus patent.

APHORISMVS II.

In medicationibus talia educere ex corpore, qualia & spontè produntia, utile: quæ vero contrario modo produnt, cohibere oportet.

DE scopo & lectione huius Aphorismi magna est controuersia inter interpretes: nam Gal. hunc differt à secundo Aphorismo primi libri scribit, in eo, quod in secundo agat de omnibus euacuationibus quæ fiunt à Medicis: in hoc vero solum de purgatione. Galenum vero Catdanus reprehendit, quod nihil tale velit Hippocrates, sed alia quædam, quæ proprium faciunt huic Aphorismo scopum: non

non solum enim, inquit, hic specialis est & ille generalis, sed quod in hoc de proprio quodam genere morbi, non de omnibus loquatur, ita, vt hic Aphorismus (vt illis verbis vtar) bifariam sit specialis illius comparatione, ille enim de omni morborum genere & omni euacuatione loquitur, hic peculiariter & solum de purgatione & de morbis solis, in quibus iam aliquid sponte excernitur. Sed vt à Cardano incipiamus: qua ratione potest ille statuere Hippocratem agere de proprio quodam genere morbi, in quo iam aliquid sponte excernitur, si nulla sit mentio alicuius morbi? Deinde non solum in morbis & ipsa curatione sed in ipsa conualescentia & praeservatione utimur medicationibus siue purgationibus; in quibus vera etiam est Hippocratis haec sententia; cur ergo sententiam multis communem & utilem, contrahere vult ad vnicum & rarum morbi genus? Addo, quod illius interpretatio repugnat ipsi Hippocrati, vult enim si ex turgente materia iam aliquid excernatur, tum maxime expedire purgationem: nam tradit Hippocr. alibi, quae mouentur integre non esse purganda, neque etiam alio modo mouenda, inchoante vero primum natura purgationem, quis intelligere potest illam non integre profecturam euacuationem, praesertim cum turgentia materiae properantis ad excretionem id pollicetur? Addo, quod cum sensum Aphorismi tueri non potest, cum dicit si materia turget, & aliquid iam prodeat vtiliter, adiuua naturam: nam post turgentem materiam frustra additur & aliquid iam prodit vtiliter: nam constat turgentem materiam ex praecedentibus Aphor. vtiliter prodire, alioqui perperam iuberet turgentem materiam esse euacuandam. Quod etiam scribit in profluuium sanguinis è naribus, non esse sanguinem mittendum ex brachio, quia sanguis non educitur noxius, non intelligit nouam secari non ad sanguinis euacuationem, sed ad reuulsionem. Desinat ergo ille sibi canete triumphum aduersus Galenum, quem mordicus temereq; hic lacerat. Nec tamen ipsum Galen. ego probare possum: nam hic Aphorif. non differt à secundo primi, hac potissimum ratione vt ille vult, quod in illo de omni euacuatione, in hoc vero de sola purgatione tractet, sed quod in eo secundo doceat nos cognoscere, quales sint euacuationes quae fiunt quando vacuantur humores tales quales euacuare oportet, aut euacuantur quales non oportet. sequitur enim conferentia & facilis tolerantia, quae certa sunt indicia bonae euacuationis; & e contra, cum humores tales non sunt quales esse debent, sequitur nocuum, & difficilis tolerantia ex eorum euacuatione; In hoc vero Aphorismo docet quales debeant esse humores ex quorum euacuatione sequi debet iuumentum & facilis ea tolerantia; & hunc sensum, & hanc differentiam ex lectione vtriusque Aphorismi facile quilibet cognoscere poterit: nam in secundo quid aliud volunt ea verba, sic & vasorum inantio si talis fiat, qualis fieri debet, confert & bene tolerant, sin minus, contra; si enim illud fiat, hoc sequetur, inquit, supponit ergo talia esse qualia esse oportet, & id quod docet, est, quod confert & leuiter ferunt: in hoc vero, verba Aphorismi ostendunt nos per medicamenta educere debere è corpore talia qualia sponte prodire solent cum vtilitate, siue qualia etiam si sponte prodirent vtilia essent, vt recte vertit Fuchsius *αὐτὰ ἑαυτῶν ἔξω τῆς ἰσχυρίας*. Quae vero, inquit, contrario exeunt modo, cohibere, id est, quae euacuantur à Medico, non talia qualia solent sponte cum vtilitate exire, cohibere oportet. Dubium non est eam esse sententiam Hippocratis quam verba ipsa patefaciunt. Sed difficilius est intelligere, an vera doceat Hippocrates; clara enim est Galeni sententia,

sepius ab eo repetita, bonas illas solum esse euacuationes, quae fiunt sponte & à natura, quae sunt cum signis concoctionis; illas vero symptomatice siue malas esse, quae fiunt cum signis cruditatis, ut in principio & incremento morborum; propterea perniciosa, aut certe difficiles videmus eas esse febres continuas in quibus inter initia morbi sanguis sponte profluit ex naribus, vel alius soluitur, aut per urinam vel sudorem fit aliqua excretio humoris; in febribus vero intermittentibus si in initio accessus fiat euacuatione per vomitum sponte, prodest, per sudorem, obest; iuuat autem vigente ea & magis iam declinante, alius quae sponte mouetur in principio accessuum, non proinde prodest vt vomitus, nec obest, ut sudor; quare tertianae quae solent inuadere cum alui profluuiis, difficilius esse solent, illis, in quibus alius cohibetur, & vomitus procedit. At sanguinis missio, quam praestat Medicus vena secta inter initia febris, magis prodest quam in alijs temporibus, & in declinante morbo temere Medicus venam securet, prodesset tamen tunc sanguinis profluuium ex repetitione venae sponte facta. Praeterea, si Medicus in continuis & intermittentibus febribus biliosis aut etiam factis ex missione bilis & pituitae leue exhibeat medicamentum purgans per aluum, proderit vti que huiusmodi euacuatione, vt quotidianus docet vsus; quid haec quae so efficiunt aliud, quam quod tales non oportet esse humores in euacuationibus quas natura sponte facit, quales requirunt medicamenta nostra vacuantia? nam si eadem similes; qualitates requirerentur in vtraque euacuatione, vtique in ipsidem temporibus morbi in quibus eadem sunt in humoribus qualitates, quae prodesset & obessent euacuationes nostrae cum illis quae sponte fiunt. Sed quia diuersae sunt, & tales eas esse oportet in diuersis instrumentis quibus natura & ars vtitur ad euacuationem, id eo non profunt semper euacuationes, si fiant eorum humorum qui solent à natura vtilitate euacuari: vtitur enim natura ad euacuandum noxios humores facultate segregatrice & expultrice, quae non agit recte nisi praecesserit concoctio, cuius actione & vi vitiat id, quod est sibi dissimile, ac in ea victoria gignitur excrementum, quo facto, iam habet expultricis facultas quod agat, vt separet scilicet, quod excrementum est, ab eo quod est vtile, & hoc relictum illud prosequatur, & tandem per naturales canales extrudat; non mirum igitur si in continuis febribus in quibus coniuncta & antecedens materia tota in vasis continetur, & simul concoquitur, nihil inter initia expellere potest per purgationem: nondum enim factum est excrementum; in declinatione vero iam prorsus concocto humore, factum est omne excrementum, & propterea tunc perfectis, faciles & vtilissimae fiunt à natura purgationes; minus vero perfectae in statu, quia adhuc natura in concoctione laborat, minus adhuc in augmento, quia minima pars excrementi adhuc genita est, vnde sit, ut natura in separatione & expulsionem sepe agitet & commoueat id quod nondum est excrementum factum, & ex ea commotione maiore aut minore, & separatione atque expulsionem eius quod iam excrementum est, sequantur mali aut boni euentus: nam si parua est agitatio & expulsio in eo quod nondum excrementum, & aliquid iam ex ipso excernitur, tales excretiones solent vocari ab initio Symptomaticae, sed quae postea fiunt, Criticae; quod si magna sit commotio & expulsio eius quod nondum factum est, quia non expellitur quod est inutile solum, sed promittit bonum cum malo, & plus boni quam mali; simulque interim turbatur concoctio in maiore aut minore hac inaequalitate, sequitur uel mors, vel certe difficilis

lis iudicatio morbi. In febribus vero intermittentibus, materia tota simul non concoquitur, nec continetur in venis, sed mittitur aliunde, nempe à suis focus, vt in tertiana, ab hepate: non mirum si natura per vomitum in initio accessionum viles facit euacuationes: humor enim qui euacuatur per eam partem, vt qui nullam adhuc putredinem senserit, non est crudus & dissimilis, nec commixtus cum alijs in venis continentibus sanguinem, quare non eget concoctione, vt expulsio fiat; qui vero humor per alium exit, solet à venis prodire, præsertim si magna est excretio & humores aquosi ab illis autem non præcedente concoctione nihil expellere potest natura cum utilitate: Quod si biliosa pituitosaque sit materia contenta in ventriculo, intestinis, vel in mesaraicis, tunc prodesse solent tales euacuationes, eo quod naturam exonerent, quæ postea melius concoctioni aduersus materiam crudam & putrescentem vacare potest. Ceterum sudores inter initia morbi continui ac etiam in principio accessionum, pessimi sunt, in declinatione vero optimi, & in statu laudabiles, quoniam illorum materia à venis ducitur, in quibus continentur crudi humores, qui in principio morbi & accessionum concoctionem nullam adepti, non admittunt aliquam fieri in massa humorum separationem & expulsionem; declinante vero iam morbo, accessioneque, concocto humore morbi & accessionis causa, iam segregatio & expulsio fieri potest utilis, cum iam habeat natura factum excrementum, & vt potest fit calido nativo ad separationem & expulsionem, quod amplius in concoctione non est occupatum, hoc enim cum sit vnicum naturæ instrumentum, quo illa virtus ad omnes functiones suas obeundas, merito fit, vt interim cum illud vehementer in vno opere laborat, reliqua malè peragantur; propterea, cum natura & calor maximè incumbant concoctioni, nulla potest hac quoque ratione fieri separatio & expulsio, & cum hæc fiunt, concoctio feliciter obiri nequit; Igitur in euacuationibus quæ rectè à natura fiunt duo necessario requiruntur; vt excrementum factum sit quod est expellendum, & calor nativus possit seruire expulsionem; quod si vnu ex his desit, aut ambo absint, aut perfecta non sint, tanto deterior fit euacuatio, quanto maior est defectus.

Hæc quidem de purgatione & inæquali euacuatione à natura facta rectè dicta videntur. Sed quid dicemus de sanguinis profluvio, quod etiam obest in principio morborum, solet autem prodesse in alijs temporibus; an concoctionem requirit natura in tota sanguinis massa quæ tota expellitur nulla facta unius ab alio separatione? Sic profecto sentiendum est, vbi concoctio requiritur; nam etsi nihil separandum est, sed æqualiter expellendum quod in venis continetur sanguinis nomine, tamen ille est naturæ ordo, vt præcedere debeat concoctio omnem aliam naturalem actionem, alioqui concoctio ipsa malè peragitur, & ea læsa, omnia turbari necesse est. Porro, turbari concoctionem vbi natura incipit exercere segregatricis & expultricis facultatis vires, ideo contingit, quia concoctio requirit quietem in humoribus & spiritibus, quam violenta segregatio & expulsio, quæ sine motu perfici nequeunt. Itaque sanguinis excretio obest crudo adhuc morbo, quia intermittitur læditurque concoctio, quia tamen minor sit agitatio in hac æquali euacuatione, quam in purgatione, ideo minus obesse solet in febribus putridis in initio morbi sanguinis profluvium quæ purgatio: vbi vero concoctio necessaria non est, vt in synochis non putridis, sed solum requiritur expulsio ad naturam alienandam quæ premitur multitudine & ebullitione, statim prodest sanguinis e-

A missio. Sed dicet forte quispiam, quomodo prodesse potest in febribus putridis, in quibus non ipse sanguis, sed alius quispiam humor putrescit, sanguinis profluvium concocta iam materia morbi, aut cum adhuc morbus viget? non enim peccans humor excernitur per æqualem eam euacuationem, aut certè minima illius pars: id quod spontè concedo, sed alia ratione maxime confert, quod scilicet vena aperta cum sanguine ipso expirant putridi vapores qui febrilis calor & putredinis sunt causa; remedium igitur est profluvium sanguinis aduersus prædicta mala, sed non tollit putridam materiam; quare post sanguinis effluxum ad perfectam sanitatem necessaria est purgatio, quæ cineres, ex putredine derelictos, & adhuc commixtos cum reliquis humoribus in vasis, separet & expurget. Ex quibus quidem patet, quales humores requirant euacuationes quæ spontè fiunt. Nunc agendum est de nostris euacuationibus quæ non requirunt easdem qualitates, quoniam per alia instrumenta perficiuntur: nam sanguinem mittimus selecta vena, ad euacuandam multitudinem quæ premit naturam; vel ad ea præstanda quæ per accidens euacuationem sanguinis sequuntur, quo fit vt citò perficiatur huiusmodi euacuatio, & ob id non turbentur naturæ opera, sed iuuentur, sublatis vel diminutis causis morbosis repugnantibus. In purgatione quoque medicamenta nostra alliciunt & separant à tota massa humorum, eum quem sibi habent familiarem; quod si ipse spontè sequitur, vt ille qui tenuis est & calidus, aut qui iam est in motu, nulla perturbatio sequitur in naturæ operibus, præsertim à leuioribus medicamentis, siue illa antecedentes causas solum attingant, siue etiam putrescentem humorem. Quod si humor familiaris medicamèto crassus, tenax, multusque sit, frigidus, impactus, & valdè cum alijs commixtus, quia non potest sine magna agitatione, & violento medicamento separari ab alijs, & duci per vasa, & alios internos corporis meatus, donec perueniat ad partes destinatas ad eius effluxum, obsunt huiusmodi purgationes, quia nostra medicamenta purgantia tales non trahunt humores, quales trahere debent; in ea vero violentia retentionem, concoctionemque naturæ turbati necesse est; & id est quod maiores nostri tradiderunt, non esse purgandum ab initio, nisi cum materia turget, id est facile separari & sequi potest attractionem factam à medicamentis.

Ac quoniam in omni purgatione requiritur naturæ auxilium vt medicamenta actuentur, deducanturque (vt dici solet) de potentia ad actum, & fortè etiam trahantur per corpus, & separatio quædam fiat eius humoris qui elicitur à medicamento, ideo solet ex purgatione quæ fit in initio febrium, non semper sequi iuuamentum, vt in sanguinis missione, quod solius artis est opus: in purgatione vero aliquando agitatio maior fit quam opus sit ad naturæ actiones conseruandas, sed in hoc quoque quis dubitare potest, cur si medicamentum purgans, attrahendo opus suum perficit, concoctionem quoque in humoribus biliolis & tenuibus requirimus, quæ omnia in crassat viscosaque reddit? an concoctio non expectatur vt humor fiat in suis qualitatibus aptior ad purgationem, sed vt naturam habemus adiutricem: interim enim cum illa vehementer incumbit concoctioni humorum, in qua pariter requiritur retentio, non potest eo præstare vtilis quos diximus necessarios medicamètis purgantibus; absoluta vero iam concoctione, factoque in ea excremento, & liberata natura à suis operibus, iam potest illa sua officia impartiri nostris medicamentis, & cum illa iam totam materiam morbi habeat victam, sequitur facilis &

integrā purgatio; nec tanta est per concoctionem acquisita crassities & lentor, quin melius simul fit natum iuamentum ex auxilijs quæ iam præstare potest natura & ex eo quod iam paratum sit excrementum, familiaris medicamento materia. Quod si illa vel ob intermissionem morbi, vel quia nondum plurimum occupata est in concoctione noxiæ materiæ, vt sit inter morbi initia, tunc quia potest partem sui operis impartiri nostris medicamentis, non expectata maiore concoctione, felicissime peragitur purgatio; & id est quod Hippocr. dicebat circa initia & fines mouendum, quiescendū vero esse in vigore morbi; nam circa finem profus liberata est natura à suis operibus, inter initia vero leuiter adhuc occupatur, in vigore vehementium morborum sibi soli seruire potest, in mitioribus itaque morbis purgatio non potest obesse, quia vt illa mitius agit, ita partem sui caloris & concoctionis ociofam habet, paratam ad vsum nostrorum medicamentorum. Hæc ergo dicenda mihi videbantur de qualitibus quæ requiruntur in humoribus qui euacuantur à natura sponte, vel ab arte nostra, quæ videntur Hippoc. sententiam euertere, quippe cum ille velit tales euacuari à nobis humores quales solet ipsa natura rectè expellere: nos autem ostendimus in paucis euacuationibus contingere ut tales sint humores in utraque euacuatione, quam illis exceptis qui euacuantur post concoctionem, dissimilitudo videtur esse necessaria. Pro Hippocr. ergo dicendum, quod ipse nolit humores qui euacuantur per nostra medicamenta, tales esse debere qualis postulant euacuationes spontaneæ, sed quod Medicus debeat quærere in suis euacuationibus eas qualitates in humoribus, quæ viles reddant ipsas euacuationes, sicut natura facit (eligit inquam idoneas qualitates) in suis bonis euacuationibus. Superest vt quædam addamus ad obscuriores locos quæ habentur in Commentario ipsius Galeni declarandos: Igitur quod scribit ex spontaneis euacuationibus quædam fieri à potentia quæ nostrum regit corpus ipsum corpus expurgante; alias vero ex irritamento aliquo, alias, eo quod ea quæ excernuntur, à vasis non continentur & eas euacuationes quæ fiunt à natura iuuare; eas vero quæ fiunt ex irritamentis, & ex imbecillitate retentionis, symptomáticas dici, non prodesse & esse præter euacuationis indicium: hæc in quæ sunt expendenda, neque. n. intelligendū est aliquam fieri euacuationem à natura absque irritamento, est enim natura ea & potentia regens nostrū corpus quæ dicit hic esse vtilium euacuationum authorē; expultrix facultas, quæ eo authorē in libris de naturalib. facultatibus non agit nisi irritetur vel à qualitate, aut quâritate vel tota rei substantia; ut. n. quæ amica sunt, retentricem, & concoctricē facultatem mouent ad agendū: ita excrementum & oīno noxium aliquid esse oportet quod excreticem vim excitat. Requiritur igitur in oī euacuatione irritamenta, sed quæ fiunt secundū ordinem naturæ in quo præcedit concoctio, quæ oēs malas qualitates quæ sunt in humoribus ex quib. vera irritamenta, nascuntur non appellantur ab eo irritamenta cū naturam non cogant agere, nisi in statu suis tpb. cessante iā concoctione & factō excremento, in quo victis qualitatib. noxijs manet sola inutilis substantia quæ naturā excitat ad agendū absq. ulla molestia, ut apparet in excrementis alui quæ relinquuntur ex bona concoctione alimentii. Quæ vero symptomáticas sint excretionēs, i. intēptiue, non expectata cōfectione & immoderate, aut cum dolore & euidēti molestia fiunt, nascuntur ex irritamentis, nepe ex mordacib. qualitibus quæ sunt in humorib. & propterea obesse solent, quia ante concoctionē, vt diximus, natura non potest separare bonū à malo, & malū expel-

lere, sed boni multū cum malo expellitur: aut si malū totū videtur quod per alui profluvia & vomitiones excernitur in febribus, quales sunt pituitosi, biliosi, aquosiq. humores, certè ea rōne malæ sunt, quod concoctionem turbent, sine qua vinci non potest materia morbi & sequi salus. Sūt præterea præter dispositionis signa, malos. n. oportet esse vel qualitate, vel quantitate, aut tota esse substantia humores, qui naturæ ordinē perturbant; propterea (vt antea diximus) intēptiue hmōi euacuationes longū aut lethalem fore morbū significant. Illud vero quod scribit, fieri aliquā euacuationes eo quod à vasis non continentur humores, id forte non fit, nisi in sanguinis profluuio factō ex humorū abundantia, vel ebullitione & in lenteria; quæquam in sanguinis eo profluuio euidēter apparet viorificia vasorum in quibus sanguis continetur.

APHORISMVS III.

Si qualia oportet purgari, purgentur, confert, & leuiter ferunt; contraria vero graniter.



VM dixisset in superiori Aphor. Hipp. quales oportet esse humores qui purgandi sunt, nūne docet quid sequatur huiusmodi purgationem. Duo sunt, inquit: conferentia, & facilis tolerantia: illa in eo spectatur, quod vel tollantur vel minuantur affectus præter naturā, qui sunt in ægrotantibus; vel rescindantur aut saltem et minuantur causa quæ paratæ sunt eisdem affectibus excitare in his qui egent præseruatione in cōualescentibus vero si quid adhuc superest ex reliquis malorū humorum quod antea non fuit eductū, & illud tardat recuperationē pristinae & propriæ cuiuscunq. sanitatis; illud quoq. cum euacuatur, prodest: nam si deiecta est appetentia, vel somni sunt turbati, vel sitis molestat, vel amaritudo in ore sentitur, aut vires non roborantur, aut alui astringitur vel aliquid tale adhuc malè afficit cōualefcentes, purgatio aliquo momento tēporis omnia hæc mala abolet. Ceterum, facilis tolerantia in eo spectatur, quod sensibilibus non lædantur, qui purgantur: & non patiuntur alias molestias; quam eas quas solent suapte natura medicamenta purgati in oib. adferre: emitari. n. non possunt mali odores & sapes, nausæ, cōmōtiones ventris, lægia appetentia, sitis, leuis quædā exolutio corporis, & alia quædā leuia mala, quæ sequuntur assumptionē, retentionemq. medicamento rū purgantiū, & postea cōmōtionem vacuationēque quæ sequitur earum vim & naturam. Hæc igitur sunt duo indicia quæ sumuntur ab effectibus quos patiunt purgationes, ex quibus dignoscimus tales fuisse vacuos humores quales oportebat euacuare. Addit vero Gal. in superiore Comment. alia multa indicia cognoscendi malos humores qui exuperant in corpore; ad quod facit, meo quidē iudicio, præter rationē, nā cū author de ea re non loquatur, id quod facit in 2. Aphor. 1. lib. non erant hic omnia miscenda omnib. Deinde, particulatim notat illas recenset nullis propositis fontibus signorum, quare empirica & nūquā absoluta redditur tractatio. Postremò non rectè ad malos vel superantes humores refert quod Hipp. ad tales & quales pertinere scribit, non in sequetur conferentia, & tolerantia si humores qui purgantur solum id habebunt quod expectent vel mali sint: nam in statu febrium acutarum abundat quidem & malus est biliosus humor qui putrescit, non tamen sequetur conferentia & facilis tolerantia: si in eo tempore fiat purgatio: sicut declinatione morbi

malus

malus est sanguis, non tamen euacuandus, aut si vacuabitur, oberit difficilisque erit huiusmodi euacuatio. Maiorem igitur habent vim tales & quales humores quam per illa aut pauca alia verba explicari possint: nam alias requiritur qualitates euacuatio quæ sit à natura, alias vero ea quæ sit à Medicis, quod cum satis superius sit demonstratum à nobis, superfluo hic repeteretur.

APHORISMVS III.

Medicari æstate superiores magis, hyeme vero, inferiores.

IN hoc Aphorismo agit Hippocr. de loco in corpore apto ad purgandum humores, ut satis verba ostendunt, superiores & inferiores partes, & considerat hic non indicantia, ea inquam quæ sunt in humoribus, sed quæ ostendere illa possunt qualia sunt anni tempora, ea enim ostendunt eos humores in corpore abundare quos gignere sunt apta: Aestas enim calida & sicca auget in nobis bilem; Hyems frigida & humida pituitam; Ver calidum & humidum, sanguinem; Autumnus frigidus & siccus humorem melancholicum. Quare hic coincidentia tractat. Quid vero ostendat esse in indicantibus quod locum ostendat aptum ad purgationem nunc videndum. Id autem est non simplicitet humor ipse, sed aliquid quod in eo consideratur peculiare & proprium ei quod querimus: nam humor quatenus plenitudinem facit, indicat euacuationem, quatenus præter modum calidus est, indicat refrigerationem, quatenus vero in se habet principium motus, quo facilius sursum aut deorsum, aut in aliam partem moueri potest, indicat nos eos motus sequi debere, quod in eo Aphor. 21. primi libri significauit, in quo scribit: Quæ natura vergit per loca conferentia eo ducere conuenit, an igitur ad hoc respiciens rectè scribit hoc in loco Hippocratem bilem abundantem (id quod fit in æstate) per superiora, idest per vomitum, euacuandam esse? id quidem asserit Galenus hæc ratione: quod æstas humores in ea abundantes sursum commoueat ac trahat, quod si verum est, probabilem fortè haberet suæ opinionis rationem; sed videtur mihi abuti nomine; exteriora enim debet dicere, non superiora: omnes enim experimur æstate corpora dissolui per sudores, & vomitu qui tentantur, nisi qui malè habent ex certis paucisque morbis? Adde quod ex natura lege frequentiores debent fieri vomitus in pituitosis, quam in biliosis, quippè cum eo auctore, ventriculus sit pituitæ sedes & officina, bilis autem nequaquam, quam ipse docet in libris de Vsu partium, magna prouidentia factum esse, ut non ingrediatur ventriculum ne turbet illius officia, sed ilabatur statim in ipsa intestina, ut deorsum descendat. Docet quoque experientia, in omni morbo & per ipsam sanitatem in crapula, frequentiores fieri à natura pituitosos vomitus quam biliosos: vnde antiqui Medici semel in mense laudabant vomitum ad vitia cruditatis tollenda, non ad reuocandam bilem ab intestinis. An fortè spectans Hippocr. ad qualitates bilis quod calida & sicca atque ignea sit, credidit illam esse leuissimam & spontè sua sursum fieri; sequendos autem esse motus naturæ à Medico. at in hoc non satisfacit, duplici ratione: primò, quod humor omnis gravis est, & deorsum facilius labatur, quam sursum efferatur; dicitur autem bilis leuis, non simpliciter, sed comparatione ad alios humores. Deinde etiam si natura bilis eo vergeret, tamen

A obest quod non fiat vacuatio per loca conferentia, non enim omnes motus qui fiunt à natura sequi debet Medicus, sed qui fiunt per loca conferentia, non possunt autem ventriculus & os illius esse loca conferentia ad recipiendam bilem, & illam emittendam, sed longè aptiora sunt intestina & vesica, cutisque, quod si per febres tertianas & Crises acutorum morborum fiunt aliquando vomitus biliosi, hi fiunt à natura quæ fortè per venas delatas ab hepate ad ventriculum; bilem mouere cæperit, quæ cum recepta illic est, & repit ad stomachum, viam aliam non habet quam per vomitum, sed eam, ut videmus, difficilem; ex hoc vero quod natura turbata à causis morborum efficit, non debet Medicus præceptum sumere de loco aptiore in purgationibus suis obeundis, sed naturam rectè operantem per sanitatem imitari, quæ cum semper bilem vacuet per intestina, ab ea admonemur idem à nobis esse præstandum, nec trahendam esse per nostra medicamenta copiosam bilem quantam sæpè requirit purgatio ad partem tam nobilem tamque sensibilem, cuius mala cor cerebrum & vniuersum corpus atque vitam ipsam sæpè in magnum discrimen adducunt. Dicendum ergo æstate per exteriores, hyeme vero per interiores partes & semper inferiores purgandum, nisi materia iam sit in stomacho quæ iam moueat vomitum, tunc enim prodest vomitus, nisi frequens fuerit: qui etiam reuellendus est ad inferiora, ne alluescat natura tam mordacem & noxium humorem trahere ad partem tam nobilem mirabilique sensu præditam. Ac nostram quidem opinionem verum esse satis ostendunt Hippocr. siue Polybius, & Cornelius Celsus, ille enim in libro de vtili salubri vtilem proponit esse vomitum hyeme & deiectionem æstate: hic vero, libro primo cap. 3. inquit: vomitus vtilior est hyeme quam æstate; nam tum & pituitæ plus & capitis grauitas maior subest. Nec Galeni interpretatio quam habet in libro De Salubri victu recipi potest: vult enim hyeme adhiberi vomitum si pituita in ventre gignatur, & bilem per inferiora educendam si illa innatet stomacho. Quod si vniuersum corpus purgare instituamus æstate per ventrem superiorem, hyeme vero per inferior purgandum, ut in hoc Aphorif. scribitur; quoniã inquit, quæ iam abundant his medendum est purgatione, dummodo ea fiat per loca quo vergunt, siquidem ducenda sunt quo tendunt per loca accommodata; at quibus ne augeantur volumus obistere, ea per contraria loca reuellenda sunt, adeo, ut ex illius sententia, locus de salubri victu intelligatur solum de humoribus genitis in vetriculo; quo in casu, bilis per inferiora vacuanda, pituita vero per superiora, in hoc vero Aphor. Hippoc. intelligere de humoribus contentis in venis, & de purgatione totius corporis, tunc .n. bilem per superiora, pituitam vero per inferiora ducendam esse: nam primum contra eam interpretationem illud facit, quod nunquam locus commodus est ad bilis euacuationem per superiora, nisi ad reuulsionem. conueniret ergo in alui fluxu bilioso, qui per medicamenta per alium euacuantia listi non possit, deest ergo quod nunquam sit locus conferens ad vacuationem bilis quæ sit à Medico, vbi ille locum accommodatum querit, & vtrum libet eligere potest, cum nullam videat inclinationem & reptionem naturæ vel humoris ad eam partem; Deinde vacuatio pituitæ per vomitum reuulsoria quoque est, & contra naturam: nam ut Galen. scribit in libris de Vsu partium, naturalis ventriculi constitutio facta est ad attractionem & ingestionem eorum quæ assumentur, ad reiectionem vero inepta. Deinde, bilis innatans, cur non potest esse genita in stomacho æstate, ut pituita

hyme? cur ergo non illi conueniet vomitus ut pituita? Tertio, incrementum humorum non tollitur per reuellentia, sed alterantia partes quæ eos gi-
gnunt, & per commodum victum: reuulsio enim est remedium fluentium & non abundantium humorum. Amplius, debebat ipse ostendere rationem qua fiat, vt diuersa sit indicatio sumenda cum volumus corpus vniuersum purgare, ab ea quæ ostendit quid agendum sit cum humores abundant solum in stomacho, in vtraque enim euacuatione illud commune malum est quod orificium stomachi non sit locus com-
modus ad recipiendos acres & mordaces humores, propterea authores prædictum vomitum rectius concedunt in pituitosis humoribus suapte natura obtusis, quam in biliosis, & non spectant ut Galen. putat purgationem totius corporis, vel solius vetriculi.

APHORISMVS V.

Sub Cane, & ante Canem, difficiles sunt medicationes.



Vi in docendo scopos sibi non proponunt in omni officio medico obseruandos, ignorant quotum hic Aphorismus & multi alij scribantur, vt ex illorum interpretationibus cognoscere qui libet potest: nos autem cum Galeno docuimus alibi, occasionem siue tempus aptum ad agendum, esse præcipuum scopum ex illis ex quibus constat medendi Methodus, de quo hic agit Hippoc. in hac tractatione de purgatione; Docet enim, quo tempore anni purgationes sint difficiles. Ex quo intelligere possumus, ex consequenti in quo sint faciles. Pertinet ergo Aphorismus ad tempus purgationis, sed quoniam hunc scopum vt alios omnes, allequimur per indicantia, Contraindicantia, Coindicantia & Correpugnantia videndum cuius rationem obtineat tempus anni quod est sub Cane & ante Canem. Certum est, non obtinere vim indicantis: nam quod indicat, difficultatis non est causa, sed illud est quod primo & per se suadet aliquid esse faciendum: nihil autem potest aliud esse quæ humor inæqualiter lædens & plenitudinē faciens ad proportionem is enim vt curatio nem per purgationem indicat esse faciendam, ita cū adest in corpore indicat eo tempore purgationem esse adhibendam, nisi quid impedit, id est, nisi aliquid contraindicat. Propterea rectè dicebat Gal. in libro de optima secta: occasio agendorum sumitur ex præsentia indicantium & absentia contraindicantium. Contraindicant autem purgationem primo, & per se, quæ ab ea offenduntur, vires inquam nostri corporis, quæ cum valent, eam admittunt, eo vero tempore quo debiles sunt, eam fieri impediunt; alia vero per accidens, & non propriè contraindicant, vt crassities, lentorque humorum, obstructions, voluntas ægri morosi, aut auersantis purgationē, & reliqua huiusmodi, quæ non læduntur ab ipsa purgatione, eam tamen cum adsunt, vel prohibent, vel in aliud tempus transferunt, donec ipsa recesserint. Porro, certum est tempus anni quod est ante Canem & sub Cane non indicare, quia non est humor qui vacuandus est, nec propriè contraindicare, quia non sunt vires, nec impropiè, cum nihil sit ex prædictis, nec quidem coindicat: quia hortaretur purgationem; superest igitur, vt inter correpugnantia locum habeat, vt certo habet, quia enim virtutem ostendit, vt rectè inquit Galen. exolutam & exultam naturam, ideo difficilem ostendit purgationem.

A Interuentu igitur virtutis, & non primo & per se, hoc tempus difficultatem ostendit in purgatione. Tamen in eo non videtur Galen. ostendere vim illius temporis quod difficiles reddit purgationes: at enim, ideo naturam & vires offendi, quia ferre non potest acrimoniam quæ prouenit à medicamentis purgantibus: nam id conuenire non potest ex multis medicamentis, quæ vel nullam aut minimam habent acrimoniam. Melius igitur vt arbitror, sentiret, si diceret naturam iam exolutam per insensibilem transpirationē, & euaporationē quam aer eo tempore præstat, ferre non posse aliam euacuationem, sic, ratio sit communis omnibus purgationibus. Reputat quoque alijs rationibus, quia enim vacuando exicat corpus, illud reddit aptius ad maiorem igneque calorem concipiendum id quod etiam fortè facit quia ex agitatione fiunt obstructions, quæ putridas febres pariunt; quod si medicamenta mordacia fuerint, & validiora, qualia erant tempore Hippocratis, suo morsu & calore spiritus, & humores ea læfaciunt, vnde febres sequuntur. Atque id est quod Gal. in lib. de Theriaca ad Pisonem circa finem scribit: Atque hoc maximè, inquit mirabilis ille Hippocrates considerans, medicamentis exhibitiones ante Caniculæ ortum, & sub ea difficiles esse tradit, quoniam febrem hoc potissimum tempus hominibus aduehit. Verùm, præcipua difficultas nascitur, quod imbecilla virtus ob eam quæ necessario fit in eo tempore, euacuationem non ferat aliam ex purgatione, nisi cum difficultate. Propterea rectè dixit difficiles fieri purgationes, & non impossibiles. Alia quoque ratione impedit illud tempus internas euacuationes quæ fiunt a purgantibus medicamentis, vt rectè scribit Gal. quod contrarij fiant motus, quippe, calor ætis trahat humores extra, purgatio vero intro. His igitur rationibus difficiles fiunt purgationes sub cane & ante canem, quia tunc aer longè calidior esse solet, quam in omni alio anni tempore. Tempus autem illud durat per quinquaginta dies, nempe 20. Iunii ad decimam Augusti, & sunt decem ante Canem & quadraginta post. Quanquam in omni regione Canicula non habeat quinquaginta, & in aliquibus plures habeat. Ceterum, Astronomi tradunt Caniculæ exortum non solum difficiles reddere purgationes eo quod augeat calorem solis, id quod facit Leo, sed etiam suo motu & influxu: nam, vt inquit Plinius, sentiunt Caniculam maria, & terræ, multaque fera, feruent maria eo exoriente; fluctuant in cellis vina, mouentur stagna, orygen appellat Aegyptus feram, quam in exortu eius contrafractare ac intueri & velut odorare cùm sternuerit. Canes quidem eo toto spacio in rabiem agi haud dubium est; Aquilones biduo post fiunt quadraginta diebus quos Etesios vocant, & octo ante qui *απὸ πρῶτου* Mira in mari accidere Cyprino putant, & alioquin totum mare sentit exortu eius syderis quod maximè in Bosphoro apparet; algæ enim & pisces superferuntur ab imo versa omnia; vina in apothecis canis ortu mutantur quædam, deinde restituntur. Hæc Plinius de vi huius stellæ. Tradunt autem Astrologi duas esse in celo figuras, vnam Canis maioris quæ constat decem & octo stellis, quarum quæ est in ore, fulgentissima est, & ob magnitudinem, pulchritudinem, candorem & splendorem regina & pulcherima stellarum vocatur; micat autem vehementer, & propterea Arist. putat illam in altissimo celo esse reconditâ & hæc à Græcis *αἰγιος ἀστὴρ ὀπίσσω* eo quod ea horis matutinis orientis ingens sit æstus, & magna siccitas canis nomine totius configurationis appellata est; quam et sunt vt inquit Galenus qui siccion vocent canem, totius sideris abutentes appellatione, Canis enim vniuersum est

est sidus; quæ vero est intra cuius maxillas stella Syrius, quam quis rectius ante canem non canem vocet. Latini antiquiores Canem minorem & Caniculam vocant, ut Plinius & Higinus caniculam in stellam à configuratione distinguerent uocauerunt; tamen reuera canicula est Procyon id est stella & ipsa primæ magnitudinis sed non adeo fulgida & magna sicut Canis; & ipsa nonnumquam usurpat canis minoris configurationis, quam non rectè canem uocant nonnulli, cum solis duabus stellis constet.

Oritur autem Canis minor cum Leone sydere, Sole scilicet primam partem Leonis ingrediente; die 17. Iulij ut Plinius tradit, post solstitium uigesimo tertio die, ex quibus colligimus solstitium tunc fuisse 24. Iunij, quod nunc est duodecimo die eiusdem mensis. Canis uero maior oritur cum cancro die uigesimo septimo Iulij. Intelligit ergo Hippocr. sub Cane, orto iam Cane, & ante Canem ex oriente minore Cane purgationes difficiles esse. Sed iam uideamus quo tempore faciles possint esse purgationes. Scribit enim Hippocr. in lib. de locis aere & aquis non esse exhibenda medicamenta in solstitijs & æquinoctijs. Huius enim uerba hæc sunt. Maxime obseruare oportet magnas temporum mutationes, neque medicinas in illis libenter exhibeamus, neque uanias quæ circa uentrem, neque secerius priusquam prætereant dies decem aut plures, & non pauciores. Periculosissima sunt etiam ambo solstitia, maxime uero æstiuum periculosum etiam æquinoctium utrumque magis uero autumnale; oportet autem & aëstorum exortus considerare, præcipuè Canis, dein de Arcturi, & Pleiadum occasum, morbi enim in his maxime diebus iudicantur, aliqua perimunt, alij uero desinunt aut in aliam speciem aliumque statum transmittantur. His quidem uerbis Hippocr. damnat multa tempora anni, tanquam importuna ad exhibenda medicamenta, aut alia adhibenda quæ corpora nostra mirare à suo statu possunt, ac constat quidem cur aëstorum ortus & præcipuè Canis id faciant, quod iam ostendimus. Arcturi uero & Pleiadum occasum non alia ratione existimare possumus ad purgationem medicamenta exhibenda quæ quod exoluta quo dammodo adhuc sit uirtus ob ætatem præcedentem, & humores ob ætatem crassi redditi, & ob id facti inepti ad purgationem: tamè Medici inter omnia tempora anni Ver & Autumnum putant aptissimum ad Medicinam faciendam, in his qui ob morbos præsentés vel imminentes ab ea opem requirunt, ætatem uero ineptissimam iudicant ab eas causas quas attulimus, cum difficiles ostenderemus esse purgationes ob ætatem quem ortus canis parit. Hyeme uero non ob uirtutis debilitatem, quæ tunc ualidissima esse solet in omnibus præterquam in decrepitis; sed alia ratione difficiles redduntur purgationes, quod scilicet tunc humores in corpore sint ex frigore ueluti concretis qui ob id difficile moueri possunt & non nisi à ualidis medicamentis, in ea uero uolentia non solum tormina, & alia mala oriri solent quæ difficiles purgationes sequuntur, sed etiam colliuationes sæpè fiunt in partes nobiles, & ut tota æstas totaque hyems cuitari debent quantum fieri potest, ita maxime illorum solstitia, quod in uno maximum frigus, in altero uero intolerabilis æstus nos afficiat. Hippocr. uero hæc tempora euitanda esse scribit sed rationem non subiungit, cur plures & non pauciores dies quam decem præteriri uelit, antequam medicamenta exhibeamus, an scilicet quod putet præter calorem frigus & alias qualitates agnoscat latentes alios effectus in nos emanare à uirtutibus stellarum. Sunt qui hos contempnunt, & nihil aliud spectent præterquam æquabilem aeris tempe-

riem, cum qua uirtus redditur apta ad ferendam vim & agitationem illatam à medicamentis, & humorum aptitudinem: Ac ego quidem horum opinionem sequutus, negligens semper fui obseruator motionum Lunæ, & aliorum Aëstorum, sed magnus obseruator earum mutationum quæ in aere fiunt ex magno accessu & recessu Solis: nequaquam tamen damnauerim Hippocr. & alios Medicos, qui ex Astrologia, Medicinæ maiorem auctoritatem comparant.

APHORISMVS VI.

Graciles, & facile uomentes, purgare superius canentes hyemem.

L

IN quarto Aphorismo sumpta Coindicatione ab anni temporibus docuit per quas corporis partes purgandum sit corpus; eadem nunc sumpta à corporis habitu & facili aut difficili aptitudine ad uomendum, docet qui purgandi sint per superiora uel inferiora. Addit etiam Contra indicationem quam præstant tempora in utroque Aphorismo, sexto inquam & septimo: sed in sexto de purgatione per superiora agit, in septimo uero de eadem per inferiora. Scribit igitur graciles purgandos esse per superiora, modo facile uomant, & uomitus non tentetur in hyemem. Ceterum gracilia redduntur nostra corpora, uel ob ossium paruitatem, uel carnis minime molem, aut quod partem habeant pinguedinis. Præterea, contingat ut qui parum habent carnis, ita afficiantur, eo quod parum sanguinis gignunt aut illud excrementosum (ex eo enim nequit cito multa procreari) uideum est, an de omnibus gracilibus intelligatur Aphorismus, an de quibusdam duntaxat, & an id uerum sit in omni corporis statu, in ipsa inquam curatione præseruatione conualescentia, & in omni ætate Galenus ut uidere est in Commentario omnibus ferè gracilibus conuenire putat, eo quod ut plurimum, inquit graciles sint biliosi, adeo, ut gracilibus non alia ratione competere putet purgationes per uomitum quam quod ipsi sint biliosi, his autem ut in quarto Aphorismo docuit, debetur purgatio per superiora. Verum, etsi biliosi omnes sunt graciles, eo quod ex sanguine eo caro bona & plurima gigni nequit: tamen pauci graciles sunt biliosi, quot enim sunt melancholici, quot alij pituitosi, & quanto plures ex paruitate ossium eundem ceperunt habitum in ipsa prima conformatione? Igitur quod Hippocr. commune facit omnibus gracilibus nisi impediatur difficultas ad uomendum quod alias habet causas, perperam Galen. contrahit id solum ad graciles biliosos; Certum autem est, gracilia & facile uomentia multo facilius quam alia omnia corpora, ut bene carnosam, & pingua, per uomitum purgari: nam in uomitu primum diaphragma uehementer deprimitur, & ex ea depressione non leue imminet periculum obæsis crassisque corporibus ruptionis Peritonei, ex qua sequuntur deuolutiones omenti & intestinorum in ferotum. Itaque si humores sint in uentriculo, cuiuscumque generis fuerint, quod natura appetat per uomitum rejicere, tutius potest Medicus uomitum concedere gracilibus quam obæsis; non tamen propterea id intelligendum est de omnibus gracilibus: nam paulo postea scribet tabidis non conuenire huiusmodi euacuationes: ut enim medioeris gracilitas securior corpulentis, ita extrema, periculosissima, caret enim carne & pinguedine quibus uasa firmanantur, & propterea uerenda sunt illorum

ruptiones in ea agitatione que per uomitum fit per medicamenta purgantia. Ceterum, addit Hippocr. & facile uomentes, tanquam non sufficiat gracilitas ad superiores purgationes, nisi etiam accedat facilitas ad uomitum. Sunt porro faciles ad uomitum qui collum habent breue, thoracem latum, abdomē bene carnosum, & robustum, hæc enim breuem facilemque motum præbent humoribus qui à uentriculo ascendunt ad os, quod si quis facilis sit ad uomē dum, & non gracilis, gracilibus quidem, sed difficile uomentibus, præferendus: Addit Hippocr. cauendam esse hyemem, secutus quod scripsit in quarto Aphorismo, hyeme purgationem esse adhibendam per partes inferiores, de qua re nos illic nostram apposuimus sententiam. Quibus uero affectibus conferat uomitus, superfluum est hoc loco tradere, cum ad authoris sententiam interpretandam non pertineat.

APHORISMVS VII.

Vomentes uero difficulter, & mediocriter benè carnosos, per inferiora, cauentes æstatem.

HÆc est conuersa propositio superioris, & propterea conuersam habet interpretationem, qui enim difficulter uomunt, ad uomitum non sunt cogendi, & qui mediocriter sunt benè carnosii apti sunt ad inferiores purgationes, in quibus Diaphragma deprimitur & musculi Abdominis comprimuntur: sed qui mediocriter benè carnosii sunt, ad oēs purgationes sunt apti, videturque mihi vacare vel mediocriter vel bene: nā qui mediocriter est carnosus, benè carnosus est, & qui bene, id est habet mediocriter. Quod uero inquit, cauentes æstatem, habet quod ex quarto Aphorismo qualecumque est fundamentum, sed quod addit Galen. in Commentario quod pertinet ad superiorem & præsentem Aphorismum, fortasse authorem non habet Hippocratem hic enim cauendam esse hyemem in vomitu proponit, non tamen propterea dixit Æstate Autumno & Vere conuenire uomitum: nam paulo postea scribit Hippocr. Melancholicos plenius per inferiora euacuandos esse. Habet autem eam rationem Autumnus ad alia anni tempora quam habet humor melancholicus ad alios humores. Idem de Vere scribit Hippocr. in libro de Natura humana, primam illius partem hyemi similem esse; quare in ea abundat pituita & non conuenit uomitus eo authore, in media parte Veris: viget enim tunc sanguis qui nec per superiores nec inferiores purgationes vacuandus est. In ultima uero parte fortè aliquid bilis incipit abundare; Quomodo igitur simpliciter pronunciare potest Galenus Æstate Autumno & Vere conuenire uomitum? Præterea, quod scribit si res vrgeat, solum cauenda esse ea tempora quæ excipit Hippocr. præceptum continet planè inutile in nostra facultate: quis enim in ipsa æstate cauere potest si res vrgeat in feriores purgationes in his qui difficulter uomunt, aut in ipsa hyeme purgationem per superiora in his qui sunt graciles & facile uomunt. Hæc quidem præcepta nata sunt cum rudi adhuc Medicina, & vsu postea nunquam confirmata, nec vlla ratione comprobata. Quare, ad reliqua transseamus. Neque enim nos retinere debet Cardanus, qui de sanis hos Aphorismos scriptos putat: nam uerè sani his purgationibus opus non habent; alijs uero quibus competit pur-

gatio ad præcautionem illis adhibenda est, non in Æstate aut Hyeme, sed in Vere & Autumno, ut ratio, experientia, & maiorum exempla docent.

APHORISMVS VIII.

Tabidos uero, cauentes ad superiora purgationes.



CAPIR in hoc Aphorismo Contraindicationem ex affectu præter naturam in purgationibus faciendis per superiora: Sunt enim uerè tabidi, qui vlcus habent in pulmone, quibus etsi omnes motus obfunt, tamen inter alios maximè nocet uomitus, ut qui instrumenta respirationi feruentia violentius commoueat, & veluti dilaceret, qui uero reuera tabidi non sunt, sed maximè extenuati, & ex habitu corporis uergunt ad tabem, cuiusmodi sunt qui pectus habent angustum, collum longum, caput magnum, hepar calidum, generantque humores falsos & habitant regiones Austrinas, aut etiam alijs frequentibus uentis agitata, illis etiam obest uomitus, quoniam commouet materiam uersus pulmonem & concutit instrumenta respirationis suapte natura infirma.

APHORISMVS IX.

Melancholicos autem plenius per inferiora, eadem ratione contraria opponentes.



VIDETUR in superioribus Aphorismis cum ageret de Æstate & Hyeme de gracilibus facile uomentibus & de carnosis uomentibus difficile, docuisse, per quas corporis partes expediat purgare biliosos & pituitosos; nunc idem docet de melancholicis; appellat autem melancholicos in quibus abundat humor melancholicus. Est autem melancholicus humor quidam naturalis, qui & propriè melancholicus humor dicitur, alius uero est præter naturam, qui propriè atra bilis nuncupatur; alius qui planè non est secundum naturam, nec omnino præter naturam. Porro, qui naturalis est, gignitur in sanguificatione ex terrena portione alimenti frigida, sicca, & crassa, & huiusmodi humor minimam obinet quantitatem inter alios humores in tota sanguinis massa; quod si alimenta plurimum obtineant potentia huius substantiæ, iam plus gignitur humoris melancholici; idem quoque accidit, si frigida & sicca sit hominis temperies, quomodo qui in ætate sunt declinante melancholici inter alios censentur ut. n. qui calidi sunt & sicci ex temperato nutrimento, plus bilis procreant quam temperati, sic accidit in alijs temperaturis, ut agentia validiora sibi materiam moliantur ex re etiam dissimili. Atra uero bilis, ut Galenus passim testatur, fit ex aduisione, vel ipsius naturalis humoris melancholici, vel sanguinis crassioris, aut flauæ bilis, quæ in vitellinam primum, mox in aruginosam; postea in isatodem, demum in atram conuertitur; ac ut materia ex qua fit varia est, ita non est simplex natura atra bilis, nec idem effectus, ut apparet in mania differentijs, & alijs affectionibus melancholicis; nec omnis qui dem atra bilis acida esse potest, & terram fermentare:

tate: nam quæ ex flauæ bilis affatione fit atra, talis esse non potest, cum ex amato nihil acidum fieri possit, sed ex acerbis & austero, vt Galenus docet in libris de simplicibus. Sola igitur atra bilis acida esse potest, quæ generationem habuit ex adustione humoris melancholici, causamque oportet esse magnam quæ talem humorem potuit affare: propterea lethales sunt omnes affectiones, in quibus atra bilis excernitur; quippè cum iudicet pessimam subesse in corpore dispositionem, & veluti cancerosam, quæ tales pariat humores. Non naturalem appello humorem melancholicum, qui materiam quidem habet terrenam, sed non factam ex simplici sanguificatione, sed etiam cum quadam adustione, qualis est humor melancholicus qui gignitur ex alimento in naturis biliosis, in temporibus calidissimis, ex eo humore videntur fieri febres quartanæ, vt quæ soleant in Autumno, & in ætate declinante procreari. Itaque merito Hippocr. melancholicos omnes causet esse euacuandos per inferiora, quoniam crassi, terreni; est humoris cuiuscunque melancholici natura, quæ deorsum vergit, & inferiora loca, per alium scilicet eum ea sit loca lata, & apta ad suscipiendum & emittendum talem materiam. Vtrumque igitur habet hic humor, scilicet quod vergat deorsum, & per loca conuenientia. Verùm fortè quispiam contra asseret, quod scribit Galenum primo ad Glauconem quartanariis imperandū esse vomitum post eibum, exhibendumque ad id helleborum album. Qui verò, inquit, nequeunt euomere, hi per inferiora valentius sunt purgandi; Quo in loco euidenter repugnat Galenus huic Aphorismo, & suæ interpretationi quàm hic affert: nam hic solum tractatur de purgatione per inferiora in melancholicis affectionibus, illic verò vomitum proponit: purgationem verò per inferiora tunc solum, si fieri non potest facilis vomitus. Ego verò dicere solebam, vomitum non imperari quartanariis ad humorem melancholicum expurgandum, sed ad pituitam quæ in quartanariis, & aliis melancholicis temperaturis gigni solet, & abundare in vetriculo: pituita enim frigidam habet causam, & non necessitati frigidam, & siccam, vt ostendit senectus pituitosa, talis autem pituita commodè per vomitum expurgatur; sed cum in superioribus Aphorismis in temporibus in quibus pituita abundat, & in habitibus pituitosis non esse tentandum vomitum, refugium his authoribus reperiri non potest. Ceterum quod scribit plenius vacuandos esse melancholicos intelligit Galenus fortius id est validioribus medicamentis, sed fortè etiam rectè adderet, frequentius, nam vt in loco præcitato ad Glaucon. scribit, sæpius purgandi sunt melancholici, quoniam crassa, & terrena materia tota simul concoqui, præparari, & expurgari nequit: quare præstat paulatim, & frequenter per mitiora medicamenta tentare euacuationem, quàm semel per validissima. Quod verò rursus addit, eadem ratione contraria opposites, interpretantur Fuchsius, & alii nonnulli, quasi dicat, quemadmodum flaua bilis quæ læuis admodum est, spectèque sursum repit, per vomitum euacuanda est, ita melancholicus humor quia crassus ac grauis, deorsumque vergit, per inferiora purgandus erit. Quorum quidem interpretatio non placet: non enim est contraria oppositio huiusmodi, quæ colligit ex proportione quid sit faciendum.

Præterea, proponit melancholicos per inferiora esse euacuandos, non spectans quid conueniat biliosis. Postremò ex superioribus Aphorismis debemus hanc particulam interpretari: dicebat enim

A gracies, & facile vomentes purgandos esse per superiora, & opponere illis hycemem; quæ contrarium motum postulabat: sic illis qui difficultè vomunt, & benè sunt cariosi, laudabat purgationem per inferiora, nisi impediret æstus, quæ contrarium postulabat; sic nunc docet melancholicum humorem per inferna vacuandum, nisi impediat æstus, aut gracilitas corporis, aut facilis vomitus, aut aliquid denique illorum quæ pollicentur faciliorem vacuationem per superiora.

APHORISMVS X.

Medicari in ualdè acutis si materia turget eadem die; tardare enim in talibus malum est.



Atis ut uerba ostendunt hic Aphorismus pertinet ad tempus purgationis, non in omnibus quidem morbis, sed solum in ualdè acutis, nec omne docet tempus quod in illis est aptum, siquidem & in ipsa declinatione aptissima est purgatio, sed solum de principio, agit quod uerba ostendunt, eadem die. Videtur tamen hoc præceptum non facere commune omnibus peracutis morbis, sed in illis duntaxat in quibus materia turget. Quæ quidem in re, hæc sunt excitanda: An scilicet purgatio competat ualdè acutis morbis suapte natura, quatenus sunt acuti, an solum his in quibus materia turget & quid sit ipsum turgere qualis præterea conueniat purgatio postremo an eadem die purgatio adhibenda, & tardare sit malū. Porro Gal. & alij interpretes non putant conuenire purgationem morbis peracutis nisi turgeant. Ego uero arbitrator simpliciter conuenire in oibus ualdè acutis, sine sine febre, siue cum febre affligant; de quibus uidetur potissimū intelligi Aphorismus: nam ubi abest febris, nulla est cruditas (ut alibi ostendimus, propterea non est expectanda cōcoctio quæ impedit purgationem exerceri inter initia morbi. Sunt autem pauci admodum morbi peracuti sine febre, nempe Apoplexia, Tetanus & Conuulsiones graues, in quibus profecto Medicus præcipuum auxilium sumit à purgatione, & euacuatione lædentium humorum, etsi alia interim auxilia non sunt omittenda, vt sanguinis missio, reuellentia, discutientia, & alia quæcunque excogitare possunt oportuna ad exonerandam naturam.

In morbis uero ualde acutis qui sunt cum febre, eadem planè est ratio: nam illa summa acuties prouenire non potest nisi à uolenta admodum causa, quæ sola natura breuissimo temporis spacio vincere non potest; & pauci sunt acutissimi morbi, qui non fiant ex multa & calidissima, & aliquando maligna bile putrescente: nam si synocham febrem excipias, nescio quod morbi genus peracutum reperias, quod ex tali bile ortum non ducat. Huic malo sola uena sectio mederi non potest, ut quæ putrescentem materiam non euacuet. Quare post sanguinis missionem quæ aduersus causas efficientes putredinem pugnat, purgatio necessaria est, quæ portionem materie putrescentis minuat, aut etià antecedentem causam tollat; quibus peractis, natura facilius postea potest quod reliquum est concoquere, & expellere, nec impedit putredo & cruditas, quæ ex putredine nascitur ad purgationem adhibendam, quia humor hic tenius facilè sequitur attractionem medicamenti non turbata interim naturæ alteratione præsertim quod dicatur à nostris omnibus authoribus, quod etiam docet experientia, illam inchoante morbo non

non multum adhuc occupari in concoctione, id quod postea facit crescente & maximè vigente morbo. Acutis igitur omnibus morbis conuenit purgatio inter initia, ita postulante uehementia morbi, & illius materia quæ nostra requirit auxilia & facile sequente humore lædente, & non turbata natura, quominus possit feruire purgationi alterando ipsum medicamentum, separando malum à bono & expellendo quod malum est, & attrahitur à medicamento. Nec oportet aliam requirere præparationem, ex nominata turgentia, quæ nihil aliud habet quàm inane nomen, quod sola Hippocratis usurpatione nos hæc tenus omnes terruit: nam cum uerbum *εργασια* multa significet, ut spontè moueo, sum ad libidinem propensus, coitum appeto, incendor libidine; Galenus putat usurpati in ea significatione, quod in eo sita tu corporis natura stimulata perinde ut animalia concitata in Venerem appetunt excretionem. Sed ille debebat indicia afferre quibus huiusmodi naturæ impetum deprehendere possemus in principijs morborum: nam illis uigentibus, instantis crisis & aliarum excretionum certæ sunt notæ, ut ille in libro de Crisibus & de diebus criticis rectè docet. Inchoantibus uero morbis nihil tale conspicitur, in acutis continuisque morbis, de quibus agimus, nisi fortè dicamus tunc turgere, quando generantur in aliquibus partibus ex fluxionibus inflammationes, sed illæ rectè non sunt quod appareat in toto corpore vel partibus principalibus ille pruritus & stimulus ad excretionem, qualis conspicitur in animalibus concitata in Venerem. Recentiores uero, non ad ipsam naturam & corpus ipsum nomen turgere referunt ut Hippocr. & Galen. hic apertè docent, sed ad ipsos humores, illos enim siue materiam dicunt turgere, idque perperam. Præterea in principijs acutorum morborum non apparent in humoribus illi motus ex una parte in aliam, & ex illa rursus in alias, sine quiete, ut in animalibus turgentibus apparet. Relicta igitur ut ita dicam huiusmodi turgentia, & hoc ipso turgere, Aphorismum ita pronunciemus: Medicari in ualde acutis eadem die, tardare enim in talibus malum est: nam morbi non solum peracuti, sed etiam acuti materiam habent quæ purgationem indicat necessariam in principijs ut antea ostendimus. Verùm purgatio hæc adhibenda est per mitissima medicamenta, qualia non habebat Hippocr. sed per ea quibus iam per multa secula Dei beneficio, & hominum diligentia abundamus; hæc enim omnia secum habent commoda, nihil uero quod possit obesse, alia uero febres augent, humores aciores reddunt, agitantque, quibus rebus concoctio turbatur, & omnia sæpè redduntur deteriora, adeo, ut Aphorismus à nobis rectius scribi possit quàm ab Hippocr. Illud uero quod scribitur, eadem die medicandum, habet quoque hoc dubium, quod in huiusmodi acutis morbis sanguinis missio nullo pacto sit omittenda, & ea quidem præponenda purgationi, ut scilicet repugnetur primum efficientibus causis quæ gignunt fuentque febrem, an igitur uult Hippocrates eadem die mittendum esse sanguinem & purgandum, & quibus horis diei hæc sunt obeunda? Scio, non defuturos qui negabunt eadem die hæc fieri posse, quod natura nequeat duo ualida remedia una die sustinere, & contrarij motus ferri non possint, si subito sibi succedant, nec differri possit purgatio in horas uesperinas ob concoctionem alimentum. Quorum quidem rationes etsi contemnendæ non sunt in leuioribus & tardioribus malis, tamen in peracutis, in quibus est præsens periculum, non soleo ueteri post sanguinis missionem, interiecto spacio unius horæ, exhibitionem purgantium medicamentum; nec me unquam hu-

A ius instituti penituit, optimis successibus confirmati. Quod si non datur occasio utraque præstandi euacuationum eadem die, duobus primis diebus oportune hæc fient: in alijs uero qui acuti quidè sunt, sed non peracuti, & tertio & quarto commodè adhiberi potest purgatio, uix enim principium excedet in eo spacio morbus, qui finem habet suapte natura in decima quarta. Propterea rectè addit Hippocrates, tardare enim in talibus, malum est, quanto enim magis differtur purgatio, tanto deterior est; non tamen propterea omittenda tanquam inutilis si eadè die fieri ea non potest, præceptum ergo est, & quanto citius adhibetur, tanto ea utilior sit.

APHORISMVS XI.

Quibus tormina, & circa umbilicum dolores, & lumborum dolor, qui neque medicamento, neque aliter soluitur, in aquam inter cutem siccam firmatum.



Hic Aphorismus satis eludit illorum opinionem qui miserè se torquent in continuatione ipsorum Aphorismorum: nihil enim habet hic commune cum præcedenti & sequenti, illi enim pertinent ad curationem, hic uero ad prædictionem. Docet enim, quæ finè expectare oporteat in certis malis quæ solui non possunt purgatione, uel alijs auxilijs mala ea sunt tormina & dolores circa umbilicū; hæc. n. dicit tandè degenerare in hydropè, si tandem non cedant medicamentis. Quid sint tormina, & dolores circa umbilicū & lumbos; & à quibus causis fiant, docet Gal. in Commentario. Verùm, non mihi placeat, quod tormina dicat fieri ob morsum uehementem; nam uerbum *εσπασα* à quo *εσπασι* dicuntur, reuera significat intorqueo, contorqueo, circummago, adeo, ut causa esse non possit alia præterquam flatus, qui per uentrem & intestina circummaguntur, & per multas inuolutiones mouentur. Præterea, si fierent à morfu & acrimonia humorum, non sequerentur Hydrops sicca, id est Tympanites, ut uult Hippocrates non enim acrimonia degenerat in flatuosum affectū qui tanti sint momenti. Quod uero scribit, circa umbilicum dolore, intelligendum esse spiritum flatuosum interceptum in inuolucris intestinalium, etiam non recipio, nam si esset illic flatuosus spiritus, doleret utique medicamentis, ut solent colici dolores finiri. Necesse igitur est, huiusmodi tormina & dolores circa umbilicum qui tandem gignant hydropè, esse extra intestina, scilicet inter Peritonæum & ipsa intestina; tales enim flatus cum non sint in intestinis, per purgantia medicamenta & inferius in iecta solui non possunt; & cum sint reconditi sub cute, musculis multis Abdominis, denso Peritonæo, difficillimè & sæpè nullo modo discuti possunt. Merito igitur cum perseverant tormina circa illas partes ob circumuolutionem ipsius spiritus & dolores circa umbilicum, & lumbos affligunt, magna spirituum crassorum copia indicatur, quæ continuo augetur ab ea intemperie quæ primo cæpit ipsos spiritus & mala ex ipsis nata generare; & propterea tandem Tympanites fit, quæ nihil aliud est quam tanta eorum vaporum copia còclusa inter Peritonæum & intestina, ut ipsum Peritonæum & Abdomè ita distendat, ut Tympani modo, si pulsetur, sonum edat. Hæc plana quidè sunt, sed maior est difficultas in his quæ scribit Gal. in fine Commentarij, & passim alibi, omnem hydropè fieri à frigiditate hepatis, & maiorem esse frigiditatem

ditatem in aquosa hydropo sine Ascite, quam in Tympanite: nam (vt alibi ostendimus,) sola ea species hydropis quam Leucophlegmatiam, hypofarcam, & Anafarcam vocant Græci, fit ab hepatis frigiditate, alia vero due species, Tympanites, inquam; & Ascites, alias habent longè diuerfas causas quam hepatis frigiditatem & sanguificationem frustratam. Leucophlegmatiam quidem sequi frigiditatem hepatis & sanguificationem vehementer laxam, multa ostendunt. Primo, quod vniuersum corpus tumeat & album colorem, qualis est in pituita, referat, vnde Leucophlegmatiam nomen: quia enim non bonus sanguis sed totus fere pituitosus fertur per corpus & ille assimilari non potest & consumi in nutrimentum, paulatim aceruatur in singulis partibus, easque grauat atque in tumorem tollit, qui cum premitur, cedit digitis, & cauitatem relinquit. Deinde, sequi solet sanguinis immoderata profluvia, vel longas dysenterias, vel hemorrhoides diu fluentes, aut immoderate purgationes, aut longas febres, & denique omnia mala, quæ solent natium calorem & spiritus consumere ac dissipare, ex quo vitio sequitur hepatis refrigeratio, & ex ea sanguinis aquosi & pituitosi generatio. Præterea, eandem causam ostendunt remedia, quæ simpliciter describuntur hydropicis: illa enim spectant hanc solam speciem, & non alias, quæ suo addito cognomine propria quoque recipiunt auxilia. Quod vero alia due species hydropis non fiant ab eadem causa, multa docent, Primum, quod multos vel potius omnes qui his malis detinentur, colorem non habent diuersum à suo naturali statu; imo quidam intensiorem habent rubedinem circa maxillas, quam haberent per sanitatem; deinde vrine sunt pauca, & igneæ, quod ostendit bilis dominium & non pituitæ abundantiam & hepatis frigiditatem. Tertio, fitis illa in exhausta qua laborant, quomodo potest constare cum tanta frigiditate & humiditate hepatis, quæ pituita & sanguinem pituitosum aceruet? Præterea, dissectiones ostenderunt aliquando hepar horum malorum esse causam, sed non ob frigiditatem suam, atque etiam non affectum hepate ob affectum aliarum partium hæc mala nasci. Referam: quid ego viderim Lugduni in Vico Mercuriali, vbi habitabam vna cum fratre meo Bartholomeo Argenter. celeberrimo suæ ætatis Medico, primis annis cum medicinam faceret cepi; erat mulier iam vetula, quæ ventrem habebat valdè tumidum, ita vt ab omnibus hydropica iudicaretur, sed illud non poterant intelligere Medici, quod audirent ante viginti annos eam affectionem cepisse & paulatim creuisse, ac interim mulierem non fuisse impeditam in suis officijs, donec in vltimis annis tumor in magnam molem excreuit, cum qua tamen edebat, bibebatque vt sana, & exibat vt sua negotia tractaret, color illi aderat bonus, mortua est ferè septuagenaria, & me præsentem, atque fratrem meo à Iacobo Regio insigni adhuc chirurgo Regis Galliarum dissecta; statim aperto Abdomine & Peritonæo, effluxit mira aquosi humoris copia, ac cum originem mali quaereremus, nihil in hepate aut liene inuenimus, quod recederet à naturali illarum partium statu: stupefacti, quod ea loca non essent laxa, in quibus maiores nostri omnis hydropis causas & sedem posuerunt, cepimus alias partes inuestigare, & tandem in uenimus in solo vtero originem huius mali, tumebat, vterus & erat induratus tensusque admodum, eoque non sine difficultate dissecto, ob insolitam illius duriciem & crassitatem, inuenta est vniuersa illius cauitas plena pingui, alba & crassa substantia, & factum (vt vno verbo dicam) steatoma; atque ita indicauimus in muliere quæ nunquam conceperat, &

A semper difficilè, (vt illa referebat cum à nobis peteret auxilium,) purgabatur more mulierum, paulatim aquosum humorem quo illæ solent abundare, retentum aceruatumque fuisse in venis & per eam viam qua solet fieri in hydropo ex alijs causis nato, sparsum & collectum inter Peritonæum & intestina. Aliam mulierem etiam decrepitam boni habitus post aliquot annos Pisis iussi dissectari, in tali affectu, effluxit magna eiusdem humoris copia, sed nec in hepate vel Liene aut Vtero, aut alia parte, est repertum in quod referri posset causa tanti tumoris, & collectionis tanti humoris; conquerebatur cum viueret, sæpè mecum pariter de diminuta per vterum purgatione, atque ita paulatim quoque ventrem sibi intumuisse. Alios vero multos verè hydropicos dilectui, in quibus deprehendi originem mali fuisse in hepate, sed non eam frigiditatem quam existimant memoriaque prodiderunt maiores nostri, sed induratum hepatis substantiam, & eam quidem non ob pituitam, vel humorem melancholicum, quas materias illi quoque tradunt generare omnes scirrhusas durities, sed nata erat ea durities ob assationem, ob id hydrops Ascites sequi solet vehementes aut diuturnas febres, necnon frequenter fit in illis qui multo generosoque vino vtuntur, & aromatibus, ab his enim causis hepar calefit, exiccaturque, & perinde induratur ac si fixum esset in sartagine; quod quidem malum nullis remedijs sanari potest; sicut nec lateres ab igne cocti & indurati mollescunt. Atque id est, quod Gal. dicere solet, scirrhus hepatis non curari posse, etsi causam ipse ignorauerit, vt qui huiusmodi durities non nisi ex humoribus impactis & imbibitis fieri tradat; quare, si aliqua spes adhuc est in sananda hac duritie, ea tollitur per emollientia à nobis dicta medicamenta, quippè cum ea ex ijs gignatur, quæ calorem, siccitatem, duriciemque augeant. Itaque refrigerantia & humectantia profunt si quid prodesse potest. Illud vero consideratione dignum est, quomodo, quæ ratione sequatur hydrops ex collectione humoris aquosi ob scirrhusam hepatis substantiam: an fortè id fit, quod per eam duriciem venæ quæ sunt in substantia hepatis, occultique meatus qui transitum præbent materiæ, quæ à ventriculo trahitur à summa parte ad gibbam hepatis, sunt exsiccatio & contractio, adeo vt cum difficultate permeet

D Chylus multo aquoso humore plenus, & ex ea difficultate aliquid semper relinquitur ex eo aquoso mucosoque humore, quod paulatim aceruatur inter Peritonæum & intestina, vnde hydropis origo & incrementum postea nasci solet. Sed maius in eo dubium est, per quam viam spargatur humor ille in eo spacio; Ego ex dissectionibus nihil euidenter deprehendere potui: an fortè via aperitur per aliquam ex venis mesaraicis, quæ cum tumida redduntur ex retento humore, aperiant sua orificia, & per illa humorem effundunt parcius aut abundantius pro magnitudine lesionis vasorum, quo fit ut ex hydropicis quidam diutius viuant, alij minus alijs; aut fortè læsi uenis emulgentibus, ex quo fit, vt illi parum mingant residante scilicet eo humore in cauitatem ventris, qui integris vasis solet illabi in vesicam; Fit igitur Hydrops Anafarca ex hepatis frigiditate, Ascites vero ex omnibus causis quæ retinent & aceruant serosum mucosumque humorem. & cum fit vitio hepatis nulla alia cognita adhuc est in eo causa mali, præterquam illius durities, fortè semper, aut certè vt plurimum ex adustione nata. Ceterum Tympanites vt plurimum coniungi solet cum Ascite, videturque semper hic incipere, & ex hoc postea ille fieri, nulla enim videtur causa inueniri posse in aliquo membro quæ possit spacium illud quod est inter Peritonæum & intestina,

testina, tantis & solis flatibus replere: nam si Stomachus flatum gignit, ille in sua origine continetur, aut ad intestina spargitur, idem contingit, si ipse in intestinis proveniat: hinc Colicis dolores, sed Hydrops sequi non solent. Vitis vero Hepatis nescio quo modo flatu gigni & in ea cavitare tanti colligi possint, ut Abdomen totum repleant & distendant: forte aliquando in membranis musculorum Abdominis flatu aliquis provenit & includitur, qui tandem dumtaxat mala dispositione, spargitur in vicinum spacium, & tensionem parit. Quem casum videtur hic tangere Hippocr. Sed ut id raro fit, ita (ut dixi) videtur vera Tympanitis origi nasci ex humore aquoso & mucoso Ascitem committente, ille enim facile in flatum à calore nostro vertitur, cum extenuatur, sed dissolui nequit. Quæ quidem si vera sunt, non est quod dicat Galen. omnem hydropem fieri à frigiditate hepatis, nec quod hic dubitet, an à maiori frigiditate gignatur hydrops Ascites quam Tympanites; videtur tamen in ultimis verbis quibus scribit, neque enim humida substantia in flatuosum aerem sine calore aliquo potest transmutari, meam opinionem evidenter confirmare, quod flatu qui Tympanitem efficiunt, ex aquoso humore ex quo originem primam habet Ascites, fiant: forte etiam vitio stomachi hoc malum oriri potest, ut Cardanus refert se vidisse, & probat ob id eam lesionem quæ habent supra vmbilicum.

APHORISMVS XII.

Quorum alui lenitate intestinorum laborant, hyberno tempore supra purgari, malum.

Redit ad locum ineptum ad purgationem faciendam: docet enim quid impediat fieri purgationem per superiora, in lenitate intestinorum siue Lienteria. Est autem hyems, inquit. Quod præceptum frustra meo quidem iudicio hic repetitur: nam superius docuerat vomitum nunquam esse tentandum hyeme, quare nec in Lienteria eo tempore hoc est præstandum: Quod vero præcipuum est omisit, per quam scilicet viam oporteat Lienteria laborantes euacuare; hoc enim non patet, & id quod indicat & indicatur prius tradendum est, quæ id quod contraindicat & contraindicatur: sed hoc forte patebit cum intellexerimus quid sit Lienteria, quas causas habeat, & quis sit locus affectus. Porro Lienteriam vocat in hoc Commentatio & alibi Galenus ciborum & potionum celeres excretiones, ita ut talia deiciantur qualia deuorata fuerunt. Verum ea definitio superfluo addit celeritatem: nam sæpius retinentur quæ comeduntur & non celeriter deiciuntur, tamen non sunt mutata in bonum Chylum, quare etiam non omnem Lienteriam definit, sed eam quæ est extrema, vix enim vnquam videmus ea quæ sunt digesta, talia deijci qualia fuerunt assumpta: alteratio enim aliqua omnino fit, quoniam semper aliquantulum retinentur in ventriculo & in ipsis inuolutionibus intestinorum, aliqua fit alteratio: in his vero quæ excernuntur per vomitum, sæpè apparet perfecta cruditas, quoniam subito sequi possunt vomitus ingestionem, & in transitu per gulam nulla fit alteratio, ut in ea quæ fit per intestina. Aliquando Lienteria componitur cum Diarthea, aliquando cum Dysenteria. Locum autem affectum dicit Hipp. esse veteres & non alium, ut malè vertit noster interpret: nã alius videtur maximè continere intestina crassiora, ut cum dicimus aluum mollire, aluum ducere, aluum

amouere, vel purgare; & ex illorum intestinorum vitio, non fit Lienteria, sed ex superiorum partium malo: non tamen crediderim intestina esse sedem huius affectionis, sed solum ipsum ventriculum: nam ut Galen. in libris de vsu partium scribit, in testina tenuia distributionis alimenti & non concoctionis sunt instrumenta: Crassa vero facta sunt ad excrementa relicta post concoctionem & distributionem suscipienda, & continenda: at Ventriculus, concoctionis primæ est instrumentum & author. Porro, ut concoctio rectè fiat, necesse est ut ipsa concoctrix facultas valeat, & retentrix quoque retineat quamdiu quoad concoctrix absoluerit suum opus, & expultrix non moueatur ad agendum antequam retentrix perfecta concoctione remittat & veluti relaxet quæ cohibebat. Quæ si vera sunt, non solum ex potentie retentrix debilitate fiunt Lienteria, ut hic Gal. tradit, sed ex ipsius concoctrix infirmitate, & sæpè ipsa retentrix debilis non est, sed ob quantitatem exuperantem alimenti, aut aliud vitium, nequit illud retinere. Contingit quoque ut aliquid irriter expultricem intempestiue, quæ id quod in Ventriculo continetur non expectata concoctione, nec laborante retentrice, extrudat. Ceterum, debilitates & concoctricis & retentricis sequuntur quidem omnem intemperiem insignem, sed concoctio maximè offenditur à frigido, retentia ab humido; quare tunc Lienteriam maximè fieri oportet, quando frigida & humida intemperies ventriculum afficit, tunc enim & concoctio & retentio pariter læduntur; quare, non mirum si aut nulla, aut debilis certè sit in alimento alteratio. Remedium autem est calefactio & exsiccatio per interna externaque alia, quibus uti solemus ad hæc ventriculi mala corrigenda, sed ubi diu perseuerat hoc malum, aut grauius est ab initio, coniungitur omnino cum intemperie multus pituitosus humor, qui ex intemperie genitus est, aut ipse ex crapula genitus, in temperiem postea parit, & ventriculi ipsius substantiam laxat & exoluit, tunc conuenit purgatio quæ extrahat imbutum hunc humorem ab ipso Ventriculo, aut hunc timens hyemem Hippoc. non vult per vomitum euacuari, sed quam rectè, antea docuimus; imo si quid aliud solet hos vomitus iuuare quocumque tempore fiat, Galenus vero ut blandiretur Hippocrati, dicit vomitum non conuenire quando adhaferit pituitosus humor intestinis, quia ea sola sunt apta educi per vomitum quæ continentur in ventriculo. rectè quidem hæc; sed quid fiet si pituitosus humor continetur in ventriculo, ut reuera continetur, sicut ostendimus in hac affectione. Prodest ergo vomitus, profunt & deiectiones per exhibitionem Hieræ quæ in hoc casu maximas laudas obtinet. Hæc ergo est nostra de hoc Aphor. sententia.

APHORISMVS XIII.

Ad Helleboros qui non facile supra purgantur, eorum corpora ante potionem pluri cibo, atque quiete humectanda sunt.

Vm in his Aphorismis ageret de purgatione per superiora, & inferiora, merito addit quoque Aphorismum de purgatione per superiora quæ fit ab helleboro, & duo docet, quinam scilicet ea purgatione egeant, & quid præterea præstandum sit ab his qui helleborum sunt sumpturi. Egent autem helleboro ut purgentur per superiora, qui difficilè vomunt inquit Hipp. ut verba satis ostendunt. Quam

sententiam Fuchsius & Cardanus peruerterunt: Ille enim scribit non quousque esse vacuandos per helleborum, sed eos tantum, qui facile nulloque negotio vomunt, & eos etiam postea concedit vacuandos esse, qui difficulter vomere solent, modo eorum corpora prius cibo pleniori, & quiete preparata fuerint. At Hippocr. de his qui facile vomunt nullam mentionem facit, & temerè sanè illis iniungeret vomitum per helleborum, quippè, cum sufficiant leuiora alia medicamenta ad vomitum ciendum, & admodum periculosum in illis sit uti helleboro: nam ex facilitate veniendi & vehementia medicamenti immoderatam sequi excretionem necesse est, & omnia fieri symptomata quæ solent comitari huiusmodi euacuationes. Qui vero difficilè vomunt, leuioribus medicamentis moueri non possunt ad vomitum; quare, si ita possulent eorum mala, helleboro uti debent: ex hellebori enim vehementia & difficultate uomendi rarior sequetur uomitus. Verùm, quia helleborus solet conuulsionem patere, (ut postea scribet) vult corpora cibo multo & quiete præhumectari, ut faciles fieri possint motus. Hæc est sententia Hippoc. quæ facit contra Fuchsiū. Cardanus vero Galenum secutus, vult Hippocratem docere corpus preparari debere antequam sumat Helleborum cum leuioribus alijs medicamentis vomitum cientibus; de qua re ne verbum quidem Hippocrates tractat. Sententia igitur ea est. Ad Helleboros qui non facile supra purgantur, ducendi, & eorum corpora ante purgationem pluri cibo atque quiete præhumectanda sunt. Porro, non facile supra purgantur, qui crassi sunt, qui tabidi, vel pituitosis humoribus abundant, qui sunt in hyeme. de his enim antea egit Hippocrates. Egent vero helleboro non qui facile vomunt, nec qui leuibus morbis detinentur, sed qui maximis, uomuntque difficilè. Refert Celsus, quinam sint morbi illi: datur inquit, atra bile uexatis, aut cum tristitia infantibus, aut his quorum nerui parte aliqua resoluti sunt, comitaliq; morbo affectis, id neque hyeme, neque Aestate rectè datur, optimè Vere, tolerabiliter Autumno, quisquis daturus erit id agere ante debet, ut accepturi corpus humidius sit. Hęc scribit ille 12. & 13. capite libri secundi. Plura uero mala adijcit Braslausius, quæ temerè credit egere helleboro, cum ad solam deiectionem per aluum pertineat Celfo auctore. Intelligunt autem auctores per helleborum cum uomitum mouere uolunt, album. Datur autem helleborus albus usq; ad duos scrupulos, sed tunc preparatum exhibendum, sine preparatione uero scrupulus unus exhibetur. Preparatur autem multis modis: nam Dioscorides lib. 4. illum miscet cum pasta ex tritico & concoquit, & postea helleborum dat uel puluerisatum uel in pillulas formatū. Sunt etiam qui experti sunt panem illum in quo incoctus est Helleborus feliciter purgare. potest etiam in eo qui in cotoneo excavato, deinde assumitur ipsum helleborum aut ipsum cotoneum mandis, quod tutius est; ab alijs in aceto per octo dies maceratur, exiccaturque postea in umbra. alij macerant in aqua uitæ quam postea utunt, & ea uita helleborum exhibent; Alia auctore Gal. raphano immittunt, cumque infixum feruant triduo, abijciunt postea, & raphanum comedunt, aut macerant in oxymelite per 24. horas, postremo oxymel bibunt. Sūt tamen qui helleborum cum raphano cui infixus est in oxymelite macerant. Paulus Aegineta helleborum minutissimè dissecat, & ex eo drachmam uel duas decoquit in succo Pisanæ aut Halicæ, & succū eum postea præbet abiecto helleboro. Hæc quidem de exhibitione hellebori albi, quem ego cenfeo non esse exhibendum nisi ubi alia auxilia non contulerūt

.OHTA

A mitiora, cuiusmodi sunt pus pingue cū oleo, oxymè cum decocto feminis anethi, radix peponis arida cū mulla, Betonica radix, & Agaricus. Validiora sunt succus Ebuli, aut Sambuci, & drachma radicis Afari quo felicissimè sum aliquando usus in coxendice & grauioribus alijs morbis sine febre. Nigro uero helleboro sæpè sum usus in decoctionibus cum alijs herbis & seminib. & eo liberaui Bononiæ laborātem morbo Comitali qui originè habebat ex tribus minoribus digitis manus.

APHORISMVS XIV.

Cum biberit quis helleborum, ad motiones quidem corporum ducere magis, ad somnos uero atque quietem, minus indicat autem nauigatio turbari motione corpus.



Alenus putat hunc Aphorismum esse scriptum ab Hippocrate, ut doceat, qua ratione fiat ut Helleborus assumptus maiorem habeat uim ad purgandum, quem quidem redarguit Cardanus, qui, inquit Hippocratem hic docere, non quo modo augenda uel sistenda aut minuenda sit purgatio, sed quo pacto ea commoda, facilis, celeris, & minus molesta fiat ut uenensum alioqui medicamentum cito exeat à corpore; Cuius opinionè ego unice probō: nam de augenda uel sistenda purgatione aperte agit Aphorismus sequens. Id autem quod commoda & facilem reddit purgationem assumpto helleboro, est motus, inquit Hippoc. qua quidem in re uideūm est, de quibus morbis intelligat, & quo modo, & quando, & quatenus sint adhibendi. Deinde quæ nam sit ratio & an illa sit communis non solum helleboro assumpto, sed alijs omnibus medicamentis purgantibus. Si uomitus expectatur ab hellebori sumptione (ut hic uult Hippocrates) certum est eum de omnibus motibus non intelligere: nam ai motus, ut ira & tristitia, nō adiuuāt uomitū, nec inter motus corporis ambulatio quæ recta uia procedit uim habet turbandi corpus & ciendi uomitum, quare de illis solum morbis intelligere oportet, in quibus fit turbatio & commotio earum rerum quæ sunt in stomacho, id quod faciunt maximè nauigatio, gestatio, corporis equitatio, & ambulatio quæ sunt per circulum, leues autem oportet esse quosdam ex his morbis, alios uero uehementiores, si uomitus sequi debet: nam agitatio quæ fit nauigando, non fit cum mare est tranquillum, sed impetuofum à uentis agitatum. Vehemens autem ambulatio aut cursus, tuto non adhibentur, quia rapiūt helleborum uenensum aut certè malignum, suapte natura in uenas, quare illi motus sunt eligendi, qui solum possint eleuare humores à stomacho, quare modus quoq; adhibendus est in motibus, quos idoneos in te proposita iudicauimus esse; nec statim assumpto helleboro motus fieri debet, sed posteaquam coniectura iam ostendit redactum esse medicamentum (ut dicere solemus) de potentia ad actum & cum iam purgatio fit, quiescendum ne equo currenti calcaria addantur. Ut autem facilis fiat uomitus, præter alios motus, cum iam uile instat digitis uel penna oleo intincta & ructibus adiuuanda est interna ea agitatio. Est portò communis ratio cum Helleboro omnibus medicamentis qua uomitum mouent, ac in leuioribus quidem motus adhibentur, non quod immineat aliquot periculum ex longiore illorum mora in corpore, sed ut ualidior reddatur ex ea perturbatione

turbatione vomitus; In illis vero medicamentis quæ per aluum purgant, distinctio adhibenda est: nam vt leuis quædam commotio non obest, cum iam medicamentum commouet corpus, ita quies adhibenda est ab initio, quippè, cum verendum sit, ne ex commotione deiectionum medicamentum fiat vomitorium. Validiores vero motus cauendi sunt ea die qua assumptum est purgans medicamentum, quandoquidem experientia docuit nonnullos ex assumptione solius Cassiæ in magnum discrimen fuisse adductos, facta superpurgatione, oborta vehementi febre ex raptu, vt incredibile est, medicamento tota substantia inimici, in vasa, & viscera nostri corporis.

APHORISMVS XV.

Cum uolueris magis ducere Helleborum, moue corpus; cum vero sistere, somnum facito, & non moueto.

VT satis verba Aphorif. ostendunt, docet Hippocr. quid à nobis præstandum sit assumpto helleboro, si fortè viderimus minorem esse, aut maiorem euacuationem. Quod præceptum non leuis est momenti, quandoquidem hæc duo sæpè Medicos non parum angunt ob quarum morbos agrotantium, qui conqueruntur de deminuta vel superflua purgatione. Est ergo inquit Hippocrates remedium ad augendam purgationem, motus corporis: ad eandem vero sistendam somnus & quies. Qua quidem in re, videndum primum est, an vera sit hæc Hipp. sententia in purgatione quæ fit ab helleboro. Deinde, an ea trahi possit ad reliqua omnia medicamèta purgantia. Postremo, an alia præter motum, somnum & quietem hæc præstare possint. Porro, corporis motus corpus calefacit, si vehementior sit: ad incrementum vero caloris sequitur, vt vel partes in quibus augetur calor ex motu, vt sunt articuli & qui illis alligantur musculi, attrahant ex ventriculo, intestinis, & profundioribus arlijis partibus medicamentum, vel etiam ipsum spontè ad loca excalefacta moueatur; Accidit quoque ex tali motu liquari extenuarique humores, & eosdem reddi aptiores ad attractionem, quam præstat assumptum iam helleborum. At vero, tales motus (meo quidem iudicio) nequaquam laudauit Hippocrates, neque enim medicamenta suapte natura & ex violètia illis adiuncta nobis inimica trahenda spargendaque sunt per omnia viscera; Leuiorem igitur motum & facilem atque breuem quandam ambulationem intelligat oportet, nomine motus. Sed quid hæc præstare potest ad augendam euacuationem? an hoc fit quod leuis ille motus causa fit maioris faciliorisque mutationis medicamenti primum de potentia ad actum? deinde, vt facilius possit penetrare illius vis in eas partes ad quas peruenire debet medicamentum purgans, siue hoc sit ipsum medicamentum, siue vapor ab eo eleuatus, siue vis alia quæpiam quæ sine substantia intromissa tandem assequitur humorem quem allicere est aptum. Tertio prodest etiam motus vt facilius descendat & colligatur in intestinis humor qui à venis trahitur: fortè etiam promouet euacuationem quia facit ad extenuationem & colliuationem humorum qui promptius postea attrahuntur. Merito igitur motus, validiores reddit purgationes, & quies contrarijs rationibus eas mi-

Anuat & sistit. Somnus vero idem facit ob peculiâres sibi rationes: nam per somnum vniuersus ferè calor influens reuocatus ab externis partibus, colligitur circa ventriculum, atque ita vincit extinguitque medicamenti purgantis vim, & simul prohibet ne ea amplius immutatur in exteriores venas, atque etiam ne ipsi humores influant in Ventriculum & intestina: nihil enim horum fieri potest absque caloris illius motu, qui per somnum, vt diximus, in ventre collectus, quiescit. Igitur inchoatam purgationem somnus firmat, aut certè vehementer debilitat, vt experientia quoque docet. Cur ergo Medici plurimi assumpto medicamento purgante, somnum imperant? an id non faciunt posteaquam medicamentum vacuationem inchoauit, sed cum ipsum recenter assumptum eget collectione caloris, vt facilius medicamentum actu fiat purgans, quod antea erat solum potentia? Quæ quidem si vera sunt, vt putamus, his solum iniungendus est somnus, qui debilitari sunt calore, vel frigidius, crassius, vel durius medicamentum assumpserunt. hoc enim requirit ampliorum calorem in ventriculo vt perficiantur purgationis opera; alijs vero temerè adhibetur somnus. Ceterum, præter motum, quietem & somnum, post assumptum medicamentum, quidam ex Medicis iubent assumi aquam hordei, vel iuscula, & ea non pinguia; alijs vero hæc damnât; ac inter eos qui illa probant, dissensio quoque est: nam Hippocrat. bibendum aliquid tale esse statim assumpto medicamento purgante scribit, alijs vero id fieri volunt iam dudum inchoata purgatione, alijs vero non, nisi cum iam instat edendi tempus. Porro, exhibendum aliquid esse liquoris prædicti censeo, sed non quouis tempore in omnibus: nam malignis, & vehementibus assumptis medicamentis, quale est helleborus, & alia anti quorum pharmarca, prodest statim assumpto medicamento more Hippocratis benignum & familiarè liquorem assumere, vt abluatur os, cælophagus, & stomachus, ne aliquid medicamenti illis inherat partibus, quæ exquisito sensu sunt præditæ, sed tanta non debet esse potio, ut vim medicamèti extinguat; in mitioribus vero medicamentis, si feliciter procedit purgatio, nihil exhibendum antequam instet edendi tempus: tunc autem omnino concedi debet ex aqua hordei vel iusculo macilento cum saccharo, ut abstersione ab eo facta, nihil amplius inherat utriculi tunicis, quod appetentiam, retentionem & concoctionem alimenti turbare possit. Quod si purgatio feliciter non peragitur, idque fiat vel ob debilitatem medicamenti, vel ob crassitatem & frigiditatem humorum, commodè quoque auxiliatur potio calidior assumpta: ea enim, ut experientia sæpè docuit, collectis reliquijs ipsius medicamenti assumpti, & liquidis humoribus, solet haud multo post feliciter aluum mouere. Proderit quoque eadem in calidioribus naturis, & morbis, validior enim ex ea irrigatione & humectatione facta natura; feliciter purgationi seruit, quod si purgatio validior est, spectandum an ob solam medicamenti uehementiam id fiat, vel etiam ob morsionem excitatam in intestinis. **E**tenim illi medetur per somnum & quietem, cum illi & potiois copiosa assumptio: huic vero iuscula abstergentia primum, deinde pinguis succedere debent.

APHORISMVS XVI.

*Carnes sanas habentibus Helleborus periculo-
sus, facit enim Conuulsionem.*

PERTINET hic Aphorismus ad curationem, & vsum hellebori, docet enim quid cōtraindicet purgationem per helleborum, nempe, sanitas carnis: qui enim carnes sanas habent inquit, non possunt ferre vsum hellebori sine periculo. Subiungit autem periculi genus, nempe Conuulsionem. Putat autem Galenus hunc Aphorismum particulariter explicare quod vniuersaliter docetur 36. & 37. Aphorismo secundi libri, vbi scribitur: qui salubritatem corporis habent, per medicamenta euacuati, cito exoluuntur, & qui prauo vtuntur cibo. Et qui bene se habent corpore, difficulter ferunt medicationes. Verūm aliqua agnoscitur differentia: nam illic de his qui bene habent simpliciter tractat: hic vero de his qui solum habent carnes sanas. Differunt autem hæc inter se corpora: nam vt Hippocr. scribit in libro de vfu hellebori, purgatio per superiora eis commoda est qui absque febre laborant cibi fastidio, ventriculi punctione, vergitine, oris amaritudine, & ut semel dicam, doloribus supra infraque septum trāuersum, seu etiam in lumbis sint, & genuum grauitas adsit, vel mensium suppressio, & similiter vbi morbus ex defluxione & cerebro oriatur. Constat igitur in his omnibus & humores in venis contentos bene se habere posse, & tamen conuenire Helleborum, quibus magis est periculosus, quam si in venis esset Cachoymia, & carnes eadem essent imbutæ: nam vehementia medicamenti exoluitur à Cachoymia. Cur afferat Conuulsionem his qui sanas habent carnes, nunc videndum est, & postea quænam alia mala præter Conuulsionem his corporibus afferre possit. Porro, Galenus in Comment. scribit illud peculiare esse helleboro, vt faciat Conuulsionem, propter operationis vehementiam. Quam opinionem etiam Cardanus rectè refellit: nam scammonium, colocynthidis, & alia nonnulla vehementius purgant helleboro, non tamen Conuulsiones faciunt, quæ deberent pariter succedere superpurgationibus à Medicis dictis, id quod experientia non docet, at fortè id facit eo quod per vomitum purget, dum fursum & deorsum (vt vomitus vehemens postulat) gulam ac asperam arteriam & nervos qui in ipsis sunt, trahit. An potius Conuulsionem parit ob peculiarem quandam suam malignitatem qua præfocat vel mordicat, non ob nimiam euacuationem & liccitatatem, postea ostendemus Conuulsionem fieri non posse. Hæc profecto doceri non possunt nec scribi, quia nemo iam Helleboro albo vtitur ad vomitum mouendum, aut alio modo purgandum corpus, propterea nec quid faciat, aut quomodo prosit, aut obfit percipere possumus; Ratio autè dicit alia mala ipsum adferre posse præter Conuulsionem: nam ob vehementiam actionis, vniuersum corpus cōmouet, stomachū veluti dilacerat, et si excedat vires eius qui purgatur, aut non inueniat malos humores, donec illius vis extincta sit, dysenterias, exolutiones corporis, animi deliquia, & tandem mortē inferre est aptum. Sed præstat ad ea quæ vtiliora sunt propterea: nam in re ob tanta pericula meritò detelicta, superfluum est accuratas excogitare interpretationes.

APHORISMVS XVII.

Si quis febrem non habens, abstineat à cibo, & cordis morsum, & tenebricosam vertiginem patitur, & oris sentit amaritudinem, purgatione indigere per superiora significat.

VT in superioribus Aphor. docuit, in quibusdam affectibus conuenire purgationem per superiora, ut in gracilibus & facile venientibus, & in ætate, in alijs vero conuenire purgationem per inferiora, vt in bene carnosus, difficilè vomentibus, tabidis, melancholicis, in hyeme, & in his qui leuitate intestinorum laborant: ita nunc multos coniungit casus, in quibus conuenit purgatio per superiora. Neque vero putandum est eum existimare non esse vtilem huiusmodi purgationem, nisi illis qui hæc omnia mala simul patiuntur. Conueniet igitur purgatio his, qui hoc solum patiuntur quod diectam habeant appetentiam, aut sentiunt morsionem in Corde, aut laborant vertigine, aut sentiunt in ore amaritudinem, ac multo magis si hæc omnia mala sint coniuncta. Verūm, quod scribit: Si quis febrem non habens, & prædictis morbis laboret, videtur significare se intelligere de purgatione per superiora facta ex helleboro: nam alia mitiora quibus utimur ad vomitū faciendum, fortè non vereretur exhibere etiam præsentem febrem. Iam vero videndum est, quomodo conuenire possit singulis affectibus enumeratis in Aphorismo purgatio per superiora, siue per helleborum fiat, siue aliter. Occurrit ergo primum tibi inappetentia, quam *ἀνορεξία* quasi dicas à cibo abstinentiam, quæ multas potest habere causas, vt in primo libro Aphorif. ostendimus: nam si ad appetitum conciliandum requiritur euacuatio Ventriculi, & vacuationis sensus, & præterea robur eiusdem visceris & facultatum quæ in eo sunt, profecto continget appetentiam vel minui, vel etiam perdi, si vna ex illis causis desit, id quod experientia docet: nam qui in otio degunt, aut crapide indulgent, nunquam ferè cum appetitu cibos ingerunt, semper enim in illorum vetriculo continetur aquosus pituitosusque humor qui replet. Sic qui delirant, quia non apprehendunt molestiam quæ oritur ex uacuatione & dissolutione quæ fit in stomacho, cibos non appetunt. Ætas vero, febres, & alia quæ vehementius calefaciunt, eo quod dissoluant robur Ventriculi, appetentiam quoque perdunt, & propterea acida pituita, & humor melancholicus in orificio ventris imbibitus, solent vehementem famem afferre, eo quod cum astrictione, cū qua robur seruatur, exprimant, vacuentque humorem in substantia Ventriculi contentum. Contra vero bilis flaua, appetentiam perdit, quoniam eandem substantiam digerit cum dissolutione partis. Ergo cum tot sint causæ quæ ledunt appetentiam cibi, cur Hippocr. laudat purgationem per superiora, quam antea dixit solum conuenire vbi intus nocet humor biliosus? Ceterum, *καρδία* siue cordis passio fieri etiā potest, non solum à bile, sed et à pituita salia, & seroio humore adherente orificio stomachi, quod cor etiā vocarunt maiores nostri; quare huic malo non solum conuenire debet purgatio per superiora, sed etiā per inferiora. Quid Vertigo sit, satis patet ex Gal. Commento, patiuntur enim Vertiginem hi, quibus videtur res conspèctæ circumuolui, & sensus visus repente destruitur, sibi que tenebras circumfundi opinantur,

Y tur,

tur, idque inquit fieri ore Ventriculi à malis humoribus morfo: nam propter neruorum magnitudinē qui ad ipsū à cerebro veniunt, hac parte patiente, animæ opera detrimentum patiuntur. In quibus quidem verbis, illud non probo, quod dicat Vertiginem fieri ore Ventriculi à malis humoribus morfo: nam absque aliqua motione multos vidi Vertigine correptos ex sola cruditate stomachi, & ego nonnunquam ex eadem causā, cum in iuuentute vehementius incumberem literis, hoc malū sum passus absque aliquo morfo cordis. Præterea, illud etiam haudquaquam recipio, quod has circumuolutiones & tenebras circumfundi oculis tradat, ob neruos qui à cerebro inferuntur in orificium Ventriculi: nam absurdum esse arbitror, existimare per neruos aliquid ferri vaporis aut humoris à stomacho ad cerebrum, aut à cerebro in alias partes descendere; sed hæc mala nascuntur ex vaporibus per Oesophagum, arterias, & venas elatis ad oculos, & ad cerebrum, quo modo videmus ex motibus circularibus fieri aliquid verisimile, quod contingere non potest, nisi ex spiritibus vario modo agitatis. His itaque malis & oris amaritudini non solum vomitus per superiora, sed etiam euacuatio per inferiora prodest, vt ostendit purgatio facta ex Hiera Gal. quam ipse passim in his affectibus alibi commendat.

APHORISMVS XVIII.

Supra septum transuersum dolores purgatione indigere per superiora significant, quicumque vero inferiora molestant, per inferiora.

HUNC Aphorismum difficile est interpretari, vt verba illius significant: nam si simpliciter intelligamus omnes dolores qui sunt supra septum transuersum, agentes purgatione, curandos esse per vomitum absurda redditur sententia; Etenim capitis, gulæ, scapularum dolores, vomitu iuari non possunt, nisi causam habeant & originem ex humore contento in orificio stomachi. Nec profectò Aphorismus extenditur ad omnes dolores qui sunt in pectore sine thorace supra septum transuersum, ut Galenus sentire videtur in Commentario, qui clarum esse dicit, omnes dolores qui sunt supra septum transuersum, indigentes purgatione, eam adhibendam esse per superiora, propterea quod necesse sit facere euacuationes secundum humorū infestantium motum: nam quenam quæso via patere possit ad vomitum humoribus vitiosis contentis in venis musculorum thoracis aut conclusis in ipsis musculis vel in tunis & membranis quæ ambiunt thoracem vel alio quocunque modo in ipso repetiuntur? De illis tamen doloribus videtur intelligere Hippoc. quandoquidem lib. 2. & 4. De Victu acutorum, cum agit de curatione Pleuritis, aperte scribit, purgandum esse, si dolor vergit ad septum transuersum: mittendum vero sanguinem, si ille ascendit ad iugulum. Quæ sententia, eos etiam refellit, qui credunt Hipp. hic solum tractare de doloribus omnibus & molestijs quæ oriuntur ex orificio oris Ventriculi: nã præter ea quæ adduximus ex libris de Victu acutorum, ex superioribus Aphor. satis constat, hunc authorem solum imperare purgationem per vomitum, vbi dolores & affectiones aliæ nascuntur ex humore bilioso, quatuor quidem minima fortè pars est, maior autem ex cruditatibus & ex pituitosis aquosisque humoribus solis, vel etiam cum statibus mixtis. Neque vero hanc

opinionem confirmat quod scribit Gal. vacuationes esse faciendas secundum motum infestantium humorum: primum enim videre oportet an motus ille reuellendus sit & sistendus; deinde, an fiat etiam sursum cum partes superiores laborant. Plurima enim pars dolorum qui fiunt supra septum transuersum in thorace nascuntur ex fluxionibus quas per venas cerebrum deorsum mittit: inferiores vero partes nescio quo modo transmittere possint humores noxios in superiores thoracis partes; non ergo dolores qui infestant partes supra septum transuersum fiunt ex humoribus ascendentibus magis quàm ex descendentibus: quare, nec euacuatio quæ fit per vomitum sequitur humorum infestantium motum. Postremò, præter motum humoris, maximè debet sequi Medicus conuenientes vias & colligationes vasorum per quas via patet euacuatiōi ludentium humorum. Si enim fortè confluant humores ab inferioribus partibus ad caput, aut sine fluxione calidi sint & biliosi, contenti in venis habitus corporis, quis quæso tentabit illos euacuare per partes quæ in capite continentur, quippè, cum nulla illis pateat via per aliquam cavitatem præterquam per venas quæ in musculis quoque finiuntur, nec apertam habent connexionem cum capite, per quam possit fieri per nostra medicamenta euacuatio per superiora. Vt igitur Aphorismi verba nullam sententiam continent, quæ rationi aut experientia congruat: sic frustra se conterunt interpretes vt aliquid in ea re dignum excogitent.

APHORISMVS XIX.

Qui medicamentis purgati non sitiunt, non priusquam sitiant.

NON de his qui purgati iam sunt, sed adhuc purgantur assumpto medicamento, intelligendus est Aphorif. nam qui iam purgati sunt, quiescunt. Vult autè docere Hippoc. terminum quem assequuntur laudabiles purgationes: illæ enim antequam finiantur, solent sitim aliquam afferre; quod si sitis vehementior sit, iam purgatio videtur excedere mediocritatem. Propterea rectè dixit, non quiescunt priusquam sitiant, qualemcumque scilicet sitim, & non magnam in hoc casu requirens. Nec hoc præceptum pertinere potest ad omnes purgationes, quæ enim sunt imbecille ex leuioribus quàm par sit medicamentis factæ quiescunt priusquam oriatur sitis. Itaque rectè dictum est, hoc solum pertinere ad moderatas purgationes quæ fiunt à medicamentis, quæ apta sint euacuare mediocriter corpora quæ opus habent purgatione. Ceterum, quod Galenus scribit, sitim statim in nonnullis qui purgantur, fieri, in alijs vero postea, & hoc fieri propter ipsius ventriculi dispositionem; vel propter propinatum medicamentum; vel ob naturam humoris qui euacuatur, tangit quidem sitis causas: verum nihil ad Aphorismi sententiam: non enim quid fiat statim assumpto medicamento, quid sequatur ratione affectionis præexistentis in ventriculo, aut qualitatis medicamenti, vel humorum qui euacuatur spectat Hipp. se quid tandem sequatur euacuationem quæ fit in purgatione: eam. n. profectò oportet esse imbecillam, & diminutam, quæ humores contentos in ventriculo irrigantes suas tunicas & ipsius orificium non attingit; quod si illius portio iam euacuatur, sitis quoque sequitur, quæ nihil aliud est quàm appetentia aquosi humoris, quo restituitur torridus & aquosus humor, quo partes irrigantur.

Sequitur

Sequitur ergo omnes iustas purgationes in omni tē-
pore, in omnique natuta huiusmodi fitis: minor ve-
ro aut maior accidit, tum ratione medicamenti, tum
dispositionis corporis & humorum, qui in eo exi-
stunt: nam acra & calida medicamenta, in tem-
pore calido, & corporibus biliosis vel siccis, prom-
ptius sitim adferunt, etiam non perfecta ipsa purga-
tione, & eam quoque vehementiorem pariunt, & ubi
humor est biliosis, præsertim circa ventriculum, eo
euacuato, quæ iam erat nata sitis, assumpto medica-
mento, sedatur: deinde, eo rotido euacuato sitis pa-
riter sequitur. Contraria contingunt à medicamen-
tis frigidis & aquosis, in temporibus natura frigi-
dis. Quare videtur reuera Aphorismus intelligi so-
lum de purgatione quæ sit à moderatis medicamen-
tis ad vacuandos pituitosos & aquosos humores: in
eo enim casu nihil est, quod possit sitim afferre quã
querimus, vt metam iustæ purgationis, præterquã
ipsa euacuatio, quæ humores non solum contentos
in cavitatibus venarum, intestinorum, & ventriculi,
sed et in ipsa substantia ventriculi imbibitos educit.

APHORISMVS XX.

*Non febricitantibus si tormina acciderint,
& genuum grauitas, & lumborum dolor, pur-
gari inferius oportere, significatur.*

IN hoc Aphorismo continet veluti con-
uerfam propositionem decimiseptimi:
illic enim plures casus recensabat, qui
indicabant purgationem per superiora:
hic vero illis contrarios coniungit,
qui suadent purgationem per inferiora. Reliquit
autem commune quod febris non adfit, nec solum
quidem omnia hæc mala coniuncta, sed singula per
se exigunt huiusmodi purgationem. Etenim, tormi-
na materiam habent subiectam, pituitam multam,
ex qua gignuntur flatus qui tormina efficiunt, dum
intestina distendunt & difficilem habent per illorū
reuelutiones exitum; merito igitur purgationem ad-
hibet Hippocr. ad pituitam euacuandam tanquam ra-
dicem huius mali. Ceterum dixit genuum grauita-
tem & non dolorem, vt ostenderet materiam esse pi-
tuitosam, quæ grauitates solet partibus procreare, cui
purgatio per inferiora debetur, nisi fortè fluxio à su-
perioribus partibus moueatur, cui reuulsio per vo-
mitum maximè medetur. Iam vero in lumbis sunt
lumbi ipsi qui dolere possunt, præterea, tenes, & ve-
na caua. Verum, lumbi ob compactam eorum sub-
stantiam non recipiunt pituitosos humores, sed flu-
xiones calidas; istæ solent dolores excitare cum febribus,
quas excludit Aphorif. Possunt pariter fieri lum-
borum dolores ex lassitudine motoria, & alijs certis
causis externis, de quibus nõ est intelligendus Apho-
rismus. Itaque superest, vt dolores sint in renibus &
obstructionib. factis à lapidibus, vel pituitosis humo-
ribus: nam qui fiunt ab alijs causis, solent quoque con-
iunctam habere febrem. Dolores vero ex calculis iu-
uat purgatio per inferiora, siue intelligamus eã quæ
fit per aluum, siue etiam quæ fit per vrinam: etenim
quæ per aluum perficitur, tollit pituitosam materiã
in ventriculo, intestinis, venis, & hepate contentã,
quæ calculorum est materia. Quæ vero per vrinas
fit purgatio, detrudit id quod renem cavitatem oc-
cupat; at dolores qui fiunt circa lumbos in caua vena,
per febres, materiam habent ebullitionem humo-
rum, & flatuum generationem, quibus sola refrigera-
tio extrinseca sæpè medetur; alij vero qui fiunt vel

A à multo sanguine pituitoso, vel melancholico, aut et
in mulieribus in stãte earum purgatione à sanguinis
multitudine, commodissimam habent expurgatio-
nem vel per hæmorrhoidas, & in mulieribus per vte-
rum; vacuatio tamen quæ fit per aluum, his malis
succurrere solet, vel deriuando, vel euacuando mate-
riam quæ parata est influere, & venam replere, atque
extensione dolorem inferre. Ceterum vt tormina sic
dolores Colici & vesicæ atque vteri non solum ge-
nium sed etiam coxarū & pedum grauitates, & non
solum lumborum sed etiam spinæ totius dolores so-
lent iuuari purgationibus per inferiores partes.

APHORISMVS XXI.

B *Deiectiones nigra, qualis est sanguis niger,
spontè venientes, sine cum febre, siue sine febre,
pessima, & quanto colores magis prauis fuerint
plures peius; cum medicamento vero melius, &
quanto colores plures fuerint, non malum.*

Vas hic Aphorismus continet sententiã
inter se longè diuersas, unam quæ perti-
net ad deiectiones nigras, aliam ad va-
ria excrementa, quæ excernuntur spon-
tè aut cum medicamento: quærit enim
an melius sit vel deterius potius illas fieri vel spontè
vel à medicamento. Quæ pars nihil habet commu-
ne cum prima, neque enim deiectiones nigrae reci-
piunt plures colores, de quibus vltima pars agit:
neque melius aut deterius in illis datur si omnes pesti-
mae sunt. Scribendus igitur erat vnus Aphorismus
ad hunc modum. Deiectiones nigrae qualis est sanguis
niger, spontè venientes siue cum febre, siue sine fe-
bre, pessima. Alius vero vel hic vel alibi ita debebat
enunciari: Deiectiones quæ plures habent colores
spontè factæ, deteriores sunt, quàm si fiant à medi-
camento. Nunc vero videamus, quæ, & quot sint de-
iectiones nigrae, & à quibus causis fiant, & quæ sint
nigrae sicut sanguis niger, & cur illæ sint pessimæ si
spontè veniant, siue cum febre, siue sine febre fiant;
& an non sint deteriores cum febre, quàm si sine fe-
bre accidant; & si fiant à medicamentis, an par sit ma-
lum. Porro, nigrae deiectiones fiunt excreto sangui-
ne nigro, vel nigro aliquo humore à sanguine separa-
to; sanguis vero niger fit, vel exuperante in eo nigro
humore, vel toto ipso sanguine per adustionem deni-
grato. Tertius modus compositus est, quando exupe-
rat in eo niger humor, & simul accedit adustio: niger
vero humor in corpore, est humor melancholicus, &
atra bilis ex eo humore adusto genita, non autem ex
alio, vt ex bile flaua, ut postea ostendamus. Non po-
test autem intelligere deiectiones nigras quæ fiunt
sanguine nigro excreto: illæ enim non sunt sicut san-
guis niger, sed ipse niger sanguis. Quare erunt nigrae
deiectiones ex simplici humore melancholico excre-
to, vel ex eo per assationem iam mutato in atram bi-
lem. Porro, omnes huiusmodi deiectiones nigrae,
malæ sunt, sed non omnes pessimas docuit esse ex-
perientia: nam quemadmodum scribit Galen. in lib-
de Constit. Artis med. in compositione totius massæ
humorum plurimum debet esse sanguinis, post illud
plurimum pituitæ, bilis pallidæ minus, minimum
vero humoris melancholici. Malum autem oportet
esse eum corporis statum in quo frigidus & sic-
cus, & crassus & terrenus, & vt vno verbo dicam,
omnium pessimus humor ita exuperat, ut natu-
ra quod nunquam per sanitatem bonam efficit, co-
gatur venas aperire vt eam materiam à qua ob

multitudinem premitur, per aluum extrudat: tamen excretiones humoris melancholici nonnunquam videntur liberare hominem à grauisimis passionibus: nam cum urinis nigris ferè omnes quartanæ soluntur; cum deiectionibus vero nigris subsident ingentes tumores Lienis, difficilis fordidaque scabies, melancholica, deliria, varices, diurni capitis dolores, & multa alia mala sedantur. Quare huiusmodi excretiones ex solo humore melancholico factæ malæ, sunt semper tanquam signum; plerumque autem bonæ tanquam causæ; ostendunt enim (vt dixi) malam subesse in corpore dispositionem, quæ humorem auget mirum in modum supra naturalem proportionem suaptè natura modum; cum vero per eius excretionem expurgatur corpus, & confert talis excretio, causa fit salubris. Id vero contingit maximè, si euacuatio fiat sine febre: cum febre vero pessimas esse eas euacuationes necesse est, propterea, quod necesse est putredinem adesse quæ nihil aliud est quàm cruditas, quæ in humore, qui raro plurimum exuperat, (quod necesse est fieri vbi fiunt tales excretiones) vix vnquam emendari potest. Cū ea vero cruditate omnes quidem excretiones malæ, sed illæ pessimæ sunt, quæ pessimam habent & maximè exuperantem materiam. Quæ vero deiectiones sunt nigrae ex humore melancholico adusto, siue cum febre sint, siue sine febre, pessimæ omninò sunt, & tanquam signum, & tanquam causa, indicant enim duplicem dispositionem malam: vnã quæ humorem melancholicum plurimum gignit: aliam quæ ipsum adurit, quæ cum supersit exeret eo humore, alium, rursus procreat eaque nunquam finit corpus exactè expurgari, à causa igitur simpliciter bona esse non potest. Verum tales deiectiones quæ fiunt ex atra bile putrescente, longè deteriores sunt, quàm quæ fiunt sine febre. Ceterum Gale. interpretationem non video integram sententiam Hippocratis complecti, nec rationem aliquam reddere eorum quæ hic dicuntur: nam si deiectiones nigrae non vult fieri ab exquisita nigra bile, sed à sanguinis limo & sœce, quæ nihil aliud est quàm humor melancholicus dictus, quæ Lien ad se trahit, & eo nutritur, exuperatque cum fit deiectio nigra, quomodo potest esse pessima? Amplius, non docet quomodo sine febre pessimæ esse possint, siquidem exemplum quod affert de pestilenti morbo, in quo deiectiones nigrae apparebant, erat omnino cum febre. Præterea, Hippocr. dicit pessimas esse, si spontè veniant, ipse vero verbum (venientes) interpretatur non in principio vel incremento morbi, sed per vniuersum morbum, aut certe per longum tempus, ita vt vigente morbo, dicat tales excretiones sæpius expurgare naturam. At hæc interpretatio quæ bonas facit excretionem nigras, non respondet authori, qui eas pessimas esse iudicat. Rectius ergo intelligamus, spontè venientes, ac si diceret, quæ spontè fiunt, nullum morbi tempus includens in quo fiant; certum autem est, deteriores illas esse, vt & alias omnes quæ sunt cum febre, si fiant in morbi principio, vel augmento, vbi vel nullas vel exiguas impressiones in materia lædente natura fecit; febre vero absente, nihil refert an in uno vel alio morbi tempore fiant hæc excretiones. Illud vero quod scribit, Splenem nutrir humore melancholico, recipiendum non est: quandoquidè omnis pars sanguinis particeps quattuor humoribus alitur; verum autem est quod sanguine nutriatur, & ipsum humorum melancholicum quem ob familiaritatem per se allicit facta nutritione postea expellat. Sequitur nunc pars Aphorismi, qua agit de deiectionibus in quibus conspiciuntur plures colores, quas dicit deteriores esse si à natura fiat: si vero fiat expur-

gatio vi medicamenti, id esse melius, & quanto colores plures fuerint, eos non esse malos. Qua quidem in re primum illud sciendum est, colores qui apparent in deiectionibus, vel esse secundum naturam, vel præter illam, aut ambigere inter hæc duo. Sunt porro naturales colores in bile, pallidus color, in humore melancholico, nigredo sine splendore, in pituita vix mutatur color nisi per mixtionem aliorum humorum à quibus tingitur: color vero qui æruginem, aut vitellos oui, vel isatidem, aut porrum refert, præter naturam est, flauus autem iam habet aliquid plus adustionis quàm perfectè sanis hominibus conueniat; Sic atra bilis color niger & resplendens, præter naturam est ex causa præter naturam, id est multum excedente genitus. Prouos colores in deiectionibus damnat hic Hippocr. & non alios, si plures sint: sed qua ratione expendamus quæso; Merito sanè iudicat malas esse illas deiectiones, in quibus plures sunt prauis colores, quoniam plures ostendunt prauas subesse in corpore dispositiones, quæ tales humores gignunt, tantum iam exuperantes, ut naturam stimulent moueantque ad excretionem; Melius autem est ex malis affectibus simplex, quàm compositus, vnus, quàm plures. Quid si colores plures sint sed secundum naturam, ita, vt in deiectionibus appareat color bilis, pituitæ, & humoris melancholici, hunc semper excipio qui semper malum ostendit, in alijs simplex malum est, quod scilicet ostendat solū excessum bonorum humorum in corpore, nullam autem subesse prauam dispositionem, sed naturalem, quæ naturales humores procreat; Melius autem est in deiectionibus à natura etiam factis, plures tales humores excerni, quàm vnum, quandoquidem, synceras deiectiones alibi & rectè damnat Hipp. quippe, cum syncerus humor excerni non potest quin plurimum ille exuperet, huiusmodi vero excessus, malam testatur dispositionem, quæ iam temperiem vitiauit, quæ cum bona est, nata & apta est generare omnes humores, seruata iusta proportione; ad proportionem colorum, qui sunt prauis & bonis, iudicandum est de neutra dispositione.

Ceterum, quod ait, cum medicamento vero melius, non est intelligendum verbum (melius) quod sit bono melius: nam prauis colores semper mali sunt, eo quod ostendant prauas subesse dispositiones, quæ non tolluntur per huiusmodi deiectiones, est tamè melius quàm si à natura fiant: cum enim fiunt à medicamento moderato & rectè exhibitio, non indicatur necessario magnus esse adhuc excessus in ipsis excrementis, & in dispositione quæ ea gignit; illud vero bonum est, quod medicamentum anteuertit peticulum, quod alioqui sequebatur ex futuro incremento talium humorum, & interim minuuntur morbosa cause. Quod vero postremo addit, & quanto colores plures non prauis: si intelligatur de coloribus secundum naturam apparentibus in deiectionibus, id non solum non prauum, sed etiam bonum: nam expurgatur ita exactè corpus ab omni excedente humore, & cum nulla subsit praua dispositio, corpus sanū & mundum relinquitur. At si colores prauis fuerint, & plures bonum hoc solum est vt causa, quod scilicet natura exoneretur à prauis humoribus; relinquitur autem malum esse ut signum: quia hoc prodit prauam relinqui adhuc in corpore dispositionem.

APHORISMVS XXII.

Morbis quibuslibet incipientibus, si atrabilis vel supra vel infra exierit, lethale.

Hic Aphorismus differt à præcedente, quod in illo agat de nigris deiectionibus, qualis est sanguis niger: in hoc vero de atra siue nigra bile, quæ vt in principio Commentarij sui docet Galen. longè inter se differunt. Alia quoque est differentia, quod in illo tractet solum de deiectionibus, in hoc vero de omnibus excretionibus nigræ bilis per superiora vel inferiora. Præterea, quod in hoc de excretionibus solum agat factis in principio morborum, in illo vero de deiectionibus (vt vult Gal.) per fenerantibus per plura morbi tempora. Postremò, quod in illo dicat deiectiones esse pessimas: his vero excretionem atræ bilis, lethalem. Verum (vt antea ostendimus) deiectiones nigræ, nisi illæ fuerint ex atra bile, pessimæ esse non solent. Nunc vero reliquæ pertinent ad enarrationem præsentis Aphorismi profequamur, & primum quid sit hæc atra bilis, qualis illius materia, qualis forma & qualitates, quænam causæ illam gignant, & in quo loco. Scribit Galen. in lib. De Atra bile, hanc differre ab humore melancholico, quod illa acerbæ & acidæ sentiatur euidenter & gustu & odoratu, sitq; aceto acerrimo similis, & propterea terram fermentet, nec illam inquit, musca, vel aliud animal gustare audeat, eandem præterea esse crassam & propterea fieri vt eas partes quibus impermixta adherescit exedendo vlceret. Ceterum, eam gigni refert ex atro humore superaffato, & propterea esse exitialem; qui enim, inquit, exactam atram bilem deiciunt, omnes pereunt; quia id sanguinem affatum esse indicat. Sed multo perniciosior inquit est atra bilis, quæ ex flaua gignitur, quippe, cum hæc efficacior sit eo humore, qui veluti fœx sanguinis est, ex quo alia species atræ bilis gignitur. Addit in fine illius Operis, atram bilem non gigni in sanis, sed dumtaxat in corporibus præter naturam habentibus, & ex causis calefacientibus & siccantibus: At, humorem melancholicum nullum habere euidentem saporem qualem dixit esse in atra bile, tametsi scribit Lienis saporem qui gignit, aut certè in se continet humorem hunc melancholicum quem at traxit ab hepate, habere quippiam acerbum. In hoc vero Commentario, ideo dicit atræ bilis excretionem in principijs morborum esse lethalem, quia nihil excerni potest inchoantibus morbis ratione naturæ, sed symptomaticis, propterea esse symptomaticas & dici huiusmodi excretionem, quæ scilicet fiunt sine signis concoctionis: in bonis namque euacuationibus, præire oportere concoctionem, subsequi deinde separationem, postremò, sequi euacuationem, sic enim corpus à natura expurgari. Merito igitur atræ bilis & alterius omnis humoris excretionem vbi signa concoctionis in morbi progressu apparuerint, bonam esse; Si vero fiat excretio sine signis concoctionis, casum esse exitialem, id quod necesse est fieri in principio morbi, in quo semper sunt signa cruditatis. Hæc collegimus ex Galen. quæ passim ipse inculcat, quæ à nobis sigillatim sunt examinanda. Primum enim non recipio duas species atræ bilis: vnam ex affatione humoris melancholici; aliam vero ex adustione bilis flauæ: nam ex hac bile adusta, & tandem in puluerem redacta, nunquam nigra aliqua materia fiet, sed veluti cinis, vt apparet ex adustione lignotum, in quibus vltima materia nihil aliud est

A quàm cinis, qui profectò niger appellari non potest. Tales quoque cineres sæpissimè videmus excerni in declinatione febrium longarum, aut ardentium, vltima facta in eum resolutione humoris putrescentis. Est enim (vt inquit Arist.) putredo quæ tandem tales cineres relinquit, dissipato omni humore qui inerat in re putrescente. Præterea, si fieret aliqua atrabilis ex flaua (vt obiter antea diximus) non vtique illa haberet acerbum & acidum saporem, quippè, cum ex amaro non gignatur austerum & acidum, sed ex acerbis. Adde, quod illa atra bilis quæ ex flaua dicitur generari, non potest esse deterior illa quæ fit ex humore melancholico: est quidem efficacior flaua bilis eo humore, non tamen propterea deterior; id quod etiam ostendunt morbi qui ex vtroque humore gignuntur: nam ex atra verè bile crassa, facta ex humore melancholico non solum Dysenteria, sed Cancræ, & alij morbi fiunt, omnes lethales: ex flaua vero bile adusta, fortè Mania, & alij morbi diuturni quidem, sed raro lethales; præterea, quod scribit atrabilem non gigni in sanis, quomodo fieri potest? nam si ex sola affatione prouenit, quid prohibet illam in ætate consistente, vel vigente & in Ætate atque Autumno procreari, vt sæpè etiam testatur? Vnam ergo dicamus esse atram bilem, quæ ex atro humore melancholico dicto, non solum affato, sed vehementer putrefacto generationem suam habet: nam simplex affatio illius humoris, non potest meo quidem iudicio gignere tam lethalem materiam, qualem memoria prodiderunt maiores nostri, & continua declarat experientia. Quod si credimus quartanas febres ex humore melancholico putrescente fieri, id quod ostendunt sæpè vrinæ nigræ quæ quartanas finiunt, profectò rectè dictum est, non simpliciter in humore melancholico, vt fiat atra bilis perniciofa, Quod si febres non semper videntur comitari excretionem atræ bilis, (quod aliter fortè nunquam visum est) id dicemus accidere, quod putredo non inuadat atrum humorem contentum iuxta cor, sed qui continetur in alijs partibus. Dicendum igitur quantum esse atram bilem, quæ ex sola affatione fit: alia quæ etiam ex putredine, & in vtraque dari magis & minus; pessimam tamen illam esse quæ insignem habet putredinem, ac ob illam differentiam quæ in magis & minus conspicitur, videmus variatum melancholici, cancrorum, febrium quartanarum, & aliorum morborum, qui ex atra bile generationem habent, accidere & vehementiam. Ceterum Hippocrates videtur in hoc Aphorismo agnoscere excretionem bilis sine febre, alioqui non dixisset, morbis quibuslibet incipientibus, sed febribus incipientibus. Quare malè Galen. contrahit Aphorismum ad solas febres, cum ait solum de morbis in quibus fiunt concoctiones & cruditates per certa morbi tempora: hæc enim solum fiunt & obseruantur in febribus putridis, ut alibi ostendimus. Quapropter, etiam illud recipere non possum, quod scribit, excretionem atræ bilis non alia ratione esse lethales, in principijs morborum, nisi quod illæ fiant vt alia excretionem non præcedente concoctione, quasi non sit longè diuersa ratio, si excernatur bilis flaua inter initia morborum. Præterea superiore Aphorif. Hippocrates si damnauit nigras deiectiones, quæ sunt solum qualis sanguis niger & cum febre, & sine febre, multo sanè magis detestabitur deiectiones atræ bilis, quæ in nullo vnquam morbi tempore visæ sunt esse bonæ, sed semper lethales, vt quæ ostendant non solum adustionem sanguinis, vt ipse scribit, sed (vt ita dicam) cauterofam esse vasorum, hepatis, & cordis dispositionem, quæ nullis remedijs vnquam cedere potest.

Quomodo enim cedet vniuersalis ea dispositio principium membrorum, versantium circa generationem humorum, spirituum, & calidi natui, si in uno ignobili membro, quod sepe visum est, tandem occidit? Est igitur atra bilis excretio in omnibus mala, ut quæ subesse dispositionem & generationem excessumque mali humoris ostendat; peior autem, si cum febre excernatur; pessima, si febre incipiente, caret enim tunc concoctione quæ emendat humorum vitia; pessima, si cum incipiente febre vomitu rejiciatur; in alijs morbis qui sunt sine febre, non refert an inter initia morbi vel postea, recipiatur.

APHORISMVS XXIII.

Quibuscumque ex morbis acutis, aut diuturnis, vel ex vulneribus, sine quouis alio modo extenuatis, nigra bilis, siue ut sanguis niger, de subter exierit, postridie moriuntur.



Væ scribit Hippocrates de excretionibus atra bilis, & nigri humoris, qui est ut sanguis niger, ne queût exactissimè explicari, quia raro hæc videntur: vbi autem experientia frequens non est, ratio potius fingit, quam vt certum aliquid statuere possit. Vidit fortè Hippoc. in maximis illis pestilentijs quæ suo tempore viguerunt, plurimos iã extremè debilitatos & consumptos ex morbis, sequenti die quo exierunt per alium nigri hi humores, perijsse, nobis vero relinquit cogitandum quænam esset huius euentus causa. Atque in hoc quidem casu, ratio docere potest, breui eos morituros, qui iã antea consumpti, vacationem subeunt suapte natura lethalem; sed quod postridie necessariò sequi debeat mors, sola experientia Hippocratem docuit. Ceterum, Galenus mortem dicit necessario sequi debere, quoniam natura imbecillis, nequit concoquere separare, & excernere quæ ita sunt praua, quo fit, vt cum nequeant contineri ob morbi magnitudinem, effundantur, & mors sequatur propter virium imbecillitatem; verùm si excretio sit illius humoris, sit quoque & separatio, & fortè concoctio non requiritur si febris abest: An fortè sequitur mors & ea velox, quia huiusmodi euacuatio nunquam visa est fieri, quin maxima sequatur debilitas, quæ cum additur iam extenuatis & consumptis ex alijs morbis, quid expectari aliud potest quam miser hic euentus?

APHORISMVS XXIII.

Difficultas intestinorum si ab atra bile incæperit, lethalis est.



Vod antea Hippoc. ostendit malum esse aut etiam lethale generaliter in morbis qui sunt cum febre aut sine febre, aut in corporibus ualde extenuatis, nunc particulariter docet in dysenteria quam dicit esse lethalem si ab atra bile incæperit. Est autem Dysenteria nihil aliud, quam vlcus intestinorum, quod malum securius est aut periculosius ob locum affectum, & causæ diuersitatem: nam in tenuioribus intestinis quæ facillè exulcerari possunt ob tenuitatem, & difficile recipere possunt medicamenta, quæ cum plurimùm distent ab ore, & anno, grauior

A redditur morbus: Sic vbi humores qui erodendi vim habent mitiores sunt, & meliores habent causas, quæ eos gignunt, leuius fit malum, propterea dysenteria à bile pallida vel flaua genita (vt inquit Gal. facilius sanatur: Ab atra vero, crassa, & admodum erodente & facta à pessima corporis dispositione insanabilis redditur: Nihil enim, inquit, differt talis Dysenteria à Cancro exulcerato, qui si, inquit, in superficie corporis cui continuo adhærere possunt medicamenta, insanabilis est, multo magis hoc fiet in intestinis, quibus non solum nihil continuo adhærere potest, sed etiam ab excrementis alimenti erosio augetur, & medicamenta à parte affecta abstergantur. Est ergo suapte natura insanabilis Dysenteria, quia cancerosa est dispositio, quæ radices spargit in venas & distantes partes, quæ nunquam euelli possunt: & si aliqua esset spes, eam tollit loci difficultas. Ceterum scribit Hippoc. Dysenteriam esse lethalem si ab atra bile incæperit; quid fiet si à flaua inchoauerit, & tandem nigra bilis exierit, vt sæpè contingit? Erit quod quæ & hæc lethalis: nam si vniuersis constantibus euitari non potest mors, quid queso fiet, si iam illis debilitatis eadem superueniat mortis causa? Cauenda tamen deceptio est, ne statim putemus atram esse bilem si nigricantia sunt excrementa, ex torrida bile flaua genita? Porro Galen. facillè dicit sanari Dysenterias, sed hoc non docet apparatus tot medicamentorum quem describit conuenire Dysentericis, in libris De Medicamentis secundum locos, & alibi passim; quæ cum aliquando lego, sæpè sine distinctione conscripta, iudico potius obesse quam prodesse posse: nam abluentia, vntuosa, mitigantia, emplastica, exsiccantia, carnem generantia, erodentia, & adurentia, sæpè in vno capite miscet, quæ tamen plurimum refert inter se distinguere; Docendum enim esset, nunc pugnandum esse in Dysenteria contra vehementes dolores, qui aliquando nascuntur ex erosione, aliquando vero ex inflammatione, aliis vero medendum cavitati vlcis, nonnunquam vero putredini repugnandum; ac vbi dolor vrget ex erosione, tunc abluentia, vt Pitana, Lac, & quæ tegunt locum vlceratam, ne ab humoribus & excrementis acris augeatur ex solutione continui dolor, vt seum hircinum, micillagines, tragacanthæ, pilii, ouorū albumina; & emplastica, vt Cerusa, & alia huiusmodi, quæ veluti loricam inducunt intestinis, maximè profunt. At, dolori nato ex inflammatione, oleum rosaceum infusum, & alia huiusmodi iuuant. Vbi vero vlcus humidius est, & fordidum, succus plantaginis, mulla, & alia abstergentia sunt ex usu: Si vero putredinem sensit intestinum, iam muria admodum diluta, aut marina aqua potius infusa, prodest, & in intentione malo, iam serpente putredine, Arsenicum, Sandaraca, vt aduratur id quod est putrefactum. Thus autem, Myrrha, Aloe, & alia, carnem generantia, tunc locum habent, cum multa substantia ab intestinis perijt, quæ regnanda est. Sic etiam purgatio adhibenda, ut acres humores expurgentur, qui continui erosionis sunt causa. Sed in hoc casu nec Rhabarbarum, nec Myrobalanos, nec alia calefacientia & exsiccantia, aut astingentia quæ vulgaris Medicina probat, laudauerim: nam calefacientia relinquunt post euacuationem intemperiem in Hepate & Venis, quæ similem ei quæ malum generauit, materiam procreat. Quare Cassia omnibus præferenda, & Syrupus Rosaceus ex nouem infusionibus, & alia huiusmodi, quæ miti sua natura temperant corpus, & missione retundunt acris excrementa. Ceterum, siccantia vulgus Medicorum commendat, quod credat vlcera egere siccatione: sed si intelligeret partes affectas non esse humidiores redditas in sua

fua temperie, & substantia ob vlcus, sed solum excrementis abundare acerbis & mordacibus, qualis est sanies, & his non aliud conuenire medicamentum, quod quocumque modo illa expurgare potest, profecto, simul intelligeret siccantia non prodesse, sed ea quoque ratione obesse, quod sicciorem reddant in temperiem, & ob id aptiorē ad acres gignendos humores. Iam vero astringentia medentur quidem, ubi in Lienteria stomachus ob nimiam humiditatem & relaxationem continere non potest alimentum. Sed quid quæso prodesse possunt astringentia in dysenteria, cum omnem malum nascatur ex fluxione acrim humorum, quos retinere nec possumus nec debemus. Ego vero Dysenterias omnes primum sanguinis missione ad refrigerationem Hepatis, & omnium vasorum, & ad transpirationem fuliginosi vaporis, & quandam teuulsionem, sanare aggredior, adhibitis interim abluentibus & abstergentibus clysteribus; postea purgationem adhibeo ex mitissimis quibusue medicamentis humectantibus, & refrigerantibus, atque ita expurgato corpore, si copia mihi adsit aquæ balnei de Monte Catino, illam sine mora bibendam exhibeo; ubi febris abest, & maiori absterfione est opus, eam præfero quæ de Terutio vocatur, quæ scilicet maiorem habet salsedinem; præsertim vero febre, aut vigente magno aestu, aliam impero bibendam, quæ leuissimam habet salsedinem, & est quæ dicitur *aqua del Bagnolo*, propino mane quinque vel sex libras huius aquæ, & pueris toties quoties bibere solent, exceptis quattuor horis post cibi ingestionem, & infantibus qui calidam bibere respuunt, frigidam etiam exhibeo, ab alijs vero calida bibenda est. Infunditur etiam salsa per clysteres, sola, vel cum saccharo, & in magnis doloribus cum oleo rosaceo. Hæc fieri debent per aliquot dies donec vlcus planè mundum conspiciatur, & tunc salus propinqua est. Aquosus quidem sanguis rubescens sine sordibus & paucis ramentis effluit. Hæc aqua ut sæpè experientia docuit, Hetruscos omnes masculos & feminas & me ipsum, par non habet auxilium, contra hanc molestantem passionem: nam abluit ulceratam partem & venulas atque etiam substantiam intestini dilaceratam colligit & vnit, salios & acres humores qui sunt in venis, aut in via, per intestina abstergit & secum trahit, atque illorum partem per urinas deriuat, aliam vero deuoluit per intestina, ita aquositate illam mixtam, ut molesta esse non possit intestino exulcerato. Scio rationem fingere posse salsam obesse huic malo, sed experientia figmenta hæc eludit, quæ leuissimam eam salsedinem ostendit nunquam obfuisse, profuisse autem omnibus pluraquam alia omnia auxilia ab omnibus Medicis hætenus descripta.

APHORISMVS XXV.

Sanguis quidem supra qualiscumque fuerit, malus: infra autem bonus est.

HIVS Aphorismi varia sunt Lectio-
nes, & interpretationes: nam Leonice-
nus nescio quod exemplar secutus, præ-
scriptam fecit interpretationem. Textus
vero Græcus excussus in Germania,
cum Commentarijs Galeni, ita ad verbum
habet: Sanguis supra quidem qualiscumque
fuerit malum; infra vero, bonum, nigra
quæ infra descendunt. Quæ quidem
dictiones duplicem habent sensum: nam
quod scribit: Deorsum vero bonum, referri
potest, vel ad solum sanguinem, ad quod
pertinebat, quod

Antea dixerat malum, vel referri potest ad nigra, quæ per infernas partes deiciuntur, ut talis sit sententia: Bonum, si deorsum prodeant nigra. Quam sententiam etiam probat exemplar quod secutus est Fuchsius; Hippocratis vero opera Græca à Frobenio excussa Basileæ, anno 1528. aliam faciunt sententiam, quæ ita habet ad verbum: Sanguis supra quidem qualiscumque fuerit, malum; deorsum vero, bonum, & nigra quæ per infernas partes prodeunt malum. Hęc enim lectio talem facit sensum, ut qualiscumque excernatur sanguis per superiores partes, malum, per inferiores vero qualiscumque idem fuerit, bonum; & non solum hoc intelligatur de sanguine nigro, ut reuera verba, nigra, per infernas partes excuntia constructui & coniungi non possunt cum sanguine. Præterea, antea damnauit nigras omnes deiectiones siue sint atra bilis, siue ut sanguis niger; quare hic nigras deiectiones non potest commendare tanquam bonas. Præterea, in omnibus interpretibus damnandum illud est, quod ad sanguinem referant, quod ad ipsam excretionem pertinet: non enim Hippocritus sanguinem ipsum esse bonum vel malum, sed bonum, vel malum esse, si per hanc vel aliam partem excernatur. Sed meo quidem iudicio qualiscumque recipiatur lectio, hic Aphorismus non continet sententiam dignam Hippocriti, nam quod bonum aut malum pronunciat in excretionibus, multis modis accipitur. Etenim, bonum aliquid est ut signum, aliud ut causa, aliud ut res quæ excernitur, & pro diuersitate corporum hæc variantur, siquidem, sanguinis boni excretio per nares in adolescentibus qui lasciuunt, multoque sanguine abundant, non est mala, ut signum, quia ostendit proprium humorem in sua ætate dominari; nullum ergo vel certè leue malum ostendit, quod est in solo excessu, cui facile natura remedium inuenit per commodam viam, in qua nullum est periculum. Prodest ergo ut causa, quia minuit quod superfluum est. Sic etiam in ardentibus febribus prodest feruentis sanguis per eandem viam, concocto iam morbo, effusio, & bonum est signum, quod salutem pollicetur, malum tamen, quod presentem morbum ostendat cui remedio est; At in senibus sanguinis profluvia per nares vix bonæ esse possunt, in quocumque corporis statu, cum in illis sanguis non abundet. Miles quidam cum Pisis docerem, accepto vulnere sub scapula dextra, & eo malè conglutinato, sanguinis duodecim libras per nares emisit, nec sili potuit profluum, nisi per reuulsionem secta vena cubiti. Quarto vero die, rursus exereuit per eandem partem, duarum horarum spacio libras decem. Cui malo cum nihil aliud prodesset, vulneratum locum inflatum iussi aperiri, & statim spiritus cum creptu exiuit, protinusque sanguis desijt effluere. Casus reuera memoria dignus, tum ob tantam sanguinis effusionem, cum qua vita constaret, tum ob remedium quo firmata est fluxio. Sequenti anno idem validè pugnando interfectus fuit.

Ceterum, sanguinis excretionēs male simpliciter pronuciari possunt, si per os fiant, nisi fiant per solum expuitionem resudante ex faucibus aut ex capite descendente sanguine. Quæ excretio capitis dolores solet aliquando lenire, aliæ vero excretionēs quæ fiunt rursus, à quacumque causa fiant exruptionem inquam venæ, aut apertione, aut erosionem, pessime omnes censendæ sunt: significatur enim semper grauis subesse affectus in partibus spirituosissimis, quibus raro remedia profunt. Quare nulla expectari potest ex euacuatione etiam in plethoria, magna vititas, quæ conferri possit cum damno, & periculo quod subest ex læsione vasis quod sanguinem effundit. Inflammato tamen latere, sanguinis liberæ expuitiones laudantur

dantur, quod materiam morbi euacuent. Nec profecto laudare possumus sanguinis vomitum, etsi non habet par periculum, ob faciliorem aditum qui patet tunc ad partes affectas. Tamen casum vidi memoria quidē dignum ad rem hanc pertinentem: Damianus Veraldus, frater vxoris fratris mei Bartholomei Argenterij præstantissimi & prudentissimi Medici, homo pallidus, & gracilis, in ætate consistente cepit sanguinem euomere in magna quantitate, id quod postea per multos annos faciebat per incerta in terualla, aliquando scilicet singulis annis, aliquando maiori interposito spacio, ego & alij Medici sæpè terribi ob magnam sanguinis effusionem, (nam plusquam octo & decem libras aliquando reiciebat) remedia adhibebamus reuellentia, astringentia, & alia quæ ad hemorrhagiam commendantur; quæ quidem hominem ducebant in maius periculū. Quare vsu tadē didici, non aliam esse viam ad salutem, nisi vt tantum sineret euacuari, quantum sponte excernere optabat natura; ac, cum sæpius de causa huius mali disputatum esset, tandem probabile esse censuimus, id contingere in venis hepatis & mesenterij, quod accidit in venis ani: naturam enim illi viam aperuisse per officia earum venarū, cum sanguis biliosus & adustus multus circa hepar cumulatus est, qui naturam ad vehementer excretionem stimulet, sicut alius officia hemorrhoidarum in simili affectu patefacit: At que hæc quidem de excretionibus sanguinis per superiores partes quæ à leuissimis causis aliquando excitantur, vt in adolescentibus diximus fieri, & ob id vel nullum vel leuissimum malum ostendunt, cui ipsa excretio succurrit: aliquando vero grauiorem subesse ostendunt affectum, vel in loco per quem sanguis exit, aut vitium in sanguine, aut impetū nature symptomatiæ sicut contingit in his qui frequenter sanguinem aquosum excernunt per nares, ex quo sæpè sequitur hydrops. Huiusmodi excretiones nihil habent boni; aliæ vero sunt, quæ etsi ostendunt in corpore esse morbosam dispositionem, quia tamen natura tempestiuè commota per sanguinis excretionem ex naribus aut etiam per os eas sanat, vt in Crisi quæ fit in febribus ardentibus, vel Synochis: aut cum inflammationes pectoris & pulmonis hoc modo soluantur: tamen commendantur, eo quod sint remedia aduersus præsentia mala. Quæ quidem si vera sunt, vt experientia docet, & ars nostra suis præceptis firmavit; non erat quod bonus noster Hippocrates damna ret simpliciter qualecumque sanguinis euacuationem per partes superiores vt enim sudores boni dicuntur esse eo quod homines à præsentibus vel imminētibus malis liberant, quamquam indicant malam esse in corpore dispositionem, in qua necesse est fieri sudores, sic de sanguinis his excretionibus sentiendum est. Nec profecto commendare potest tanquam bonam sanguinis excretionem per partes inferiores; Quis. n. probabit sanguinis mictionem, aut eam quæ fit per Dysenteriam, aut in hepatico affectu, aut denique in alio quocumque malo: nam nec sanguinis excretio quæ fit per hemorrhoidas reuera bona est. Ostendit enim malum esse corporis temperamentum & habitum, qui postulet huiusmodi euacuationem, quæ si aliquibus aliquando prodest, cum scilicet melancholicus, & adustus sanguis non nisi moderatè & certis legibus excernitur; alijs vero multis, obest, quibus vel non satis liberè, aut plusquam conueniat profluit vt in mulieribus accidit, inter quas rarè sunt quibus suæ sanguinis euacuationes molestiam non pariant, dum conuertuntur eas vel supprimi, vel diminutè aut immoderatè procedere, aut sanguinem ipsum corruptum esse. Attamè vt breuiter naturam & vim omnium excretionum doceam, dicendum est, inter ex-

A cretiones quasdam simpliciter bonas esse, quales sunt quæ sequuntur naturalem & bonam cuiusque dispositionem, vt alui & vesicæ excrementa, quæ ex alimentis proueniunt, aliæ vero sunt malæ quæ à malis affectionibus nascuntur, inter quas quædam bonæ, quæ etsi ostendunt malum & morbosum subesse affectū, quia tamen illum iuuant tanquam remedia, ideo bonæ censetur; aliæ vero prorsus malæ, quæ vt significant morbosam dispositionem, & illam non iuuant, sed potius lædunt, vt sanguinis sputum, rupta vel erosa vena; sputum vero quod in Pleurite malum est, & bonum modo alio. Igitur, de sanguinis reiectione pronuntiandum semper malum, vndecumque excernatur tanquam signum, bonum vero cum iuuat factas morbosas dispositiones, nec in hoc differentia est, siue per supernas vel infernas partes fiat excretio.

APHORISMVS XXVI.

A difficultate intestinorum habita, si veluti caruncula exeant, lethale est.



Dysenteria, vt antea ostendimus, vlcus est intestinorum, quod differentias capit ab his quæ fiunt in vlcere, diuersa à parte affecta, & à causis quæ vlcus pariunt. Ab vlcere quidem affectionibus hoc modo, quod scilicet vlcus sit superficiale vel profundum, magnum vel paruum, malignum vel benignum, putridum vel sine putredine, cauum, in qua cavitare multum deperditum est de substantia ipsius intestini, vel nihil tale adhuc factum est; vel vlcus est depascens, vel cum inflammatione, aut gangræna, vel sine his affectionibus. Ceterum, pars affecta has facit differentias, quod laborem vel crassam vel tenuiam intestina. A causis vero vlcus gignentibus sumuntur istæ differentia, quod quædam Dysenteria fiat à sola bile acris & mordaci, vel saliva pituita, vel atra bile, aut admixtis inter se his humoribus, aut etiam addito seroso humore. Considerandum præterea est, an fiat Dysenteria in corporibus infirmis vel validis; bene vel malè temperatis, aut alio modo benè vel malè affectis; necnō an incipiat vel subsequatur alios morbos vt Febres, Diarrhæam, aut aliquid tale. Ex horum consideratione inter initia morbi, non expectata excretionem carnis ipsorum intestinorum, licebit prædicere an speranda sit salus, uel timenda mors: nam si intestina tenuia laborant cum inflammatione, & ea quæ excernuntur grauior olēt, & saniem multam continent, valdeque dolorosa est affectio, viridia quoque sunt, aut nigricantia, aut iam planè nigra sunt excrementa; ac in corpore Caco-chymo, debili que primū incepit hoc malum, citra causam euidentem, vix sperari potest salus. Contrarium fiet, si crassa intestina laborent, maximè quæ vicina sunt ano & leuè est vlcus, ex quo per clysteres nihil sordidum & putridū, sed solum pituita quædam sanguinolenta abraditur, & is qui laborat, boni est habitus, & validis viribus, morbumque contraxit ex labore, uel æstu, aut alia externa causa. Hæc omnia leuius esse malum testantur, & ob id nullum subesse periculum. Ex his pluribus uel paucioribus inter se coniunctis, licebit periculi uel securitatis opinionem confirmare; At precedente morbo, patet quod ab initio sæpè erat incognitū: nam inter multa alia quæ lethalem declarat affectum, hoc maximum est, quod scribit Hippoc. si caro intestinorum quæ est propria ipsorum substantia, inter tunicas ipsorum

con-

conclusa iam excernitur; id enim cum non fiat inter initia sed morbo iam progresso, signum est, validissimam esse causam morbi, quæ nullis remedijs vinci potuerit; necessario igitur hoc, & non plerumque ut alij interpretantur mortem præfagit: sed videndum est ne abrasiones intestinorum, quæ solent apparere ferè in omni Dysenteria ex ipsa tunica exesa (sumamus pro carne ipsorum intestinorum, quæ ab Hippocrate hoc loco non simpliciter caro, qualis est muscu-losa, sed veluti caro appellatur: nam ut Galen. scribit in libris de temperamentis, omnes internæ partes corporis molles, ut pulmo, lien, hepar, cerebrum, ventriculus intestina, vterus, propriam quandam carnem, & substantiam obtinent. Quod si à tenuibus in testinis ea caro decidatur, tanto maius subest periculum, Hippocrate etiam ipso teste, qui postea scriberet, nec intestina tenuia, nec vesicam vulneratam sanari posse, quod tanto difficilius fiet in vlcere quam in vulnere quanto maior requiritur in hoc substantiæ regeneratio ob vlcus concauum. Quæ vero Cardanus de erosione mesenterij tradit, lethalem nimirum esse talem Dysenteriam ob illius partis erosionem, non respondet dictioni Hippocratis, qui vult ex solius intestini vlcere, ex quo substantia ipsius intestini erosa sit, ita, ut iam quod exit referat frustulum carnis, lethalem esse dysenteriam: nam quomodo substantia mesenterij quod cum extrinseca superficie ipsorum intestinorum coniungitur potest ingredi internam cauitatem ipsius intestini, & per illam postea cum excrementis excerni?

APHORISMVS XXVII.

Quibus in febribus sanguinis fluxerit multitudo, quacumque ex parte, cum reficiuntur, aluius humectantur.

Hic Aphorismus sententiam continet probabilem quidem, sed non necessariam: nam cum aluus humidior reddatur ob humorem abundantem & mixtum cum excrementis, quæ ex concoctione peracta, in ventriculo resultant: superflui autem huius humoris aquosi & pituitosi causa sit imbecillitas coloris, merito fieri videtur, ut in his qui ex febribus iam sunt debilitati, & postea ex sanguinis profluvio refrigerati, aluus euadat humida, cum iam liberati à febre & sanguinis fluxu renutrientur. Etenim, frigiditas & euacuatio præcedentes, appetentiam inducunt vehementiorem quam possit concoquere ventriculus: quare necesse est cruditatem fieri, & ex ea aquosum humorem & pituitosum redundare, ex quo aluus humectatur. Quod si æger, aut quicumque iam conualescit, suas metietur vires, ita, ut plus non edat quam sentiat se posse concoquere, nihil tale fiet; Non igitur necessarium est quod scribit author. Quod etiam ostendunt qui hydrope laborant, in quibus aluus astringitur, etsi frigida censeatur esse illorum dispositio. Quot præterea sunt, qui cruditate ventriculi laborare solent, aluo nihil plus quam in alijs commota?

APHORISMVS XXVIII.

Quibus biliosa deiectiones, superueniente surditate, cessant, & quibus surditas, superuenientibus biliosis deiectionibus, cessat.

Pertinet Aphorismus hic ad permutationem malorum quæ solet in ægrotis fieri, docet enim quis affectus succedere soleat alteri cum fuerint biliosæ deiectiones, & surditas: vult enim hæc mala se mutuo tollere. Quæ quidem in re Galenus rectè admodum net Aphorismum non extendi ad omnem surditatē, qualis ea est quæ iam in habitu est, ut est natiua, atque illa quæ iam diu perseverauit, sed ad eam solum quæ repentinam habet in febribus, vel alijs morbis generationem. Fieri enim surditatem hanc cum meatibus auditorij occupantur bile, quam cum natura deicit soluitur surditas. Verum, nescio an surditates fieri possint à bile. Crassum enim & pituitosum omnino esse humorem qui surditatem parere debeat dicunt omnes Medici, ut etiam omnia remedia ad hanc affectionem descripta, testantur. Præterea, nescio quo modo humor qui iam excidit è venis, & receptus est in anfractuosis meatibus officium aurium, excerni amplius possit per aluum. Melius fortè docuisset, ex delirio & deiectionibus biliosis hanc successionem morborum capitis & deiectionem biliosarum; nam ut aluus sistatur ob surditatem superuenientem, necesse est fieri recursum multi humoris ad cerebrum, ille autem præter surditatem alia mala pariet: in delirio vero probabilior est ratio; non tamen negauerim, etiã contingere posse præsertim in febribus quod scribit Hippocrate. Miræ enim conspiciuntur morborum permutationes, quæ præter rationem fieri videntur. Hoc solum addo, quod deiectiones quæ surditatem soluunt, ex syncera bile non sunt, sed ex crassiore, cum pituita scilicet mixta syncera bile: talis enim humor apta quoque est materia quæ surditatem faciat.

APHORISMVS XXIX.

Quibus in febribus sexto die rigores fiunt, difficile indicium sequitur.

Pertinet etiam hic Aphorismus ad prædictionem, siquidem docet ex rigore qui fit in sexta die in febricitantibus, præfagire, expectandam esse difficilem Crisim. Est autem, ut alibi ostendimus, rigor nihil aliud quam tremulus motus cum quo vniuersum corpus concutitur cum sensu magnæ frigiditatis; quod malum vnicam habet immediatam causam, caloris influentis scilicet ad internas partes subitam contractionem, & eiusdem per minima & successiua intervalla recursum ad partes externas. Ac in multis rigoribus constat multas esse causas, pro diuersitate rerum quæ calorē intro propellere aptæ sunt: nam ad externa, motum suapte natura calor affectat. In febribus vero quæ cum rigore infestant; causa non est, ut maiores nostri tradiderunt, motus acrim humorum per partes externas, (id enim multis rationibus ostendimus absurdum esse: sed in terna putredo, quam cum natura concoquere aggreditur,

ditur, vel concoctionem ipsam absoluere nititur, calorem eum confertim reuocat; ac in febribus quidē intermittētib; rigores fiunt cū noua nascitur putredo ex portione ea materię q̄ per singulas accessiones accenditur, febremque renouat. In febribus vero continuis, si rigores nascuntur, hoc fit, cum suppuratio aliqua interna absoluitur, aut cum massam humorum putrescētium in profundioribus venis corporis natura pariter perficere vult, & extremum gradum concoctionis ei inducere; vnde post rigorem, qui solet fieri in inflammationibus, sequi solet ruptura vomica, aut febris maxima remissio; post rigores vero febrium ardentium sequi solet Crisis & solutio morbi, exere to iam humore malo & putrido iam concoctō; & à bonis scereto: merito igitur Hippoc. damnat rigores qui sexto die fiunt in febribus, propterea, quod dies ille non est decretorius, id est in quo natura solet vel perfectum vel certe insignem quandam gradum concoctionis in materia peccante addere, vel excretionem vtilem moliri. Stata enim habet tempora natura, certosque dies, quibus perficit sua opera, aut certē ita bona reddit, vt in materia peccante possit exercere cum magno successu vim facultatis expultricis; in alijs vero diebus, inter quos primum locum malignitatis tenet sextus, nihil natura rectē moliri potest, non inquam certos & necessarios ad expulsionem felicem peragendam, gradus concoctionis superinducere materię peccanti. Cuius rei rationes rectē Cardanus noster in Commentario huius Aphorismi reddit, his verbis: natura mouet adiuua motu syderum & motu materię quę fit per accessiones & illa concocta. In sexta autem die nec motu syderum iuuatur, ad summum enim Luna peragravit partes octuaginta quattuor, quocirca cum tam parum desit ad quadrantem, necesse est vt cum tam paruo spacio non possit expectare vt magna causa vt geatur atq; etiā superetur. Vnde & victa & causa potēte & destituta celesti auxilio, non nisi male cedere potest. Sed nec ab accessione cum soleant diebus imparibus procedere, iuuari potest, neque concoctione, nam solet & illa imparibus diebus aut indicatiuis aut iudicatoris absolui, & si iam absoluta fuit, statim si potest natura emittit, opera enim nature ne vel momento differūt vbi congruē fieri possunt, modo non impediantur. Atque hæc quidem sunt rationes quę confirmant sententiam Hippocratis, id quod etiam experientia docet, & historię multę quę habentur in libris de Morbis vulgaribus, in quibus refert multos ægros qui in sexto die rigores passi sunt in febribus, difficilem habuisse Crisim. Est autem difficilis Crisis sine iudicium quando morbi non desinunt sine non soluantur, & si desinunt, hoc non fit cum Crisi, vel hoc fit sero, vel cum doloribus & magnis symptomatis, aut si postea redeunt, aut si transeunt in alium affectum, aut augentur. Ceterum quod dixi de die sexta, intelligi quoque potest de alijs diebus, qui non sunt veri iudicatorij & quod dixit de rigore idē intelligi potest de alijs omnibus Symptomatib; quę solent prædicere Crisim: illa. n. si in bonis dieb; appareant, bonū euentū præfagiunt. Erūt ergo boni rigores in febribus continuis qui fiunt in diebus decretorijs apparentibus iam signis manifestis si non perfectę cōcoctionis. Sicut Hipp. docet Epieratis vxorē q̄ riguit 14. die liberatā esse in quadagesima. Cōtra vero Philini vxor cum supertriguislet octaua die, mortua est vigesima. Et Dromedais vxor cū riguislet in sexta, eadem die perijt. Et Hermocrates cū morbus regius sexta die aduenisset, in vigesima septima perijt. Multa ergo sunt exempla non solum de sexta die, sed etiam de alijs malis diebus, non solum in rigore, sed etiam in alijs symptomatis quę superueniunt egris.

APHORISMVS XXX.

Quibuscumque accessiones fiunt; quacumque hora febris dimiserit, si eadem crux occupauerit, iudicium habent difficile.

Hic quoque Aphorismus prognosticus est: Docet. n. ex tempore quo inuadunt accessiones prædicere iudicium difficile; in illius tamen lectione Galen. duplicem facit sensum: vnum qui talis est: Si sequentes accessiones febrium semper eadem hora cum prima inuadēt, difficilem Crisim siue solutionem expectare oportet. Alius sensus est: si sequens accessio incipiat in hora in qua præcedens finita fuit, idem iudicium portenditur. Prior quidem vera videtur, sed non respondet dictioni auctoris, quæ clarissimè secundam intelligentiam comprobat, vt quilibet ex ipsis verbis intelligere potest. Et meo quidem iudicio, vtraq; lectio defēdi potest: nā postremā experientia in primis confirmat; si. n. febres ita habeāt, vt singulis diebus ita fiant accessiones, vt sequens priorem statim excipiat, vt in quotidianis, duplici tertiana, & semitertianis contingit, videmus longissimas eas esse, quæ hunc seruant ordinem, & ratio experientię suffragatur. Magnas enim oportet esse causas in corpore, quæ generant malos humores, & putredinem accendunt, si statim cum desit prior accessio, alia ita incipit. Magna quoque ostenditur debilitas vitium, nimirum, nata ex frequentibus accessionibus statim sibi succedentibus. Non potest quoq; materia prioris accessions ob coniunctionem sequentis perfectē dissolui. Hęc igitur omnia longitudinem morbi & difficilem solutionem protendunt; nec caret ea lectio suis probationibus, vt Galenus, credet qui putat etiā non referre si accessio sequens quę eadem hora cum priore incepit, alia quacūq; hora finiatur: nā stabilitas non solum pendet ex tempore inuasionis accessionū sed etiam ex duratione, & vehementia, & alijs quę in illis diuersa fiunt, & ostendunt non perseverare eandem dispositionem per totum morbi decursum, quoties enim videmus accessiones augeri, vigere & declinare, seruata tamen in omnibus eadem inuasionis hora: Aliam vero lectionem sic probat Galenus, quod ideo difficile iudicium fiat, cum eadem hora incipiunt accessiones, quod fixa & firmata sit dispositio & causa accessionum, atq; ob id difficile remoueri possit: nam, inquit, firmata magnam vim demolientem exposcunt, quæ longo tempore & per fortiora ac plura auxilia comparatur. Contra quam opinionem probabiliter quispiam ita disputare posset, quod id quod firmatū est, facilius pati potest alterationes, & concoctiones quas natura & ars præstant: itaq; cum accessiones febrium & ipse febres non tollātur, nisi præcesserit concoctio, & concoctiones celeritatem iudicij & securitatem (vt inquit Hippocr.) pollicentur, merito sequi videtur, vt materia firmata facilius vincatur quam quę est in motu. Id enim docent quę per sputum reijciuntur: Quę enim in pulmone retenta fuerint, melius concoquantur, & concocta reijciuntur. Quę vero est in motu fluitque materia, & posteaquam fluxit, protinus egerit, cruda est & mali iudicij nota. Idem ostendunt febres continuę, quę solent esse breuiores intermittētib; quod in illis materia sit firmata, & veluti conclusa in maioribus venis, in his vero moueatur, Galeno teste, per habitum corporis, aut certē continuam habeat regenerationem & expulsionem. Præterea, da
mmamus

mnarius erraticas febres, difficilesque ad solutionem & iudicium omnium consensu pronunciamus esse, cum tamen illi nihil firmatum habeant; si cum alijs comparantur. Ego vero aliter confirmo eam lectionem, scilicet quod oportet in omni solutione morborum præcedere quattuor tempora, quod si eadem hora perseverabunt inuadere accessiones, diutissime febris in principio manebit; quare tardius augebitur, vigebit, & declinabit, ob id illas breuissimas fore febres præfacimus, quarum accessiones primæ semper anticipant, aliæ vero postea eadem hora inuadunt quod signum est vigoris, hæc enim indicia sunt morbi propterant ad fidem: principium vero longum & alia tempora non ostendit, id quod stabile & firmum vult esse Galenus in febribus. Sed multitudo, frigiditas & crassities materiæ, quæ difficilè potest alterari, concoqui, & expelli, propterea natura cum nihil fere in primis accessionibus profecerit, manet eadem in materia dispositio, quæ efficit vt sequens accessio seruet naturam & ordinem prioris: manet & eadem dispositio in partibus corporis quæ eandem materiam gignit, manent & eadem causæ putredinis, quæ omnia faciunt vt accessiones similes perseverent: nam dicat quæso, an breuiores non sint continuæ febres ex bile stabili, & firmata, quam ex pituita mota & instabili: ergo non ex firmo, sed ex eodem, idem, vt ex simili simile fit.

APHORISMVS XXXI.

Lassitudinem habentibus in febribus, in articulos, & circa maxillas potissimum abscessus fiunt.

Docet in hoc Aphorif. prædicere abscessus futuros in febribus circa articulos & maxillas, ex lassitudine quæ in febribus contingit. Quæ quidem sententiæ Galenus tribuit ad utramque lassitudinem, motuam scilicet & spontaneam. Quod mihi non videtur verisimile: nam primum repugnat dictio Hippocratis, quæ exprimit lassitudinem quæ in ipsis febribus nascitur, non de ea quæ ex moribus comparata est antequam febris accederet. Præterea motuæ huiusmodi lassitudines prius soluantur quæ fiat abscessus, non enim causam habent fouentem, vt quæ excitatæ sint ab externa causa, quæ iadudum recessit: nec etiam de lassitudine spontanea quæ præcessit febrem Aphorifimus intelligendus est. Eodem argumento, quod de ea lassitudine agat quæ habetur in febribus, & non de illa quæ fortè præcessit febrè, quæ amplius non adest, aut si adest, abscessus non parit, vt quæ causam non habent ex febre quam author hic significat esse causam fluxionum & ipsorum abscessuum. Est igitur sententiæ intelligenda de lassitudine quæ nascitur ex ipsa febre, vt sæpe videmus ægrotos posteaquam sunt febre correpti, ita difficilè moueri, & tantam in membris grauitatem sentire, ac si plurimum laborassent in vehementi aliquo exercitio, id quod illis contingere solet qui sunt pleni multo sanguine pituitoso, crasso, viscidoque: Febris enim eos humores commouens, & calefaciens, vapores multos generat crassos, & portionem etiam aliquam pituitæ liquefacit, quæ cum exitum habere non possint liberum per cutem, circa musculos & articulos cohibentur; & huiusmodi lassitudines committunt, ac perseverante ea multitudine, cum natura perfectè illam concoquere & discutere non possit, per sudores, aut insensibilem transpirationem, aut

A vacuare per internas cauitates, eo quod iam calore febrili sit eleuata & sparsa per habitum corporis, merito in abscessus terminatur. Solent enim abscessus ab his causis fieri in febribus, non in omnibus quidem partibus sed in certis, quales sunt suapte natura laxæ, aut subiectæ mittentibus partibus, aut in eo situ politæ in quem spontè laedens materia repit, aut quæ suapte natura vel ex morbo debilis facta est. Sic sanè in articulos cõfluunt humores tanquam in partes laxas debiliores, inferiores, in quem locum graues humores facillè descendunt; sic Phrenitides fiunt in cerebro ab humoribus & vaporibus calidis, qui sua natura superiora petunt; Sic pulmo fluxiones descendentes à capite proximè recipit, ob situm & connexionem, atque molliem & laxitatem. Adones vero idem patiuntur, vt strumæ & parotides ostendunt. Glandulæ, n. quæ sũt circa venas colli, fluxiones irruentes à capite facillè recipiunt. Rectè igitur inquit Hippocr. eos qui patiuntur lassitudines in febribus, sole re corripit abscessibus in articulis, & circa maxillas; aliquando, inquam, in ipsis articulis, & simul circa maxillas, quando plurima est materia, & caput & habitus corporis mittunt fluxiones; aliquando vero solum circa maxillas fiunt abscessus, veluti, cum sola nascuntur Parotides ex solo capite mittente materiâ quò grauat; aliquando vero in solis articulis contingunt abscessus, cum materia copiosa est, & per venas mittitur quæ connexionem habent cum articulis potius quam cum glandulis ceruicis. Sed etiam alia sunt indicia, quæ præfaciunt in quam partem decumbere debeant humores: nam si caput dolore & grauitate laborauit, per febres ex materia eleuata ab inferioribus partibus, timèdæ magis sunt Parotides: si vero articuli vel dolore vel calore fuerunt affecti, expectandi sunt in illis abscessus.

APHORISMVS XXXII.

Quibuscumq; resurgentibus ex morbis, si quid laborauerit hic fiunt abscessus.

Docet in hoc Aphorif. prædicere abscessus futuros in febribus circa articulos & maxillas, ex lassitudine quæ in febribus contingit. Quæ quidem sententiæ Galenus tribuit ad utramque lassitudinem, motuam scilicet & spontaneam. Quod mihi non videtur verisimile: nam primum repugnat dictio Hippocratis, quæ exprimit lassitudinem quæ in ipsis febribus nascitur, non de ea quæ ex moribus comparata est antequam febris accederet. Præterea motuæ huiusmodi lassitudines prius soluantur quæ fiat abscessus, non enim causam habent fouentem, vt quæ excitatæ sint ab externa causa, quæ iadudum recessit: nec etiam de lassitudine spontanea quæ præcessit febrem Aphorifimus intelligendus est. Eodem argumento, quod de ea lassitudine agat quæ habetur in febribus, & non de illa quæ fortè præcessit febrè, quæ amplius non adest, aut si adest, abscessus non parit, vt quæ causam non habent ex febre quam author hic significat esse causam fluxionum & ipsorum abscessuum. Est igitur sententiæ intelligenda de lassitudine quæ nascitur ex ipsa febre, vt sæpe videmus ægrotos posteaquam sunt febre correpti, ita difficilè moueri, & tantam in membris grauitatem sentire, ac si plurimum laborassent in vehementi aliquo exercitio, id quod illis contingere solet qui sunt pleni multo sanguine pituitoso, crasso, viscidoque: Febris enim eos humores commouens, & calefaciens, vapores multos generat crassos, & portionem etiam aliquam pituitæ liquefacit, quæ cum exitum habere non possint liberum per cutem, circa musculos & articulos cohibentur; & huiusmodi lassitudines committunt, ac perseverante ea multitudine, cum natura perfectè illam concoquere & discutere non possit, per sudores, aut insensibilem transpirationem, aut

Videtur præfaciant labores præsentè febre, & morbis, docuit in superiori Aphorifimo: in hoc vero docet, quid portendant in conualescentibus, labores, qui erant antequam conualesceret æger, & adhuc ægrotaret: in sequenti vero, quid futurum sit, si ex dolore qui fortè aderat antequam æger in morbum incideret, docet. Ceterum in nobis proposito Aphorifimo dicit abscessus fieri in conualescentibus in ea parte quæ antea laborauit. Intelligendum autem est laborauit per morbum: nam de labore ante morbum (vt diximus) sequens ager. Nec existimare quidem debemus, necessario futuros abscessus in parte quæ laborauit, sed si fiant, omnino fient in ea: non enim in omnibus conualescentibus etiam si labores sunt facti, nascuntur postea abscessus: sed à morbo ad conualescentiam, & ab hac ad sanitatem mutatio fit per excretionem, vel concoctionem, vel alterationem, aut alijs modis, de quibus hic locus non est agendi. Porro, per laborem intelligi dicit Gal. vehementem motum, dolorem & læsionem, & rectè quidem, etsi Cardanus solum vult intelligi dolorem. Experientia enim docet, eos qui per morbos diu multumque vigilarunt, solere in capite pati abscessus. Sic etiam qui sine dolore vel motu læsionem & imbecillitatem sentiebant, dum ægrotarent, in tibijs Oedematofos tumores pati solent dum conualescunt, & multò magis fiunt abscessus in parte quæ

quæ dolore fuit affecta. Cur vero ad partem vehementi motu agitata confluant humores, causa est in omnibus calor, qui locum rarefacit, funditque in eo & vicinis partibus humores, qui spontè fuga vacui confluant ad locum rarefactum & ampliorem redditum: in illis vero in quibus motus debilitatem attulit, ipsius quoque partis imbecillitas, causa fit apta ad suscipiendam fluxionem, cum natura temperatum fit, ut robustiores partes sese exonerent in debiliores, non autem calor fluxionis est causa, quod attrahat humores (ut alibi ostendimus) cum in eo nulla possit esse attractionis causa. Aetio quoque partis quæ cum motu fit, allicit ad se humores, ut dolor capitis oritur ex nimia cogitatione, aut vigilia; Dolor vero est quidem causa fluxionis, non quod attrahat, ut id quoque in libris de Morbis probauimus: sed quia expultricem facultatem mouet, quæ humores in se contentos exprimit in partem dolentem, aut in eam quæ in via est ad eam quæ dolet pars, eo modo fluxiones fiunt in digito vulnerato, per quas tota extrema manus alicuando tumet, brachio, & cubito mittentibus in digito dolentem primum humores, qui cum occupant etiam vicinas partes nouo dolore in illis excitato, ipsas pariter attollunt. Alio vero modo glandula quæ sunt in inguine, vulnerato pedo inflamantur, firmato illic humore transmissio à superioribus partibus, quæ doloris participes factæ commouentur ad expulsionem, quæ cum facilius recipiatur in partibus mollioribus & spongiosis, quæ sunt iuxta venas, per quas decurrit à superioribus partibus ad pedes transmissa materia, eam illic sistunt & recipiunt, impediuntque eam vsque ad pedes descendere. Absurdum autem est credere dolorem, ut Cardanus sentit. materiam ad se trahere calefaciendo locum tum natura tentante temperate illum: nam dolor nullam habet calefaciendi vim, sed humor qui influit, & ille quidem non omnis, sed calidus: nam in Oedematosis tumoribus, frigus & non calor sentitur: Nec ipsa natura quæ non agit ex proposito, tentat temperate dolorem, sed aliquando id accidit, cum scilicet dolor à frigida causa nata, concursu calidi humoris & spiritus temperatur. Nec par est ratio de calore, qui admoetur per medicamenta, ut ea quæ est de calore, qui influit: nam ille rarefaciendo & extenuando medetur parti dolenti, hic vero dolorem & tumorem auget, donec partes mittunt humores, postea vero ille quoque, facit ad humorem discutiendum in parte contentum.

APHORISMVS XXXIII.

Sed & si ante morbum aliqua parte doluerit, hic morbus firmatur.

Hic est tertius Aphorismus, qui declarat in qua partes futurus sit abscessus, sumpto indicio à parte quæ affecta fuit antequam morbus nouus fieret, post quæ sequitur abscessus. Est enim diligenter inquirendum à Medico, an is qui laborat morbo, sanitatis tempore partem aliquam obnoxiam habuerit, (inquit Hippocrates) dolori, si enim ita contigerit, & morbus aliter non dissolutus fuerit, abscessus expectandus est in ea parte. Verum non solum de dolore partis intelligendus est Aphorismus, sed de omni mala affectione, aut etiam inclinatione ad aliquem præter naturam affectum: nam in parte solita dolere, dubium non est plerumque firmari fluxiones, siquidem dolor frequens membrum debilitat, & præterea fluxionem ad se allicit sic, si aliquis

A obstructione splenis laborare consuevit, in eodem viscere fiunt tumores, qui soluunt morbum præsentem. Quod si dolor nec affectus præter naturam solitus est hominem vexare, nihil ex illis colligi potest ad prædicendos abscessus futuros, id quod faciet habitus corporis qui fortè vergit ad certos morbosos affectus, id quod estate superiore qui fuit annus 1570. euidenter nouimus: nam omnes ferè qui vel ex parentibus tabidis nati fuerunt, aut suapte natura ad tabem inclinabant, in eam inciderunt non solum ex continuis febribus, sed etiam ex nothis tertianis, cui malo dedit occasionem æstas pluuiosa & Austrina. Igitur rectè Hippoc. iubet spectandum esse, si quæ pars in febribus laborat, aut ante morbum laborare consuevit, aut inclinationem habet ad aliquem affectum. In ea enim si abscessus futurus est, fiet, homine adhuc laborante, vel cum iam conualescit, & id est quod tribus superioribus Aphorismis docuit hic author, quod experientia & ratio pariter confirmat.

APHORISMVS XXXIII.

Si à febre habito, tumore non existente in faucibus strangulatio repente superuenerit, lethale.



V in superioribus aliquot Aphorismis docuit prædicere abscessus futuros ex partium doloribus & alijs passionibus: Sic nunc mortem prælagiri ostendit, si duo concurrant mala; Primum febris: Secundum strangulatio repente superueniens, nullo tumore existente in faucibus. Quæ quidem in re Gal. notat verbum à febre habito, intelligens per febre quamcumque febrem: aut eam solum quæ vehementissima est, quandoquidem inquit contingit hominibus utcumque febricitantem interire si strangulatio ea superueniat; sed, inquit, certior & inuitabilis est mors, si hoc contingat in febribus vehementioribus nam huiusmodi febres postulant respirationem magnam per quam multum aeris inspiretur & fuliginosi multum vaporis expiretur, id quod impedit fieri stranguatio, quæ (ut rectè de finit) nihil aliud est quàm subitus interitus propter defectum respirationis, qui fit ex angustia alicuius instrumenti. Cum vero nullo apparente tumore in faucibus strangulatio fit, & ea subito, nullam potest aliam habere causam præter gutturis tumorem, aut in illud irruentem fluxionem aliarum enim partium seruientium respirationi tumores & fluxiones strangulationem quidem efficere possunt, sed non repente: igitur strangulationem quidem efficere possunt, sed non repente: igitur strangulatio quæ repente fit, fit omnino ex affectis gutturis siue capitis, arteriæ asperæ, si modo tumor non apparet in faucibus. Galen. tamen vult ex illius musculis internis vel externis inflammatis fieri Anginam, quæ pariter strangulare possit. Sed quod scribit Hippoc. repente superueniens, videtur supponere febrè præcedere antequam aliquis affectus sit, qui strangulationem efficere possit. Angina vero statim ab initio coniunctam habet febrè: quare videtur de fluxionibus intelligere quæ febribus superueniunt ex humoribus pituitosis irruentibus in guttur, nihil tamè obstat quia præsentè angina, & plurimum aucta inflammatione, idè malum & periculum contingat. Sed non omnis angina potest in discrimen homines adducere: etenim, ut Galen. in Comm. scribit quattuor sunt Anginæ species: siquidem vna est quam Synanchen

chen vocant, in qua muscoli interiores gutturis vna cum ambiente tunica inflammantur, quæ omnium, est periculofissima: alia est quam Synanchen nominant faucium, scilicet, inflammationem. Tertia species est parafynanche, quæ fit cum muscoli exteriores gutturis inflammationem patiuntur. Quarta est parafynanche ex inflammatione muscutorum adiacentium faucibus. Quæ quidem omnia mala, sunt cum periculo & lethalia redduntur si magna fit fluxio & inflammatio. Hæc quoniam Galen. in Comm. diligenter explicat, hic absoluo.

APHORISMVS XXXV.

Si à febre habito collum peruertitur, & vix potest deorare sine ullo tumore, lethale est.



Hic quoque Aphor. prognosticus est, qui ex affectionibus cervicis docet prædicere finem morbi pessimum fore. Casus est complicatus ex tribus malis: ex febre, peruersione colli & difficili deuoratione alimentis, sine aliquo tumore: si hæc, inquam, coniunguntur, lethale erit egrotanti. Febrem intelligere oportet continuam: nam cum intermittentibus non solent hæc pericula contingere. Ceterum colli peruersiones fiunt ob tensionem neruorum & ligamentorum, quibus vertebrae alligantur. Fiunt autem tensiones iste ab inflammationibus, vel etudis tuberculis, vel et vt Gal. sentit à siccitate inducta à febre vehementi. Quod mihi parum probabile videtur: nam vniuersas alias corporis partes potius ex siccitate periclitari necesse est, quam partes quæ sunt circa fauces & gulam, quæ continuam habent irrigationem ex salua, potu, & extrinsecis alijs humoribus; peruertitur autem collum, vel intra, vel ad latus: ad latus quidem, si in altera nerui propagine contingit fieri tensionem: intra verò si in ambabus. Ac cum intra fit peruersione, collum inquit Gal. apparet extra habere cavitatem: quod nescio quo modo fieri possit. Ceterum huiusmodi colli peruersiones quæ adiuncta habent difficilem transglutionem, si cum tumore sint sensibus conspicuo, non sunt cum tanto periculo: si vero nullus apparet tumor, signum est vel causam esse siccitatem ex Galeni opinione, quæ immedicabilis est, vt coagulatio omnium ex siccitate, vel esse inflammationem muscutorum qui gula præiacent, vel ipsius gula. Quem affectum non necessario lethalem ille credit esse, vt qui strangulationem non afferat, & ob id tempus concedat ad remedia adhibenda contra causas ledentes.

APHORISMVS XXXVI.

Sudores febricitanti si incæperint, boni & tertio die & quinto, & septimo, & nouo, & vndecimo, & quartodecimo, & septimodecimo, & vigesimo, & vigesimo septimo, & trigesimo quarto. Hi enim sudores iudicant morbos. Qui vero non ita sunt laborem significant, & morbi longitudinem & recidiuam.



Hic Aphor. tractationem de diebus decretorijs ex precedentibus Aphorismis ac omni alio modo perobscuram, & non satis rationi peruiam difficiliorem reddit: primum, quod multos dies omit-

tat inter iudicatorios, quos alibi recenset: nam hie quartum omittit, vigesimum quartum, trigesimum, quadragesimum, & multos alios qui sequuntur, in quibus sudores & alia excretionis optima fiunt. Deinde, hic miscet dies, qui sunt primi ordinis & dignitatis, cum alijs qui sunt indices aut etiam inter indices non computandi: nam 11. 17. 27. contemplates vocari nisi ratione accessiones: quare intercedentorij sunt, solent, nec indices.

De his dubijs non tractant alij interpretes; illud solum docere aggrediuntur quod ad quartum pertinet, in quo etiam non conueniunt: nam ideo Cardanus illum prætermisum scribit, quod non sit iudicatorius, sed indicatorius, ergo eadem ratione debebat vndecimum, decimumseptimum, & vigesimumseptimum omittere. Braslauolus vero reuera quartum censet esse iudicatorium, tamen omissum fortè à librario, vel quia morbi (ut inquit) accelerantes in tertio principium faciunt, retardantes, in quinto incipiunt, vel quia morbi acuti, de quibus sermo est, ex bile ortum habent. Bilis vero de tertio in tertium mouetur, quid fiet si morbi non erunt accelerantes, nec tardantes, aut fient à sanguine? At negligentia librarij si quæ esset, appareret etiam in alijs diebus, qui in hoc Aphorismo non recensentur. Deinde, si ob accessionem fiunt boni sudores, dies non erunt iudicatorij, sed intercedentes; postremo in libro primo Comment. tertio Epidem. tex. 14. ita scribit Hippoc. est autem primus indicatorius circuituum, qui diebus paribus iudicant, quartus, sextus, quæ verba negligentiam in librarijs non agnoscunt, & omnem tollunt difficultatem in hac re.

Quinetiam illud dubitationem habet, quod scribit in Com. Gal. Aphor. hunc non solum cõplecti sudores, sed alui excrementa, vrinas, abscessus: nam si sudores ideo boni sunt in his diebus, quod in biliosis febribus proueniant, non potest dierum ratio communis esse alijs excretionibus, quæ nihil habent commune cum bile, sed cum alijs humoribus pituitosis & melancholicis, cuiusmodi sunt abscessus circa aures. Alui vero excrementa, omnem materiam æqualiter respiciunt. Quare nihil certum in hoc Aphorismo videtur tradere Hippocr. aut à nobis excogitari potest, quod faciat ad illius interpretationem: Ac minus profectò exacta reddetur tractatio, si dierum decretoriorum causas inuestigare velimus, vt Cardanus efficere nititur, qui cum ex Lunæ motu (vt Galenus credit) ostendisset summi non posse rationem dierum decretoriorum, & ad solis cursum eam reuocauerit, in eo quoque inuenire non possit in quo animus quiescat, dubia pariter vt alij hanc tractationem relinquit. Primum enim statuit centesimum vigesimum diem esse vltimum terminum febrium, qui dies inquit, tertiam partem totius anni constituunt, & ob id sexagesimus centesimæ vigesima, & vigesimus dimidium quadraginta, & quatuordecim tertia pars, & septem dimidium quatuordecim: quæ omnia cum ignorauerit, inquit Galen. longè petitis auxilijs à Luna hanc doctrinam dierum Criticorum totam cõfudit, nec sibi nec Hippocrati est concors, sed cum videret requiri ad tertiam partem anni non centum & viginti solum dies, sed centum viginti vnum cum dodrante, respondet hunc excessum causam esse vt vigesimus primus quædoque pro vigesimo ad pugnam à natura eligatur & præferatur, & nunc vigesimus, nunc vigesimus primus decretorius ab Hippocrate statuatur: nam septimus & quartusdecimus communicant cum vigesimo primo & non cum vigesimo. Quod si vigesimus primus non semper decretorius est, sed aliquan-

do vigesimus, id ideo fit inquit, quod natura videtur in his inferioribus anticipare cœlestes motus, quod & in æquinoctiis & plenilunijs ac nouilunijs palam videmus: igitur ob excessum quadraginta duarum horarum supra viginti dies, coactus est mutare Hippocrates: cum enim diuiduntur per sex, exeunt dies viginti & horæ septem, ob id, si materia est tenuis, & in æstate, fit Crisis in vigesima: in alijs vero vigesima prima. De die vero decima quarta non est dubitatio: nam quomodocumque tertia pars quadraginta aut quadraginta vnus sumatur, in quartumdecimum diem incidit, atque ita de septima, quarta & vndecima & vigesima quarta.

Vndecima vero etsi videtur solum habere decem dies, tamen cum necesse sit absolui tempus propositum abiectis horis, ideo absolutis decem diebus fit vndecima per terminorum connumerationem: id quod exemplo docet: Si enim aliquis ægrotauit die dominico proximè præterito cum numeraueris decem dies integros, incidet in diem Mercurij, & non Martis & est vndecima dies à Dominica præterita. Cur vero non numerauit quartum, quem alio loco receisset vt in tertio Epidemion in quo ponit duos periisse, tertium seruatum, non recipit Galeni rationem, quod in acutis fiant exacerbationes per dies impares, & iudicia fiant in exacerbationibus, & ob id non fieri in quarta Crises: nam affert contra Galenum fieri exacerbationes aliquando per pares dies, vt in exemplo Periclis docet Hippocr. Dicit ergo non numerari diem quartum, quia non est iudicatorius, sed index, est enim quartus non bonus iudicatorius, sed malus: nam cum iudicia fiant in exacerbationibus, quæ quarta die exacerbantur mala sunt: Quare mala habent iudicia. Hæc (vt dixi) non reddunt animum quietum: Primum enim videmus Crises fieri bonas non solum in diebus imparibus, sed etiam in paribus, vt in decima quarta & quarto quoque die in quartanis iudicari accessiones at tandem vniuersalem morbum: Deinde etiam fiunt Crises vbi nullæ sunt accessiones, vt in Causone, febribus Synochis, putridis & non putridis, in pleuritide & alijs inflammationibus veris, internis, quæ cum à sanguine fiant, sæpè solvuntur antequam ex putredine fiat generatio bilis, & postea accessiones ex bile putrescente; Adde quod nec omnes febres ex bile accessiones habeant: nam Causon nullas habet accessiones. Verum igitur est quod scribit Hippocrates Crises fieri in accessionibus, in morbis scilicet qui per accessiones affligunt: non tamen verum est solum fieri in morbis qui per accessiones infestant, nec verum est omnes morbos qui cum accessionibus iudicantur, fieri solum iudicia in illis qui per impares dies exacerbantur: nam sic tolleratur iudicium in morbis pituitosis & melancholicis, & omnes dies decretorij qui post quadagesimum numerantur, essent inutiles. Si acutorum solum morborum, qui simpliciter acuti sunt, aut acuti dicuntur, quod in quadraginta diebus iudicentur essent Crises. Illud vero quod in tota tractatione supponit vltimum terminum febrium esse centesimum vigesimum diem, nescio qua ratione asserere, aut quo experimento comprobari possit: nam vt omniam hæc febres que nullum talem terminum sibi proponunt, quoties quæso videmus quartanas non solum tres menses, sed annos etiam excedere: nonne & Gal. scribit i. ad Glauconem se vidisse tertianam notham quæ inceperat in æquinoctio Autumnali, perdurasse vsque ad æquinoctium vernum? quoties quæso semitertianæ nothæ & continuæ quartanæ quæ in autumnno inuadunt, perueniunt pariter

vsque ad veris principium? Multa talia sunt exēpla, quæ docent non posse constitui vltimum terminum febrium in certo dierum numero. Quo quidem aulso fundamento, corrumpit pariter ratio dierum decretoriorum quàm hic sumit Cardanus à Solis motu. Ex quo dicat pariter quomodo possit, ducere rationem qua adductus Hippocrates tertium, quintum, nonum, decimumseptimum inter bonos dies reponit, in quibus boni fiunt sudores: nam si dies qui sunt primæ classis decretorij, ex Solis cursu suam rationem sumunt, cogit vtique docendi ratio, vt eandem causam habeant numerati dies, in quibus bona quoque fiunt iudicia, quæ cum à Sole magis quàm à Luna duci non possint, profectò ostendunt vanum esse nostrum studium, quo quærimus certos terminos in his naturæ operibus constituere: Cur enim in his magis quàm in alijs hoc fieri debet? nam varius terminus parienti, quod in singulis generibus animalium agnoscitur; hæc somnia nostra eludit: cum enim alterationes & expulsiones naturæ hic requirantur vt in Crisibus, reddat mihi Cardanus rationem, cur mulier fetum suum perficiat non in mense, aut etiam decimo, vel vndecimo, & Equus duodecimo, & Sues cicures pariant quarto mense, Oues & Capræ quinto: Canes vero nonnullæ sexaginta duobus mensibus, qui duodecim diebus luce carent. Alij vero tribus mensibus, qui decem & septem diebus luce carent. Et eadem sit ratio in lupis; Vacca vero nouem menses vtero gerunt, & decimo pariunt. Asinæ vero duodecimo, & Camelæ decimo. Elephantæ vero quidem statuunt menses decem & octo, alijs vero annos tres; Ceruæ octo menses; Vrsæ & Hystricis dies triginta. Lepores & Cuniculi singulis mensibus vtero gerunt & pariunt. Quid quæso ad hæc dicemus? Sunt hæc quidem naturæ opera, quæ requirunt alterationem & expulsionem, ut ea quæ morbos iudicant: quæ cum nec à Solis aut Lunæ, aut aliorum syderum cursu & vim redigi possint, cur nos tantopere cruciamus vt sola iudicia morborum à celo trahere & deducere contendamus? Quod si vniuersalia hæc iudicia has habent causas, cur etiam particularia per quæ fiunt, & solvuntur singulæ accessiones, eadem non obtinebunt? Præstat igitur hæc in Dei prouidentia & naturæ arcanis recondita relinquere, quam vana excogitare, cum nihil aliud possimus reuera asserere quam ita esse à natura nostra comparatum, vt pro diuersitate naturæ, qualitatum, & copiarum humorum, fiant in nobis alterationes & expulsiones: ita, ut cum natura ipsa molestat quidem & stimuletur postea, sed planè dominatur, perficiantur illius alterationes, & postea fiant expulsiones noxiæ materiæ morbum committentis. Cum vero illa à materia ita grauatur & molestat, vt planè vincere non possit, sed expectare ad sua tempora stat, & firma, tunc iudicia morborum anticipant, quæ quidem tardant, si noxius humor concoctioni magis resistit, & post concoctionem vim non habet irritandi, vt postulat in hoc opere expultrix facultas. Ex hac profectò distinctione sequitur in morbis peracutis Crises fieri in septimâ, in acutis vero in decimaquarta, in peracutissimis in tertia & quinta, & et quarta pro ratione materiæ molestantis paribus, vel imparibus diebus: in obtusioribus vero acutis morbis, iudiciū differtur ob eandem rationem in vigesimum, vigesimūprimum & alios sequentes dies, in quibus experientia docuit naturam certos gradus concoctionis inducere, quos postea sequi potest utilis expulsio. At vero si natura ante quàm concoxerit ita vt sequi possit separatio boni à malo & huius postea expulsio, tunc mala fiunt iudicia; bona

vero vbi præcedit concoctio, sequitur vero expulsio, & quia vsu didicimus in certis diebus nunc hoc, nunc illud fieri, ideo quosdam ex illis bonos dies iudicatorios, alios malos, alios indifferentes, alios debilius quidem iudicantes, sed aliorum veros indices esse, ac etiam contingit, vt in quibusdam excretionibus, vt apparet in hoc Aphorismo in quo agimus de iudicijs per sudores factis, quosdam dies laudemus, qui in alijs excretionibus parem non habent vim. Hæc habui quæ dicerem in hac difficili tractatione, donec meliora, si vnquam id fieri possit, Dei beneficio excogitabo.

APHORISMVS XXXVII.

Frigidi sudores, cum acuta quidem febre, mortem: cum mitiori autem, longitudinem morbi significant.

N sudoribus consideramus tēpus morbi in quo fiunt, qualitates illorum, quātitatem, locum corporis à quo exeunt, modum excretionis. In tempore morbi cōsideramus an sudores sūt in principio vel incremento, vel vigore, aut declinatione morbi. Item in quo die contingant, decretorio scilicet, vel alio. Qualitates vero in sudoribus notantur primæ, an frigidi, vel calidi, aut tepidi exeant, & cum quo morbo tales prodeant. Notantur quoque secundæ qualitates in sudoribus, an sint admodum lenti, vel sine lentore, an grauius oleant quam par sit: nū etiam sentiantur ab ægroto amari vel salsi plus iusto, vel flauī, aut planè aquosi citra colorem extraneum. Porro, in quantitate hæc sumuntur differentiæ, quod in aliquibus copiosi in alijs diminuti & parci sint sudores, aut mediocres. At ex loco sumuntur hæc differentiæ, quod à toto corpore effluant, vel à quibusdā duntaxat partibus vt pectore, ceruice, fronte, necnon à partibus laborantibus aut ab alijs. Iam vero à modo ducuntur istæ differentiæ, quod quidam conferunt, alij non nisi paulatim prorumpant, alij spontè, alij vero non nisi violenter fiant: alij perseuerent posteaquam erumpere cœperunt: alij vero retrocedant. Agit Hippocr. de prima qualitate quæ in sudoribus apparet, nempe frigiditate, & docet, quid frigidi sudores ostendant non simpliciter, id est suapte natura, sed quid significant in morbis, nec in illis quidem in omnibus, sed solum in acutis febribus & mitioribus. Acutas autem febres intelligit vehementes, quippe cum illis mitiores opponat, dicitq; in his morbi longitudinem, in illis vero mortem potendere. Cuius rei rationem primum ex natura rei inuestigare conabimur, facta prius diuisione eorum rerum, quæ vim habere videntur ad hos sudores efficiendos. Igitur videtur ita dicendum, quod sudores frigidi fiant vel à causis externis, vel internis, & in his vel ratione materiæ, vel aliarum causarum. Omnis enim sudor, qui fit corpore extrinsecus non mediocriter calefacto, aut cuti diu adheret, refrigeratur, & frigidus sentitur in quocumque morbo, & corporis statu. Qui quidem sudores, vim non habent prænucciandi aliquid futurum. Qui vero fiunt à causis internis, ita habent, ut necesse sit materiam ex qua fiunt sudores, frigidam exire à profundo corpore, vel certè à partibus in quibus resident humores qui sunt causa febris; aut in partibus refrigerari qui sunt circa cutem, aut in ipsa solum cute nulla concurrente ex-

Aterna causa; aut concurrunt duæ causæ simul, materia scilicet refrigerata & locus externus refrigeratus, vbi sudor generatur; alibi docuimus materiam sudorum duplicem esse, aquosum inquam, humorem, quem natura à massa sanguinea extrudit per cutem, vel vaporem multum & crassum, qui cum liberè sub vaporis forma transpirare non potest, circa cutem membranofam sistitur densaturque & in aquosum humorem conuertitur, qui postea per cutis meatus profluit.

Ceterum; Galen. credit sudores frigidos de quibus hic agitur, fieri posse duabus de causis: Vna, quod humore à quibus gignuntur tantam habeant frigiditatem, vt neque à calore natiuo, neque à febrili satis calefieri possint: Altera vero quod naturalis calor in solidis partibus vel omnino extinguatur, vel proximus sit extinctioni.

A cuius quidem opinione ego recedo: nam verisimile non est ex humorum multitudine frigida sudores frigidos fieri, aut ex vaporibus ad cutem eleuatis ex profundis partibus corporis. Quamdiu. n. viuit homo in omni illius statu necessario quæ intus latent, actu calida sunt, id quod tanto magis necesse est fieri præsentè febre, quæ internas partes potissimum calefacit. Non ergo sudoris frigidi materia frigida prodit ab internis corporis partibus, & vasis, in quibus febris materia continetur. Cur enim etiam frigidi non fierent cum post crapulam, crudo omnino adhuc existente alimento, & calore veluti suffocato generantur. Restat igitur, vt frigidi gignantur in habitu corporis, siue solidis partibus, & circa ipsam cutem: sed hoc non fit quod calor natiuus (vt ille credit) sit illic extinctus: nam si interna partes uehementem habent calorem ex putredine, si ille calor in externas partes extenditur, non posset deesse caliditas quæ sufficeret ad sudores calidos procreandos. Non enim illorum natura requirit potius unum calorem quàm alium. Præterea, vanum est (vt alibi docuimus) duos ponere calores in febricitantibus: natiuum vnum, alium præter naturam, cum vnus & idem calor has conditiones & nomina sumat.

Cum enim moderatus est, secundum naturam dicitur, præter naturam vero quando ab ea mediocritate recedit. Amplius tales sudores sæpè fiunt inter initia febrium, quo tempore nulla potuit adhuc esse causa quæ tantam vim haberet vt hunc natiuum calorem extinguat. Alia ergo ratione sudores fiunt frigidi, & partes circa cutem tunc frigidæ, nempe quod calidum ipsum natiuum deserat ea membra, id quod fit ob contractionem ad interna viscera.

Hæc autem contractio causam habet in signe aliquod negotium, & opus quod intus perfici debet, ob quod natura calorem colligit ex omnibus partibus extrinsecus & intus concludit, ac pro diuersitate operum aliquando fit rigor, horror, tremor, aliquando frigus solum. Est autem putredo vna ex potissimis causis reuocationis & collectionis huius caloris, quæ cum parum durat vt inter initia accessionum febrium intermittentium, aut cum perficitur suppuratio in inflammatione interna, tunc fit rigor sine sudore. Pauca facta interim euaporatione, & astricta omnino cute, quæ peruia non est ad sudores transmittendos. In febribus vero ipsis, tum acutis, tum longis, cum nascuntur sudores frigidi, non est quidem tam insigne opus quod rigorem efficere possit ex subita & uehementi contractione, sed solum leuiorem reuocationem facit, & eam quidem diuturniorem ob difficiliorem materiam in-

mus contentam. Ac profectò in acutis febribus videntur sudores frigidi non fieri nisi vel ob inflammatorium aliquem affectum internum, vel ob putredinem satis insignem: in febribus vero longis, ob materiam multam & frigidam putrescentem. Ex quibus causis calor intus certo modo concluditur: unde externae partes frigidiores redduntur: ab internis vero multa euaporatio confurgit, quae postea circa cutem sistitur, densaturque, & in aquam mutatur, unde sudores frigidi emanant; Mirum igitur non est, in acutis febribus tales sudores mortem praesagire: in longis vero morbis longitudinem: nam in illis internae causae à quibus sudores nascuntur, maximae sunt & lethales: in his vero nihil aliud continent quam rebellentem materiam quae tandem vincetur. Negandum tamen non est, in deploratis iam morbis sudores frigidus fieri, quales sunt sudores diaphoretici à Medicis vocati, qui quidem vnicam causam habent, caloris dissolutionem & extinctionem in externis partibus: quicquid enim tunc caloris est, versatur circa suos fontes, nec ob sui imbecillitatem potest per vniuersum corpus expandi: euaporatio tamen fit, cui sufficit exiguus calor in visceribus contentus, quae quidem cum peruenit ad externam superficiem iam refrigeratam, aut certe exiguo plane calore praeditam densata conuertitur in aquam, quae à parte frigida emanat frigida, nec tamen tunc dicendum est interna calefieri, quandoquidem & illa etiam extinguuntur; sed de his sudoribus non agit Hippocr. habent. nam in acutis quam longis febribus idem periculum, nec artificiosum est ex illis praedicere eundem eventum. Fiant ergo sudores omnes frigidi vel ex dissolutione & extinctione caloris, quae in omnibus mortem proximam ostendunt: vel ex contractione, quae cum causam habeant diuersam in acutis & longis febribus, merito diuersum finem portendunt. Has duas causas tradit Hippocrates in Prognosticis, cum scribit: considerare ob id sudores oportet in summa, quoniam quidam fiunt ob corporum exolutionem, aliqui vero propter inflammationis vigorem. Quae causa solum videtur comprehendere sudores qui fiunt in acutis febribus, de quibus praedictiones Hippocratis sunt scriptae: nam in longis febribus ob solam putredinem multorum humorum crudorum, vt ostendimus fit, caloris contractio, euaporatio, & eiusdem densatio, & tandem frigidi sudoris in partibus externis generatio.

APHORISMVS XXXVIII.

Qua parte corporis sudor est, ibi significat mortem.

Hic Aphorismus dubiam continet sententiam: nam si intelligatur, vt verba sonant, verum non est, semper in eo loco esse morbum in quo est sudor: sic enim fieret vt cutis semper laboraret, & non subiectae partes, aut ab ea longè recedentes, si quidem in sola cute sudor apparet, quae quidam nullo morbo affecta, sudori viam praebet. Si verò de materia sudoris Aphorismus intelligatur, colligere etià non possumus, vbi sit morbus: nam euaporatio quae fit, ex qua densata sudores generantur, promiscue attollitur ab vniuersis partibus, in quibus humores continentur, & non solum ab inflammationibus, aut alijs locis peculiariter affectis, Aut fortè id non intelligitur de omni materia sudoris, sed solum de aquoso hu-

more, qui per cutem extruditur à subiectis partibus. Verum, & hic etiam non solum à partibus quae cuti subiiciuntur à qua emanant sudores, sed etiam à remotioribus transmittitur, saepe tamen experientia docet, nonnunquam id contingere quod scribit Hippocr. nam qui paralyti laborant, si fortè sudent, ex parte laborante maximè profluunt sudores: idem accidit in tremulis membris & conuulsis, necnon in Orthopnæa & alijs frigidis pituitosisq; affectibus. Sic etiam, cum post laborem refrigerata cute & postea calefacta sudores erumpunt, loci affecti profectò sunt cutis & subiecti musculi, in quibus firmati sunt primum vapores, postea densati, atque in humorem aquosum conuersi. Videtur igitur verus esse Aphor. cum sudores fiunt ob affectum cutis, vel partium in habitu corporis contentarum; cum verè ab internis partibus sudoris materia ducitur, attolliturque ad cutem, sicut in febribus contingit, cum per Crisin soluantur, non est necesse eam partem quae sudat, aut plus vel minus alia laborare, quippe, cum omnibus sit commune vapores in superiores partes potius quàm in alias efferri, & propterea thorax, & facies copiosiores quam aliae emittunt sudores. Ergò cum materia sudoris est vel pituita, vel serosus humor, Aphorismus Hippocratis verus esse agnoscitur: vbi autem est vapor, aliter contingit.

APHORISMVS XXXIX.

Et qua parte corporis calor aut frigus, ibi morbus.



Vex sudore docuit in praecedenti Aphor. indicium partis morbo laborantis: ita in hoc ostendit ex calore & frigore idem significari. Gal. autem interpretatur caliditatem & frigiditatem, quasi non sufficiat leuis quidam illarum qualitatum excessus, vt morbus significetur, & rectè.

Ceterum calor aut frigus fiunt in partibus vel ob dispositionem ipsius partis calidam, aut frigidam: aut propter caloris influentis accessum vel recessum. Si hoc modo calent aut frigent partes, non necesse est partes eas morbo laborare, quae his subiiciuntur passionibus. Quis enim dicit cutem morbo peculiariter affici inter alias (vt hic Aphorismus intelligit) cum ea inter initia accessionum febrium, friget & postea calet? aut cum per timorem vel Syncopem algent, iacentque ut mortua externa corporis membra, quae etsi exercere sua munia non possint, tamen hoc non fit ob morbum qui sit in illis partibus, sed ob affectionem calidi natui influentis à corde, cuius contractione & priuatione nihil agere possunt. Igitur de calore & frigore quae nascuntur ex dispositionibus permanentibus in parte, Aphorismus est intelligendus: Sic enim in partibus conuulsis, palpitantibus, resolutis, Oedemate laborantibus, & alijs huiusmodi affectibus, in quibus membra ita saepe frigent, ut nulla vi calorifica possint recalefieri, agnoscimus subesse graues morbos: Ita in partibus inflammatione vel Erysipelate, aut ex alio calido humore calefcentibus, agnoscimus latere morbum calidum.

APHORISMVS XL.

Et ubi in toto corpore mutationes, & si corpus refrigeretur, vel rursus calefiat, vel color alter ex altero fiat, morbi longitudinem significat.



Hic Aphorif. etiam pertinet ad signa. Docet enim nos prædicere longitudinem morborum, idq; ex mutationibus siue potius successionebus caloris & frigoris, & colorum inter se, & vult has mutationes fieri in vniuerso corpore. Cur vero ostendat morbi longitudinem, ideo putat Galenus, quod istæ mutationes & successiones ostendant varias dispositiones quæ necessariò diuturniores sunt quàm quæ sunt simplices & vniiformes, cum non possit natura in paruo tempore multas conficere dispositiones. Quæ quidè vera essent, si hoc verum esset quod hæ mutationes in quibus corpus refrigeratur, & postea calefit, & ex vno colore alius fit, nasceretur ex varijs dispositionibus: nam cum dicat author, se agere de mutationibus quæ fiunt in toto corpore, oportet commuè vtique esse causam quæ vniuersum corpus afficere possit: cuius generis non sunt variæ dispositiones, vt varij humores, variæ intemperies, quæ Galenus vsurpare solet pro dispositionibus, sed aliquid aliud: non enim sequitur, varij sunt humores in corpore, variæ intemperies, ergo corpus vniuersum refrigeratur, & rursus calefit, & color alter ex altero fit: fiunt enim febres & alij morbi ex varijs humoribus, non tamen in corpore toto hæ fiunt successiue mutationes ob seipsas, ita, vt ad eas referenda sit causa, præsertim si repente fiant hæ mutationes, vt lectio Hippocratis habet in libro de iudicijs, vbi scribit: Vbi in toto corpore mutationes repentinæ fiunt. Quam lectionem etiam confirmat Aldinus Codex Græcus. Fiunt & ex simplici humore successiones caloris post frigus in tertianis febribus, quæ non indicant morbi longitudinem. Quid ergo dicendum? Cardanus tales mutationes in primis, secundis, & tertijs qualitibus, vt veritas seruetur Aphorismi, vult non solum esse repentinæ, sed inordinatæ, quandoquidem inquit: Repentinæ & ordinatæ in accessionebus febrium non significant morbi longitudinè, sed quæ repentinæ sunt & inordinatæ potendunt hanc morborum longitudinem, quoniam fiunt ex varijs humoribus non simul mixtis, qui non nisi longo tempore concoqui possunt. Sed quod est fundamentum totius huius rei, probandum ab eo erat, scilicet, has mutationes omninò nasci ex istis varijs humoribus non simul mixtis, & quod difficilius est, modum docere debebat quo istæ mutationes fiunt ex varijs humoribus non simul mixtis. Quare cum hæc non habeant firmum fundamentum quonitantur, videamus, an meliora à nobis inueniri possint. Primum illud ex Aphorismo suppono, per mutationes non intelligi vnicam successione frigiditatis in calorem, aut vnius coloris in alium, sed multas, ita vt excludantur ab Aphorismo febrium accessiones quæ inuehunt primum frigus, & cum frigore pallorem & luorem in corpore: deinde calorè esse qui resuicit externis partibus colorem cum affluxu spiritus & sanguinei humoris quo vehitur, hæc enim, tam in tertianis, & breuibus morbis, quam in quotidianis & quartanis longis fiunt. Tertium illud, mutationes quæ fiunt in vniuerso corpore in calore, & frigore, & in coloribus, nasci ex præsentia & absentia caloris influentis; quod alibi aperte proba-

Auimus. Quæ si vera sunt, oportet profectò aliquam esse causam quæ intro retrahat calorem: extra enim ipse calor spontè effertur, vt qui in spirituoso & aereo subiecto consistat. At, difficilem oportet intus latere causam, quæ calorem subito retrahet, & vix expandi permittat. Talis autem causa vel erit insignis aliqua inflammatio quæ suppuratur, quæ diu durare non potest, aut putredo quædam accensa in humoribus multis, crassis & viscidis, qui cum difficilè necessariò vincantur, morbum ob id longum portendunt. Huiusmodi sanè mutationes contingere videmus in semitertianis febribus, in quibus nunc frigent, paulo postea calènt, mox refrigerantur, & calefiunt partes corporis, quæ & modò rubent, modò liuent. Fiunt ergo (vt breuiter colligam) hæ mutationes ex caloris influentis successiua motione; hanc vero patit affectus qui illum contrahere potest in viscera; huius vero causa est omninò putredo, in varia & simul difficili ad concoctionem materia, quæ omnia necessariò longitudinem morbi significant.

APHORISMVS XLI.

Sudor multis ex somno factus absque causa manifesta, corpus vti pluri cibo significat. Si vero cibum non accipienti hoc accidat, scire oportet quòd euacuatione corpus indiget.



SUDORIS, multæ sunt causæ, scilicet materia, efficiens & causa sine qua non. Est autem sudoris materia vel vapor qui attollitur ab humoribus subiectis, vel humor aquosus. Efficiens vero causa in vapore est insita vis leuitatis, quæ vaporem ad superficiem corporis attollit. Cum autem materia sudoris est humor aquosus, interna vis expultrix eum humorem ad cutem extrudit. Causa sine qua non, est cutis raritas: nã in cute densa, sudores non fiunt, quippè, cum ea nec vaporibus quidè satis sit peruia. At verò cum potentes sunt istæ causæ, tunc plurimi fiunt sudores. Itaque contingit ex plurimo cibo per somnum copiosos fieri sudores duplici de causa: una, quod copiosa supeditetur materia generandis vaporibus ex concoctione copiosi cibi & potionis; Altera, quod per somnum cutis in loco calido rarefiat; fortè etiam aquosi humores ex multa portione & liquidioribus cibis simul exuperant; vbi igitur nulla alia est causa manifesta copiosi huius sudoris, ut labor, aeris constitutio calida & humida, balneum, aut cutis raritas, necesse est id contingere ex cibatione copiosiore, si fortè suspicio est eum qui ita sudat, pleniori vt alimento, quàm vires probè conficere possint: quod si id non contingat, copiosus hic sudor ex cibo recenter assumptis, indicium est corpus abundare multitudine aquosi humoris, in quo statu (inquit) opus est purgatione, credens sufficere inediã, aut certè tenuiorem victum ad sudores compescendos, qui ex recenter assumptis cibis proueniunt. Humorum vero copiarum inueteratarum tenuior quoq; victus medetur, sed serius: promptè autem purgatio, & propriè, vbi est aquosus humor qui redundat, & in plethora, etiam sanguinis missio. Est autem purgatio adhibenda per aluum, quippè, cum tutum non sit per vrinam ducere magnam humorum copiam.

APHORISMVS XLII.

*Sudor multus calidus uel frigidus, semper
fluens frigidus magis, calidus minus significat
morbum.*



CONFERT in hoc Aphorismo calidum sudorem cum frigido, & quid uterque significet, docet. Indicat quidem uterque morbum, sed magis frigidus quam calidus. Magis autem intelligendum longiorem & difficiliorem, & non vehementiorem morbum. Intelligit quoque de sudoribus qui fiunt in morbis, & non decretorijs, (ut rectè Gal. admonet) & de his qui assidue effluunt, diuque durant ut uerbum Aphorismi *ἀσπόμενος* quod malè uertit Leoniceus superfluens, ostendit. Diximus autem superius frigidos sudores fieri uel ex multa euaporatione, uel ex crassa & uiscida, cui uia facilè non patet per cutis membranas & meatus; ubi calorem illic consistentem ueluti opprimit; uel fiunt frigidi contracto calore ad internas partes ob putredinem internam, uel suppurationè profundæ inflammationis; aut propter mortificationem caloris in externis membris. At certum est, de his sudoribus non agi in hoc Aphorismo, nam grauissimæ hæ causæ diuturnos non faciunt affectus & sudores. De sudoribus ergò frigidis ab alijs causis natis intelligendus est Aphorismus, & ob id rectè scribit, frigidos sudores, qui diu fiunt in morbis, præsertim qui primum cum morbis effluere incipiunt, significare morbos longos. Est enim longitudinis morbi causa maximè multitudo humorum, crassities & lentor; contra uero calidi sudores ostendunt materiam nec multam esse, aut certè non crassam aut uiscidam, caloremque extenuare uincereque materiam. Quæ quidem causæ sunt & signa breuioris morbi. Quinetiam, & illud uerum est, multos sudores calidos significare morbos quoque longos; nam multitudo omnis difficilè & ob id nõ nisi longo tempore uincitur, ut docet quoque experientia. Paternus enim Medicus insignis, amicus meus, plures menses sudauit cum febre lenta, nec liberari potuit antequàm adhibitis purgationibus, materiam sustulerit, ex qua sudores isti prorumpébant. Idem uidi in multis contingere in quibus meritò mirari quis posset, quomodo morbi tam diu perseverare possint cū tantis totque sudoribus, tantum profecto possunt corporum dispositiones procliuës ad generationem materiæ ex qua fiunt sudores, aliaque excrementa.

APHORISMVS XLIII.

*Febres quæcumque non intermittentes, ter-
tia die fortiores fiunt magis periculosa, quocum-
que autem modo intermiserint, periculum abesse
significatur.*



OCET in hoc Aphorismo, prædicere periculum & securitatem ex differentijs febrium: nam quæ sunt continuæ, nõ solent esse sine periculo: intermittentes uero, omni periculo vacat: Sed Hippoc. non uidetur simpliciter comparare continuas cum intermittentes, sed continuas quæ tertia die fortiores fiunt, cum alijs quæ ea die nõ exacerbantur. Quod uerba satis ostendunt: nam si diceret febres

A non intermittentes periculosiores esse intermittenti-
bus, sententiam faceret non dignam Hippocrate.
Quis enim hoc ignorat? Videntur igitur duæ esse
comparationes, aut si non sunt, deberent esse; in una
non intermittentes cum intermittentes compara-
ri possunt, ut talis sit sensus: Febres quocumque mo-
do intermittunt periculo omni vacant; quæ uero quo-
cumque modo continuæ sunt, suapte natura periculo-
sæ esse possunt. Alia est comparatio in qua conti-
nuas quasdam inter se comparat, eas scilicet quæ ter-
tia die fiunt fortiores, cum his quæ id non patiuntur.
Reddenda igitur ratio est ut ordinè sequamur Apho-
rismi, primum cur febres non intermittentes quæ
tertia die fortiores fiunt, sint alijs magis periculo-
sæ. Sanè, cum hæc diligenter perpendo, intelli-
gere nõ possum Aphorismum de febribus quæ tertio
quoque die habent accessionem tertianæ, ita ut conti-
nuas tertianas solum intelligat Hippoc. Sunt enim
hæ non magis periculosæ, quam Causæ aut Syno-
chæ febres putridæ, aut continuæ quotidiana, uel ex-
perientia & ratio quoque docet. Sed propriè intelli-
git semitertianas febres. Harum enim proprium est
tertio quoque die fortiores fieri, cum in eodè fiat ac-
cessio quotidiana & tertianæ: in die uero intermedio,
solum sit continua febris cum accessione quotidiana;
unde non solum Medici, sed astantes ægrique ipsi ag-
noscunt omnia fieri fortiora; & difficiliora in his fe-
bribus tertio quoque die à non dixit aut Hipp. fiunt
accessiones tertio quoque die, sed fortiores fiunt fe-
bres, quoniam sæpè confunduntur accessiones, ut nul-
lum euidentem accessionis sit principium, sed solum
vehementiora appareant omnia accidentia, & fe-
bres ipsæ. Atque hæc quidem febres omnium maxi-
mè sunt periculosæ, ut etiam hic author in Epidemijs
testatur: constant enim ex duplici humore biliolo &
pituitoso inter se confusis & copiosis, quorum unus
alterius concoctioni & expulsiõni repugnat. Cur uero
intermittentes febres inter febres omnes careant
periculo iam expendamus. Certum est, febres quæ
uel minimum temporis desinunt ad integram quie-
tem, suapte natura nunquam lethales esse: Fiunt au-
tem lethales si ex intermittentes fiunt continuæ,
ut sæpè contingit; aut si coniunguntur cum alijs affe-
ctibus, qui suapte natura sunt lethales, aut tales infe-
runt; cuiusmodi sunt scirrhi hepatis & lienis, qui cū
quartanis & tertianis tandem in nonnullis hydropè
afferunt. Galenus tamen in primo ad Glaucon. dicit
quotidianam non esse sine periculo, An dicendum
est quotidianas uix unquam finire ad integram quie-
tem? Vel dicendum quod & illæ pariter sunt sine pe-
riculo, si modo solum sint quotidianae intermittentes,
& non continuæ quotidianæ.

Ceterum Galen. intermittentes febres putat ideo
tutissimas esse, quod non fiant ex aliqua inflammatio-
ne, nec ex maligna humorum putredine. Verum il-
le his uerbis dicit, quod non est in his febribus, dicen-
dum autem erat quod est, siquidem negatio, & pri-
uatio nõ est causa eorum quæ sunt: nam etsi maligna
putredo causa est lethaliu febrium, est etiam ead-
em causa magna putredo, & aliæ affectiones præter
inflammationem, ut scirrhi, & magnæ obstructio-
nes hepatis, mortales pariunt febres. Cur non dice-
bat Galenus intermittentes febres fieri ex humoribus
putrescentibus extra uenas, ubi lethalis affectus
fieri non potest: continuas uero ex putredine facta
in uasis maioribus accendi, in quibus locis sunt præ-
cipua uitæ instrumenta, cor & hepar, ita, ut mirum
non sit, uitam periclitari, ubi adest tam grauis affe-
ctus qualis est febris continua? Verum, nos qui ponimus
in omnibus febribus humores putrescere in uas-
is, aliam cogimur afferre causam, quæ quidem est

(vt arbitror,) quoniam in febribus intermittentibus humor putrescens in accessione extra mittitur per in-
sensibilem transpirationem, sudores, vomitum, aut
alui deiectionem, atque ita liberantur internæ partes
à putredine, quæ in singulis accessionibus sit, & à fe-
bre quæ ex ea nascitur. Mors autem sequi non potest
ex febribus, sine vitio insigni internarum partium,
quod cum sit in continuis febribus, merito in illis re-
linquitur periculum.

APHORISMVS XLIII.

*Quibus febres longæ, his tubercula vel labo-
res in articulis fiunt.*

Rertinet quoque hic Aphorif. ad prædi-
ctionem, docet enim quid sequi solet
longas febres: Sunt autem hæc, inquit,
tubercula vel labores in articulis. Per
tubercula intelligere propriè Phyma-
ta, vt Hippocr. loquitur, quæ Cellus appellat tumo-
res: nam in longis febribus tumores qui nascuntur,
solent esse frigidi & pituitosi, id quod docet experien-
tia: nam ex longis febribus solent fieri Oedematosi
tumores in pedibus & tibijs, & non inflammationes.
Quid autem intelligat per labores, Galenus inter-
pretatur dolores, & læsiones, quæ sequuntur ad ab-
cessus. Verum (meo quidem iudicio) separat labo-
res à tuberculis, & abscessibus, & his quæ sequuntur
abscessus, cum inquit, tubercula; vel labores. Quare
præstat dicere ex febribus longis sequi in articulis
vel tubercula, vel labores. Laboris nomine intelli-
gendo dolorem, imbecillitatem, molestiam quæ sæ-
pè sentitur in articulis citra tumorem aliquem ex pro-
fundioribus affectibus, quos status vel leuis aliqua
destillatio pariunt. Id quod experientia pariter do-
cet: nam multos videmus conualescentes ex lon-
gis febribus qui conquaruntur de imbecillitate ad
motum, vel de doloribus aut grauitate articulo-
rum. Potest etiam Aphorismus ita legi: quibus fe-
bres longæ, vel labores, his tubercula in articulis fiunt:
nam antea quoque dixit, abscessus fieri in partibus
quæ laborant. Sed prior sententia est authoris. Il-
lud tamen notandum est (vt rectè scribit Gal.) non
semper contingere ex febribus longis tubercula vel
labores in articulis, sed in his in quibus humores pro-
pter multitudinem & crassitiam vel frigiditatem per-
fectè non concoquantur, vel certè non euacuan-
tur. Aut etiam hoc contingit, ex imbecillitate calo-
ris derelicta ex longis febribus, ex qua malè conco-
quitur cibus, generaturque pituita, tuberculorum &
laborum causa.

APHORISMVS XLV.

*Quibus tubercula, vel in articulis labores
fiunt, hi pluribus utuntur cibis.*

IN hoc Aphor. aliam reddit causam ex
qua fiunt tubercula, vel labores in arti-
culis in conualescentibus: antea enim
dixit, id contingere aliquando ex lon-
gis febribus, nunc verò dicit, idem con-
tingere ex pluribus cibis, quibus ægroti vtuntur post
longas febres & fortè etiam in ipsis longis febribus.
Calor enim in vtrisque debilitatus, nequit plurimū
cibi concoquere; quamobrem, necesse est plurimam

A gigni pituitam, ex qua tubercula & labores in arti-
culis proueniunt. Igitur ex longis febribus vel ali-
ijs morbis hæc mala in articulis succedunt, vel ob
reliquis materiæ ipsius febris, vel quod plus appet-
tant, alio modo plus ingerant alimentum quàm possint
adhuc concoquere; Vtrum vero ex duobus sit, ex altero
priuatione intelligemus: Si enim quis parcè es-
dat, si ea nascuntur mala ex reliquijs præcedentis
morbi fiunt & purgatione rursus opus est. Si vero cor-
pus liberatum est à febre, cum idoneis euacuationi-
bus, labores & tubercula articularum necessariò o-
stendunt ex superfluo victu hæc mala nasci.

APHORISMVS XLVI.

*Si rigor incidat, febre non deficiente, ægro
iam debili, lethale est.*

Rigore qui incidit in continuis febrili-
bus, ægro iam debili, docet mortem
prædicere. Qua quidem in re Galenus
vix primum facit in verbo, incidat,
quod ait significare plures insultus rigo-
ris, incidit vero vnum duntaxat, credens Hippo-
cratem ex vno insultu rigoris nolle mortem prædica-
re, sed ex pluribus. Quod mihi probabile non videntur:
est enim Sophistica hæc interpretatio, & cum ex
vnicò rigore sequatur quod scribit author, ut postea
ostendemus, vana ea proditur interpretatio; id quod
ipse facere non potuit, quia veras causas rigoris igno-
rauit, vt prolixius docuimus in Commentarijs nos-
tris in suam Artem curatiuam ad Glauc. At enim in
hoc Commentario hos rigores sæpius factos in febrili-
bus continuis, aliquando bonos esse, quando scilicet
sequitur post rigorem iudicatoria euacuatio cum vi-
rium robore: si vero cum virium debilitate, de qua
hic agitur, fiant rigores, malum omninò esse & per-
niciosum: nam vel solus sit rigor sine euacuatione,
aut etiam post illum sequitur euacuatio: vterque mo-
dus perniciosus est, inquit, quoniam si rigor fit cum
vacuatione, quæ febrem non reddit intermittentem,
lethale est, quia vis imbecilla ferre non potest agita-
tionem rigoris & dissolutionem ab euacuatione. Si
vero solus accidat rigor, indicatur vltima imbecil-
litas quæ non possit post rigores, vt consuevit, eua-
cuare noxios humores. Verum hæc dicuntur sine
principijs: primum enim docendum erat, quomo-
do in febre continua possit fieri rigor tam sæpè ut ip-
se statuit; Secundò, si sit eum euacuatione, proban-
dus est, etiam si febrem non reddit intermittentem,
fatis est si continuam minuat. Deinde ille secutus
sua principia, non potest asserere virtutem esse ex-
tremè imbecillam eum sit rigor: nam statuit passim
rigorem fieri cum facultas expultrix expurgans ex-
ternas partes acres, & mordaces mores confertim ex-
trudit per musculos vsque in superficiem corporis,
quæ quidem indicia sunt constantis virtutis. Præte-
rea, necessariò sequitur euacuatio in omni rigore, si
non sensibilis, saltem insensibilis; aut certè ea quæ hu-
mores trahet à nobilibus partibus internis ad igno-
biles externas, id enim necessariò sequitur illius opi-
nionem quæ ponit ob ipsam separationem, excretio-
nem, & delationem humorum actuum per habitum
corporis, fieri rigorem. Quod si homines moriuntur
per rigores, hoc profectò non accidit, quod virtus
debilis ferre non possit agitationem, quæ fit in ipso ri-
gore: sed alia ratione id fit. Atque hæc quidem ad
Galenum. Caræanus vero, vt Galeni interpretatio-
nem reprehendere possit, munit se loco Hipp. de sum-
pto

pro ex primo ipsius libro de morbis, vbi author scribit: Rigorē fieri in morbis ab externis causis, ventis, aquis, serenitate, sub dio degentibus, necnon à cibis & potionibus ingestis. Præterea, ex permissione bilis & pituitæ cum sanguine, aut ex sola pituitæ permissione, tunc enim congelari sanguinem, & ob id totum corpus refrigerari, & hanc affectionem appellari rigorem; et si vehementior, inquit fiat rigor, fit etiam vehementior tremor: nam dum contrahuntur venæ sanguine & coactæ & congelatæ, corpus etiam contrahunt, & tremere faciunt: si vero minus aliquanto coactio fiat sanguinis, hoc rigor appellatur. Nescio quomodo Cardanus tanti faciat hanc dictionem Hippocratis, quæ nihil habet probabile cum generatione rigoris. Quis enim vnquam dicit rigorem fieri in tertianis aut alijs febribus ob conglutinationem sanguinis, & pituitæ cum eo mixturem? Sed his omnis alia est querenda ratio, quæ fiat vt vnicus etiam rigor, qui accidit in febre continua ægro valde debili lethalis sit. Id profectò non aliter fit, quàm quòd rigor in febribus non fiat ab alia causa quam ob nouam in partibus internis putredinem, aut ob supurationem præsentis inflammationis, vt alibi docuimus. Mirum igitur non est, si virtute ita debili in febre continua sequatur mors, cum tam grauis affectus accedit, sicut est noua putredo interna, aut suppuratio ingentis profundæque inflammationis. Reçtè autem addit febrem continuam: nam in febre intermittente rigores quidem fiunt, sed ex leui putredine ex pauca materia, quæ in singulis accessionibus putrescit & concoquitur; propterea talis rigor nequit etiam virtute debili, mortem minari; quandoquidem, superius ostendimus, in febre quomodocunque intermittente, nullum signum lethale esse posse.

APHORISMVS XLVII.

*Excretiones in febribus non intermittētibz
liuidæ, cruentæ, fetidæ, biliosæ, omnes malæ. Et
si benè exeunt siue per alui excretionem, siue per
vrinas, bonæ. Si vero non aliquid eorum quæ
iuuant per hac loca excernitur, malum.*

Nulla explicatio huius Aphorismi ab alijs memoriæ prodita mihi satisfacit: nam vt à Galeni Commentarijs exordiar, ille quod Hippocr. de excretionibus scribit (id est his quæ tussiendo excernuntur) trahit ad omnes excretiones, deinde quod Hippocr. inquit, si benè exeunt, interpretatur, si fiant excretiones benè expurgantes partem patientem, id quod (inquit) fit cum signis coctionis & bona tolerantia: nam si liuidæ sunt, cruentæ & fetidæ, non possunt esse cum signis concoctionis: sunt enim hæc putredinis, & non concoctionis bonæ, indicia; nec possunt esse (vt credit) sicut pus quod excernitur abscessu disrupto, quod partem patientem expurgat, sed semper tales excretionis fiunt sicut in vlcibus putridis, à quibus liquores saniosi defluunt (vt ille inquit) nihil dispositioni conferentes, nec bona sequi potest tolerantia. Quare verbum (si benè exeunt) non potest eam recipere interpretationem, vt referatur ad expuitiones quæ fiunt in febribus continuis, liuidæ, cruentæ, fetidæ & biliosæ: illæ enim, vt inquit Hipp. omnes malæ, nec aliqua ratione fieri possunt bonæ, interim cum tales perseuerant. Cardanus vero posteaquam aduersus Galenum

A egregiè pugnavit, hanc putat esse Aphorismi sententiam: Excreationes in febribus nõ intermittētibz qualitercumque, malæ fuerint, seu colore, seu odore, seu substantia, seu permissione, seu etiam aliæ excretiones, malum significant; Eædem excretiones si facilè educantur, ea ratione bonæ sunt omnes, & si iuuant rursus bonæ, si autem non iuuant, malæ. Sed ille non habet vnde triumphum sibi canat aduersus Galenum ex hac sua noua interpretatione: nam (malæ) ad omnes excretiones trahit, quod de solis excretionibus est dictum; Excreationes enim ipsas prædictas damnat absolute Hippocr. vt malas, Excretiones vero liuidas, cruentas, fetidas, biliosas per aluum & per vrinas, dicit esse bonas. Deinde, verbum (benè exeunt) explicat vt Galen. (per facilè,) sine autoris testimonio. Laudat enim ille in Prognost.

B sputum bonum quod habet in materia quæ expuitur certos colores, quos iudicat bonos, nec malum odorem, & certam mixturem humorū, & simul cito & facilè expuitur. Sed non dicit sputum illud esse bonum, quod est liuidum, fetidum, biliosum, syncerum, ex eo solo quod facilè excernatur. Nā quod bonū effertur, ex vnica leui conditione alijs omnibz repugnantibus bonum simpliciter pronūciari non potest, vt hic facit Hippocr. Præterea, quomodo possunt iuuare, & propterea esse bonæ fetidæ, & liuidæ excretionis? Item, quod scribit postea, si non iuuant, malæ, hoc ita notum est, vt præceptore Cardano nõ egeat. Dicam autem quid sentiam de hoc Aphorism.

C Primum quod duæ sint partes inter se separate: Vna, quæ propria est his quæ excernuntur per tussim, alia, quæ propria est illis quæ excernuntur per aluum & per vrinas. Expuitiones enim quæ fiunt in febribus non intermittētibz, liuidæ, cruentæ, fetidæ & biliosæ, omnes, & semper malæ, quomodocumque excernantur: semper enim ostendunt malam subesse in corpore dispositionem, nec iuuare possunt dispositiones pulmonis & pectoris, cum sint sine concoctione. Si vero ea excrementa benè exeant, bona. Explicat autem quomodo possint benè exire: Si inquit per aluum vel per vrinas fiant excretiones: nā tales deiectiones & vrinæ solent corpus sepè expurgare à malis dispositionibus; & Hippocr. in Epidemijs, & experientia sepè docet, separari per fetidas, liuidas, & biliosas, & nonnumquam cruentas, eas excretionis

D quod putridum est ab eo quod est benè affectum. Sic Galenus & Dioscorides laudant Carduum quod vrinas copiosas & fetidas expellat, tales enim excretionis per aluum & vesicam possunt fieri, cum signis concoctionis, & propterea iuuare, quippè, cum in venis continēantur excrementa varia, non sine fetore, quæ cum exeunt, non ostendunt malā subesse dispositionem in illis; aliter de sputis sentiendum. Vltima autem pars quæ habet: si vero non aliquid eorum quæ iuuant per hæc loca excernitur, satis ostendit omnia quæ dicta sunt post verbū (malæ) solum pertinere ad alui excretionem & vrinas; quippè, cum verba per hæc loca ad excreationes non pertineant.

E Sed quid est quod excerni possit per ea loca quod nunquam iuuat? Partium substantia; vt in Dysenteria, vlcibus renum & vesicæ: hæc enim semper mala sunt, quia nunquam iuuante possunt.

APHORISMVS XLVIII.

In febribus non intermittentibus si partes exteriores frigidae, interiores uruntur, & si tim habeant, lethale est.

F X partium externarum refrigeratione & interiorum vehementi calore atque siti, docet febres continuas lethales esse: Si enim hæc symptomata in illis febribus appareant, mors necessario sequitur, vt experientia quoque docet, nisi hoc fiat ob externam causam, aut ratione febris intermittens cōiuncta cum continua. Scimus enim, quod inter initia accessionis febrium intermittentiū externæ partes frigent. Per partes exteriores intelligit Gal. cutem, non autem extremas partes, vt pedes, & manus, de quibus alibi scribit Hippocr. & damnat huiusmodi quoque frigiditatem, vt in septimo libro Aphor. primo, vbi scribit: in acutis morbis frigiditas extremarum partium, malum. Dubium autem non est, deterius esse si externæ partes refrigeratæ sint, quam si solum extrema frigeant: nam in accessionibus febriū frigent extrema, cutis tamen pectoris & dorsi caler. Siquidem non magnam oportet esse causam, quæ nõ permittit calorem vsque ad extremas partes exire; Maximam autem, quæ prohibet efferti à corde vsque ad vicinas partes externas. Est porro non alia causa in febribus non intermittentibus externi frigoris interni ardoris, quam inflammatio, aut maligna putredo in aliquo interno viscere, quæ calorem reuocant, colligunt, & intus concludunt, ita, vt non permittant eū prodire vel maximè in externas partes vicinas. Frigiditas vero extremorum, & quæ in rigoribus sentitur, per febres intermittentes, causam quidem habet internam putredinem, vt superius, ostendimus, sed mitiorem, & sine inflammatione. Ac profecto, ex his duobus solis, frigiditate inquam exteriorum partium, & vsione interiorum, prædicere possumus mortem, etiam si sitis non adsit, quandoquidem illa aliquando non fit, vbi lingua est nigra, dura & aspera, quæ indicia sunt magni ardoris: quia tamen sensus est extinctus, non sentitur molestia, quæ sitim parere suapte natura potest. Solent hæc mala contingere in Lypirijs vocatis febribus, de quibus ille agit in secundo Prognostic. & statuit consistere cum internis inflammationibus viscerum. Acutius autem distinctius exprimit illarum naturam, & inquit Lypirijs fieri ex Erysipelate ventriculi, Typhodes ex iccoris, Crymodet ex Erysipelate pulmonis; ita placuit Grecis ignotis nobis nominibus res obscurare.

APHORISMVS XLIX.

In febre non intermittente, si labrum, uel palpebra, uel supercilium, uel oculus, uel nasus peruertatur, uel non videat, uel non audiat iam debili existente corpore, quicquid horum euenerit, mors proxima est.

Rosequitur alia indicia quæ in febre nõ intermittente sunt lethalia. & ita vt proximam mortem ostendant. Sunt autem, inquit, peruerfiones labri uel palpebræ, uel supercilij, uel oculi uel nasi,

A aut visus, vel auditus abolitio; & docet non omnia hæc, sed vnumquodque ex illis vim habere significandi instare mortem, & non in omni tempore morbi, sed iam debili existente corpore: nam hæc incipere possunt cum febre, aut paulo post accedere; tamen non indicabunt mortem propinquam, cum adhuc vires constent, Mors vero contingere non possit, nisi in maxima virium debilitate, præsertim ex febribus: nam Apoplectici, & qui ex Angina suffocati pereunt, & alij denique qui non moriuntur ex resolutione caloris; constante pulsū, in quo robur maximè spectatur, pereunt. Cur vero peruerfiones illarum partium tantam vim habeant significandi propinquam mortem, docet Galenus in Commentar. quod scilicet causa petatur ex contractione neruorum, qui in eas partes quæ peruertuntur, inseruntur. Contractiones vero neruorum fieri propter inflammationes, scirrhos, siccitates, & frigiditates immodicas; Hæc autem omnia esse grauiora, quando propter neruorum originem fuerint constituta. Ego qui dem existimo, ob inflammationes neruorum procedentium à cerebro, eorum partium conuulsiones fieri, at propter scirrhos, siccitates & frigiditates, minime. Quis enim vnquam vidit scirrhos genitos esse in cerebro, aut neruis ipsius, mollissimis partibus? aut si gignuntur, non fiunt in febribus, & si fiunt, paulatim fiunt, quare subitam mortem non præsciunt. Hic autem Hippocr. mala videtur asserere, quæ subito superueniunt febribus. Quare, nec esse siccitate potest contractio, aut conuulsio aliqua fieri, vt alibi, & postea quoque docebimus. Cur enim tabidi omnes in omnibus partibus non conuellerentur? & multo minus profecto frigiditas aliqua causa contractionis reperiri potest in corpore viuente, & multo minus præ sente febre continua. Sola igitur relinquitur inflammatio ex fluxione aliqua in febribus irruente in cerebri substantiam, vel illius membranas communicata inflammatione, & tensione neruis partibusque de quibus meminit hic Hippocr. vel fluxio ex pituitate fusione irruens in neruorum exortum. Mirum igitur nõ est, si superueniente grauissimo affectu in parte nobilissima, debili existente iam corpore propinqua existat mors.

APHORISMVS L.

Vbi in febre non intermittente difficultas spirandi, & delirium acciderit, lethale.

Non de difficultate spirandi quæ statim coniungitur cum febre continua intelligendus est Aphorismus: sed de ea quæ accidit siue superuenit in morbi progressu; nam in Pleuritide fit difficultas spirandi, quod tamen lethale non est. Delirium quoque non solet cum febre statim corripere egrotos, & cum in vigore morbi fit, non necessario lethale est. Quare separata hæc symptomata, & in certis temporibus facta, non ostendunt quod Hippocr. verba significare simpliciter videtur sed videtur vel le vtrumque coniungere, & intelligere, quod cum febris adest continua, & ei superueniunt difficultas spirandi, & delirium, tunc talis febris fit lethalis.

Ceterum, cum difficultatis spirandi multæ sint differentie, quedam scilicet quæ nascuntur ex aucta necessitate, vt magna, velox, crebra respiratio, alia vero quæ proueniunt ex lesione instrumentorum respirationi seruientium, thoracis, pulmonis, asperæ arteriæ, quæ inaequalem & inordinatam & dolorificam

cam parvam & angustam reddunt respirationem; alia uero quæ nascuntur mente affecta, quæ ex electio-
ne mouet neruos, musculos, & partes illis annexas;
quod uitium respirationem facit aliquando raram, ali-
quando crebram, & duplam reuocationem quæ in
sientibus apparet; de qua Hippocr. in *Prædictioni-
bus agit, cum inquit: Spiritus magnus & per multum
temporis interuallum, delirium indicat, videtur pro-
fecto de difficili respiratione intelligere, quæ à delirio
fit; Docet enim experientia, luctuosa suspiria, & du-
plices illas reuocationes, magnamque spirationem
per, temporis interuallum, pessima esse in morbis
symptomata, quæ cum accidunt, de salute iam des-
perandum est, ut Hippocr. in Prædictionibus & ali-
bi quoque memoriæ prodidit. Alia uero difficultates
quæ ex alijs causis proueniunt, graues quidem sunt,
sed non necessario lethales.

APHORISMVS LI.

*In febribus abscessus qui ad primas iudica-
tiones non soluantur, longitudinem morbi si-
gnificant.*

S Vmit in hoc Aphorismo longitudinis
febris indicium ex abscessibus in quos
febris terminari solet; Et hic non loqui-
tur de solutione ipsorum abscessuum,
sed de solutione febrium per abscessus.
Constat autem febres aliquando per euacuationem,
ut per sudorem, urinam, alui profluuium, & uomi-
tum curari, aliquando uero per translationem humo-
ris ex internis partibus in aliquam externam, & tunc
fiunt abscessus & tumores. Sententia autem Hipp. ta-
lis est, quod abscessus qui in prima iudicatione nõ sol-
uunt febres, significat morbi longitudinẽ. Intelligit
aut nonnulli primam iudicationẽ primum diẽ iudicato-
riũ, qui ut refert Hipp. Comm. 3. 1. Epid. tex. 14. est
quartus dies inter illos scilicet qui paribus diebus iu-
dicant; sed perperam: nam abscessus non solent fie-
ri in primis diebus iudicatorijs, quippẽ, cũ fiant solu
in longis febribus in quibus natura non solet aliquid
cõcoquere & expellere quod conferat in primis dieb.
Intelligere igitur oportet abscessus illos, longitudi-
nem morbi significare, qui cum primum facti sunt,
febrem non soluant, sed aliquid adhuc relinquunt:
nata cum natura planẽ uicit peccantem materiam,
quam tamen planẽ expellere non potest, eam totam
in aliquam partẽ extrudit; itaq; soluitur febris, & ma-
net solus abscessus, qui postea peculiare suam curatio-
nem requirit: Cum uero peccantem humorem natu-
ra perfecte non concoxit, quãtũ boni abscessus natu-
ra requirit, tunc perfecta quoq; expulsio fieri non
potest. Quare tempore alio opus est ad concoquen-
dum quod in uenis adhuc continetur, febre remque fo-
uet, Igitur longitudo morbi significatur.

APHORISMVS LII.

*Quicumque in febribus uel alijs morbis ex
uoluntate illachrimant, nihil absurdum, qui ne-
ro non sponte, absurdus.*

Vid lachrymæ ostendere possint in febribus,
uel alijs morbis, docet in hoc A-
phorismo, in quo minus uoluntarias la-
chrymas nihil absurdum significare, in
uoluntarias uero absurdum aliquid om-

A nino ostendere. Sed unde hæc nascitur differentia
cum in utroque casu eadem sit materia, aquosa quidẽ
pituita à cerebro expressa? An id contingit ratione
agentis diuersi: nam uoluntarias lachrymas efficien-
tem humiditatem exprimit contractio cerebri, quæ
uoluntaria est, sed solum exercetur motus ille cum
animus nimio moreore & tristitia ueluti frangitur &
erumpit spiritus, ut conceptum dolorem internum
circa cor versantem minuat; ita enim mulieres & me-
lancholici solent effundere cum lachrymis suas mole-
stias. Lachrymas uero inuoluntarias elicit non debi-
litas facultatis retentiæ, ut Galenus credit; cur enim
hoc modo non fieret lachrymæ in his qui mortii sunt
propinqui? sed febrilis calor qui cerebri substantiam
colliquat. In ardente igitur febre pessimæ sunt inuo-
luntariæ lachrymæ cum nõ possint aliam habere cau-
sam quam colliuationem proprii humidi ipsius cere-
bri. Siquidem tales febres non fiunt in corporibus
ualde humidis, & cum effluunt lachrymæ iam vigen-
te morbo extraneam omnem humiditatem iam con-
sumptam satis testantur. In alijs uero morbis non ma-
gnum ostendunt absurdum lachrymæ, quippẽ cum
tæpẽ nascantur ex superflua pituita quæ abundat uel
in substantia cerebri, aut in illius membranis uel ve-
nis quæ communicantiam habent cum angulis oculo-
rum ex quibus emanant lachrymæ. Quæ quoque
causa est, cur in omnibus acutis febribus & lethali-
bus, non innant lachrymæ in oculis: non enim sem-
per recipitur colliquatus humor in ea parte, sed in al-
ias influit quæ cerebrum ambiunt. Merito igitur di-
xit Hippocr. inuoluntarias lachrymas significare ali-
quid absurdus ut latitudinem relinqueret in singu-
lis morbis, quod non sit par & æquale malum, & pe-
riculum in singulis morbis, quod à lachrymis signifi-
catur. Vidẽdum præterea est, ne lachrymæ fiant ob
oculi affectiones, ut erosionem carnis quæ est in an-
gulis oculorum, aut ossium catiem, quæ eos angu-
los constituunt.

APHORISMVS LIII.

*Quibus circa dentes in febribus quidam len-
tores nascuntur, ijs fortes sunt febres.*

D Emonstratiuum signum tradit fortium
febrium, & id sumit ex lentore qui den-
tibus pertinacissimẽ hæret; Quod qui-
dem signum non sit, nisi in febribus
vehementibus, sed non in omnibus
fit, quia deest aliquibus materia pituitosa, crassa &
viscida; aut si non deest, certẽ non influit in dentes,
sed in uenis & alijs partibus continetur. Oportet
igitur duas coniungi causas, pituitam scilicet quæ de-
scendat in dentes, & calorem qui illam ueluti tor-
reat: tunc enim pertinacissimẽ illa hæret; neque enim
putauerim etiam fieri hos lentores, (ut Cardanus
credit,) ob hiatus, ita, ut hos contrabant lentores
qui aperto ore dormiunt, uel à vaporibus feruentibus
per os delatis: nam hæc tæpẽ fiunt absque ge-
neratione huius lentoris. Ego uidi cum
huiusmodi lentore aliquando mor-
tem sequi, aliquando uero fa-
lultem, sed non sine dif-
ficultate.

APHORISMVS LIIII.

Quibus plurimum sicca tusses leuiter irritantes in febribus ardentibus fiunt, non multum siti infestantur.

D Vm Hippocr. in libro De Ratione vitæ in morbis acutis, dixisset propriū esse Symptoma febrium ardentium, sitim; ne quis putaret eam non esse ardentem, quæ aliquando est cum leuiter siti, admonet hic considerandum an tussis aliqua leuis cum febre sit coniuncta, tunc enim parui fieri sitim: itaque ex alijs indicijs ardorem febris detegit. Hunc Aphorismum Galenus hic explicat, & in 23. tex. 2. Commentarij in sextum Epidemion diligentius. Nā quod ait hic tussim fieri ob intemperiem solam instrumentorum respirationis, non recipio: nam facultas expultrix quæ tussim efficit, non mouetur ob solam intemperiem partium; Excitat quidem externum frigus tussim, sed non sine aliqua fluxione ad asperam arteriam: non enim vitia aliarum partium respirationi seruiētium possunt tussim excitare, nisi aliquid ex illis transeat in asperam arteriam, quod sæpè vulnera thoracis ostendunt, quæ sæpè sine tussi affligunt. Putat autem ideo nō multum molestare sitim, quod tussicula madefaciat asperam arteriam attracto vel potius commoto ex vicinis locis humore. In loco vero præcitato ex libris Epidemio, scribit rectè additum leuiter irritantes: nam validæ tusses, calorem & sitim augent. Fortè etiam sitis mitigatur ex tussi attracto aere frigido.

APHORISMVS LV.

Febres ex Bubonibus omnes male, præter, Diarias.

D Ocet in hoc Aphorismo, dignoscere que nam febres sint malæ, ex causa scilicet, quæ illas parit. Causa autem est de qua hic agit, inflammatio Adenum, quam vocant Bubonem. Fiunt enim ex Bubonibus febres Diaria, aliquando alix. Exceptis autem Diarijs alias omnes dicit malas esse, nō quod Diaria sint bonæ, sed in comparatione ad alias, bonæ dici possunt; malas ergo intelligere oportet, vel lethales, vel certè graues & periculosas. Diaria vero & periculo, & vehementia carent. Videndum autem est, cur ex Bubone nunc fiant Diaria febris, nunc alia, & quales sint istæ alix, & an vera sit Diaria quæ ex bubone nascitur. Scribit autem Galen. in hoc Commentario, ideo Diarias fieri ex bubonibus, quod bubones illi à causis euidentibus sint nati. Bubones vero qui alias febres patiunt (vt verisimile est) originè habeant ex viscerum inflammationibus; & ob id febres illas malas esse eo quod cum inflammationibus consistant. Qua quidem in re approbo, quod dicit diarias nasci ex Bubonibus factis à causis procatarteticis. Sed mihi verisimile non sit quod sibi dicit verisimile esse ex viscerum inflammationibus fieri bubones qui alias febres pariunt. Fisi quidem bubones ex fluxionibus, sed non ex internis inflammationibus. Ille enim potius traherent ad se bubones factos, quam ut eos facerent, siquidem non ex inflammatione, vna alia inflammatio oritur, nisi in admodum vicinis par-

A tibus vna ex solutione alterius oritur, vt Angina in Pleuritidem & hæc in Peripneumoniā transit; sed ex vna perseverante non pullulat alia. Addo, quod omnes putant glandulas esse factas ad expurganda viscera à fluxionibus & excrementis in illis contentis, vnde vulgares Medici glandulas quæ sunt in collo, dicunt esse emunctoria Cerebri, & eas quæ sunt in axillis, Cordis, & eas quæ sunt in Inguine, emunctoria esse hepatis. Sic in peste nemo hæcenus memoriæ prodidit inflammata reperiri viscera cum emergunt Bubones. Aliam igitur oportet esse differentiam in causis bubones. Aliam igitur oportet esse differentiam in causis bubonum qui diuersas has febres pariunt. Nec sufficit dicere, diaria sit ex bubone facta à causa manifesta, & aliæ febres fiunt ex bubone nato ex viscerum inflammationibus: nam præter id quod diximus contra viscerum inflammationes quæ non possunt esse causa liquorum bubonum cum sæpè viderimus Hepatis inflammationes, Cerebri & Pulmonis sine bubonibus. Oporteret præterea dicere, cur causæ euidentes non possint patere nisi bubones facientes Diarias: nam si uerum est quod ille scribit in primo de differ. febr. communis erit causa ex omni bubone ad malas febres procreandas. Scribit enim in omni bubone qui febrem accendit putredinem esse, tamen à bubone qui facit Diaria non eleuari ad Cor putridam fuliginem, sed solum per continuationem partium cōicari calorem cordi, putredinè vero ipsam putridam; fuliginem permanere in bubone circumscriptam; in bubone vero qui alias febres accendit, putredinem emittere fuliginem putridam, quæ putridum calorem in corde accendit, ex quo febris fit putrida. Egregiam profecto Chymeram: nam si fateatur putredinem esse in omni bubone generante febres, quæ ratio quæso aut experientia docere potest putredinem aliquando circumscriptam manere, aliquando vero prodire & spargi in alias partes? quippe, cum eadem sit distantia, eadem via per vasa, eadem efficiens causa, nempe putredo, eadem omnia; nisi fortè crederet electionem dari vni putredini, alteri vero minimè, quæ velit aut nolit suam fuliginem putridam à loco putredinis emittere. Alia ergo est ratio generationis diuersarum harum febrium. Sed prius audiamus Cardanum, qui inquit, bubones qui excitant Diarias, esse externos, & ob id non posse ob distantiam à corde alias febres producere quam Diarias. Sed quis non videt sæpè bubones inguinum aut aliarum glandularum, non differre profunditate à bubonibus pestilentibus? & quid quæso potest tantilla differentia, si aliqua est in distantia tantam vim habere, vt ex vno bubone nascatur Diaria, alia ex alio eiusdem loci? an quæso aliquando ex putredine vel suppuratione quæ sit in digito pedis, parte omnium distantissima à corde, nō sit putrida? Dicam tam quid sentiam in expositione huius Aphor. rectè dictum esse ab Hipp. febres omnes ex bubonibus natas malas esse, præter Diarias: nam bubones qui Diarias pariunt ex externis & leuissimis causis sunt nati, totamque habent suam generationem ab illis, propterea non fit in illis bubonibus putredo, sed sola excalefactio, propterea Diaria, & non putrida febris oritur. alij vero bubones qui internas causas habent, vel malignitatem humorum, aut certè magnam copiam quæ cogit naturam ad expulsionem, non consistunt sine putredine, & ob id malæ sunt omnes, vt quæ causas fluxionū, & putredinis malas habeant; propterea bubones ab externis causis natos, mulieres in pueris suis solis stuppis vrina imbutis persanant, quod fieri non posset, si aliqua illic esset circumscripta putredo.

APHORISMVS LVI.

Febricitanti si sudor superveniat febre non deficiente, malum. Prorogatur enim morbus, & humiditatem multam significat.



F sudore prædicere docet morbi longitudinem, & quæ causa sit in corpore ipsius sudoris. Est autem sudor de quo agit, qui supervenit febrili, id est qui fit postquam febris per aliquot dies duravit. De hoc enim dubium est, quò talis sudor febrile non finiat, & cur malum sit. Quod si sudor una cum febre inuaderet, aut in primis diebus fieret in febrilibus continuus, certum est, eum sudorem malum esse, Febrem enim non finiret, morbumque longum significaret, & multam humiditatem: nam talis sudor non potest fieri cum signis cōcoctionis, quare Symptomaticus est, & ob id illa omnia mala significat. Verùm, si sudor superveniat febrili, an propterea damnandus est, si febrim non finiat, & significabit morbi, longitudo, & multam humiditatem: nõ videntur profecto hæc sequi, si Aphorismus intelligatur ut verba sonant: nam ipse antea Aphorif. 38. huius sudores qui incipiunt tertia, quarta, quinta, septima, nona, & undecima die, bonos esse dixit, et si in tercio non finiant febrim, quæ fortè suapte natura decimaquarta die Crisim perfectam assequetur. Nec etiam sudor qui supervenit in septima die, & antea non apparuit, malus censendus est, si febrim non solvat: satis enim est, si minuat portionem materiæ peccantis & concoctæ, ex quo sequetur celeritas solutionis, nec multa significabitur humiditas. Quare non temerè fortè Fuchsius interpretatur, *ἐπιρρυεσθαι* id est sudor qui crebro accidit: nam ubi crebri sunt sudores, & non dissolvitur febris, non sunt quidem mali, quod obstat, nisi omnimoda sit cruditas, sed in hoc mali sunt, quod morbi longitudinem præfagiãt, id quod faciunt, eo quod multam ostendant subesse humiditatem, non qualemcunque sed rebellem & inæqualem, ut quæ non nisi paulatim possit concoqui & expelli. An etiam sudor qui semel solum fit, postquam febris aliquãdiu duravit, in die decretorio copiosusque & febrim non finiit, etiam malus est, & hæc mala significat utique, sed multo magis qui frequenter, & in bonis diebus & largè profluit. Malum ergo est, quia multam humiditatem significat, & eã inæqualem & rebellem; talis autem materia, morbi longi est indicium: At in febrilibus intermittentibus, sudores etiam in prima die boni, quia cum signis cōcoctionis esse possunt ob materiæ paucitatem: quæ putrescit & concoquitur, in continuis febrilibus, quia multa materia simul putrescit requiritur tempus, ut boni fiant sudores, & ubi materia æqualis est, semel fit sudor qui febrim discutit in Casibus perfectis: in materia vero inæquali possunt etiam fieri sæpè sudores in bonis suis diebus, in parte

ca materiæ
quæ
concocta est, sed tales
sudores longitudi-
nem morbi in-
dicabunt.

APHORISMVS LVII.

Qui à Convulsione, aut distensione nervorum tenetur, febre superveniente, liberatur.



V morbi nonnulli sibi succedunt, ita quidam aliorum sunt remedia; alij vero augentur ex alijs. Ac ne longius abeam, Convulsio & Febris ita se habent, ut si primo fiat Convulsio, deinde sequatur Febris, hæc illius sit remedium; non id autem fit, si præcedat Febris, & sequatur, Convulsio: non enim alleviatur corpus à præcedenti morbo, sed alius illi additur. Hic docet Hippoc. Convulsionem superveniente Febre liberari. Præter autem Convulsionem addit distensionem nervorum quem *τῆτανον* vocant Græci, non quod hic affectus Convulsio etiam non sit, sed quia non videtur esse, Vocant enim convulsionem siue spasmus contractionem membrorum ad originem suorum nervorum, in quo malo quædam omnino apparet incurvatio partium. Quia vero in tetano contrahuntur omnes nervi, æqualis fit tensio, Quare non apparet Convulsio quæ tamen adest, cum eadem sit causa & locus affectus, contractionisque ratio. Causam enim putat esse Galenus in omni Convulsione repletionem vel evacuationem partium nervosarum. Ego, ut postea ostendam, evacuationem non recipio inter causas immediatas. Præterea, addo aliam quæ fit ex læsione ipsius cerebri in quam cerebrum ipsum attollitur, & deprimitur, ex quibus motibus sequitur contractio relaxatioque nervorum & partium quibus nervi alligantur, ut in Epilepsia accidit, quæ sine aliqua repletionem ex frigida malignaque aura cerebrum percussione contingit. Fiunt etiam Convulsiones filamentis nonnullis nervorum punctis, aut partim dissectis, ut in vulnibus nervorum; nonnunquam fiunt hoc modo convulsiones, contractione scilicet ad suã originem eorum filamentorum, quæ sunt dissectæ, cum quibus integra pariter contrahuntur. Sic ex morfione orificij ventriculi nascuntur aliquando convulsiones, communicato nocumento ipsi cerebro, quod ut illud expellat, ut in Epilepsia, attollitur & deprimatur. Febris igitur superveniens, Convulsionem & Tetanum solet sanare; quoniam ut plurimum ea mala fiunt à repletionem, quam febris extenuat & dissolvit. Simpliciter autem omnes Convulsiones sanare non potest, ut ostendunt superius dictæ causæ. Addit autem Galenus, de quo non agit Hippoc. Convulsiones quæ sequuntur ardentes febres, lethales esse, quoniam tales convulsiones fiunt à siccitate, quam febris intulit, fouet, augetque, & non tollit. Ego agnosco quidem in febrilibus adtentibus aliquando fieri Convulsiones, sed non à siccitate, at potius ex mordicatione nervorum facta ab acrimonia humorum, aut etiam ex repletionem nervorum nata ex fusione humorum, quam febris peperit, & nervi receperunt: sunt tamen illæ Convulsiones lethales, licet non fiant à siccitate, quoniam oportet lethalem esse casum ubi febris ardenti alius additur affectus suapte natura gravissimus.

APHORISMVS LVIII.

A febre ardente habito, rigore superueniente, solutio.

Vid ostendat rigor qui superuenit febrī ardenti ostendit Hippocr. solutio inquit sequitur. Quod quomodo fiat, nō potest profecto docere Gal. qui in Cōment. & alibi putat rigorem nasci ob flauam bilem quæ per membra sentientia veluti motu fertur: nam si per membra sentientia, quod alibi explicat musculosam carnem, fertur bilis flaua, quæ materia est febris ardentis, quomodo solui pōt Causon per alui fluxum & vomitum biliosum, vt ille hic scribit. Fieret enim solutio solum per sudores. Præterea, sequeretur semper solutio: quid. n. aliud fieri potest, si materia, quæ intus erat morbi causa, ad cutim extrudatur: At Hippocr. in Epid. refert multos post rigorem ex febris perijisse. Addo, quod post rigorem non statim fit sudor, aut alia excretio, sed aliquādo post multos dies. Ex quo quidem apparet, non ex ipsa, vel in ipsa expulsionē fieri rigorem, sed hunc præcedere, illam sequi. Propterea rectè Cardanus aduersus Gal. rigorem non esse causam sed signum Crisis docet. Sed ille in eundem errore incidit, quod credit rigorem fieri ex biliosa & acuta materia sparsa per membra sensus & motus, vt ille inquit: nam antea hanc esse erroneam opinionem ostendi. Quomodo igitur rigor superueniens soluat ardentem febrē ex nostris principijs? Id sanè fit, quoniā natura multam & acrem bilem in profundis vasis contentam morbi causam iam concoctam separare nō potest, nisi vtatur omnibus suis viribus, & propterea vniuersum calorem ad se reuocat, ex qua reuocatione & expansione, vt superius ostendimus, fit rigor, facta vero separatione noxii humoris ab vtili, & facta postea expulsionē, quæ necessario sequitur in materia calida, & tenui, sequitur solutio febris ardentis. At, si rigor superueniat in febre ardente, non ob reuocationē caloris gratia separationis & expulsionis, sed ob internam aliquam putredinē, & supputationē, non vtiq; soluetur febris, sed sequetur mors. Et locum habebit Aphor. antea scriptus: Si rigor incidat febre non deficiente, lethale.

APHORISMVS LIX.

Tertiana exquisita, septenis circuitibus, quod longissimum est, indicatur.

Nihil inuitus magis facio quàm cum cogor enarrare Aphor. qui tractant de diebus & temporib. iudicatorijs, quū mihi iam dudum persuaserim certas rationes, & causas illorum reddi non posse, vt et ex hoc Aphor. patet, in quo Hippoc. ex natura exquisitæ tertianæ certum terminum in quo finitur illa, præscribit. Est autem vltimus is terminus septenus circuitus. i. decimus quartus dies: nā et si in prioribus diebus & circuitib. sepe finiuntur nonnullæ tertianæ exquisitæ, illis tamē hoc commune est quod vltimus finis sit septenarius circuitus. Cur vero alia citius terminentur, alia tardius, ratio est, quod inter exquisitas quædam sint exquisitiores alij.

Cur verò dixerit septenis circuitibus, & non quatuordecim diebus, rationem reddit Galen. in Com-

Amentario quod scilicet hoc in intermittentibus febris possit accessio, quod potest vna dies in continuis, esseq; obseruatum tum in quartanis, tum tertianis, fieri iudicationem ad numerum circuituum, nō dixerim: Sed nullam rationem huius rei subiicit: quæ quidem meo iudicio, talis est; quod iudicia in morbis fieri non possint, nisi expellatur materia quæ morbum generat & fouet, expulsio autem fiat in illis temporibus, in quibus natura magis molestatur, id quod fit in febris quæ per circuitus infestant, in deteriori parte ipsius circuitus, quæ est accessio, in alijs vero partibus nulla vel minima sentitur molestia: ita credendum est in continuis idem quoque contingere in illis diebus, in quibus fiunt illarum iudicia. Verum dicit quispiam, quænam potest esse causa maioris afflictionis in illis febris quæ nouam non habet putredinem, qualis est in singulis accessionib.? An forte ea nascitur ex agitatione quæ necessario requiritur in separatione & expulsionē malorum humorum? Videtur igitur non putredo, sed perfecta aut insignis concoctio huius agitationis, & maioris molestiæ causa esse. Cum. n. ita natura comparatum sit, vt post concoctionem sequi debeat separatio, & expulsio malorum humorum, hæc autem non possunt fieri sine maiore molestia: ideo tum in continuis tum intermittentibus febris concoctio dat occasionem expulsionis, & maiori molestiæ vt enim expulsionis ita concoctionis sunt certi termini, ad quos cum illa peruenit, expulsionis statu tempora nascuntur. In intermittentibus vero peculiariter accedit putredo noua, quam & ipsa per concoctionem simul vincit natura, nō quod etiam in tempore quietis natura non concoquat, sed imbecillius materiam antecedentem. Sed cum in ipsa accessione vineat materiam quæ nouam excitat putredinem, & aliam etiam perficiat, quando. s. perfecta Crisis fit, hoc certo indicio est, concoctionē quoq; vehementiorem fieri quando vehementius agunt causæ morbosa, & natura illis vehementius quoque reluctatur. At vero, tertianæ exquisitæ non finiuntur septenis circuitib. eo quod sint exquisitæ: sed quia causam habent quæ necessario concoquitur, & expellitur intra eum terminum. Est autē causa inquit Gal. bilis pura tenuissima & calidissima, per vniuersū corpus delata & mora, quæ cum in venis continetur, ardentem febrem parit: Addit alias causas, quæ ostendunt generationem exquisitæ & synceræ huius bilis; quæ exquisitam & synceram febrem parit, nempe tēpus æstiuum, habitationem calidam, & siccam, hominis præterea etatē, temperiem, & victum similem, & deniq; alia omnia quæ faciunt ad illius humoris facilem generationē, concoctionem, & expulsionē. Quæ quidem docent tertianam febrē exquisitam inter alias breuissimam esse. Sed non probant hæc quod quartimus, cur nimirum septenarius circuitus necessario illi imponat vltimum terminum. Cardanus, cum reprehendisset Gal. quod ignotum per ignotius in hac re docuisset, & pollicitus fuisset se causam dicturum ueriorē, & alia pulchra problemata. pposuisset disputanda, cur. s. per accessiones numerentur termini in febris. intermittentibus, in continuis vero per dies, & cur non ultra progredi possint singulæ febres suapte natura, & q̄ ob causam in certis dieb. & non in alijs fiant accessiones; nescio quomodo omnia ista sicco pede pertranserat: unū hoc solū dicens, quod materia tota morbi qui sanari pōt, preparata est ab initio; quod cū ipse non probet, & mihi uideatur absurdū, ut illud et quod sequi scribit oēs intermittentes uerè continuas esse, alijs ea reliquit expendēda, quæ ego cū sepius dixerim perfectè sciri non posse, quemadmodū nec aliarum rerū prefixos à natura terminos, malo doctiorib. hæc aut magis curiosis relinquere.

APHORISMVS LX.

Quibus in febribus aures obsurduerunt, sanguis ex naribus fluens, aut alius turbata soluit morbum.

N 28. Aphor. huius libri, docuit mutua transmutatione surditatis, & biliosarum deiectionum: in hoc vero docet, quibus remedijs surditates quae fiunt in febribus, solui soleant. Sunt autem haec sanguinis profluuium ex naribus, & alui turbatio siue alui profluuium: non enim quaelibet alui solutio aut conturbatio soluit surditatem, sed magna per eam parte excretio; ita enim interpretor *κοιλία ἐκ παραρθύρα*, ut ostendi in expositione secundi Aphorismi primi libri; Hic autem agit non de omni surditate, sed de illa aut potius graui audita, qui solet fieri in febribus. nam veram surditatem non haec solunt auxilia. Eas vero quae fiunt ob ascensum humorum & vaporum crassorum, aut etiam qui miscentur cum biliosis, soluit sanguinis profluuium ex naribus, deriuata materia quae influxit, aut adhuc influit in aures. Alui autem excretio magna, quae possit non solum humores contentos in inferioribus venis, sed etiam in vasis capitis commouere, & educere, eidem malo remedium est si excernantur humores qui cause facienti eum grauem auditum respondebunt. Ceterum, ut sanguinis & alui profluuium, ita vehemens Dysenteria, & insignes abscessus partium inferiorum possunt idem prestare auxilium.

APHORISMVS LXI:

Fabricantes nisi diebus imparibus febris reliquerit, solent recidiuare.

D X diebus quibus solent febres solui, securitate solutionis aut recidiuam docet praedicere Hippoc. Si enim, inquit, solutiones fiant in diebus imparibus, fida & tuta erit solutio, alioqui metuenda est recidua. Quam sententiam Gal. non recipit inter veros Aphorismos Hippoc. quandoquidem ex multis alijs locis eiusdem authoris adfert iudicationes veras morborum fieri saepe per quaterniones, & in diebus paribus, ut sunt decimusquartus, vigesimus quadragesimus, sexagesimus, octuagesimus, vigesimus quartus & trigessimus quartus. Quare, concludit esse legendum non in diebus imparibus, sed in diebus iudicatorijs. Contra quem Cardanus insurgit, asserens primum sententiam Hippoc. ex secundo Epidem. vbi scribit: Si non die impari febris dimittat, recidiuare necesse est. Deinde, respondet Hippoc. hic loqui de febribus, quae desinunt absque Crisi, vel quod iudicationes fiant in accessionibus, quae si fiant in paribus diebus, sunt lethalium morborum. Addit vero, quod obiicit Gal. Crises fieri in decimaquarta & vigesima, respondet Hippoc. velle hos dies impares esse ratione accessionum, ita, quod decimusquartus dies, est tridecima accessio, & vigesimus, decimanona; sed vsque ad septimam diem accessionis, & diei idem est numerus; & haec est causa, inquit, quod dies iudicatorij vsque ad 14. numerentur per integras septenarias, & post non: quoniam in secunda septenaria sunt sex accessiones tantum, & septem dies, & in tertia septenaria sex

accessiones, & sex dies, & hanc vult esse rationem Hippoc. profundissimam. Sed rectius meo iudicio diceret, Sophisticissimam, nouo vocabulo, quod noua Chymera conuenit. Primum, nullo iudicio probare potest, Hippoc. hic loqui de febribus, quae desinunt absque iudicatione; Deinde, separat Hippoc. iudicia quae fiunt ratione accessionum, ab his quae fiunt in diebus iudicatorijs; Tertio, multae sunt febres continuae, quae habent sua iudicia sine aliquibus accessionibus, ut synocha non putrida, & putrida, & ardentis, quae in certis diebus, bene, in alijs male iudicantur. Praeterea nescio an vnquam Hippoc. aut alius statuere possit 14. diem esse impari, non, n. ex accessionibus, dies dicuntur esse pares, vel impares, quae ut dixi saepe male sunt, sed ex pari numero dierum. Postremo, si forte in decimaquarta aut vigesima die haec ratio respondeat, quid dicendum de quarta die in qua fiunt et bona iudicia in morbis qui per pares accessiones insistant, aut etiam sine illa, ut contingit in febre quae fit cum vehementi angina, quae nonnunquam per sudores vel alui fluxum, vel profluuium sanguinis ex naribus soluitur; quid de tot alijs diebus, enumeratis paribus, in quibus nullae accessiones imparitatem efficiere possunt? Praestat igitur sequi lectionem Galeni, aut Philothei expositionem, qui Aphorism. intelligit de peracutis morbis qui intra septimam finiuntur, quorum Crises fiunt in diebus imparibus, & simul Crucis.

APHORISMVS LXII.

Quibus in febribus morbus regius ante diem septimum accidit, malum.

R Egius morbus qui & arquatus & auriginosus à Latinis dicitur, à Graecis *λέγεις*, duplex est, flauus, & niger. Sed de flauo potissimum intelligendum, cui & haec nomina sunt imposita. Flauus, corpus reddit vniuersum suo colore infectum, niger vero nigro colore pariter cutem vniuersam inficit. Est flauus reuera talis, niger vero perfecte niger non est, sed cum flauo, mixtus. Flauum ex affectu hepatis fieri tradunt auctores nostri, nigrum vero vitio henis, mixtum vero vitio uoluerunt procreari vtriusque partis, aiuntque; vtrumque fieri tribus de causis, quarum vna est, quod de his humoribus plus generetur quam conueniat; & quia genitus non separatur, vel quia separatus non potest emitti, & ideo retinetur in sanguine ipso & transmittitur ad cutem, quasi membrum debilius, illamque inficit. Quod vero plus gignatur bilis, duas dicunt esse causas, internam & externam: internas rursus duas esse, inflammationem, vel alium tumorem calidum, vel intemperiem calidam & siccam. Externas dicunt esse tres: venenatorum ictus, ut vipera; venena assumpta; tertia est ex potu malarum aquarum, cibi corrupti, facietas, vigilia, & cura. Ceterum, bilem à sanguine non separari, dicunt tribus modis contingere; vel quia non concoquitur, & ideo non separatur, & transmittitur ad cutem, vel quia vesica fellis est nimis imbecillis, & non trahit, vel quia est nimis plena, vel parua. Quod vero separatur, & non transmittitur, contingere dicunt duobus modis: vno, quod non transmittatur ex recore ad vesicam fellis; vel à vesica fellis non transmittatur ad intestina; quae quidem contingunt vel propter obstructionem, vel ob duriciem locorum, maxime recoris. Iam vero, in febribus regium morbum dicunt fieri, aut per Crisim, aut per inflammationem, ex inflammatione nunquam bonum esse, per Crisim uero bonum non esse ante septimum diem, quo-

quoniam talis morbus regius fit per transmutationem, & in oī transmutatione materia est contumax. Quia igitur materia intra septimū cōcoqui non pōt, iō expulsiō quæ ante fit, symptomatica est, & mala. Afferunt præterea ex Auerroē in sua regione, & apud Perlas & Indiam maiorem, sæpē fieri icteros in quinta die, qui febrem finiunt, & id contingere ob caliditatem & siccitatem magnam earum regionum. Plinius quoq; lib. 16. cap. 12. refert multos esse visos, qui ante septimum cum hoc morbo à febribus sunt liberati. Hæc Cardanus, qui & parum feliciter respondet loco Hipp. qui in 4. de Victu acut. habetur, & dicit febrem solui biliosam ante septimum diem à morbo regio cū rigore. Et infeliciter adhuc respondet Auer. & Plinio, cū malum nescio quomodo interpretatur bonum, & alia (vt videre est) dicit parum probabilia. Sed priusquam lingula excutiam, Galeni sententiam subijcto, qui ait, morbum regium aliquando ex iudicatione prouenire reponēte natura in totum corpus & præcipuē in cutem, flauam bilē, & prouenire hoc malum affecto hepate scirrho, inflammatione, & obstructione. Ac ex scirrho morbum fieri diuturnum, inflammationem autem & obstructionem repente fieri, & Hippoc. intelligere in hoc Aphor. de Ictero factō ex inflammatione vel obstructione, quæ affectiones ante septimum non possunt solui, & ob id malā esse bilis expulsiōnem quæ sequatur illas passiones ante septimum. Quam sententiam etiam sequitur Fuchsius, qui Plinio & Auer. putat se rectē respondisse, ex eo quod Hipp. hic loquatur de morbo regio factō ex inflammatione. Quorum sententiam probare non possum; Primum, quod Hipp. hic loquatur de morbo regio qui fit in febribus, nulla facta mentione inflammationis, aut obstructionis, quæ impediatur transitum bilis per suos solitos meatus: spectat enim propriam febris materiam, quā putat solui posse per illius expulsiōnem ad externas partes, in qua expulsiōne fiat morbus regius: quod accidit, cum ipsa bilis extra discutī nō potest, sed in musculis & cute hæret, & rectē dixit Hipp. malā esse, i. solere esse in febribus hunc regium morbum, quā ante septimum diem febres biliosæ continuæ vix vnquam solui possunt. Tradit ergo quod frequentius accidit, & quod fortē aliter non vidit: non tamen tollit alijs sua experimenta. Ac simile est quod hic tradit Aphor. 23. 2. lib. in quo scribit: Acuti morbi 14. diebus iudicantur; frequentius enim ita accidit, & quod ita fit traditur. Cum vero fit morbus regius ex inflammatione per obstructionem, nullū diem certū habet in quo possimus laudare talem affectionem. Hipp. autē quod plerunque malum est ante septimum, ut docet, ita quod post septimum fit in ipsis febribus, probare videtur, quod maxime confirmat in Aphor. 64. huius sectionis, quæ Fuchsius non videt se adducere contra suam sententiā. Quibus inquit Hipp. in febribus morbus regius in septimo vel nono vel vndecimo, vel decimo quarto superuenit, bonum, nisi dextrum hypochondriū obdurerit. Quæ verba ostendunt in hoc Aphor. se intelligere de morbo regio, in quo hypochondria nō sunt indurata, cum non addiderit hoc malum, sed simpliciter pronunciauerit, in febribus regium morbum ante septimum malum esse; vt in eo etiā Aphorismo, in quo sublata ea duricie non ante septimum, sed in ipso septimo, & nono, & vndecimo, & decimo quarto, bonum dicit esse regium morbum; vt ergo bonum sine duricie intelligit, ita & malum quod est ante septimum; & cum Gal. addit post septimum, non vacare periculo regium morbum, vim facit Hippocr. qui in septimo & alijs prædictis diebus, vult bonum esse: nimirum quod non loquatur de ictero quem facit inflammatio & obstructio, sed qui na-

A scitur ex materia ipsius febris contenta in venis, quæ natura effundit in externas partes vsque ad cutem. Præterea, quod scribit regium morbum fieri ex inflammatione, vel scirrho, perpendēdū est, quo. s. modo hoc malum committere possit: neque. n. arbitror, ut alij credunt, inflammationem id facere ob intemperiem ex qua adurat sanguinem, & bilem gignat; nam breuior solet esse & acuta affectio, quæ non potest intemperiem eam inducere. Præterea, calidus & humidus est morbus inflammatio, & ob id non omnino apta ad bilis generationem. Postremo, non occupat necessario eam partem hepatis, quæ sanguinē gignit; nec vt minor est inflammatio, vim habet committendi morbum regium, nisi eū locum in hepate occupauerit, in quo vesica quæ bilem recipit, & illius meatus comprimantur, & claudantur; id quod et de scirrho dicendum est, qui à me sæpē visus est in toto viscere absque generatione morbi regij.

In obstructione vero etiā hoc notandum est, quod non ea sola eam affectionem parit, sed etiam siccitas, quæ meatus eos aliquando ita contrahit, ut rugosi & chordæ instar duri reddantur, interna cavitatem omnino sublata; quod in Illustris. Card. de Gaddis Florētino cum Pisus docerem, conspexi. Cum. n. is laboraret ictero, & esset admodum extenuatus, consilio Medicorum Romanorum ad Balnea Lucensia post alia multa remedia missus est; quæ leuiter proficere incipiebant, sed cum debiliter exiret aqua, Rhubarbarū, & obstructia adhibebant, ex quibus semper affectus reddebatur deterior, id quod alij Medici dicebant fieri, propterea quod medicamenta sumerentur in minori quantitate, ob virium debilitatem, quam exigent vehementes obstructiones, & ob id agitationē fieri, & eas non solui, sed augeri; contra vero, ego ex siccitate corrugatum esse substantiam & membranas meatuum quæ bilem transmittunt ab hepate ad intestina, quod cum illis persuadere non possem, exitus postea docuit: nam eo mortuo, & dissecto, meatus illi ita exsiccati & consumpti inuenti sunt, vt instar solidæ chordæ aut nerui, nullam amplius peruiam habent cavitatem. Ceterum, in Cardani dictis hæc nota ri possunt, quod verus icterus non fiat cum plis bilis gignitur, quàm proportio humorum requirat, sic. n. in oī febre ardēte & tertiana exquisita, fieret icterus. Fit quidē cutis pallidior ex bilis abundantia, quæ affectio non meretur nomen icteri. Nec illud quidem vrisimile est, non fieri separationē bilis ob imbecillitatem vesicæ subiectæ & annexæ hepatis, quā. n. quæso imbecillitatem quis vnquam imaginari pōt? Cur. n. oēs qui moriuntur ex omnium partium debilitate, non patiuntur icterum? Paruitas quoque eiusdem vesicæ, imaginaria res est, & illius plenitudo vacuari pōt, si nihil impediatur, aded, vt causa icteri poni non possit. Præterea, in eo petit principium, cum scribit, ided ante septimū diem icterum non posse esse bonum, quia vbi natura per transmutationem expellit humores, materia contumax est, quæ ante septimam concoqui non potest: restat. n. id probandum, cur omnino requiratur certus terminus septimus dies, cum in alijs expulsiōibus quæ fiunt per sudores, tertius, & quintus dies optimus sit, vt antea docuit Hippoc. nature quoq; prouidentia damnatur, quæ aggreditur expulsiōnem ante concoctionē in solo ictero: nam si totam materiam non pōt cōcoquere, in illius parte debebat concoctionem & expulsiōnem exercere. Reliquum est igitur, ut dicamus icterum fieri in febribus ex copia bile transmissa à natura ad cutem, quæ fortē et crassior quàm par sit materia, illic sistitur. Neq; aliqua obstructio vel aliud vitium in vesica quæ bilem expurgat aut in hepate, vel liene consistit, cū icterus nascitur per febres, de quo hic agit Hipp. sed mera est expul-

sio nature, quæ certos motus certaq; tēpora obseruat in certis morbis certisq; humoribus, de quib. rebus, vt iā sēpius dictum est, certa ratio reddi non potest.

APHORISMVS LXIII.

Quibus in febris quotidie rigores sunt, quotidie febres soluuntur.

Radit in hoc Aphor. indicium quo deprehendere possumus quænam febres finiri possint in certis dieb. Indicium autem sumitur à rigore, qui cum incidit, eas febres soluit in quibus fit: non enim intelligendum est simpliciter omnes febres quæ sunt in egrotante, solui per rigorem superuenientem; Etenim in semitertiana, quæ quotidie habet rigores, manet continua febris. Intelligendum igitur est, eas febres solui, quæ sunt causa rigoris, siue in quibus fit rigor. Sunt autem illæ intermittentes febres, quæ vel solæ sunt, aut cum continuis complicata. Cuius rei rationē reddit Gal. in Comm. ideo solui febres, quia rigor fit transmissio humore à vasīs in habitum corporis, ex quo sequitur accessions febris solutio, & non simpliciter totius ipsius febris quæ perseverat ex dispositione generante & putrefaciente nouam materiam quæ ratio nullius momenti est: nam in ipso rigore si fit expulsio ab internis partibus ad externas, in ipso quoque fieret solutio febris. Quid enim calorem in corde amplius conseruare posset? At, videmus rigorem principium esse febris, & non solutionis. Quare alia ratio quaerenda est: Ego igitur insistentis meis principijs, dico, rigores qui fiunt quotidie vel alternis diebus aut per maiora intervalla, non finire febres, sed solum significare quod finitur: indicant enim non totam febris totius materiam putrescere, sed duntaxat portionem, quæ solius accessions est causa; absoluitur autem & concoquitur ea materia & post concoctionem in his febribus natura expulsionem aggreditur per aliquam partem, atq; ita finitur accessio. Quod si etiam non expellitur, cessat tamen febris, quia materia quæ illam fecit accessions, per aduersionem veluti in cinerem redacta est, in quo flamma amplius accendi non potest; eo planè modo quo scribit Hippocr. pure confecto dolores & febres intermitti. Putredinis igitur & simul concoctionis est signum, expulsionis vero haud certum est indicium. Illi igitur ob expulsionem materiæ extra venas finiri febrem putant, quod non fit; nos vero ob concoctionem fieri contractionem, & sequi rigorem, facta vero concoctione, cessare putredinem, & febrem dicimus, cessat autem putredo, quia materia in qua erat accensa in puri proportionem respondentem materiam quæ est cinis quidam, redacta est, quæ amplius subiectum caloris esse nequit, vt cinis non est subiectum ignis, & id, quoniam consumpta est materia aerea, quæ caloris nostri est pabulum; finita ergo putredine, & simul concoctione, merito cessat febris, sine sequatur aut non postea expulsio, sed perfectior est solutio, vbi utrumq; fit, quia etiam in cinere vis quedam ignea adhuc seruetur, vt in pure acrior quidam calor, qui totus planè expirat pure ipso excreto. Gal. autē qui vult rigorem esse causam solutionis, ob expulsionem quam imaginatur fieri in ipso rigore, reddere rationem non potest, cur finiat febris, cum nulla euacuatio conspiciatur: nam ridiculum est, credere per insensibilem transpirationem cineres illos derelictos ex putredine insensibiliter transpirare posse, cum eos puri assimilet, materiæ crassæ, terrenæ & viscidæ. Addo, quod frustra adderentur purgatio-

nes post finitas omnes accessiones, si in habitum corporis tota materia accessions per rigores esset consumpta. Nostram autem opinionem & ratio, & medendi usus confirmant.

APHORISMVS LXIII.

Quibus in febris septimo, vel nono, vel undecimo, vel quartodecimo morbus regius superuenit, bonum, nisi dextra præcordia obduruerint: si vero non, non bonum.

Hic Aphorismus est veluti declaratio superioris: nam cum in eo dixisset morbum regium qui fit in febribus ante septimum, malum esse, nec tamen ex eo constaret quænam bonus esse posset, id in hoc Aphor. aperte declarat, eum scilicet bonum esse, qui in ipso septimo die, & in alijs qui hic numerantur, accidit, Nec hoc inquit, simpliciter intelligendum est, sed cum hac additione, nisi dextrum hypochondrium durum fuerit. Ex quibus verbis, satis constat, quod superius annotauimus, verum esse, hunc Authorem cum damnauit morbum regium ante septimum, non ea ratione hoc fecisse, quod putaret inflammationem aut aliã duriciem hypochondriorum causam esse huius mali, sed hoc solum spectasse, quid bonum aut malum sit, ob eas expulsiones quæ fiunt in bonis & malis diebus, in materia, quæ facit ipsam febrem, & non in ea quæ paulatim spargitur ob impeditum cursum ex viscerum obstructione, quam in inflammatione, vel scirrhus, aut humores ipsi in vasīs contenti crassi & viscidī pariunt. Ceterum, videtur hic solum agere de morbo regio flauo, quandoquidē sequitur numerum dierum, in quibus natura bilis flauanti solet rectè expurgare; quasi eadem ratio sit de expurgatione quæ fit in generatione morbi regij, quæ est in sudoribus, in quibus superius eisdē dies numerauit. Ex quo etiã videtur illud sequi, quod de morbo regio loquatur, qui solum fit in febribus acutis & biliosis, quippè, cum ultra decimum quartum diem qui terminus est illarum febrium, alios non enumeret. Nec vero illud quod dicit: nisi dextrum hypochondrium obduruerit, contrahendum est ad solam inflammationem, sed ad omnes tumores. Quis enim dubitat, morbum regium malum esse, qui ex quocumque tumore hepatis nascitur? cum non contingat ob facultatem expultricem expurgantem corpus, sed ob vias clausas quæ huius humoris naturali expurgatione impedita sanguinem impurum reddit, omnesque partes flauo colore inficit; Quod vero alij dicunt, necessario intelligendam esse duriciem quæ fit ex sola inflammatione, quandoquidem cum scirrhus aut obstructione vasorum febris acuta nõ oritur; verum quidem dicerent, si Hipp. vellet febrem in qua vult fieri morbum regium, ex eo tumore nasci. Cur enim in tumore iam diuturniore ex bile multa & acri putrescente febris fieri non potest? quem humorē cum natura expellere nititur, & non potest, ob duriciem quæ vias claudit expurgationis bilis, ideo malus redditur morbus hic regius, quia integra expurgatio fieri non potest. Porro, verba vltima (quæ dicunt: si vero non, malum, & minimè bonum), referenda potissimū sunt ad dies prædictos; malum enim est, & non bonum, si morbus regius non fiat in prædictis diebus, in quibus experiētia docuit prodesse. Intellectus vero noster perfectam rationē reddere nõ potest. Ceterū quod dicit, nisi dextra præcordia obduruerint, trahendum etiam est ad alias causas, nempe ad obstructiones

ziones ex humoribus, vel lapillis, vel pure, & alijs similibus rebus occupantibus internā cauitatem uefica hepatis subiecta, atque ipsius meatus per quos bilis deducitur, quicquid enim tale contingerit, facit, ut non possimus laudare bilis effusionem in cutem, ex qua regius morbus fit.

APHORISMVS LXV.

In febris circa uentriculum & fortis astus, & cordis morfus, malum.

DX duobus Symptomatis quæ in uentri- culo aliquando in febris contingunt docet quid præfens futurumq; sit. Malum inquit est, & idem fortè timendū; nihil enim tutum est ubi tam nobilis pars duobus grauissimis Symptomatis præfente febre potissimum acuta, insectatur. Sunt autem ea Symptomata, fortis æstus, & cardioginus, id est morfus otis uentriculi; quæ profecto ostendunt bilem acerrimam & putridam impactam esse in tunicis uentriculi, ita, ut in illius ore exquisitissimo sensu prædico, morfionem, in reliqua uero parte ardorem concitet. Gal. uero refert quosdam intellexisse cordis palpitationem; quod malum longè etiam deterius est priorè; quid enim deterius contingere potest, quam impediri cordis motum, tunc potissimum, cum maximè necessarius est ob febris uehementis præsentiam; impedimentum causam habet confluxum alicuius humoris in ipsum cor, uel arterias magnas ab ipso proximè enascentes, aut uaporem crassum in iisdem locis contentum.

APHORISMVS LXVI.

In acutis febris Conuulsiones, & circa uiscera dolores, fortes, malum.

Vid duo alia Symptomata significant in acutis febris, docet hoc loco. Sunt autè symptomata conuulsio & fortes dolores circa uiscera, quæ, inquit, malū, significanc; sed artificiosius fortasse dixisset, si expressisset mali genus, nempe mortem; quis enim ignorat hæc esse mala. Cur uero conuulsiones in febris sint mala, reddit rationē Gal. quod ostendat neruos exsiccatos & ob inanitionē conuulsionē esse factam, quæ lethalis est. Nos uero, qui credimus figmentum esse, conuulsionem fieri à siccitate, dicimus significari malā corporis dispositionē, quæ materiam habet aptam ad generationem conuulsionis, & dispositionem neruorum admodum infirmam, & præterea febrem malignam, & colliquantem: nam conuulsiones in febris alijs uix fiunt. Cardanus uero putat nasci conuulsiones has transmissa materia febris ad neruos, ex qua febris soluitur, malum tamen hoc esse, quia mala est commutatio. At ex Hippocr. Aphor. hoc elicere non potest.

APHORISMVS LXVII.

In febris ex somnis timores, uel conuulsiones malum.

DOCEt in hoc Aphor. prædicere malum in febris ex timoribus & conuulsionibus, quæ fiunt ex somnis; differtq; hic Aphor. à primo secūdi libri: In quo Hippocrates

scribit: In quo morbo somnus laborem facit, mortale: si uero iuuat, non mortale; quod in illo de omni morbo loquatur, in hoc uero de solis febris. Deinde, quod in illo uires somni doceat: hic autem non quid somnus faciat, sed quid portendant symptomata quæ ex somnis emergunt. Quod autem inquit, ex somnis, aliqui intelligunt post somnum. Galenus uero in ipso somno uult timores & conuulsiones fieri. Verum, quomodo fieri possint conuulsiones in dormientibus, leuissimam. n. & naturalem oportet esse conuulsionem, quæ hominem non excitet à somno, ut nonnullis contingunt aliquarum partium conuulsiones, aut certè conuulsioni similes motus, ut in mediente multi deprehenderunt continuum ferè dentium stridorem, mihi ipsi insensibilem; At, conuulsiones morbose uix possunt fieri sæpè, durante somno. Timores uero qui fiunt in somno, non solent magnum aliquid malum ostendere, cum in sanis sæpè accidant in somnia timoris plena: at si emergant timores post somnum, semper graue malum est: non enim ex imaginatione, quæ sæpè fallitur ob timorosa obiecta, quæ sibi proponit, huiusmodi timores nascuntur, sed ex corporis uitio quod animum & illius facultates corrumpit. Timorem autem incutit uitium corporis, non solum ob melancholicos humores repentes, & replentes caput, ut Gal. tradit, sed potius ob spiritus infectos uaporibus melancholicis: nam humores lædere non possunt cerebri actiones, nisi illius temperiem mutauerint in melancholicum statum, id quod accidere non potest statim in febris, tempore enim opus est longiore, si mutari debeat temperies ab humore melancholico ad agendum tardo; Ex spiritibus igitur corruptis ob certam putredinem humoris melancholici, contingunt huiusmodi timores, qui & in ipso somno & post illum perseverant, aut semper, quod deterius est, aut aliquamdiu, donec scilicet dissipati fuerint uapores melancholici, qui per somnum in internas cerebri partes efferebantur. At uero, conuulsiones in febris ut in alijs morbis nascuntur, uel ex morfione partium neruofarum; aut occupatis uentriculis cerebri; aut neruis ipsis repletis. Videtur autem intelligere de conuulsione quæ incipit à cerebro affecto, quippè, cum conuulsiones attingat quæ in somnis aut ex somnis nascuntur. Porro, hæc symptomata in omni statu corporis mala sunt, sed peiora in febris, & pessima in febris acutis, præsertim, si non solum nascuntur ex proprijs causis per somnum, sed si somnus & illius cause illa pariunt, concursus scilicet humorum & uaporum qui necessariò fit in somno.

APHORISMVS LXVIII.

In febris spiritus offendens malum: Conuulsionem etiam significat.

IN respiratione multa mala contingunt, quæ singula suam habent uim aliquid significandi in morbis, quod scilicet præfens sit, uel præteritum aut futurum. Ac inter differentias malorum quæ in illis contingunt, nonnullæ sequuntur usum mutatum, ut magna, uelox & frequens respiratio; alia uero lesionem instrumentorum, ut inæqualis, inordinata, intercepta siue interrupta respiratio; alia uero imbecillitatis facultatis sunt indicia, ut parua, debilisq; respiratio. In hoc uero Aphorismo docet, quid intercepta siue interrupta respiratio ostendat; malū, inquit, significat & genus mali interim declarat, Conuulsionem, inquam: nam, cum in huiusmodi re-

spiratione motus qui incepit, finiri non possit, sed subsistat & interrumpatur, merito culpandum est ex Hippocr. sententia instrumentum respirationis, nēpe musculorum nervosumque genus, quod non obedit facultati animali mouenti, Sed an propterea Conuulsio futura significatur, vt Hippocr. statuit? Dicerem, quod tres possint esse causa huius interruptæ respirationis; Vna laesa mens, quæ inchoatum motum prosequi obliuiscitur, sicut in delirantibus sæpè contingit, & in plorantibus, luctuosa huiusmodi spiratio euidentissimè notatur. Alia causa est ex inflammatione, vel dolore, vel alia dolorosa causa occupante thoracem, qui ob dolorem nequit vniformiter & æqualiter motum continuare, sed eum interrumpit, & cogente rursus necessitate, eum repetit. Tertia est causa, quæ sine delirio & dolore instrumentorum parit huiusmodi interruptam respirationem ex nervis iam leuiter conuulsis, quæ affectio, vt inquit Gal. non ita euidentis indoctis, paulopostea aucta, perfecta emergit Conuulsio, & omnibus iam euidentis; Dicendum igitur quod vel conuulsionem vel delirium significet, vel instrumentorum dolorosam affectionem, sed hæc tanquam euidenti, prætermittenda, alia duo ostendit; Hanc vero sententiã nemo ex versione Leonicensi intelliget; quid enim sibi volunt uerba hæc, spiritus offendens? nam etsi πνευμα προσκόπτων, ita significare potest, eo quod uerbū προσκόπτω significat offendere; tamen debebat videre idem habere alias significationes, vt interrumpo, intercipio, subsisto, allido, quæ omnia melius exprimunt authoris mentem, vt etiam Celsus libro 2. cap. 6. significauit, cum ita scribit: Quorum faucibus in febre eliditur spiritus, instat his neruorum distentio.

APHORISMVS L XIX.

Quibus urina crassa & grumosa, pauca, non sine febre, multitudo ueniens, ex his tenuis iuuat, præcipue uero tales ueniunt quibus ab initio uel breui sedimentum inest.

Hic, & multi alij qui sequuntur Aphorif. tractat de urinis varia, vt vnus scopus omnibus constitui non possit. Hic autem mutationē & successiōē vnus urinæ ad alteram explicat, & quid ostendat, quidque conferre possit, proponit. Quia quidem in re Gal. negligentius agere uideretur, & alij qui Gal. accusant, vt Cardanus, cum particularia quæque prosequitur & causam non quærit omnium quæ ab autore proponuntur, tractationem pariter confusam relinquit. Nos uero clarius, si non melius, ita rem enarrare aggredimur. Primum uideamus quæ proponat author; Deinde, singulorū causas reddamus; Postremo, expendamus an sequatur id quod Hippocr. asserit. Proponit in febre urinas crassas, grumosas, paucas, quæ ab initio morbi, vel paulo post sedimentum habent; tales urinas nō esse bonas supponit, iuamētum in illis quærit dicit fecuturum illud si sequatur multa & tenuis urina. Iã uero illud dubium non est, eum intelligere urinas crassas, nō quæ sint ueluti urinæ iumentorum, sed quæ ob pituitam multam immixtam crassæ sunt, id enim uerbum grumosa, pauca, & sedimentum ab initio ostendunt: sola enim pituita inæqualitatem eam & diuisionē in qua ueluti grumi quidam apparent, efficere apta est; ubi de purulenti urinis non fit mentio, sed solum de urinis quæ in febribus apparent. Pauca præterea tales sunt urinæ, propterea quod pituita crassa & grumosa,

A quæ tales reddit urinas, obstructionem parit in uenis, & urinarijs meatibus, quæ impedit liquorem ex pouione genitum, aut etiam aquotum humorem ex colliquatione febris factum, ex pituitæ portione liberè exire. Ceterum, sedimētum intelligere oportet, non uerum, ex concoctione scilicet materiae morbificæ genitum, id enim primis diebus fieri non potest iã materia crassa, quæ febrem parit, sed crassamentum est pituitosum, quod natura ab initio sine concoctione rejicit. Iam dubium non est, in hoc casu multitudinem urinæ ueniētem, id est quæ fit iã progresso morbo, & extenuata materia per concoctionē & caloris dominantis vim (ita enim alibi intelligere solet Hippocr.) & eam tenui iuuare: nam multitudo remedium est paucitatis; tenuis uero urina, crassa & grumosa. Itaque, remedia æqualia sunt morborum malis. Appellauit autem multitudinem tenuē, non spectans an tenuior debeat dici, vt Gal. putat, & mediocri: sed ut solum opponeret remedium aduersus crassitiam. Ac profecto, ubi multa exit urina, mediocri esse non potest, sed necessario tenuis est, quippè, cum nullus humor mediocri vel etiam crassus cum urina mixtus potest eam reddere medio criter crassam. Rectè igitur dixit, multitudo tenuis iuuat. Quod uero Cardanus scribit contra Gal. multam retentam urinam non posse esse concoctam, sine ratione dicitur: non enim urina ipsa concoquitur, quam enim habet cruditatem? sed materia est quæ cum urina miscetur; quæ ob id concocta dicitur, quia materiam concoctam in se recipit; neque eadem ratio est de cibi multitudine & urinæ, siquidem, multus cibus difficilè concoquitur urina autem leui & facili assumpta mutatione, ferè solum in colore, mingitur ad proportionem eius quod bibitur, adeo, ut qui inebriantur æquale efficiant bibendi & mingendi cibus. Præterea, retentio urinæ illam non corrumpit, ut ostendit serofus humor multus, cum sanguine mixtus. Potest ergo concocto esse, etiam si diu retinetur. Postem plura in eo auctore notare, quæ libenter prætereo, ut alia utiliora doceam.

APHORISMVS LXX.

Quibus urina perturbata, quales sunt iumentorum, ijs dolor capitis uel adest, uel aderit.

D Via multi sequuntur Aphor. de urinis, qui diuersa tractant, ne ex ignotis procedat tractatio, ideo opera precium esse duxi, principia hic ponere, ex quibus omnia quæ dicentur, lucem suam sumant. Igitur illud vnum sit; urinam gigni in uentriculo ex potu & aquosis cibis, sed non separari, nec nomen urinæ assumere, antequam facta sit concoctio in hepate; antea enim, dum in uentriculo continetur, & fit alba ob contactum & concoctionem uentriculi, ferturque postea per uenas mēstrales ad hepate, aquosus humor, uel uicium alimenti à Gal. nominatur, lib. 4. & 5. De Usu partium; & huiusmodi aquosus humor est uera substantia ipsius urinæ. Alterum principium est. Colores, consistentiam, sapores, odores, perspicuitatem, densitatem, contenta, à causis prouenire, quæ non sunt de substantia ipsius urinæ. Tertium esto principium, colores omnes in urina, eo excepto qui acquiritur in ipsius generatione, ab albedine ipsius uentriculi, fieri ex mixtione aliorum humorum, & potissimum bilis, uel flauæ, uel atræ. Aliud est principium. Contenta in urinis habere diuersam materiam, ut pus, sabulum, lapillus, filamenta, pituitosos humores; sed uera contenta, ut nūbecula, mēstrera, & sedimentum, materiam

teriam habere solam pituitam. Ceterum, opacæ vrinæ sunt alijs non mutatis ex spirituum extinctione: confusæ verò, ex humorum mixtione & confusione, præsertim pituitosorum: mixtionem vero efficeret, vel solum calorem, vel potius cum multo flatu coniunctum. Hæc alio loco, vt multa alia diligenter pertractauimus in libello, quæ confecimus de Vrinis. Nunc ratione reddamus eorum quæ Hippocr. in hoc Aphor. scribit. Proponit igitur vrinæ perturbatas, non qualescunq; sed quales sunt iumentorum, & quid significant præsens vel futurum, pronunciat. Sunt aut vrinæ perturbatæ in duplici differentia: quædam. n. sunt concretæ à frigore, & vulgo appellatur corruptæ; Aliæ verò turbantur à calore & spiritu, qui contenti cum substantia exactè inter se miscent, & confundunt. Tales sunt vrinæ perturbatæ, quales sunt iumentorum, quæ multam habent pituitam, vel solam, vel cum bile confusam cum liquore vrinæ; ac vbi sola est pituita, vrinæ sunt confusæ & albæ; vbi verò simul accedit bilis, turbidæ sunt & colorem habent mixtum ex albo & flauo; & hæc minus malæ sunt, quàm illæ quæ ex materia magis rebelli ad concoctionem, & dissolutionem cōstant. Propterea pauci in febribus sanantur cum vrinis crassis, confusis, & albis: tamen si & aliæ quoque pessimæ sint, quippe, cum ostendant magnum esse vitium, & in materia, atque in efficiendis causis: omnes enim, vt dixi, vrinæ turbidæ & confusæ, materiam habent multam, & difficilem ad concoctionem, & dissolutionem; & præterea plurimos flatus, inclusumq; calorem qui ea omnia inter se miscet, & confundit, propterea tales vrinæ non fiunt nisi in febribus. Et hic Aphor. non nisi in febrib. intelligi potest: nam in alijs morbis experientia docet tales vrinæ non reperiri, nimirum, quod desit calor qui agitationis, & confusionis est causa. Iam vero quod dicit tales vrinæ significare dolorem capitis, vel presentem, vel instantem, sequitur, quod probabile videtur: etenim, flatus suapte natura superiores partes petunt, & secū attollunt materiam cum qua sunt confusi, ac vbi ad caput peruenerunt, tendunt cerebri membranas, atq; ita dolorem pariunt. Quod si dolor nondum ortus est, nascitur inquit, quia agitatio quæ in partibus inferioribus continetur, tandem ascendet in corporis arcem. Verum experientia sæpè docuit, nihil tale fieri cum his vrinis, nimirum quod ea agitatio nequeat usq; ad supremam eam partem attolli ob rebellem materiam quæ spiritus deprimit, & sæpè etiam absque uehementi calore tales apparent vrinæ, cum. s. materia pituitosa multa & tenuis, ab imbecillo calore misceatur, & confunditur cum vrinæ substantia. Hippocr. vero Aphor. hunc videtur collegisse ex morbis Epidemij, qui fortè infestabant cum dolore capitis, præsentibus his vrinis, ut satis patet, cum inquit in 7. Epidem. Eualcidæ famulæ cum multo tempore densæ vrinæ prodijissent, & capitis dolores adessent, Phrenitica facta est, & mortua. Item, Polyphato inquit, in Abderis prodijit urina rubicunda, conturbata, ueluti iumentis, mente motus est, phrenitico modo, & mortuus in uehementibus conuulsionibus.

APHORISMVS LXXI.

Quibus septima indicatur, ijs nubeculam habet quarta die urina rubeam, & alia ex ratione.



SUPTO signo ex nubecula quæ apparet in vrina, docet quid futurum sit in septima; sequitur inquit, iudicium siue Crisis. Quæ verba ostendunt Aphorif. esse intelligendum de febribus ad-

A modum acutis, illæ enim solæ eo die iudicantur. Quæ in re videndum primum illud est, an hæc in utro conuertantur, scilicet, ut semper sequatur Crisis in septima, si talis nubecula appareat in vrina; & e contra; si in septima debet fieri iudicium, an talis nubecula appareat; Secundum, an sola nubecula & nihil aliud quod in vrina appareat idem possit polliceri; Tertio docendum erit, quomodo fiat nubecula rubra & alba. Quod igitur ad primum attinet, videntur illa in utro se sequi: nam si talis nubecula in vrina appareat, quarta die, materiam ostendit quæ febrem facit facilem ad alterationem & concoctionem suscipiendam; quare, quid superest, nisi ut natura expulsiōem aggrediatur, cum ad eum diem peruenerit in quo perfecta erit concoctio? nam quartus, septimi est index. Vrina igitur talis Crisim prænuñciat in septima, & febres quæ in septima finiuntur, habebant vel talem nubeculam, aut quod proportione respondet. Secundum ex propositis ita explicatur ex Gal. lib. 2. de Crisi, quod nubecula sola non est necessarium iudicium ad futurum præfagienda: nam in febribus quæ ex sincerissima bile fiunt, non necessariò apparet nubecula, & multò minus encephaloma, vel sedimentum: sed sufficit mutatio in colore aut consistencia, quæ possit eum gradum concoctionis ostendere, quæ ea nubecula in alijs febribus monstrat. Alibi docuimus materiam & substantiam nubeculæ sublimamenti & sedimenti nihil aliud esse, quàm pituitam, argumentis multis, & eo potissimum, quod vbi bilis plurima abundat cum uehementi ardore, nulla, aut minima appareant in urinis ea contenta: minuitur enim & extinguitur frigidus & humidus humor, exuperante suo contrario, estque nubecula, & aliud contentum, eiusdem naturæ & substantiæ, sed differunt cruditate & concoctione, per quæ ea materia crassior & tenuior vaporibus plena, aut illis priuata redditur: nam cum ea pituita adhuc cruda est, supremam partem in vrina tenet, per concoctionem vero crassior & viscosior reddita, quantum efficit concoctio, paulatim descendit, donec affecuta perfecta concoctione subsideat. Est igitur materia nubeculæ, & aliorum duorum contentorum suapte natura alba; A bile vero tingitur, quæ cum adhuc est semicruda, rubram efficit nubeculæ, postea vero facta meliori concoctione, & assimilatione tunice uenarum & arteriarum, alba euadit. Intelligere autem oportet rubrum non intensè, qualis solet esse ipsa nubecula, & tota vrina in primis diebus febris biliosæ, & acutæ, (talis enim rubedo cruditatis est signum) sed, quæ remissam habeat rubedinem, hæc enim in mediam iam esse factam concoctionem monstrat, postquam in septima fiet perfecta concoctio, & expulsio; unde, Crisis expectanda est, ut inquit Hippocr. & experientia quoque frequens testatur. Nec mirum quidem videri debet, quod dicatur sequi Crisis in septima, vbi apparet nubecula, quam dicimus habere materiam expulsiuam: nam vbi nubecula fit, pauca est pituitosa materia, & ea tenuis, & ob id non tardat concoctionem & expulsionem in materia biliosa putrescente, & febrem committente; vbi aut materia pituitosa crassa est, viscida, & multa, non apparent nubecula nisi post longum tempus à morbi principio, id quod ostendunt quartanæ febres & quotidianæ, in quibus vrinæ aquosæ diu perseverant sine aliquibus contentis. Ceterum, quod addit Hippocr. (& alia ex ratione) rectè interpretatur Gal. ea quæ in colore, & substantia apparent in vrinis, quæ vel sola, vel cum ipsa nubecula ostendunt Crisim futuram in septima, si talia in quarta appareant, vt ostendant mediam iam esse factam concoctionem in materia quæ concoctionem requirit, cum qua pituita pariter alteratur. Non tamen

tamen probare possum quod scribit Gal. Hippo. ideo meminisse nubecule rubeæ, eo quod sit signum perarum, frequentissimum autem sit alba nubecula; Etenim, alba nubecula nunquam potest apparere in quarta, si albedo in contentis perfectæ concoctionis est indicium: rubea igitur erit frequens, alba autem nubecula nunquam in quarta die erit signum future Crisis in septima.

APHORISMVS LXXII.

Quibus urinae albe & perspicue, mala, præsertim, si in delirantibus appareant.



Vid significant urinæ albe & perspicue, ostendit in hoc Aphorismo, Sunt inquit, malæ, præsertim si in delirantibus id est phreniticis ut textus habet Græcus, appareant. Sunt autem urinæ albe & perspicue, quæ tales sunt qualis aqua, tenues scilicet, albe transparentes, & sine aliquibus contentis. Sûnt uerò aliæ albe & non perspicue, siue diaphanæ, per quas usus uisus penetrare non potest; Aliæ uerò albe & crassæ, quæ necessario non possunt esse exactè perspicue; Quid hæ significant & aliæ cum sese offerret occasio, diceretur. Aliæ perspicue, sed non albe. Albe uero & perspicue, quæ aqueæ sunt, simpliciter inquit Hippoc. sunt malæ, sed in Phreniticis deteriores, quàm in alijs morbis, non tamé prosequitur malitiam in alijs affectibus, præsertim in febrib. quod Gal. rectè facit: nã tales urinæ in febrib. acutis perniciem portendunt, in longis distinctione opus est: nam si uires sunt robustæ, significatur morbi longitudo, si uero debiles, mors. In affectibus uero renum & uesicæ, obstructiones subesse indicant. Sed hæc omnia sunt probanda. Porro, urinæ perspicue & albe, ideo dicuntur esse malæ, quia inquit Gal. extrema cruditate significant, non tamen docet ille cur cruditas sint signa, quod Cardanus conatur ostendere: ait. n. tales urinas aliquando fieri ex potu aque copioso, quæ non potest uinci, sed prodit qualis bibitur, id quod in hyeme & senibus ac mulierib. maxime fieri scribit, non solum quod frigidiores illi sint, sed qui ob situm minus in uesica retinetur, què modum solum dicit esse innoxium aliquando in sanis. Secunda dicit esse causam in renib. & meatibus urinarijs. Tertiam dicit esse hecticam renum, & extenuationem locorum in quib. solet concoqui urina. Quarta dicit esse caliditatem renum & ureterum, trahentium potum & non concoquentium, ut in diabete. Quinta est, cum non continetur ob imbecillitatem membrorum urinæ à causa frigida, uel ob multitudinem potus, ut accidit in potu copioso aquarum thermalium. Sexta est sicca & frigida intemperies iecoris; nam à frigiditate, alba, id est aquei coloris, à siccitate tenuis, atq; ideo perspicua efficitur, atq; hæc tandem mortem affert ex dolorib. plerunque ob retentionem eorum quæ excerni debent. Septima est, quæ maxime huius Aphor. extremæ parti conuenit, cum bilis alio fertur, præsertim ad caput, ut in Phreniticis. Octa uero est, lapis in uesica, uel renib. etiam si non obstruat cum. n. ob irritationem contineri urina non possit, cruda mingitur; fieri. n. non potest ut non contenta concoquatur. Ex quo apparet, non solum in iecore & renibus, sed etiam in uesica urinas concoqui. Hæc & similia scribit Cardanus, quæ nullo firmo principio, & fundamento nituntur, & ob id sunt ueluti scopæ dissolutæ, Primum. n. cum dicit urinas fieri aquosas ex potu aque copioso, quæ cum non possit uinci, prodit qualis bibitur: Dicat quæso, qualem uictoriam requi-

rat in aqua: ponat quam uelit, an propterea ex ea sola obtinebit unquam urina colorem, substantiam, contenta, quæ requirit urina cocta: sed relicta aqua quæ bibitur, in uini potu, uel est copiosissimo, quis unquam desiderauit, uel est in corporib. infirmis, mutatio nã eã in qua uinum ita concoquitur, ut degeneret in aquam & quocumque concoquatur uinum, ex se nunquam efficit urinas concoctas, quia ex aliarum rerum concoctione urinae dicuntur concoctæ: nam concoctio fit in humoribus, & illorum facta concoctione gignantur excrementa, quæ & ipsa concocta dicuntur, miscenturq; postea cum urina; quæ ideo concocta dicitur, quia res cocta recipit concoctionis indicia. Ridiculum uero illud est, quod scribit ideo urinas crudas fieri, eò quod in uesica minus retinentur. An quæso ex ipsa uesica capit contenta, substantiam, & colores necessarios in concoctione urinae? Quod uerò illius mater uetula ex moderata uini potione, & alij robustiores ex largiore potu urinas emittant aquosas, non est ratio (ut illæ credit) quod ipsa uesica minus retineatur quàm requirat concoctio, sed quia frigidior corporis temperies nequit excrementa ea gignere, quæ debent misceri cum ipsa urina, & concoctam eam reddere, id quod illis etiam accidit, qui inebriantur, opprimunt enim in illis calor natiuus, concoctionis author, qui pariter nequit concoctionem in alimento & humoribus perficere, & ob id desunt ea excrementa. Ceterum Hæctica renum, & extenuatio locorum, in quibus inquit solet concoqui urina, non reddunt urinas aquosas alia rone, nisi quod calor natiuus cum ea siccitate validus persistere non potest ad concoctionem efficiendam, & requisita excrementa gignenda. Iam caliditas renum & iecoris si trahit potum ut bibitur, & non concoquit, faciet ut qui ita laborant, mingant uinum & non aquam: cur enim non meminit potione uini, ut aqua. In Diabetica passione, urinae quidem aquosæ minguntur, quia ob continuam & subitam attractionem aquosi humoris geniti ex potu, atque etiam ob illius multitudinem, excrementa misceri nõ possunt cum urina, aut si miscerent non respondent quantitati aquosi humoris, & propterea non possunt apparere & ostendere concoctionem quæ fit: nam si non fieret concoctio, non possent tot annos uiuere cum eo malo, & maiorem profectò ostenderent in corpore læsionem.

Ceterum, aqua thermalis non eicitur cruda, eo quod non continetur ob multitudinem, sed quia in tanta copia aquæ quæ bibitur non possunt apparere, quæ gignuntur excrementa. Iam uero frigida intemperies iecoris non reddit aqueam urinam per se, ob frigiditatem, sed quia frigiditas bilem non gignit, quæ possit tingere urinam. Nec siccitas est causa tenuitatis, quandoquidem in tertianis febribus, in quibus siccissimus & calidissimus humor exuperat, hinc flaua & crassa. Postremò quod scribit urinam nõ solum in iecore, & renibus, sed etiam in uesica concoqui, & non concoqui, cum non retinetur in illis partibus, caret omni ratione: Urina enim (ut superius ostendimus, & alibi diligentius) nullam aliam recipit concoctionem præterquam in uentriculo, ubi gignitur cum alimentum concoquitur, & nullam aliam recipit concoctionem, præterquam assimilationem in calore, propterea alba fit, quia uentriculi substantia alba est, quam enim aliam alterationem recipere potest, uel uinum, aut aliud potione genus. Substantia uero, & contenta recipit urina ex concoctione humorum quæ fit in hepate: nam ex bile flaua & alijs speciebus bilis quæ gignuntur pro dispositione corporum, pallida, flaua, rufa fit, & reliquos colores recipit qui probati solent in sanis & in agris, laudari & damari pro mixtionis rone. Ex bile uero nigra liuidi, ni-

gri, & alij pessimi colores gignuntur. Ex pituita vero, quæ miscetur cum vrina bene elaborata plus vel minus, fiunt nubecule, & engoremata, & sedimenta; ex ea crassiori, sine concoctione reiecta, & mixta cum vrina, fiunt non vera, sed mala sedimenta, quæ aliquando vt farina crassa, aliquando sub alia forma conspiciuntur. Ista sunt mi Cardane, quæ cum adfunt cum quadam mensura, vrinas reddunt concoctas, alioqui crudas, aut etiam cum cruditate pessimas, non ipsa concoctio, aut retentio, aut expulsio potionis aquæ, vel vini. Sed iam ad Hipp. redeamus, qui merito scribit vrinas perspicuas & albas malas esse: nam indicant aut non gigni bile quæ vrinas tingit, & hoc est cruditatis indicium; aut genitam non misceri cum vrina; aut mixtam non posse per angustos vrinarios meatus percolari. Non gignitur, aut certe paritissime, vbi intemperies frigida est, aut materia pituitosa plurimum exuperat: illo modo senes aquosus & crudas reddunt vrinas, hoc vero quartanarum multi ab initio, & qui quotidianis febribus & hydrope Leucophlegmatia laborant, & qui crapulæ ebrietatque indulgent. Iam genita, non miscetur, cum in alias partes transfertur, & maxime in eas, quæ contrariæ sunt partibus per quas transit vrina, cuiusmodi est caput; tunc enim merito Phrenitidem significare solet, quia bilis quæ cum vrina misceri debebat, effertur ad caput; Postremo, vrinæ redduntur crudæ & aquosæ, cum ob calculos vel obstructions in renibus, uia solum patet aquoso humori tenui, clausa vero est bili & pituitæ, quæ colores & contenta in vrinis faciunt, & eas concoctas reddunt: & tunc concoctio quidem fit, sed non apparet, quoniam retinetur excrementa quæ concoctionem ostendunt in vrina.

APHORISMVS LXXIII.

Quibus præcordia suspensa, murmurantia, lumborum dolore superueniente, ijs alui humectantur, nisi status erumpant, aut vrinæ copia prodeat; hæc vero in febribus.

PERTINET & hic Aphor. ad prædictionem; docet enim quid sequi solet in febribus vbi hypochondria sunt inflata, & murmurantia, superuenitque deinde dolor lumborum. Sequitur, inquit, vnum ex tribus, scilicet, aut alui deiectio humidior, aut eruptio flatus; aut vrinæ multitudo. Quæ quidem ostendunt causas quæ hypochondria reddunt inflata & murmurantia: nam vt rectè docet Gal. suspensa & inflata fiunt præcordia, vel ex aliquo affectu, qui difficilem hæt solutionem partium subiectarum, vt in hydrope contingit, vel ex recenti aliquo affectu, cuius generis sunt inflammationes hepatis, & lienis, sed huiusmodi inflationes sunt sine murmure; quæ vero cum murmure sunt, flatum habent coniunctum, qui vix sine aliquo aquoso humore consistit; descendente igitur flatu, & spiritu ad lumbos, dolor illic oritur: at, cum in illis partibus uia pateat ad intestina, & ad vesicam, aut in externas partes, vel flatus erumpit illic, aut si humor exuperat, & paucus flatus est, & subeat vias per quas vrina ferri solet, per tenes inquam & vesicam, succedit vrinæ multitudo. Quod si per hepar, venas miseraicas, & intestina feratur, tunc aluus humectatur. Sed vt dicam quod sentio, hic Aphor. continet sententiam ex vno fortè experimento cognitam ab Hippocrate. rarò enim hæc contingunt: propterea, vniuersalem rationem colligere non possumus an hæc omnia sequantur: quæ scribit Hipp. an quædam solum, aut fortè nihil tale: nam si veros lumbos in-

telligamus dolere, illic sistetur affectus, cum uia non pateat ad partes per quas possint fieri illæ excretiones. Si vero renes intelligamus dolere, qui lumbis adherent, sequi solum potest excretio per urinam, quæ eam affectionem liberat. At, si aliquot intestinum laboret, uia solum patebit contentæ materiæ per ipsa intestina: quare vel crepitus, aut alui commotio soluet & affectionem. Sed, quod difficilius est, uix doceri potest, quomodo scilicet & per quam uiam inflatio præcordiorum descendere possit ad lumbos: quare, ut dixi, rarò hæc fiunt, & ex illis ars constare non potest.

APHORISMVS LXXIII.

Quibus speratur abscessus futurus ad articulos, liberat ab abscessu vrina multa, crassa, & alba facta, qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri; si uero etiam ex naribus fluxerit sanguis, breui admodum solutio fit.



ABCESSVVM generatio in febribus causam habet multitudinem humorum crassorum, quos natura nec penitus uincere potest, nec et crudos omnino relinquit: nam si eos facile uinceret, facillè quoque expelleret, atque ita sequeretur euacuatio per eas per quas natura solet sua excrementa expellere. Si uero nullo modo concoquere & uincere potest, opprimitur natura, quæ nullam expulsionem tentare potest. In mediocri igitur uictoria excitantur fluxiones, quæ abscessus committunt in partibus debilioribus, sicut sunt articuli; aut in mollioribus & raris, ut sunt glandulæ; aut in alijs quæ apte sunt recipere aliunde influentes humores, de quibus alibi egimus. Contingit tamen, ut ubi expectatur abscessus, succedat euacuatio aliqua quæ illam prohibeat. Est autem inquit Hippoc. quæ id facit vrina multa, crassa, & alba: talis enim vrina, multam pituitosam materiam ex qua abscessus fieri solent, euacuat. Contingit etiam deiectionem copiosam ex tali humore idè efficere, quod præstat vrina multa, crassa, & alba, nonnunquam etiam sanguinis profluium, ex naribus pariter accedit abscessus.

Contingit autem aliquando fieri excretionem per sanguinis profluium è naribus, quando multus subest calor, qui materiam agit, multumque flatus gignitur ad superiores partes fit ascensus, alioqui fiunt euacuationes per vrinas, aut alui fluxum: nonnunquam uero vtrinque euacuatio fit, cum pars materiæ sursum eleuatur, alia uero decumbit. Ac duplex hæc euacuatio, maioris mali solet esse indicium, quippe, cum natura plures euacuationes non aggrediatur, nisi uehementius grauetur & stimuletur. Quod si dominatur, materiamque uicit perfectius, tunc citius fit morbi solutio, ex duplici quæ ex vna euacuatione. Ceterum, quod scribit (qualis in laboriosis febribus quarto die quibusdam incipit fieri) consideratione dignum est, an scilicet intelligat laboriosas febres, quæ ex laboribus & lassitudine sunt comparate: an potius quæ lassitudinis spontaneæ sensum habent: utriusque significati exempla sunt apud Hipp. in Epid. sed hoc loco intelligere non potest febres natas ex laboribus, nulla enim ratio aut experientia docet in illis fieri vrinas, quales hic describit: siquidem, labor pituitosas materias discurit, biliosas uero gignit. Intelligere igitur oportet febres lassitudinarias, quæ sunt cum sensu lassitudinis spontè nascentis: talis autem lassitudo tensa est, causamque habet flatuosam, multam pituitam, materiam abscessus & prædictarum vrinarum, & causam excretionis sanguinis

nis per nates. Id vero q̄ scribit (quarto die tales reddi urinas,) suspectum est: nam in materia tam crassa & viscida quomodo natura potest in primis diebus urinas emittere viles: id. n. fieri sine concoctione nō potest, quā vix in acutissima & biliosissima materia in tam breui tempore fieri potest; tamē locus est lib. 6. Epid. Cōm. 4. tex. 2. vbi ita scribit Hipp. unus textus hēt: urina crassa, alba, qualis Archigenis, in laboriosis quartanis, interdum exit & laborat abscellu: si vero ultra hoc & sanguis ē narib. profluet satis & copiose alter verosic: Urina crassa & alba qualis Amphigenis famulo prodijt, in laboriosis febribus quādo quarta die exit, ab abscessu liberat: si vero præterea sanguis ē narib. profluxerit, proflus lenat. Sed hæc vt rara sunt, ita in Aphorismis locum habere non merentur.

APHORISMVS LXXV.

Si sanguinem aut pus mingat, renum aut vesicæ exulcerationem significat.



Vid ostēdat sanguinis aut puris mictio docet in hoc Aph. significat, inquit, in renibus aut vesicæ ulcus. Quam sententiā Gal. expendens, ait, hoc non esse commune omni vlceri, quippē, cum vlculcula non soleant sanguinem effundere sed solum pus; intelligendum igitur esse in signe vlcus. Præterea, non probat hanc lectionem quæ habet sanguinē aut pus, sed aliam in qua legitur sanguis & pus: quandoquidem contingit ex superioris alicuius partis rupto abscessu pus mingi sine sanguine sic etiā ex apertione aut anastomosi venarum emulgentium sanguis urinaq; cruenta mingitur, quod non est renum aut vesicæ exulceratæ indicium: requiritur igitur cum sanguine pus. Addit præterea, sanguinis & puris mictionem nō solum renum & vesicæ exulcerationem, sed etiam meatuum vrinariorum & pudēdi significare. Verum, vt ab hoc exordiar, si sanguis exire nō potest per vrinam, nisi vlcus fiat in vase aliquo in signi sanguinem continente, fortē nunquam fiet huiusmodi sanguinis excretio, exulceratus illis vas, in quibus exigue admodum venæ conspiciuntur. Cur autem requiratur in signe vlcus in magno vase sanguinem continente, si debet exire cruetā urina, ratio est, quod exiguus sanguis qui ex paruo vlcere in exiguo vase refudat, cito concoquitur & antevertit puris generatio sanguinis excretionem; qua quidem ratione fit, vt qui vlcus habent in superioribus pulmonis partibus, vel in alia illius substantia, vbi non sunt magna vasa, nunq̄ expuunt sanguinem, quod Medicis multis imponit, qui didicerūt non fieri tabē nisi primo sanguis, deinde pus expuatur. Ceterum, sæpē quoq; consistunt vlcera in renibus & vesicæ absq; sanguinis effusione: n. in recenti vlcere solet quidem excerni, sed posteaquam callosum factum est vlcus, illie perseverat cū aquoso quodā pure absq; sanguine: vt in his apparet, qui vlcus ex mulieribus impuris contrahunt in pudēdo quod genus mali falso omnes ferē Medici gonorrhœam vocare solent, cum nihil tale sit: nō enim est semen, sed pus quod excernitur, & hoc cum dolore pudēdi ubi est ulcus. Gonorrhœa vero consistit sine sensu doloris in alijs partibus. Illud quoq; notādū est, non solum ex vlcere, sed etiam ex anastomosi sanguinem mingi, sed hoc sine pure: quare rectē addit Hippoc. cum sanguine pus.

APHORISMVS LXXVI.

Quibus in urina crassa existente caruncula parua aut veluti capilli una excunt, his à renibus excernitur.



Hic quoque Aphor. demonstratiua signa continet; Docet enim aliquid à renibus excerni. Sunt autem quæ hoc ostendunt urina crassa, caruncula parua, & capillamenta, quæ mingendo excernuntur, sed diuerso modo hæc sunt signa: nam caruncule parue, renes ipsos necessario affectos ostendunt, & genus quoq; affectus monstrant, nempe, ulcus, & illē siue cum urina crassa, siue cum alia exeat, eundem semper effectum significant: tamen, ubi ulcus est, uix mingi possunt urinae quin crassescant ex mixtione puris, q̄ necessario ex omni vlcere prouenit.

Huiusmodi uero carunculae per parua frustula diuise, non possunt ab alia parte quā à renibus crassis & densis, & ueluti compactis ex huiusmodi carne, decidi: nam alię omnes partes quę expurgari possunt per urinam, ut uenę, arterię, meatus urinarij uesicę, tunicis membranisque; & non carne solidiore constant. At capillamenta etsi à renibus excunt, non tamen necessario illos affectos ostēdūt. Gigni enim ea possunt etiā in uenis ex pituita crassa & uiscida à calore resoluentibus subtiliores partes, & alias cogente, sed prius diuiduntur in minores & longiores partes, pro materię patientis conditione, ita, ut tandem formam sumant capillorum, in longitudine, tenuitate, nonnūquam etiam hæc capillamenta gignuntur in renibus ex pituita, quę diu illic retinetur, recipitq; supra dictas impressiones. Nec mirari debet Gal. lib. 6. de Locis affect. cap. 3. quomodo tam longa capillamenta in exigua renum cauitate contineri possint: nam quod hęc contorquetq; potest, caret hæc dubitatione. Ceterum, caruncule renum, magnam exulcerationem ostendunt, & ob id raro conspiciuntur, capillamenta uero sæpius in his qui magnis calculis in renibus laborant. Nam pituita diu illis adheret cum exitu liberū habere non possit, atque ita calori tempus longū concedit vt ex ea huiusmodi capillamenta gignantur. Gignuntur quoque vt Gal. rectē admonet, in uenis ex frequenti esu tabę froxę, & aliorum leguminum, & casei, panęq; malę coctō, & fermentato; denique, ex omni cibo crasso & viscido, ex quo facillē talis pituita generatur. Verum, non solum caruncula & capillamenta ostendunt renes affectos, sed etiam lapilli, & arenulę, quæ minguntur, & alia nonnulla quæ in alijs quib. uisā sunt gigni; Refert. n. Cardanus, se diu minxisse multos grumos atramento simillimos, forma & magnitudine lentis, quos desijt mingere, posteaquā filio suo amputatum est Mediolani caput. Idem refert, se uidisse mictos plurimos vermiculos albos, breues, tenuissimos, qui pediculi dimidium non aquarebant, diuq; uiuebant. Item alium Hispanū dicit sæpē minxisse pilos multos. Ego uero Lugduni in Rafacle Parnisio lanuensi, anno 1535. uidi postquam diu renū dolore laborasset, & petijisset, dissecto corpore & renibus, dracunculū cum alis & cauda longum quantum est index digitus, quod ēt ex me refert D. Rodolētius in affectionibus renū. Quibus oibus malis detruendis, & abluēdis, nihil puto esse uilius aquis Theriacalibus falsis & nitrosis, quales sunt quæ dicuntur de monte Cattino, inter Pistoiam & Lucam; cum. n. huiusmodi aquę spontē ferantur in renes, & in magna copia bibantur, rationi consonum est, quod experientia pariter sæpē docuit, nihil deesse quod faciat ad abstergendas mundandasq; eas partes.

APHORISMVS LXXVII. A

Quibus cum urina crassa fursurea quadam exeunt; his vesica scabie laborat.

Aphorismi huius interpretationem nullam cur fecerit Argenterius, diuinare haud possumus: si tamen coniecturis agendum est, arbitrari licebit, alio quodam loco fufius vbi de vrinis egit accuratè & ex proposito, materiam eius pertractasse, quare ad libellū eius de vrinis auido lectori iudicamus recurrendum Hippoc. autem verba apposuimus, ne series Aphoristica interiecta apparetet & mutila.

APHORISMVS LXXVIII. B

Quicumque sponte sanguinem mingunt, ijs à renibus uenulam ruptam significatur.

Sanguinis ex spontanea per vrinam emissione, ostendit quænam pars afficiatur, & qualis sit affectus. Afficitur inquit, uenula in renibus rupta; quod an verum sit, expendamus, oportebat. Id quod fit primum, verbis rectè intellectis. Igitur quod spontè dicitur, interpretatur Gal. sine causa manifesta: vel repente, nullo casu præcedente. Sanguinem præterea intelligit purum, & non aquosum; adeo, vt talis sit sensus. Si purus sanguis mingatur, absq; euidete causa, & repente, uenula in renibus rupta significatur; quod quidem perpetuò verum esse non potest: nam qui membro aliquo mutilati sunt, nisi solito parcius viuunt, solent certis temporibus sanguinem euacuare, vel per aluum, vel nares, aut etiam per vrinam, vel ani venas; nequaquam affectus renibus, aut eorū venis. Præterea, dubium est, quomodo velit venas in renibus rumpi: nam si negat eas rumpi posse in vesica, eo quod in corpore illius sint firmatæ, multo minus contiget ruptura in renibus solidis, densisq; partibus. Quare, non de venis quæ sunt in renibus videtur ruptura intelligenda. Et videtur Hipp. ignorasse renum structuram, & diuisionem, atque ortum venarum quæ in eos inferuntur: nā (vt Cardanus citat) in môchlico, ita ille scribit: Principalis vena quæ iuxta spinam est, et in renes radices agit, tenuibus ac fibrosis uenulis iuxta spuriam costam. Item in libro de Locis in homine: Dux inquit venæ, iuxta tendines coli feruntur, & iuxta uentricula, & desinunt in renes; et autem in testes etiam penetrant, quæ cum affectæ fuerint, sanguinem homo mingit. Alia habet alibi de his venis, quæ anatome non agnoscit. Vesalius quoque tradit, quæ à Fallopio refelluntur, quæ quilibet in illis authoribus legere potest, ne ex aliorum libris prolixior reddatur mea tractatio. Ego, vt breuiter hic dicam quod sentio, nescio an spontè vnamquam mingatur sanguis rupta vena in renibus; id enim in plethorice corporibus sæpè fieret quod rarò, aut nunquam factum vidij, ex saltu verò aut casu, vel alia violenta, & euidente causa, hoc non rarò fit. Sed quæ vena rumpatur, & in quo loco, an scilicet vel in renibus, vel supra renes, aut infra, diuinare non possumus: sed ratio coniecturam facit, venas emulgentes pendulas & satis tenues, facilius alius pati posse rupturam; et erosionem, autem promptius experiri possunt venæ quæ sunt in renib. non tu aptè natura, sed quod illic causæ potentiores sint ad erosionem committendam, vt lapides qui frequenter in renib. generantur. Sic etiam Anatomis in renib. frequenter fit, apertis orificijs venarum quæ in renes ipsos finiuntur.

APHORISMVS LXXIX.

Quibus in vrinis arenosa subsistunt, ijs vesica laborat calculo.



Via sæpius incidit mentio de calculo, præstat hoc loco quæ communia sunt huic tractationi, deinde quæ propria huic Aphorismo narrare. Primum igitur causas, generationis calculorum explicabimus, deinde signa, postea leuiter curationem attingemus; quoniam non est nostri instituti & officij, eam exactè profequi. Porro in causis calculorum multa sunt dicenda, quænam sit scilicet materia ex qua calculi generantur, quæ efficiens causa, quæ loca apta ad illorum generationem, qui generationis modus; finalis autem causa nulla habetur. Calculi materiam multiplicem tradunt esse Authores: nam Gal. in 1. lib. de Elementis capit. de pane loto, crassam simulque viscidam materiam calculi ponit, & merito quidem: hæere enim & immorari oportet renibus materiam, si lapidescere debet, vt paulatim à calido exsiccat, indureturq; id quod viscidæ qualitatis beneficio facit. Præterea, absq; visciditate in sabulum perpetuò degeneraret humor, qui exsiccat. Quapropter ostendant calculi solidi, & oblongi, requiri quendam lentorem ad illorū generationem. Potrò, necessaria est quoque crassitudo, quæ tæternæ substantiæ dominium ostendit, sine qua nequit terrenum corpus densum & solidum concresecere; quod si ita est, potest sola pituita materia esse lapidis; alius vero humor syncerus nequaquam; habet enim pituita crassitatem, & lentorem, ceteri vero humores lentore carent, & nonnulli crassitie. An vero ex vniuersa massa humorum qui sanguis dicitur, possint lapides fieri, expendendum est: ostendunt enim arenulæ & lapides rubri qui excernuntur, sæpè non aliam posse esse tūc materiam quam sanguinem; nec mirū, siquidem sanguis pituitam multam in se continet, & reliquorum omnium humorum particeps est: Igitur sanguinem ipsam. i. omnes humores simul subijci ad lapidis generationem; solam verò pituitam ostendunt: lapides albi, & arenulæ candidæ; pituitam autem mixtam cum melancholico monstrant lapis, & sabulum quod nigricat, sicut bilem, cum pituita pallidus flauusque color qui in illis conspicitur.

Alij vero, vt Braslauolus ex 4. lib. de morbis Hippoc. ex arenis glutinosis & sedimento vrinæ lapides quoq; fieri tradunt. Verum, vt ex sabulo lapides non fiunt, ita si hoc modo fit, calculus ex ipso sedimento & pituita gignitur, nihil ad hoc conferente sabulo incluso; quod ita aliquamdiu ex ea Arena fit, non fit calculus inquit Cardanus, sed topus: Qui Author vult, ex lapide facto in renibus nonnunquam etiam gigni lapidem in vesica, quod mihi parum probabile videtur: nam posteaquam lapis ex renibus deuolutus est in vesicam, dolores excitat, qui non permittunt naturam quiescere donec illos eiecerit, propria igitur calculorū materia est pituita, sabuli vero alius quilibet humor, qui terrenus fieri potest vt bilis omnis. gignuntur ceterum lapides vt plurimum in renibus & vesica, sed in pueris semper in vesica, in renibus nūquā, adultis vero vtrobiq; sed frequentius in renibus; Generantur aut nonnunquā in ventriculo & in intestinis, vt experientia docuit nostra ætate in Fracisco Firmeliga Medicinæ professore Patavij, qui cum dolores profundos pateretur in ventre, nulli remedio cedentes, tandem excreto magno per aluum lapide, liber factus est. Prouenit nonnunquam etiam sed rarissime in vtero ob decliuem ipsius situm, & frequen-

tes ablutiones ex sanguine mestruo, non raro autem generantur in vesica, quæ bilem flatum excipit, qui tunc causa est morbi regij, cui non mirum si non cõferunt aperiçtia, quæ obstructionibus competere dicuntur, quippè, cum vim non habeant extenuandi lapides, sed humores. Iam vero lapides dicunt concrefcere ob siccitatem vel calorem, vel frigus, argumento quod lutum lapidescat à frigiditate cõcretum, vel à calore, resolutum humido tenuiore, & densatis crassiore cum partibus terrenis, vel eodem humore consumpto à siccitate sibi contraria, quomodo aqua terræ mistione consumitur. Verum in nostro corpore, nequit frigus viuentè animali aliquid efficere, omnia enim quæ in eo sunt, actu calent, nullus autem calor actualis qualiscumq; sit congelandi vim habet, sic etiam siccitas vim non habet exsiccandi, ita enim senes omnia sicca gignet; at illi, humidissimis humoribus nempe pituita maximè aquosa abundant; solus ergo calor in nobis habet vim agendi pro sua vi, & materia subiectæ ratione; cum enim mediocris est, certa prestat officia, quæ secundum naturam dicuntur; cum vero debilis est, tunc frigida in nobis temperies esse dicitur, quæ sanè frigida nõ est, cum actu caleat, & calor adhuc, dominetur, sed frigida dicitur, quod infra mediocritatem caloris subsistat, & ob id imbecillis caloris officia exercet, cum vero calor exuperat mediocritatem, ille iam dissipandi consumandiq; humores vim habet, vnde sequitur siccitas & quæ ab ea originè habet. Calor igitur generationis lapidis causa est efficiens, estq; huiusmodi calor, nunc vehemèntior nunc imbecillior, argumento, quod nonnulli calculosi, frequenter de caliditate renum cõquerantur; alij vero minimè: nam quibus subest, crassa admodum & terrena materia, imbecillus calor potest lapidem excitare, ijs vero quibus tenuior materia est, vehemèntior calor requiritur qui humorè depascere, & in vaporem vertere valeat; An etiam non requiritur sola caliditas, sed certa quedam temperies, uel potius structura ad generationem lapidis oportuna; quandoquidem uidemus frequenter hunc morbum hæreditariu esse absq; insignis caloris sensu, quasi certa forma & substantia renum à parentibus deriuat ad liberos, quæ nulla cura prohiberi potest quo minus concrefcant in illis calculus, Generationis autem modum docet Gal. Tex. 6. 1. Comm. 6. Epid. ad hunc modum scribens: Gignitur autem hoc modo calculus in renibus: quid

quid in venis serosis tenuisq; humoris cum sanguine permixtum est, renes ad se trahit, quod si meatus qui id in renis concauitate percolunt latius patefacti fuerint, aliquid et ex crassioribus succedit, & simul ille oritur. Quoniam igitur calefactum istud in renis cauo ad topi cõsistentiam redacta fuerit, si renis uis expulsoia oẽ id una cum lotio extruserit, arenose in ipso subsidit; si uero, quod si renis cauo impactum tenacius in hærescat, aliquid aliud eiusdem materiae ea uena caua suscipiens sibiq; apponens, plus augetur, semper enim quod recens est, influit, priori circūdatur, atq; ita insigni magnitudine topus grandescit. Est recipiendus hic motus in calculis, qui in æquales, & qui ueluti adherentes superpositas partes habent inter se, sicut enim hæc additione quadam calculi, qui in æquales sunt. At æquali modo solidi, gigni uidentur statim una uice, & ex eo, quod semel in renes incidat. Quin & illud expendendum est, quomodo scilicet materia illa ex quo calculus gignitur, in renes incidat, & quid sit rei huius causa Gal. latiores renum meatus accusare uidetur: cum enim, inquit, latiores illi fuerint, non solum quod tenue est, & aquosum, sed etiam crassa & uiscida materia simul in renes illabitur, uerum multos uidemus calculo laborantes, pituitosos esse ex frigidiore intemperie præditos, in quibus ut uenas, sic & reliquarum partium cauitates angustiores esse credere par est: Præterea, in calculo uelicæ angustia potius quam latitudo meatuum causa esse uidetur generationis calculi, adeo, ut in renibus idem quoq; fieri putandum sit, ut etiam latitudo meatuum apta est suscipere multitudinem crassitudinemq; humorum, sic eandem remittere, & illi exitum præbere est parata; ad hæc, quomodo, quæ uel ratione illabatur quod est crassum in renes, nisi attrahatur, nõ uideo, & cur attrahi debeat à renibus, qui comparati sunt solum serosum humorem allicere. Quare patet, non ex eo, quod influit cum sero, calculum procreari; sed ex nutrimento, quod renes attrahunt, ubi enim sanguis pituitosus est, renes eo quoq; nutriuntur: itaq; ex portione sanguinis pituitosa digesta tenuiore, aquosa, & ærea parte lapidis concrefcit: nam si ex sanguinis massa non fieret calculus, sed ex pituita crassa quæ illabitur cum sero, quomodo color rufus & rubens cõspiceretur unquam in calculo & arenulis, liberum sit unicuiq; in hac re statuere ut placet. Atq; hæc quidem de efficiente materialiq; causa dicta sunt.

F I N I S.

IOANNIS
ARGENTERII
CASTELLONOVENSIS
PEDEMONTII

PHILOSOPHI AC MEDICI ACUTISSIMI
SIMVL, ET GRAVISSIMI,

IN FLORENTISSIMIS ITALIAE GYMNASIIS,
Neapolitano, Pisano, Taurinensi, &c. quondam Medicinæ cum Theoricæ,
tum Practicæ Professoris primarij, ac celeberrimi

OPERVM NVNQVAM EXCVSORVM.
Quæ diu expetita iam tandem è tenebris in lucem prodeunt,

PARS ALTERA:

QVÆ singularem de Febribus Tractatum, & primi libri ad Glauconem
præclaras explanationes:

Item de Calidi significationibus, ac Calido Natio doctissimum libellum complectitur.

In quibus potissimæ, ac difficilimæ totius Medicinæ controuersæ, subtiliter, & exactè dijudicantur,
& plurima præclara ad Medicinam faciendam præcepta doctè præscribuntur.

Cum Indice rerum, ac sententiarum insignium locupletissimo.

SVPERIORVM PERMISSV, ET PRIVILEGIIS.



VENETIIS, MDCVI.

APVD IVNTAS.

IOANNIS
ARGENTEII
CASTELLONOVENSIS

PHILOSOPHI AC MEDICI ACUTISSIMI
IN FLORENTISSIMIS ITALIAE VNICERSITATIBUS
PUBLICIS PROFESSORIS PRINCIPALIS AC ORDINARI

OPERVUM NOVAM EXCURSAM
Quae hic experientiam tandem et tenet in lucem produnt

PARS ALTERA:

Quae singularium de rebus Technicis & primis libris ad Chemicum
quodammodo explanantur

Quae de rebus Technicis & primis libris ad Chemicum
quodammodo explanantur

In quibus praesertim de rebus Technicis & primis libris ad Chemicum
quodammodo explanantur

Quae de rebus Technicis & primis libris ad Chemicum
quodammodo explanantur

APPLICATIO REPERIMENTI ET PRINCIPALIS



VENETIIS MDCVI

APVD IVNTAS

INDEX RERVM

ET SENTENTIARVM

INSIGNIVM QVAE IN ARGENTERII

DE FEBRIBVS TRACTATV,

Et Commentarijs in Galeni primum ad Glauconem; & in libello de calidi significationibus, calidoq; natiuo continentur.



- A**BS TERGENTIA remedia qua col. 1. B. 43. si habeant aliquam adstrictionem, intus sumpta multum possunt. *ibid.*
- Ab synthium intus purgare potest, foris autem nequit. col. 1. b. 43
- Ab synthy utilitas in tertianis. columna prima e. 141
- Ab synthium in iisdem non cum multa, verum potionibus refrigeratorijs propinandum. col. 2. c. 141
- Accessionis principium est pars febris & affectus calidi licet toto exterius eger frigeat. col. 2. E. 3. probatur ex Gal. col. 1. 4. a. & col. 2. b. 77
- Accessionis quodnam tempus sit commodissimum nutritioni disputatur. col. 2. e. 47. distinctione rei natura quaestio soluitur. col. 1. b. 48
- in Accessionibus vomitus circa initia materiam antecedentem euacuat, Sudor vero conuenientiam, col. 1. b. 124
- Accessionis noua causa non est alia, quam noua materia seu excrementi ab aliqua parte suppeditatio. columna 2. e. 103
- Accessio febrilis contingit, dum noua suppeditatur a formate materia. col. 2. c. 50. & col. 1. b. c. 51
- Aceti usus ad sedandam febrim. col. 2. a. 59
- Acetum, & acida, ut occurrant putredini. col. 2. b. c. 157
- Acida pure, frigida Galeno sunt & humida. col. 2. c. 157
- Acida quas habeant facultates. col. 1. a. 47
- Acida febribus non obsunt, sed proficiunt. col. 2. d. 143
- Acrimonia, mordicatio, punctura humorum non causat rigorem aut concussionem, neque frigus. col. 1. a. 118
- Actiones naturales sunt a partibus solidis. col. 1. c. 6
- Agendi vis ex proprio singularum partium temperamento pronouit. col. 1. e. 178. a calore vero, ut instrumemo. a. col. seq. *ibid.*
- Altiuum euadens labefactatio statum morbosum definit. col. 1. e. 3
- Altiuum laeso non debet ingredi definitionem febris. col. 1. c. 82
- Altiiones omnes hominis a febre laedi non solia officia solam; vitales quidem primo; reliquas secundario. col. 1. d. e. 82
- Altiiones multis pronouunt a forma, & occultis qualitatibus. col. 1. b. c. 152
- Agentia extrinsecus, qua febres excitant quadruplicia sunt: Ambientia, Inuncta, Apposita, vel Appensa, vel Alligata, & Irruientia, col. 1. a. 15. & seq.
- Agentia extrinsecus que quibus modis Ephemeras causent. col. 1. e. 92
- Agentia, & patientia, se contingentia necessario pariunt altiiones. col. 1. e. 145
- Altiuarij opus de vrimis quale. col. 2. e. 126
- Altiuarij sententia de quatuor concoctionibus refellitur. col. 1. e. 127
- Acuti morbi praeter breuitatem habent etiam magnitudinem. col. 1. b. 110
- Acuti morbi nomen quid proprie significet. col. 1. c. 60
- Acuta febris remedia duo. col. 1. a. 60
- Admoia, vel apposita corpori quo modo febris cause, col. 1. c. 15
- Adolescentia inter aetates temperatissima. col. 1. b. 175
- Adstrictio leuis cum aciditate quid proficiat in febribus. col. 1. a. 47
- Aer quomodo putrescat. col. 1. a. 106
- Aer per varias artes refrigeratio. col. 2. e. 56
- Aeris artificiosa calefactio pro vigore febricitant. submo uendo. col. 2. d. 58
- Aeris calida, & humida constitutio quomodo salubris, & insalubris. col. 1. d. 171
- Aeris pestilentis natura & causa inuestigantur. col. 1. e. 153. & col. seq. & col. 2. per tot. 155
- Aeris corruptela propria, & inseparabilis causa pestis. col. 1. d. 153. num propria substantia ratione semper in vicio sit, an etiam, cum temperies eius vehementer vitiat. col. 2. 153. per tot. quo modo in nobis exciuet febre pestilentem. col. 2. c. 154
- Aeris pestilentis fugiendi, aut corrigendi modus in praeservatione. col. 1. a. 157. in Curatione. col. 1. a. b. 158 vide Ambientia.
- Aestate natuum calorem paucum esse, ascitium vero multum, duplici modo verum, siue respiciamus caloris materiam siue qualitatem. col. 2. e. 79
- Aestiuus calor, vide Insolatio.
- Aetates quonam modo calida dicantur. col. 1. a. 175
- Aetas interueniente corporis habitus prohibet auxilia. col. 1. c. 34
- Aerij defectus in methodo curandi putridas; col. 1. b. 32. & col. 2. a. 139
- ab Affectibus animi, ut febres nascantur. col. 2. a. 15. & col. 1. d. pag. 90. vide Motus.
- Affectus animi quomodo Ephemeras excitent. col. 2. a. c. 19. & seqq.
- Affectus animi praesentes, & relicta ab ijs in corpore vestigia, ut cognoscantur. col. 2. c. 97
- Agaricus cur in principio febrim non propinandus. col. 1. b. 36
- Alimenta quomodo calida, frigida, humida, sicca dicantur. col. 1. c. 172
- Alimento assumpto, cur intro calor imatus redeat. col. 2. e. 178
- Alimenti, seu pabuli sui causa natiuus calor intus non recedit. col. 1. a. 179
- Alimentum in morbis, vide Vicinus, Cibus, Potus.
- Alium iberiaca rusticorum. col. 2. a. 157
- Aloe biliosos, & serosos humores leniter purgat, columna 2. e. 43
- Alimarus appellatur crassus. col. 1. d. 152
- Alimari modus quo dissidentes Galeni locos de febre sanguinis conciliat, improbat. col. 1. c. 145
- Aluum mouentia triplicia, Lubrificantia, Irritantia, Fundentia humores. col. 2. d. 43

I N D E X.

<i>Aluum in febrium principio momentia Galeni leuissima.</i>	35
<i>Aqua a leui adstrictione praedita, ob hanc felicitas aperitur.</i> col. 2. d.	143
<i>ambientia quomodo febres excitent.</i> col. 1. b.	15
<i>ambientia tum calida, tum frigida quomodo febrem causent.</i> col. 1. a. 90. quomodo humida, & sicca, b. ibi. vide Act.	15
<i>anacardina confectio ad scrupulos duos assumpta rigorem temperat.</i> col. 1. b.	59
<i>aneibo, & Apio frigidioribus remedijs vrima promouenda in tertiana.</i> col. 1. d.	141
<i>anima quid Galeno, quid Philosophis.</i> col. 1. b.	79
<i>anima iudicantiam in calore ponere ars Medica maiore quadam licentia permittit.</i> col. 2. a.	178
<i>animalia temperamento esse calida, & humida absolute.</i> col. 2. a.	171
<i>animal inter animalia medium, & optimi temperamentum.</i> col. 2. d. e.	172
<i>animalium in specie temperamenta diuersa quomodo inquiri debeant.</i> col. 2. a.	173
<i>animalium prouentus, & fuga e latibus pestis metum incutient.</i> col. 2. d. 155. item Strages, & interitus. col. 1. a.	156
<i>anni temporum varia varijs febrib. exposita.</i> col. 2. a. b. 97	97
<i>anni temporum temperamentum non ex mutua collatione, sed ex propria natura estimari debet.</i> columna 1. c.	171
<i>antidotus preclarissima experimento probata in pestilentia febre.</i> col. 1. a.	160
<i>antiqui saepe errant.</i> col. 1. b.	84
<i>antiquorum nullus integrum descripsit febrium tractatum.</i> col. 1. e. pag. 1. col. 1. b. 66. nulla principia ponunt, nihil probant, raro diuidunt, ieiunium sunt in medicamentis, nostro seculo inuisitatis. c.	ibid.
<i>antiqui multioribus medicamentis nostris caruerunt, & quae de Febribus scripta reliquerunt.</i> columna 1. b. c. pagina	2
<i>antiqui a Galeno vindicantur.</i> col. 1. a.	171
<i>antiqui saepe nomina, & res confuderunt.</i> col. 1. b.	61
<i>antiquorum scriptorum defensio non sit studiorum nostrorum finis.</i> col. 2. c.	176
<i>apy decoctum probatur in ephemeris ex obstructione post balneum, &unctionem.</i> col. 1. c.	23
<i>apomelz vsus in febribus.</i> col. 2. b.	48
<i>appensa vel apposita manifesto vapore febres excitat, an idem faciunt proprietate occulta, dubitatur.</i> col. 2. b. 15. & col. 1. c. d.	90
<i>appetitus in febricitantibus nunquam naturalis, & illisus.</i> col. 2. a.	82
<i>appetitus cibi non deicitur in bellicis contra Montanum.</i> col. 2. d.	165
<i>appetentia fiat a calido, an a frigido, & maiore in puero an in iuene.</i> col. 2. c.	175
<i>appetuum instaurat confectio ex succo Cidoniorum, vel eorum caro.</i> col. 2. a.	23
<i>aqua vi putrefiat.</i> col. 1. a.	106
<i>aqua potio qua ratione fiat aestuanti febris causa.</i> columna 2. d.	14
<i>aqua frigida potum in febribus quae indicent, circumcidant, prohibeant, ex Galeni, & propria sententia.</i> columna 2. a.	55
<i>aqua frigida potanda occasione aduenisse, qua symptomata minuunt.</i> col. 2. c.	55
<i>aqua frigida in febribus mensura temere ab Amicenna praescribitur.</i> columna 1. a. pag. 56. quae sit iusta. b. ibidem.	56
<i>aqua frigida exhibitae, quid agro imperandum.</i> columna 1. b.	56
<i>aqua frigida potus substituitur vene sectioni omissa in synochis impuri.</i> col. 1. d.	105

<i>Aqua hordei sudorifica.</i> col. 2. e.	43
<i>Aqua hordei quibus febribus exhibenda, quibus non, ac quae ratione statibus exuenda.</i> column. 2. c. 48. & column. 1. d.	144
<i>aqua sola, vel cum saccharo cocta, vel cruda quando exhiberi debeat in febribus.</i> column. 2. d. 48. quibus syrupus admiscenda. col. 2. 143. quando coquenda cum calefacientibus. col. 2. e.	143
<i>aqua cum semmibus & aromaticis coquuntur ob status.</i> col. 1. a.	49
<i>aqua destillata non probantur accessionis febrilis tempore contra sitim.</i> col. 1. a.	49
<i>aqua cum inlepe, & syrupis quare quandoque potetur in accessione.</i> col. 1. b.	49
<i>aqua composita potu iucundissima Iulij Pont. M. profabricitantiibus, & podagricis.</i> col. 1. a.	144
<i>aqua vite uncia vna cum scrupulo vno cariophyllorum potari potest contra rigorem.</i> col. 1. b.	59
<i>aristoteles optimus dicendi magister.</i> col. 1. b.	70
<i>arteria affectus quomodo mutentur ordinem, & equalitatem pulsus.</i> col. 1. b. c.	96
<i>arteriarum constructio per fasciam, & emplastica in dolore capitis.</i> col. 2. a.	58
<i>arteriarum & venarum contiguitatis causa.</i> column. 1. c. pagina	179
<i>arteriarum motus quem habeat vsus.</i> column. 2. a. 179. vide Pulsus.	179
<i>asari puluerizati drachma vna, vel scrupuli dua cum usculo pulli vel aqua hordei epoi multos iniegit liberrant tertiana.</i> col. 1. a.	141
<i>assumpta febres efficiunt, sunt triplicia, Alimenta, Medicamenta, Venena.</i> col. 1. c.	88
<i>assumpta tripliciter vitiata febres gignunt.</i> column. 2. b. 14. cetera eorum vitia rediguntur ad tria dicta, scilicet quantitatem, substantiam, qualitatem. c. pag. eodem.	88
<i>assumpta singula quibus modis febrem gignant.</i> col. 1. d. 89. si quantitate peccent, d. ibid. si qualitate. e. ibidem. si substantia. col. 2. c. ibid.	89
<i>assumpta qua, quos modis, in quibus subiectis Ephemeris dent occasionem.</i> col. 1. d. 92. & col. 2. e.	19
<i>assumpta qua, & quomodo febres putridas gignant.</i> column. 1. b.	29
<i>assumpta pro discutiendo rigore febrili.</i> col. 1. b.	52
<i>atom in vrimis vnde.</i> col. 1. b.	134
<i>atrabentia, & atractio, vide Purgantia.</i>	
<i>auicenna in scribendo vitia.</i> col. 2. c.	2
<i>auicenna in scholis non pralegendus multis ob causas.</i> col. 1. a.	66
<i>auicenna de concoctione in ore sententia rejicitur.</i> columna 2. a.	127
<i>austrera, & acerbata praeseruntur acidis in reprimenda putredine.</i> col. 2. b. c.	157
<i>auinum temperamentum.</i> col. 1. d.	171
<i>autumnales febres plerumque putridae.</i> col. 2. a.	31
<i>autumnus cur gignat quartanas.</i> col. 1. a.	125

B

B <i>Ainea nostris temporibus paucis accommodari possunt, & omnibus sunt insueti.</i> col. 1. d.	94
<i>Balneum aquicum, vel acrum, quibus Ephemeris conueniat.</i> col. 2. a. 21. eius vsu quae moderentur. col. 2. c. 21.	21
<i>Balneum non est omnibus ephemeris laborantibus imperandum.</i> col. 1. b. 94. neque eodem modo, in quibus conuenit vsurpandum. col. 1. e. 100. in ea, quae ex bubone, quid asserat periculi. d. ibid. quid post adhibendum balneum sit agendum. e. ibid. quomodo fricandum. ibid. vngendum. col. 2. a. ibid. cibandum. b.	100
<i>Balneum cur ferat omnibus diuersis conueniat.</i> col. 1. c. 97. quibus nocet. d. ibid.	97

I N D E X.

Balnei vsus in ephemera ex densitate cutis . colum. 2. e. 21. & sequen.	
Balneum aqua tepida, aut calentis in quibusdam quomodo punctiones exciuit, in alijs corporibus modificationes, in nullis rigorem. col. 2. e.	120
Balneum non obest, quum usio febre commisit, quamvis Destillatio adstet, vel Grauedo. col. 2. e.	22
Balneum in ephemera cum Destillatione conuenit in declinatione, si ex causa calida, si vero à frigida non nisi concocta destillatione. d. ibid. si ex lassitudine, conuenit potius aqua balnei, quam aer. e. ibid. si ex obstructione, conuenit, ablato metu transmutationis in aliam febre. col. 1. b.	23
Balneum aquenim vel est aqua potabilis, vel marine, vel thermalis, natura arte ue alterata. columna 1. a. pagina	142
Balnea que non conueniant in febrib. putridis. col. 1. b.	142
Balnea naturalia sunt apud Gal. calida, & sicca omnia. col. 1. c. 142. ubi refrigerantia, & humectantia mirifice inueniuntur.	ibid.
Balneum aqua frigida non obest post signa concoctionis in Causa, ex quo suo praesertim. col. 1. a.	62
Balnei in tertianis vtiendi modus, & tempus, à Galeno male prescripta. colum. 2. b. p. 142. quando illi sit locus. c. ibid.	
Balneum aqua potabilis herbis frigidis, humidisq; alteratum in tertiana probatur. col. 2. a.	142
Balnea que, quo ordine heclicis congruant. columna 2. c. pagina	166
Balnei exemplum non est ad separandam heclicam ab alijs accommodatum. col. 1. c. 11. cum tamen ad declarandum caleferi, & calefactum esse appositis adductum afferuerit. col. 1. c.	10
Balnei exemplum non potest accommodari generibus febrium. col. 2. c.	85
Bilem generantia que. col. 1. b. c. 122. quomodo inueniuntur tertianam. d.	ibid.
Bilis atra cause generantes. col. 1. a.	125
Bilis species quas putridarum pariant species. col. 2. b. pagina	107
Bilis an ferociat extracto sanguine. col. 2. b.	33
Bilis que tertianam, que quartanam generat. col. 2. e. 28. & seq.	
Bilem in habitu corporis congestam febre effecere intermittente tertianam ex aliorum sententia. 49. col. 2. e. 49. refutatur hac sententia. col. 2. b. c.	50
Bilis & Sanguis facilius quam Pituita, & Melancholia putrescunt. col. 1. c.	26
Bilis tribus causis deficit in urina, non generata, alio trahata, im pedita. colum. 2. c. pag. 130. hinc urina alba. ibidem.	
Bilis quot modis urinam faciat sanam, subsanam, rursam, subrusam. col. 1. b.	131
Bilis rufa quid. col. 1. c. 131. quomodo urinam efficiat rufam, vel febrilem.	
Bilis porracea sola facit urinam viridem. col. 2. a.	131
Bilis atra facit urinam nigram splendendam, non calor, aut frigus. col. 2. c. 131. reddit quoque oleaceam, & luidam. b.	ibid.
Bilis non est materia hypostasis, neque humor melancholicus. col. 2. b.	132
Bilis qua ratione continuam, imo & continentem gignat. col. 1. c.	147
Bilis atra raro generat continuam, medum continentem. col. 1. d.	147
Bilis flaua, & atra separatio illa Fernely non facit febre biliosam, aut melancholicam. col. 1. a.	145
Bilis an sudoris materia. col. 2. e.	122
Bilis actus morbum faciens, an potentia sit vacuanda in tertiana principio. col. 2. d.	140
Biliosus humor improprie crudus. col. 2. a.	39
Bilis in principio à se genita febris purgari potest, quia quodammodo collis humor. col. 1. d.	39
Biliosi humores vomitu non purgandi, nisi uehementer natura conciteur sursum. col. 2. c.	43
Biliosi melius coquunt aqua bibita, quam vino. col. 1. c. pagina	143
Biliosi facile exoluntur, ideoque in diem non tolerant, col. 2. e.	61
Bolus Armenus quare plus profuerit Pesti, Thucydidis tempore quam nostri. col. 1. c.	159
Bubones quid sint. col. 1. c.	93
Bubones internam, externamve causam habentes variant euentu. col. 1. c. d. & col. 2. a. b.	93
Bubones quando, seu quomodo Ephemeram, aut Putridam generent, Galeni opinio. colum. 1. d. 93. refutatur. e. ibidem. Argenterij sententia. columna 2. a. pagina eadem	93
Bubonum cur alius Diariam, alius Putridam gignat, ex propria non Galeni sententia. columna 2. d. e. pagina	29
Bubonum vaporem potius, quam calorem solum cordi mittit. col. 2. d. e.	99
Bubonem balneum. col. 1. d. 100. efflagitat Gal. viciu tenuem. col. 2. 100. Argenterio moderatiorem solito. c. ibidem.	
Bubo contraindicat vinum. col. 1. b.	101
Bubonis pestilentis curatio. col. 2. a. 158. eundem suppuras nobilissimum remedium. b.	ibid.

C

Calaminta vel sola, vel cum melicrato pota sudorem mouet. col. 1. a.	46
Calidi significatio, & natura serio inuestiganda. col. 1. a. 169. quam male, & varie Galen. hac in re versutus fuerit. ibid.	
de Calidissimo cur libellum ediderit Argenterius. colum. 2. a.	169
Calidi, frigidi, humidis, siccis nomina de quibus dicantur in Medicina. col. 1. a.	170
Calida, frigida, humida, sicca, quomodo dicantur temperamenta. col. 1. & seqq. 172. quomodo alimentis, & medicamentis. col. 1. c. 172. quomodo atates. 175. 176	
Calidum Philosophis solam qualitatem; Medicis substantiam quoque significat. col. 1. b.	170
Calidius aliquid dicitur quattuor modis apud Arist. ex Gal. adduntur duo alij modi. col. 1. c.	170
Calidum absolute quid dicatur apud Gal. non liquet, ob eius varietatem. col. 1. d.	170
Calidum absolute apud Argenterium dicitur, quod est sine collatione suapte natura tale. columna 2. b. pagina	170
Caliditas non est causa cur aliquid potius attrahat, quàm attrahatur, (enim supposita inter duo similitudine substantia.) col. 2. d. 167. sed forma substantialis, & facultas propria. col. 1. a.	168
Calor, frigus, neque urinam viridem reddit, neque luidam, aut nigram. col. 1. a.	131
Calor, & calidum natuum, ut distinguantur. col. 2. b. pagina 5.	
Calidum natuum, & calor naturalis distinguuntur, ut qualitas, & substantia. col. 1. a.	79
Caloris natui que sint conditiones. colum. 2. c. p. 5. & col. 1. c.	79
Calidum natuum debet esse haliosum, spirituosum, atherenim, quo vterius ad famosum, ignem, acrem, transfuso nature minus conuenit, unde prater naturam dicitur. col. 1. c.	79
Calor natuus non semper easdem conditiones retinet; sed easdem per atates paulatim amittit. col. 1. d. p. 79. in Ca-	

I N D E X.

in Calido immato quomodo liceat anima substantiam ponere. col. 2. a	178	& columna 2. e. pag.	79
de Calidi immati substantia quam varia Galenus protulerit: & quomodo vera sint omnia ostenditur. col. 2. c. 176. & seqq. quam tamen confusione quorundam dissidia inter quosdam pepererit. col. 2. b.	177	Calor naturus quomodo exuberet hyeme, ascititius autem te. col. 2. b. 6. & col. 2. e. p. 79. & seq.	179
Calidum nativum duplex semen & sanguis ex his utrum duo nascuntur, insitum, & influens. colum. 1. a, b pagina	79	Caloris naturus conservandi, augendique modus est sanguinis, spiritusque; boni procurare copiam, & motum convenientem. col. 1. b. c.	179
Calidum nativum triplex, unde triplex calor, columna 2. c.	5	Calidum nativum quos habeat calores oppositos. col. 2. c. pagina	177
Calidi immati nomen quadruplici potest substantia attribui. col. 1. c.	177	Calor in ira neuter est, neque naturalis, neque morbosus. col. 1. a.	78
Calidum immatum quoddam ex his quatuor substantiis agat, seu motus viam obeat, quod non: quoddam potentia, quod vero actum. col. 1. b.	178	Calida, & humida constitutio aeris, ac corporis quomodo salubris, & insalubris. col. 1. d.	171
Calidi immati precipuum munus, & actio. colum. 1. d. pagina	178	Calor imbecillior putridis, validior heceticis generandis, sed tollendis omnibus temperatior, quibusdam etiam acrior magis est idoneus. col. 2. a.	88
Calidum immatum quoddam mobile, aliud immobile. colum. 2. b.	178	Caliditas, aliena, externa, putrefaciens non est solius aeris ambientis, sed quacumque excedens, & prater nat. col. 1. a.	26
Calidum immatum motu an quiete suas efficiat operationes. col. 2. b. c.	178	Calor naturalis, & proprius quomodo in putrefactione debilitetur, ut suum nequeat humidum gubernare. col. 1. a.	28
Calidum immatum influens commune instrumentum temperamenti, & anima. col. 2. d. 178. cur vitalis facultatis precipue dicatur essentia. ibid.	178	Calore ne, an humore prius spoliatur, quod putrefit. colum. 2. a.	27
Calidum nativum qua ratione fontes habeat, qua non. col. 2. e. 177. fontes eius indagari debeat, ut in virium defectu certius illi queamus opitulari. d. ibid. qui sint fontes. & seq. ibid.	85	Calores naturalis scilicet & prater nat. an, & quo modo pugnare dicendi sint. col. 1. c.	6
Calor omnis humorem habet subiectum, sine quo nequit conservari. col. 1. c.	85	Calor aut naturalis, aut prater naturam, aut mixtus quis dicatur. col. 1. c. d.	78
Calor naturus quomodo sum oleosum, vitalemque; humorem absument, concidat, evanescat. col. 1. p. 164. si febrilis, & heceticus evadat, quomodo illud ipsum agat, & patiatur. e. ibid.	85	Calor tribus modis dicitur prater naturam. columna 1. d. e. pag.	78
Calor insitus urinam calefacit, nimis & externus eam quandoque perturbat. col. 2. e. 131. col. 1. a.	132	Caloris prater nat. accidentia, & quomodo discrepet a naturali. col. 2. c.	5
Calorem influentem que morcam, agentemque, causa externa. col. 2. b. c.	179	Calor quomodo mixtus dicatur, ac pus coagulare. col. 2. b. 6	6
Caloris naturus motum initio, & extra unde fieri puer Gal. col. 1. b. 116. corrigitur Gal. sententia. d. ibid.	179	Calor pus generans, & humores in febrilibus coquens eodem modo se habeat. col. 1. c.	80
Calidi immati motus intro, extra vicissim, que causa immediata. col. 2. c. 178. & col. 1. a.	179	Calor qui pus generat partim naturalis, partim prater nat. col. 1. b.	80
Caloris naturus refrigerium ut fiat. col. 1. a.	96	Calor non est morbus, sed causa morbi. col. 2. d.	76
Caloris naturus motus quem finem habeat. col. 2. b.	118	Calor est differentia in definitione febris, non genus. colum. 1. c. d.	3
Calidum intro contractum non recte dicitur refrigerari. col. 1. e.	116	Calor prater nat. non genus sed differentia est febris eam constituens, remotor tamen, quam intemperies. colum. 1. d. e.	77
Calor cum causis exitum eius impediens colluctans in rigore concussione parit ex Gal. sent. col. 2. a.	116	Calescere, & Calesfactum esse quid sit. col. 1. d. 5. & col. 1. d. pagina	10
Caloris in Rigore impedimenta a Galeno posita esse fictitia. col. 1. a.	117	Calescere, & calesfactum esse appositè declaratum ad Avicenna per exemplum balnei. colum. 1. c. 10. idem exemplum rejicit ac vituperat. colum. 1. c. 11. & colum. 2. c.	85
Caloris naturalis motus contra naturam causa vera est Rigoris, Horroris, Frigoris, in paroxysmis. col. 2. d. 118. d. quadruplex sit ille motus. e. ibid. causa excitans vero non sunt humores mordaces. col. 1. a. 119. sed putredo in partibus internis oriens. b. ibid. & seqq. trahens vero causa ipsa est natura. col. 2. a.	117	Calesfactum esse & calescere quid sit non rectè à Gal. aut Avicenna explicatum. col. 1. c. d.	84
Calorem non contrahi in rigore ob fugam contrarij contra Montanum. col. 1. e.	117	Calor in corde quousque actus esse debeat, ut dicatur febrilis. col. 2. a.	7
Calor juvenis, & pueri possunt vel in substantia, vel in qualitate conferri. col. 1. e. 175. comparantur inuicè quoad qualitatem. col. 2. a. & seqq.	175	Caloris febrilis nomina, & gradus & facultates describuntur. col. 1. c. d.	80
Calorem pueri, & juvenis aequalem esse ex tactu male docent Galenus: quia opus est Ratio accedat, qua inuicem simpliciter pueri calidiores concludit Argentarius. col. 1. c. 176. & col. 2. a.	175	Calor febrilis est aggregatus ex naturali, & prater naturalis qui facit intemperiem. col. 2. e.	6
Calor juvenum aeris, est & naturalis, & adscititius, diverso respectu. col. 1. d.	79	Calores in eodem febricitante plures uno esse, rationibus & auctoritatibus adstruitur. col. 2. c. 4. & col. 2. a. 78. & seqq.	79
Calor naturus recuperatur, & corroboratur tum substantia materia utili per concoquentia, tum remisso eo, quod exuperat per refrigerantia. colum. 2. b. pag. 6.	79	Calorem in febricitantibus unum esse probatur. col. 2. c. 6. col. 2. 78. e. & seq. solutio rationum prioris sententiæ. col. 1. b. 5. col. 1. d. 79. & seqq.	79
		Calor febrilis, & ignis differunt materia, quod illa concoctione, ut extinguatur febris, indigeat. col. 2. b.	79
		Calor febrilis multas vires operationes edit, coquit alimentum, vincit humores morbificos, usque dum plane prater nat. evadat. col. 1. c. 5. & col. 1. c.	79
		Calor idem numero quomodo functiones obeat contrarias, naturales scilicet & prater nat. col. 2. d.	5
		Calor febrilis operationes naturales quousque exerceat. col. 1. a. 6. quò vitam retineat, ac mortè invehat. b. ibid.	Calo-

Calores in febricitantibus quomodo pugnare concedantur. col. 2. d.	79	Causis legitimi, ac nobis causa mediata. col. 1. d.	61
Calor febrilis an à spiritibus semper, vel ab humoribus aliquando, vel ab ipsa parte solida incipiat. col. 1. d. pagina	85	Causi signa ab antiquis confusa. col. 1. e. p. 61. signa pathognomonica, & que hæc sequuntur. colum. 2. a. pagina eadem.	61
Calor febrilis ut expandatur per corpus. col. 2. d. 7. & col. 1. c. d. 16. & col. 2. d. & seqq.	81	Causi prognostica. col. 2. b.	61
Calor magis aut minus impressus sanguini parit ephemeram, aut synocham. col. 2. a.	9	Causus an per sanguinis missionem curandus, disputatur. col. 2. b. p. 61. soluitur questio per distinctionem. d. ibidem.	61
Calor in febricitantibus quibus rationibus cesset, non adhibitis medicamentis contrariis. col. 2. a. 5. & col. 2. a. pagina	79	Causi curatio per purgantia, aperientia, refrigerantia, victum. col. 2. e.	61
Caloris occurfus maximus quandoq; præ cæteris signis in febre, quandoque non. col. 2. b.	95	Cephalalgia in febribus quot causas habeat, & quomodo fiat. col. 1. b.	58
Calor in ephemerâ quomodo suavis, quomodo acris. colum. 2. b. d.	99	Cephalalgia communia præsidia cum suis cautelis. col. 1. e. p. 58. reuellentia euacuantia. ibid. peculiaris præsidia ad inflammationem. d. ibid. ad calorem solum, & vaporem calidum. ibid. ad materiam frigidam. col. 2. a. ad status. b. ibid.	58
Calor acrior in febre ephemerâ si ex Tristitia, quam si ex Ira, & Furore. col. 1. a.	98	Cephalalgie præsidia qualia debeant esse actus, cum applicantur. col. 2. b.	58
Calor ab ira copiosior, quàm à Cura, & Tristitia. c. 2. e. 98		Cerebrum quomodo in accessionibus februm grauetur. col. 1. d.	118
Caloris motus in ephemerâ ex adstrictione cutis. col. 1. e. 99. cur mitior occurfus primo, postea acrior. col. 2. a. pagina	99	Cerebrum, vel cor ut statuatur partes temperatissima quoad iustitiam. col. 1. a.	175
Calor qualis sentiatur in synocho impetri. col. 2. 24. colum. 2. b.	104	Cereuisa bili potest in febribus. col. 2. e. 48. non est zithum antiquorum nec corrumpit humores. ibid.	
Caloris quantitas non putredinem, sed materia subiecta quantitatem sequitur. col. 1. d.	112	Chamomeli decoctum quomodo sudorificum. col. 2. e.	45
Caloris qualitas, & incrementum in hecticis. c. 1. d. 165		China radix ansterum quid habet, & subacribum, & iamen efficaciter sudorem prouocat. col. 2. e.	45
Calor non solum in hecticis, sed etiam lentis feb. non sentitur ab egroto. col. 2. a.	63	Chirurgia vrilatam Medicis ademptam à tonsoribus. col. 2. b. p. 1. col. 1. a.	67
Calor an similis sanorum appareat in pestilentibus febribus, an tantum in malignis in quibus spiritus putrescens. col. 1. b. c. 156. vide Febris, Putredo.		Cibi in febribus sint eucepti, & euechymi. col. 2. d.	46
Cambium vide Humiditates secunda.		Cibi adstringentes respuuntur à febre, eiusq; causis, indicantur à multis symptomatibus. col. 2. e.	46
Capitis dolentibus vino dolor ingrauescit. col. 2. a.	143	Cibi acidi an conueniant in febribus. col. 2. e. 46. an dulces. col. 1. b. 47. an falsi & amari. c. ibid.	
Capitis dolor, vide Cephalalgia.		Cibitria genera, aut species: minuens, conseruans, augens virtutem. col. 1. e.	46
Capitis pleni euacuatio requiritur ante hypnotica. colum. 1. c.	57	Cibi species aliud est, ac diuersum ab eius maiori minore quantitate. col. 1. e.	46
Carbunculus proprium signum pestis. col. 2. e.	156	Cibi in primo, secundo, tertio genere qui collocandi, ex habitu corporis, & cibi consistentia diuiduntur. col. 2. a. pagina	46
Carbunculus pestilens veiat vena sectionem, flagitat ferrum cadens. col. 2. b.	158	Cibi destillati, qui, & quando in febribus porrigendi. colum. 1. e.	47
Caruncule vide in Urinis. col. 1. a.	134	Cibi tempus, numerus, modus, ordo, qualitas, & c. in variis ephemerarum speciebus.	22, 23
Cassia bilem trahit torridam cum pinita. colum. 2. e. pagina	43	Cibi solidas partes instaurates, crassi, & viscosi, & eucepti. c. 1. e. 166. quo hecticis preparandi. col. 2. a. ibid.	
Cassia doctis. col. 1. d.	44	Cibi duriores melius à iuvene, quàm puero concoquuntur, ob caloris in illo vehementiam. col. 2. d.	175
Cassia solutiuâ quomodo cum semine anisi, aut feniculi contuso proficit, quandoque obsistit. col. 2. c.	36	Cibis rostis, an elixis in febribus. vefcendum. col. 1. c. 47. liquidis an solidis. d. ibid.	
Cassia leniuina quibus exhibenda in peste. col. 1. e.	159	Cibi calidi, & frigidi, actus vel potentia tales, quando in febribus exhibendi. col. 1. d. e.	47
Causa affectuum ante signa sunt explicanda. colum. 2. d. pag.	13	Ciborum mensuram incertam quid reddat certiorum. col. 2. a.	47
Causa alicuius rei quomodo sint inuestiganda. col. 1. d. 91. & col. 1. a. & col. 2. a.	92	Cibos exhibendi modus. col. 2. b. 47. ordo. ibid.	
Causa morborum particulares ad vniuersalia capita semper renocanda. col. 2. a.	14	Ciborum tempus in continuis, & intermittentibus extra, & intra accessionem pulchrè explicatur per rerum distinctions. col. 2. b. & seq.	47
Causa morbi efficientes continentur quattuor fontibus, qui rursus in alios riuulos distribuntur. col. 2. a. & sequen.	14	Cichorij flores sponte vertuntur, & sequuntur motum solis. col. 1. b.	167
Causarum morbificarum modi agendi accurate explandandi, & inspicendi in curatione, quam variant. col. 2. d. 15. col. 1. d. & seqq. 89. col. 1. b. 91. qui sint illi modi. col. 1. b.	91	Cidoniorum succus, ac caro appetitum deiectum erigit. col. 2. a. 23. fluxum alui cohibet. ibid.	
Causa casu & cum impetu incidentes quo modo febres accendunt. col. 1. d.	15	Citè, Longè, Tardè optimum in peste consilium. col. 1. a. pagina	157
Causa sanitatis, & morbi sola indicant remedia, & omnes remedium scopos. col. 1. b. c.	76	Clysteribus solis multi tertianarij liberati, & quibus. col. 1. d.	141
Causi nomen apud Gal. est æquiuocum. col. 1. e.	60	Calistatus an, & quomodo prohibeat vena sectionem. colum. 2. c.	34
Causus primarius, & symptomatikus. col. 1. b.	61	Cognatio calidum natium allicit ad cerebrum. col. 2. c. 118	
Causus verus quomodo differat à Synocho, & Tertianâ continua. col. 2. c.	60		
Causus differentiæ. col. 2. d.	60		
Causus cause immediatæ, seu materia, eiusq; locus, seu fomes. col. 2. e.	60		

Cogitationes quando, ac quomodo febres gignant. col. 2. b. 15. & col. 2. b.	90	Contagiosi morbi manifesti non maligni. col. 2. a.	150
Cogitationes, ac cura tum gignant Ephemeras, tum Putridas, & qua virasque ratione. col. 1. a.	93	Contentorum in vrina varius situs. col. 2. a.	128
Cogitationes ephemeram praecessisse vi deprehendatur. col. 1. b. 98. vide Cura, Imaginatio.		Contenta in urinis tria, Nubecula, Enaorema, Hypostasis, non omnia sunt ex coctione in venis. col. 1. e. 132. differunt inter se accidente quodam solum. col. 2. a. ibid. materiam agnoscunt humorem pituitosum. col. 2. b. p. 128. non bilem vel melancholiam. col. 2. b. 132. non humorem crudum & crassum genitum in hepate, coctum in tertia concoctione. c. ibid.	
Cognitio ex altissima qua fit. col. 2. b.	72	Contentis illis qui careant, qui abundant. col. 2. c. d.	132
Colligatio corporis, & excrementa syncere biliosa, ac colligata, non sunt pestilentium inseparabilia symptomata. col. 1. e.	62	Contentorum illorum generatio coniuncta semper cum aliquo vel materia in venis coquenda, vel agentis vitio. col. 1. a.	133
Concoctionis essentia non consistit in separatione boni a malo, vi quidam definiunt. col. 1. b.	42	Contenta illa sunt ex coctione, & nutritione propria venarum. ibid. cur non appareant in quotidiana ac quartana principio, sed paulatim, & quo ordine modo nubecula, & enaorema, modo hypostasis. b. c. d. pagina eadem.	
Concoctionis situs. c. ibid. forma, materia proxima. ibidem modus. d. ibid. causa efficiens, & instrumentalis. e. ibid.		Contenta eadem quod pacto monstrant coctionem, & cruditatem. col. 2. a. 133. cur in his morbis appareant, in illis vero non. b. ibid. cur aliqua crassiora, aliqua tenuiora, nunc pauca, nunc multa. ibid.	
Concoctionis distinctio ex triplici natura eorum, qua coquuntur, refutatur. col. 1. e. 42. una eius est natura, certo solum modo varians. col. 2. ead.		Contentorum color, odor, aequalitas, lenitas vnde, & quid significant. col. 2. c. p. 133. vide Enaorema, Hypostasis, Nubecula.	
Concoctio omnia crassius. col. 2. b. 41. omnia assimilat, quantum potest. c. ibid. finis quandoque morbos. c. ibid. non in omni tempore morbi perfecta est. ibid. obest, & prodest expulsiōni materias crassas diverso resse. d. ibid.		Contenta, alia qua perpetuo mela in urinis. e. ibid. vnde singula causentur. col. 1. a. b.	134
Concoctio bona fit a mediocri, halitusosq; calore in medio cri materia. col. 2. c.	175	Contentens vi fiat febris, vnde presicisci Galen. docerit. col. 2. b. c.	146
Concoctio male definitur ab Auicena. quia non est preparatio, quod ostenditur multis argumentis. colum. 2. a. pagina	41	Contentens vi fiat non pendet ex habitus constipatione. d. ibid. non ex loco, neque ex materia. e. ibid. sed ex modo putredinis, qui explicatur. col. 1. a. b. 147. hinc fit ex bile etiam. c. ibid. vide Synochus.	
Concocta medicari, & c. quomodo sit intelligendum. colum. 1. c.	36	Contenta febris duplex: Synocha, & Periodica. col. 1. e. pagina	51
Concoctionem quam flagitavit Hippocr. in purgatione. col. 2. b.	37	Continuam periodicam non habere putredinem in vasibus minoribus, aut peculiaribus. col. 1. b.	146
Concoctio materia putrescentis, praecedit separationem, et euacuationem putridae, contra Gal. col. 2. d.	139	Continua febris dignoscenda ratio. col. 2. c.	134
Concoctio proprium est putredinis remedium. col. 2. c. pagina	144	in Continuis cur non repetat Rigor. col. 2. c. d.	119
Concoctio fieri nequit non ablatis causis putredinis. col. 2. b. pag.	42	Continuarum feb. signa diagnostica, & distinctiva a febris essentia, eiusq; paribus, seu temporibus. col. 1. c. d. p. 54. a causis. e. ibid. ab omni genere symptomatum. col. 2. a. b. ibid.	
Concoctio quibus modis procuranda in febr. putridis. col. 1. 2.	140	Continuarum feb. prognostica ab iisdem fontibus. col. 2. c. pag.	54
Concoctio putrescentium humorum sine humidis, an siccis medicamentis inuanda, siue in pestilentib. siue alijs putridis febribus. col. 1. a. b.	159	Continua simplicis longitudo, breuitasq; vi coniciatur. col. 1. d.	135
Concoctio cur requirat humectantia. col. 2. c.	140	Continua febris vix unquam criticè per sudorem iudicantur, & cur. col. 2. d.	45
Concoctioni dum natura dicitur operam, minimè purgandum. col. 1. c.	38	Continua febris remedia cuncta breuiter enumerata. col. 1. c.	56
Concocta cur facilius purgentur. col. 2. c.	41	Continuarum feb. si absque symptomatibus, Galeni curandi ratio. col. 2. d. e. 54. examinatur, & ostenditur qd exacta non sit, neq; perpetua. col. 2. a. b.	55
Coctionis optimis apparentibus signis, homines interisse vidit Argem. col. 1. b.	2	Continuarum curandi Methodus, si cum symptomatibus, sint coniuncta. col. 1. d.	56
Coctionis signis apparentibus cum dicitur aliquid dandum, vel faciendum, de quo tempore sit intelligendum. col. 1. c. d.	138	Continuum soluentia qua ratione febris causa. col. 1. c.	50
Concoquentia medicamentis qualia sint. col. 2. a. 6. quo medio, siue potiantur. b.	ibid.	Conualecentes sanguine bono carentes quomodo curantur. col. 2. a. b.	146
Confectio Hamech in atra bile, & pumice educendis accommodata etiam in febre. col. 1. a.	44	Consultio febricitantium curatur ut sopor, & rigor eorundem. col. 1. c.	59
Confectionis Hamech dosis. col. 1. d.	44	Cor nel cerebrum quo modo constituentur partes temperatissima quoad institutionem. col. 1. a.	175
Consummata male a quibusdam in febr. explodi. colum. 1. c.	47	Cordis refrigerium vi fiat. col. 1. a.	96
Consummata bibuntur labantibus viribus in accessionibus, & cum refrigerare studemus. col. 1. b.	49	Cordis motus ut febres afferat. col. 1. d. 90 vide Affectus.	
Contagiosis subtiliter inuestigantur propria & inseparabilia, per remotionem eorum, qua ei non conueniunt. col. 2. d. e.	148	Cor etiam in principio accessionis febrilis nimio plus calore ostenditur. col. 2. c.	77
Contagiosis differentia tres. col. 1. c.	149	Cordis humores putrescentes an possint simplicem putredinem, non pestilentem creare, aliorum opinio negans. col. 2. d. 108. refutatur. e. ibid. propria opinio affirmans Gal. auctoritate probatur. col. 2. a.	109
Contagiosis definitio communior. col. 1. b. 149. Strictior, esse potest hac: quod si putredo ab uno in alium transtiens. ibid.			
Contagiosus per contactum causa. col. 1. e.	149		
Contagiosus per fomitem causa. col. 2. c.	ead.		
Contagiosus ad distantiam modus ac causa. col. 1. a.	150		

I N D E X.

<i>Coriandrū cum Aloe, & Polenta, & Rosaceo con-</i> <i>stritum ut in dolore pulsatio capitis. col. 2. b.</i>	58
<i>Corpora calida & humida quibus respectibus, & salu-</i> <i>bria, & insalubria dici possint. col. 1. d.</i>	171
<i>vide Temperamenta.</i>	
<i>Corpora calida cum siccitate, an humiditate paratio-</i> <i>ra sint ad febres. col. 1. a. 27. vide etiam Putrida febr.</i>	
<i>Corpora crassa cum venis angustis, an tenuia cum la-</i> <i>nis obnoxia magis sint febribus. c.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Corruptio multus sit modis, & à multis. col. 2. b.</i>	25
<i>Crudi humores, vel ultra, vel infra mediocritatem consi-</i> <i>stunt, atq; viri horū purgationē prohibeant. col. 1. d. 36</i>	
<i>Cruiditas humorum quam concedat, vel impedi-</i> <i>purgationem in principio, & quomodo ead. cognosca-</i> <i>tur ex urina. col. 1. c.</i>	36
<i>Cruiditas, & concoctio urinarum in putridis sit tantum</i> <i>febribus. col. 1. a.</i>	156
<i>Cruiditatem humorum non inesse omnibus febr. putri-</i> <i>dis obseruauit Argent. col. 2. b.</i>	37
<i>Cruiditas in urina est causa tenuitatis, cōcoctio uerò cras-</i> <i>situdinis. col. 1. d.</i>	129
<i>Cruiditatis signa non solum longitudinem morbi, sed et-</i> <i>tiam moriem significant, si diu durent, & morbus sit</i> <i>eius generis ut perimere possit. col. 2. c.</i>	129
<i>Cruiditas cibi & humorū, & quomodo vitari, & prohibeat,</i> <i>concedat, limitetq; uenæ sectionem. col. 2. c.</i>	34
<i>Cruiditas rigorem non procreat. col. 2. d.</i>	120
<i>Cruiditatis nidorosa curatio, siue cum, siue sine fluxu</i> <i>alui, cum per intrinsecam, tum per extrinsecam remedia,</i> <i>viz. balnei, ex Gal. Meth. ex Act. & Trall. 1. c. 23</i>	
<i>Cubitum & manum aqua calida fouere prodest ad reti-</i> <i>nendum purgans. col. 2. c.</i>	44
<i>Cura pertinaces, & longe, potius atram bilem, quam fla-</i> <i>nam procreant: unde in sanie col. 2. a.</i>	122
<i>vide Cogitatio. Imaginatio.</i>	
<i>Cutis est medium ad pondus, quantum sensus indicat,</i> <i>ad quam tamen relique partes, non ut partes, sed ut</i> <i>corpora mista referenda. col. 2. d.</i>	174
<i>Cutis quomodo temperata, quo respectu calida, & hu-</i> <i>midā.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Cutis pori à quibus causis occludantur, à quibus aperian-</i> <i>tur. col. 2. c.</i>	42
<i>Cutis contracta tangitur in ephemera ex frigore, & ad-</i> <i>strictione. col. 1. d. eius ratio. col. 2. a.</i>	99
<i>Cutis ariditas unde in ephemera initio, post lassitudine,</i> <i>& unde maior, vel siccitas perseverans in statu, & de-</i> <i>clinatio. col. 1. b. c.</i>	99
<i>Cutis adstrictio non gignit synocham. col. 1. d. e.</i>	53
<i>Cutis adstrictio producit continuas, non intermittentes</i> <i>febres. col. 2. a. d.</i>	50
<i>Cutis raritas in quibus impediatur, vel minuat sudores.</i> <i>col. 2. c. d. 123. quando inuenit, ac necessaria sit sudori,</i> <i>ut erumpat. e.</i>	<i>ibid.</i>

D

D <i>ecrepitorum temperamentum quod, & prophyla-</i> <i>ctice in quo consistat. col. 1. c.</i>	175
<i>Delirium febricitantium tollitur ut vigilia. col. 1. c.</i>	59
<i>Deobstruentia & alia praesidia contra causas putredinis.</i> <i>col. 2. b. 42. in quibus qualitatibus inter se conueniant.</i> <i>col. 1. a.</i>	43
<i>Deobstruentia vehementer. col. 1. c. 43 mediocriter. ibid.</i> <i>leniter. d.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Deobstruentia quomodo preparanda, & miscenda. co-</i> <i>lum. 1. d.</i>	43
<i>Deobstruentia cur parum prosint in peste. col. 1. b. c.</i>	158
<i>Detergentia medicamenta in ephemera ex obstruc-</i> <i>tione. col. 1. d.</i>	23
<i>Diacatholicon ducit omnes humores leniter. col. 2. c. 43.</i>	
<i>Diaphaniconis dosis. col. 1. d.</i>	44

<i>Diatrion pipereon simplicissimum conuenit in febre ex</i> <i>cruditate nidorosa cum ventre constipato. col. 2. a.</i>	23
<i>Diatriuarij qui. col. 1. d.</i>	40
<i>Difficile cognitū, & difficile apprehensū, seu captū, non</i> <i>esse in omnibus idem. col. 2. c.</i>	71
<i>Difficilissimū in rebus ingenium exercere pulchrum. co-</i> <i>lum. 2. b.</i>	66
<i>Diuisio praua multorum causa errorum. col. 1. a.</i>	74
<i>Diuisio bona quomodo instituenda. b.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Diuisio vitiosa sit tribus modis. c.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Diureticorum vsus in febribus. col. 2. d. 44. quos humo-</i> <i>res per vias urinae ducant. e. ibid. quae habeant contra-</i> <i>indicantia. col. 1. a.</i>	45
<i>Diureticorum facultates, & temperamentum. col. 1. b.</i> <i>45. species, & differentia. ibid. simplicium catalo-</i> <i>gus. col. 2. a.</i>	16
<i>Diuretica à tota substantia. col. 1. c.</i>	45
<i>Diureticorum electio. col. 1. d.</i>	45
<i>Diureticorum tempus quandoque est principium mor-</i> <i>bi. d. e.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Diuretica simplicia quomodo miscenda, coquenda, qua</i> <i>mole bibenda in febribus. col. 2. b.</i>	45
<i>Diureticis compositis opus est potius in affectibus renum,</i> <i>& vesicae, quam febribus. col. 2. b.</i>	45
<i>Diuretica parum prodesse in exquisita tertiana. col. 1. b.</i> <i>141. quae tamen usurpanda. d.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Dolor dupliciter auferitur ablata eius causa, & partis sen-</i> <i>su. col. 1. b.</i>	58
<i>Dulcia quam facile in bilem vertantur. col. 2. e.</i>	143
<i>Dulcia in quibusdam febribus prosint. col. 1. b. c.</i>	47
<i>Dysenteria qua ratione inducat hellicam. col. 2. e.</i>	164
<i>Dysentericos quo genere medicamentorum purgare li-</i> <i>ceat, quo non, contra communem praxim. colum. 1. d.</i> <i>pagina</i>	142

E

E <i>brietatem quomodo sequantur Ephemera. col. 2. d.</i> <i>pagina</i>	92
<i>Ebullitio modus febris excitanda refertur ad motum.</i> <i>col. 2. c.</i>	19
<i>Ebullitio, & siccitas peculiare febris accendende mo-</i> <i>di, qui ad nullum quinque à Gal. traditorum reduci</i> <i>queunt. col. 1. c. d.</i>	89
<i>Electuarium Indum conuenit in febribus ad ducendā</i> <i>atram bilem, & pituitam. col. 1. a.</i>	44
<i>Elementa qualitatē, à qua denominantur, habere in</i> <i>summo. Gal. est sententia. col. 2. d.</i>	170
<i>Embrocha synypitis somnum concilians. col. 1. c.</i>	57
<i>Embrocha cur non sint usurpanda ad soporatos febrici-</i> <i>tantes expergefaciendos. col. 2. d.</i>	57
<i>Embrocha ad cephalalgiam à causa calida. col. 1. e.</i>	58
<i>Empiricus & Rationalis in quo differant. col. 2. c.</i>	73
<i>Emplastica ut nativum calorem corroborent. col. 2. e. 79</i>	
<i>Encorema quandoque in urina significat absolutam con-</i> <i>coctionem, sine sedimento. col. 2. a.</i>	133
<i>vide Nubecula. Concreta.</i>	
<i>Ephemerides quid. col. 1. e.</i>	87
<i>Ephemera animal. col. 2. a. 18. col. 1. e.</i>	87
<i>Ephemera febris nomen unde. col. 2. a. 18. non conuenit</i> <i>Synocha. b.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Ephemera definitur una die, eoque finitur, quia in spi-</i> <i>ritibus quae huius ratio nescitur. col. 2. e.</i>	87
<i>Ephemera definitio secernens eam quoque a Synochis</i> <i>impuribus, nedum alijs feb. col. 2. c.</i>	18
<i>Ephemera definitio à Gal. allata vituperatur. col. 2. c.</i> <i>18. & col. 1. a.</i>	88
<i>Ephemeram consistere in spiritibus probatur rationib.</i> <i>col. 1. a.</i>	88
<i>Ephemera febris non habet pro subiecto spiritus. col. 2.</i> <i>b. pagina</i>	11

I N D E X.

<i>Ephemeras ex sanguine accenso prodire sentit Galenus.</i>	<i>Ephemeras curatio non spernenda.</i>	col. 1. d.	21
col. 2. c.	<i>Ephemeras omnibus remedia communia.</i>	col. 1. e.	21
<i>Ephemeras calor suavis, ac quo respectu.</i>	<i>Ephemeras curandi Methodus a Gal. ad Glanc. & Au-</i>		
col. 1. c. 20.	<i>cenna haud sine vitio neglecta.</i>	col. 1. a. 94.	remedia quo
<i>cur talis. ibid. quomodo moueatur.</i>	<i>que & vltimum non recte praescripserunt.</i>	b. ibid.	multa
<i>stuita. ira. col. 1. a. & col. 2. e. 98. quomodo moueatur,</i>	<i>facienda omiserunt. c. ibid. alia proponunt liberatus po-</i>		<i>tius quam laborantibus ipsa febre conuenientia. ibid.</i>
<i>adstricta cute. col. 1. e. & col. 2. a. 99. quib. in corporib.</i>	<i>vide etiam. col. 1. b.</i>		100
<i>soleat excitari. col. 2. a.</i>	<i>Ephemeras curandi Methodus causas primum, subie-</i>		
<i>Ephemeras differentie ab essentia desumpta. col. 2.</i>	<i>ctum, symptomata considerare iubet. col. 1. d. 94. &</i>		
<i>d. 18. a. causis. e. ibid. quid profu differentiarum illaru</i>	<i>col. 1. b. c.</i>		100
<i>obseruatio. col. 2. a. 19. differentie a symptomatib. mi-</i>	<i>Ephemeram cui, quomodo balneum conueniat, aut non. co-</i>		
<i>nus precipua. b.</i>	<i>lum. 1. b. 100. cui vinum. c.</i>		ibid.
<i>Ephemeram pestilentem explodit Argenterius. col. 1. e.</i>	<i>Ephemeram ex Infolatione curatio. col. 2. c. 22. quid agen-</i>		
pagina	<i>dum si ex Ira, Tristitia, Vigilia, & Cura. a. b. ibid.</i>		
<i>Ephemeram febris non consistit cum putrida. col. 1. c. 11.</i>	<i>quid si ex Destillatione, & Grauedine. d. ibid. quid si</i>		
<i>neque vlla dicitur putrida. col. 2. a.</i>	<i>ex Lassitudine. e. ibid. si ex Obstructione. col. 1. a. 23.</i>		
<i>Ephemeram semper adest putrida, nisi quotidie sudorib.</i>	<i>& seq. si ex Cruditate nidorosa. c. ibid. & seq. si ex</i>		
<i>non soluatur. col. 2. d.</i>	<i>Bubone. col. 2. b.</i>		ibid.
<i>Ephemeram quomodo conuenit cum putrida. col. 1. d. e.</i>	<i>Ephemeram ex Obstructione in aliam febrem transeun-</i>		
pagina	<i>tis signa communia, in synochum, vel putridam parti-</i>		
<i>Ephemeras causa non recte a Galeno proposita. co-</i>	<i>cularia. col. 1. a. 23. curandi Methodus per euacuata, de</i>		
lum. 2. e.	<i>tergentia, assumpta, adnota, balneum, potus, cibus. b. ibid.</i>		
<i>Ephemeras causa enumerantur per quattuor capi-</i>	<i>in Epiala cor calet, & hoc sufficit, vt febris sit. col. 1. d. 7.</i>		
<i>ta, singulorumque modi explanantur. colum. 1. b. 92.</i>	<i>Epuhemata ad cor, hepar, testes, frontem, in nimis vigi-</i>		
<i>& seq.</i>	<i>liis febrium. col. 1. a. b.</i>		57
<i>Ephemeras a solis procatarcticis excitari causis quomo-</i>	<i>Errorum in Medicina vitandorum ratio. col. 1. d. e.</i>		74
<i>do intelligendum sit. col. 1. a. b.</i>	<i>Erysipelas exquisitum ante coctionis notas non prohibet</i>		
<i>Ephemeram in quibus corporibus gignatur ex densitate</i>	<i>frigida potum. col. 2. d. e.</i>		55
<i>cutis. col. 2. d. 21. qua in tali febre facienda, vel omis-</i>	<i>Euacuatio cur non fiat in statu. col. 1. c.</i>		71
<i>tenda ex varijs Galeni locis, qui examinantur. ibid.</i>	<i>Euacuaciones qua vena sectionem prohibeant, ac mode-</i>		
<i>& seq.</i>	<i>rentur. col. 2. c.</i>		34
<i>Ephemeras cognitio, & curatio cur diligenter docen-</i>	<i>in Euacuantium vsu semper adhibenda qualitas humo-</i>		
<i>da. col. 1. d. 18. & col. 2. b. 87. non tamen ea prolixitate,</i>	<i>ri peccanti contraria. col. 1. c.</i>		142
<i>qua Gal. & Aui. videntur. col. 2. c.</i>	<i>Excretorum, Retentorumque, febres excitantium farrago.</i>		col. 2. d.
<i>Ephemeras dignotio quare difficilis. col. 1. a.</i>			88
<i>Ephemeras signa maxima, & minus precipua non</i>	<i>ab Excretis e corpore quo modo febres causentur. col. 1.</i>		
<i>satis ordinate, nec plane Glauconi enarrata. colum. 2.</i>	<i>a. 15. col. 2. d.</i>		89
<i>b. c. d.</i>	<i>Excrementa agri quomodo febrem putridam signifi-</i>		
<i>Ephemeras signa vniuersalia, diagnostica ab essen-</i>	<i>cent. col. 2. e.</i>		112
<i>tia. col. 1. b. 20. a partibus febris. d. ibid. a causis efficie-</i>	<i>Excrementorum seu sacum alui retentio qua ratio-</i>		
<i>tibus. ibid. a inuicibus & tolerantia. e. ibid. a subie-</i>	<i>prohibeat vena sectionem. col. 1. d. & col. 2. b.</i>		35
<i>ctis corporibus. ibid. ab effectibus. col. 2. ibid. a. vna.</i>	<i>Excerni nihil pot. nisi extra moueatur calor. col. 2. c. 122</i>		
<i>ibid. pulsus. b. ibid. & col. 2. p. 95. col. 1. 96. respiratione,</i>	<i>Expelli nihil recte potest ante concoctionem. col. 1. c. 123</i>		
<i>& alijs symptomatib. col. 2. c. 20. a similitudine. ibid.</i>	<i>Excretiones ante coctione qua mala, qua non. col. 1. d. e. 38</i>		
<i>Ephemeras signa a pulsibus, & vrinis comparantur</i>	<i>Expulsiua facultas quo modo operetur. col. 2. d.</i>		115
<i>inter se. col. 2. d.</i>	<i>Expulsiua materia per sudorem quomodo fiat. col. 1. e. 123</i>		
<i>Ephemeras indicia distinctiua. col. 2. d. 20. si ex Tri-</i>	<i>ab Exemplis infirmissimum genus probationis. col. 2. c. 85</i>		
<i>stuita. ibid. si ex Ira, & furore. e. ibid. si ex Vigilia. ibid.</i>	<i>Exercitationes non conueniunt in febre, etiam si nata ex</i>		
<i>si ex Lassitudine. ibid. & col. 1. p. 99. per tot. ferè. si ab</i>	<i>densitate cutis, sed post febrem. col. 2. e.</i>		21
<i>Insolatu, vel Aestuo celo. col. 1. a. 21. si ab Adstrictio-</i>	<i>Experientia res discernenda, qua dubia a ratione indi-</i>		
<i>ne, vel densitate Cutis. b. ibid. & col. 1. d. e. 99. & seq.</i>	<i>cantur. col. 2. a.</i>		36
<i>Ephemeram ex marore cognitio. col. 2. e.</i>	<i>Experientia multorum a Ratione Commentorum vni-</i>		
<i>Ephemeram ex Vigilia signa. col. 1. e.</i>	<i>tatem detegit. col. 2. e.</i>		97
<i>Ephemeram ex Marore, & e Curis distinctiua. col. 1. b. 98</i>			
<i>Ephemeram ex Marore, Curis, Vigilijs, Furore signa dis-</i>			
<i>distinctiua. col. 2. d. e.</i>			
<i>Ephemeras ex Bubone signa Gal. col. 2. b. 99. in du-</i>			
<i>bium renocantur. c. d.</i>			
<i>Ephemeras causa permanentes maximè cognoscun-</i>			
<i>tur ex pulsus. col. 2. b.</i>			
<i>Ephemeras causa que recesserunt, duobus modis per-</i>			
<i>cipiuntur. Relatione, ac Cognitione Impressionum reli-</i>			
<i>etatum. col. 1. e. 97. additur tertius, qui est Corporis</i>			
<i>preparati consideratio. col. 2. a.</i>			
<i>Ephemeras prognostica. col. 1. c.</i>			21
<i>Ephemeram vt cognoscantur transire in putridas. col. 1. c.</i>			
<i>21. vt in heclicas. ibid. vt in synochos. d.</i>			ibid.
<i>Ephemeram soluantur per sudores, & madores. col. 2. e. 96</i>			
<i>sed lentiores. col. 1. a. 97. non tamen omnes. ibid.</i>			
<i>Ephemeram cessantis & secura signa. col. 2. b. 96. & seq.</i>			
<i>Ephemeram ex adstrictione cutis quomodo soleat progredi</i>			
<i>ad alias febres. col. 2. a.</i>			99

F

F <i>Aciam vigilia efficiunt tumidam, ac quomodo. col.</i>			
<i>2. a. pag.</i>			98
<i>Facultas vitalis non indicat vicium, respicitur tamen</i>			
<i>maximè i nutritione aegrotantis, & quare. col. 1. e. d. 136</i>			
<i>Febrium tractatione nihil in arte Medica vitiosus. col. 2.</i>			
<i>a. b. p. 1. nihil dignitas. c.</i>			ibid.
<i>in Febrium cognitione, ac curatione praescenda multa,</i>			
<i>& qua. col. 1. a. 3. col. 2. a. 67. & seq.</i>			
<i>Febrium tractatus quales apud Gal. & reliquos Gracos.</i>			
<i>col. 1. b. c.</i>			66
<i>Febrium tractatio quam sit apud Gal. & posteriores im-</i>			
<i>perfecta. col. 2. a.</i>			147
<i>Febrium natura multiplex, abstrusa, cognita, ac cura-</i>			
<i>in difficilis. col. 2. c. pag. 1. & col. 1. b.</i>			3

Februm cognitio, ac curatio pulcherrima, admirabilis, utilissima agro. & Medico. colum. 2. b. 66. & colum. 1. a.	1	pars solida. col. 1. d. 10. huic contrariari videntur multa, quae dicuntur p. 83. 84. ite, qua leguntur. col. 1. 2. 87	87
Febres Medicastriguetulaeque non attingunt; sed Medicis relinquunt. col. 2. c.	66	Februm diuisio in duo summa genera, rursusque subdiuisio viriusque in subiectas species. col. 1. a. 10. omnia proprijs nominibus definita.	ibid.
Februm trallatationis sex vel septem capita. col. 1. d. 2. ordinis inter ea ratio. ibid. & col. 1. c. d.	67	Februm nullum genus in spiritibus collocandum. col. 1. e. 9. col. 1. c. 83. contra ipse Argent. collocat in ijs Ephemeras, adductis rationibus. col. 1. a. 88. imò & malignas sporadicis. d. e.	160
febris genus & differentia inuestigantur. col. 1. c.	3	februm genus neque in humoribus vllum ponendum esse quomodo sit intelligendum. col. 2. a.	83
febris genus subtilius, & accuratius inuestigatur. col. 2. b. c. pag.	76	februm genus vnum est solummodo in cordis parte solida consistens. col. 2. c.	84
febris definitio, eiusque ab obiectionibus defensio. col. 1. b. pag.	4	febris omnis in partibus solidis vel vi habitus, vel vi dispositio. col. 1. a.	161
febris perfecta definitio membratim explicatur. col. 1. c. pagina	82	februm in genere diuersitas, si qua est, promanat à causarum diuersitate.	
febris est morbus cordis ex intemperie facta à calore; vel breuius: est morbus calidus cordis: perfecta non sua per sua est definitio. col. 1. d.	77	februm diuisio in tria genera distinctionis doctrina gratia recipitur ab Argent. col. 1. a. b.	87
februm non esse ipsum calorem ratio. col. 1. a.	7	februm diuisio in tria genera aliter facienda, quam fecerit Galenus. col. 2. b.	87
febris essentia est calor, forte vi causa cominens, sicut dicitur. E celi pñs est interpositio terra. & c. col. 2. a. p. 12	12	febres diuidenda in spirituosas, in humorales, non in putridas, & in hecticas. col. 2. c.	102
februm aliquando esse affectum frigidum, rationes ponuntur & soluntur. col. 1. b.	7	febres aliquas ab humoribus non tamen putrescentibus nasci probatur. col. 2. c.	101
februm nunquam esse affectum frigidum, sed semper calidum, enimque cordis. col. 2. a.	77	februm quamlibet, ephemeram, hecticam, putridam, à se posse incipere quomodo declarent Gal. & Aric. col. 2. a. 85. refutantur. col. 1. 2. p. 11. & col. 2. c.	85
februm esse in parte, & hanc calidam Medico non sentiri, absurdum est. col. 2. d. 3. & col. 2.	81	febris omnis in humido aliquo ardet. col. 1. a.	161
febris non est intemperies calida, sed morbus hanc consequens. col. 2. e.	76	febricitantis defunctionis prorsus humore exhausti exemplum. col. 2. a.	86
febrilis calor ad quem gradum vi perueniat, necesse sit. colum. 2. a.	7	februm differentie. col. 2. c. 11. & seqq. a quibus fontib. sumenda. col. 2. d.	12
febrilis intemperies an includat siccitatem essentialiter, in vtramque disputatur. col. 1. c. 4. col. 1. e. 80. & seq. deciditur, quod includat eam, sed non morbosam semper. col. 2. b.	80	februm diuisio ab Hippoc. tradita examinatur. col. 1. b. 12	12
febris semper siccata, non tamen, vi siccitas actiones laedat. col. 1. c. 4. & col. 2. c.	80	februm differentie ab essentia ipsarum desumpta. col. 2. d. p. 12. a causis. col. 1. c. 13. ab effectibus. col. 2. b. ibid.	12
februm laedere omnes operationes, non tantum exercitia solita, vi alij docuere. col. 2. b. 7. & col. 1. d. e.	82	febris magna quae. col. 2. e.	12
febres symptomatice dicuntur duobus modis, vel quod alios morbos sequantur, vel quod grauib. symptomatibus comitata. col. 1. a. c. p. 77. & col. 2. c.	109	febres legitima, aut spuria sunt dicenda non ex longitudine, aut breuitate, sed à causa: quod obseruandum in vicijs institutione. col. 2. d.	137
febris ab inflammatione orta quandoque primaria enadunt, & merimunt. phlegmone extincta. col. 2. d. 109	109	februm cause. col. 2. c. 13. quomodo sint exponenda, & in quibus antiqui defecerunt. d. ibid. quae res, ac quot in eorum causis collocanda. col. 1. a.	14
februm esse totius corporis affectum, auctoritates Gal. & Auicennae. col. 1. a.	81	februm causas in genere Auicenna non attingit. col. 1. d. 14. Galen. ad certa capita non reduxit. e.	ibid.
febris subiectum, vel partem affectam esse cor, non totius corpus, opinio Argenierio verissima confirmatur multis rationibus. col. 2. a. 3. col. 1. c. 81. item auctoritatibus Galeni. d. ibid. & Aetij. e. ibid. diuersis rationibus respondere videntur alij per distinctionem febris sentis, & facte, alij per, nisi quid impediatur, sed consulantur. colum. 2. a. b. c.	81	februm causas in genere Auicenna non attingit. col. 1. d. 14. Galen. ad certa capita non reduxit. e.	ibid.
Febris nunquam nisi prius aucto praenata. in corde calore. colum. 2. d.	7	februm causa effectrices vel naturaliter occurrentes, vel temere casusq; irruentes, & quae sint haec. col. 2. d.	88
Februm esse affectum solius cordis alia ratio. col. 1. a.	82	febres efficientes causa aliter rediguntur ad quatuor fontes, quorum singula plures habent riuulos. col. 2. a. 14. & seq. & col. 2. c. 88. & seqq. vide Assumpta, Excreta, Retenta, Gestata, Agentia externa.	14
februm subiectum dicit materiam februm esse appellandam quamuis febres proprie materiam non habeant. col. 1. b. 14. subiectum vero corpus aegrotantis, ut sentis, biliosi, pueri, melancholici. c. ibid. item col. 1. d. 88	88	februm cause variorum generum. col. 1. b. 88. formales. c. ibidem. efficientes. ibid. cum quibus, & sine quibus non. e. ibid. quae & quot separatim explicanda. col. 2. a. b. pag.	ead.
februm quae dicenda genera, quae differentia. col. 1. d. 8. & col. 2. e.	82	febris quo generetur modo plus refert scire, quam quae causa. col. 2. c.	15
februm tria genera ex triplici subiecto, tribus scilicet nostri corporis substantijs, quomodo statuat communis opinio. col. 2. a. 8. & col. 1. a. b.	83	februm generationis modi apud Gal. quinque. col. 1. a. 16 non sufficient: additur vnus alius, qui sit per siccitatem. b.	ibid.
februm materia duplex, solida, & humores varij. col. 1. d. e. 17. quae materia magis sit disposita ad has, aut illas febres suscipiendas. col. 1. c. 17. & seq.	17	februm generationis modi diuersi particulares remedia insinuant diuersa licet idem causarum efficientium genus concurrerit. colum. 1. a. b. pag. 89. Modis inuxta Galenum quinque adduntur duo alij, Ebullitio, & siccitas. b. c. ibidem. alij considerandi modo generales. col. 1. b.	91
febris materia illa statuitur, in qua calor accenditur, quodque est in calescit esse, cum reliquum est in calescit. col. 1. b.	10	februm causa efficientes an hoc vel isto sex, vel septem modorum operata fuerint, item, an per se, vel per accidens, maiore, aut minore vi egerint, magna nostra interest ad predictionem, ac curationem. col. 2. a. b. pagina	16
febris subiectum esse aliquid cordis, siue humores, siue			

Februm causa, ut effectum producant, varia requiruntur conditiones cum in ipsis tum in subiecto corpore. col. 2. c. 16. col. 1. c. 91. & seq. enumeratio illarum conditionum per epilogum. col. 2. d. 91

Febris eadem causa, prout plus, vel minus intenditur in diversis corporibus diversis modis febrem facit. col. 1. a. 91. que magis hoc, vel illud subiectum afficiant. col. 1. b. 17

Febris extrinseca causa casu occurrentes qua videntur ratione agendi. col. 1. b. 90. & seq.

Februm causa nulla quærent hæclicam primò excitare. col. 2. d. 85

Februm causa efficientes singula quibus modis suum in homine producant effectum late exponitur. col. 1. d. 89. & seqq.

Februm causa sine quibus non. col. 2. e. 17

Febris preparata subiecta quo ad primas qualitates, ratione tamen ipsorum subiectorum, in eoque Galeni, & Avicennæ dissidium. col. 2. e. 16. ratione causarum efficientium. col. 1. b. 17. quoad qualitates secundas, & conformationem corporum. c. ibid.

Febres alia, cur sint continentes, alia vero mimimè Gal. sententia referentis culpam in constipationem, seu prohibentem transpirationem. col. 1. b. c. 103. refutatur. d. ibid. & col. 2. b. 53. quamvis admittere non videatur. col. 2. d. e. p. 23. alia sent. Galeni alibi locum assignatus. col. 2. a. 103. a. refellitur. ibid. quamvis ipse Argen. eandem tradat. col. 1. a. 24. licet ead. col. 1. e. 24. rursus eam vni loco denegat. Argenterij propria sententia, causam continentiam tribuendam esse materia febris subiectæ, qua noua repetitis vicibus suppeditari nequit, ut sanguis est. col. 2. b. 53. col. 2. b. c. 103. hanc tamen sententiam labefacit col. 2. e. p. 146. & aliam rationem assignat, modum, s. putredinis, quem recipit non modo sanguis, sed etiam bilis. col. 1. 144

Febres continua duplicem habent generationis modum. col. 1. d. 51

Febres quare sint continua ex propria sententia. col. 1. a. 51. quare intermittentes. b. ibid.

Febres continua, & intermittentes quomodo loci ratione differant communis opinio Galeni sententijs confirmata. col. 2. b. 49. hanc opinionem esse contra Gal. mentem, & citatas sententias ei non sanere. col. 1. b. 50. & seq.

Februm continuarium, & intermittentiam loci à Gal. positi qui. col. 1. d. 110. male assignati. col. 2. c. 110. & col. 1. c. 140. vide Continua, Intermittens.

Februm foci qui. col. 1. d. 50. Vide Focus, Locus, Intermittens.

Febris rigorem cur sequatur, Galeni tres causa. col. 1. c. pagina 114

Febris ac calor rigorem cur sequatur, causa à Gal. male red. d. ita. col. 2. c. 117

Februm symptomata omnia rediguntur ad certa capita. col. 2. a. 56. curantur pleraq; ibid. & seqq.

Febrilia symptomata qua variantur curam, & angustias parant. col. 1. d. e. 140

Febris qualis sit, initio seu prima accessione, propter confusionem, & similitudinem accidentium, non cognosci. col. 2. a. b. 111

Februm signa confuse propostia à Gal. col. 2. c. 111

Februm signa depromuntur a quattuor fontib. col. 2. d. 111

Febricitantes quo modo, & ordine interrogandi, & tangendi, & inspicendi, ut febris species agnoscat. col. 1. c. 31. & seqq.

Februm signa maxima quattuor, Pulsus, Urina, Calor, Respiratio, col. 2. b. 95

Febres sanivina, & biliosa cur sapè reimeant urinas crassas, & rubras ab initio vsque ad crissim vel declinationem morbi. col. 2. e. 129. cur easdem mutant, atq; exierunt, progrediendo versus statum. col. 1. a. 130

Febres acuta qua. col. 1. c. 60. omnes vena sectione magis

& qua prohibeant aqua frigida potum. d. ibid.

Febris ardens, vide Causas.

Febres pituitosa, & melancholica ferè nulla vi prædita ad generandam hæclicam. col. 2. d. 164

Febres erraticæ que. col. 1. d. 121. & quomodo gignunt quarantiam. col. 1. d. 124

Febris maligna, & pestilens apud Gal. diversa definitiones. col. 1. b. 62. diversa causa. c. ibid. diversa signa. c. d. ibid. vide Azaigna, Pestilens.

Febris maligna, & pestilens differunt ut genus, & species. col. 1. d. 62. exploditur Eracastorij distinctio. ibid.

Februm curandarum ordo à Galeno ad Glauconem servatus. col. 2. a. 135. ordinis ratio. e. ibid.

Febris propria indicatio. col. 2. a. 32

Febris quomodo, nõ indicat quævis refrigeratiã. col. 1. d. 33

Februm victus explicatur. col. 1. 2. 136. vide Victus, Cibus.

Febris cunctis victus convenit humidus, & qua ratione. col. 2. a. 4

Fernelius in omni sua tractatione semper affectat, qua terribilis sunt. & in magno excessu posita. col. 1. b. 148

Fibra, vide Partes.

Finis non consideratur in morbis tanquam causa, sed tanquam terminus. col. 2. a. 88

Flatus è pituita, vel bulla excitat in urina, vel spuma. col. 2. e. 133

Flatuum in stomacho discussio. col. 2. b. 23

Fluxus alui, qui febrem parant hæclicam. col. 2. e. 164

Focus, seu fomes febris inter causas sine quibus non. col. 2. e. 17. col. 1. e. 88

Focus, seu fomes februm qui dicendus, definitione Argen. col. 1. c. p. 17. quis Galeni definitione. col. 1. a. 18

Focus febris quare non vnus idem que in omnib. col. 2. d. 17

Focus febris est ea pars, in qua putrescit humor, aut unde putredo cordis subministratur, aut materia suppeditatur antecedens, qua postea fit conuulsa, cum ad eum locum pervenit, ubi putrescere debet. col. 1. e. p. 121

Foci februm putridarum qui constituuntur à Galeno. col. 2. a. b. 108. refutantur. e. ibid. & seq.

Foci februm quomodo causent accessionem. col. 1. b. c. 51

Fomes contra h. vide & qualis. col. 2. c. 149

Forma substantialis occultos effectus edit. col. 1. b. p. 152

Frictio quid agat in nobis, & à quo indicetur. col. 2. d. 40

Frictionis modus, & versus panem occasio, à quo indicetur, col. 2. e. 40

Frictio remissioni quando serviat. col. 1. a. 41

Frictiones sudorifica. col. 1. b. 46

Frictiones, & unctiones repetita quando, ac quò adhibenda in ephemera ex densitate emis. col. 1. a. 22

Frictionum usus in non putrida synocha. col. 1. c. 25

Frictiones ad refrigeratam cutem. col. 2. d. 42

Frigus externi quos affectus, & febres, in quib. ac qua ratione commoveat. col. 2. e. 93

Frigida acti assumpta duobus modis excitant febres. col. 2. a. 89. ambientia quò idem faciant. col. 1. a. 50

Frigida potu qui lactantur. col. 2. d. 55. vide Aqua frigida.

Frigus quomodo putredinem faciat per accidens. col. 1. b. pag. 26

Frigore concreta an putrescant. col. 1. a. 27

Frigus quomodo continet urinam. col. 2. c. 131

Frigus calor, neque urina viriditatem, neque liuorem, neque duritatem, imprimi. col. 2. a. 131

Frigus in febribus quale sit. col. 1. c. 113. Vide Rigor.

Frigus febrile quomodo expugnandum. col. 2. c. 58. vide Rigor.

G

Galenus de omnibus omnia dicere solet, neque spectat quid sibi repugnet, aut quid alio loco sit scriptum. col. 2. e. 107

Gale.

Galenus sectas toties infirmilans, sectarius ipse esse con-
 nimitur. col. 1. b. 12
 Galenus aliter sensu aliquando, quam docnerit. col. 1. b.
 pagina 172
 Galenus taxatur ut ostentator, vanus tamen. col. 2. e. 99
 Galenus, ut alij Asiatici, loquax, omnia effundit. ca-
 lum. 1. b. 116
 Galenus contradicendi studio sepe abripitur à veritate,
 & à seipso. col. 2. b. 176
 Galenus de negligencia, contradicitione, confusione argui-
 tur, & pungitur plurim. in loc. spars. per tot. Commen.
 Galenus, quid ediderit de febris. que omiserit, quibus in
 libris. col. 2. b. 2
 Galeni ad Glauco. librum inscriptio. col. 2. d. 67. scopus. e. ib.
 diuisio. col. 1. a. ratio docendi, ac procedendi. ibid. vti-
 litas. b. ibid.
 Galenus de vigore nihil bene dixit, nisi quod sit motus ca-
 lids inmati prater naturam. col. 2. e. 118
 Galeni doctrina 2. de diff. febr. de febre sanguin. à contra-
 dictione vindicatur. & conciliatur cum Auicenna. co-
 lum. 1. b. 53. & 2. c. p. 145. conciliatio Fernely per distri-
 ctionem putredinis sanguinis late confutatur. col. 2. p.
 144. & seq. Alimari quoq; solutio eueritur. col. 1. a. 145
 Galeni simy qui. col. 2. b. 147
 Galenism quo modo febres excitet. col. 2. d. 19
 Gaudium expansione, & concitatione humorum febres
 producit. col. 1. e. & col. 2. b. 90
 Genera, seu species rei, & eiusdem differ. diuersa sunt,
 ideoque distincte trahi debent. col. 1. c. 8. col. 2. b. 82
 Genera rerum à subiecto non constituuntur. col. 1. c. 84
 Gestia à nobis qua, quor modis febres pariant. col. 1. e. 15.
 & col. 2. d. 88. col. 1. a. & 2. 90. vide Motus.
 Glauco, ad quem Gal. scripsit, quis fuerit. col. 2. e. 67
 Gluten, vide Humiditates secunda.
 Graeci posteriores quales Medici fuerint. col. 2. b. 147
 Grumus in urinis vnde. col. 1. b. 134
 Granaicum propria vi, & tota natura sudores commo-
 uet. col. 2. e. 45

H

Habitus corporis, quid significet apud Medicos. col.
 2. d. e. 160
 Habitus corporis quatenus vena sectionem prohibeant,
 vel concedant. col. 1. c. 34
 Hemorrhoides quando in febris aperienda. col. 1. b. 34
 Hectica febris nomen duplici habet origine. col. 2. d. 160
 Hectica definitio. col. 1. a. 161
 Hectica quomodo differat ab alijs febris, licet ha quo-
 que ponantur in solida substantia cordis. col. 1. c. 84.
 & seq.
 Hectica febris nequit esse absque ephemera, aut humo-
 rali impuri. col. 1. b. 11
 Hectica febris communicatur toti à corde per spiritus:
 vnde elicitur, quod eam perpetuo precedat, ac conti-
 netur ephemera. col. 1. c. 16
 Hectica nulla per se incipit, neque est vlla, qua ad hoc fa-
 ciat, dispositio. col. 1. a. b. 86
 Hecticam fieri absque putrida, licet non sine diaria. co-
 lum. 1. e. 86
 Hectica feb. species ex 7. Meth. col. 2. a. p. 161. aliter pro-
 posita ex 1. de diff. feb. c. 8. 9. b. ibid. aliter ex 10. Meth.
 cap. vlt. d. ibid.
 Hectica gradus quos constituit Alimari. col. 1. e. 161.
 quos Fernely. col. 1. c. 162
 Hectica gradus, ac species à Veteribus, & Recentiorib.
 allatas figmenta esse. col. 1. c. 162. species male sunt de-
 claratae, & explicatae. col. 1. d. 163. male à se mutuo
 distincta & separata. col. 2. e. 163
 Hectica febris unica est, in humore vitali insidens, con-
 tinua, ab initio vsque ad suum finem temporibus di-

stincta, principio, augmento, statu, declinatione, in qua
 cum subiecto suo, vitæq; plane deficit. col. 1. e. 164
 Hecticam pestilentem non admittit Argenterius. col. 1.
 c. pag. 154
 Hectica febris causa efficiens secundum Galen. col. 2.
 b. 164. examinantur particulatim. ibid. & pag. seq.
 colum. 1.
 Hectica quomodo fiant à causis procatarteticis. col. 1. b. 165
 Hectica nota à calore. col. 1. d. 165. à pulsu. e. ibid. à siccita-
 tate. col. 2. a. à respiratione. b. ibid. ab appetitu, & siti.
 d. ibid. ab excrementis alui. e. ibid. ab urinis. col. 1. a.
 pagina 166
 Hecticus quomodo crescat à cibo calor. col. 1. d. 6
 Hecticus argentur sensus externi, & interni, sed prat. nat.
 col. 2. c. 165. & col. 2. a. 82
 Hecticorum vrinae quatenus laudabiles. col. 1. a. 31
 Hectica curatio, si causa permanserit. col. 1. c. 166. si a-
 bierit. ibid.
 Hectica primi gradus curatio consistit in sola refrigera-
 tione, secundi in humectatione quoque substantifica. 3.
 gradus impossibilis est. col. 1. d. 166. & seq.
 Hectica sine obstructione parui interdum puridam. col.
 2. a. 29. & col. 2. e. 107
 Hectica cum putrida copulata duplicem exigit curatio-
 nem. col. 1. d. 11
 Hemitriticos qui negant, resutantur auctoritate, & expe-
 rientia. col. 1. a. 2
 Hemitriticus quomodo fiat. col. 1. d. 111
 in Hemitritico cum grauib. symptomatibus quam sit in-
 uentus, & monstratus difficilis occasio agendi. col. 1. e. 71.
 & seqq.
 Hepar quomodo fons cõcedatur caloris natui. col. 1. a. 178
 Hepar est quidem fons caloris, sed nõ febrilis. col. 1. a. p. 8
 Hepatis debilitas quomodo sit causa tenuitatis vrina-
 rum. col. 1. d. 129
 Hepatis debilitas vrinae carnis lotura similis causa est.
 col. 1. e. 131. Vide Secur.
 Hiera vsurpatur in febris raro propter excaesfacio-
 nem. col. 1. a. 44
 Hippocrates febrem diuidens multas omisit eius vriles
 differentias. col. 1. c. 12. multas quoque inutiles commi-
 scuit. col. 2. b. ibid.
 Hirudines ano admota nimium somnum per reuulsio-
 nem remouent. col. 2. b. 57
 Hirudinum vsus ad angulos oculorum in phrenitide, &
 vigilijs. col. 1. c. 57
 Historia subiti horroris ab inflammatione intestini ro-
 cti. col. 1. c. 119. alia frequentis & inordinati rigoris &
 phlegmone intestinorum. d. ibid. alia febricitantis à
 morte prorsus sine humore inuenti. col. 2. a. 86
 Homo in specie animalium temperatissimus. col. 1. a. 173
 Horrorem solius cutis commotionem esse non est dicen-
 dum. col. 2. a. 113. vide Rigor.
 Humores nostri corporis quot. col. 1. d. 102
 Humores simpliciter dicti quot. col. 1. b. 161
 Humor in partibus solidis inest duplex: elementaris, &
 vitalis: qualitas vtriusque & corruptionis modus. co-
 lum. 2. b. 163
 Humor elementaris quomodo negatur minui, cum ia-
 men per nutritionem augetur. c. ibid.
 Humorum vitia non sunt morbis, sed horum causa. co-
 lum. 2. b. 83
 Humores non sunt partes similes, aut dissimiles. co-
 lum. 2. c. 83
 in Humoribus accensus calor est causa febris in parte so-
 lida, non ipsa febris. col. 2. d. 84
 Humores vituati in vrinis secus non sicut efficiens, sed mate-
 ria disposita peccat. col. 1. c. 153
 Humor quicumque febris cuiuslibet materia esse potest,
 ob modum putredinis, quem diuersim. concipit. co-
 lum. 1. c. 147

I N D E X.

<i>Humorum copia minor quando paratior ad febres, quā maior.</i> col. 2. b.	17	<i>Humores crassi an tennes facilius purgantur, docentur contra Sophistas.</i> col. 2. d.	41
<i>Humores excreti qua ratione febris occasiones . e. pag. eadem.</i>		<i>Humores crudi, tenaces, crassi, frigidi, quando sine concoctione purgantur.</i> col. 2. a.	39
<i>Humores retenti quomodo febres causent.</i> col. 2. d. p. 89.		<i>Humorum preparatio differt multis nominibus à concoctione.</i> col. 2. b.	41
<i>Humores cur non semper putrescant, cum incaluerūt .</i> col. 2. b.	86	<i>Humorum separatio à massa, & expulsio non fit ante concoctionem.</i> col. 2. a.	114
<i>Humorales febres non omnes esse putridas.</i> col. 2. d.	101	<i>Humores putridi ex Galeni undecimo Methodi prius euacuandi, deinde alterandi, ac corrigendi.</i> col. 2. c. 139.	
<i>Humorales febres imputres cuncta sunt continentis.</i> col. 2. c.	102	<i>ex Argenterio, & Arrie Medicinali prius concoquendi, postea euacuandi.</i>	ibid.
<i>Humores nulli excepto sanguine sine putredine accendant synochon.</i> col. 2. a.	101	<i>Humores an vi propria, an verò medicamenti ad ventrem confluant.</i> col. 1. a. b. 167. trahuntur. c. ibid. qua causa trahantur. col. 1. a. 168. vide Purgantia.	
<i>Humores & à febrilibus, & à rebus non naturalib. vrinantur.</i> col. 1. c.	121	<i>Humorum nostri corporis, & purgantium nulla est similitudo.</i> col. 2. b.	167
<i>Humor quando fit dicendus putrescens aut putrefactus in febrilibus.</i> col. 1. a. b.	28	<i>Humores vrinam tingunt variè non ob diversam modò quantitatem, sed etiam qualitatem, & speciem.</i> col. 1. e. col. 2. a. b.	130
<i>Humores putrescat vel secundum substantiam solam vel secundum substantiam simul, ac qualitates, etiam in vasis.</i> col. 2.	106	<i>Humor niger duplex, & vrinisq; causa.</i> col. 2. e.	124
<i>Humores facilius, ac difficilius putrescentes qui .</i> col. 1. c.	26	<i>Humor niger solus vrinam viridem facit, luteam, nigram.</i> col. 1. a. 131. solus quoque oleaceam. b.	ibid.
<i>Humor quomodo causet putredinem.</i> col. 2. e.	105	<i>Humor melancholicus. vide Melancholicus.</i>	
<i>Humidum excrementuum putrefactioni obnoxium .</i> col. 1. b.	27	<i>Humores primum crassifacientes qui, & qua ratione cognoscendi singuli.</i> col. 1. e. 129. quam variè mutantur, ac vrinam afficiant. col. seq. per tot.	
<i>Humor motus ineptus ad putredinem.</i> col. 2. e.	110	<i>Humor calidus, & putrefactus vrinam creat foetentem.</i> col. 1. b.	182
<i>Humorum motus potius euentilationis est causa, quam putredinis ac caloris.</i> col. 2. b.	50	<i>Humores qui per lotium purgari possunt, qui non.</i> col. 2. e. 44. qui per sudorem. ibid. & col. 2. c. d.	45
<i>Humor patitur putrefactionem quando non regitur à calore.</i> col. 2. e.	27	<i>Humores ires prae. nat. quomodo sudore expellantur per vehiculum aquosa materia.</i> col. 1. e.	123
<i>Humores à se mutuo separari per putredinem quomodo contingat, ac cognoscatur.</i> col. 2. d. e.	144	<i>Humiditates secunda appellatae quae secundum Galen.</i> col. 1. c. 161. quae secundum Aescen. e. ibid. & col. 2. b. 162. quae iuxta Fernel. col. 1. c.	162
<i>Humor naturalis an calor insitus prius abeat, ac euanescat in Putrefactione contra Arist.</i> col. 2. a.	27	<i>Humiditates hae quem usum habeant, & quid patiantur in hellica, & tabe, ex Gal. varijs locis.</i> col. 1. c. 161. & col. 2. b. c. d. e. ex Altimaro. col. 2. e. ibid. & col. seq. ex Fernelio. col. 1. c. & col. 2. c.	162
<i>Humor flammis, quicquidque sit, gignit idem febris genus, veruina scilicet.</i> col. 2. e. 28. niger autem non aliud, quam quartana. col. 1. a. 29. vtriusque ratio. col. 1. c. d.	107	<i>Humiditates istas multis Chimaris fuisse copulatas.</i> col. 1. e.	162
<i>Humorem putridam feb. causantes quo loco putrescant, Galeni, & communis sententia.</i> col. 1. d. e. 108. sententia huius vana demonstratur ex doctrina inconstantia. col. 2. b. 108. consutatur etiam. col. 2. e. 110. & seq.		<i>Humiditatem roridam non esse illius febris hellica subiectum.</i> col. 2. d. & col. 1. e.	163
<i>Humores cum in continuis, tum in intermittibus putrescere in vasis, licet in his extra vasa pellantur, ex auctoritate Galeni.</i> col. 1. b. c. 50. non in habitu corporis. col. 2. a. b.	50	<i>Humiditates carnosam, & fibrosam in vna parte solida non dari distinctas contra Gal. e.</i>	ibid.
<i>Humores in principio accessionis mouentur in vò, ut ostendunt omnia symptomata, non extra.</i> col. 2. c.	114	<i>Humiditatem roridam consumptam difficile restitui temerè à Galeno prolatum.</i> col. 2. a.	163
<i>Humores nullos in accessionibus contineri in musculis.</i> col. 2. e.	114	<i>Humiditatem secundarum, si multa ponuntur, nequit vna absorbi, intacta alia. e. ibid. sed rorida deficiente, deficiunt cetera, & nutritio, & vita.</i> col. 1. a.	164
<i>Humores noxii in feb. intermittibus potissimum venas mesar. ascas obsident.</i> col. 1. d.	141	<i>Humilitas quare conueniunt in quadam putredine.</i> col. 2. b.	140
<i>Humor in principio accessionis eieclus non est causa coniuncta febris, sed materia derelicta ex priore accessione, aut antecedens.</i> col. 1. e. 114. & seq.		<i>Humilitas ne an siccitas Putredini siue simplici, siue pestilenti, siue humorum, siue partium similium, medeantur alia disputatio.</i> col. 1. per tot.	159
<i>Humor febris putrida imediata causa semper in corde putrescit.</i> col. 1. e. 106. & col. 2. c.	81	<i>Hydropici a gerrimè sudant, ac cur.</i> col. 1. a.	123
<i>Humores si in omni putrida continentur in corde putrescent, quomodo haec intermittens, illa non, & qua ratione queat intermittens, & continua in vno agro contingi.</i> col. 1. c.	111	<i>Hymen quomodo fiat putredo.</i> col. 2. e.	105
<i>Humoribus post crisis existentibus in musculis, non fit rigor.</i> col. 1. e.	115	<i>Hypostasis vrinae sit ex reliquijs putredinis, & est tanquam cinis putredinis respondens.</i> col. 1. b.	111
<i>Humores in plurimis affectib. mordent partes internas sentientes, & tamen non fit rigor.</i> col. 2. e.	115	<i>Hypostasis quomodo dicatur esse in fundo.</i> col. 2. c.	128
<i>Humores qui sanguinis missionem indicare, qui prohibere valeant.</i> col. 1. a.	33	<i>Hypostasis in vrina cur aliquando appareat ante mibeculam, & enaorem.</i> col. 1. d.	133
<i>Humores agitare, rarefacere corpus, vires debilitare vna periculosissima in peste.</i> col. 1. d.	157	<i>Hypostasis in principio apparet non semper mutatur in mibeculam, vti neque contra. e.</i>	ibidem.
<i>Humores quinam statim purgandi, quinam prius concoquendi, & in quibus partibus.</i> col. 1. b. c. 36. & col. 2. d. 38. & col. 2. a.	39	<i>Hypnotica, vide Somnus, Narcotica.</i>	

I N D E X.

I

IEcce quid afferat ad generandam tertianam. col. 2. b. 121. item ad quotidianam, & quartanam. ibid. & col. 1. c. 125. vide Hepar.

Ignis primò calidus, secundo siccus, ut & febris. col. 2. d. 80

Ignis & febris materia ut differunt. col. 2. b. 79

Ignis quantum valeat ad pestilentis aeris correctionem. col. 1. a. b. 157. qua materia tunc illi subijcienda. b. ibid.

Imaginationis motus qui febrem causent. col. 2. b. 90

Indicationis definitio ex Gal. ad Thrasib. col. 2. c. 74

Indicatio non est quicumque syllogismus, sed qui sumitur ex natura rei. col. 1. a. 75

Indicationibus scopos in medendo propositos consequimur. col. 2. a. 74

Indicationibus in quibus utamur affectibus in quibus. minimo. c. ibid. & col. 1. d. e. 75

Indicantia sunt quintuplicia: Proprie dicta, Contraindicantia, Permittentia, Coincidentia, Correpugnantia: omniumque definitio. col. 1. 75

Indicatur unum ab uno, & eius ratio. c. ibid.

Indicans & Indicatum proportionata sint oportet. ibid.

Indicatum, & Coincidentium tum Sanitatis conservationem, tum Restitutionem exactam, & subtilis distinctio. col. 1. a. 76

Id quod genus rei indicat sine differentia, hoc idem cum suis differentijs, indicatum monstrat differentias. col. 1. a. pagina 35

Inequalis intemperies vide Intemperies.

Inequale incrementum quid, triplex interpretatio. col. 2. e. 134

Inequale incrementum est, quod non respondet principio. col. 1. a. 135

Inediam quid primum agat in corpus nostrum, quamvis per accidens, unde cetera emanant varia, & contraria pro diversitate subiecti. col. 1. e. 40

Inediam quomodo febres gignat, queritur. col. 1. b. 16. & col. 1. b. 89

Inediam duplex praesidium, Concoquens, & Vacuans, & quare ratione. col. 1. a. 40

Inediam qua commoda, quasve noxas in quibus pariat, omniumque ratio. col. 1. c. 40

Inediam nunquam febris, sed quandoque eius causa convenit. col. 2. a. 40

Inediam magis in statu, an principio conveniat, absolute ac sine distinctione non est decernendum. col. 2. b. 40

Inediam non convenit in Causa, & biliosis. col. 2. e. 61

Inediam, quam suadet Alimmarus in peste, ab Argenti excubilat. col. 1. e. 157

Inflammationes generant putridas absque pueredine. col. 2. b. 29. & col. 2. e. 107

Inflammationes quarum partium creent heclicas. col. 2. e. pag. 164

Inflammationes quarum partium sequatur febris ardens. col. 1. a. 61

Inflammationis febres habere accessiones tertianas quomodo sit intelligendum. col. 1. d. 146

Inflammationes non omnes prohibere purgationem. col. 2. a. 38

Insolatio quomodo febres causet. col. 2. d. 93

Intemperies inaequalis in fieri est, aequalis in facto, utraq; morbus. col. 2. b. 84

Intemperies de nullo morbo in recto praedicatur ut genus eius. col. 2. e. 76

Intermittentes febres non habere purentes in habitu corporis humores. col. 2. c. d. 110

Intermittentes feb. suam materiam potissimum venis mesaraicis continent. col. 1. d. 141

Intermittens si febris, non continua, ex materia putrescente pauca. col. 1. b. 147

Intermittentium febrium foci tres, Ventriculus, Icterus, Lien. col. 1. d. 121. quomodo hoc sit intelligendum. c. ibid. & col. seq. vide Focus.

Intermittentium febrium indicia. col. 1. e. 113. 121. & seq. 126

Intermittentium febrium pulsus. col. 1. b. 126

Intermittentium febrium prognostica. col. 2. b. 135

Intermittentibus in febribus sanguinem evacuare non licet, nisi ubi sanguinis copia subest, qui in bilem verti facile potest, & continuam excitare. col. 2. c. p. 33. vide Tertiana, Quotidiana, Quartana.

Ira percipi quomodo fortiores reddantur. col. 1. a. 99

Ira tum per ebullitionem tum per humorum liquationem febres creat. col. 1. d. e. 90

Ira quot modis Ephemeram pariat, & in quibus corporibus. col. 2. c. 19. col. 1. c. 92

Ira movenda in somno immoderato. col. 2. c. 57

Irruentia temere atque cum impetu quomodo febres generent. col. 1. d. 15

Iuniperi grana masticata in inspirandum aerem, si pestifer emendant. col. 2. a. 157

Iusculorum cum saccharo ante cibum post purgationem virtus. col. 1. a. b. 44

Iuvenes esse pueris calidiores aliorum argumenta. col. 1. a. pag. 176

Iuvenes simpliciter esse pueris calidiores Argenterij conclusio. col. 2. a. ibid.

L

LAc vltima mensa sumptum quo medio, seu vitio febrem efficiat. col. 2. d. 14

Lapides in urina unde. col. 1. b. 134

Lassitudo quotuplex, quae, quas febres procreet. col. 2. b. c. pagina 92

Lassitudo febres quomodo causet. col. 2. e. 85

Lassitudinis ephemeram praegrassa, sine moderata, sine immoderata, indicia. col. 1. a. b. 99

Lassis cum febre tantum potius est bibendum, quantum sanus appetitus requirit. col. 1. d. 100

Lecti ante rigorem in febribus preparatio, & calefactio. col. 1. a. 59

Lens, Lenticula tarde concoquitur, ac melancholicum succum procreat. col. 1. c. 105

Lentium decoctum reijciuntur in synocha impuri. col. 1. e. 25

Lien ad quartana generatione quid conferat. col. 2. a. 121

Lien non semper culpandus in quartana, sed quandoque iecur. col. 1. c. 125

Limones in incidendis renibus obstructis expediant, & calciculum frangunt. col. 1. b. 47

Lipothymia in febribus curatio consistit vel in evocandis, ad extra, vel in adstringentibus euentem. col. 1. d. 59

Lipyrria inter febres ardens. col. 1. e. 61

Locus febris est causa continuitatis, & intermissionis eius. col. 2. c. 13

Locus febris est de causis sine quibus non. col. 2. e. 17

Locus causa est continuitatis, vel intermissionis febris, atque synocha sit, non item. col. 2. a. 103. contra col. 1. c. 24. quamvis paulo post se corrigat. e. ibid. hac sententia quoque, reijciuntur. col. 2. p. 108. & col. 2. 146

Loci materia purentis in continuis, & intermittentibus febribus, diversitas, & distinctio ex propria sententia. col. 1. a. 120

Locus agendi distincte a modo operandi tradendus. col. 2. 70

M

Macies maior ex Moxore, quam Curis ac cogitationibus. col. 1. b. 98

Magnes lapis semper convertitur ad nostrum polum, dirigitque errantes nautas. col. 1. c. 167

Magni

I N D E X.

<i>Magni morbi dicuntur tribus modis, & conveniunt in eo, quod eorum longe abducant à naturali statu, & propterea periculosi. col. 1. e. 73. & seq.</i>	<i>Methodo rem tractare quis dicatur Galeno, quis Argen- terio. col. 1. a. b.</i>	70
<i>Magnitudo morbi è quibus indicis cognoscatur. col. 2. e. pagina</i>	<i>in Methodo Aristoteles imitandus. b.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Magni morbi signa morbum indicant continuè. col. 1. c. 135</i>	<i>Methodus eadem servatur in Vniuersali, & Particula- ri Doctrina, & Curatione, siue Compositiua, siue Reso- lutiuu sit, hoc est, siue Insensibilis primo, siue Vsurpetur Remedium contra Axiomaticam. col. 1. e.</i>	69
<i>Malignè, & pestilentiè morbum esse distinctum. col. 1. d. 150</i>	<i>Methodus diuisiua, & resolutiuu quomodo sint distin- ctæ. col. 1. a.</i>	68
<i>Maligni morbi definitio. col. 1. d.</i>	<i>Methodus, & ordo non distinguuntur. col. 1. a.</i>	68
<i>Malignum morbum variè definit Gal. sed non proprie. col. 1. d. 148. Fracastorius quoque male. col. 2. a. ibid.</i>	<i>Methodus docens, capita proponit, ex quibus singula eli- cit indicia. col. 2. b.</i>	138
<i>Maligni morbi uera definitio. col. 2. a.</i>	<i>Methodus medendi adhuc est imperfecta. col. 1. c.</i>	139
<i>Maligni morbi maligna sunt causa, quarum magna o- stenditur diuersitas. col. 1. b.</i>	<i>Methodo mederi quid sit. col. 2. a.</i>	74
<i>Malignorum morborum certa nequeunt explicari diffe- rentia, accidentia quoque sunt diuersissima, & mul- tiplicia. col. 2. c.</i>	<i>Methodus medendi reuera nihil aliud continet, quam duo, scoporum enumerationem, & ea, per qua scopos illos assequimur. b.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Maligna febres non omnes contagiosæ, aut lethales. col. 2. b. 150. col. 1. b. 153. & col. 2. b.</i>	<i>Methodi Therapeutice duo instrumenta, Vicius, & Au- xilia. col. 2. c. 135. prius autem Remedia, postea Vi- cibus prescribendus. d.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Malignas febres siue signis putredinis in calore, & ex- crementis non esse pestilentes. col. 2. b. 152. harent in spiritibus. c. ibid. & col. 2. a. 154. à quibus causis fiant iun mediata, tum proximè. ibid. & col. 1. d.</i>	<i>Methodus medendi pluribus constat scopis, quàm Ga- lenus enumerant. col. 1. d.</i>	70
<i>Malignarum febrium non contagiosarum subiectum, & symptomata, eorumque ratio. col. 1. c. d. 160. cau- sa efficiens, externa & interna. ead. pag. col. 2. a. Me- thodus curandi. b.</i>	<i>Minoratiua in febrium principio probantur, quia non trahunt humores crudos, aut causam coniunctam. col. 1. e. & col. 2. c.</i>	140
<i>Maligna febris symptomatum enumeratio ex Galeno. col. 2. a. 62. ea tamen non esse in omnib. eadem propter subiectum variè dispositum. b.</i>	<i>Mnesithei Atheniensis Medici laus. col. 2. b. 73. docendi, ac diuidendi ratio. d. e. ibid. & col. 1. b.</i>	74
<i>Malignas & pestilentes febres cognoscendi modus. col. 2. b. c.</i>	<i>Morbis quid. col. 2. d.</i>	76
<i>Malignarum febrium curatio breuis, & exacta. col. 2. c. d. pag.</i>	<i>Morbis omnis affectus partis solidæ. col. 1. a.</i>	84
<i>Manna biliosos, & pituitosos humores clementer elicit. col. 2. e.</i>	<i>Morbis non est solum in aequali, sed in aequali etiam in- temperie. col. 2. b.</i>	84
<i>Manna dosis. col. 1. d.</i>	<i>Morbi simularium partium totam essentiam suam pos- sident etiam cum sint in fieri. col. 2. b.</i>	77
<i>Manu & cubitus calida fouere aqua, prodest ad rei- nendum pharmacum. col. 2. c.</i>	<i>Morborum causa particulares, ad vniuersalia capita semper reuocanda. col. 2. a.</i>	14
<i>Marasmodus febris duplex est morbus. col. 2. c.</i>	<i>Morbus efficiens causa continentur a. fontibus, qui rur- sus in alios riuulos distribuuntur. ibid. & seq. & col. 2. c. 88. & seq.</i>	148
<i>Marasmodus quo fiat modo, non rectè à Galen. traditum. col. 2. a.</i>	<i>Morbis vniuersalis, & cõmunis ut differat. col. 1. b. 148</i>	148
<i>Matthiolus sibi vendicat ab alijs inuenta. col. 1. b.</i>	<i>Morborum communium diuisio in Epidemios, & Ende- mios, & amborum etymologia. col. 1. c.</i>	148
<i>Medium nihil magis studere oportet, quam ut immatu- ræ calidum, caloremque incatur. col. 1. b.</i>	<i>Morbi manifesti contagiosi, absq; maligni. col. 2. a. b. 150</i>	150
<i>Medicine dignitas in quo sita. col. 2. c.</i>	<i>Morbis epidemicus non omnis pestilens contra Altima- rum. col. 2. d.</i>	150
<i>Medicamentis nos deteriores sumus, q̄ antiqui. col. 1. c. 66</i>	<i>Morbis quod continuus, vel intermittens vnde pendeat. col. 1. a.</i>	51
<i>Medicamenta calida quomodo dicantur, et frigida, & c. col. 2. 172. col. 1. c. vide Purgantia, Detergentia, Deob- struentia, Diuretica, Sudorifica, Putrefaciencia.</i>	<i>Morbis diurnis Gal. ad Glanc. non diurnos opponit, quod alibi negat faciendum. col. 1. b.</i>	110
<i>Medio generis alicuius, aut speciei, quæ genera, species, indivisa conferri possint in variorum inuestigatione temperamentorum. col. 2. a. 172. quomodo id fieri de- beat. col. 1. 2. 173. & col. 1.</i>	<i>Morbis longi, breues, acuti qui. col. 1. b. e.</i>	110
<i>Mediorum ad qua sit collatio, pulchra distinctio. col. 1. b. pagina</i>	<i>Morbis & sanitas non indicant remediorum differen- tias, sed causa. col. 1. b.</i>	76
<i>Medium quo ad pondus. col. 2. a. 174. vide Tempera- mentum.</i>	<i>Morbis totius substantia scopos non consequimur indica- tionibus, sed observatione, & analogismo. col. 2. d. p. 74 vide Magnus, Malignus, Pestilens.</i>	74
<i>Medium cuiusque generis, ac speciei, totius, & partis quo- modo sit inueniendum, sumendum, decernendum. col. 2. e. 173. & col. 1. 2.</i>	<i>Mordicatio non est causa rigoris. col. 2. a. p. 115. & seqq.</i>	115
<i>Melancholici humoris causa temperatura frigida, & sicca, ac quomodo. col. 1. a.</i>	<i>Mors in febribus contingit a dissipatione spirituum. col. 2. d. pag.</i>	77
<i>Melancholicus humor non est materia hypostasis. col. 2. b. pag.</i>	<i>Morbidi expirantes frigidum an corde retineant fe- brilem intemperiem vtrumque dici probabiliter, li- cet Argent. in partem propendeat affirmantem. col. 1. d. 7. cur habeant pulsus frequentissimos. e. ibid. quomo- do animam emittant.</i>	<i>ibid.</i>
<i>Melancholicus humor à vini potu non sentit damnum. col. 2. a.</i>	<i>Morbidi febricitantes si non quantitate, saltem quali- tate præter naturam habent calorem. col. 2. a.</i>	78
<i>Menstrua cur mutant oculorum vigorem. col. 1. d.</i>	<i>Motus corporis tum moderatus, tum excedens, ut febres accendas. col. 1. c. d.</i>	90
<i>Menstrui sanguinis sex in pueris purgatur quandoque per quartanas. col. 1. e.</i>	<i>Motus corporis priuatio, vide Otium.</i>	
<i>Meteora ignea pestis præcluidit: ite terrena. col. 2. b. 155</i>	<i>Motus animi ut febres efficiant. col. 1. d. & seqq.</i>	90
<i>Methodus quid. col. 1. a. 70. cur dicatur Compend. ibid.</i>	<i>Motus animi, vel corporis quib. modis, in quibus subie- ctis Ephemeram concient. col. 2. a. 19. col. 1. b. 92. col. 2. c. e. vide Affectus, Cogitationes, Imaginationes, Mora.</i>	

I N D E X.

<i>Mota putrescant difficiliter quietis. col. 2. d.</i>	26	<i>Obstructio non est sola, sed precipua tantum causa febris putridae. col. 2. c.</i>	29
<i>Motum qui veniunt calorem febrilem in aegrotis machinari non possumus. col. 1. a.</i>	140	<i>Obstructionis causa quae, & quid singulariter indicent. col. 2. c. p. 42. eius remedia. c. & seqq. ibidem. vide Deobstructione.</i>	
<i>Mulsio quando in febris loco vini potanda. col. 1. e.</i>	48	<i>Obstructio puridas efficiens febres, non consistit in partibus solidis, sed in vasis. col. 1. b.</i>	108
<i>Mulsio in biliosis facile in bilem vertitur, ut tertianis non conveniat. col. 1. c.</i>	141	<i>Obstructio febris causa inus est in visceribus, & venis, non in habitu corporis. col. 2. d. 50. & col. 2. e.</i>	110
<i>Mulsio cuiem foridibus obstructam aperit affricata. col. 2. e.</i>	42	<i>Obstructionis auxilia intus sumpta insinuant non esse putrescentes humores in habitu. col. 2. d.</i>	50
<i>Multa putrescunt in quibusdam minus, in alijs magis et facilius. col. 2. d. e.</i>	26	<i>Obstructio qualis sit, quae est causa synochi. col. 1. e. 53. quomodo fiat. col. 2. a. pag.</i>	ead.
<i>Muscicorum nimis proventus praecessit pestem, ut vidit Argenterius. col. 2. d.</i>	155	<i>Obstructiones meatuum urinariorum quomodo sunt causa tenuitatis urinae. col. 1. d.</i>	129
<i>Musica quo medio somnum conciliet. col. 1. a.</i>	57	<i>Occasio quid. col. 1. a.</i>	71
<i>Mutationes corporum particularium assidua observari nequeunt. col. 1. e.</i>	69	<i>Occasio univialis, & particularis quae. col. 1. a.</i>	71
<i>Mutationes in aegro subite, & magna, quia mutant indicationes remedium, momentaneam, & difficilem reddunt occasionem. col. 2. b. c.</i>	71	<i>Occasionis indicantia, & contraindicantia. b.</i>	ibid.
<i>Myrobalanis dysenterici non purgandi. col. 1. d.</i>	142	<i>Occasio quae scribi queat, quae non. d.</i>	ibid.
<i>Myrrha drachma una cum pipere, & aqua propinari potest, urgente rigore, & frigore febricitanti. col. 1. b. 59</i>		<i>Occasio particularis in quibus morbis sit cognita difficultis, ac praecipua, & quae sit horum causa contra Galenum. col. 2. b.</i>	71
N			
<i>Natura non solum communis hominum, sed etiam cuiusque propria est noscenda a Medico. col. 1. e. pagina</i>	68	<i>Occasionem cuiuslibet auxilij in agendo reddi propriam, & in quibus. col. 1. e.</i>	72
<i>Natura acceptio multiplex declaratur. col. 2. a. & sequen.</i>	68	<i>Occasio remedium non modo difficile cognoscitur, sed etiam non facile apprehenditur, & viris que ratio. col. 2. d. e.</i>	72
<i>Natura communium & particularium nomine quid intelligendum. col. 2. c. d.</i>	68	<i>Oculi ostendunt corporis, animiq; statum. col. 1. c. p. 98. non ob aliud, quam ob propria constitutione, quae oportet eos esse tales, ac tales, & quia facile inspicitur. d. b.</i>	98
<i>Natura univialis in scripto manet, particularis vero opere attingitur. col. 2. e. & seqq.</i>	68	<i>Oculorum pigritia, & repletio, quomodo fiat post vigiliam. col. 2. b.</i>	98
<i>Naturalia cognita quantum conferant cognitioni non naturalium. col. 1. d.</i>	73	<i>Oculorum ariditas in Mastitia. col. 2. b. c.</i>	98
<i>Naturalis status adamussum fieri nequit. col. 2. a.</i>	73	<i>Oculorum cavitas nequit apparere post vigiliam, contra Gal. col. 2. d. 98. neque in furore.</i>	ibid.
<i>Natura aegri quibus vis indaganda. col. 2. d. e.</i>	75	<i>Oculorum cavitas, & decoloratio unde. col. 1. b. c.</i>	98
<i>Natura particularis simul omnium scribi nequit, quia infinita. col. 1. a. 69. neque unius hominis. & ob quantitatis affectionum obscuritatem, & ob mutationes quotidianas. b. c.</i>	ibid.	<i>Oculi quales in ephem. ex adstricta cute. col. 1. e.</i>	99
<i>Natura unius, aut alterius cognita parum conducit ad cognoscendas naturas reliquorum particularium. col. 2. a.</i>	76	<i>Oculorum clausio somnum accersit, utem apertio. c. 1. e.</i>	57
<i>secundum Naturam, aut praeter Naturam quid dicendum proprie ex propria sententia. col. 1. a. 78. quid vero ex Gal. sent. b.</i>	ibid.	<i>Odor non fit sine caliditate. col. 1. b. 132. neque in urinis sine humoris alicuius mixture.</i>	ibid.
<i>Natura non agit ex consilio, sed necessario. col. 1. e.</i>	145	<i>Odoramenta ad pestem. vide Suffumigia.</i>	
<i>Narcoticorum causa usurpatio in febris. col. 1. b. c.</i>	57	<i>Odoramenta ad soporem febricitantium fugandum. c. 2. e. 57</i>	
<i>Narcotica quibus medicamentis admixtis corrigenda in dolore capitis. col. 1. a.</i>	58	<i>Oleum pro febricitantibus ex astu refrigerandi modum. col. 2. c.</i>	22
<i>Nuri spuma, & Nurum, & Aphronitum valde detergent. col. 1. b.</i>	23	<i>Olei usus, ac adhibitio dissuadetur in tertianis. col. 2. a. pagina</i>	142
<i>Nubecula quare non perpetuo sedimentum fiat. col. 1. e. 133</i>		<i>Oleum de scorpionibus in peste quomodo usurpandum. col. 1. b.</i>	160
<i>Nubecula cur aliquando post sedimentum sequatur in urina, progrediente colitione. col. 1. d. 133. e qua materia elaboratur. col. 2. b. 128. cur petat superiora. col. 1. d. 133</i>		<i>Operationes vide Actiones.</i>	
<i>Nubecula interdum monstrat perfectam colitionem, sine sedimentum. col. 2. a. 133. vide Conuentia.</i>		<i>Opera & scripta opposio se habent modo. col. 1. d. 69. quomodo hoc sit intelligendum. col. 2. c.</i>	69
<i>Nutriendi ratio in febris. col. 1. b. & seqq. p. 46. vide Alimentum, Cibus, Potus, Vitius.</i>		<i>Opus usus in nimis vigilijs. c. 1. b.</i>	57
		<i>Ordo & methodus non distinguuntur. c. 1. a.</i>	68
		<i>Ordo de febris tractandorum. col. 1. a. 1. & col. 2. a.</i>	66
		<i>Ordo agendorum non est principium agendorum, sed pars Methodi. col. 2. b.</i>	70
		<i>Ordine contrario curari morbos, quae doceamus eorum curaciones, falsum est, contra Axiomam. col. 2. b.</i>	69
		<i>Otium ut febrem parturiat. col. 2. d.</i>	90
		<i>Ona sordida nocent acutis febris. tripliciter. col. 2. b.</i>	46
		<i>Oxymelut in febris vitur non solum ut medicamentum, sed etiam ut potu inter cibos, contra Galenum. col. 2. a.</i>	48
O			
<i>Obstructio internorum meatuum an generet Ephe-meram, Galeni discordia a seipso. col. 2. e.</i>	91	P	
<i>Obstructio cura putredinem nequit excutere febre, nisi id, quod transpirat, copiosum sit, & calidum. col. 1. b.</i>	24	<i>Papaneris usus in vigilijs superfluis febricitantium. col. 2. e.</i>	56
<i>Obstructionem solam febres putridas efficere, loci Galeni. col. 1. d. 29. & col. 2. d. e. 107. hanc opinionem esse falsam probatur argumentis. col. 1. e. 29. & col. 1. a. b. 108. cuius aliquorum consuetudo. col. 2. b.</i>	ibid.	<i>Paroxysmus, vide Accessio.</i>	
		<i>Parus solida nomen a Galeno varie accipitur. col. 2. d. pag.</i>	2
		<i>Index de Febris. ††† Partes</i>	

Obsstructio internorum meatuum an generet Ephe-meram, Galeni discordia a seipso. col. 2. e. 91
Obsstructio cura putredinem nequit excutere febre, nisi id, quod transpirat, copiosum sit, & calidum. col. 1. b. 24
Obsstructionem solam febres putridas efficere, loci Galeni. col. 1. d. 29. & col. 2. d. e. 107. hanc opinionem esse falsam probatur argumentis. col. 1. e. 29. & col. 1. a. b. 108. cuius aliquorum consuetudo. col. 2. b. ibid.

Papaneris usus in vigilijs superfluis febricitantium. col. 2. e. 56
 Paroxysmus, vide Accessio.
 Parus solida nomen a Galeno varie accipitur. col. 2. d. pag. 2
 Index de Febris. ††† Partes

I N D E X.

<i>Partes solidae cur ab Hippocr. dicantur Continentia.</i> col. 2. e.	9	<i>Pestis seu pestilentis febris causa efficiens.</i> col. 1. e. 64.	col. 2. d.	152
<i>Partes omnes calorem capiunt à sanguine, & spiritu.</i> col. 1. b.	86	<i>Pestis omnis à causa communi, & aere contra Montanum.</i> col. 2. a. b.		150
<i>Partes solidae non constare ex duplici substantia, carnosae, & fibrosa.</i> col. 1. a.	163	<i>Pestis omnis ex aere corruptela.</i> col. 1. d. 153. vide Aer.		154
<i>Partium carnem exficari, fibras vero non, absurdum est, contra Gal.</i> col. 1. b. 163. quomodo istud Galeni dictum defendi possit. col. 2. d.	163	<i>Pestis generationis modus.</i> col. 2. c.		154
<i>Partes augeti vsq; ad vigorem aetatis, non tamen postea minui, quomodo intelligendum.</i> col. 2. b.	163	<i>Pestem non fieri à manifestis qualitatibus, contra Fracast.</i> col. 1. a. 152. sed à malignis, & occultis, & venenatis, contra Alismarum. e.		ibid.
<i>Partes solidae duplici humore persusae: elementari, & vitali, & quomodo uterq; intereat.</i> col. 2. b. c.	163	<i>Pestilentium febrium subiectum inhaesioni seu materia.</i> col. 1. b.		154
<i>Partes solidae exficari instar elychnij non recte à Gal. pronunciatum.</i> col. 2. d.	163	<i>Pestem semper generari à sanguine melancholico Randeletij error refutatur.</i> col. 2. a.		151
<i>Partes multa sine fibris, & quae.</i> col. 1. b.	164	<i>Pestem non omnes corrumpere, ideoque male ab Alimaro desinitam esse.</i> col. 2. d.		150
<i>Partes quoad instituta temperatissima ut statuenda.</i> col. 2. d.	174	<i>Pestis preparatoria corpora nunc enchyma, nunc cacochyma pro varia analogia aeris variè putrefacti.</i> col. 2. d.		154
<i>Partium totius cuiuspiam, v. g. animalis temperamentum quomodo sit inuestigandum.</i>		<i>Pestis facilius inuadit corpora sana, & robusta, quam neutra, & debilia.</i> col. 1. d.		157
<i>Partes solidae nequeunt incallescere non calefactis humoribus, & spiritibus.</i> col. 2. d.	85	<i>Peste correptorum varia symptomatum genera.</i> col. 2. c. 156		151
<i>Particularia non omittenda, sed vniuersalib. in Medicina subiungenda.</i> col. 1. a.	18	<i>Pestis non semper affert Carbunculos.</i> col. 1. a.		151
<i>Particularia quomodo eliciamus ex vniuersalib.</i> col. 1. c. d. & col. 2. a.	76	<i>Pestis symptomatum diuersitas oritur à causis corruptio nis aeris, & à subiectis.</i> col. 1. c.		151
<i>Pauli defectus in Methodo curationis putridarum.</i> col. 1. c. 32. & col. 2. a.	139	<i>Pestis futura signa desumpta ab his, quae in globo caelesti, ac sublunari apparent.</i> col. 2. per tot.		156
<i>Pauperes quomodo curent febres.</i> col. 2. b.	79	<i>Pestis futura signa in nobis deprehensa.</i> col. 1. b.		156
<i>Peruigiliam, vide Vigilia.</i>		<i>Pestis praesentis signa.</i> col. 1. b.		156
<i>Pestilentium febrium tractatio tum suapte naturam, tum defectu experientia, quia rara, est difficilis.</i> col. 2. d.		<i>Pestis prognostica unde petenda.</i> col. 2. d.		156
	147	<i>Pestis quomodo caneatur per ea, quae ad aerem spectant hoc est, ad causam.</i> col. 2. e. 156. quomodo per ea, quae ad nostrum Corpus, hoc est, ad Subiectum euacuantia scilicet alterantia, victum, retinenda, ore, naribus, deuoranda, vesites. col. 1. 2.		157
<i>Pestis an sine febre esse queat.</i> col. 2. e.	147	<i>Pestilentes feb. Metib. non curantur.</i> col. 2. b. 147. & col. 2. d.		157
<i>Pestilens febris, & pestis an idem sint.</i> col. 2. e.	147	<i>Pestilentis febris curatio, & auxilia euacuantia, alterantia, victus, alexipharmaca.</i>		64. 65.
<i>Pestilentem, & malignum morbum differre.</i> col. 1. d.	150	<i>Pestis curatio tria continet capita.</i> col. 2. e.		157
<i>Pestilentem morbum, & contagiosum distingui.</i> col. 2. a.	150	<i>Pestis antidoti.</i> col. 2. c.		159
	150	<i>Pili unde in vrinis.</i> col. 1. a.		134
<i>Pestem esse morbum communem, & malignissimum.</i> col. 1. a.	148	<i>Pilularum purgantium dosis.</i> col. 1. d.		44
<i>Pestilens febris morbus est & in intemperie, & tota substantia.</i> col. 2. d.	80	<i>Pilularum purgantium quando sit in febrib. vsus conueniens.</i> col. 1. a.		44
<i>Pestilentes febres duplicem habent naturam, vnā in calore genericam, alteram in tota substantia specificam.</i> col. 1. d.	64	<i>Pilula Russi pro praeservatione pestis.</i> col. 1. e.		157
<i>Peste affectus cor semper flagrat.</i> col. 2. e.	77	<i>Pinguedo in vrinis unde.</i> col. 1. e. 133. quid significet.		col. 1. a.
<i>Peste affecti si non quantitate auctiore, saltem qualitate mordaciore, & p. n. calore imbuti sunt.</i> col. 1. e.	78			134
<i>Pestilentium quoddam genus heciticam dici non probatur Argent. col. 1. c. 154. qui ipsum constituunt, cum suis ipsorum pugnant principijs.</i> col. 1. e.	63	<i>Pinguedo gnyis in insula plantis pedum vigilias coerret.</i> col. 2. d.		56
<i>Pestilentes ephemeræ nullas inueniri, nisi quandā malignā sporadicā accipiamus pro pestilente.</i> col. 1. e.	154	<i>Pituita plus in corpore gignitur, quam bilis.</i> col. 2. a. 177. quare cum sanguine dicta sit calidum natuum. b. ibid.		165
<i>Pestilentes febres priuatas sine peste dari, aliorum sententia.</i> col. 2. e. 152. non dari propria opinio. col. 2. a. 148 & col. 2. b. c. 150. & col. 1. a.	153	<i>Pituita quo tempore dominetur in heciticis.</i> col. 2. d.		147
<i>Pestilentium discrimen ab alijs putridis penes locum ex sententia quorundam.</i> col. 2. e.	62	<i>Pituita cur nunquam febrem continentem, raro continuam, plerumq; intermittente excitet.</i> d.		126
<i>Pestilentes & reliqua putrida loci non sunt distinguenda diuersitate.</i> col. 1. b. 63. col. 1. e. 151. & col. 1. d. 155. neq; excellentia seu magnitudine putredinis. col. 2. d. 151. col. 1. e. 155. vide Putredo.		<i>Pituita quotidianam generans qualis.</i> col. 2. b.		121
<i>Pestilentis febris causa formalis est putredo.</i> col. 1. c. 151. qualis sit illa putredo. col. 2. c.	152	<i>Pituitosa salsa nequit efficere vigorem.</i> col. 2. e.		121
<i>Pestilentiam a reliquis putridis tria discrimina ab Alimaro data consulantur.</i> col. 1. b.	155	<i>Pituitosus humor qua ratione fiat in vrina Contentum.</i> col. 2. d. e.		132
<i>Pestis inquinamenta, aut seminaria unde & qualia sint, & quomodo agant, & in quibus conseruentur.</i> col. 2. c. & seq.	149	<i>Pituita quomodo sit excrementum cerebri.</i> col. 2. e.		132
<i>Peste mortuorum cadavera esse contagiosa.</i> 149. a.	150	<i>Pituita mista cum statu materia est Bulla, ac Spuma in vrinis.</i> col. 2. e.		133
<i>Pestilentes vapores non habere lentorem.</i> col. 1. b. c.	64	<i>Pituita facilius à vino liquatur, & agitur, quam melancholica.</i> col. 2. a. b.		143
		<i>Planeta quando pestem praesignent.</i> col. 2. b.		155
		<i>Plantas multas animalibus temperamento longè esse calidiores.</i> col. 2. b.		171
		<i>Pleuris, vel exigni vini potione lethales enadit.</i> c. 2. a. 143		143
		<i>Podagra vino crudescit.</i> col. 1. a.		144
		<i>Podagricis conueniens potio, & iucundissima.</i> c. 1. a.		144
		<i>Potus apud Antiquos, & Recet. qui viles ad vehendū alimenū, & solandū sunt in febrib.</i> col. 1. c. & seqq.		48
				Potus

I N D E X.

Potus in febribus qualitas. col. 1. b. 49. *quantitas aliter*
definitur, quam fuerit à Gal. factum. col. 1. c. 49. *tem-*
pus est cibi exhibitio, aut accessionis status, aut quan-
doque augmentum. d. *ibid.*
Potus in continuis requisitus quatenus est auxilium, non
vehiculum. col. 1. c. & seqq. 53
Potio suavissima Argenterij pro febricitantibus, & po-
dagricis. col. 1. a. 144
Proprium cuiusq; acri, & remediij verbis explicari non
posse quomodo sit intelligendum. col. 2. a. 72
Puisana sola non sufficit in morbis longis. col. 2. b. 46
Pueri an iuvenes calidiores, disputatio. col. 1. & seqq. 175
Puerorum euaporatio an profusus vena sectionem prohib-
beat ante quartumdecimum annum ait Gal. col. 1. d.
 34. *negat Argenterius quia tarda est, nec tanti mo-*
menti, ut causam morbosicam exhauriat tam cito, ut
requiritur. e. *ibid.*
Pueri non habent omnes eandem constitutionem, ergo ve-
nae secunde non esse certus annorum numerus. col.
 2. a. 34. *igitur euaporatio per habitum moderatur in*
annum suavitatis missionem. b. *ibid.*
Pulmonis affectus, qui & quaratione cito generent hecili-
cam. col. 1. a. 165
Pulmonis in febricitante instar membranae exiccatae. hi-
storia. col. 2. a. 86
Pulsus nihil aliud est, quam arteriarum motus. col. 1. a. 96
Pulsus mutant tres cause vsus, instrumentum, facultas, ibi.
Pulsus finis, & vsus. *ibid.* *qua ratione, quo ordine muta-*
ntur. b. *ibid.*
Pulsus mutatio ratione instrumenti. *ibid.*
Pulsus variatio ex facultate. c. *ibid.*
Pulsus inaequalitas febrilis qua sit. col. 1. d. e. 122
Pulsus inaequalitas in uno vel in pluribus ictibus, aut in-
strumenti, aut potius facultatis sequitur mutatione,
& affectionem. col. 1. c. 96
Pulsus inaequalitas circa principium medium, & finem
ictus, sensus quoq; non occurrit. col. 2. b. c. 124
Pulsus duri, nec proprii, nec inseparabiles sunt cuiuspiam
febrim generi. col. 2. c. 112. *in quibus febribus occur-*
runt, Galeni, & Argent. diuersa opinio. col. 2. d. e. 112
Pulsus, & vrina comparantur inter se quoad vim signifi-
candi. col. 2. a. 95
Pulsus quomodo significant animi affectus. col. 2. c. 97
Pulsus cur maximum signum in Ephemera. col. 2. c. 95
Pulsus quales in Ephemera. col. 1. d. 96
Pulsus diastole in Ephemera, systole autem in putrida
cur celerior. col. 1. d. 95
Pulsibus in Ephemerarum causis distinguendis nimium
Gal. tribuit. col. 1. c. 97
Pulsus inaequalitas aliqua in Ephemera ex Bubone, sed
lenis, & cur. col. 1. c. 96
Pulsus quales in ephem. è cute adstricta. col. 2. a. 99
Pulsus quales in Ephemera ex Bubone. col. 2. b. 99. *sunt*
aquales Galeno. c. ibid. cui contradicit Argenterius.
 e. *ibid.*
Pulsus in synocha imputri magni, veloces, frequentes, a-
quales, non duri quidem, sed iam aliquam tensio-
nem imuentes. col. 2. 24. col. 2. a. 104
Pulsus heclicorum parvus, frequens, & ab assumpto ci-
bo velocior. col. 1. e. 165
Pulsuum in putridis inaequalitates, & eorum causa. co-
 lum. 2. a. b. 30
Pulsus inaequalitas proprium est febrim putridarum,
nisi frigidus aut mordax humor reperitur in ore ven-
triculi. col. 2. b. 30. & col. 2. c. 112
Pulsus initio febris sicut nimios, & tardiores ob refrige-
rium non cordis, sed arteriarum. col. 1. c. 7
Pulsus inaequalitas febrilis post declinationem in tertianis
potius imaginaria, quam sensibilis, contra Galenum.
 col. 2. c. 96
Pulsus non tantum in Diarijs, sed quoque in Tertianis,

& Quartanis ad integritatem plane reuertitur, contra
Galenum. col. 2. e. 96
Pulsus quartana conferuntur cum pulsibus tertiana. co-
lum. 2. a. b. 124
Pulsus quartana rarior pulsus quodidiane. colum. 1. c.
pagina 126
Pulsus quodidiane, ac quartana conuenire in tarditate
Galeni ait, sed non probat, neque ei suffragatur ex-
perientia. col. 1. c. 126
Pulsus an possit naturali assimilari vnquam in peste. co-
 lum. 2. b. 156
Pulsus in moribundis cur frequentissimi. col. 1. e. 7
Pulsus post qua interrogata tangi debeat in febribus. co-
 lum. 2. a. 31
Purgationem in principio febrim faciendam trib. nomi-
nibus ex rei natura constat. col. 1. a. 36
Purgationem quare antiqui metuerint initio febrim.
 col. 1. e. 36
Purgantia quibus casibus proponenda, aut post ponenda
vena sectionis. col. 2. d. 36
Purgantia grauiora, cocto, praparatog; humore exliben-
da que sint. col. 2. e. & seqq. 36
Purgandum non esse in principio duodecim argumenta.
 col. 1. a. & seqq. 37. *respondeatur ad enumerata argu-*
menta. col. 2. b. & seqq. 37. *contraria opinio stabili-*
tur. p. 18. 39
Purgantia quadam frigida, aut saltem temperata. co-
 lum. 2. d. 37
Purgationi sufficit natura leuari, licet tota febris ma-
teria non exhauriatur. col. 2. e. 37
*Purgatio spontanea fit ab expultrice irritata, & prop-
 rea ante coctionem mala.* col. 1. e. 38
Purgatio artificiosa fit à medicamento attractione, sine
expultrice concursu, & ideo non mala. col. 2. b. 38
Purgationi bona duobus, aut tribus opus est, tenuitate hu-
moris, expeditis vijs, & medicamento aduentione. co-
 lum. 2. c. 38
Purgatur omni tempore tenuis humor extra febre, ergo
& in principio febris. col. 2. e. 38. *nihilq; obstat, nisi*
caloris instrumentum, quod à nostris medicamentis non
est metendum, aut confusio cum alijs humoribus,
quam tractio medicamenti facile separat. col. 1. b. c. 39
Purgandi in principio qui humores, & è quibus partibus
 col. 2. d. 38. col. 2. a. 39. & col. 2. a. b. c. 36
Purgandum an sit, cum adest cruditas in ventre, infla-
tio, & tensio praecordiorum. col. 1. b. 38. *an apparenti-*
bus vrinis crudis, crassis, aut tenuibus. colum. 1. b.
 pagina 38
Purgandum non est dum natura vacat concoctioni. co-
 lum. 1. c. 38
Purgandum in febre cum catharro salso ad pulmonem
sine mora. col. 1. d. e. 39
Purgatio benignior ante coctionem non parit tanta mala
vi imaginantur multi, sed potius à multis periculis li-
berat. col. 1. e. 39
Purgandum in principio quarundam febrim probatur
authoritatib. Hip. Gal. & aliorum Graecorū & Ara-
bum. col. 2. b. et seqq. 39
Purgatio cauenda in accessione tribus de causis. col. 2. e.
 pagina 39
Purgantia qua vi operentur Galeni opinio et doctrina ex-
ponitur. col. 2. d. 166. *examinatur membrum.* co-
 lum. 1. a. 167
Purgantia per attractionem operari concluditur. c. ibid.
tractionem illam non fieri per qualitates similes. d. ibi.
neque per substantiam similem. col. seqq. a. neq; à Gal.
 satis explicatum esse. a. *ibid.*
Purgantium attractionem referenda esse in formam,
ei facultatem trahendi à natura insitum. colum. 1. a.
 pagina 168
Purgantia non omnia venenosa, etsi nonnihil aduersa
 Index de Febribus. ††† 2 nobis,

I N D E X.

nobis, ea tamen ratione non abijcienda, quia plus profunt. col. 1. d. 38. vide <i>Mioratua</i> , <i>Scammionata</i> .	
<i>Purgantia</i> nulla in alimentum veri possunt, & eius ratio. col. 2. b.	168
<i>Purgantium</i> miscendorum, & preparandorum cause, & modi. col. 1. a. b.	44
<i>Purgantium</i> , quoad speciem & robur, delectus unde. col. 2. c.	43
<i>Purgantia</i> mitia febricitantibus initio data profuisse ex <i>perius Argent.</i> col. 2. a. 36. quae sunt illa <i>purgantia mitia</i> . b.	ibid.
<i>Purgantia</i> veterum uniuersos humores commouent, & obstructions augent. col. 2. c.	35
<i>Purgantia</i> longè magis deiciunt vires, quam ipsa vena sectio, aut certe pari in modo. col. 2. d.	34
<i>Purgatio</i> cur salicior à concocta materia. col. 1. b.	42
in <i>Purgantium</i> vsu semper adhibenda qualitas humoris peccanti contraria. col. 1. c.	142
<i>Purgantia</i> in febris qua consistentia sunt adhibenda. col. 1. c.	44
<i>Purgantium</i> dosis unde dimetienda. col. 1. d.	44
<i>Purgantia</i> qua mole bibenda. col. 1. d.	44
<i>Purgantium</i> quantitas, & numerus unde capiatur. col. 1. e.	44
<i>Purgationem</i> in dolore magno haud metimur respicientes ad statum futurum, sed ad doloris causam. col. 2. d.	136
<i>Purgandi</i> modum docent morbis motus, qualitas, & natura vires. col. 1. e.	44
<i>Purgatio</i> porissimum per aluum instituenda, & quibus de causis. col. 2. a. b.	43
<i>Purgantium</i> bilem vitramque, & pituitam leniorum, vilioremque, catalogus. col. 2. e. 43. & seq.	
<i>Purgantis</i> propinandi hora diei commoda. col. 2. a.	44
<i>Purgantia</i> assumpto quid agendum. col. 2. a.	44
<i>Purgans</i> si non opereatur, quid faciendum. col. 2. b. 44. quid, si vehementius infuso. e. ibid. quid si accersat lipothymiam. ibid. quid si vomitum. ibid.	
<i>Purgationem</i> in singulis febris quomodo instituat Gal. & quib. col. 2. c. d.	35
<i>Purgatio</i> quando instituenda in ephemera. col. 2. a.	94
<i>Purgatio</i> quando necessaria, aut noxia in feb. malignis. col. 2. d.	62
<i>Purgatio</i> num sit e praesertantibus a peste. col. 1. d.	157
<i>Purgatio</i> an, & qualis, & quanta fieri debeat in curatio ne feb. pestilentis. col. 2. d.	158
<i>Pus</i> idem, res dicitur putrida, & res concocta. col. 2. b. pagina	105
<i>Pus</i> est veluti cinis derelictus ex putredine facta dissoluitur partis aerea, ignea, & maxima parte aquae, quae erant in massa sanguinis. col. 2. d.	144
<i>Puris</i> generatio quomodo fiat. col. 2. d. 5. col. 1. b. 6. quae substantia, & qualitates. col. 2. e.	5
<i>Pus</i> an fiat à duobus, an ab vno calore. col. 1. a.	80
<i>Pus</i> quod non assimilatur secundum substantiam, non proficiscitur à materia, ut putat Gal. sed ab intensione caloris. col. 1. b.	80
<i>Putrefactionis</i> varia significatio. col. 2. a.	105
ad <i>Putredinem</i> qua spectant non satis ab <i>Arist.</i> explicata. col. 1. e.	25
<i>Putrefactio</i> est generationi contraria. col. 2. b.	25
<i>Putrefactio</i> , & <i>Concoctio</i> sibi opponuntur. col. 2. b.	105
<i>Putrefactio</i> est corruptio. col. 2. b. 105. <i>mistorum</i> , & <i>trium</i> elementorum.	ibid.
<i>Putrefactio</i> verè, est <i>mistorum</i> verè. col. 2. e. 105. improprie non verè <i>mistorum</i> . col. 1. a.	106
<i>Putrefactio</i> non est semper corruptio secundum naturam, contra <i>Arist.</i> col. 2. c. 105. non est corruptio calidi quatenus calidum, sed humidum, quatenus humidum contra <i>Arist.</i>	ibid.
<i>Putredinem</i> esse passionem humoris, non caloris, contra	
<i>Arist.</i> actionem verò caloris. col. 2. d.	27
<i>Putrefactionis</i> character non est totius substantia corruptio, ut ait <i>Galenus</i> , sed humidum à sicco separatio. col. 2. d. e.	105
<i>Putredinis</i> definitio formalis ab <i>Arist.</i> dicitur optimè posita, causa verò efficiens male assignata. col. 2. d. e. pagina	25
<i>Putredinis</i> definitio, quae est <i>Arist.</i> non nihil correctæ. col. 2. d. e.	26
<i>Putredinis</i> definitio integra secundum <i>Argentarium</i> . col. 1. e.	26
<i>Putrefactionis</i> ab <i>Argent.</i> definitio explicans modum, quomodo fiat. col. 1. d.	105
<i>Putrefactionis</i> efficiens non solum est ambiens aer calidus, sed & interius res ipsius calor, cum supra modum patitur ab humido. col. 2. d. e.	105
<i>Putredinis</i> causam efficientem cur assignarit <i>Arist.</i> calorem ambiens. col. 2. e. 25. alias dari causas, quae ad hanc causam referri nequeunt. ibid. & col. 1. c. d. pagina	27
<i>Putredinis</i> causa efficiens immediata ac continens est calor solus p. n. maior aut minor, pro natura, & dispositione humidum putrescentis. col. 1. b.	26
<i>Putredinem</i> excitant quaecumque calorem praeter naturam reddunt, siue externa, siue interna. siue per se, siue per accidens. col. 1. a. 26. col. 1. d.	27
<i>Putredinis</i> immediatam, seu conuenientiam causam rectam Gal. quam <i>Arist.</i> assignauit. col. 1. d.	27
<i>Putrescentia</i> omnia sunt humida, & quale sit illud humidum, actus, an potentia. col. 2. c. 25. & col. 2.	27
<i>Putrescibilia</i> facile, humiditate excrementitia abundant, suntque laxiora, & rariora. col. 1. b.	27
<i>Putredinis</i> causa materialis. col. 2. c. 26. finalis. col. 1. e. pagina	27
<i>Putrida</i> quomodo reddantur sicciora, & frigidiora, & horum virum sicut prius, aut posterius. col. 1. e.	27
in <i>Putredine</i> cur abeat, & extinguatur calor <i>Arist.</i> non docet. col. 2. a.	27
<i>Putredo</i> quid agat in partibus similibus mortui, quid in sanguine viui, cum incipit, ac progreditur. col. 2. b. 145	145
<i>Putredinem</i> omnem fieri cum calore admittitur. col. 1. d. 26. fieri etiam sine dolore quo à suppuratione distinguitur. e. ibid.	26
<i>Putredinem</i> qua facilius, aut difficilius concipiunt. col. 1. c. d. e.	26
<i>Putredinis</i> differentia ab essentia, causis, effectibus. col. 2. a. b.	26
<i>Putrefactionis</i> causa adiuuantes, & sine quibus non. col. 2. a. b.	27
<i>Putrefacientium</i> analogia cum certis corporis nostri partibus, facit, ut haec magis inquinentur, quam alia. col. 2. c. pagina	154
<i>Putridas</i> febres accurate tractare quanti sit momenti. col. 2. c. 27. & col. 1. b.	106
<i>Putrida</i> febris quomodo fiat ex Gal. sent. col. 2. a.	10
<i>Putrida</i> omnis sit humore in corde putrescente contra <i>Galenum</i> . col. 2. b.	10
<i>Putrida</i> ut dicatur febris, non sufficit vaporem ascendentem cor inspicere, sed in ipso corde humores putrescere oportet. col. 2. d.	108
<i>Putrida</i> febris nunquam sine diaria. col. 2. d.	86
<i>Putrida</i> feb. dicitur ex humore putrescente, & quando humor dicitur putrescens, vel putrefactus. c. a. b.	28
<i>Putrefactio</i> est proxima, aut prima humorum passio. col. 2. c.	101
<i>Putrida</i> ab alijs febrib. & animi passionibus excitata non possunt nisi in corde habere focum, & humorem putrescentem. c. 1. a. 109. non tamen sunt pestilentes. e. ibidem.	
<i>Putredinis</i> cinis est sedimentum in urinis. col. 1. e.	106
<i>Putrida</i> feb. materia illa est, quae educta, & victa, febris soluitur. col. 2. b.	106

I N D E X.

Putredo fieri non potest, nisi impediatur transpiratio. col. 2. c. pag. 102
Putrida febris in genere preparata magis, aut minus temperamentis, ordoq; inter ea. col. 1. d. 107. in specie. e. ibi. vide etiam col. 1. e. 112. & seq.
Putridis febris magis aut minus expositi habitus, qui sint, minime decidendum sine distincta consideratione causarum externarum, & internarum. col. 2. a. 107
Putrefactientia medicamentum proprie, & improprie. col. 2. a. 25
Putrida per se, & à sui origine nata omnis fit à prohibita transpiratione, quae varias habet causas. col. 1. c. 108
Putrida febris efficiens an sola sit Obstructio, quaestio. col. 2. d. 107. responsio. col. 1. c. 108
*Putredinis febris causa duae vitium sanguinis, vel humoris putrescentis, & calor prat. nat. col. 1. d. 41
 Putrida febr. causa al. à materia putrescibile suppeditat, alia putredinem efficiunt, alia adiuvant.* col. 1. c. 29
Putrida febris loci, aut fomites ex Gal. proponuntur breuiter. col. 2. d. 29. examinantur, & exponuntur latius. p. 108. & seq.
Putrida quomodo fiant ex inflammationib. etiam partium. col. 1. d. 106. quando ha sunt continentes, quando continua periodice. ibid.
Putridarum febrium differentia ex materia putrescentis. col. 1. b. 28. à subiecto patiente sumpta. e. ibidem. à causis efficientibus. d. ibid. ex loco de prompte. ibid. ab essentia. e. ibid. quò singula varientur curatione. c. d. ibid. alia differentia à generationis, inuasionis, solutionis modo. col. 2. a. 28. alia à partibus, & temporibus feb. ibid. ab effectibus. ibid.
Putridarum diuisio in continuas & intermittentes vnde ducta. col. 2. b. 28. generalissima est, & utilissima. ibi.
Putridarum omnium materia si putrescit in corde, quomodo ha intermittant, illa non, & quomodo possit intermittens cum continua copulari. col. 1. c. 111
Putredinis modus causa est quod febris periodis careat, non dissipatio habitus, non locus, non materia. col. 1. a. pag. 147
Putredo in intermittentibus fit diuisim, in continuis simul in omnibus vasis. col. 1. d. e. 119
Putredo sola quomodo accersat rigorem in febris. col. 1. e. 119. & col. 2. c. d. 121
Putredo sanguinis quomodo varietur pro angustia, & amplitudine loci. col. 2. c. 144. quomodo separet à se mutuo sanguinis partes. c. d. ibid.
Putredo duplex à Fernel. excogitata. col. 2. a. 144. refellitur & maiorum errorum conuincitur. ibid. & seq.
Putredo humorum in omnes, qua inter inguina, & alas intersunt, venas aequaliter, ac citò porrigi in frigido habitu non potest. col. 1. b. 24
Putrida à bilis humorisq; nigri variis speciebus. duas tantum constitunt ideas, & quomodo ha differant more, motu magnitudine. col. 1. c. 107
Putridas febres nasci ex sero putrescente probatur quinque rationibus. col. 2. c. d. 106
Putrida ex sero putrescente qua constitutione exhoriantur. col. 1. b. 107. & col. 1. c. 147
Putridam ex sero humore putrescente fieri probatur tribus rationibus. col. 2. d. 28
Putridam ex sero esse continuam, eamque synocham. col. 2. e. 28
Putrefactio vbiq; radix contagij. col. 1. b. & e. 149
Putredo cur non omnis contagiosa. col. 1. d. 149
Putrefactionis modus à Fracastorio allatus refellitur. col. 2. a. 149
Putrefactio quomodo producat contagium. col. 2. c. 149
Putridas ex spiritibus esse malignas, & syncopales. col. 1. c. 106. occidereq; cum signis coctionis. ibid.
Putrida febris nulla potest rectè Ephemera dici. col. 2. a. 11
Putredo qualis in pestilentibus, & qualis in simpliciter

putridis prima opinio quae refellitur. col. 2. b. 63. secundam opinio, qua etiam confutatur. e. ibid. & seq.
Putredo in peste non est maior, aut intensior, quam Causone. & alijs putridis. col. 2. d. 151
Putredo pestilens describitur sordidatq; & lenta esse probatur. col. 2. a. 152
Putridarum signa rectè Gal. non proposuit. col. 2. e. 111. neq; Amcenna. col. 1. a. 112
Putridarum signa desumpta à innantibus, & ledentibus. col. 1. b. 30. à caloris essentia, & mordacitate. b. c. d. ibidem. ab effectibus. d. ibidem. à pulsibus. col. 2. a. ibid. à modo solutionis. c. ibid. ab Urinis, & excretis alijs. d. ibid. & seq. vide etiam p. 111. 112.
Putridarum calor quomodo dicatur acris & mordax. col. 1. a. b. 112
Putrida sola habent tempus inaequalitatis. col. 2. a. 112
Putridam febrem esse, quam non accendit causa procatartica, quomodo sit intelligendum. col. 1. a. 30
Putrida erit diiudicanda, quae ab occultis causis, & magnis est orta, vel a procatartica, & minoribus nata est, si corpus subiectum ad putredinem continenda ex qua cunque occasione est aptum. col. 1. d. e. 112
Putredinis indicia in febris. pestilentibus semper euidentia, licet in aliquibus malignis lateant. col. 2. b. 154
Putridarum euentus è quibus colligendus, breuiter recensentur. col. 2. d. e. 31
Putridarum feb. curatio quam sit apud auctores imperfecta. col. 1. a. 32. & col. 1. c. & col. 2. a. b. 159
Putridarum diuisio vnde decimo Methodi ad indicationes inueniendas. col. 2. b. c. 159
in Putridis febris tria necessaria, Concoctio, Refrigeratio, Euacuatio: & quomodo singula procuranda. col. 1. a. b. 140
in Putridis feb. contra tria pugnandum, Humorem, Putredinem, & putredinis Causas, inter quas & Symp. col. 1. d. 32. & col. 1. per tot. 140
Putredinis duo remedia, putridi euacuatio, putrescentis emendatio. col. 2. a. 32. & col. 1. c. 41. & col. 2. c. p. 239. Ordo administrandi eadem à Gal. 11. Meth. traditus vituperatur. col. 2. a. b. pag. 32. & col. 2. d. pag. 139
Putredo in externis aliter comperitur, aliter in humoribus nostri corporis. c. 2. d. 139
Putridarum curatio vnde inchoanda. col. 2. d. 32. & col. 1. e. pag. 140
Putridis omnibus an conueniat vena sectio, disputatur. col. 1. & 2. p. 33. & seq.
Putrida quaecunque non est morbus magnus. col. 1. c. 33
Putrescentis humoris concoctioni cur non sufficiat refrigeratio. col. 1. e. 41
Putredo siccantibus, an humectantibus refrenanda nona disputatio. col. 1. per tot. 159
Putredo qualis postulet humectantia, qualis siccantia. col. 2. b. 140
Putrescentes humores cur aliqui redeant ad naturam propriam, aliqui non, & quid sit ille reditus, quomodo contingat. col. 2. e. 144. & col. 1. e. 146. & seq. cur aliqui facilius alijs difficilius putrescant. col. 1. a. 145
Putredinis cause quid nascantur, siue efficientes, aut adiuvantes, siue materiales. col. 2. b. 32
Putredinis pestilenti non profunt ea, quae ad putredinem intus gentiam prescribuntur. col. 1. b. 158

Q

Questiones circa Operationem Medicam, & eius Instrumenta, vide Scopii.
Qualitates prima quomodo sint cause generationis, & corruptionis. col. 1. c. 152
Qualitatum omnium excessus qui actiones laedit morbus est. col. 2. b. 84
Qualitates mutatae quò febr. putrida significet. c. 2. d. 112
 Index de Febris. ††† 3 Qua.

I N D E X.

<i>Qualitas actionis non significat, quid agendum.</i> col. 1. e. 70	<i>trescentibus humoribus. & febris.</i> col. 2. e. 139
<i>Quantitas auxiliorum neque inuenta est, neque dubia per se sed ratione quantuans affectionum. a qua ea sumitur.</i> col. 2. e. 71	<i>Refrigeratio quibus instrumentis in syncho impatri procuranda.</i> col. 2. 104. & seq.
<i>Quantitatem Remedy in quolibet aegro, & occasione requiri propriam. & quare.</i> col. 1. d. 72	<i>Respirationem quo sine motu fuerit natura.</i> col. 1. a. 96. col. 2. a. 179
<i>Quantitas auxiliorum non indicatur a viribus.</i> col. 1. a. 72	<i>Respiratio maximum & infallibile signum in affectibus cordis.</i> col. 2. d. 95
<i>Quantitatem & Occasionem quomodo recte venemur, ut differamus ab Empiricis.</i> col. 2. e. 72	<i>Respiratio difficilis, magna, velox, & crebra ad pulsus proportionem indicat synochum impurem.</i> col. 2. 24. col. 2. a. 104
<i>Quantitas sola, non Occasio facit, ut scribenda sint veniæ salua.</i> col. 1. d. 73. efficitur, ut differat Empiricus a Rationali. col. 2. e. ead.	<i>Respiratio nil vitii præ se fert in hellicis.</i> col. 2. b. 165
<i>Quantitas Affectionum, & Remediorum difficile quidem potest cognosci, non tamen difficile apprehenditur.</i> col. 2. d. 72	<i>Respiratio qualis in pestis.</i> col. 2. b. 156
<i>Quantitatis virium, & morbi cognitio magni refert ad prognosin, ac therapiam.</i> col. 2. b. c. 138	<i>Retenta quo modo febres succendant.</i> col. 2. e. 14. col. 2. c. d. pag. 89
<i>Quartana sit è melancholia naturali, & humore adusto, adeoque vel per se incipiens est, vel alias febres sequens.</i> col. 1. c. 121	<i>Retenta qua, quibus modis Ephemeram excitem.</i> col. 1. e. pag. 92
<i>Quartanae generationis modus in singulis ætatibus.</i> col. 1. d. e. pag. 125	<i>Retenta, alii excrementa qua ratione prohibeant venæ sectionem.</i> col. 1. d. & col. 2. b. 35
<i>Quartana, & quotidiana causam nequeunt habere, humore putrescentem in habitu corporis.</i> col. 2. e. 50	<i>Reiformis plexus in homine non reperitur.</i> col. 1. b. 9
<i>Quartana à Lane, ut originem trahat.</i> col. 2. a. 121. quomodo à lecore. b. c. ibid.	<i>Rhabarbarum in februm principio male propter adstriktionem vituperatur à Montano.</i> col. 1. a. 141
<i>Quartana signa à pulsibus.</i> col. 1. d. e. 124. ab essentia. col. 2. c. à causis internis, & externis. d. ibid. à similitudine. col. 1. b. 125. à pulsibus & alijs relictis ab accessione. col. 2. d. ibid.	<i>Rhabarbarum cauendum in februm initio, quia diureticum.</i> col. 2. b. 144
<i>Quartana in remissione nulla deprehenditur in pulsibus febrilis inæqualitas.</i> col. 2. e. 96	<i>Rhabarbarum cur in principio februm non exhibendum alia ratione.</i> col. 2. b. 36
<i>Quartana alia nota à rigore.</i> col. 1. b. 121	<i>Rhabarbarum quare neque in pestis initio dandum.</i> col. 1. e. 159
<i>Quartana laborantibus appetitus nunquam naturalis.</i> col. 2. a. 82	<i>Rhabarbarum non recte exhibetur dysentericis.</i> col. 1. d. 142
<i>Quartanae quedam maligna afferunt accidentia.</i> col. 2. a. pag. 125	<i>Rhabarbari dosis.</i> col. 1. d. 44
<i>Quartana spuria, et legitima ut distinguatur.</i> col. 1. b. 138	<i>Rigor quomodo putridam esse febrim innuat.</i> col. 2. b. 112
<i>Quartana quare longissima, quando iura: quando Hydropeum, & Cachexiam accersat.</i> col. 1. a. b. 136	<i>Rigor quomodo fiat in febribus alijs à putrida.</i> col. 1. e. 30
<i>Quartana quibus excretionibus finiatur.</i> col. 2. a. 125	<i>Rigor quibus putridis accidat.</i> col. 1. e. 30
<i>Quartana legitima admittunt vini portionem in principio spuria verò non ante concoctionem.</i> col. 1. d. 243	<i>Rigor semper indicat intermittentem.</i> col. 1. b. 54
<i>Quies & Morus somnum conciliant.</i> col. 1. d. 57	<i>Rigoris & Tremoris differentia secundum Gal.</i> col. 1. d. 113
<i>Quies, mors est mobilis subit ante.</i> col. 1. d. 116	<i>Rigor Argentario formaliter definitur totius corporis refrigeratione vehementi & dolorifica.</i> col. 1. e. 113
<i>Quotidiana, quomodo occasionem arripit à ventriculo.</i> col. 1. e. 121. quomodo à lecore. col. 2. b. 125	<i>Rigor, Horror, Frigus in accessionibus contingit quomodo differant.</i> col. 2. a. 113
<i>Quotidiana obnoxia, etas, habitus, temperatura, vitæ, locus, tempus.</i> col. 1. d. e. 126	<i>Rigor, Horroris, Frigoris illius causarum particularium ex Galeno enumeratio.</i> col. 2. b. 113. non est artificialis. d. e. ibid.
<i>Quotidiana materia, pituita, qualis sit.</i> col. 2. b. 126	<i>in Rigore quomodo fiat concussio, deinde febris, postea sudor ex Gal. sent.</i> col. 1. a. 114
<i>Quotidiana laborantes si non quantitate ampliore, saltem qualitate p. n. continent calorem.</i> col. 1. e. 78	<i>Rigorem non causari ab humoribus è venis in habitum corporis illabentibus.</i> col. 2. d. e. 114
<i>Quotidiane calor igni è lignis viridibus confertur.</i> col. 2. e. pag. 125	<i>Rigoris, Horroris, Frigoris materiam à Gal. assignatur non respondere Experience.</i> col. 1. c. 115
<i>Quotidiana diagnosi reliqua.</i> col. 1. a. b. 126	<i>Rigor non fit de labentibus humoribus acerbis per habitum: ergo acredo non est causa rigoris.</i> col. 2. a. 115
<i>Quotidiana noxia, & exquisita ut discernantur.</i> col. 1. b. pagina 138	<i>Rigor curatur per calida, & acria medicamenta.</i> col. 2. b. pag. 115
<i>Quotidiana breuior quartana, sed periculosior.</i> col. 1. b. 136	<i>Rigorem non fieri ab expultrice naturali partium.</i> col. 2. d. pag. 115
<i>Quotidiana febris, quod exicatione indigens affectu sit proneat ex subitò, non febris natura.</i> col. 2. e. 80	<i>Rigoris causam reijcimus in humores acres, sola concussio nis, nulla vero frigoris ratione habita.</i> col. 1. a. 116
<i>Quotidiana citius à vino exacerbatur quam quartana.</i> col. 2. a. 143	<i>Rigoris causa ex lib. de Rigor. quod sit affectio calidi innati, & quomodo.</i> col. 1. b. 116

R

<i>Ratio multa fingit, quæ ipsa Experientia eludit.</i> col. 2. e. 97	<i>in Rigore non opus est tot moribus, quot Gal. commentus est.</i> col. 1. e. 117
<i>Rectum sus est iudex. & obliqui.</i> col. 1. e. 174	<i>in Rigore concussio nis causam non esse dolorem, vel morsum.</i> col. 1. e. 117
<i>Refrigeratio quando in febribus molenda per venæ sectionem.</i> col. 2. b. 33. & seqq. quando in pueris, & obest per idem auxilium. col. 2. c. d. e. 34	<i>Rigoris causa, & generationis modus ex Fernely sententia.</i>
<i>Refrigeratio debetur non solum putridis, sed etiam pu-</i>	

I N D E X.

ia. & quomodo eum sequatur febris. col. 2. d. 117. re-
feratur. col. 1. a. 118. & seq.
Rigor necunde pendet. quia in a motu calidi nativi, quod
bene solum dicit Gal. col. 2. d. 118. quoniam sit ille
motus. e. ibid. motus illius causa irritans non sunt hu-
mores acres. col. 1. a. 119. sed putredo in partibus inter-
nis. quod rationibus & historiis probatur. b. ibid. & seq.
trahens verò est ipsa natura non calor putridus. c. 2. a.
Rigor putredinem non praecedit. sed sequitur. col. 2. b. 50
in Rigore frigus provenit à caloris contractione, quàm fa-
ciat ipsa natura non putridus in humore calor. col. 2. a.
119. unde concussio illa. b. ibid.
Rigentes partes non penitus calore destituta. col. 2. c. 119
Rigor quare non fiat in Continuis. col. 2. c. d. 119
Rigoris naturae, causa, generatio, explicatur ex propria
sententia. col. 1. e. 118. & seqq. reperitur brevier. col.
1. a. pag. 121
de Rigoris generatione in quibus differat Argenti. & Ga-
lenti, com munitisq; optimo. col. 1. a. b. 120
Rigor in quibus, & quare sit in malum. col. 1. e. d. 120
Rigor in tertianis cur minor quam quartanis. c. 1. e. 120
cur in his progredivit morbo crescat, in illis minuat-
ur. ibid. & seq. cur in illis cum punctura, in his cum
membrorum contractione. col. 2. a. ibid.
Rigor sine febre quo fiat à causis extrinsecis. c. 2. b. 120
Rigor sine febre an fiat à causis internis Hippoc. et Gal.
opinio. col. 2. c. 120. accipitur illius negans, & rejicitur
hujus affirmans opinio. d. e. ibid.
Rigor non fit à Cruditate, neque à Balneo. col. 2. d. e. 120.
neque à Pituita salsa. col. 2. e. 121
Rigor in febribus indicationes ex natura rei, & reme-
dia varia inuis, & extra adhibita. col. 2. d. 58
Rigor & frigus febrium biliosarum ferè non postulant
remedia. col. 1. d. 59
Rigor prohibet somnum, cibum, potum. col. 1. b. c. 59
Risus in modici remedium, manus ad motio circa regio-
nem cordis. 1. e. 90
Ros, vide Humiditates secunda.

S

S *Abulum in urinis unde. col. 1. b. 134*
Sacculi ad discernendum soporem febricitantium.
col. 2. e. 57
Saccharum ne biliosus quidem febris nocet. col. 2. e. 142.
Sacchari temperamentum, & substantia. ibid.
Sanguis quomodo sit calidum innatum. col. 1. c. 177
Sanguis cum pituita quomodo dicatur calidum innatum.
col. 2. a. 177
Sanguis, sine quartus humor, sine massa, temperamen-
to calidus, & humidus est, non temperatus, ut Gal. cen-
set. col. 2. d. e. 171
Sanguine pueri an iuvenes magis exuberet. col. 2. b. 175
Sanguis in consalescentibus bonus esse non potest, ut qui
putredinem senserit. col. 2. b. 146
Sanguis ut conseruetur, augetur, vigoretur. col. 1. c. 179
Sanguis non facit urinam stantem, aut substantiam. c. 1. a. b. 131
Sanguis quomodo subrubram, & rubram causet uri-
nam, quomodo non. col. 1. d. 131
Sanguis ichor quomodo idem faciat. e. ibid.
Sanguis significat vel humorem quartum, vel quatuor
humorum massam, & qua significatione subiectum
fit synocha. col. 1. d. 102
Sanguis seu massa constata ex quatuor humoribus. mate-
ria est febris synocha. col. 2. a. 145
Sanguis, sine primo, sine secundo modo acceptus, cur ac-
cedatur sine putredine, reliquo humores non. col. 2. a.
102. col. 2. d. e. 103
Sanguis quartus humor an putrescat. col. 1. d. 145. cur
difficiliter putredinem contrahat, neque ante humo-
res alios. e. ibid.

Sanguinea massa exactè mista difficilè, non exactè mi-
sta facile putredine corrumpitur. col. 1. a. 145
Sanguis unam solum patitur corruptionem à calore, pu-
treddinem scilicet, vel megram, vel imperfectam, &
quomodo. col. 2. b. c. 144
Sanguineam febrem putridam dari esse Gal. col. 1. c.
144. non dari ex eodem, quod oppugnat Avice. quat-
tuor argum. d. e. ibid.
Sanguineam massam totam putrescere in synochis, non
tamen equaliter, huiusq; inaequalitatis causa adducit
ur varia. col. 1. a. 146
Sanguis cur ferè solus aptus ad putridam synochum
conspiciendam. col. 1. c. 147
Sanguis non potest facere accessiones. col. 1. e. 24
Sanguis quomodo transeat in uramq; bilem, & cur sta-
na tunc potius, quam atra faciat circuitus. col. 2. a. 92
& col. 2. d. 145
Sanguinea massa pars, qua putrescit, an corrigatur. col.
1. e. 146. corriguntur concoctione separationes, & mi-
stione bona substantia. b. col. seq.
Sanguinem demimus in febribus refrigerationis quide-
gratia, sed magis, ut alij praesidijs aptior sit locus. col.
2. d. 23. col. 2. a. 35
Sanguis quibus apparentibus signis in febribus mitten-
dus, quo modo, loco, tempore, quantitate, numero, ordi-
ne. col. 2. c. 33. & seqq.
Sanguinis in extractione tantum semper relinquendū,
quantum sufficere possit ad curationis residuum. col.
1. b. 35. quomodo cognoscatur statum superesse. c. ibid.
Sanguis quando mittendus in ephemeris. col. 2. a. 94
Sanguis detrahendi in synocha impuri puerorum, a-
dultorum, varia instrumenta. col. 2. d. 104. quantitas
non exactè, à Gal. limitata. e. ibid. modus, confertim,
an repetite, col. 1. a. 105. restitio per cibum duob; ab-
euacuatione horis, & per somnum. b. ibid.
Sanguinis ad Lipothymiam extractionem qua sequan-
tur bona. col. 2. e. 104
Sanguinem videri non mittendum in omnibus putridis.
col. 1. d. 139. probat detrahendum in omnibus, quia
nullus excipit. col. 2. a. b. 140
Sanguinis missio non omnibus convenit continuis febrib;
col. 1. d. 55
Sanguis an mittendus in Causo. col. 2. c. 61. soluitur qua-
estio per distinctionem. col. 2. d. 61
Sanguis an, & quomodo mittendus in pestilenti febre.
col. 2. a. 65
Sanguinis missio an oportet praeservandis à peste. c. 1. d. 57
Sanguis an mittendus sit ad curandos peste infectos, ex
qua vena, & quantum, & quomodo, & quo tempore,
& per quem locum. col. 1. c. 148. & seq.
Sanguinis missio saepe obest, ex similitudine tamen colli-
gitur administranda, vel omittenda in malignis febr;
bis. col. 2. d. 62
Sanitas quid. col. 2. d. 76. eius causa coniuncta ex Arist.
e. ibid.
Sanitatis conservationem, aut restitutionem qua inducit
aut coincidet accurate subtiliterq; distinguit. c. 1. a. 76
Sanorum vitia, quae ex humoribus nascuntur, velimen-
ta non sunt, ut subitum postulat remediū. c. 2. b. 33
Sanatio quomodo fiat in febribus cum natura, tum arte.
col. 2. e. & col. 1. e. 79
Scammionata quaecumque male daminat Montanus in
principio febrium. col. 1. a. 141
Scarificatio cutis quando facienda in febribus. col. 1. c.
pagina 34
Scopi, seu quaestiones considerandi circa Operationem medi-
ca sunt, an, quid, quantum, qualiter. col. 1. d. e. 70. item:
quo modo, quando, ubi, quo ordine. col. 2. a. b. 70
Scopi circa Remedia, vel instrumenta operationum, an,
quodnam, quale, quantum, quomodo, quo loco, quo te-
pore, quod prius, quod posterius. col. 2. b. c. d. 70

I N D E X.

Scopis Methodi medendi quomodo potiamur per Indicationes, exemplo pulchrè ostenduntur. col. 1. d. e. 75. quomodo eisdem intelligamus per Contradicantia. col. 2. a. b. 75. quomodo per Contradicantia, & Correpugnantia. c. ibid. & col. 2. a. b. c. 76	Spiritus vitalis à Gal. non satis stabilis. col. 2. c. 8
Scordium resistit venenis putrescentibus. col. 2. b. 65	Spiritus animalis à Gal. inroductus, non satis certis probatombus. col. 2. c. 8
Scriptor librorum non debet aliorum semper opinione ducti, sed rei naturam inspicere, & capita eius ponere, unde cætera Methodo, & ordine deducantur. col. 2. a. b. pag. 169	Spiritus naturalis quibus locis proponatur à Galeno. col. 1. a. 9
Scripta & opera opposito se habent modo. col. 1. d. 69. quomodo hoc sit intelligendum. col. 2. c. 69	Spiritus animalis confutatur. col. 1. c. 9
Sella veritatis inimica. col. 2. c. 2	Spiritus naturalis nullus est demonstratio. col. 1. d. 9
Sedimentum urinae, vide Hypostosis.	Spiritus nostri corporis unus est essentia, & specie. col. 1. d. e. pag. 83
Semen quatuor calidum sit immatum. col. 1. a. 177	Spiritus solus cur aliquando dicatur calidum immatum. col. 2. a. 177
Sena pituitosus, falsusque humores, & melancholicos leuiter educit. col. 2. e. 43	Spiritus nativus quib. modis conservetur. col. 2. a. 179
Sensus etiam a febre semper laedi, & quomodo. col. 2. c. 7	Spiritu conceptus calor est causa febris in parte solida, citoq; evanescit. col. 2. d. 84
Sensus & interiorum, & exteriorum acuties in heclicis. prat. nat. col. 2. c. 165	Spiritus & sanguis occurrunt per totum effunduntur, remeantq; ad cor. 2. e. 81
Sensus communis consopitur, unico sensu, v. g. auditu occupato. col. 1. a. 57	Spiritus tenuiores ad febres procliviores crassius. col. 2. a. pagina 17
Senium corpora frigida & sicca, licet tandem excrementis humiditatibus madescant. col. 1. b. c. 175	Spiritus in heclica fieri frigidiores, ut vult, Montanus, ridiculum est. col. 2. c. 165
Serum in urinis puris fieri, & febrem excitare. col. 2. c. d. pagina 106	Spiritus frigidus unde contingat in moribundis febricitantibus. col. 2. d. 77
Serum putrescens non esse referendum ad putrescentem pituitam. col. 2. d. e. 106	Spirituum putredo non creat pestilentem, sed maligna. col. 2. a. 154. quam docuit esse sporadica. col. 2. b. c. 152
Serum illud quare non aliam pariat febrem, quam continentem. col. 1. a. 107. & col. 1. e. 147	Spiritus in febre maligna hand contagiosa, absq; humoribus affici ostenditur. col. 1. e. 160. reficit egregie, vini tenuis, & odorati potu. col. 2. c. ibid.
Siccitate per se accenduntur febres, quam tamè his quibusque modis Gal. non comprehendit. col. 1. c. 89	Squama unde in urinis. col. 1. a. 134
Signa affectuum depromitur a quatuor fontibus, à rei essentia, causis, effectibus similitudine. col. 2. c. 94	Statum accidentium, & statum coctionis in Paracelsi ca syncho non coincidere. col. 2. d. 53
Signa maxima quæ. col. 1. d. 95	Sternutamenta soporem febricitantium excitantia. col. 2. c. 57
Silentium & vox, utraq; somnum afferunt. col. 1. d. 57	Stillatio vimur in febribus labantibus viribus, & quomodo col. 1. b. 49
Sitis perinet ad animalem, & naturalem facultatem. col. 1. e. 59	Subiecti varia dispositio isdem causis agentibus, varios excipit affectus, vel eosdem variis modis. col. 1. a. b. 91 col. 1. b. 95
Sitis in febribus causa, indicationes, remedia. col. 2. a. 59. si à pulmone. ibid. si à ventriculo. b. ibid. si oris vitio. c. ibid. si à toto corpore. d. ibid.	Sudor quid. col. 2. c. 122
Sitis non intenditur in heclicis. col. 2. e. 165	Sudoris materia qua sit, dubitatur. col. 2. c. d. 122
Somni cause commixta quatuorplex causa antecedens. col. 2. c. 56. & col. 2. a. 57	Sudoris materiam esse enaporationem. col. 2. e. 122
Somnus naturalis, & præter naturam quomodo fiat. col. 2. e. pag. 175	Sudoris materiam quoque esse humorem aquosum, in quo euehuntur omnes humores morbifici. col. 1. b. c. 123
in Somno calor repit ad viscera. col. 2. d. 178	Sudoris naturalis retenti cause. col. 2. d. 122
Somno visceribus concluduntur, vigilia euocantur humores. col. 1. e. 35	Sudorem efficietes, & augentes causa. col. 2. a. 123
Somni moderati commoda, immoderati noxia à bibito purgante. col. 2. b. 44	Sudores ante coctionem cur non boni. col. 2. b. 123
Somni utilitates, & occasiones in febribus. col. 1. e. p. 49. & seq.	Sudores cur fiant in his qui mori sunt propinqui, peculiaris ratio. col. 2. c. 123
Somnus quomodo febrem pariat. col. 2. e. 90	Sudoris causa sine quibus non sit, cutis, f. meatus, & habitus corporis, quales esse debeant. col. 2. c. 123
Somno an vigilia indulgendum in ephemera ex derisione cutis. col. 1. e. 22	Sudor ut exprimat in labore. col. 1. a. 123
Somnus longior conceditur à Gal. in syncho impuri, videndum tamen ne in soporem migret. col. 1. a. 25	Sudor à lassitudine cur quandoque erumpat, aliquando non. col. 1. c. 99
Somnus in febribus quomodo conciliatur. col. 2. e. p. 56. & seq.	Sudor quomodo fiat post rigorem Gal. sent. col. 1. c. d. 114. confutatur. col. 2. a. b. 117
Soporatos febricitantes tractare modo à Practicis præscripto sine iudicio, & delictis periculosum. col. 1. & 2. e. pag. 57	Sudor sit in fine status paroxyismi, estq; declinationis causa. col. 2. b. 117
Soporis à vaporum copia curatio per reuellentia, euacuationa, irritantia, digerentia. col. 2. b. 57. & seq.	Sudor cur frequens sequatur accessiones tertianas. col. 1. a. 124
Soporis à debilitate caloris curatio per corroborantia, & reficientia. col. 2. d. 57	Sudores cur non fiant in quotidiana, & pituitosis. c. 2. b. pagina 126
Sorbitiones à quibus prohibeantur, vel indicentur in febribus. col. 1. d. 47	Sudor tardus in quartanis, & quas ob causas in quibusdam acceleretur. col. 2. a. 125
Spiritus neq; similes, neq; dissimiles nostri sunt partes. col. 2. c. 83. nec vnum e. ibid.	Sudorificorum qualitates, ac conditiones. col. 2. d. 45
	Sudorifica auxilia qua humores, & qua febres flagitent. col. 2. c. 45
	Sudorifica admoda qua. col. 1. a. 46. assumpta. ibidem. & col. 2. e. 45
	Sudores in continuis nequaquam eliciemus, nisi eo repate humores, quoad in intermittentibus, commoissimè faciemus. col. 1. d. 56
	Sudorificorum substantia, et oportunitas tertiana. c. 1. b. 141

I N D E X.

Suffumigia ad aerem pestiferum expiandū. col. 1. b. 157
Suppuratio quomodo fiat putredines. col. 2. a. 105
Symptomata in Aethiopia medendi febrium considerantur vi causa putredinem fomentes, aut causa, sine quibus non. col. 1. e. 32. & col. 1. d. 140
Symptomatum per se curandorum enumeratio. col. 2. d. 32. col. 1. d. e. 140
Symptomata in mutatis qualitibus non trahunt ad se curantis intentionem: cetera duplici ratione peculiariter exigunt curationem. col. 1. d. e. 56
Synocha febris theorica pulchra à p. 144. col. 1. vsq; ad col. 2. 147
Synochus & Ephemera nominibus distinguuntur. col. 2. b. 18
Synochus impures non posse dici diarias extensas vel plurimum dierum. col. 1. b. 102. & col. 1. b. 103
Synochus impures, & Ephemeræ eiusdem esse naturam ostenduntur, differre sola vehementia, conuenire materia, & causis efficientibus. col. 1. c. 18
Synochus, & Ephemeræ discrepare materia, vel subiecto, & natura. col. 2. b. 87
Synochus impures medium esse febris genus inter puritatis, & Ephemeræ. col. 2. c. 87
Synochi causa, quod scilicet non habeat periodos, numpendat à loco, an verò à materia, duplex Galeni sententia est, & varia in variis locis. col. 2. a. & seqq. 51
Synocham fieri sine periodis, propter materiam id est, sanguinem putrescentem rationibus probatur. col. 2. e. & seqq. & 51. col. 2. b. 53
Synochon esse, & accessiones, vel exacerbationes habere tertianas contradictionem implicat. col. 1. e. 52. & col. 1. c. 145
Synochum fieri ex bile probatur auctoritatibus Galeni. col. 1. c. 24. saluuntur auctoritates. d. ibid. vide etiam col. 2. c. 61
Synochus nulla ex bile. col. 2. b. 103
Synochus ex bile admittitur. col. 1. c. 147. quomodo fiat. d. ibid.
Synochi subiectum semper est tota massa, nunquam peculiaris humor aliquis. col. 1. e. 102
Synochis omnibus eadem semper materia subiacer. col. 1. a. 104
Synochus duplex, mitior, vel impuris; vehementior, seu putrida. col. 1. a. 103
Synochi non puritatis causa mediata, atque immediata. col. 2. d. e. 23
in Synochi qua ratione vapores non expirare dicantur, & quomodo tonos, vel assidendi modos diuersos causent. col. 1. a. e. 24
Synochi impuris causa materialis est sanguis redundans iusto calidior in omnibus venis, efficiens quicquid ibi talem reddere cum potest. col. 2. b. c. d. 103
Synochi subiectum proximum, seu materia; & remotius, seu praparatum corpus: item fomes, seu locus, & anni tempus, quo incidit. col. 1. b. c. 24
Synochi duplicis toni, homotoni, vel diotoni, id est equaliter, vel inaequaliter affligentis causa partim à prohibita magis, aut minus transpiratione, partim à materia magis minusve crassa pendet. col. 1. a. b. 104
Synochi tonum, hoc est, assidendi rationem, triplicem habent. col. 2. d. 102. quomodo in singulis tonis inueniantur tria prima, vel omnia quattuor morborum tempora. e. ibid. & seqq.
Synochus cum tono epacmatico, an & qualem habeat declinationem. col. 1. c. 104
Synochus impuris in putridam, & biliosam periodicam qua ratione mutetur. col. 2. c. 145. cur non transeat in pituitosam. d. e. ibid.
Synochum referri à Gal. inter febres ardentissimas. col. 2. a. 60
Synochon putridam fieri ex sanguinis massa, non ex san-

guine quarto humore. col. 1. c. 52
Synochon putridam fieri ex sanguine sub propria forma putrescente, Anicenna argumenta. col. 2. c. & seqq. 52. col. 1. & seqq. 144
Synochi putrida cause materiales, & efficientis. col. 1. c. pagina 53
Synochorum signa potissimum sumuntur à patientibus, & dispositione. col. 1. a. 54
Synochi impuris accidentia, singulorumque ratio. col. 2. a, b, c. 24
Synochi impuris signa à Gal. & Anicenna allata. col. 2. 24. examinantur. col. 1. e. 104. renocantur ad certam partem. col. 2. b. 104
Synocha non putrida indicata, & auxilia. col. 2. c. 104. ubi multa Gal. & Anicenna corriguntur. ibid. & seqq.
Synochus impuris refrigerantia potius indicat, quam incidentia, & abstergentia. col. 1. b. 25
Synochi impuris auxilia, & victus secundum Galen. et Recentiores. col. 2. d. et seqq. 24
Synochi remedium praestantissimum sanguinis missio. col. 2. e. 59. an ad animi deliquium mittendus Galeni, & Argenrij opinio. col. 1. a. 60
Synochi reliqua auxilia. col. 1. b. c. 60
Synochi impuris laborantes duab. ab euacuatione horis cibo, & somno instaurandi. col. 1. b. 105. in crassantibus medicamentis non egent. c. ibid.
Syrupi in calidioribus, & mitioribus febribus, & causis contrariis exhibendi. col. 1. e. 45
Syrupi varij miscendi cum potu febricitantium pro variis scopis. col. 1. c. 143
Syrupus rosaceus solus, biliosos, ac serosos humores benignè ducit. col. 2. e. 43
Syrupus rosaceus solus. à Montano reijcitur ob astringentem in febrium principio, sed male. col. 1. a. 141

T

Tabis signa. col. 2. b. 165
Temperamentum partium sufficit ad operationes naturales sine spiritu. col. 1. d. 9
Temperamentum calidum, & humidum quomodo salubre, & insalubre. col. 1. d. 171. vite animalium est maximè congruum. a. col. seqq.
Temperamento calida res, & humida sunt nostra natura conuenientissima. col. 1. b. 172
Temperamentum quibus rerum generibus, speciebus, & individuis conueniat, & dum illud inuestigatur, quibus horum singula conferri possint considerando totum. col. 1. 2. 172. considerando partem. col. 2. e. 173
Temperamenta indagantes quomodo interrogationes formare debemus, & quomodo responsiones reddere distinetas. col. 1. e. 173. & col. seqq. per tot.
Temperamenta cuiusque generis, speciei, individui, totius partis ad sua media referendi ratio. col. 1. & 2. pagina 174
Temulentia, vide Ebrietas.
Tenebre & lux somnum conciliant. col. 1. d. 57
Tertiana quomodo prodeat à iecore. col. 2. b. 121
Tertiana spuria longissima enarratio, è qua signa colliguntur, hanc ab exquisita distinguentia. col. 1. 2. pagina 137
Tertiana exquisita signa propria. col. 1. a. 138
Tertiana spuria cur adeo longa. col. 2. d. 137
Tertiana, se quartana in remissione omnimodam adipiscuntur pulsus sanitatem contra Gal. col. 2. e. 96
Tertiana saepe cum vehementi rigore primo statim impetu incipiunt, quartanis vero progressu temporis vehementer rigoris accedit. col. 1. a. b. 113. virisque ratio. col. 1. e. 120
Tertiana alia indicia. col. 2. c. pag. 121. col. 1. b. c. pagina 122

I N D E X.

<i>Tertiana exquisita cur septem ad summum paroxysmis finiatur.</i> col. 2. e.	137	<i>se. col. 2. d. 155. quales illi, quibus fit contagium per formitem.</i> col. 2. c. 149. aut ad distans. col. 1. a.	150
<i>Tertiana exquisita non est mitissima, sed mitissima, & brevissima dicenda.</i> col. 1. a.	136	<i>Variolarum putredo contagiosa, lenta, sordida.</i> col. 2. b. 152. non lethalis. col. 1. b.	153
<i>Tertiana quomodo solvatur, & evacuatur.</i> col. 2. b.	122	<i>Venarum & Arteriarum contiguitatis causa.</i> col. 1. c. pagina	179
<i>Tertianarum concoctio perfecta deprehenditur ex solo encephemate, vel etiam nubecula.</i> col. 2. a.	133	<i>Vena sectio an congruat omni febre putrida, disputatio.</i> 33. & 34. Galeni contradiçtio. col. 1. b.	33
<i>Tertianam quibus medicamentis, quo ordine curent Recentiores, & Argent.</i> col. 2. a & seq.	141	<i>Vena sectionem non convenire in omni febre putrida, conclusio.</i> col. 1. e. & seq. 33. contrarium videtur docere. col. 2. a. b.	140
<i>Tertiana curatio per vomitum, & deiectionem.</i> col. 2. c. 140. per diuretica, & sudorifica. col. 1. b. 141. per clysteres. c. ibid. per balnea Galeni, qua examinatur ac corriguntur. ibid. & col. 1. p. seq.	140	<i>Vena sectionem cuius febre putrida competeret, semel in considerate scripsit Gal.</i> col. 2. a.	33
<i>Tertianam exquisitam citrari sanguinis missione.</i> col. 2. b.	140	<i>Vena quibus in febribus secanda, quibus non.</i> col. 2. a. pagina	33
<i>Tertes velè dici fontes caloris nativi.</i> col. 1. a.	178	<i>Vena in febribus secanda indicia.</i> col. 2. e.	33
<i>Tellium refrigeratio sistit vigilas ex febribus.</i> col. 1. a.	57	<i>Vena maiores quando aperienda in febribus.</i> col. 1. a. 34. quando minores. b. ibidem. quando hamorrhoides. ibid.	34
<i>Tberiaci quibuscum exhibenda medicamentis in curatione pestis.</i> col. 2. e.	159	<i>Vena supra collum in capite alicubi, & facie existentes quando secandæ.</i> col. 1. c.	34
<i>Tberiaci antiquæ drachma una cum vino generoso pota commendatur ad Rigorem febrilem.</i> col. 1. b.	59	<i>Vena sectionem qua moderentur, aut planè dissuadeant habitus.</i> col. 1. c. 34. qua evacuationes. col. 2. b. c. ead. p. quis calistatus. c.	ibid.
<i>Thymus ducit humores melancholicos leniter.</i> col. 2. e. pagina	43	<i>Vena aperta veluti è camino exeunt, & expirant fuligines putrida.</i> col. 1. b. c.	40
<i>Timor qua ratione febrem succendat.</i> col. 2. e.	19	<i>Vena sectio non omnibus convenit continuis febribus.</i> col. 1. d.	55
<i>Timor & subita impulsione caloris, & concitacione fluxionis concitat febrem.</i> col. 2. a. b.	90	<i>Vena sectio num conveniat in febre pestilenti.</i> col. 2. a. pagina	65
<i>Totum, & pars, cuius temperamentum quarimus quot modis consideretur, & quibus illorum singula conferri possint.</i> col. 1. d.	172	<i>Vena sectioni clyster prapomendus.</i> col. 2. a.	35
<i>Transpiratio insensibilis non exhausta coniunctam causam febris, si tota ponatur in habitu: unde nunquam intermittere febris sine sudore, quod falsum.</i> col. 2. a. b. 117. non sufficit ad vacuandos pueros acutè febricitantes. vide Pueri.	179	<i>Vena sectio preparat ad deobstruentia, & refrigerantia medicamenta.</i> col. 2. a.	38
<i>Transpiratione quo sine vitatur natura.</i> col. 2. a.	179	<i>Venarum mesaricarum purgatio preparat corpus ad deobstruentia, & refrigerantia vtiliter admittenda.</i> col. 2. b.	35
<i>Transpirabilia corpora num minus exposita pesti sunt, in dubium renocatur.</i> col. 1. a.	155	<i>Venenum non interficeret, nisi calor nativus agevi in ipsum.</i> col. 1. d.	151
<i>Transpiratio prohibita quomodo fiat, ac quas habeat causas.</i> col. 1. c. d.	108	<i>Ventriculus quid conferat ad generationem quotidiana.</i> col. 1. a.	121
<i>Transpiratio prohibita sola, & perpetua putrefactionis causa.</i> col. 2. b.	149	<i>Ventriculi, & eius orificij corroborandi instrumenta.</i> col. 1. d. e.	23
<i>Transpiratio prohibita in omnib. est putrida, & quare semper exigat venæ sectionem.</i> col. 2. a. b. 140. hanc sententiam limitat col. 2. d.	33	<i>Ver esse calidum & humidum contra Gal. demonstratur.</i> col. 1 & 2.	171
<i>Transpiratio non adeo procuranda in precautionione pestis, ut Galen. praecepit.</i> col. 1. d.	157	<i>Ver quare saluberrimum.</i> col. 1. a.	172
<i>Tremor ut sit genus rigoris non vult Gal. vult Argent.</i> col. 1. d. e. 113. vide Rigor.	19	<i>Ver procreat synochos ac quare.</i> col. 1. c.	24
<i>Tristitia duobus modis excitat ephemeram.</i> col. 2. d.	19	<i>Vestes qua convenientes in peste.</i> col. 2. a. b.	157
<i>Tristitia cum motu, seu contractione, tum caloris nativi debilitacione, unde cruditas, gignit febrem.</i> col. 1. e. & col. 2. a.	90	<i>Victus indicatur a viribus permittitur a morbo.</i> col. 2. c. p. 46. Vide Cibus, Potus.	157
<i>Tristitiam qua alia sequuntur symptomata, & qua de causa.</i> col. 1. a. b.	98	<i>Victus febricitantium non modo vires sustinere, sed etiã morbo eiusque causis resistere debet.</i> col. 2. c. pag. 46. respicere quandoque etiã symptomata. pag. ibid. paulo post.	157
<i>Tubercula callosa pulmonis sine ulcere statim generasse hœticam visa.</i>		<i>Victus tenuis, conservans, plenus, non sunt differentia quã titatis victus, sed generis, seu speciei victus.</i> col. 1. a. pag. 137. neque huic speciei, illam copiam licet subsistere.	ibid.
<i>Turgere humorum quid sit.</i> col. 1. c.	39	<i>Victus à facultate vitali non indicatur, sed à sola concoctrice ad quam referuntur natura, consuetudo, & c.</i> col. 1. c.	136
<i>Tussis in febribus curatio.</i> col. 1. c.	59	<i>Victus non contraindicat distantia status, ut Gal. docet, sed morborum natura.</i> col. 1. d. e. 136. item morborum causa. col. 2. a. ead. pag.	136
<i>Typhodes inter febres ardentes.</i> col. 1. c.	61	<i>Victus pleniori, aut tenuiori in principio vel statu quando sit indulgendum: qua nos doceant.</i> col. 2. a. b. pagina	136
	V	<i>Victus in acutis quid dirigat.</i> col. 2. d. pag. 136. quid in Intermitentibus. ibidem. quid in longis. e. pag. eadem.	136
<i>Vapores retenti qui febris causa.</i> col. 2. d.	89	<i>Victus non semper in continuis erit tenuis ad septimum usque, contra Galenum.</i> col. 1. b. p. 55. neque semper uberior	136
<i>Vaporem putridum aliunde ad cor eleatum, non sufficere excitanda febre.</i> col. 1. b. c.	109		
<i>Vapor putridus à prae cordijs iuxta Fernellium exhalans non afficit cor principaliter, ut pulsioni mutet, febremque accendat, neque primario initio paroxysmi cerebrum gravat.</i> col. 1. c. d. e.	118		
<i>Vapores aërem pestilentem reddentes quales oporteat ef-</i>			

I N D E X.

<i>oberior in principio, quam statu. ibid. neq; semper humidus. c.</i>	ibid.
<i>Vitius humidus qua ratione utilis febricitantibus. colum. 2. d.</i>	80
<i>Vitius an debeat esse tenuis in ephemera ex densitate eius distinguitur. col. 1. c.</i>	22
<i>Vitius an tenuis esse debeat in vlla Ephemera maxime cum bubone vel adstrictione. col. 2. b. c.</i>	100
<i>Vitius vnus, idem q; ephemera quacumq; laborantibus prescribi non debet. col. 1. c. col. 2. a.</i>	94
<i>Vitius etiam post ephemeram debet esse cautus, & moderatus; varius tamen in varijs ephemeris. col. 1. a. pagina</i>	101
<i>Vitius tenuis in peste damnatur. col. 1. d.</i>	157
<i>Vigilia vt febris fiat causa. col. 1. c.</i>	90
<i>Vigilia nimia qua ratione potius alios affectus, quam febres, aut puritas frequentius, quam ephemeris exciter. col. 2. b. c.</i>	93
<i>Vigilias ephemeram peperisse, vt cognoscamus. col. 1. c. pagina</i>	98
<i>Vigilia causa conuicta: cur superflua fiat in febris. col. 2. c. 56. que sint eius indicationes, & remedia. ibidem.</i>	
<i>Vigilias sopientia per accidens, per resolutionem spiritus animalis. col. 1. d.</i>	57
<i>Vinum cum aqua magis, quam aqua sola, sibi medicatur. col. 2. a.</i>	59
<i>Vini noxa in quibusdam affectibus. col. 2. a.</i>	143
<i>Vinum capite dolentibus denegandum, ueni trahis, & quare. col. 1. c.</i>	101
<i>Vinum generosum moderate sumptum febre quomodo accendat. col. 2. a.</i>	89
<i>Vinum merum in quibus, qua ratione Ephemera causa fit. col. 2. d. p. 92. quomodo remedium crudiati asferat. ibid.</i>	
<i>Vinum sine causa non est adimendum in febris omnibus. col. 1. a. 143. sed caute in quibusdam concedendum. b. ibid.</i>	
<i>Vinum hanc iuuat concoctionem biliosorum. colum. 1. c. pagina</i>	143
<i>Vinum cur requirat antecedentem coctionem in febris quibusdam in alijs vero non, pulcherratio. col. 1. d. c. pag.</i>	143
<i>Vinum quare, ac quando conueniat in ephemeris. col. 1. d. 97. & col. 1.</i>	101
<i>Vinum quibusdam in febris, ante coctionem exhiberi potest, in alijs neq; post concoctionem, contra Græcos. col. 2. b. 48. & col. 1.</i>	143
<i>Vinum his potissimum, quos affectu vigilia, exhibendum nisi doleat caput, aut temporum vena pulsent, quia sermum conciliat, dolorem vero exasperat. col. 2. a. b. pagina</i>	22
<i>Vinum propinare licet in Mærore, & Ira, non Furore. ibidem.</i>	
<i>Vinum an conueniat febricitantibus ex cuius densitate, decidendum considerata subiecti dispositione. col. 1. d. pagina</i>	22
<i>Vini tantum fatigatis an bibendum, quantum concoqui potest, vt ait Gal. col. 2. d.</i>	100
<i>Vinum Trebianum Florent. & Variatum Lucens. laudantur in hectica. col. 2. b. c.</i>	166
<i>Vini odorati tenuis commoda in febre maligna spiritiosa. col. 2. c.</i>	160
<i>Vires non indicare euacuationem contra Axiomam. colum. 1. b.</i>	71
<i>Vires non indicant remedium quantitatem, sed eam vel prohibent, vel permittunt, vel moderantur. colum. 1. a.</i>	72
<i>Vinum indicatio in Ephemera contemnitur. colum. 1. a. pagina</i>	101
<i>Vinum robur quantum requiratur ad vena sectionem, & quomodo illud deprehendamus. colum. 2. d.</i>	34
<i>Vinum robur, & quantitatem vnde sciamus. col. 1. a. b. pagina</i>	139
<i>Vires quandoque deprehenduntur ex remedijs adhibitis, v. g. sanguine detracto. col. 2. d.</i>	135
<i>Vires vitium tenui non nihil debilitatis, morbus, & eius causa expugnatur. col. 1. b.</i>	137
<i>Vniuersalia ante particularia esse explicanda. col. 2. a. pagina</i>	139
<i>Vniuersalis Methodus particularium curationi inseruit. col. 2. c.</i>	67
<i>Vniuersale quomodo fit in vsu. col. 2. e.</i>	71
<i>Vniuersalia cur scribenda, & quomodo iuuent cognitionem particularium. col. 1. 2. 73. quomodo spargantur per mediana. col. 1. c.</i>	73
<i>Vitam consistere in calido, & humido. col. 1. e.</i>	171
<i>Vita conseruatur a calore febrili, quia non prorsus p. n. col. 1. c.</i>	79
<i>Vita febricitantium mala, & p. n. ergo a calore. pr. nat. col. 1. b.</i>	6
<i>Vientium duo principia, anima, & corpus. colum. 1. d. pagina</i>	164
<i>Vicera maligna qua. col. 1. e.</i>	148
<i>Victiones calefacientes in rigore. col. 2. e. 58. cautela adhibendi. ibid.</i>	
<i>Victiones narcotica in febricitantium vigilijs qua, ac qua cautela illinenda. col. 1. b. c.</i>	57
<i>Victiones ex oleo in tertianis improbantur. col. 2. a.</i>	142
<i>Victiones sudorifica. col. 1. b.</i>	46
<i>Vomitus cur fiat in tempore inæqualitatis accessionis. colum. 2. b.</i>	122
<i>Vomitus cur in quibusdam febris facilis, in alijs rarus, ac difficilis. col. 2. c.</i>	125
<i>Vomitus frequens quidem in tertianis, sed non solet finire accessiones. col. 1. a.</i>	124
<i>Vomitionis apud nos non est ille vsus, qui apud Hippocr. col. 1. a. b.</i>	41
<i>Vomitus in febris tantum mouendus, cum eum natura tentat. col. 1. b.</i>	41
<i>Vomitorium in febris præstantissimum. col. 1. a.</i>	14
<i>Vomitum tractatio difficilis. col. 2. c.</i>	126
<i>Vrina tractationem Galenus nulla arte complexus est. colum. 2. b. p. 126. Aëtius autem sabulosi mistis consperfit. ibid.</i>	
<i>Vrinam excrementum esse primæ concoctionis, ratione probatur, & ex Gal. col. 1. a.</i>	127
<i>Vrina eodem loco non accipit nomen, quo essentiam. colum. 1. d.</i>	127
<i>Vrina vera definitio. col. 2. b.</i>	127
<i>Vrinarum differentia. col. 2. c. 127. magis præcipue ab ijs, que in vrina apparent. ibid. nempe a substantia. d. ibid. a qualitatibus tactilibus, visibilibus. d. e. ibid. odorabilibus. col. 1. e. 128. gustabilibus, qua viles quidem, sed medico indignæ. ibid. quantitate. col. 2. a. ead. pag. a contentis. ibid.</i>	
<i>Vrinarum differentia minus præcipue, a causis. col. 2. d. 128. ab effectis. ibid.</i>	
<i>Vrinis et assis tribunt Gal. & Aëtius, qua confusis tribuenda sunt. col. 2. d.</i>	127
<i>Vrina claritas, & turbulencia non est referenda ad substantiam, vt rectè censuit Auicenna. col. 2. e.</i>	127
<i>Vrinarum a coloribus simplicibus, mistis differentia, cum proprijs earum nominibus. col. 1. a. & seqq.</i>	128
<i>Vrina oleosa est, qua colore, & substantia, non pinguedine oleum amulatur. col. 1. d.</i>	128
<i>Vrina immatura. principio, medio, fine, cur non redegerit Argentius ad Nubeculas, Enaoremata, Hypostasim, vt ceteri Scriptores. col. 2. a. b. 128. vide Contenta, Nubecula, Enaorema, Hypostasis.</i>	
<i>Vrinarum sedimentum proportionem respondet laudabili puri, ac qua ratione. col. 1. c.</i>	80

I N D E X.

<i>Urina pallide, subpallide differentia.</i> col. 1. b. 128. causa. col. 2. e. 130. subflava, flava, rufa, subrufa, differentia. col. 1. b. c. 128. causa. col. 1. a. 131. errores Auc. & aliorum. ibid.	<i>Urina subingales, citò, tardè, nunquam subsidentes, quid notent.</i> e. ibid.
<i>Urina rubra subrubraeq, differentia.</i> col. 1. c. 128. causa. col. 1. e. 131	<i>Urina quandoque ab ambiente frigido corrumpuntur.</i> col. 2. e. 131. qua citius, aut serius hoc patiuntur. ibid.
<i>Urina viridis, & limida differentia.</i> col. 1. d. 128. causa. col. 2. a. 131	<i>Urina quandoque perurbentur ab aere calidissimo.</i> col. 1. a. pag. seq.
<i>Urina oleacea causa.</i> col. 2. b. 131	<i>Urina tenuis simul, & opaca causa.</i> col. 1. a. 132. maxime in moribundis cernuntur. ibid.
<i>Urina nigra differentia.</i> col. 1. d. p. 128. causa. col. 2. c. pagina 131	<i>Urina odoris, & saporis causa.</i> col. 1. b. 132
<i>Urina regiones tres sunt, diuiso vase in tres partes.</i> col. 2. e. 128	<i>Urina pinguis quomodo fiat.</i> col. 2. e. 133
<i>Urina causarum distinctiones.</i> col. 2. e. 128	<i>Urina de quarum partium affectibus significatione præbeant.</i> col. 1. c. d. 134. de quarum vero præbeant. e. ibid.
<i>Urinam materia.</i> col. 2. e. 128	<i>Urinam differentia ut bene percipiantur quid obseruandum, & qua requirantur.</i> col. 2. a. b. 134
<i>Urinam cuncta quomodo agant.</i> col. 1. a. pag. 129. vide Diuerſa.	<i>Urina cum pulsi conferretur quoad vim significandi.</i> col. 2. a. 98
<i>Urina quatenus habet essentiam talem, causa est ventri cibus.</i> col. 1. a. 129	<i>Urina post multa interrogata, & exploratum pulsus inspicenda.</i> col. 2. b. 31
<i>Urina generationis, separationis, receptionis loci.</i> col. 1. a. 129. nom. instrumenta, & suis. b. ibid.	<i>Urina haud quomodo ostendere affectiones humorum in habitu pureſcentium.</i> col. 1. a. b. 111
<i>Urina consistens causas multas auctores tradiderunt, at sine explicacione modi, quo eam produciunt.</i> col. 1. b. pagina 129	<i>Urina cur è signis maximis in omni febre.</i> col. 2. c. 98
<i>Urina crassities unde, ex propria sent.</i> col. 1. c. 129	<i>Urina parum momenti habent in discernendis Ephemericar. causis ac speciebus.</i> col. 2. d. e. 97
<i>Urina tenuitas quomodo ex cruditate.</i> col. 1. c. 129. quomodo ex obſtrictione. d. ibid. quomodo ex debilitate hepatis. ibid. quomodo ex copia assumptorum. ibid.	<i>Urinaria vasa pyramidalis debent esse figura.</i> col. 2. b. pagina 134
<i>Urinam variantes causa mediata, multiter proponuntur.</i> col. 1. b. 130	<i>Urina qua in principio suadeat, dissuadeatne purgationem.</i> col. 1. c. 36
<i>Urina alba differentia.</i> col. 1. a. b. p. 128. causa. col. 2. b. c. d. p. 130	<i>Urina crassa, & rubra quamdiu manet in febribus tamdiu ostenditur plus esse sanguinis, & multitudinis humoris quam natura vincere possit.</i> col. 1. c. 35
<i>Urina alba & tenuis, vel alba simul & crassa causa.</i> col. 1. a. 31	<i>Urina si sunt crassa, tunc purgabis, sententia Hippoc. ac quomodo sit intelligenda.</i> col. 1. c. 38
<i>Urina ignea, & flava unde.</i> col. 1. a. 31. rubra, & crassa ex quo. col. 1. b. 31	<i>Urina in Ephemericis cur potius quoad colorem mutetur, non quidem multum sed parum.</i> col. 1. e. 96
<i>Urina magis, aut minus cruda unde pendeat.</i> col. 1. b. pag. 31	<i>Urina quare non rufa in ephemera ex cutis densitate.</i> col. 2. b. 99
<i>Urina in principio quando crassa, quando tenues.</i> col. 2. a. pagina 129	<i>Urina cum multum in Ephemericis non fuerint unquam mutata, non possunt dici longè meliores in declinatione, quam initio, ut loquitur Gal.</i> col. 1. a. 37
<i>Urina commutationes & perseverantia quoad tenuitatem, & crassitatem, unde pendeat, quoque modo, & ordine fiant.</i> col. 2. b. c. 129	<i>Urina quales in febribus purridis.</i> col. 2. d. 30
<i>Urina qualitates omnes pronentium, vel ab alteratione, vel humorum permixtione, absentiam.</i> col. 1. b. 130	<i>Urina duobus modis dicuntur cruda.</i> col. 2. e. 30
<i>Urina colores an fiant à sola presentia, & absentia humorum.</i> col. 1. b. 130. probatur quod ab alteratione etiam. ibid. & seq. neg. solum ab humorum quantitate, sed etiam qualitate, ac specie. col. 2. a. b. 130	<i>Urina quando evidenter in febrib. concollit.</i> col. 1. b. c. p. 55
<i>Urina color primo apprensus, possit ne à coctione fieri sine humore, Galeni, & Aetii opinio affirmans.</i> col. 1. c. d. 130. Argentii negans. c. d. ibid.	<i>Urinis in heclicis non mutari, docet experientia.</i> col. 1. a. pagina 106
<i>Urinam limidam aut nigram minime fieri à calore, aut frigore contra Gal.</i> col. 1. d. 130	<i>Urina quibus in febribus malignis nihil, & quibus multum putredinis nostris sensibus obiciant.</i> col. 2. a. 154
<i>Urina cur multa reddatur vel pauca, variis causa.</i> col. 1. c. d. pag. 132	<i>Urina crassa, subingales male olentis proprium, & inseparabile verè pestilentium sunt indicium.</i> col. 1. e. 156
<i>Urina perspicua, & opaca qua.</i> col. 2. c. 131	<i>Urina sanorum similes in malignis febribus non sunt per se mala, sed quatenus causam morbificam non posse per excrementa purgari significam.</i> col. 2. a. 156
<i>Urinis subingales non fieri ab ebullitione, contra Gal.</i> col. 2. d. 131. neque ob permixtionem partium habentium colores extraneos. ibid. sed à puncta multa, agitata, flatulenta, mista cum sero. ibid.	<i>Urina in pestilentibus unde flava, nigra, oleosa reddantur.</i> col. 2. a. 156
	<i>Ulcera quae ratione febris causa.</i> col. 1. c. 90
	<i>Ulcera quomodo Ephemeras excuciat.</i> col. 1. e. 92
	Z
	Z ithum antiquorum corrumpit humores, & non est Cerevisia. col. 2. e. 48

F I N I S.



IOAN. ARGENTERII CASTELLONOVENSIS

PEDEMONTII

PHILOSOPHI, AC MEDICI PRAESTANTISSIMI.

DE FEBRIBVS.

LIBERATVS tandem à continuo studio, quod superioribus annis, in Opere quod nunc in vestrum potissimum, & omnium postea studiosorum huius artis nostræ, nostrique instituti utilitatem edo, expoliendo perficiendoque impendebam; nunc totus ad vos redeo, Iuvenes studiosissimi, meque amantissimi, ut omni adhibita mea opera, studio, & diligentia, vestris commodis, vestroque honori, & institutioni seruiam: ut si aduersiore fortuna à nobis excitata Methodum totalis repugnantibus, sequuti estis, nunc ea mutata, & secundiore facta, vna mecum illius fructus, & quos parit honores, colligatis, & alios inuiteris huius nostri instituti amulos ad ea sequenda, quæ antiqui omnes optimi Scriptores ostenderunt optima esse, dum eadem Methodo, qua nos, usus est Aristoteles, Theophrastus, & eam commendauit Plato, & miris laudibus passim extollit Galenus. Itaque in primis de utilitate huius tractationis de Febribus quæ expectanda à nobis hoc anno est, pauca dicemus, ut seà perspecta, alacriores ad eam perdiscendam euadatis: Siquidem, ob bonum omnes ad agendum mouentur, cuius generis est utile, iucundum, & honestum. Deinde difficultatem docebimus, non ut ea vos deterream, quos noui imperterritos, sed ut solum ad moneam non negligenter à vobis hæc esse audienda, & pertractanda. Tertio loco proponam, quæ, & quot capita huiusmodi habeat tractatio, ut possitis intelligere quando de eum assequuti fueritis, quod à me hoc anno exigitis: etsi id forte melius secundo loco dicetur: quando quidem difficultas ostendi non potest, nisi propositis rebus de quibus agere necesse est. Quarto loco ordinem explicabimus, & inuenire conabimur, ut percipere possitis à quo potissimum sit auspicandū, quod sequentibus lucem adferat. Postremò nitentur ostendere eos errare, & superfluo labore se, auditoresque conficere, qui vel Auicennam, vel Galeni aliquem librum enarrandum in hac re suscipiunt, quum nullus apud eos liber sufficiat huic instituto; & quidam etiam ex illis non sine periculo imbuenda corruptæ doctrinæ iunioribus proponatur. Itaque ut ab utilitate, & dignitate huius tractationis exordiamur, nihil in tota medicina vtilius, digniusque doceri puto: Nam si Galeno auctore utilitatem me-

A timur signorum, & aliorum, quæ in arte nostra docentur, ex eo, quod medici, & egroti, ipsi colligunt, certe nullus grauior est, nullus, qui frequentius homines infestet, nullus ferè qui facilius perimat quàm ipsa febris; sit ut nihil vtilius, nihilque melius sibi putent ægroti, quàm si ex febre liberentur, idque meritorum; siquidem alia vitia vnus partis ferè sunt, & pauca reperiuntur, quæ impediunt omnes functiones: Nam vulnerato pede, aut intemperato hepate, aut alia parte laborante, integræ manent aliarum functiones: At urgente febre, vniuersum corpus afficitur, concidunt omnes actiones, decumbereque cogimur, & omnia vitæ munia intermittere. Quid vero medico vtilius? Etenim alios morbos, aut contemnunt homines, aut non nisi quum grauissimi sunt facti, medicum accerunt; atque eum qualemcunque, siquidem quæ ex vulneribus, fracturis, vlcerebus, luxationibus, & multis alijs malis provenit utilitas, ea nobis adempta est, nimirum, quum vilissimi quique tonsores illorum morborum scientiam profiteantur, & utilitatem iam dudum sibi vindicauerint. Quin & vetula muliereule, & idiota qui libet stomacho dolenti remedia audet adhibere ex absynthio, melle, & alijs parabilibus remedijs. At febrium curationes nobis reliquerunt omnes, nec aliquis est tam audax, alterius ordinis, quàm nostri homo, qui illius scientiam sibi vindicare audeat; & quum interim alijs laborantibus dicunt se remedia habere, quæ febribus prosint, nihilominus quum ipsi eodem morbo vexantur, suis remedijs non fidunt, sed ex nobis opem quærunt. Itaque vtilissimam huius rei explicationem existimabimus: si modo ea est, quæ præ cæteris tantorum laborum, quos discendi causa impenditis, nobis vberimos fructus promittit. Quid verò dignius, quàm posse hominem febre laborantem curare? Si enim medicina dignitas in eo potissimum posita est, quod hominum languores propulsare potest, seipsum in eo vincet, quum circa eum, qui maximus, frequentissimusque est, versatur. Illud verò, quod ad difficultatem pertinet, breuiter accipite. Nullus est morbus, qui plura genera, plures differentias, plures causas, quàm febris habeat, & etiam in illius natura non parua (ut postea patebit) est difficultas. In signis præterea, alia oritur: quum perinde aliquando illa confundantur, ut vnum pro alia febre sæpius sumant medici, ut quum quotidianam recepto, & inueterato apud omnes na-

A tiones

tionem errore, duplicem tertianam vocant; aut hoc etiam nomine semitertianas complectuntur. Hinc factum profectò est, vt nulla amplius quotidiana, aut semitertiana febris inueniatur: quum tamen res aliter se habeat, & hoc anno etiam ostenderim, grauius eos hallucinari, qui semitertianas febres, quarum magnus fuit hic numerus, non agnouerunt; quam tamen Galen. scribat in libro de Typis, eam Romæ esse familiarissimam: & proinde huic nostræ Ciuitati, quæ eodem aere, quo Roma vititur. Nec minor quidem est in prædictione difficultas: quum multa capita habeat hæc tractatio, & ea omnia difficillima: nam & salutem, aut mortem prædicere difficillimū est: quum sæpè bona multa signa salutem pollicentur, & nihilo minus mors sequatur. Quod & hoc anno, & alias etiam vidimus, cum optimis coctionis signis, (quod negat Galenus fieri posse) homines mortuos. Difficile quoque est diem, & horam, solutionis modum, & alia (de quibus suo loco in prædicendi parte dicebimus,) prælagire. At omnium difficillimum est, curationem rectè instituire; idque non solum ob errores, qui ab ipsis ægrotis, & nimia mulierum, & adstantium licentia, committuntur: sed etiam ob varias causas, & Symptomatum complicationes; nam dubium aliquando est, an febris, vel humori eam committenti prospiciendum sit, dubium an sitis compescenda urgente accessione, an expectanda declinatio; & tanto magis profectò curatio, difficilis nobis relinquatur, quòd Galenus, & Hippocrates, ignoratis mitioribus nostris medicamentis, raro purgatione in febribus sint vsi, & negligentius earum remedia, & viciū explicauerint. Nam, si venæ sectionem, aquæ potum, & pitiana exhibitionem à Galeno demas, vix aliud continentium febrium remedium inuenies. Multarum præterea febrium mentionem facit, vt semitertiana, epialæ, lipiata, pestilens: quarum curationem non docet; atque ita eorum negligentia factum est, vt quum hæcenus ad illorum imitationem studia sua medici instituerint, nec expressum inueniant, quod querunt, variæ controuersie inter medicos sint excitata: quum vnus neget purgationem ab initio conuenire, alius contra asserat, alius pepones concedat, alius inutiles omnino putet: nec adhuc constat inter illos, quæ infundenda sint per clisteres, an acria, vel mollia, an aliquid exhibendum ad aluum liberius subducendam, quum excrementa illius vtcunque exeunt. Ac denique variæ in omni re sunt opiniones, quæ rem, quam aggredimur difficillimam esse ostendunt. Habet verò hæc tractatio sex maxima præcipuaque capita quibus continetur: nam quid febris sit, quot, quæve sint illius genera, differentia, partes præterea, causa, signa, & ablatio illarum, intelligere necessarium est: quibus quidem intellectis, nihil amplius relinquatur, quod desiderare possitis. Verum, inter hæc, quæ docenda sunt, ordo aliquis requiritur, vt intelligamus, quid primo loco, quid deinceps explicandum sit: nam ubi ordo deest, confusa redditur doctrina: nimirum quum ignoremus quid præponi debeat, quod lucem sequentibus adferat: quid verò postponendum, quod eam à præcedentibus sumat. Itaque constat in primis de natura, & definitione febris agendum esse, sine qua nec signa, nec genera docere, nec curationem instituire possumus. Quomodo enim quæso diuidere, ostendere, aut aliud tacere de eo poterimus, cuius naturam ignoramus. Sequitur postea, vt quæ, quotve sint febres, siue prima illorum genera, & capita, ex quibus alia omnes nascuntur, doceamus: quo explicato, succedit tractatio de illarum differentiis, siquidem inuentis ipsis febribus, inuestigandum est, qua ratione, quotve modis inter

se illæ differre possint. At frustra illarum genera & differentias, & partes poneremus, si notas non haberemus, quibus eas dignoscere, & inter se distinguere possemus: Nam quum variet curatio ob varias illarum differentias, & genera, & partes, ne vni, quod alteri conuenit demus, ideo signa explicanda, quæ vniuersam multitudinem delectant, Requiritur præterea signa ad euentum illarum perdiscendum; ne in desperato malo remedia adhibere tentemus, quæ seruanda sunt his, quibus prodesse possunt. Postremò autem, illarum curatio, & causarum, quæ eas pariunt, & symptomatum illas consequentium remotio procuranda est. Quod verò ad authorem pertinet, nullum esse puto, quem legere, inter præterique possimus: nam Galenus nullo Opere integram huius rei tractationem est complexus: siquidem in Libris de Differentiis febrium, curationem non attingit, nec prædictionem, nec quod grauius est, & minus in eo tolerabile, omnes differentias, omniaque genera complectitur; Causam nullam mentionem facit; nec docet differentias pestilens febris, nec à certo initio aspiciantur, quo omnes differentias comprehensas intelligere valeamus, quin potius genera, quam differentias ipsarum febrium, contemto, quod inscriptio promittit, docet, vt postea ostendemus, quum differentias inuenire tentabimus. In libris verò Methodi incedendi, de sola curatione agit, alijs capitibus contemptis: nec de ea quidem, quæ pertineat ad omnes febres, sed solum, quæ propria sit Synochis dictis febribus. In Libro verò ad Glauconem, inscripto, pauca sunt elaborata, multa ommissa, & quædam etiam perperam tradita: nam nec genera, nec differentias inuenire studet, nec curationem omnium docet, quandoquidem, pestilentes omittit, & multas alias. In alijs verò Operibus nihil collectum, sed omnia sparsa, quæ ad hanc rem spectant, tradit. Quare, nec omnes illius libri legendi, quod fieri in scholijs nequit, quum vnus omnia posita capita non contineat; aut alius author proponendus, qui id præster quod querimus, quod quidem Auicenna facere tentauit, siquidem ea omnia attingit ille author, sed vt alia reliqua, satis infelicitè; etenim multa malè ex Galeno transtulit, imperitia linguæ Græcæ, malis versionibus Arabicis, (vt omnes putant) vsus. Vel etiam forte, quòd plura nesciuerit, aut inchoatum opus expolire, absoluereque nequiverit. Quam ob rem, fatius esse puto, vt interim dum alij in Auicenna referendo plurimum laborant, tempusque conterunt, cum omittamus: & vt superiori anno fecimus, de vnoquoque capite, nullo suscepto interpretando authore, agamus. Ordinem tamen ipsius Auicennæ sequemur, qui ea capita, eo ordine, què nos proposuimus, explicat. Interim tamen, quicquid Galenus, & alij boni authores sparsim de vnoquoque capite prodiderunt, illud adferre in vestram vtilitatem curabo: & quæ desunt apud illos, vel non sunt prolata, aut perperam asserpta, quantum in nobis erit, solita, qua hæcenus vsi sumus, & antiqua licentia, adferemus, idque tanto liberius faciemus, quod videmus paulatim sectas deferri, & omnes ad veri contemplationem excitemur.

Quid

Quid ponat præcognitum hæc tractatio.

Vi prodignitate vult hæc explicare, aut discere studet, debet in primis corporis naturam perspectam habere: Nā alioquin quum mentio sit de diuerso febrium subiecto, vt quum dicimus febres qualdam in humoribus, alias in spiritibus, alias in partibus solidis consistere, si eorum naturam ignorauerit, genera febrium percipere non poterit, & multo minus illarum differentias: quæ vel ex materie subiectæ diuersitate, vel loci conditione, & demum ex alijs causis nascuntur. Præterea, ob corporis conditionem generatio, naturaque febrium variatur: siquidem in bene affectis corporibus labor diariam, in alijs verò putridam excitat. Oportet præterea tenere vim omnium, quæ calorem omnis generis intendere, remittereque possunt. Hinc enim febrium generatio cognoscitur, & curatio rectè instituitur. Vnde remediatorum, victusque vires, planè exploratas habere oportet. Quid item possint, quæ extrinsecus occurrunt, vel intus sumuntur, aut exeunt à nostro corpore, vel geruntur à nobis. Hæc ergo adferat oportet, qui ex hac tractatione aliquem fructum querit.

De Febri Definitione.

In febri definitione ob Galeni varietatem, & authorum inter se discrepantium sententiam, magnos labyrinthos excogitarunt Neoterici. Nam nec in genere ipsius febri videtur Galenus sibi consentire, & ex definiendi modo, definitionumque uerbis relinquit, in quo dubitare liceat. Nam quum febri aliquid sit præter naturam, sit autè omne, quod hoc nomine coninetur, vel morbus, vel causa morbi, aut symptoma; aliquando ita definit febri, vt illius genus constituat causam morbi, aliquando verò morbum. Quum enim primo Aphor. 14. & in primo de victu acutorum. Comm. 43. & alibi passim, dicit esse calorem præter naturam, & idem sentit Actius, & alij multi, causam morbi esse dicit: siquidem omnis morbus, vel intemperies est, vel ipsa structura vitata. At calor intemperies ipsa non est, sed intemperiem facit, causaque illius est. Quum verò 8. & 9. Methodi definit eam esse intemperiem calidam, genus illius statuit morbum, nempe intemperiem, idque melius, omnes enim febres morbos vocant, simularumque partium eos esse putant. Quare per intemperiem definiiri debet. Calor verò merito additur tamquam differentia, quoniã quum multæ sint intemperies, quædam scilicet calidæ, aliæ frigidæ, aliæ alterius naturæ, ad aliarum differentiam calida additur. At quoniam intemperies quædam in latitudine sanitatis continentur, aliæ verò neutræ sunt, aliæ morbosæ, merito addi debet aliquid, quod eam significet, in qua continetur: id autem fiet, si dixerimus esse intemperiem calidam præter naturam, vel admodum excedentem, vel morbosam, vel quæ impediatur consuetas operationes. Hæc enim mutuò conuertuntur, & se sequuntur: quandoquidem id quod præter naturam est, plurimum excedit, & illud met insigniter actiones labefaciat, & e contra, qui euidenter habent offensas actiones, præter naturam sunt affecti, & plurimum illorum constitutio à mediocritate recedit. Cæterum, quoniam intemperies calida potest esse vnus partis, vel totius, & inter partes, huius, vel alterius, iam docendum est ad per-

Afectam constituendam definitionem, cuiusnam intemperies sit. Quia in re varius etiam est Galenus, & alij authores. Etenim Galenus septimo Methodi Cordis passionem febrem statuit esse, quum ait, vbi intemperies calida ad cor peruenit, tunc est febri. Alibi verò statuit intemperiem esse totius corporis; & sic omnes recepimus, quum dicimus febrem esse vniuersalem morbum, quòd. scilicet vniuersum corpus pertineat. Verum, fatius esse puto, vt ipsius cordis passio esse dicatur, siquidem sæpè adeest febri quum reliquum corpus friget, vt per accessiones ipsarum febrium apparet, in quibus extrema frigent, at cor semper calet, & qui tunc algent in extremis, intus tamen circa cor ardorem sentiunt. Præterea, calor ille, qui febri est author, primo ad cor pertinet, & in eo residet: illius autem opera vniuersum corpus postea incalescit: Vnde per accidens, & secundum datò febri est calor totius corporis, primò autem, & per se ipsius cordis. Quare si definitiones ex eo, quòd per se, non per accidens rebus inest, fieri debent, constat dicendum esse, quòd febri sit ipsius cordis non totius passio. Sic enim in alijs affectibus facimus, ut quum stuporem dicimus esse neruorum passionem, non autem omnium partium, quæ torporis sunt participes: quoniam, scilicet per neruos illis passio communicatur: sic syncopen cordis dicimus affectum, etsi aliæ partes postea compatiuntur. Quod si ita est, cur potius febrem totius corporis, quàm syncopen dicemus esse. Idem patet in vulneribus cordis, & alijs morbis, quos nemo negauerit proprios esse ipsius cordis, etsi postea illorū vis ob principatum, & dignitatem ipsius partis in vniuersum corpus spargitur. Præter illa autem quæ de accessione diximus, quod si in principio illarum frigus sentitur in vniuerso corpore corde excepto, & quòd pulsus sint tardi, & rari, quòd signum est frigiditatis, nõ aucti caloris. Vrget id etiam, quod qui febri pereunt, paulo antè quàm moriantur, resolutis spiritibus halitum emittunt frigidum, quòd docet experientia, & etiam Hippocrates testatur tertio prædictionum, quò quidem ostendit non solum calorem non esse auctum, sed etiam diminutum magis, quàm in sanis. Confirmat id præterea Galenus, qui dicit in libris de morbis vulgaribus non necesse esse in febri, vt vniuersum corpus caleat, sed satis esse, si id fiat in corde, & partibus illi proximis, tãquam. scilicet cordis propria sit passio, aliarum autem non semper, nec per se, sed per accidens, communicato. scilicet ad eas cordis affectu. Quare in febri definitione materia, locusque affectus Cor poni debet, non autem vniuersum corpus.

Confirmant nostram opinionem aliorum responsiones in hac re absurdæ: Nam quidam dicunt omnes quidem febricitantes calore extraneo affici, sed non necesse esse, vt calidiores sentiantur, & calorem ipsi sentiant. Nam quomodo quæsiõ erit febri, si non intemperies calida? Quo modo potest esse calor extraneus, & frigus sentiri? An quæsiõ morbi in re insensibili poni debent, quum sensibiliter lædant actiones, an in contrariarum qualitatum sensu. Quare ergo frigidam non dicemus intemperiem, quando calor sentitur extraneus, sicut volunt illi, qui calidam ponunt intemperiem, vbi frigus percipitur. Quare ergo nõ ponemus sanitatem esse, vbi morbus adest, & e contra? Alij vero dicunt, quod in principio accessionum febri non sit, sed gignatur. At quomodo febri non est, si pars est febri, siquidem tempora particularia vniuersalium sunt partes, & hæc totius. Quo modo præterea gignitur febri à frigido per accessiones? Quòd si frigida tunc est intemperies, à qua genita est, quando habebit incrementum, statum,

& declinationem. Quod verò alij dicunt, in principio accessionum auctum esse in corde, & quod augetur in toto nisi impediatur, & quod in principio impeditur propter obstructions, quæ impediunt illius delationem, ex hoc roborant nostram opinionem, quod non sit totius, sed semper cordis calor, & passio. Nam ex hoc impedimento calor in ipso corde, & frigus in alijs partibus exuperat, veluti in his qui suffocantur, accidit, in quibus calor ob prohibitam respirationem in corde augetur, alijs interim partibus caloris delatione prohibita, refrigeratis. Sed quid opus est verbis, quum Galenus ut diximus lib. 6. Epidem. Comm. 1. 28. textu scribat ad verbum, satis esse in febre si præcipue partes in tus contentæ nempe cor, & vicinæ incaleant; Quod si aliquando totius corporis morbum scribit esse ipsam febrem, non id quod re vera est, & in definitione recipiendum, sed quod per accidens, & ut plurimum fit, explicat. Idem testatur aperte Aetius quum definit febrem esse calorem præter naturam ipsius cordis.

*An sit calida solum, vel etiam sicca
intemperies.*

Posita ea definitione ipsius febris, quæ omnium optima mihi videtur, quod scilicet sit intemperies morbosa calida ipsius cordis, sequitur, ut eam à eorumnijs vindicemus, & singulas partes bene positas ostendamus, & eas refellamus, quæ superfluo adduntur. Interpretanda præterea sunt nonnulla, quæ Nentericis magnam difficultatem pariunt. Quam in re prius docendum an bene assignauerimus genus, & differentiam: Nam quædam videntur esse febres, quæ in ipsa tota substantia, non in manifestis qualitatibus poni debeant. quales sunt pestilentes febres, quæ non tam caloris abundantia, quàm maligna quadam natura infestant, & perimunt. Ad quod respondeo febrem tunc esse, sed non simplicem, verum cum alio morbo coniunctam, quæ substantiam ipsam afficit. Adest enim febris, quia calor præter naturam, sed ob malignam materiam, quæ calorem concepit, vniuersa quoque substantia labefacta est. Illud præterea vrget, quod nos calidam solum temperiem definiimus esse febrem, quum tamen calida, & sicca putari possit. Nam primo si igneus est calor, qui febrilis est, ut nomen monstrat Græcum; *pyretos* enim ab igne deductum est, & febris à feruore derivatur. Vnde si ignis calidus est, & siccus, febris quoque huiusmodi naturæ fuerit. Secundo scribit Galenus primo Aphorismorum 16. febris affectio est calida, & sicca: Vnde humidis eget. Idem testatur octauo, & nono Methodi, eam scilicet suapte natura calidam esse, & siccam passionem. Tertio id docet natura hecticarum, quæ calida est, & sicca, ut primo de differentijs febrium testatur. Contra verò facit idemmet author, qui primo de Differentijs morborum, inter simplices in temperaturis febrem nominat. Deinde, quod semper per calorem eam definit. Item hectica febris sæpè sine siccitate consistit cap. 12. lib. 1. de febrib. Ita quidem solet perpetuo de eadem re hic author diuersa tradere.

Respondendum, quod suapte natura febris semper associet sibi siccitatem. Nam vehemens calor esse non potest, quin humorem consumat, sed non propterea siccitas semper adest morbosa, sed calor: ut enim morbosa sit qualitas, tantus excessus in ea requiritur, ut lædi possint actiones: quod non semper contingit in febribus, ut apparet in Quotidianis, Synochis, & alijs denique, in quibus copiosus, vel etiam superfluus subest humor, qui exsiccatione adhuc eget.

A Quod si in hectica febre, adest etiam siccitas, quæ non minus functionibus obest, quàm ipse calor non tamen propterea in omnibus, nec statim id fit, & in quibus siccitas adest huiusmodi, non solum febris adest, sed alius præterea morbus additus est ex siccitate: estque tunc temperies calida, & sicca, febris scilicet, & intemperies sicca. Concedimus ergo siccitatem coniungi, sed non semper siccum esse morbum, quoniam nec siccitas semper vehemens, & morbosa. Concedimus præterea victum humido opus esse, ut scilicet siccitas ea, quæ morbosa alioqui tandem euaderet, caloremque intenderet, abigatur. Quod si putamus non semper adiungi siccitatem, quoniam pituitosa corpora humore superfluo redundant, Respondemus, id fieri materiæ subiectæ ratione, quæ febrilem calorem opprimit, prohibetque ne euidenter fiat siccitas. Quum autem quod rei natura postulat spectamus, id quod materiæ ratione contingit, ab eo separamus. Vnde in corpore mediocriter affecto semper febris cum siccitate quadam reperietur. Satiusque ita esse puto sentire, quàm illos imitari, qui dicunt semper esse siccitatem superfluum in ea materia, in qua febris residet: verbi gratia, exsiccatos esse spiritus, vel humores, si in illis calor est accensus. Nam, ut diximus, tanta aliquando est humidi humoris copia, vt nulla agnoscat in eo siccitas.

*De calore febrili an vnus scilicet, vel plures
& cuius natura sit.*

Opinio quorundam est duplicem in febricitantibus calorem esse, naturalem vnum, alium præter naturam, idque probant varijs rationibus.

Primum ab officio caloris sumunt argumenta: Nam natium caloris officium est concoquere alimentum, & humores attrahere, excrementa segregare, & expellere. Eius verò, qui præter naturam est officium est contraria efficere, & naturæ opera impedire. Quare quum fiant coctiones, oportet natium esse calorem, & quum illæ operationes non fiant tales, quales quum habemus secundum naturam, constat alium esse calorem, ne natium assequatur sui operis perfectionem impediens. Duo ergo calores natium, & præter naturam.

D Secundo si vnus esset calor febrilis, non posset fieri sanatio, quoniam sanitas à sanitate fit. Quare quum febris occupet vniuersum corpus, si ponatur vnus calor in omnibus, nullæ erunt sanæ quæ possint sanitatem facere, & id quod est præter naturam vincere. Duo ergo calores, naturalis vnus; alius præter naturam.

Tertio constat adeste calorem præter naturam, quum febris per eum definitur. At quod naturalis etiam subsistit, quod animal viuat, quod absque natium calore fieri nequit. Vel cum adest, vel non, si non adest, nec vita adest. Si adest, duo ergo calores.

E Quarto sit pugna in febricitante, à calore innato, quod ostendit sanatio, quæ non nisi ex ea nascitur. At quum nihil in seipsum agat, necesse est, vt nec in frigus, vel excedentem calorem, aut diminutum agat qui natium est. At non in frigus, quum illud non noceat, ergo in calorem, non diminutum, quia febris est auctus calor, in auctum ergo, & alium. Duo igitur calores.

Quinto id probatur ex remedijs medicis quæ diuersa sunt, siquidem in febribus, calorem extraneum extinguere, & natium roborare conamur. Duo ergo calores, quia duo remedia diuersa.

Sexto Galenus quum de temporibus anni agit

in Aphorismis scribit natium calorem esse exiguum A
ascitum plurimum in æstate, cōtrarium in hyeme
fit, quare quom alicuius, & natius duo sint, &
ambo in corpore, nihil prohibet adesse quoque duos
calores præter naturam scilicet, & naturalem, vnde
dicere solemus etiam quod in febre exuperat, & vi-
get calor præter naturam, languet verò, & diminu-
tus est naturalis.

Septimo autoritas Galeni clara est 47. Aphorif.
secundi, vbi scribit pus fieri à mixto calore naturali
& præter naturam; Idemque testatur ultimo textu
primi prothetorum, & merito quidem. Nam pus
fieri non potest sine calore putrido, quia vbi est so-
lus calor natius author mutationis fit concoctio, p
fecta assimilatio, adest quoque & calor natius in puris
generatione, alioqui esset putredo. Quare si in gener-
atione puris duo adfunt calores si quidē mixtio non
fit nisi ex duobus, duo quoque fuerint in febricitan-
te, vbi alteratio, quæ fit, nec simpliciter concoctio est
nec putredo, sed suppuratiōi respondens. vnde di-
cebat Galen. generationem sedimenti in vrinis pro
portione respondere generationi puris. Addunt, &
Auerrois autoritatem, qui definit febrim esse calo-
rem compositum ex naturali, & præter naturam,
Addunt & alias rationes, sed supradictæ præcipui
sunt momenti.

Pro solutione horum argumentorum quædam
supponenda sunt, quod scilicet aliud sit calidum na-
tium, aliud calor natius: Nam calor ipsa est quali-
tas, quæ in calido natuo est. Calidum verò ipsum na-
tium corpus est quod calori subijcitur. Estque illud
ut ostendimus in libello nostro de calido natuo tri-
plex, vnum, & verè iunatum sanguis, & semen prin-
cipia generationis, ex quibus alia omnia fiunt. Sec-
undum humida ea substantia, & calida, quæ in sin-
gulis partibus relicta est ex semine, & sanguine.
Tertium quod reuera natium non est, sed ita dictū,
quod ea seruet, & foueat, quæ verè natua sunt, & il-
lud est sanguis, & spiritus. Tres proinde sunt natui
calores ut tria subiecta. Item explicandum est quo
modo natium oporteat intelligere calorem, quod
scilicet mitis sit, & habituosus, qualis est, qui in na-
tuis principijs sanguine, & semine reperitur, ex-
traneum autem, & præter naturam uocemus, qui ob
incrementum, & acrimoniam est inutilis ad actiones
corporis secundum naturam obeundas. Quibus po-
D
fitis, & hoc etiam præterea quod calor per febres
non æqualiter augetur in omni substantia corporis
sed aliquando humores magis quam spiritus, & partes
solidæ, & è contra; quod significare volunt,
qui dicunt quendam substantiam esse in calefac-
ti, aliam in calefacto esse. Ad argumenta respon-
demus.

Ad primum, quum dicitur, quod officium caloris
natui est concoquere, alterius verò destruere coctio-
nem, conceditur; nam moderatus est calor qui bonas
coctiones facit: vnde, quum intensus sit per fe-
bres, coctionem uitiat plus vel minus pro incre-
mentu ratione: vnde, fiunt quidem coctiones, sed nõ
bonæ, quia calor illius author nimis auctus est, vnde
non sequitur, duos esse calores, sed intensum esse
qui prius aderat, quum planè secundum naturam
habemus.

Ad secundum, quum dicitur, non posse fieri sana-
tionem si unus esset calor. Respondent nonnul-
li, quod partes quædam magis, alia minus affi-
ciantur, vt in Putrida humores, in Diatia spiri-
tus, in Hæctica, partes solidæ; vnde, quæ minus affi-
ciuntur, aliarum respectu sanas esse, & ab illis sanita-
tem fieri. Quorum opinio non placet: nam etsi quæ-
dam forte melius habent, omnes tamen ægrotant

nec quod est in alia corruptum emendare possunt.
Deinde sequeretur, quod vbi simul adest Hæctica
cum Diatia, & Putrida, hominem non posse liberari,
quum omnes substantiæ tunc sint in calefacto esse,
& eodem modo affectæ, vt vnus calor, alterius ma-
lis mederi nequeat.

Respondendum ergò, quod sanitas proueniat ratio-
ne remediorum, quæ habent vim sanandi: numquam
enim liberaretur Hæcticus naturæ beneficio; sed fri-
gidis remedijs sanatur. Quod si quis dicat, quos-
dam, qui febricitant, febre liberari usu calidissimo-
rum remediorum, veluti contingit in his, qui in exer-
citiis, aut ex potu vini meracioris febre liberantur;
Respondeo, quod hæc sunt etiam remedia quædam
scilicet ipsius materiæ, & causæ febris, quæ extenuat-
B
ur, & dissoluitur, qua dissoluta, febris etiam euanes-
cit; id quod solum in Diatia, aut Putrida fieri potest,
in quibus pabulum calori demitur, quo ablato, cal-
or pariter expirat. At, si quis dicat multos liberari nõ
ni remediorum, vt apparet in pauperibus, qui teme-
rè viuunt, nec remedijs aliquibus vtuntur, tamen,
tandem naturæ beneficio liberantur. Negabo eos
nullo remedio vti, quum & aquam potant, & pane
eloto, & alijs vtantur, quæ aduersus febrim, aut
illius materiam faciunt: tamen, si etiam concessero,
naturæ, & caloris natui beneficio abigi posse huius-
modi febres, non erit ab eo, quum materia, quæ semel est
accensa tandem in cinerem per putredinem redigat-
ur: unde calor extinguitur, veluti ignis consumpto
humore lignorum sponte euanescit. At si quis dicat
C
rursus non esse parem rationem de igne, & calore
qui est in materia febrili, quod scilicet ignis nullo al-
io quidpiam conferente consumpto humore extin-
guatur: Materia autem febris coctione egeat, quæ à
calore natuo fit. Præterea, remedia ipsa, præsertim
quæ sunt potentia, egeant actione caloris natui, vt
reducantur ad actum, & conferre possint: non posse
autem conferre quidpiam calorem, vbi adfunt tres
febres, eo quod omnis substantiæ calor sit extraneus
& præter naturam; Respondeo, quod quum salus
contingit, & si calor est præter naturam, non tamen
ita alienus est, ut non possit utiles aliquas alteratio-
nes facere, quæ sufficiant ad rescindendas morbo-
rum causas, quod in generatione puris maximè appa-
ret, ubi etsi calor est alienus à natura, idest nõ similis
D
naturali, sed excedens, tamen sanguinem deducit in
certam quandam materiam, nempe pus, quæ quum
excernitur, pars suppurata sanatur: nam si omnino
secundum naturam est calor, idest mitis, & beni-
gnus, pro cuiusque natura ex sanguine nutrimentum
corporei molitur, assimilatione perfecta qualitatū, &
substantiæ. Si vero vsque adeo excedat, & omnino
igneus sit, vt nihil vtile efficere valeat, putredinem
procreat, & substantia, & qualitatibus corpori ini-
micam, & exitiosam. At si mediam quandam na-
turam habeat, ut planè naturali non sit similis, nec
tantus excessus, ut alienus omninò sit, mediam quan-
dam mutationem in materia efficiet, pro excessus ra-
tione plus, vel minus naturæ familiarem, vnde pus
in inflammatione gignitur, quod quidem assimi-
latur per qualitates corpori, substantiam autem ha-
bet alienam, utpote quæ referant huiusmodi caloris
actionem: nam quod qualitates sint assimilatae vnde
album, lenè, & æquale dicitur, ostendit non omnino
alienum fuisse calorem, qui pro pure virus quoddam
varium, & dissimile parit. Quod vero substan-
tia relicta sit dissimilis, neque enim ex pure nu-
tritur Animal, argumento est non omnino sec-
undum naturam fuisse ipsum calorem, si quidem
ab hoc opus quod fit omnino secundum naturam
perficitur, & hæc est opinio Galeni in eo Aphorif.

mo secundo libro. Dum pus conficitur.

Sic ergo in febribus contingit. Vbi enim calor plurimum exuperat, putredo fit in venis, quæ hominem occidit, aut si calor est in partibus solidis, extraneus admodum, vt in hectica tertie speciei, inutiles fiunt alimenti coctiones, & mors sequitur; Quod si secundum naturam est calor, id est mitis, & unicuique etati proprius, nutritio fit optima; At si mediam naturam habet, medias quasdam actiones facit, quæ putredinem cessare faciunt, & remedia alteret, & adiuuet, concoquatque cibum, qui si non perfectam coctionem assequitur, vim tamen eam, quam habet exercere potest. Non ergo (vt nos colligamus) equitur non posse sanationem fieri si unicus esset calor, quia remedium vi contingit sanatio; et si huiusmodi calor præter naturam dicitur, est tamen adhuc utilis, ubi salus contingere potest, vt seruire valeat, tum remedijs, tum alijs naturæ operibus, quibus sanitas paratur.

Ad Tertium, quod probabat duplicem esse calorem, eo quod per febres uideret, concoqueretque; & alias naturæ operationes obiret Animal, quæ non nisi à calore naturali proueniunt, & ex eo quod febris calor esset uitæ inimicus, eadem adfertur solutio, quod calor huiusmodi non omnino est inutilis ad huiusmodi actiones obeundas cum quibus uita consistit. Vnde tunc uiuit, et si malè. Viuit enim quod non omnino sit extraneus, & inutilis, quod quum sit, iam mors sequitur, malè autem degit, & consumitur, uigilat, dolet, & alijs malis torquetur per febres, quoniam excedit naturæ limites; Quæ profectò ostendunt non duplicem esse ponendum calorem, sed unum esse, qui naturæ mediocritatem excedit.

Nam quod quidam dicunt calorem naturalem esse in spiritu, ubi putrida est, & non diaria, & illum bene concoquere; et si interim hic corrumpat duosque, tunc poni calores, naturalem unum, alium præter naturam, falsum est. Nam concoctio, & alia naturæ opera, semper fiunt à partibus solidis, & quum febris occupet uniuersa, quæ sunt in corpore, omnia quoque oportet calore præter naturam abundare, etiam magis quædam quam alia.

Ad quartum Argumentum, quod probabat duos esse calores, quia pugna est, quæ non nisi inter contraria, & repugnantia reperitur: Vnde quum calor, uel aduersus frigus, aut calorem excedentem, uel diminutum, solum pugnare possit, non autem aduersus frigus, sed calorem ipsum pugnet; ob id sequatur duos esse calores: siquidè vnus aduersus seipsum non agit. Respondemus, pugnam huiusmodi non semper adesse; quod apparet in hectica febre, ubi nulla adest pugna, sed æqualiter perpetuò afficitur corpus. Quod si grauius videntur habere hectici post cibum, non est id ob pugnam, sed quoniam calor, qui erat in sicco subiecto, affluxu humoris excitatur: ubi verò adest, oritur pugna, eo quod partes minus agræ, contra alias agant, vt in putrida contingit, in qua partes solidæ, quæ non sunt adeo exalescunt, vt humores, mitiore calore retundere nituntur eo, qui in humore magis exuperat. Verùm quid dicemus de putrida, & hectica simul, ubi par, & æquale est malum in utraque substantia, & tamè pugna oritur: Vnde videmus sudores nasci, & concoqui vrinas, & humores, ebullitionesque; in illis; præterea, accessiones fieri, quæ pugnae sunt inditia. In hoc dicere possumus, quod etiam æqualiter afficiantur humores, & partes solidæ, nihilo minus partes ipsæ, ex quibus alterationes omnes nascuntur, agere adhuc possint in humores ipsos: siquidem, & in cibum agunt: Vnde, quum repugnent humores assimilationi, & expulsionioni, pugna nascatur, alioqui ad

A argumentum responderi non possit: Quia quod alij dicunt partes minus egras, ut solidas in humores, id solum locum habet, ubi putrida urget, & non hectica, quæ quum simul infestent, non minus partes solidæ, quam humores afficiuntur.

Ad quintam, quo dicebatur, medicum ut duplici remedio, vno robotante natium calorem, qualia sunt concoquentia, alio extinguente alium: cuius generis sunt refrigerantia. Respondetur, quod medicus uidens natium calorem, id est mediocrem, consistere in materia quadam calida, humida, & spirituosâ, concoquentia adhibet, quæ huiusmodi materiam augent in corpore, ut sunt concoquentia dicta remedia; Vnde hæc non sunt duo genera remediorum, quæ ostendant duos calores diuersos, sed tum refrigerantia, tum concoquentia id vnum spectant, ut mediocritas comparatur substrata utiliore materia per concoquentia, & remissio per refrigerantia eo, quod exuperat.

Ad sextam, quo dicebatur Galenum ponere natium calorem, & ascititium diuersum, quum dicebat hunc plurimum esse æstate, illum uerò, paucum, & proinde duos esse etiam natium, & præter naturam dicimus de calido natiuo intelligi Galenum, id est de substantia in qua calor ipse fundatur, nempe, de sanguine, & spiritu, qui paucus est æstate, actus uero, & biliosus, illi contrarius plurimus.

Ad septimum, quo dicitur Galenum ponere mixtum calorem ex naturali, & præter naturam, quum agit de generatione puris, respondetur, ita intelligendum esse mixtum hunc calorem, quod mixtas vires habeat, aliquid scilicet efficiendi secundum naturam, aliquid uero non. Nam quod ex sanguine, qui inflammationem committit, gignat aliquid album, & simile; id ostendit aliquid esse secundum naturam: Quod uero substantia assimilari non possit, ostendit intentionem esse calorem quam conueniat; Vel dicendum, quod respectu diuersorum mixtum minus dicatur: Nam partes solidæ, quantum in se esse, bene concoquunt, sed materia ipsa conclusa, & exalescunt plusquam oportet, perfectam assimilationem non admittit.

Confirmatur id præterea, quod si essent duo calores specie, & natura distincti, plures essent tangibiles qualitates, quam quattuor. Deinde non bene demonstraretur numerus Elementorum, per numerum qualitatum.

Concludimus ergo, unum esse calorem, qui nunc natius, nunc præter naturam pro intentione, & remissione dicitur. Vnumque esse in febricitante, qui præter naturam dicitur, eo quod naturæ limites longè excedat; alioqui non esset morbus; sed febris, qui tamen non omnino est ineptus ad concoctiones, expulsioniones, & alias naturæ operationes, eo quod uel non æqualiter sit accensus in omni substantia corporis: Veluti quum putrida adest, & non hectica: aut si æqualiter est accensus, non tamen perpetuò ita est auctus, ut omnino sit inutilis, sicut quum hectica, & putrida simul urgent, nutritur tamen animal, et si infeliciter: Accidere tamen ut tantum excreuerit, & iam omnino ineptus sit, quemadmodum contingit in putrefactione, in qua quicquid gignitur, omni modo inutile est animanti.

Iam quum febris non sit calor, & intemperies calida, & una sit intemperies, quæ aucto calore prouenit, queritur, an id totum quod ex calore mediocri, & aucto prouenit, an ex hoc solo intemperies febrilis fiat; si ex aggregato, constaret ergo morbus ex eo, in quo est sanitas, si ex hoc solum, posset non esse febris. Nam duo gradus caloris, qui adduntur fortè ei qui est mediocritas, non essent superflui. Dicimus

ex aggregato fieri, nec fit ex sanitate, sed totum morbus est, qui fit ex calore addito naturali. Qui uerò dicit febrem esse calorem, soluere non possunt argumenta: Nam si febris est calor uterque, ut uolūt, fit autem febris præter naturam, id autem auferendum, oporteret omnino calorem extinguere. Quod autem dicunt: si esset solum calor qui additur febri, sequi similiter intensas fieri febres in senibus, ut iuuenibus, quia duo gradus ex suppositione positi, idem faciunt, in utroque falsum est, quia iam intensior est naturalis calor in iuuenibus, quia additione duorum graduum maximus est.

An in omni febre dicatur esse calor auctus.

Prostea quam ostendimus, vnum esse calorem in febricitante corpore, illud sequitur explicandum, an rectè febrem definierimus per intemperiem, in qua calor est auctus. Si enim id est de illius definitione, & natura, nunquam ab ea separari potest. At multa sunt quæ contrarium ostendere videntur.

Primò, quòd in principijs accessionum, quæ cū rigore inuadunt, corpus vehementer friget, & tamen adest febris: est enim principium morbi, ideo prima pars morbi, in qua tunc morbus est. Cui argumento respondent nonnulli, quòd auctus est in Corde, & postea augebitur in toto, nisi impediatur; At illi non vident interim se negare febrem non esse. Quum enim non calet corpus, nec febris, si quidem morbus esse non potest in aliquo in eo tempore, quo abest. Alij respondent, quòd tunc nondum fit febris, sed potius generatio febris: sed malè, quum affectus longo non egeant tempore ut gignantur; & in ipsa generatione similis sint natura, ut postea: sicut docet Galen. primo de locis affectis. Nos autem qui ponimus febrem esse affectum cordis, non patimur hanc difficultatem nam & in principio calet cor. Quod si quis dicat, id non esse verum; quia tunc pulsus sunt minores, & tardiores: Respondemus, id fieri non ob refrigerium cordis, sed ipsarum arteriarum, à quibus calor recedit versus cor, inuadente ipsa accessione.

Secundò, in Epiala febre, & ardentibus febribus, non est calor accensus in vniuerso: nam in Epiala frigit simul, & calet; In ardentibus illis, vel in quibus adest inflammatio interna, externa frigit.

Ad id respondere non possunt qui dicunt febrem esse affectum totius corporis, sed coguntur ad locum redire præcitatum ex libro sexto de morbis vulgaribus, ubi scribit Galenus, satis esse in febre si cor, & præcipua viscera caleant. At semper auctus est in corde per huiusmodi febres.

Tertiò, quum homines moriuntur ex febre, expirationem emittunt frigidam, ut 3. Prognosticorum: vnde hi minus sunt calidi, quam sani, & tamè ex febre pereunt, siquidem, in febris declinatione mori dicuntur, qui resolutis spiritibus per febres pereunt. Concederem tunc amplius febrem non esse, sed intemperiem frigidam. Quod si quis dicat, pulsus esse frequentissimos, id quoque concedam, id tamen non ostendit auctum calorem, quum tantum sit diminuta magnitudo ob debilitatem viri ut frequentia maxima requiratur ad eum calorem, qui superest, conseruandum, vel potius, quòd substantia cordis sit calidior, sed ob spirituum paucitatem, non possit transmitti per vniuersum corpus: vnde anhelitus frigidus. Nam quod morbus non frigidus, & non moriatur ex frigiditate, constat: quia non est tanta frigiditas, quæ possit mortem

A inferre. Vel dic, quod moritur defectu instrumenti communis, nempe, spiritus resoluti.

Concludimus ergo, ubi febris est, auctum esse calorem, sed auctum esse in illis partibus, quorum passio est febris, nempe in corde. Intelligimus uerò auctum præter naturam, quod scilicet, ita recedat à naturali mediocritate, ut ineptus sit ad naturæ functiones probè, vel etiam mediocriter peragendas, ut neutrum statum excludamus, qui medius est inter febricitantes, & sanos.

Quo modo uerò accendatur calor in corde, an pluribus modis, vel vno, & qua ratione spargatur per vniuersum corpus, non est præsentis loci docere sed eius in quo causas tractabimus: nam causis positis, sequetur explicandum quonam modo illæ agant, & morbi ipsi in alias partes deriuent.

Quanam actiones lædantur à febre.

Quam febris morbus dicatur esse calidus, & cordis affectus, cum quo tandem compatitur vniuersum corpus, lædat autem morbus operationes, quærendum, quanam poni debeant lædi, an omnes scilicet, vel quaedam: Ac quod omnes lædi debeant ostenditur;

Primò, quia cor fons est calidi natui, quod quidem est commune omnium actionum instrumentum, quo quidem læso, nempe in tenso, omnes actiones, quæ illius beneficio fiunt, lædi oportet. Quod etiam Aueroi placuit, & Galeno ꝑ. de locis affectis, in principio, ubi dicit, quod vitiatum corde, omnia membra læduntur.

Secundò, videmus eos, qui febricitant, malè appetere, concoquere, retinere, & expellere excrementa, deterius nutri, moueri, sensus etiam læduntur, & denique omnes operationes; vnde concludimus, omnes offendi functiones febricitantium; tamen aliqui aliter putant, qui volunt solum impedi solita exercita, quum (vt aiunt) sensationes aliquando meliores fiant, exsiccata humiditate cerebri: sed isti errant, quia etsi acutius videntur sentire, tamen id illis est præter naturam, nec possunt diu, vt solebant, sensationes obire; quod apparet quum nec diu legere, aut aliquid aliud intueri, aut longos sermones non ferant, qui febre laborant; Quod uero non sit intelligendū in definitione morbi & febris per actiones quæ læduntur, vitæ munita, & officia, certum est, quum per multos morbos alia etiam operationes impediuntur, & continuentur opera nonnumquam, morbo interim affecto aliquo membro.

Quonam modo calor expandatur per corpus.

Et si id in tractatione de causis polliciti simus nos explicaturos, tamen ne aliquid desideret Lector quod in definitione consuevit ab alijs explicari, breuiter id expediemus. Qua in re Auicenna dicit, à corde spargi calorem per vniuersum corpus, idque mediante spiritu, & sanguine: contra quod dubium est, an à corde per vniuersum corpus semper spargatur: Deinde, si à corde, an non etiam ab hepate, & alijs partibus; Tertio, an mediante spiritu, & sanguine calor ille spargatur.

Citæ primum, quod non semper à corde, facere uidetur quod à Bubone & loco inflammato id fieri possit. Sed id verum non est: nam etsi calefieri possint aliqua partes transmissio ab inflammatione calore ad illas, tamen in vniuersum non potest fieri ut diffun-

ut diffundatur, nisi omnium communis fons patiat-
tur. A Bubone ergo ad cor calor mittitur: ab eo ue-
ro statim in corpus uniuersum.

Ad secundum, quo dicimus oportere calorem à
fonte emitti in uniuersum corpus, quum hepar sit
fons quidam caloris, ut in libello nostro ostendimus
ex Galeni opinione, de calore natiuo, quum ab ipso
non potest etiam excitari calor, & duci per totum.
Respondeo, esse hepar quendam fontem, sed qui
egeat adhuc cordis calore. Igitur à corde solū trans-
mitti potest calor, qui uniuersum corpus occupet.
Quod si aliquando dicimus à cerebro (ut per insola-
tionem, excalefacto capite) febrem cepisse, id faci-
mus spectantes longius originem ipsius febris: nam
eordi à capite calor communicatur, sed nondum fe-
bris, donec cor inuaserit.

An vero per spiritum & sanguinem transmitta-
tur, dubium est; quo modo enim Hectica incipere
potest, si per spiritum, & sanguinem à corde excale-
facto singulas partes calefieri necesse est. Sed quoniam
hæc planè intelligi non possunt, nisi intellecto
quid sit Hectica, quidve Diaria febris, & alia illius
genera; ideo postea id commodius patebit. Hæc &
similia in definitione febris dubitari solent; si quæ
vero alia sunt, vel nullius sunt momenti, aut certè
ex prædictis patebunt.

De generibus februm.

OMnes Authores & Interpretes post defini-
tionem febris aggrediuntur differentias ex-
plicare, contemptis, aut confusis cum ge-
neribus ipsis differentijs; quum tamen plurimum
referat hæc inter se distinxisse; ut plurimum certè
refert de Animalis agere, aut de sensibili: est enim
animal genus quoddam corporis, sensibile vero, &
insensibile, differentia: quemadmodum sanè etiam
plurimum refert, agere de homine, leone, a fino, vel
de rationali, rugibili, rudibili; quippe quum genera
quædam, siue species sint animalis, homo, leo, a-
finus: risibile vero, rugibile, rudibile, differentia.
Vnde si quis quæreret, quot essent animalia, respon-
dere oporteret enumeratis omnibus speciebus, ut
homine, leone, equo; perperam autem responderet
duo esse, rationale, & irrationale; quum non diffe-
rentias, sed species quæramus. Ponitur & hoc dif-
ferentia à Galeno lib. 3. Methodi medendi, ubi dis-
putat contra Methodicos, qui malè Veterum diffe-
rentias capiebant, quum dicebat vlcus quoddam esse
cum in temperie, aliud cum temperie; quum in tem-
perie differentia non possit esse alterius, eo quod
per se consistere potest, & morbi genus est quod-
dam, illud autem debeat esse differentia, quæ per
se nequit subsistere; veluti animal, per se subsistit,
& genus est, & species: sensibile autem, utpotè
quod nequit per se stare, sed in animali est, illius
differentia putatur. Quæremus ergo genera fe-
brum, quum quæremus quot possint esse febres for-
ma, & specie diuersæ: veluti quum dicimus omnè
febrem vel Diariam esse, vel Hecticam, aut Putri-
dam. De differentijs vero agemus, quum de conti-
nua, intermittente, ordinata, inordinata; tertiana,
quotidiana, & cæteris huiusmodi tractabimus.
nam hæ differentia per ea genera sparguntur: ut enim
rationale & irrationale animalia differre facit,
sic inter putridas exempli causâ, quædam ordinatæ
sunt, aliæ ordine carent, quædam continuæ, aliæ
intermittentes. Ergo de generibus primum agemus,
quæremusque in primis, quæ, & quot februm gene-
ra inter se diuersa ponere oporteat: nam reliqua fa-
cilis postea intelliguntur.

Quot, & quæ sint februm genera.

REceptum est ab omnibus tum Antiquis,
tum Neotericis Medicis, tria esse februm
genera, vnum Diarum, aliud Putrida-
rum, tertium Hecticarum. Atque hunc quidem
numerum sumunt ex triplici genere substantiæ,
quæ in corpore nostro reperiri creditur, nēpè, ex Spi-
ritu, Humore, & Partibus solidis. Quum enim ca-
lor accendatur in illis, diuersaque remedia postulet,
siquidem alia Diarum, alia Putridis, alia Hecticis au-
xilij conueniunt; hinc triplex genus februm consti-
tuendum esse censent, nec alia ratione mouentur,
quam ex triplici hac substantia; quod licet uidere ex
1. de Differentijs februm, non longe ab initio, ubi
Hippocratis dictum exponitur, qui scribit continentia,
contenta, & impetum facientia; tum etiam paulo
antè, quum de differentia agit, quæ ex materia su-
mitur, in quo febris accenditur, ut omittam secun-
dum de Crisibus, & alios infinitos locos, ubi tria
ista genera ponit ex materia distincta. Verum duo
potissimum sunt, quæ faciunt, ut hæc genera non re-
cipiamus, & duo tantum faciamus, unum in humori-
bus, alterum in partibus solidis: quorum primum
est, quod probare non possumus, aliquem esse huius-
modi spiritum in corpore, in quo febris diuersa ab alia
accendi debeat. Secundum quod omnes febres
saluari possunt, etiam si nullum spiritum ponamus
ex solis humoribus, & partibus solidis.

Quod vero ad primū attinet, necesse est in primis
referte quæ Galenus de istis spiritibus varijs in locis
refert: sic enim intelligetis, quid probet de illis, &
quatenus illis sit credendum.

Primo ergo, 12. Methodi, ubi de Syncope agit,
scribit virium substantiam in spiritibus & partibus
solidis consistere. alibi vero addit humores. Pos-
tea vero statuit, Animalis spiritus fontem esse cere-
brum, eumque partim inspirando, partim ex eo quod
reticulari plexu continetur irrigari, & ali. De Vitali
uero spiritu ita scribit. Vitalis spiritus non æquè
euidens demonstratio est, sed tamen in corde eum,
& arterijs contineri existimare, à ratione alienum
non est; eundemque nutritum maximè ex inspiratio-
ne: sed etiam ex sanguine. Postea de Naturali ita
scribit: si Naturalis aliquis est spiritus, is in iecinore,
& venis continebitur. Ex quibus locis iam appareat
quod uolumus.

Nam si febris passio est cordis, & nō cerebri, neces-
se est Vitales esse spiritus, qui accendantur, & patian-
tur in febre: At si dicit non esse euidens illius de-
monstrationem, nec certa aliqua ratione probare pos-
sumus eum esse, quomodo ponere possumus in eo
de quo dubitamus an sit, nec probare possumus esse
genus aliquot februm certum, & distinctum ab
alijs. Nec solum in eo loco, sed etiam in alijs omni-
bus, in quibus de eo agit, probationes reliquas adfert,
quæ probent eum esse, sed potius statuit legumlatorum
more, eum recipiendum: veluti, quum septimo
de Placitis Platonis, & Hippocratis refert, eum in
arterijs, & corde gigni, & materiam ad generatio-
nem sumere ex inspiratione, & humorum exhalatione:
Nec aliud inuenio, quod adferat ad proba-
tionem huius spiritus; imò, etiam de Animalis, de
quo omnes videntur consentire, nullas euidentes
probationes adfert: nam libro 2. & 3. de locis affe-
ctis, de eo agit, dicitque esse primum cerebri instru-
mentum, quo scilicet cerebrum ad sensibiles, princi-
pes, & voluntarias actiones utitur: sed quomodo id
fiat, non docet, imo quum de motu agit, in fine
2. de

2. de locis affectis, nulla spirituum facta mentione, vim mouendi, & sentiendi à cerebro dicit ad partes demitti, quemadmodum Sol suo splendore omnia illuminat nulla transmissa substantia. Dicit præterea, eum contineri maximè in postremo ventriculo cerebri, libro 2. de locis affectis: in duobus autem primis ventriculis dubitat an contineatur. Alibi, vt 7. de vñu partium, scribit, maximè eum contineri, & confici in plexu retiformi: Octauo verò eiusdem Operis, dicit confici in duobus ventriculis anterioribus, & eum non solum in ventriculis, sed etiam in toto corpore cerebri contineri. Vndecimo verò dicit, spiritum in sublimè ferri suo impetu, Quinto verò de simplicibus, meminit cuiusdam spiritus innati, quem ex Stoicorum opinione dicit esse Animæ essentiam; ex sua autem esse primum animæ instrumētum, & eum in omnibus animalis partibus contineri: qui tamen non vndequeque sibi est similis, sed variat pro sanguinis differentia, huncque dicit esse vtilissimum ad naturalia opera obeunda: de quo etiam videtur mentionem facere libro 2. de Placitis, vbi scribit præter Vitalem, & Animalem, tertium quendam esse spiritum ex Hippocrate, qui Materiam eum vocat, & respondere dicit sicco, & humido nutrimento proportionem quadam, de quo Hippocrates (vt inquit) mentionem facit, qui scribit principium alimenti spiritalis est os, nares, guttur, pulmo, & reliqua spiracula. Ex quibus sanè constat, dubium etiam esse, an Animalis sit aliquis spiritus; præsertim, quòd ponat eum generari in plexu retiformi ex Vitali; non probet autem esse Vitalem, & Anatome eum plexu retiformem non agnoscat, & commentitiam rem in homine esse putet. Quòd si nec materia probari potest, & deest locus generationi, nec præterea ostendere potest aliquid conferre ad animales actiones, quum sine substantia aliqua illa dicantur exerceri, sola vi demissa à cerebro, constat profectò nec Animalem spiritum recipiendum esse.

Deinde, si naturalis nullus ponitur, sed vitalis sufficere dicitur ad naturales operationes obeundas, quur etiam non poterit sufficere ille ad Animales? Nec dicere oportet, quod sit crassior quàm vt tam dignis actionibus (quales potissimum sunt principes facultates) seruire possit: nam eadem ratione tenuior esset quàm materialibus, vt ita dicam naturalibus functionibus seruire posset. Præterea, ex locis præallegatis 5. de simpl. & 2. de Placitis, cogermur Naturalem quendam ponere, de quo nulla probatio haberi potest. Quod si non ponatur, quum sine instrumēto proprio Naturales actiones obiri nequeant, non magis quàm Vitales, & Animales absque proprio instrumēto, desinent ea opera fieri. At quum dicantur fieri posse etiam sine spiritu aliquo, quur etiam idem de alijs non dicemus, quod scilicet ex propria singularum partium vi, quæ ex temperamento & forma resultat, omnes functiones proueniant.

Qua in re mirum est, quo modo tota medicina plena sit his spiritibus, & tamen nihil inquam probauerit esse certum. Quemadmodum multa alia aliorum placita, & vulgi potius inueteratas opiniones sequutus est Galenus: sic in hac re de spiritibus Stoicorum placita potissimum est sequutus.

Sed hoc concessò, quod spiritus sint, omnis etiam generis, non cogimur aliquod genus febrium in illis ponere; quam omnia poni possint in partibus solidis, & humoribus, idque tum ratione duce, tum etiã Galeni autoritate: nam diaria, synocha non putrida, & putrida omnes in humoribus ponuntur. Quum enim vniuersa corporis massa leuius calefit, quicquid est vehementius excalescētum, vnius diei tempore expirat, & calor extinguitur: vnde Diaria constituitur.

A tur. Quod si plus duret, fit Synocha non putrida; quæ ad plures dies extenditur, quoniam maior facta est impressio, & vehementior conceptus calor; qui non nisi longiore spacio extingui potest. Quod si perseveret calor, & totam massam æqualiter afficiat, putrida iam euadit febris Synocha. Quod si uel bilis, vel pituita, aut humor melancholicus peculiariter afficiatur, & putrescat, alterius generis putrida febris gignitur; ardens scilicet tertiana, quartana, & sic de reliquis; Nec aliquod est inconueniens, si ita dicamus, nec variat curationem, nec viuendi rationem, nisi per magis, aut minus, quod scilicet minore remedio opus sit vbi leuius est accensus calor, nec uenæ sectione, vt in Diaria, nec alio generosiore remedio sit opus, sed satis est quoquo modo refrigerare.

B Quod vero Galeni sit hæc etiam opinio, etsi aliquando alios sequutus aliter statuit, ex eo constat, quod scribit 9. Methodi, Diarias scilicet, & Synochas eiusdem esse naturæ, nomen autem diuersum, quod scilicet Diaricæ nomen febrem ostendat, quæ uno die finitur, Synochæ autem ostendant febrem, quæ per aliquot dies perseverat continua absque accessione. Quare si synochæ omnes tam putrida, quam non putrida, vt potè oppositæ in eadem materia versantur, nempe in humore, & omnes dicimus propriam illarum materiam esse non spiritum, sed sanguinem; idè pariter de Diaria dicendum, vt potè quam eiusdem omnino naturæ esse sæpius eo loco dicit. Sequeretur præterea, nunquam posse esse Hæcticam, aut Putridam sine Diaria, quum solidiora corpora non possint concipere pertinacem calorem, quin etiam spiritus eodem modo afficiantur.

C Quod uero Synochæ ex sanguine fiant, testatur eo loco, vbi dicit eas solum in his gigni, qui multo sanguine abundant, tum quod præcipuum remediū sit uenæ sectio copiosa. Item c. 12. 2. de febr.

Quod uero Diaricæ ipsæ ex sanguine fiant, idè in sanguine accedantur testatur apertè cap. 12. 2. de Differentijs febr. vbi scribit Diaria febris fit non ob sanguinem putrescentem, sed eo duntaxat excalescētum.

Duo ergo genera febrium ex duplici materia. Vnum quod hæcticum, alterum quod in humore positum dicitur, quum nomine alio careamus simplici, quo illud exprimamus: neque enim Putrida febris uocari potest, quemadmodum faciunt medici, qui distinguunt in Diarias, Hæcticas, & Putridas, quum etiam positis Diarijs in spiritibus ex illorum opinione relinquuntur Synochæ non putridæ, quæ in humore, nempe sanguine accenduntur. Porro, Hæcticum dicitur genus illud, quod idè habitum corporis, & solidas partes occupat; uel quod difficillimè tollatur, quemadmodum quæ habitum contraxerunt, de quo postea diligentius, quum de Hæctica febre agemus. Nunc uero, quid per solidas partes intelligamus, explicandum, præsertim, quum Galenus varia de hac re tradat: Nam solidi nomen capit aliquando pro partibus, quas neruofas uocat, ut undecimo Methodi, & 59. cap. Artis Medicinalis, ubi dicit eas restitui non posse, quum perierint. Capit uero solidas partes latius, aliquando solidas omnes intelligens partes, quicquid humore, & spiritu solidius est; quo nomine carnem, pinguedinem etiam, & id denique quod vulgo corporis partes uocamus, ut ex 2. Aphotismorum 7. & 1. de Differentijs febr. 7. & 12. Metho. vbi corpus ait constare ex partibus solidis, humoribus, & spiritibus. Qua ratione, Hippocrates cōtinētia has partes uocat, quod soli, & humores, & spiritus continent: Hoc nomine intelligimus febres accendi in solidis partibus, capiēdo solidas in generali significato.

E Ergo accenduntur febres, uel in partibus solidis, uel

vel humoribus, & ea, quæ in partibus solidis fit, Hæctica vocatur. Quæ vero in humoribus, varia nomina capit: vel enim putrida est, vel non putrida; Si non putrida, vel Diaria, vel Synocha non putrida; dicta: Si putrida, vel Synocha putrida; quæ scilicet ex sanguine fit; vel alio nomine vocatur, pro genere scilicet humoris putrescentis: nam ex bile si continua est, ardens vocatur, si intermittens, tertiana; In pituita, si intermittens est, quotidiana; si continua, quotidiana continua; In atra bile intermittens quartana continua nomen etiam non habet, sed quartana continua dicitur: sed hæc diligentius quum de differentijs agemus: Nunc verò satis sit ostendisse, nec genera ipsa distincta fuisse proprijs nominibus, nec species ipsas sub generibus contentas, nominatas fuisse.

An verò plura, quàm duo prima genera nostra opinione, vel tria aliorum iudicio, ponenda sint, postea expendemus. Nunc vero docendum, quomodo intelligamus febrem accendi nunc in humore; nunc in partibus solidis; quum omnes partes corporis præsertim cordis sint accensæ, & calorem habeant præter naturam: neque enim humor, qui in corde est, calidus esse potest, quin etiam substantia ipsa caloris sit particeps, aut è contra. Ita autem res debet intelligi, quod subiectum illud in quo dicitur febris accendi, sit in calefacto esse, reliqua autem in ipso calefieri: ut verbi gratia, si humoralis est febris, humores ipsi sunt excalefacti, partes vero solide in calefieri: Contra vero si hæctica febris est, partes sunt excalefactæ, humores in ipso calefieri. Debemus autem intelligere illud esse excalefactum, quod ad eò fixum calorem concepit, ut etiam remota agente causa, maneat tamen in eo calor: illud autem dicatur esse in calefieri, cuius agente causa ablata persistere nequit, sed simul cum causa evanescat; quomodo quum manus igni admoventur; sentitur quidem ignea vis, & calor, sed nisi diuturna mora vehementior calor conceptus sit, abit statim.

Quomodo vero id fieri possit, quòd accendatur in vno, deinde communicetur alteri calor, exemplo commodissimo docet Avicenna, ex balneo, scilicet desumpto, ubi adsunt parietes, aqua, & aer. Si enim parietes ipsi prius excalefacti aquam vicinam calefaciant, & aerem, hæctices est exemplum; quod si aqua prius excalefacta, parietes excalefaciat, & aerem, exemplum est humoralis; quod si aer ipse prius excalefactus aquam, & parietes accendat, Diariam illorum opinione monstrat.

An in corde, vel alia parte id quod dicitur excalefactum poni debeat.

Quum ostenderit febrem esse in temperie calidam, calore scilicet exuperante, & eum à corde per vniuersum corpus transmitti; Præterea, nunc accensum esse in humoribus, nunc in partibus solidis, & aliorum opinione etiam in spiritibus; Quinetiam, quum dixerimus, putridam excitari ex humorum putredine, contineanturque tum humores in corde, & spiritus ipsi, tum etiam, quum cor sit corpus solidum, videndum est an id, quod ponitur in calefacto esse, & aliter affectum, utpote putrefactum, in corde poni debeat, vel non. Quod vero in corde hæc ponatur probatur

Primò auctoritate Gal. cap. 1. de differentijs febr. ubi scribit, differentia sumpta à materia in qua calor accenditur, maxime propriae sunt, siue ipsum corpus cordis prehendant calor, siue humores conditos in ipsius ventriculis.

Secundò, id ostendit ratio: si enim calor spargi debet à corde in reliquas partes, oportet profectò illic poni fontem eius, quod est accensum.

Quod vero contrarium ostendere videtur, est, quod febris putrida non videatur fieri ex humore putrescente in corde: nam sic omnes febres putridæ essent pestilentes, ut 3. libro de Præcognitione ex pulsibus cap. 3. scribit Galenus; pestilentes scilicet febres fieri ex humoribus putrescentibus in corde.

Secundò, quòd multæ febres putridæ focum habent extra vasa, quo modo dicimus focum Quotidianæ, esse Ventriculum, Tertianæ, Hepar; Quartanæ vero Lienem.

At, si quis quærat, quo modo putrida febris ex corde gignatur? Respondet Galenus cap. 5. primi de differentijs febrium; putridam fieri, quum putridus vapor ab humore putrescente eleuatus ad cor peruenerit; sed id non placet:

Primò, quod dicitur omnes febres fore pestilentes, si humores putrescant in corde; Dico, non esse necessarium: nec probari potest ex huiusmodi putredine pestilentes accendi: sed potius ex malignitate humorum, aut ex putredine maligna. Sunt enim pestilentes morbi maligni; vnde ex maligna causa nascuntur.

Secundò, sequeretur nunquam posse accendi febrem putridam putredinis causa incipiente à corde: nam quod dicitur ab inflammatione, in qua putrescunt humores, attolli vapores putridos, qui ad cor transmissi, eius humores calefaciunt; postea vero ab eodem corde rursus in alias partes transmittuntur, in quibus humores putrefaciunt, id solum locum habet ubi ab inflammatis partibus incipit calor: at si cor ipsum prius incalcescat, ut per iram, tristitiam, & ceteras huiusmodi passiones, quæ propriae sunt ipsi cordi, & in quibus cor ipsum primo affectum, alias partes afficit; Demum enim accendi Diariam ex ira, si nolis concedere statim putridam fieri; quid tamen ubi corpus est præparatum, fieri potest: sequatur deinde putrida; quæro, quo modo putrida, & à quo genita sit? à corde certè, per vapores transmissos ab illo ad reliquas partes.

Ergo per vapores putridos, quum aliqui is qui putridus non est, putridam nequeat parere, sed solum vel Synocham, aut Diariam; At, si putridi, ergo ex humore putrescente eleuati: nam vapor naturam referre debet subiecti humoris à quo attollitur. Ergo humores putridi in corde, ab eo enim attolluntur huiusmodi vapores.

Tertio, quod putridi esse debeant qui à corde ita eleuantur, ex hoc patet, quod humores illi sint in calefacto esse; nec ratio aliqua sit, qua potius dicantur habere vim putrefaciendi humores contentos in alijs partibus, quàm quod ipsi sint putridi: nam quum humores sint pariter qui in corde continentur ut alij, quum magis in vno, quàm in alio putredo accedat, præsertim quum cor ipsum feruet semper, ut de vfu pulsuum scribit Galenus, facilius autem putrescere possint, quæ iam calidiora sunt, quàm reliqua.

Quarto, si humores qui sunt in corde, ponantur solum excalefacti, & non putridi, erit ergo febris Diaria, ex loco præallegato de differentijs febrium, quod ex sanguine excalefacto fiat Diaria; ex quo putrido fit putrida. Vnde semper erit Diaria, cum putrida, & sanguis semper putrefactus, & calefactus simul; quod fieri non potest, ut postea ostendemus.

Quinto confirmatur: si febris tantummodo est, quum aliquid est calefactum in corde: ergo putrida erit quum aliquid erit putrefactum; ut enim genus effectus, ad genus cause, sic species effectus ad species cause

causae se habet. Quomodo enim quæso potest esse febris putrida, nulla re putrescente in corde, in quo fons est febris: Vt enim necesse est solidas partes, & spiritus aut humores excalescieri si debeat Hæctica, Diaria, aut Synocha fieri, sic oportet humores putre fieri, si putrida fieri debeat.

Sexto, aut putredo in humore lenis est, & in fieri, aut in factio esse, si lenis, necesse est, vt aliunde vim capiat, ut perfecta fiat; si in factio esse, id non potest esse; nec illud etiam, nisi cor habeat aliquid in putrido esse, quod aliorum membrorum putredinem foueat.

Concludimus ergo, in putrida omni febre humores putrescere in corde, & ex maligna putredine pestilentes febres, ex benigniore autem benigniores excitari, quum alioqui principia non seruentur. Putridum enim à putrido fieri oportet, ut hæcticum ab hæctico, & excalescitur ab excalescitur.

An simul esse possint huiusmodi Febres.

Q Veri solet, an perpetuo inter se distinguantur hæc febres, an potius inter se oēs coniungantur, aut si non perpetuo, quænam se inuicem cõpatiantur, quæ vero cum alijs consistere nequeant. Ac q̄ se iungantur, ex hoc constat, quod Diarias uideamus solas consistere nulla putredine in humore facta. Dicuntur quoque Hæctice per se esse posse, quod tamen defendere nequeunt, qui in spiritibus febres quasdam ponunt: nam qui fieri potest ut partes solidæ pertinetem calorem concipiant; quin etiam eodem modo spiritus afficiantur. Idem tamen urget nos pariter, qui ponimus diariam in humore accendi. Neque enim solidæ partes calefieri eo modo possunt, non calefactis ipsis humoribus; nec par quidem est ratio, nec omnino quadrat exemplum quod de balnei parietibus, aqua, & aëre afferabamus ad ostendendam harum febrium separatam generationem: nam seiuncta sunt ea corpora inter se in balneo, & ut inanimata capere possunt motus initium ab arte in quocumque corpore ex tribus substantijs positis. In corpore uero nostro, quum omnia sint commixta, & omnia simul calefiant, & solidæ partes ab ipsis humoribus, quod maximè est argumentum, necesse profecto fuerit, ubi hæctica est, semper aliquam aliam febrem esse coniunctam, nempe, vel diariam, aut putridam, illam inquam si humores solè calefiant: hæc uero si èt putrescant; non tamen necessario putrida est febris cum hæctica, quum uideamus sæpè urinas optimas reddi, aut leuiter certè mutatas; quod fieri non posset si adesset putredo. Quæ ergo remedia non adhibemus, ubi putrida non adest cum hæctica, quæ diarijs accommodari solent; nam si diariam necesse est adesse, quæ illi pariter non medemur, ut ipsi hæctice, & putridæ? Hæc ratio est: quoniam extincto calore, qui solidas partes obsedit, ille pariter euanescat qui humores tantum excalescit: Non ita uero accidit, ubi putridus subest humor, qui propria præsidia exigit; nõ mirum ergo esse debet, si antiqui huius cõplicationis quæ est hæctice cum diaria, mentionem non fecerunt, quandoquidem id Medici officia non uariat, & quatenus ad curationem attinet, perinde est ac si non esset huiusmodi complicatio. Ergo hæctica semper cum aliqua alia est febre. Diaria non necessariò cum Hæctica, cum Putrida uero nunquã consistere potest, et si alijs aliter uideatur; nam humores putrescere non possunt, & simul non putrescere, quod necessarium esset, si Diaria cum Putrida consistere ualere. Si enim ex solo humore excalescitur Diaria, & Synocha non putrida consistunt, putri-

da autem ex illis putrescentibus nascitur, impossibile est hæc unquam inter se coniungi, ut est impossibile idem putrescere, & non putrescere.

Secundo, etiam si concedamus spiritus quosdam esse, & in illis Diarias accendi, tamen redditur hæc complicatio nihilo minus impossibilis: nam quum spiritus sint vapores quidam, qui ex humore subiecto attolluntur, necesse quidem est illos esse putridos, si quidem ex putrido humore attolli nequit quod non sit etiam putridum: Vnde ex illis febris quæ fieret, aut Diaria esset, aut Putrida; at ex putrido non fit Diaria, sed solum ex calefacto; unde tantum abest, ut alij conuincere studeant huiusmodi complicationes Putridæ inquam, & Diariæ semper simul inueniri, eo quod nequeat fieri, ut humores sint putridi, quineriam sint excalescitur spiritus, ut id nullo modo fieri queat, sed potius contrarium asserendum sit.

Tertio, si Diaria est cum putrida coniuncta, sequetur post unum diem eam solui, & unam postea relinqui febrem, putridam scilicet. Quod si plus duret, Synocha erit, ergo in spiritibus accendetur Synocha: deinde sequeretur, tandem illam fieri quoque putridam, nam Diariæ nisi soluantur, in putridas autem (Galeno) transeunt, quod si factum fuerit, nullus amplius relinquetur generationis locus ipsi Diariæ. Ex quo enim quæso gignetur alia. Præterea, ex hoc conuincimur putridas in spiritu accendi: nam si Diaria ponitur in spiritu, & dicamus eas transire in putridas nisi soluantur, putrida autem iam fit, in qua nam quæso alia materia putredo excitabitur?

Hæc, & similia absurda habet opinio eorum, qui aliter sentiunt. Quare statuendum Diariam cum Hæctica, & Putridam cum Hæctica simul esse, hanc uero cum Diaria consistere non posse, quod Gale. aperit testatur, cap. 9. 1. de differentijs febr. ubi scribit ad hunc modum: Vbi excrementa per Diariam febrem plus equo calefacta fuerint, deinde initium putredinis inde susceperint, alterum febrium genus accendunt priore sedato.

De Differentijs Februm.

EXpeditis febrium generibus, & ostenso quot sint genera inter se diuersa, & in qua materia singula genera poni debeant; quæ præterea genera sola consistere ualeant; alia uero quæ semper aliorum admixtione gaudet: & demum, quæ se inuicem cõpatiantur, & quæ non. Sequitur ut de Differentijs agamus. Quæ quidem sparguntur in omnia, & singula genera: Nam quædam habet communia Diaria cum Hæctica, & Putrida, in quibusdam uero differt; siquidem illud commune est, quod continua sit; ut hæctica, & nonnullæ ex putridis, commune uero cum putridis habet, quod in humore accedatur. Differt autem, quod illius calor sit mitis, & suauis, quod cito terminetur, quod leuiter hominem afficiat, quæ putridis non conueniunt. Differunt præterea Diariæ inter se, & putridæ a putridis, & hæctice ab hæctice, ex quibus quidem curationes variantur, & inter se differunt. Inuenies præterea apud Galenum, & alios authores, quasdam esse febres, acres, alias suaves; quasdam continuas, alias intermitentes; nonnullas ordinatas, æquales, inæquales, magnas, paruas, pestilentes, alias nocturnas, diurnas, & mille alias huiusmodi differentias, quibus remedia præscribuntur tanto sanè ab alijs differentia, quantum ipsæ febres inter se differunt. Quam ob rem hæc tractatio diligenter à Medico, si quæ alia excolenda est, & eo potissimum, quod hæctenus aut contem-

pra, aut certè nulla arte ab illis explicata videatur: Nam qui alios reprehendunt, interim maximè culpandi uidentur.

Ac ne longius abeas, Galenus lib. 1. de Differentijs febrium, antiquos medicos reprehendit, quod malè febres diuiserint, eosq; in his potissimum taxat, quod precipuas, & proprias differentias omitant; vel quod si eas non pretermittunt, miscent tamen alienas quasdam, & inutiles differentias. Ex quibus contenditur, eum qui rectè hæc tradere uelit debere omnes differentias cognoscere, tum utiles, & inutiles; postea autem ostendere, quæ utiles sint, & quæ inutiles relinquuntur. Deinde omnes profèqui debet, quæ utiles sunt, & nihil pretermittere, atque a certo initio auipicari, ex quo intelligamus summa capita in primis diuisionibus esse comprehensa, ex quibus reliquæ differentie commodè duci possunt. At interim quum alios reprehendit Galenus, & Hippocratem unum celebrare nititur; non agnoscit se alios quidem benè reprehendere, sed interim nulla laude Hippocratem in hac re esse dignum, quum illius diuisio, quam tantopere laudat, eadem omino habeat uitia, quæ in alijs adnotat: quod ueritatis causa, ut agnoscatis sectarum studio, & patrocinio, quod ubique reprehendit nonnunquam addictum fuisse Galenus nostrum, præsertim, quum Hippocratem alijs omnibus præferre studet. Est autem diuisio, qua uitur Hippocrates in Epidemijs libro sexto huiusmodi: Febres quædam manu mordaces, quædam mites, aliæ non statim mordaces, sed incrementales; nonnullæ acutæ, sed ab ipsa manu deuictæ, quædam statim ardentes, quædam semper debiles, siccæ, quædam fuscæ, aliæ inflatæ, aspectu graues, quædam humidæ, rubicundæ, aliæ uel præpallidæ, uel luidæ; hæc est illa diuisio, quam tantopere Galenus laudat, eo quod à rei substantia differentias sumat, nempe à caloris essentia: Rursus admonet, caloris differentias sumi à tribus, ex magis, & minus, ex materia subiecta, & ex ipsius caloris motu; quæ quidem rectè dicta sunt: sed tamen relinquunt in quo dubitemus.

Primo enim non constat, an plures, an pauciores differentie sumi possint, quum à nullo principio rem exordietur, quò id probetur quod scribit.

Secundo, constat plures esse differentias, quales sunt, quum dicimus quasdam esse tertianas, quartanas, quotidianas, semitertianas, & continuas, & intermittentes; quæ differentie quum serè sola tractentur ab ipsomet Galeno, ut quum illarum signa, causas, generationem, & curationem docet, sic profectò illas contemnere non oportebat in ipsa diuisione: Nam frustra illorum explicationem tentamus, quæ à generali diuisione sunt exclusa.

Tertio, sicut à materia caloris differentias quasdam sumit, quod quædam scilicet in spiritibus, quædam in humoribus, aliæ in partibus solidis sunt accensæ; quæ à subiecta materia alias differentias non facit, quales sunt illæ, quod quædam in duris corporibus, aliæ in mollioribus, crassis, tenuibus, aut alijs corporum differentijs sint concitata: quippe, quum huiusmodi differentie curationem variant, non minus quam aliæ prædictæ: nam sicut aliæ præsidia adhibemus ubi spiritus mcalescunt, aliæ quum partes solidæ, aut humores laborant: sic profectò varianda sunt remedia pro corporum uarietate, etiam si idem humor, aut spiritus, aut alia materia afficiatur.

Quarto, si ex materia sumit, in qua calor accenditur tanquam scilicet ex causa in qua; quæ alias non ducet ex alijs causis, nempe ex efficiente, fine, & causis sine quibus non, quales sunt illæ, quod quædam nascuntur ab ira; quædam ab insolatione; aliæ ex obstructione, ductis scilicet differentijs ex effi-

cientibus febrium causis; vel quod quædam sint salutares; aliæ læthales, ex causa finali, & sine ipso sumptis differentijs; sic ex alijs causis (ut postea ostendemus) differentie capiuntur non inutiles.

Quinto, quum partes rei de ipsius essentia esse dicuntur, quæ quasdam non sumet ex temporibus, siue partibus ipsius febris, quales essent illæ, si diceremus, nonnullas esse, quæ quattuor tempora habent, ueluti quæ paulatim sine Crisi soluantur; aliæ uero, quæ pauciora, sicut sunt quæ per Crisim, aut alio modo in principio vel incremento tolluntur.

Sexto, cur nonnullas differentias non ducemus à febrium effectibus, quales sunt, quod quædam delirium inferant, quædam soporem, aliæ Syncopen, uel alia denique accidentia, quum tamen illarum mentionem faciat Galenus quum docet 12. Methodi medendi, & 1. ad Glauconem, febrium curationem, quæ cum Symptomatibus sunt coniunctæ. Ex quibus patere puto, Hippocratem omnes differentias proprias, & principales (ita enim uocare debemus, quæ curationem variant) non enumerasse. Nunc uero ostendendum, inutiles multas differentias cum

utilibus cum miscuisse: nam quam potèst longius à substantia rei duci differentia, quam illa, quæ dicitur quasdam esse inflatas, aspectu graues, rubicundas, pallidas, salidas alias; quæ omnia improprijssimè de febre dicuntur, quum hæc coloris, saporisq; sint differentie, non ipsarum febrium. Quod si eas admittamus tanquam utiles; quæ non etiam admittet Galenus libro secundo de locis affectis diuisionem & differentiam doloris, qua Archigenes utebatur, quod scilicet quidam dolores essent dulces, quidam austeri. Quæ enim quæso, & qua maiore licentia febrem dicemus falsam, quam dolorem dulcem: sed hæc (ut diximus) Galenus tunc damnare solet, quum in aduersarios inuehitur, omnia autem probare, quæ uel ridicula sunt, quum Hippocratem unum omnibus præferre studet, & omnia illius dicta tanquam oracula tueri nititur. Quam ob rem, quum non constet ex huiusmodi differentijs quæ, & quot possint esse; quum præterea multæ sint prætermittæ, quarum alibi mentionem fecit, nonnullæ adiunctæ spuris, & alienæ differentie, præstat methodum consulere, quæ perfectum numerum semper allequitur, & utilia ab inutilibus seiuergere solet: ea autem petenda est ex libro, quem edidimus de morborum Differentijs: nam qui morborum differentias tenet, tenebit pariter differentias febrium: illic autem docuimus, differentias morborum medico necessarias (quas essentielles uocamus) sumi uel ab essentia, uel à causis, uel ab effectibus. Ab his ergo fontibus, & illis, omnes febrium differentias sumemus.

¶ *Differentie febrium ab essentia ipsarum desumptæ.*

¶ *Differentie febrium ab essentia ipsarum desumptæ.*

Est porro febris essentia calor, siquidem per illum definitur. Sunt pariter de essentia illius, partes, siue tempora febrium; quare quæ a calore, & temporibus febrium resultabunt differentie, maximè propria, & essentielles putabuntur; adde, quæ sumuntur à proprietatibus. Porro, caloris differentie ex intentione, & remissione, siue quantitate ipsius caloris, tum ex qualitate, tum etiam ex motu ipsius sumuntur. Ex copia quidem & intentione capitur ea differentia, quum dicimus, alias esse magnas febres, & alias paruas, in quibus scilicet uehementis, & multus, aut paucus, & mitis calor apparet; tanquam idè sit magna febris,

& ea in quo multus calor exuperat. Ex qualitate caloris ea capiuntur, quum dicimus quasdam febres mordaces esse, alias mites; quasdam ad manum humiditas, alias siccas sentire: sunt enim hæc qualitates diuersi occurfus ipsius caloris. At ex motu ipsius caloris ea capiuntur differentie, vt si dicamus, quasdam non statim mordaces, sed post longam manus applicationem tales apparere: alias vero statim tales sentire; vel humiditas vel siccas, aut magnas, vel paruas: nam hæc differentia in alias spargitur supradictas. Sumuntur etiam à motu ea, quum dicimus quasdam acutas, alias non acutas esse; eo enim quòd citò moueatur calor, & finem suum assequatur, differentia hæc nascitur. Sunt quoque huius generis, quum dicimus, quasdam continuam esse, aliam intermittentem, quod scilicet continuo calor moueatur, aut per interualla: Quæ vero postea differentie nascuntur; ex diuisione continuæ, & intermittenti postea trademus.

A partibus, & temporibus febrium ducuntur hæc differentie, quod quedam tria tempora, alia quatuor, & ea vel equalia, vel inæqualia contineant; quod quedam sint in principio, alia in fine.

A proprietate capiuntur quedam differentie. Est enim proprium febrium, quod quedam benignæ, alia malignæ existant, quæ alio nomine à more febrium capi dicuntur.

Differentie febrium sumptæ à causis.

EX materia, in qua febres accenduntur, hæc nascuntur differentie, quod quedam in humoribus, quedam in partibus solidis, quedam in spiritibus aliorum opinione nascuntur: & inter humores, quedam in sanguine, quedam bile flaua, vel atra, aut pituita proueniant: vnde biliofa, sanguinea, pituitosa.

A subiecto corpore, quòd quedam in crassis, vel gracilioribus, duris, asperis, mollioribus, viris, feminis, senibus, iunioribus, aut alio modo affectis corporibus consistunt. Sumuntur, & à subiecto ea, quum dicimus quasdam fomitem habere, & focum in ventriculo, alias in liene, hepate, vel alijs partibus.

Ab efficientibus vero causis multiplices proueniunt differentie: veluti quum dicimus, quasdam ab euidentibus causis oriri, vt diarias; quasdam à cõtrarijs, vt putridas; nonnullas ex obstructione, alias ex ira, vel insolatione: Sunt huius quoque generis si dicamus, quasdam hyemales; alias autumnales, vt quartanam hyemalem, & autumnalem dicebat Hippocr. quam hyems, vel autumnus peperit.

A fine sumuntur hæc differentie, quum dicimus, quasdam esse salutes, alias lethales; quod ad salutem, vel mortem terminentur.

A Causis iuantibus, lædentibus, & soluentibus febres, ducitur hæc differentia, quum dicimus, quasdam per venæ sectionem solui, quales sunt Synochæ non putridæ; alias vero per purgationem, vt putridas; quasdam sola refrigeratione extingui, ut diarias.

A Causis vero sine quibus non, duci dico differentias, quæ ex generationis, solutionisque modo, loco in quo proueniunt ordine generationis, & solutionis, capiuntur: veluti, quum dicimus, quasdam primogenas esse, vt diarias; alias secundarias, ut hecticas; quasdam paulatim gigni, & solui, ut hecticas, alias confertim, veluti quæ ex calida, & adurente materia nascuntur. Item quasdam publicè grassantes, alias sparsim quosdam in uadentes; huius generis est

A & illa differentia quum dicimus, quasdam nouas febres, alias inueteratas esse.

Quoniam vero inter causas potissimum efficientes quedam simplices sunt, quedam cõpositæ, hinc differentia ea oritur, quod quedam simplices, quedam cõpositæ, & inter has complicatæ nonnullæ, vel confusæ dicantur: & quedam exquisitæ, & legitima, alia spuria; quamquam tamen non impedit si quis has differentias vltimas, à proprietate febris dicat. Ea autem differentia, qua dicimus quasdam esse symptomaticas; alias vero his contrarias, à generationis ratione, quis sumi dicit, quæ enim alios morbos sequuntur symptomaticæ, quod scilicet cum symptomaticis in hic conueniant, quod alios affectus sequantur, vt symptomatica ipsos morbos.

B

Differentie febrium sumptæ ab effectibus.

Sunt effectus febrium vt aliorum morborum, actiones læsæ, qualitates corporis mutatae, & excrementa præter naturam reddita. Vnde hæc differentie, quum dicimus, quasdam febres delirium inferre, aut soporem, vel sitim, aut pallidas esse, vel inflatas, aut salas (vt Hippocrates vocat,) sumuntur ab effectibus, quos inferunt febres. Huius quoque generis est, quum dicimus febres quasdam esse cum symptomaticis coniunctas, quod scilicet symptomatica appareant insignia, quæ peculiarem medici operam desiderant; hæc ergo, & si quæ alia reperiuntur horum generum, differentie febrium constituendæ; nam ex his generibus alia quedam differentie resultant, de quibus suo loco, nam continuæ, & intermittentes, multifariam diuiduntur, & diariæ, & putridæ, & hecticæ, quasdam differentias capiunt, quas explicare eius est loci, in quo peculiaris de singulis generibus tractatio instituetur.

C

De causis febrium.

Explicatis febrium generibus, & differentijs, sequitur vt illorum causas, & signa explicemus. Ac primum quidem de causis agendum, quoniam hæc postea signa sua præbent ad febrium dignotionem. Præterea, quum nemo notas illius rei querere tentet, quas esse dubitet: ea autem re vera esse cognoscamus, quæ causas aliquas habent, siquidem eius quod non est, causa nulla est, idè de causis prius agendum quàm de signis; tum etiam, quod res suapte natura sit dignior. Ac tanto quidem diligentius de hac re à nobis agendum, quanto negligentius hæc à maioribus nostris sunt tradita: nam quum tractatio huiusmodi in primis requirat, vt ponamus quos sint causæ, & quæ considerandæ in febribus, non inuenias qui hæc doceat. Ac quum in primis quod commune omnibus est febribus doceri debeat, quod inquam febris causa esse possit, inuenies id contemptum ab illis, qui statim diariæ, aut hecticæ, aut putridæ causas explicare aggrediuntur. Quinetiam illud damnandum, quod omnium differentiarum quas ponunt, causas non prosequantur: nam vix reperias quid magnam, aut paruum febrem, quid ordinatam, aut inordinatam, breuiem, aut longam pariat. Inueniemus præterea, auctores agere de corporibus aptioribus ad febres concipiendas, vt statim Auicenna post differentias febrium de hac re agit. Inuenias & eos agere de foco, & loco, qui veluti fomes est ipsius febris; sed quum hæc non tractet sub ratione alicuius causæ, ignoramus ad quã partem pertineant, quum tamen plurimum referat

E

B id scite,

id scire, quantum. Interest omnia ex suis capitibus ducere, & ad ea reuocare, ab eo quod est sparsim, & temerè de vnaqua; re agere. Ad hæc plurimū refert scire à quib. causis omnes efficientes sumantur, quæ, & qualis sit illarum vis, & vsus; quonam modo prætereà in illarum enumeratione progrediendum; quæ primò ponendæ, quæ deinceps, quæ omnia vel contempserunt antiqui Scriptores, vel certè negligentius explicarunt.

Quæ, & quot sint ponendæ in febribus causæ.

Inuenias Scriptores de causis febrium perpetuo ferè versati in efficientibus causis, quum scilicet docent quid diariam, aut putridam, aut hecticam comonitè valeat: sed interim alia causarū genera non sunt contēnenda: nā materia, & subiectū in quo febris accenditur, spectari debet, quod facimus, quum docemus vniuersas febres nostra opinio ne in humoribus, vel partibus solidis accendi; & spectamus prætereà, quales in vnaqua; materia accendantur: quales. *Scilicet in sanguine, pituita, bile, humore melancholico, & reliquis corporis materijs; quæ eest propriè subiecta quardam sunt, quum febres non dicantur ex tali materia fieri, vt inflammatio ex sanguine; tamen ad differētiā alterius subiecti in quo consideramus, an in calidis, frigidis, humidis, siccis, gracilibus, crassis corporibus, & cæteris corporis differētijs accendantur, nomine materij donabimus. Consideramus ergo iam tria genera, efficiens, materiam, & subiectum. Consideramus, prætereà, locū, in quo febres, vel consistunt, aut fontem habent: Hæc enim causæ sunt quare in eadem materia nunc continuæ, nunc intermittentes, & quartanæ, aut tertianæ gignantur. Spectamus iuuantes, lædentesq; causas, & quæ ex corporis raritate, densitate, & alijs causis sine quibus febres gigni, conseruari, augeri, tollique nequeunt. Postremò, quod in primis erat dicendum formas diuersas: alia enim forma est putrida, quam diariam aut hecticam, aut continuam, quam intermittētem.*

Quæ Febres parere possint.

Avicenna non docet, quæ possint febres parere, sed statim diariam, postea putridam, & deinde hecticam febrius causas quærit: idque temerè: nam in primis ratio dicat, docendum esse quæ possint febres accendere: Deinde hoc, vel aliud febrius genus. Prætereà quum ex diuersis causis concludamus diariam, & non putridam esse febrem: veluti, quum ex vigilia ea nata est, putridam autem putamus, si obstructio eam peperit, nemo inter se hæc distinguere poterit, qui prius vim eorum, quæ febres parere possunt, perspectam non habuerit. Vnde Gal. c. 4. lib. 1. de Differentijs febrium, enumerare nititur quæ sint efficiētes illarum causæ, quum docet ex lassitudine, ira, merore, coctione, frigore, insomnijs, cruditate, temulentia, satietate, aere pestilenti, & cōuersione eorum, qui febre tenentur; quin etiam ex otio, plethora, prauiis cibis, medicamentis, aere calido, & ex alijs similibus febres concitari: quæ quidē in re laudandus est, quum nitatur earum causas inuenire: Sed quum nullo principio posito, nec ex quibusdam fontibus eas ducat, probati omninò nequit illius tractatio: nam ex ea nemo vnquam intelligere potest an plures, vel pauciores his, quas enumerat causæ reperiri valeant. Quod qui ignorat, certè huius rei scientiam non tenet: siquidem ea quærit, quæ, &

A quot sint febrium efficiētes causæ: quod numquam inueniet ex particularium huiusmodi enumeratione, sed omnino genera, & capita rerum sunt excutienda, ex quibus omnia particularia, quæ enumerata sunt, & alia multa, quæ prætermittuntur emanare cognoscuntur. Atqui, non vnus esse genus eorum, quæ febres pariunt, certissimū est; quippè differt temulentia ab ira, & frigore; hæc ab obstructione; obstructio ab inedia, & lassitudine. Quare videndum, quot omninò possint esse genera eorum, quæ febres parere sunt apta.

Itaque quum docuerimus libro primo, de causis morborum cap. 10. quattuor esse rerum genera, quæ morbos gignant, nempe quæ assumuntur extrinsecus adhibentur, vel à nobis geruntur, aut excernuntur, vel retinentur: excutienda singula sunt genera, & sumenda ex omni genere, quæ febres committendi vim habeant.

Igitur in genere eorum, quæ assumuntur est nimia copia, inopia, & vitiose rerum substantiæ, & qualitates, quæ quidem omnia febres parere possunt. Est enim copia alimenti multos humores gignit, crassos etiam, & viscidos, qui venas, & arterias obstructas, prohibita transpiratione febrem accendunt; Inopia uerò corpus exsiccatur, calorque accenditur: vnde ex satietate, temulentia, & inedia, & cruditate, febres nascuntur, sumptis ab his, quæ assumuntur in corpus causis. Quinetiam cibi, aut medicamenta calidiora, qualia sunt acris, & amara, calorem intendunt, & febrem pariunt. Sunt prætereà toto genere, & maligna quadam natura inimica, quæ quum assumuntur, vel per os, aut anum, uel aliam quamcunque partem, febrium sunt authores: cuiusmodi sunt venena toto genere apta ad febres procreandas.

C An non etiam ex modo, tempore, & ordine assumptionis febres proueniunt, in quibus nec substantia, nec copia, nec qualitas damnari potest: veluti, quum ex lactis post alios cibos assumptione, peruerso ordine febres nascuntur, aut quum incalescente adhuc corpore, & estuante, frigidam bibimus; vel statim à somno expergesti cibum in tempestiuè ingerimus aut quum vniuersam cibi copiam, quam partiri oportebat, assatim assumimus; vel sæpius in plures vices eam partimur; quibus, quidem de causis febres indies nascuntur. Hæc quidem monstrant febres ab illis nasci, sed non primo, nec per se, sed quoniam vel qualitatem, aut quantitatem, vel substantiam alimenti permutant: etenim hac præpostero ordine assumptum febris est author, quod scilicet cruditatem pariat, & corruptionem: ex qua putredo, & febris oritur. Quum vero nondum exercitato corpore, & excitato calore, cibum ingeritur, perperam cōcoquitur, atq; hinc obstructio, & corruptiones proueniunt. Aestuante uerò corpore, patrefactis immoderatè venis, aquæ potio sese intro insinuat, & parta densitate prohibet caloris diffusionem, vnde febris nascitur: ubi uerò confertim ingeritur alimentum, veluti obruto calore, cruditates pituitosæ nascuntur; quæ obrutis vasorum cavitatibus excitant febres. Quare hæc ad tria prædicta rediguntur, non tamen impedio si quis omnia inter se se iungere velit.

D Iam uerò, inter ea quæ retinentur, & excernuntur, non desunt febrium causæ: siquidem bilis, quæ quotidie excernitur consuevit, si fortè retineatur proportionem cum alijs humoribus vitiatam, febres aucto calore intendit; pituita uero alio modo, quod scilicet sua visciditate cavitates occupet, prohibeatque effluuium caloris excitatis scilicet obstructionibus. Eodem modo, si cui excerni consuevit humorum copia, veluti mulieribus accidit, quæ singulis mentibus sese a superfluo humore exonerant,

E Iam uerò, inter ea quæ retinentur, & excernuntur, non desunt febrium causæ: siquidem bilis, quæ quotidie excernitur consuevit, si fortè retineatur proportionem cum alijs humoribus vitiatam, febres aucto calore intendit; pituita uero alio modo, quod scilicet sua visciditate cavitates occupet, prohibeatque effluuium caloris excitatis scilicet obstructionibus. Eodem modo, si cui excerni consuevit humorum copia, veluti mulieribus accidit, quæ singulis mentibus sese a superfluo humore exonerant,

nerant, retenta copia obstructions pariter facit, unde febris oritur. Hac quidem ratione, orium febris causa esse dicitur: quod scilicet languescat per otium calor, qui nec probè concoquit alimentum, nec excrementa expurgat. Quum vero frigidiora excrementa, rejiciuntur, necesse est calidos humores, qui in corpore relinquuntur, exuperare, atque ita calorem intendi. Hoc modo ergo ex retentis, & excretis febres ipsæ nascuntur.

Ceterum, quo modo, & à quibus nascantur febres inter ea quæ extrinsecus nocent, videndum est: varium etenim est illorum genus, quæ extrinsecus adveniunt ut capite, & libro præallegatis ostendimus: siquidem quædam impulsu agunt, cuiusmodi sunt vulnerantia, contudentia, frangentia; quædam vero nos circumdando offendunt, ut aer, natationes, lotiones; Item quæ corpori applicantur, ut vntiones, cerata, vel appenduntur collo, vel alijs partibus, aut circumligantur, ut vincula, quæ partibus injiciuntur, quorum omnium natura perpendenda est, & videndum, an ex omni genere reperiri possint, quæ febres excitent.

Igitur inter ea, quæ ambiunt corpus, non desunt quæ febres pariant: siquidem aer calidus, ut æstivus, apricatio, & frigidus pariter: veluti in his accidit, qui post validiorem concitatioemque exercitacionem, in locis frigidis versantur. Quin & lotiones in aqua aluminosa, vel sulphurea, & natationes in aqua frigida febres sæpius accenderunt, sed diuerso modo nonnulla ex his, alia vero eodem id faciunt: siquidem quæ calida sunt, absque adstrictione febris sunt causa: eoque vehementiore calore sese in corpus insinuantia nostrum intendant, & augent, frigida vero, atque etiam calida, sed cum adstrictione coniuncta, eo quod densent externam superficiem, prohibeantque fieri efflationem, & transpirationem fuliginosi excrementi, quod continuò euaporat. Duobus ergo modis, quæ nos circumdant, febres gignunt, immixtione scilicet vehementioris caloris, aut prohibitione euaporationis.

At quæ applicantur, & adiunguntur corpori, siquidem vniuerso ad moueantur, eadem vi, eodemque modo ut prædicta febres faciunt: nam vntiones adstringentes, aut calefacientes, febres pariunt; illæ quidem cohibito excremento, quod exhalare debet; hæc verò transmissa per cutem ad cor calorifica vi. Si vero vni parti duntaxat adhibeantur, vix possint febrem committere, nisi princeps sit pars, quæ facile conceptum calorem in alios transmittere valeat. Alio præterea modo, tum hæc, tum prædicta, febres creant eo scilicet, quod humores commoueant ab ima parte in venas, & arterias, qui obstructione excitata, putredinem, & calorem intendunt: veluti quum uernalis calor, aut hybernus, humores à capite emanare faciunt, ille quidem liquando, hic vero exprimitendo.

Iam uero quæ impetu extrinsecus nocent, febrem committendi vim habent, quod ostendunt uulnera, morsus ferarum, contusiones, & fracturæ, quæ febres asciscunt, sed non eodem modo omnia id faciunt: Etenim ferarum morsus id uidentur efficere, quod feruorem quendam ad cor transmittant: reliqua uero eo quod dolore excitato fluxiones adducant, quæ uel obstructions pariant, aut nimia partis repletionem putrescant, atque hoc modo ex putredine febres pariunt.

Superest quartum genus, quod ea continet, quæ à nobis geruntur, continetque hoc genus animi, corporisque motiones, inter quæ nonnulla sunt, quæ calorem augent, eo excitato uehementius qui in situs est: cuius generis sunt exercitaciones uiolente, &

concitata: siquidem nimio motu calor in partibus, quæ ad motiones obeundas sunt demandatæ plus iusto calefiunt; ab illis postea usque ad cor transmittitur calor, qui caloris ipsius uisceris auctioem pariter est causa: quædam uero ueluti per ebullitionem quædam calorem augent, ut ita, per quam sanguis in corde feruet. Alia uero uidentur calorem ex siccitate parere, ut tristitia, in qua corpus nutriri desinit, & oborta siccitate calor intenditur, qui dum utili humore abundat, mediocris esse solet, uel etiam, quod in eo affectu cor patiatur, & uehementius exerceatur. Quomodo uero per gaudium immoderatum, uigiliam, & somnum febres commoneantur, non docet Galenus: uidentur tamen per gaudium id fieri, quod passio quædam sit ipsius cordis, quæ uehementius ipsum cor exercet: Per uigilias uero cruditates nascantur, uel exsiccatur corpus: Unde ex cruditate putredines, & obstructions; ex siccitate uero calor intenditur: sic uite studia, & cogitationes, calorem exercent, & intendunt, quum uehementius in opere peragendo uersantur.

An uero quæ appenduntur, uim huiusmodi habere possint, ut febres gignant, uobis relinquo expendendum: nam quod quædam per inspirationem putridi calidique uaporis id facere ualeant, omnibus cõperum esse puto: An uero quædam occulta quadam natura facultatem obtineant febres pariendi, sicut quædam inueniuntur, quæ fetus perimunt, aut partus iuuant coxis alligatos, de quibus Dioscorides sæpius, & Galenus nonnumquam mentionem faciunt, cõperum non habeo. Satis autem sit, genera inuenisse eorum omnium quæ febres efficere possunt; id quod, ut ostendimus, nulla methodo hæctenus est ab alio quopiam factum.

Quomodo prædicta causa febres gignant, & calor à corde in reliquas partes per febres transmittatur.

Non satis est inuenisse februm causas, sed præterea modus, & ratio inuenienda, quæ febris gignitur: quod etiam à Galeno quæritum uidemus in libro de Differentijs februm 2. cap. 4. ubi docet Medicos plerosque nihil plus scire quam uulgus nouerit: nam ex ira, lassitudine, crapula, & reliquis prædictis occasionibus, nasci febres, uulgus etiam nouit. At, quo modo, & an uno, uel diuerso, ea omnia id faciant, non conantur explicare, quum tamen res ipsa summopere sit necessaria ad curationem instituendam; propterea quod non externis causis, sed internis remedia adhibemus, & secundum diuersum modum diuersa remedia excogitamus. Vbi enim quædam adstringendo febres concitant, remedium est aperire, ubi uero excrementa sunt retenta, auxilium est petendum à uacuantibus: ubi ebullitio excitatur, excogitanda quæ feruorem remittant: unde sæpè duabus causis inter se diuersis uno remedio succurrimus. Prodest enim exercitacio, ubi externum frigus, aut otium nocuit, & quæ in tro assumuntur frigida febres pepeterunt: unde merito modus, & ratio, quam seruant causæ agentes, explicanda est. De qua quidem re, etsi obiter iam egerimus quum docebamus quonam modo causæ omnes ex prædictis generibus ductæ febres facerent; tamè, non constat ex ea tractatione, quot, qualesue modi esse possint, quod imprimis est explicandum. Præterea, non constat, an eodem modo, & per eadem cor accendat in alijs partibus calorem, uel non, & an idem sit gignendi modus in hæctica, qui est in putrida.

Itaque ut de primo agamus, Galenus omnes modos, quibus febres accenduntur, quinque esse contendit; motum inquam, putrefactionem, conuersionem, siue viciniam rei calidæ, permutationem calidæ substantiæ, & suppressionem calidi excrementi. At solis æstum, ignem, medicamenta, & alia omnia, quæ extrinsecus cuti appropinquant ob viciniam febrium, causas esse censet, transmissio scilicet ad cor ipso calore. Verum excipienda sunt vulnerantia, quæ per putredinem potius, aut prohibitam euaporationem elatam ab humore coarctato, febrem pariunt. Quæ vero extrinsecus refrigerando occurrunt, & quæ intrinsecus coarctant meatus, vel densando, vel obstruendo, ut portiones frigidæ, humorum copia, crassities, visciditas, & quæ hæc partunt alimenta, prohibitione calidi effluuij febrium causæ censentur. Iræ vero, tristitiam, lassitudinem, ratione motus febrium (inquit) sunt causæ. De his vero, quæ ob permutationem calidæ substantiæ febres pariunt, exempla non ponit in libro de Differentijs febrium, quod tamen facit in libro de causis morborum; siquidem, alimenta, & medicamenta calidiora, vno modo febres faciunt, quod illa cum humoribus per mixta calorem augeant; alio vero, quod obstructions pariant sua copia, crassitie, & visciditate; alio, quod grauatis viribus putrescant; ex putredine autem febris. Verum his modis non continetur omnes causæ: nam quod inedia febres gignat, idem author est passim: at id nec per constipationem, nec viciniam, nec putrefactionem, nec suppressionem, aut mixtionem calidæ substantiæ fit; Nec vigilia, quæ tamen diarias committit, ad eos redigi posse videtur: quare adderem sextum modum, qui ex humoris defectu calorem intendit. Quo modo inedia febrium est causa, quod scilicet copiosum humorem non suppeditet, quo calor irriteretur: vigilia vero ducto calore ad externas partes, vel cruditates parit, aut humorem secum euocat, dissoluitque.

Quomodo vero à corde gignantur febres docendum: nam qua ratione ad illud ab alijs partibus calor transmittatur, antea ostendimus. itaque opinio omnium est, calorem mediante spiritu à corde in vniuersas partes mitti. Quod si ita est, quomodo ergo vnquam potest Hæctica incipere: si enim necesse est partes solidas calorem concipere à spiritibus & sanguine, necesse erit ipsos spiritus antea semper esse excalescentes: vnde Diaria semper præcedit. Et certe, argumentum hoc est maximi momenti, præsertim his qui ponunt febrem esse affectum totius corporis: nam quomodo quæso in singulas partes calor perueniet primò, si iam spiritus sunt excalescenti in corde. At si quis ponat febrem esse affectum solius cordis: respondere posset, partes solidas ipsius cordis esse excalescentas, & ab illis postea calefieri spiritus & sanguinem, qui tandem similiter ut cor ipsum partes reliquas afficiat. Verum, absurdum videtur esse, existimare, vnquam cordis substantiam calefieri primò posse à quoniam, & quo modo. Quæ enim quæ alterant ipsum cor, vel statim incipiunt in ipso corde, veluti est ira, tristitia, & alia illius passionum, vel aliunde per arterias calorem ad illud immittant; necesse profectò est æqualiter calefieri, & simul accendi omnia, quæ in eo sunt: vnde, quum semper id, quod tenuius est, promptius patitur, quam quod crassius, & durius, necesse fuerit sanguinem, & spiritus si qui sint prius perpetuò accendi. Vnde illud quoque sequitur, nunquam hæcticam incipere posse; quod etiam Galenus aperte testatur 2. de Crisibus, etsi aliter alibi sentiat. Sed hæc postea suo loco commodius: nunc satis sit statuisse, quod febrijs gignatur in corde à causis prædictis, & quod

A semper prius humores & spiritus calorem vehementiorem concipiant, quam partes solidæ; non tamen necesse est putridas febres excitari antequam excite tur hæctica; quoniam etsi solidæ partes contactu humorum incalescant: tamen ita affectæ illæ esse possunt, ut antè quam humor putrescat, solidæ partes sint in calefacto esse.

Iam vero alij modi sunt explicandi, quibus prædictæ causæ febres committant: non enim illud solum oportet scire, quòd quædam putrefaciendo, alia mota, alia ob viciniam, alia ob mixtionem, & ceteros prædictos modos febres pariunt, sed etiam quòd quædam per se, quædam per accidens; quòd quædam maiore, aut minore vi id faciant; & quid in vno plus quam in alio possit: hæc enim curationem, & prædictionem variant: siquidem alijs præsidij est opus, quum ea, quæ nocent per se id faciunt; alijs quum per accidens: nam si frigus externum febrem peperit, calefactientia sunt adhibenda; si ira nocuit, sola refrigeratio necessaria est: Magis periclitantur, qui ex aère pestilenti inspirato, quam qui ex ira, aut cutis densitate laborant. In maiore periculo versantur frigida corpora, quam calida, si pari febre laborent: vnde non solum quæ, & quot sint, quæ febres faciant, sed quo modo, & qua vi singula id præstent, perspectum esse oportet.

Quæ requirantur ut prædicta, causæ febrium fiant; & de subiectis Febrium.

C **G**alenus c. 6. primi de differentijs febrium, postea quam enumerauit, à quibus rebus, & quibus modis febres committantur, docet oportere corpora esse præparata ad ipsas febres, si modo illæ gigni debeant: idque exemplo docet, quod scilicet hæc ratio sit, quæ aliqua corpora in aère pestilenti peste corripiantur, alia vero non: nã quum eadem sit efficiens causa, non idem tamen sequatur, non aliunde potest peti ratio, quam ex subiecta materia, quæ diuerso modo est affecta. Verum, non docet author ille quid per corporis præparationem intelligat, & quamnam putet esse præparata magis, quam alia: nam exemplum quod ponit, scriptum est duntaxat de præparatis ad pestilentes febres, non ad omnes. Præterea, quum libro de causis morborum, requirat alia præter corporis præparationem ad morborum generationem, siquidem, tempus, magnitudinem, approximationem, & viciniam rei requirit in causis agentibus: Idem profecto in febrium generatione prætereundum non est. Quare, ut ab hoc incipiamus requirunt causæ, quæ febres parere debent, substantiam, qualitatem, quantitatem, modum, tempus, & ordinem agendi; præterea viciniam, & corporis præparationem, ut exemplis res patet fieri nullo negotio potest: nam nõ omnia sed solum quæ calorem accendere possunt, febres committuntur, & calida non omnia, sed solum quæ vehementia sunt, & quæ confertim agunt non omni tempore, sed potissimum à cibo exercitatio febrem inducit: Lac post alios cibos corrupto ordine eundem morbum parit: Soleos non afficit quos non attingit, nec eos præcipit in febrem, qui difficilè patiuntur. At de corporibus præparatis ad febrem, Auicenna agit; idem facit Galenus 8. Methodi med. sed diuersa tractatione vtuntur illi: etenim, Auicenna paratiora putat ea corpora esse ad febres excipiendas, quæ quidem calida sunt, & humida, & maxime si humiditas caliditatem superet: Secundum locum concedit calidis & siccis; deinde sequuntur calida, tum humida, postea temperata

rata; Inepta sunt frigida & humida: longissime uero absunt frigida, & sicca: At Galenus, primum loco tribuit calidis, & siccis, secundum calidis, & humidis, tertium calidis, quartum siccis, quintum temperatis, in quatuor uero reliquis ordinem non ponit. Differunt ergo in hac re, quod calidis, & humidis primas tribuat Auicenna; Galenus uero calidis, & siccis, & certe nescio uter melius in hac re sentiat: nam etsi febris ignea est nature, qui facilius in sicco corpore, & calido accenditur, tamen, ex minima quaque occasione ubi humor exuperat, obstructions, putredinesque prefertim vigente calore nascuntur. Quam ob rem quum febris, que gignitur, vel hectica, vel diaria, aut putrida sit, dicerem ad hecticas & diarias, calida & sicca maxime esse exposita: calida uero & humida ad putridas. De alijs uero dubium non est: nam quod dubitari posset corpora calida tantum aptiora esse, quam calida, & humida, eo quod uicinior hec sit calide, & sicce, que omnium prima ex Galeno constituta est, ratione caret: liquidem, occasione excitande febris maiorem accipit calor ab humore, quam quum ille meridiocrit est cum siccitate pari mensura coniunctus.

Spestanda preterea est causarum efficientium uis: nam humida, & calida ab humectantibus, & calefacientibus promptius afficiuntur quam a calefacientibus, & exsiccantibus: sic calida, & sicca a calidis, & siccis, & similia denique a similibus maiore facilitate afficiuntur. Nec oportet duntaxat differentias huiusmodi ex primis qualitatibus in corporibus notare, sed etiam alias, ueluti eam, que sumitur ex raritate, & densitate crassitie, & tenuitate, robore, & imbecillitate: etenim que infirma sunt corpora ab omnibus causis facilius patiuntur, quam que ualida existunt. At in alijs differentijs non est eadem ratio: liquidem, densa corpora, externus calor minus offendit, quia rara: contrarium uero in frigore se habet: crassa corpora putredini maxime obnoxia, minus tenuia; quin etiam in his, qui tenues, & angustos uenarum meatus habent, cibi crassi, & visceri, uel multi propius accendunt febres, quam in alijs, qui latiores eos habent, qui uero calefaciunt cibi, aut medicamenta, potius eos incendunt qui latioribus meatibus constant. Quam ob rem, ne singula prosequamur qui uelit inuenire quenam corpora paratiora sint ut febris corripiantur, spectanda debet eam relationem quum habent corpora ad diuersas efficientes causas, diuersasque febres; tum de mum id intelliget quod querit.

De materia februm.

Expedita consideratione causarum efficientium, & subiecti februm; superest ut pauca de materia dicamus; quam duplicem esse diximus; humorem scilicet, & partes solidas. Ac in humore quidem uniuerso, id est tota massa que sanguinis nomen sibi vindicauit, accendi Diarias, & Synochas utrasque, putridas inquam, & non putridas; in reliquo uero omni humore putrida solum excitantur, nunc continuas, nunc intermittentes, nunc simplices, nunc compositas, aut alterius differentie, de quibus postea agemus. Nunc uero docendi ratio postulat, ut doceamus quenam materia aptior sit ad febrilem calorem concipiendum. Ut enim id in subiecto quasi uinum, sic etiam rationi est consonum, ut idem in diuersa materia, que febris subijcitur, doceamus, id quod etiam utrunque a Galeno tactum fuit, 2. cap. de Differentijs febr. ubi docet facilius spiritus quam humores, & hos promptius quam partes

A solidas accendi, quod scilicet tenuius facilius quam crassum afficiatur. Quod si ita est, ratio exigit, ut hijs quibus tenuiores sunt spiritus tenuioresque; humores facilius alijs febre corripiantur, & in ipsis humoribus, qui tenuiores sunt promptius calorem recipiant unde ardent, tertianaque febres promptius quam Synochas, & hec quam pituitose, & hec rursus, quam melancholicas proueniant, At, de multo, & pauco humore non eadem forte est ratio, paratior liquidem uidentur esse ad febres illi, in quibus multi redundant humores, quam quibus pauci adfunt: preteritum, si ab internis causis, & obstructione febris nascatur: nam multitudo paratior est ad obstructions committendas. At, ira forte, & exercitatio, & maxime tristitia promptius in illis calorem auget, qui minorem humorum copiam in se continent, quippe quum ut pauca aqua ab igne promptius incalescit, quam que multa est; sic de humoribus credendum sit. Quoniam uero corrupti nonnunquam, & mali uigent humores in alijs uero aliter affecti, constat profecto in eo quod est corruptum expeditius calorem accendi, quam in alio quod sanum est, illud enim in firmo, hoc ualido corpori responderet. si que autem reperientur in materia subiecta differentie, ad imitationem eorum que hactenus prodidimus, facile intelligere poterimus, que aptiora, uel ineptiora sint ad febrilem calorem concipiendum.

De focus sine locis in quibus febris fontentur.

M Eminit Galenus 11. Methodi, foci februm nec tamen docet quid per eum intelligat; nec alio loco illius mentionem facit: tamen ex exemplis quibus utitur, & leui quadam explicatione nihil aliud uidetur intelligere quam partem illam que febris principium in se continet, ita enim habet 11. Methodi: Oportet autem per principium febris intelligere non partem, in qua febris acceditur, cuiusque passio febris dicitur esse; liquidem, hoc modo unicus esset focus ipsum cor; nimirum, quum illius passio sit febris, sed que materiam gignit, suppeditatque ipsi febrim. Quo modo primo ad Glauconem scribit idem author in Quotidiana Ventriculi, in Tertiana, Hepatis, In Quartana, Lienis maximam curam esse habendam: nam Ventriculus Pituita, sedes, Hepar Bilis, Lien Humor Melancholici esse putatur: ex quibus humoribus predictas febres gignuntur; Non ergo locum oportet intelligere per focum eum, in quo febris accenditur, aut in quo putrescit humor, quandoquidem, eo modo cor unicus esset focus, quum tamen plures esse dicantur. Hoc uero non habitus corporis, in quo putrescere putatur humores, qui intermittentes febres patiunt; quamquam tamen contingit, ut idem aliquando sit locus in quo putrescunt, gignuntur, & continentur humores, uelut in Synocha febre, cuius focus alius esse non potest quam magna uasa; que humores continent huiusmodi febris authores; In Diaria erit quoque focus quidam, magna scilicet uasa, in quibus sanguis calefit uniuersus. Est porro de focus februm habenda ratio, utpote, quum cause sint, sine quibus febres ipsa extirpari nequeunt. Agimus ergo de illis sub nomine Cause quam ultimam posuimus inter eas, que ad hanc tractationem pertinent. Locus enim inter causas sine quibus non, a nobis in opere de Causis positus est. Sunt tamen, & alie ponende cause sine quibus, in febris, ut Coccoctio, Expulsio, Cutis raritas, & densitas, interiorum meatuum apertio, robur & imbecillitas partium; cum

quibus, & sine quibus, febres nec augeri, nec tolli, nec minui possunt: Legendus tamen locus est in fine duodecimi Methodi, ubi ita habet: Quippe particula quam obstructio, aut putredo, aut phlegmone obsedit, febris ipsius veluti focus est.

Ceterum, quae pertinent ad propulsionem febris, illarumque causarum remotionem, & Symptomatum mitigationem desideratur, & ex libris nostris de officijs Medici elicenda.

His explicatis, quae communia praefati sumus esse omnibus generibus febrium, tempestivum esse duco, ut ea, quae peculiariter sunt singulis generibus, & proprijs singulorum generum differentijs expendamus: neque enim generalissimorum cognitio sufficit, nisi ad inferiores species sit peruentum, idque in omni disciplina, & maxime in nostra Medicina, quae ut Galenus optime scribit lib. 1. ad Glauconem, non hominem, non febrem, sed hunc hominem, & hanc febrem curat: Agendum ergo est de febre, quae in humoribus, & partibus solidis consistit, duo enim erant haec genera: Ac quoniam ferè ab humoribus febres incipere solent, deinde ab illis in partes solidas transire consueverunt, & curatu praeterea sunt faciliores, & saepius insuadunt, medicique operam magis requirunt, propterea ab illis merito auspicabimur. At quoniam quaedam contrahuntur febres in humoribus absque illarum putredine, aliae vero cum putredine, de his posteriore loco, quoniam aliae simpliciores existunt, & generatione praecedere solent, faciliusque abiguntur, agemus. Verum, quia in humoribus non putrefactis leuissimae, breuissimaeque, quaedam febres concitantur, quae Diariae dicuntur, aliae vero grauioribus, & longioribus, quae quoniam perpetuum quaedam tenorem seruant, ideo Synocha, id est continentes dicuntur, quae etsi cum Diarijs eiusdem sint naturae, ut aperit Galenus 9. meth. scribit, si quidem eadem est materia, quae calorem concepit, tota inquam massa, idem locus, eadem causae effectrices, ut postea ostendemus, tamen quia ob uehementiam inaequalitatem praesidia uariantur: ideo seiunctim de utroque genere agendum erit. Quia in re eum ordinem sequemur, quem in generali tractatione obseruauimus: nam primum quid Diaria febris ostendemus, deinde quae, & quae illius Differentiae, quae Causae, quae Signa, quae eam de latent, & praemonstrant quid futurum, aut causas effectrices commemorent. Ultimo loco curationem aggrediemur. Nec contemnite quidem haec oportet, ut fieri video, quod scilicet raro ad diarias medici accersantur, nimirum quum prius soluta sint, aut in alias migrauerint, quam medicus vocetur: Quod etsi ita est, tamen nonnunquam etiam primo die ad huiusmodi febres aduocantur medici, qui nisi rectam curandi illarum rationem tenuerint, nec eas praesentes agnouerint, prohibere non poterunt, quo minus succedant aliae grauioribus, quae ab illis enascuntur. Haec ergo potissimum ratione diariarum tractatio necessaria, tum etiam, ut agnoscamus, quae sint

praesidia leuiora, quae in propellendis febribus adhiberi possunt: nam ferè quae huiusmodi sunt, requirunt, ut diariae, utpote quae leuissimae, mitissima quoque existant praesidia.

Quid Diaria Febris.

Diarium febris, siue Ephemera ut Graeci vocant, nomen sumpsit, à tempore, & spacio quo affligere solet: nam quoniam vno die finitur, ideo diaria nuncupatur, explodendaque est barbarorum opinio, qui Ephemera dictam putant à quodam pisce Ephemeron (ut aiunt) vocato, qui vno die uiuit. Verum contra id facere videtur, quod habet Galenus 8. Methodi, ubi scribit febres diarias esse posse, quae usque ad quartum etiam diem extenduntur, quum dicat se solum agere uelle de Diarijs in eodem libro, & interim curationem earum doceat quae ad supradictum terminum producantur. Quin etiam libro 9. Methodi, sinochas febres diariarum genere contineri scribit, quum tamen ad multos dies sinochae extendantur. Adde, quod libro 1. ad Glauconem, aliter diarias definiat, quum dicat Ephemeras febres vocari, quae ex lassitudine, & ebrietate, & alijs causis procatarteticis nascuntur: Quae quidem in re non dubio nomina, & res inter se in hoc ab eo autore confundi: nam etsi eadem materia est diariarum, & sinocharum, tamen quae diariae sunt, nisi quam sinochae esse possunt, aut sinochae diariae, quum nomen ostendat diariam solum esse eam, quae vno die finitur, & de nomine ipso quaestio sit, cuius proprietates retinenda, quam etsi tertiana simplex, & composita, & etiam intermittens, & continua in eadem materia accenduntur, tamen male has illius nomine, aut è contra illam horum appellatione donaremus. Ex causis uero gignentibus describere febrem diariam, non videtur rationi consonum, quoniam, & hecticae, & putridae ab eisdem causis saepe prodeunium. Quare diarias docemus proprie, & solum eas esse, quae vno die affligunt aegrotantes. Verum quum dixerimus diariam, uel in spiritibus aliorum opinione, uel in humoribus, ut nostra fert opinio, sed non putrefactis, excitari, fortasse non videbimur has ab alijs separate, quae ex putredine humorum, vel partibus solidis excalefactis per vnum diem durant: uerum non ita res se habet: quoniam nulla est, quae tam cito finiatur ea excepta, quae absque humorum putredine nascitur, quando nequit humor putrescere, concoqui, & expelli vna die, nec partes solidae concipere febrilem calorem, & eodem spacio disponere. Perfecta ergo est ex durationis tempore diariae descriptio, quandoquidem si dicremus eam esse, quae nascitur ex humorum calefactione absque putredine, non eam separaremus à sinochis: ex quibus constat, quid sit diaria febris, & quod Galenus, & Auicenna confundant Synocham cum diarijs, quum diariam dicunt usque ad tres dies extendi.

Differentiae Diariarum Februm.

Differentiae febrium diariarum, quae continentendae non sunt, simulantur ab essentia, & causisque illarum: Quaedam enim actiones alijs existunt, veluti quae ex tristitia, & nigilia sunt excitatae: abundantior uero calor est in febribus, quas peperit ira, parcius, in hisque sunt natae ex tristitia: mitior apparet ab initio calor in illis, qui ex densitate laborant: unde licet ex qualitate caloris, quantitate, siue copia, & motionis modo, quod scilicet acris, uel uanis, paucis, uel multis, statim, uel paulo post attollatur, huiusmodique appareat, differentias capere. Porro à causis sumitur ea differentia, quam habet Gal. in duodecimo Methodi, & repe

tit nono eiusdem Operis libro, ubi scribit, quasdam esse, quæ causam non habent amplius, quæ gignat, augeatque febres: veluti sunt illæ quæ ex ira, tristitia, labore sunt nate, & ablati sedatisq; huiusmodi causis, perseuerant. Addit alias initio decimi, quæ ex dolore, vigilia, cura, vltione, & bubone procreate sunt, aliæ uero quæ ex constipatione externa ab aere frigido, vel etiam ab uisione, ut eodem libro scribit; aut à balneis aluminosis, vel alio modo adstringentibus, vel etiam a leui obstructione; à cibis glutinosis, & crassis, vel multi succi: nam ab his etiam causis diariæ febres oriuntur, si medicum; (vt inquit Galenus) sint nocte qui prohibere sciat rescis causis ne in putridas transitis fiat. Notandæ sunt huiusmodi differentie, propterea quod curationem euariant: Alia siquidem præsidia debentur his, quæ actiores, alia his, quæ mitiores, alia illis quæ ira; uel lassitudo commiserit. Possent alia sumi ex symptomatis, siue effectibus differentie, quod scilicet quædam pulsus edant elatiore, ueluti quæ ab ira essent nate, alia uero depressiores, sicut sunt quæ ex tristitia proueniunt: sic alia urinæ redduntur in hac, aut illa differentia, & vario modo cutis, reliquumque corpus afficitur à diuersis febribus: sed quoniam hæ differentie curationem non variant, nisi quatenus febrium varias differentias significent, aut varias causas; idè aut alienas, aut certe non præcipuas existimabimus.

Causæ Diariarum efficientes.

Galenus varijs in locis Diariæ causas recenset: nam libro primo ad Glauconem ob lassitudinem, ebrietatem, iram, furorem, metorem, animi curas, ex inguinum inflammatione nata ex ulcere manifesto; præterea ex vigilia, externo frigore, & uisione oriri Diarias febres ponit. At 10. Methodi, dolorem addit, & constipationem externæ cutis, & obstructionem etiam meatuum internorum, si modo leuis fuerit. Addit cruditatem libro octauo, & 9. Methodi, sicut etiam obstructionem internam. Addit & lib. 1. de differentijs febr. temulentiam, & fatietatem. Verùm probari non potest huiusmodi tractatio, quoniam primum à nullo capite certo exorditur, quo intelligere possumus, nec plures, nec pauciores esse posse. Secundo, quod non omnes comprehendat causas, quæ huiusmodi febres committere ualent: nam sicut tristitia, sic profecto, & lætitia huiusmodi febrium causæ esse potest; nec alienum est sicut ex nimia fatietate, sic etiam ex retentione excrementi biliosi; huiusmodi febres prouenire. Sicut etiam ex cibis, portionibusq; calidioribus & ex medicamentis, vt vnctionibus extrinsecus admotis. Præterea, quæ huiusmodi causæ Diarias solas excitare dicantur, & non aliæ causæ; ueluti grauiore obstructione non satis constat; propterea scilicet, quod ex natura rei non exorditur causarum inuestigatio, oportet enim quum causas alicuius rei querimus, ante oculos ponere illius essentiã, & ita excussis singulis partibus, à quibus causæ morborum petuntur, spectare quid possit, aut nequeat illius esse causa.

Itaque si Diaria febris fit ex sanguine duntaxat excalesceto, non autem ex putredine humorum, & lætiores oportet esse causas quæ Diarias pariant. Quæ enim vel putrefaciendi, vel solidas accendendi vim sunt sortita, maiore quadam facultate sunt dotata: nec illorum impetus vnus diei tempore competere potest. Quæ ratione si singulos fontes causarum febrium excutiamus, facile inueniemus quæ

A poni debeant huiusmodi febrium causæ, quæ uero reiciendæ, & si quæ omisse sunt, facile addi poterunt, & si quæ fortè aliæ temerè sunt enumeratæ, falsæ deprehendentur.

Ergo inter ea, quæ geruntur, siue fiunt, optimè dictum est animi passiones ueluti iram, tristitiã, curas, febrium huiusmodi causas esse, quoniam sua aptè natura excalescere, non autem putrefacere sunt apta, eo quod leuem calorem in corpore excitent.

Sic inter corporis motiones uolentæ exercitationes, quæ lassitudinem accerunt, vt cursus, palestra, concertatio, uolentæ equitatio, clamores, & si quæ sunt huiusmodi motiones, quæ vel vniuersum corpus, vel cor statim excalescere possunt, tales febres procreant. Quomodo uero, & in quibus possint hæc febres concitari, paucis tradendum: nam etsi iræ sua aptè natura febris est author; non tamen pari uim omnes accendit: sicut nec tristitia, uel lassitudo, aut alia denique causa pariter afficit. Modus præterea ignorandus non est quo febres nascuntur, propterea quod curatio variatur ob diuersum modum: Etenim diuersa præsidia Diarijs excitatis ab ira adhibemus; his quæ ex tristitia, uel alia causa sunt nata: Quoniam etsi omnes huiusmodi causæ febrium sunt causæ, non tamen eodem modo, atque id quidem est quod Galen. 1. de febr. magnopere requirit in Medico; ut scilicet modos vniuersos agnoscat, quibus febres à suis causis proueniunt, quando vulgus etiam nouit causas ipsas, modos autem ipsos minimè.

Ergo, vt ab his quæ geruntur, auersemus, & ab animi perturbationibus, ira ob motum uehementiorem irascibilis facultatis, in ipso corpore cordis residentis febres concitat; nouimus enim motum uim habere calefaciendi; at quomodo febrem dicimus nasci ob motum facultatis irascibilis Galeno auctore, quum testetur Aristoteles, nihil aliud esse iram, quam sanguinis ebullitionem circa cor, quod quidem uerissimum est: uerum ebullitio sanguinis nascitur ob motum uehementiorem ipsius facultatis, quæ sanguinem agit, & commouet. Potest autem plurimum ira in calidis, & siccis corporibus, & densis, quibusque vitale robur est infirmum: nam calida, & sicca motu, & ebullitione, ut ligna arida ab igne facile succenduntur, & à densis corporibus fuliginosa ex ebullitione excitata excrementa non facile expirant, sed in tus retente calore exasperant. Tristitia (inquit Galenus) non ob ebullitionem, sed ob motum duntaxat, causa est febris. Verum quo modo ob motum id faciat, non docet. An forte id fit, quod moueatur calidum natium ad cor, & illic ueluti suffocetur ob nimiam copiam; uel potius, quod facultas, quæ tristitiæ est author, uehementius exerceatur; An forte etiam quoniam ob tristitiã corpus infelicitè nutritur: unde ob siccitatem calor exasperatur.

Per gaudium accendi febres non est alienum à ratione, nec alia ratione id fieri uidetur, quàm quod uehementer commoueatur facultas quæ huius passionis est causa. Ea autem postea contenta in corpore humores agit, & accendit.

Ex timore febres quoque nascuntur, propterea quod vniuersus sanguis ab externis partibus contrahitur ad cor, qui quum libetè diffusi nequeat, succenditur: At uerò quæ fiunt à corpore, omnia motu, & attritu, siue à nobis, siue aliunde proueniant, febres committunt: sic enim lassitudo attritu articularum eas parit. Idem fit per uociferationem, uolentius commoto thorace, & partibus in eo contentis, & equitationem, remigationem, gestationem, & alias denique corporis motiones.

Cæterum, quæ assumuntur, uel quod calida sint

actu, vel potentia, & mixto cum substantia nostri corporis, eam calefaciant, vel quod meatus obturent, visciditate, crassitie, vel copia, atque ita prohibita transpiratione, calorem accendant, vel quod parsimonia siccitas, & proinde calor intendatur.

Ea vero quæ retinentur, & expernuntur, febrium sunt cause: retenta quidem, si calida, & acria fuerint, eo quod misceantur cum reliqua substantia: frigidiora uero & crassiora eo quod obstructions pariant. Licet idem ostendere in his, quæ extrinsecus adhibentur, repetita methodo ex generali tractatione de causis febris. Quare ad signa transiendum est.

De signis Diariz.

Signa Diariz iam à nobis explicanda ueniunt; ac imprimis quæ Diariam ipsam ostendunt; deinde singulas illius differentias ueluti eam, quæ ab ira vel tristitia, uel cutis densitate, aut alia denique causa est orta. De qua re Galenus 8. c. primi de Differentijs febr. & 1. ad Glauconem, & 2. de Crisibus, sed nulla methodo agit, quæ à nullo certo fonte exordiat, sed spatium, & nullo ordine ex diuersis fontibus indicia sumat: Attingit tamen ferè omnes fontes, & in primis eum, qui ab essentia ipsius febris nempe à calore sumitur. Est enim (inquit) 1. de febribus, proprium, & inseparabile diarizatum, quod calor sit suauis; intelligi autem proprium, quod soli; inseparabile, quod omni inest. Nam etsi omnium febricitantium acris est, utpote præter naturam, tamè si comparemus diariz cum putridis, & hecicis, suauis, & mitis uidebitur diarizatum calor, etsi interim inter ipsas diarizas quædam acriores sint alijs. Intelligere ergo oportet suauem esse calorem, non absolute, sed respectu aliarum febrium. In calore præterea notamus incrementum, quod scilicet liberè ascendat calor, etsi id (ut inquit Galenus) non est proprium diariz, quoniam Putridæ etiam, quæ ex calida, & acri materia fiunt, liberè ascendunt, sicut, & hecicæ. Est autem ratio quæ sit calor suauis in diariz, quoniam est in subiecto miti, nempe, sanguine humido, & halituo, liberè autem ascendit, quoniam non fit contractio, ut per eas contingit, quæ cum horrore, aut frigore inuadunt, & quod non fiat à materia diuersi generis.

Sumimus, & à partibus febris indicia, quod scilicet status sit clemens, & citò crescat, ad statumque perueniat, citòque remittatur, & quod in interuallo perfectè appareat integritas, & quod in declinatione sudor, aut mador, aut vapor omnino aliquis suauis exhalet.

Secundus fons à causis sumitur, efficiente in primis, iuuante, & lædente, & subiecta materia: nam diarizatum oportet omnino incipere ab aliqua causa procatacica id est recenti, & euidens, quoniam alia quæ ex latente causa nascuntur putredinis sunt indicia, & hoc signum est quidem inseparabile, sed non proprium diariz, quoniam (ut inquit Galenus) alia nonnullæ ueluti Putridæ, & hecicæ aliquando incipiunt ab eisdem causis.

A iuuantibus uero, & lædentibus sumit signa Galenus 1. ad Glauconem: quod scilicet facile tolerant febres qui laborant, & quod dum lauantur, horrore in solito non corripuntur, neque molestia alia afficiuntur. Adderem, quod facile ab omnibus iuuentur ob caloris suauitatem.

Cæterum à causa materiali siue subiecto, signa non capit Galenus, etsi tamen id liceat commodè facere: nam corpora, quæ nec nimia humorum co-

A pia, nec malitia abundant, nec admodum sunt exsiccata, nec densa, diariz sunt oportuniora; alia uero, uel putridis, aut hecicis exposita.

Iam uero ab effectibus nempe urinis pulsu, alui excrementis, qualitatibus, corporibus, & alijs denique symptomatis, signa licet sumere.

Vrina igitur (inquit Galenus) primo de febribus, statim in primo die concoctæ apparent in diariz. Addit ad Glauconem, quod debeant esse aut omnino similes his, quæ sunt secundum naturam; uel quod non multum à naturali statu recedant: idque merito, quum febris ipsa unico die terminari debeat, & ob id exiguam mutationem acceperint tam paruo tempore, & à calore tam miti, & concoctæ omnino appareant urinae soluto morbo.

B Pulsus magni, & celeris, & frequentes, præsertimque frequentes in exteriori quiete: nam magnos, & celeres pulsus oportet esse ob caloris augmentum: in dilatatione uero in externa quiete, frequentior debet esse, tardior uero contractio, quoniam dilatio fit ad ærem frigidiorum attrahendum, quo eget calor auctus; contractio uero ad fuliginosam, & putrida excrementa est instituta, quæ in Diariz ob mitem calorem non abundant. Inæuales præterea (inquit Galenus ad Glauconem) pulsus esse non debent, præsertim in vna pulsatione, quoniam id signum est putredinis, & intelligi debet ratione ipsius febris: nam ratione causæ inæqualitas contingere potest, ueluti, quum fit febris ex inflammatione, quæ arterias tendit.

C Sic etiam respiratio ad pulsum proportionem se habet, & (ut inquit Galenus ad Glauconem) accubitus colore, & excrementa, & actiones alias corporis addere oportet: nam hæc parum mutantur à naturali statu in his qui Diariz laborant. Quinetiam ex solutionis modo indicia sumuntur, quod scilicet arteria ad naturalem statum sedata accessione reuertatur, & urine quoque, & quod capitis dolor, si aliquis aderat, & alia denique accidentia planè sunt sedata ablata ipsa febre.

Adde & signa ex similitudine, quod, seodem tempore grassentur Diariz in simili natura, tempore, uigendi conditione, & alijs huiusmodi, quæ similitudinem certiore reddunt.

D Indicia quæ ostendant, & distinguant inter se febres Diarizas.

Diarizatum ex tristitia ostendit acrimonia caloris potius quam abundantia; præterea, oculi concui, & sicci, & infueta decoloratio. Hæc Galenus 1. ad Glauconem. Nec alienum est urinas igneas esse, & acres, ob siccitatem, & pulsus in contractione celeriores, eo quod fuliginosa excrementa ob siccitatem in his aceruentur, quæ contractione expelli debent, paucus autem est calor, qui dilatatione non perinde eget; Et (ut optimè Galenus ad Glauconem scribit) durantiibus adhuc animi affectibus, ex pulsibus, cognitio euidens est, quæ ostendant quænam causa præcesserit.

Ex furore uero, & ira, febrem ostendunt urine ruse, oculi uero ostendunt adhuc rubedine sua præcedentem affectum, calor multus, & ex imo corpore celeriter prorumpens, pulsus magni, & celeres.

Febrem ex uigilia ostendit facies subtruncata, & oculi, qui uix palpebras attollunt, & humiditas, quæ in ipsis oculis apparet.

Febrem ex lassitudine ostendit cutis sicciore quam in alia febre Ephemerâ. In declinatione uero ipsius febris, vapor calidus, aut etiam humor ex intimo corpore

corpore effertur, nisi supra modum fuerint defatigati, aut cum labore a sole perusti, in his enim etiam pulsus sunt parui, in alijs uero magni. Hæc ad Glauconem Galenus.

Febrem ob æstum, ostendit cutis calidior, & squallidior quam pulsus ad febrilem dispositionem mutati: calor statim in occursum manus uigere uidetur: caput peruri uidetur, sitis minus infestat, quam ubi aqualiter calet corpus, gaudent, & iuuantur frigidis fomentis, oculi calidiores, & rubicundiores uidentur cum siccitate, si modo sine grauedine, & defluxione febricitant. Quod si hæc accedant, non solum caput calet, sed etiam plenum est sanguine, ita, ut omnes uenæ circa oculos, frontem, & faciem tensæ appareant.

Febrem ex densitate cognosces ex tactu, nam & densitas ipsa tactum exercitatum fugere non potest; calor præterea paulatim augetur, quum primo manus iniecta mitis appareat, acrior uero postea si perduraueris. Urinæ non rufæ, nec corporis moles collapsa, nec oculi concaui, & sicci, sed quibusdam etiam humidiores, & prominentiores quam secundum naturam, pulsus non minores quam in cura, tristitia, & uigilijs, aut immoderatis exercitijs.

Febre diariam ex bubone ostendunt pulsus maximi ueloces, & frequentes, plurimus calor, & in ipso statu quadam emergens humiditas calida, sed mitis, & minimè actris, facies ut plurimum rubicunda, & magis tumens, urineque subalbide. Hæc Galenus ad Glauconem.

Hæc sufficiant de signis Diariorum: nam aliæ differentie ex his quæ dicta sunt facile distingui cognoscique poterunt. Illud solum addendum est, quod ad prædictionem pertinet: nam etsi Diaræ suapte natura semper salutares sunt, tamen ignorandum non est quando in alias febres transeant, nempe in putridas, aut heclicas. Ostendunt autem transitum diaræ in Putridam si declinat sine sudore, aut uapore, & longa est declinatio, nec à sudore finiatur, nec pulsus relinquuntur liberi, aut contrahuntur, vel minores redduntur, acceditque, vel horror, vel frigus, calor uero mordax, & siccus apparet, & symptomata augentur, urinæ aliquando concoctæ manent ex priore alteratione, aliquando uero in crudefcunt.

Transitum in heclicam ostendunt arteriæ calidiores, febris fixa, & sibi similis, pulsus durus, & parus, calor qui augetur post cibationem, & denique signa diaræ minuuntur, emergunt uero alterius quæ incipit indicia: licet etiam eadem ratione præcognoscere an succedat synocha uel non.

Curatio Diaræ.

Contemnenda non est diararum curatio quod vulgus facit eo quod putet in paucis medicis operam requiri, & non nisi soluta febre medicos accersiri. uerū res aliter se habet: nam nobiles potentelque uiri, quorum causa medicina fere instituta est, medicos desiderant in huiusmodi febribus, & interim quoniam illis remedia describimus una intelligimus quo modo dispositiones ab ira tristitia, &c. auferantur.

Curationem diararum generali ratione completur Gal. 1. ad Glauconem. quæ scilicet omnes laborantes confectum ad balneum sint perducendi, excipiendæ tamen sunt quæ ex obstructione consistunt, aut ex fluxione à capite, præsertim frigida: his enim nocet balneum idque meritò. Quum enim omnes consistant ex sanguine exalefacto emittente uapores, balneum utpote quod educendi vim habeat huiusmo-

di uapores, & potètia refrigerandi omnibus confert. Ex quo constat balnea intelligenda esse aque dulcis non autem sponte nascentis, quæ Galeno auctore caliditatem habent omnia admixta, quamquam tamen id docuit in nonnullis experientia falsum: siquidem balnea huic Ciuitati satis uicina, utpote quæ 15. milliariis distent, dicta balnea aquæ refrigerandi, humectandique ui sunt prædita, uerum quoniam sunt balnea non solum ex aqua confecta, sed etiam aere, omnes diarias aqua dulci egere scribit, aere autem minimè, exceptis his, quæ ex cutis densitate, aut ex inflammatione inguinum sunt contractæ; has enim ad Glauconem aere balnei non laedi uult Galenus; idque meritò, quoniam scilicet febres ex densitate egent exsiccatione potius, & maiore caliditate, quod aer præstat feliciter quam aqua. Sic etiam ex inflammatione oborta febris reuulsione maiore egent, & discussione, minoreque humectatione; nimirum, quum affectus ipse (inflammatio scilicet) calidus sit, & humidus; mora autem in balneo nullum modum constituit Galenus, nisi quod eodem loco scribit permittendum esse ut diuini in eos uelint immorentur. Est tamen mensura adhibenda, ut corpus refrigeretur, humecteturque quatenus oportet, ne vires longiore mora dissoluantur; Qualem uero oporteat esse balnei aquam, præter dulcem, eo loco non docet; fortè quod non omnibus eadem posset conuenire qualitas. Calidiores etenim postulant qui ex densitate, quam qui ex ira, uel tristitia laborant, propterea illius qualitas in singulis varianda est pro illarum natura, & causarum, quæ febres pepererunt.

Post balneum uñctiones, & perfrictiones ex oleo tepido, & multo adhiberi uult, quæ per manus molles administrantur. Atque hæc quidem communia sunt præsidia, quæ Diaræ adhibentur, quæ uel intenduntur, uel remittuntur pro causarum, & subiecti corporis uarietate: aliaque præterea sunt excogitanda, quæ resistere possint causis ipsis, aut dispositionibus à causis derelictis. Quin & illud probare non possum, quoniam uaria sint præsidiorum genera, alijs ferè contemptis totam uim in his quæ extrinsecus adhibentur, ponat Galenus; quare sigillatim de unaquaque febre pro diuersitate causarum breuiter agendum.

Curatio febris ex densitate cutis causatis.

Febres ex densitate cutis non in his fit corporibus, in quibus quod transpirat halituosum est, sed est mordax, & acris, & fumo fuliginique simillimum, quemadmodum Galenus octauo Methodi scribit: nam ubi halituosus est uapor ex densitate cutis, non febris, sed plethorica oritur dispositio, sicuti idem tradit in libro de causis morborum. Confert huiusmodi febribus ex aqua dulci, & temperata lauatio, tum frictio, quæ rarefaciat, exercitatio mediocris, & victus, qui dulces efficiat succos, aduersissima est lauatio frigida, aluminosa lauationis abstinentia, exercitatio acuta, frictiones nullæ, uel duræ, & victus mali succi, uigilia, tristitia, cura, fatigatio, uisio in sole. Hęc 8. Methodi, quod non possum probare, si intelligat exercitationes adhiberi his corporibus per febres, quum eo tempore decumbendum sit: Cuius uero nature debeat esse balneum, docet eodem loco, quum dicit, sinendum esse ut uel sæpius lauentur, quod scilicet ex aqua fieri debeat. Verum, ad Glauconem has potissimum febres inter alias aere etiam iuari scribit. Balneum autem tunc exhiberi debet, quando primum incipit declinare febris,

febris, ut 8. Methodi, incipiendamque à balneo aeris, quia magis rarefacit, ut scribit ad Glauconem; deinde descendendum in balneum aque, modusque vtriusque esse debet, ut minus, in aere immorentur qui laborant, ne exsiccantur præter modum in aqua immorari possunt, quantum velint, (inquit Galenus,) & non solum semel, aut bis, sed crebro lauari. Post balnei calidi ex aqua usum videtur frictio nes adhibere velle 8. Methodi, quum scribit temperata lauatio, tum frictio; Verum, paulo post rem apertius declarat, quum scribit se in balneum perduxisse qui hoc modo laborabat, & tepente oleo largissime perfrictum, & blandissime perfrictum permisisse ut plurimum in aqua solij calidi versaretur; mox egresso frigidam ex consuetudine aspersisse, deinde syndone hominem cooperisse, & præcepisse ut paululum consideret ad vires recreandas: postea rursus in balneum perduxisse, & similiter vixisse, & perfricuisse, & calida immeruisse, deinde frigida, & postea deterfisse.

Nunc quo cibo sint alenda huiusmodi corpora febricitantia, & quando, & quo modo, docendum. Quare scribit Galenus 8. Methodi, & se statim huiusmodi corpora postea quam bis à balneo rediissent, nutritisse, & imprimis aquam fortè (ut colligeret in visceribus calorem dispersum per corpus à balneo) deinde ptisanæ cremorem, & postea paruo interuallo lactucam, ad extremum post illam ex simplicibus albo iure asellum aut alium saxatilem piscem exhibuisse. Intelligere autem oportet, paulo post hæc exhiberi, non quod horarum spatium fortè interponatur; sic enim laderetur concoctio prius assumpti alimenti, sed parua interposita mora, ne confestim vniuersum cibi genus ingeratur. Conferet & his halica, cum modico aceti cocta, & caro perdicis, & auium montanarum, pullorum gallinaceorum, phasiani, iuuenis columbe. At mirari fortè possis, quatenus victum conuenire dicat his, qui ex densitate laborant, primo ad Glauconem, 8. vero Methodi carnem, pisces, & prædicta concedatque longè abundantius à tenuiore victu. Verum suapte natura febris ex densitate tenuiorem victum postulat, quoniam retenta est substantia, quam dissoluere oportet: vbi tamen huiusmodi febres inciderint in corpora biliosa de quibus agit 8. Methodi ratione subiecti corporis pleniorum victum, quo humectentur postulant, ut etiam admonet 8. Methodi, vtendum scilicet esse minus nutriente cibo, vbi ex frigiditate febris est contracta.

De potu nihil elatum scribit 8. Methodi. At primo ad Glauconem ita præcipit. Vbi febris est ex cutis adstrictione, vel refrigeratione, si leuis sit huiusmodi affectus, nec plenum corpus, à vini potu non sunt accendi, pleniora vero corpora, aut multum refrigerata, inutile sentiant vinum, quoniam scilicet vapores multos excitat in corpore pleno, & vbi densitas maior est, grauior febris ostenditur, & periculum est, ne in putridam abeat. Conueniet ergo huiusmodi aqua hordei.

Vigilandum vero his ratione febris, & densitatis, potius quam dormiendum, quoniam digerunt vigiliæ, & calorem ad externa ducunt, cuius beneficio cutis rarefit. Verum si in corpora inciderit biliosa, & sicca, subiectæ materiæ ratione somno indulgendum magis quam vigiliæ, quoniam sic corpus humectatur, & febrim Putridam, & Hecticam, quæ sequi solent in his Diarum, occasiones præsciuntur.

Prospiciendum præterea vt aluus deiciat, adhibitis mollioribus clisteribus, quod miror à Galeno prætermisum.

A De febre ex ira, tristitia, vigilia, & cura.

Homines qui laborant Diaria ex huiusmodi causis, lauandi sunt, & fricandi, sed nec multis lauacionibus, nec multis frictionibus egent; quoniam fortè per huiusmodi affectus corpora sunt extenuata, & ob id facile mora balnei, & multis frictionibus digeruntur. Frictionibus autem vtendum affuso oleo tepido, & copioso, minimeque adstringente. Cibo postea humido & boni succi postea quam balneaueris, vtendum est, inquit Gal. 1. ad Glauconem. Vinum vero his potissimum quos affecit vigilia exhibendum, nisi doleat caput, aut temporum venæ pulsent; quoniam fomnum conciliat, dolorem vero exasperat: At vbi metor, & ira febrem fecerunt, vinum quoque propinandum; alijs vero qui furor sunt perciti, non nisi quum omnino ab affectu quieuerunt. Adhibenda quoque sunt præsidia, quæ causis efficientibus repugnent, non cogitandum, si cogitatio læsit. Musica quoque, gratè nuncijs, & quæ mulcere animum, & curas pellere valeant. Vbi ira febrem commisit, vtendum cibo boni succi, & simul refrigerante, humectanteque. Quod si ex vigilia, tristitia, & nimia cura sunt affecti, nutrimentum eligendum boni succi, & patenter humectans, fomnumque concilians. 8. Methodi.

C De Febre ex insolatione.

Febritantes ex vstione, protinus refrigerationem ab initio desiderant, inquit Galen. 8. Methodi, tum crebriorem lauacionem, sed non oleum largum, aut crebram frictionem, oleum fit refrigerans, Rosaceum, & Omphacinum, & nequaquam salsum, quod quidem refrigerari potest suspensio vase in quo continetur oleum in puteo, vt aquam tangat; aut si in decurrentem aquam vas immittatur, aut niue circumdetur, illudque simpliciter infundendum sublata in altum manu, idque vique ad declinationem faciendum, postea in balneum duccendus qui laborat. Quod si adfit etiam distillatio, aut grauedo, non obest balneum, quum vstio febre commisit. Cibo vtendum boni succi, & simul refrigerante, & humectante inquit Gal. 8. Methodi.

De Febre ex distillatione, & grauedine.

Si ex vstione, siue insolatione distillatio, aut grauedo nata est, in declinatione febris confert etiam balneum, inquit Galenus.

At si ex frigiditate, non nisi concocta distillatione lauandus æger, post lauacrum his quibus antea madefacienda egrotum capita, refrigerantibus in his qui ex vstione, calefacientibus qui ex frigore laborant, vt est vinum, & nardinum vnguentum.

E Curatio Febris ex lassitudine.

Eos qui ex labore febricitant, ab aere balnei arcebis, in aqua vero diu morari sines, ac oleo tepido, & multo, & manibus mollibus perfricabis quam plurimum, sæpiusque lauibis, cibumque assument sapè, eumque concoctu facilem, & qui plurimum nutriat ut 8. Meth. cruditatemque euent: vinum tantum illis concedendum, quantum concocquere possunt. Hæc ad Glauconem.

Causa

Causatio Febris ex obstructione.

Vbi leuis est obstructio, & corpus bene affectum, Diaria fieri potest. At si ualidior sit in huiusmodi naturis synocha alioqui putrida Diariam excipit, intelligemusque transitum fieri in has si inclinatio porrahatur, nec diminuat post summum vigorem, nec succedunt sudores, aut uapores, aut si succedant, non tamen febrem tollunt manentque in pulsu febris vestigia, aut etiam emergunt putredinis signa. Quod si in Synocham fiat per mutatio, inflammatur facies, & calor augetur. Quod si in Putrida fiat transitus, accedit horror, pulsus inequalis, & contractus, calor mordens, & vehemientiora accidentia redduntur: in vrina aliquando tamen manet concoctio in prioribus diebus, in alijs uero minime. Curatur aut uenae sectione huiusmodi febris primum, deinde detergentibus assumptis, nempe oxymelite, ptisanâ, mulsâ, apomeli, saccharo. Quod si tertio die minimum febris relictum sit, nec putredinis nota in pulsu aliqua subsit, nec urina cruda, & suspecta hora, qua primo die febris occupauit extra meridiem sit, audacter, & quam ocissimè hominem lauabis, satisque est si inter balneum, accessionisque tempus, interponantur tres horæ. In balneo uero corpus vngatur, & moderatissime fricetur, mox detergentur extrinsecus, & abluatur. Adhiberi autem possunt ad deterfionem erui, vel hordei, aut fabarum farina, uel mulsâ aquosa, vel si maiorem quæris deterfionem, iridis, vel panacis radix, & Aristolochia, & mulsâ meracior: maximè autem deterget spuma nitri, tum nitrum ipsum, vel aphtonitrum, uel sapo. Post balneum, & vnctionem, deterfionemque, propinanda aqua in qua sit paruma pij incoctum cibandus postea est æger ptisanæ cremore.

Curatio Diaricæ ex cruditate nidorosa.

Sialuus lubrica est, cū huiusmodi cruditate, & febre, minus malum; si adstringitur, grauius. Igitur si ea tantum quæ corrupta fuere vacua videbuntur, ventriculo prius roborato, lauandum nutriendumque in febris remissione. quod si maior facta est inanitio, aut adhuc durat, roborato ore ventriculi ex fomento adhibito ex oleo, & Absynthio, omisa lauacione, hominem cibabis. Quod si morsus aut dolor in uentriculo adhuc superfit, post fomentum, penicillus intingi debebit, qui uel calidus sit, & siccus, uel ex oleo in quo Absynthium incoctum madens, ac plurimum expressus, uel in nardino vnguento penicillum immergendum, & penicilli loco purpura marina, uel optima thyria admoenda. Quod si imbecillum sit os uentriculi, Chiam masticem in Nardino tritam, ad fordium crassitudinem miscebis, & in eo purpuram madefactam impones, calidam tamen, ne tepida, uentriculi robor dissoluat. At si fluat adhuc aluus, recente, optimoque Melino simili modo, quo Nardino utendum, uel Masticino, uel Spicato, uel Foliato. Quod si cinctum non patitur qui laborat, Ceratum conficiendum ex cera Tyrhenica in vnguento Nardino liquato, cui postquam refrigeratum est, Aloes & Mastices partem octauam, uel aliquid plus addes, ceræ autem, & Nardi partes æquales sunt. At si uentriculus vri intus videtur, uilius est Ceratum, quod ex Melino vnguento conficitur, uel alia ex Henanthe, Hypocistide. Balustijs: & Palmularum carne confecta, utilia sunt. Cibus autem fluente adhuc aluo ex potentia, & pa-

Ane, quem Græci *ἔβουλον* uocant præbendus spargendaque polenta, uel aqua calida, uel mali punici, uel pirorum, aut cotoneorum succo. Quod si uenter amplius non fluit, Halica ptisanâ modo idest cum modico aceti, tum sine aceto forbitio detur. Præterea, Gallinaceorum testiculi, saxatiles pisces ex albo iure, fructus aliquis adstringens, uel solus, uel cum pane offeratur. Quod si appetitus laborat? Confert cochlearia duo confectiois ex succo cotoneorum accipere, uel carnem ipsam cotoneorum, si succus non adsit.

B Si uero uenter adstringitur si cibus in gracili intestino fuerit, & morsus, Diatrion pipereon simplicissimum exhibendum; deinde præcordia, & uenter perfundenda. Quod si repat corruptio ad inferiora, Clister subijciendus; Si morsus fuerit, ex oleo sabino, in quo Anserinum seuum, uel illius inopia, gallinaceum, uel caprinum sit liquefactum, uel his non presentibus, parum ceræ eloræ in oleo iniiciendum. Quod si status vrgent, in oleo ruta, semen apij, cumini, marathri, & finononis, & quæ huius sunt generis concoquenda, & Clister ex eo conficiendus, postea nutriendus æger, & si planè desit febris, lauandus sequenti die qui laborat.

De febre Diaria ex Bubone.

Febriticantes ex Bubone primum egent remedijs, quæ ulceri; deinde quæ buboni; postremò quæ febre conueniunt; in remissioneque accessiois lauandi sunt inquit 8. Methodi. At 1. ad Glaucem eos nequaquam lædi ferbit, si in aere balnei immorentur. Multo præterea oleo, & tepido perfricandi molliter. Victus his adhibendus tenuis; à potu uini arcendi donec inflammatio soluatur.

De Febris Synochis.

Expeditis febris, quæ ex sanguine excalescens consistunt, in leui quadam alteracione, ita ut vno dierum spacio finiantur: ad alias transeundum est, in quibus sanguis vehementius excalescens à grauioribus, pertinacioribusque causis non nisi longiore mora tolli possit: quas ob id Synochas uocamus: quæ quoniam in duplici genere constituuntur, uel putridæ, aut non putridæ, de his tanquam simplicioribus in primis agendum, postea de alijs. Est aut duplex harum generatio, uel enim ex Diarijs malè curatis ob Medicorum ignorantiam, uel ægrotorum intemperantiam, uel adstantium proueniunt, uel statim ab initio à suis causis. Sunt autem causæ, quæ huiusmodi febres excitare possunt non omnes; ut bene Galenus admonet 9. Methodi; Etenim ex adustione, cruditate, lassitudine, vigilia, animi perturbatione, uel bubone, nunquam febris gigni potest, quæ ad tertium usque diem progrediat, nisi inquit erratum sit, uel etiam (ut ego putto) subiectum corpus sit in causa. At ob stupationem cutis fieri huiusmodi potest febris, siue obstructi exiles sint meatus, siue conuieant; siue densati sint à frigore, uel balneo, uel pharmacis, uel siccantibus, uel indurantibus, ut dura frictione. Huiusmodi enim causæ impressiones faciunt, quæ uno die tolli nequeunt, sed cum illis febres excitant pluriū dierum. Accenditur autem febris ab huiusmodi causa, quoniam non transpirant humores, qui causæ sunt remissionis, & solutionis accessionum. Itaque ubi nulla subest in huiusmodi febre occasio, quæ alterius accessionis principium excitet, non mirum si fiat

fiat febris plurimum dierum vna accessione contenta. **A** Intelligere autem oportet, vapores qui attolluntur à feruentibus humoribus non expirare, non quod omnino cohibeantur, sed quod non satis expirent, plurimum enim attollitur, & minimum dissoluitur qui quoniam manet, & proxima adurit, febrem feruat: vnde tres Synocharum febrium differentiarum necessariò resultant: nam quum gignatur febris ex vaporibus retentis, continuoq; attolluntur, necesse est vel tantum dissipari, quantum gignitur, vel plus, vel minus: vnde Homotena quæ eundem perpetuò feruat tenorè, vel Agmaistica, quæ perpetuo crescit & Paragmaistica, quæ statim à primo insultu minuitur. Atque hæc quidem sunt efficientes harum febrium causas, hicque modus quo illæ à suis causis procreantur. De subiecto propinquo non est quod dicamus, est enim (vt diximus) vniuersa humorum massa, quæ sanguis dicitur; remotiora verò subiecta sunt (vt inquit Gal. 9. Methodi) harum febrium, non gracilia & frigida corpora, sed quæ plurimo sanguine abundant, & corpulenta sunt, quoniam obstructio citra putredinem febrem nequit excitare, nisi id, quod transpirat, copiosum sit, & calidum, nec humorum putredo, in omnes quæ inter inguina & alas intersunt venas æquabiliter, ac cito porrigi in frigido habitu potest. Quare in ætate, & natura calida, & præcipuè carnosa, bono, & multo sanguine affluente, & denso corpore, & calidis excrementis referto huiusmodi gignatur febris. Quare constat & illud, proprias esse has febres Veris totius, maximè incunctis, aut in medio consistentis: tunc enim & sanguis abundat, & facillè densari possunt corpora. Locus autem nullus peculiaris est affectus, sed humores in venis, & arterijs omnibus, & potissimum in maximis, & calidissimis excalescenti sunt, vt cap. vltimo, secundi de febribus scribit Galenus; videturq; hæc esse ratio: Quod si in alio loco contineretur humor, ut in minoribus venis, aut habitu corporis, transmissione nouæ materiæ à maioribus venis facta, remissiones fierent, & intensiones.

At contra id quod diximus huiusmodi febrem fieri perpetuò à sanguine, facit quod scribit 2. de Crisibus Galenus, quod scilicet biliota sit, ardens, & peracuta. Item 2. cap. 1. de differentijs febrium ad hunc modum scribit: Continuarum, quæ ex flaua bile consistunt, duo esse genera: vnum Synocharum, alterum quæ continua dicuntur. Præterea, 12. cap. eiusdem, scribit Synocham proportionem seruare cum tertianæ circuitu, quum antea dixerimus ex 9. Methodi, vnicam esse illius accessionem, & ex infinitis locis ex sanguine fieri. An intelligendum est ex bile fieri Synochas non omnes, nec quum Synochæ sunt, sed eas quæ ex Synochis putridis nascuntur. Omnes enim Synochæ ex sanguine fiunt, sed quæ putridæ sunt, facta putrefactione vt postea ostendemus, tenuior pars in bilem, crassior in atram secedit; & rursus, bile flaua putrescente, tunc accessiones fiunt ad modum tertianæ febris. Hæc ergo febris quod continua sit, causam capit ex loco, quod scilicet in magnis vasis humor contineatur in quo calor accenditur. Quòd vero sit Synocha, id est continens, causam sumit ex materia, ex sanguine scilicet qui quum non aliam habeat materiam, ex qua alia regni priore cõsumpta possit, ideò accessiones facere non potest vt alij humores, qui ex massa sibi familiarum capiunt humorem, ex quo noua putredo, & accessio noua oritur. q. vero perpetuò crescat, aut decescat synocha, aut seruet eundem tenorem, id habet ex inæqualitate cause agentis, quæ scilicet plus vel minus eundem constrinxit, vt æqualis, vel inæqualis possit fieri vacuatio ei quod succenditur.

Signa.

Signa Synochæ febris docet Galenus 9. Methodi, suntq; hæc, pulsus maximus, æqualis, vehemens nec durus, nec mollis, celer tamen, & frequens. Addit Auicenna rubedinem faciei, & oculorum, & inflationem venarum, & temporum, & aliquando pruritus in naso, & collo, difficilem anhelitum, & somnum profundum, difficultatem sermonis, vbi grauis est affectus, & inflammationes amigdarum, & faucium, lacrimarum cursum, calorem plurimum. Vrina vero secundum Galenū 9. Methodi in consistentia, & calore non multum à naturali habitu variant. Vrina vero rubra, tenues vero & crassæ, prout sanguis tenuis est, & crassus. Verum absque methodo hæc traduntur, quoniam à nullo certo capite exordiantur. Præterea, omittunt iuuantes, lædentesque causas, & gignentes quod scilicet præcesserint quæ constipant. Ad hæc, quæ ex materia subiecta sumuntur, quod scilicet corpus, quod afficitur, sanguine multo sit refertum, & carnoso, densoque corpore, & quæ ab anni tempore, cælique statu, tanquam à causis sanguinem plurimum gignentibus sumuntur. Symptomata vero prædicta sequuntur magnam sanguinis ebullitionem, & elatos à sanguine vapores, viriumque robur: nam quoniam plurimus est calor, qui refrigeratio ne eget, ideo magni pulsus, veloces, & frequentes fiunt, accedente robore virium in huiusmodi corporibus; Inæqualitas autem non adest, nec durities, quoniam nec putredo, nec siccitas: & sic difficilis respiratio, nempe magna, velox, & crebra, ad pulsuum proportionem accidit ob caloris multitudinem circa præcordia, calor autem multus, sed non acris, quia multa euaporatio ex ebullitione & sanguinis copia, quæ quum humida sit, & suaui propterea est, & minime acris; aliorum vero symptomatum rationem facillè est reddere, ne diutius in his moremur.

Prognostica autem ex magnitudine febris, & causatum, & accidentium, & similitudine cum alijs, si qui forte eodem tempore fuerint affecti sumuntur.

Curatio.

Si alius suppressa est, exhibitio clisteri molliore etiam ab initio mali, sanguis mittendus: neque enim probare possumus Galeni consilium, qui tres dies expectauit antequam sanguinem mitteret in eo, de quo agit 9. Methodi, quum statim cognita febris sua remedia postulet: nam alioqui ex mora periculum accedit, ne in putridam transeat: sanguinis autem auferendum tantum est inquit Gal. quo ad homo animo linquatur, si vires subsunt valida, quoniam animi defectu corpus refrigeratur, & alui deiectio, nonnunquam vomitus sequitur, & statim madores, sudoresve sequuntur: vnde febris extinguitur & iugulatur. Verum quoniam id tutum non est, etsi optimum fortè remedium, tantum sanguinis demendum est, quantum exuperare videtur, & febris magnitudo requirere: plus enim detrahendum vbi magna est sanguinis copia, & febris vehemens, minus autem in leuiore affectu; quare vna omnibus regula esse non potest, animi defectus, sed quod ex ipso indicante sumitur, nempe humoris copia, quæ huiusmodi præsidium pro sui quantitate, & mali vehementia quod excitat, requirit.

Postquam vero sanguinem detraueris, duas horas Galeni imitatione nutrimentum dabis, ac quiesce-

re agrum, dormireque iubebis; constat enim tum ex 8. Methodi, tum ex nono, Galenum concedere somnium à prandio ægrotis, quum dicit se inuenisse eum dormientem altum somnum cui imperauerat à cibo quietem; conceditque longiores etiã somnos, vt satis patet ex eodem ægrotato, qui plus quã septem horas dormiuit; verum somni modus esse debet: nam huiusmodi corpora ob nimiam euaporationem nonnumquam solent sopore corripi. Cibum autem exhibendus est ex præsana cremore, bisque in die nutriebat huiusmodi ægrotantes Galenus. Soluta vero febre, eger in balneum ducendus, & lauidus. Quod si febris post venæ sectionem perduret, apparentibus signis coctionis, aqua frigida potione exhibebis, de qua postea, quum de putridis agemus. Hęc sunt Galeni remedia quæ Synochis adhibet libro 9. Methodi. Confert tamen in potu exhibere cibationis tempore hordei aquam, vel solam, vel cum saccharo, aut iulepo rosaceo, vel violaceo, & vino granatorum: Nam quæ incidunt, & extenuant, vt syrupus acetosus qui cum aqua misceri solet non ita necessarius in isto quum non sit obstructio interna, & potius sit opus refrigerationem ad extinguendam caloris abundantiam. Confert & syropus exhibere mane, de endiuia, de cichoreo, cū decoctione endiuia, cichorei, lactuce, acetosæ, tamarindorum. Quinetiam pro pitana, panis coctus in aqua, pruna Iberica, in aqua cum saccharo concocta. Cibandi vero tempus esse debet, quando leuius habet æger, quum hic accessionum remissiones expectari non possint; quod si puer sit qui laborat, nec possit venæ sectionem sustinere, cucurbitula cum scarificatione adiuuanda. Nec absurdum fuerit concocto humore, aut etiam sequenti die post venæ sectionem, si primæ venæ sunt expeditæ aut antea si aliter habent, cassiam exhibere; improbanda tamen est Auicennæ opinio, quam omnes sequuntur Hispani medici, qui lentes exhibent decoctas in huiusmodi febre, si humores tenuiores fuerint: licet enim commodiore quam melancholico cibo, & ad coctionem inepto vitium huiusmodi si aliquid sit, emendare. Nec alienum est leues frictiones adhibere peractis vacationibus, vt corpus contractum rarefiat, & liberè expiret vapor. Atque hæc de Synocha non putrida; De putrida vero postea agemus quum intelligi nequeat nisi pertractata putredinis natura quare ad putridas accendendū.

De Febre putrida.

Posteaquam egimus de febris quæ ex humorum excalescentia consistunt, tempestiuum est, ut ad alterum genus transeamus, quod scilicet ex eorundem putredine consistit; quæ res quum tota pendeat ex putredine ipsa, cogit tractatio, ut de ea diligentius agamus, & tanto certè diligentius, quanto negligentius videntur ab antiquis explicata: nam quum tractatio hæc postulet vt in primis doceamus quid sit putredo, cuius passio, & quot genera differentia quæ putredinis repetantur, quæ causæ efficientes, quæ materia ad putredinem apta, in quem finem tandè tendant quæ putrescât, quidque sequatur ipsam putredinem, & ostendat. Aristoteles qui hæc primo cap. 4. Meteorum, suscipit explicanda, nonnulla ex his omittit, alia vero, vel obscurius explicat, aut certe non vt nostra exigit medicina. Tamen tum illius, tum Galeni opera adiuti, quod verius putabimus docere conabimur. Ac in primis quidem de nomine agendum est, constat enim nõ vno modo usurari putrefaciẽtia, & putre-

dinem; quod satis constat ex 13. cap. quinti de simplicibus, vbi medicamenta, quæ caustica sunt, sed non vehementer, & simul essentia tenuioris, putrefaciẽtia vocari scribit, sed non propriè. Quæ verò simul calefaciunt, & humectant, verè putrefaciẽtia medicamenta esse dicuntur: vnde & putrefactio quædam vera, alia verò non vera ad putrefaciẽtiũ remedium duplicem significationem dici debent. Quid verò propriè putredo sit, nunc videndum. Ac in primis genus querendum, in quo omnes antiqui authores conueniunt, quod scilicet corruptio quædam sit. Quinetiam lib. 1. de febris, cap. 7. putredinẽ quædam veram esse dicit, in qua nihil mutatur ad benignum putrescens excrementum; aliam verò, quæ propriè suppuratio dicitur, in qua calor nativus alium exuperat. Etenim Aristoteles 1. cap. 4. Meteorum generationi maximè contrariam esse putrefactionem scribit, tanquam putrefactio corruptio sit quædam: sic Galen. 11. Methodi inquit: putredo corruptio est. Idem 2. de differentiis februm. Sic etiam sanguinem putrefactum corruptum esse. Verum quum multa corrumpi possint, & à multis; & vario modo; siquidem contrarium à contrario, vt frigidum à calido, & à simili excedente, vt calidum mediocriter ab immoderato; & sicca, & humida, & frigida corrumpi valent, idque paulatim, vel subito, perpendendum est quoniam ex his conuenient corruptioni, quæ putredinis nomine donari debet. Siccitatis corruptionem non appellamus putrefactionẽ, quocumque modo fiat: sicut nec frigoris, nec caloris, sed ipsius humores. Humorem enim corrumpi dicimus, & putrefieri, vt sanguinem, bilem; lapidem autem non item, tanquam humoris sit passio ipsa putrefactio. Verum, quum quædam actu humida sint, vt omnes humores, & quæ alieno termino facilè ambiuntur; ipsa alia verò, quæ potentia humida dicuntur, veluti bilis, quæ potestatem habet siccandi, de his, quæ humorem habent, quacunque facultate præditum, intelligenda res est: quando & bilis vtraque putrescere dicitur, siue terminabilem, siue alio modo mixtam humiditatem obtineant: nam & ligna, & ossa putrescunt ob humorem, quem in se continent, sicut aqua, & bilis, quæ aspectu humida existunt. Vnde optimè dicebat Aristoteles loco præcitato, putrefactionem esse corruptionem caliditatis quæ est in vnoquoque humido. Verum, quum humidum ipsum pati possit à sicco, possit & calor, qui est in humido corpore, & frigida qualitas pati, videndū quid propriè in eo patiat, certum autem est, non appellari putrefactionem, quum humor exsiccat à sicco, sit enim corruptio quædam humoris, sed nõ putrefactio. Idem contingit quum frigida qualitas, à calido, aut hoc à frigido extinguitur, quod docent affectus corporis præter naturam: neque enim appellamus humores putrefieri quum refrigerantur, aut frigidi calefiunt: sed quum calor, qui in rebus humidis est, secundum naturam augetur, præternaturamque euadit: vnde optimè dicebat Aristoteles, putrefactionem esse corruptionẽ caloris naturalis qui in vnoquoque est corpore. At quum corrumpi possit calor, tum ab internis causis, quæ medio crent, & secundum naturam calorem intendere possunt, veluti obstructio; tum ab externo, vt aere ambiente vehementer calido, Aristoteles loco præcitato, aliam caliditatem interpretatur ambientis aeris; non quod sola ea sit, sed fortè frequentior, & communior omnibus rebus: nam (vt diximus) putrescunt humores in inflammatione, & propter obstructiones, & alias multas causas, quæ ad aërem ambientẽ referri nequeunt; Vnde Galenus 11. Methodi, & passim alibi, putredinem fieri à calore præter natu-

ram, siue ab his, quæ calorem præter naturam reddere possunt, siue externa, siue intrinseca sint, siue per se, siue per accidens calefaciant: veluti aer frigidus, qui constipando prohibet diffusi calorem, & excrementa calida, quæ à rebus exhalant. Atq; ita melius quàm ipsemet author Aristotelis verba interpretatur: nam quum Aristoteles dixisset putrefactionem esse corruptionem caloris secundum naturam, quæ sit facta ab aliena caliditate, interpretatur postea statim alienam, id est, ambientis aeris; Sed melius Galenus, qui interpretatur alienam pro excedente, & præter naturam. Verùm, in hoc etiam Aristoteles damnari fortè potest, quod quum dixisset putrefactionem esse corruptionem proprii caloris ab ambiente calore factam, statim verò postea tunc calorem, tum frigus ambientes, causas ponat putrefactionis: nam etsi in aere externo frigido putrescat etiam corpora, & externum frigus putredines in nobis exciret, id tamen non facit per se, sed per accidens, quatenus scilicet oclusa via externa fuliginosa (vt diximus) excrementa exhalari prohibent, quæ paulatim coaceruata, calorem augent. Vnde constat, à solo calore putredinem fieri, & si quæ per se id faciunt, in nonnullis fortè expeditius quàm quæ per accidens id præsent, vt videmus hyeme carnes diutissime asseruari, æstate autem confestim putrescere. Dicitur ergò humor putridus, quando præter naturam vehementius est excalefactus pro natura vniuersiusque rei: non enim quantumcumque calor putredinis causa esse potest: id quod ostendunt Synocha, & diarie febres sine putredine, quæ tandem transeunt in putridas, durante scilicet calore: sic pituita, & atra bilis, tam vehementem calorem putrefacta non repræsentant, vt ipsa bilis, & sanguis, & longè minus calefacientia, tenuiores, calidioresque suapte natura humores, quàm crassiores, & frigidiores putrefacere possunt: quoniam facilius ea corpora, hæc difficilius afficiuntur. Sed postea de his, quæ putrescunt nonnulla subiiciemus, quibus intelligemus, quænam facilius, aut difficilius id patiantur: sicut etiam vniuersas causas putredinis expèdemus. Nunc verò quod ad definitionem attinet perpendendum, an scilicet perfecta sit definitio, vel non.

Diximus enim putrefactionem corruptionem esse caloris, qui est in humido à calore extraneo. At Galenus addit, de simplicibus, quod non omnis corruptio sit putrefactio, sed quæ cum factore accidit, certè particula non mihi videtur prætermittenda, vt potè quæ corruptionis naturam maximè ostendat, quippe quum sæpè augeatur calor in humore, qui tamen putridus non dicitur, veluti quum bilis longè acrior est, quam esse debeat, nec tamen propterea putrida dicitur, quoniam nondum graue olet, præsertim, quum omnia putrefacta plus, vel minus grauius olerè videamus. Præterea, quum dicat eodem capite, putrefacta medicamenta tum vera, tum non vera, sine doloris sensu corrumpere; videtur innuere, quòd de putrefactione eorum quæ sentire possunt, agimus, addendum esse, quod sine dolore fiat corruptio à calido: id quod certè accidit; vt enim præter naturam effectus omnino est calor, vt omnino inutile sit membrum ad actiones obeundas, vt in Sphacelo accidit, & gangrena, tunc nullus amplius dolor sentitur, & putrefactum ipsum redditur: antea verò quum dolor sentiretur, nondum erat putrefactio, sed potius suppuratio: tanquam præter naturam omnino sit calor, qui putredinis est author. Quam ob rem, si iam colligere definitionem putrefactionis voluerimus, hæc erit.

Putrefactio est corruptio naturalis caloris in humido à calore præter naturam, quæ cum febre acci-

dit, Nunc vero differentie putredinis si quæ sunt, explicanda; deinde cause sigillatim, postea ad febres res contrahenda.

Putredinis differentias nemo pertractat, fortè quod non multum refertur ad illorum institutum; non inutile tamen est medico eas adnotare, quod scilicet quædam ex ipsa natura putredinis, alia à causis, alia ab effectibus sumantur: nam quædam planè putrefacta sunt, sicut inflammationes, quæ in Sphacelum iam degenerarunt; alia vero semiputrida, sicut sunt suppurata: nam vt Galenus admonet in Aphorism. Dum pus conficitur, habet pus semiputridam naturam, partim scilicet à calore naturali, partim ab eo, qui est præter naturam. Variat autem curationem hæc differentia, quoniam putrida omnino rescindenda si sint membra: si verò humores fuerint, vacuandi; quemadmodum Galenus 11. Methodi. Scribit de humoribus, & Chiturgia docet in membris Sphacelo corruptis. Sunt præterea quædam, quæ maligna putredinem concipiunt, quemadmodum humores, qui pestilentes febres faciunt; alia vero quæ simpliciorum obtinent, sicut illi qui faciunt alias febres. A causis vero sumuntur differentia, quum quædam dicimus à calido, alia à frigido, alia propter obstructionem, alia à medicamentis, alia vero ab alimentis, quædam per consensum, quædam à propriis causis putrescere. Ab effectibus vero quod quædam membrum corrumpant; alia aliud faciant, et si quæ alia similes sunt differentie notandæ.

De causis putredinis.

ET si quodammodo quum ageremus de Definitione putredinis, causas necessarias attigimus, tamen quoniam non satis id factum est, cogit tractatio, vt pauca addamus. Itaque materia putredinis humor est, non siccitas; quoniam graueolentia non oritur corrupto calore qui est in parte sicca rei. Vnde optimè dicebat Aristoteles, Meteororum, ignem putrescere non posse, quod scilicet nihil in se humidi recipere possit ignis, vt alia Elementa. Quoniam verò quæ putrescunt, vel crassa, vel tenuia, vel multa, vel pauca, vel in motu aut quiete esse possunt, quare videndum est, quænam facilius putrescere valeant. De qua re etiam Aristoteles agit, & nos hoc loco agendum putamus, quoniam hæc ad materiam pertinent. Igitur quæ motu cidentur, minus quàm quieta putrescere scribit Aristoteles, quoniam inquit motus ille qui ab aeris calore prouenit, imbecilior eo efficitur, qui in re ipsa etiam antea inerat, id est, vt ego intelligo, quoniam minores sunt impressiones ab externo calore in re, quæ mouetur; quàm in quiescente; Adderem tamen aliam rationem, quod scilicet res quæ mouentur, exercentur, & calore excitato expurgantur magis ab excrementis, quæ putredinis possunt esse authores.

Multum verò minus, quàm paucum putrescere posse scribit Aristoteles, quoniam inquit in re maiore maior est caliditas propria, atque frigiditas, quàm vt potentia, quæ in circumfuso aere sunt, euincant: vnde subdit, mare, & alias aquas magnas, non putrescere; pauca verò, & in parte distractas sic. Quod quidem verum est in his quæ ab extrinseco calore putrescunt, & corrumpuntur alia verò, quæ ab internis causis, quanto crassiora, & plura fuerint, tanto promptius putrescunt: quod ostendunt horrea frumenti, quæ quanto ampliora fuerint, & minus sparsa semina quæ continentur, tanto promptius putredinem sentiunt; sic & vestes multæ inter se cumiatae promptius id patiantur, quàm quæ sparsæ sunt, & tenuiores,

iores, quoniam scilicet promptius transpirat quod A paucum, rarum, tenuisque est, contrario modo affecto. Hinc est, quod crassa corpora putredini magis, quam gracilia exposita scribere solet Galenus, quia facilius transpirant illa, hæc difficilius. Unde satis constat, Aristotelem non omnes effectrices causas (vt postea ostendemus) nouisse.

Concreta (inquit Aristoteles) nõ putrescunt, quoniam magis sunt frigida, quam sit aer calidus, propterea uinci non posse ab aeris calore: Hæc etiam ratio solum locum habet in his, quæ ab externis causis corrupti possunt: nam caro gelu concreta tandem putrescit, aucto inuis calore, ob fuliginosa excrementa, quæ prohibita transpiratione ob externum frigus intus sunt coaceruata: nam hac ratione sequeretur, ab externo frigore putridas febres non excitari. Est enim aer externus frigidus concretionis author. Illud quoque prætermittendum non est aptissima esse ad putredinem quæ non qualemunque, sed excrementitium continent humorem, id quod ostendunt olera & fructus, vt pepones, cucurbitæ, quæ minimo tempore putrilaginem admittunt, vt item quæ substantiam habent dissolutam, & minimè compactam, qualia sunt ligna laxiora, quæ facilius quam solida, & dura, putrescunt, quoniam scilicet plus humoris habent, & externum calorem admittunt; Et hæc sumpta sunt ex illo de simplicibus. vbi scribit Galenus, quæ putrescunt excrementitium continent humorem, aut substantiam dissolutam, & minimè compactam: quæ uero aut nullam prorsus superfluum habent humiditatem, vt mel optimum, & corpora solida, & compacta vt lapides, ea putrescere nequeunt, id est difficilius omnino patiuntur: ita enim intelligendum est.

Causa efficiens putredinis.

Putredinem fieri à calore corruptente calorem naturalem qui in humida est substantia, antea ostensum est. Verum in hoc non placet Aristoteles, quod calorem putrefactionis authorem, solum ponat in aere ambiante, quum hoc posito, reddere non possit rationem, quare etiam à frigido aere nascatur putredo. Item, quare multum aliquando facilius quam paucum putrescat. Item quomodo febres putridæ ex densitate cutis, & obstructione nascantur. Et quod hæc fuerit ipsius Aristotelis opinio, satis ex eo constat, tum quod explicat alienum calorem eum, qui est in aere; tum, omnes causas quare quedam promptius, aut difficilius putrescant in eum referat. Quare probanda potius est Galeni opinio, qui ubique putredinem à calore extraneo id est præter naturam, siue ille ab externo aere, siue à alijs rebus excitetur, & huiusmodi reddatur, fieri dicit: nam & medicamenta quedam putrefacientia ponit libro 5. de simplicibus. & in libro de causis morborum, putrefactionem à medicamentis, tum excrementis, quæ in animalibus oriuntur, tum à prohibita transpiratione fieri scribit, & denique ab omnibus quæ in unaquaque re calorem præter naturam accendere possunt, putredinem fieri, ponere oportet.

Finem putredinis.

Finem aliquem assequuntur quæ putrescunt, sed non tamquam causam, cuius gratia moueantur quæ putredinem efficiunt. De qua quidem re agit Aristoteles, quum scribit ea quæ putrescunt, sicciorem reddi omnia, & tandem in finem, & terram abire: quod ostendunt cadauera, quæ tandem in puluerem dissoluntur; redditque hanc rationem Aristoteles, quoniam abeunte calore proprio, naturalis humiditas cum il-

lo diffilatur, & euaporat; tum etiam, quod calor proprius trahit ad se humorem, & adducit, qui quum non amplius adsit, siccitatem sequi necesse est. Verum quare abeat calor, non docet, & videtur potius contrarium sequi quam ille dicat: vult enim, quod abeat primo calor, deinde humor cum calore: at humor primo abire, deinde calor extinguitur: nam calor humido gaudet, eoque fouetur, & alitur. Quam ob rem, quum per putredinem auctus sit in humore calor, uiolentius absumitur, & dissoluitur humor: quo dissoluto, vna & calor ipse, materia destitutus idonea, expirat. Sicca ergo redduntur quæ putrescunt, quoniam auctus calor, humorem depalcitur, & absumit. Nec contemnendæ quidem sunt causæ sine quibus putredo facilius, aut difficilius nascitur: veluti locus, tempus, agendi modus, sic enim dicimus, quædam esse magis exposita putredini, quoniam in loco huiusmodi contineantur, sicut scribit Galenus. Quare in locis calidis continentur excrementa, promptius quam in frigidis putrescere: & quæ longiore mora caloris præter naturam vim sentiunt, putrescere, alia uero minimè, sunt accidit in humoribus, quæ putridas febres excitant, ob vehementiorem quem conciperunt calorem alij uero aut Diarias, aut Synochas non putridas, pariunt, quum à leuiori causa sunt exalefacti. Sed hæc sufficiant de putredine; quibus explicatis, ad febres putridas, quarum causa hæc sunt pertractata accedamus, eundem ordinem sequentes quem in alijs obseruauimus: Primo enim, quid sit febris putrida; deinde quæ, & quot illius differentie; postea illarum omnium causas, & signa explicabimus, generatim primo; deinde speciatim per singulas differentias; postremo curationem aggrediemur. Ac tanto profecto diligentius hæc erunt à nobis pertractanda, quanto difficiliora sunt alijs quæ hæcenus explicauimus, & quanto maior prouentus, & gloria Medicis ex his febribus, quæ ex alijs accedit: nam plurimæ sunt harum febrium differentie, & frequentissimæ eueniunt, & ferè ad eas propulsandas Medici accersuntur.

Vt ergo summam rei colligamus, dicimus putrefactionem esse corruptionem, quoniam putrefacta nunc quæ ad naturam pristinam redire possunt, eamque non omnem, sed quæ paulatim fit, vt scilicet corruptionem quæ fit ab igne quam seiuungimus à putrefactione, esseque præterea cum fetore, quod ostendunt omnia quæ putrefacta sunt, & in his quæ sentiunt esse sine dolore, vt ostendunt sphacellatæ partes, quæ putrefactæ sunt, & non sentiunt, & merito, quando putrefactio à solo calore præter naturam fit, quo solo uigente, nulla resistentia amplius, proinde nec dolor nascitur: esse autem putrefactionem non caloris, vt Aristoteles sentire videtur, quum dicit esse corruptionem caloris naturalis, sed humoris potius, ex eo constat, quod nemo dicat calorem putrefactum, sed humorem, & quod officium sit caloris putrefacere, non autem putrefactum esse, siquidem putrefactio passio quedam est, quæ passiuus qualitatibus non actiuus, quarum est agere, debetur. Humor ergo passio est putrefactio, & res tota non secundum se totam, & ea ex quibus constat, sed propter humorem suum corruptum putrefacta dicitur, vt manus putrefacta, quia illius humor primo putrefactus fuit. Humore autem intelligere oportet, siue actu sit in rebus, vt aqua, & sanguis, siue potentia vt humor carnis, ligni, ossis, omnia enim hæc putrescunt, quando humor illorum corrumpitur: At quæ corruptio humoris fieri possit à contrario, sicco, scilicet tum quum non regitur à calore humoris, corruptionem dicimus putrefactionem esse, quando calor eum non regit; necesse enim est rem dissolui, quando non parent alijs, quæ obedire sunt nata; aut quæ regunt excedunt à sua me-

diocritate; Regit autem humorem cuiuscunque rei certus, & proprius rei calor, qui quum refrigeratur, & extinguitur, mors, & corruptio sequuntur, sed nō putrefactio dicitur huiusmodi corruptio; quoniam si ne fetore est, sed quando calor ille intenditur præter modum, non solū ab aeris ambientis calore, (vt Aristoteli placuit) sed ab alia quacunque causa, vt obstructione, meatuum constrictione, vt ostendunt humores qui per febres putridas putrescunt.

Quid Febris putrida, & illius Differentia.

Putridam uocari febrem, quæ ex humore putrescente consistit, clarius est, quam ut doceri debeat: Quin, & illud patet, putrescentem intelligi humorem, cuius calor præter naturam ita redditus est, ut iam speciem, & formam humor non retineat: nam bilis si solum excalefacta fuerit erit quidem bilis, at putrefacta non bilis amplius simpliciter vocabitur, non minus quam res corrupta, quæ non amplius pristinam appellationem retinet.

Vt autem dicimus febrē putridā uocari quæ ex putrescente humori oritur, sic differentias ipsius febris putridæ ex diuersa materia, quæ putrescit; Hoc modo sumimus, quum dicimus quædam esse ex sanguine putrefacto, alias ex pituita, alias ex bile, alias ex humore melancholico. An uero quædam ex seroso humore putrescente gignatur, & an eadem sit quæ ex bile pallida, vitellina, flaua, eruginosa, & an eadē sit ex humore melancholico, & atra bile consistit, postea expendemus. Sumuntur, & differentia non in utiles ex subiecta materia: quomodo dicimus, quædam esse in corporibus, adstrictis, alias in raris, alias in crassis, vel gracilibus, alias pueros infectare, alias ætates alias. Variant enim hæc omnes differentie curatio nem: aut certè remedia intendunt, aut remittunt, vt omnibus constare puto: Nam adstricta corpora sanguinem demendum esse copiosius admonēt, ferunt que magis in mediam quam alia quæ sunt rara, & laxa. Sic crassa, & obæsa, vt quæ angustiores habeant meatus, remedia postulant aperiencia uehementiora. An uero pueris sanguis mittendus sit vigente febre, dubium apud aliquos est, & planè negatur ab antiquis Medicis: in alijs uero ætatibus nisi vigente senectute uires labantur, sanguinem mitti in febribus putridis, tritum est apud omnes. Quare, hæc, & similes differentie non sunt contemnendæ.

Ducuntur alia à causis efficientibus febres, quod scilicet quædam à densitate externa, alia propter obstructionem, alie ab alijs causis, capiuntur, quæ etiam curationem mutant; siquidem ubi externa superficies densata est, externa præsidia, quæ adhibentur ad cutem rarefaciendam maximi sunt momenti: ubi uero obstructa sunt uasa, euacuantia, & aperiencia medicamenta alijs præferenda sunt.

Sumuntur, & differentia ex loco corporis, quomodo dicimus, quædam esse quæ focum habent in Venis, alias, quæ in Hepate, Liene, vel in parte inflammata, vel in Ventriculo: facit enim plurimum hæc differentia: hinc enim admonemur, cui parti potissimum sit succurrendum, ni mirum, quod febris nullo pacto abigi possit, nisi ablato illius fomite, & exhausto fonte, unde materia ipsi febrī suppeditatur.

Capiuntur ab ipsius febris essentia differentia nō inutiles, ueluti sunt illæ, quum dicimus, quædam esse admodum acres, & mordaces, quædam malignas, vt Pestilentes; benignas, vt Synochas putridas, quamquam magne, & parue ab excessu essentia febris; benignæ uero, & malignæ à proprietate potius duci uideantur.

A Capimus, & alias à generationis modo, quod scilicet quædam paulatim, alia confertim; sic & mutationis modo, quod quædam inuadant cum horrore, vel rigore, vel frigore; Item à solutionis modo, quædam per Crisim, alia alio modo desinant. A tempore solutionis, quod alie breues, alie longæ, quædam acuta, alie tardæ sint.

Sumimus & à partibus febrium differentias alias, quod quædam duo, tria, aut quattuor tempora consequantur. Quinetiam ab effectibus, quod quædam scilicet situm, vel dolorem capitis, vel Synocham, aut alia accidentia inferant, de qua differentia Galenus meminit libro primo ad Glauconem, quū dicit continuas quædam esse eum Symptomatibus coniunctas; alias sine illis infestare. Pertinet ad hoc genus ea differentia, quum dicimus quædam continuo infestare, alias uero per interualla; de qua primum agendum esse puto, quoniam hæc utilissima est differentia, & in omnia genera, omnesque differentias febrium spargitur: nam omnes pituitosæ, biliosæ, & ex quacunque causa genitæ, vel continuæ sunt, vel intermittentes. Sed id postea quum febrium putridarum causas, & signa, & curationem generaliter docuerimus; quoniam scilicet primum quid febrem putridam parere possit, & significare, & propulsare ualeat, quam quod idem in Continua, aut Intermittente faciat, explicandum esse, docendi ratio postulat.

De causis febris putridæ, & primum de materia.

In febribus putridis causas potissimum spectamus, quæ ex materia efficiente, & causis sine quibus, ducuntur; Ac quod ex pituita, bile, & humore melancholico putridæ febres nasci possint, omnibus notum est. Auicenna uero aduersum Galenum nititur probare, ex sanguine putrefacto etiam posse fieri putridam febrem, quod negari dicit à Galeno; & certè in hæc uariis est Galenus: sed suo loco, quum de febre ex sanguine putrefacto agemus, siue de Synocha putrida, diligenter id ipsum tractabimus. An uero ex seroso humore putrescente, aliqua possit fieri febris putrida; & an eadem sit quæ ex bile flaua, & alijs speciebus, quæ sub bile comprehenduntur, ueluti vitellina, & eruginosa, & quæ ex humore melancholico prouenit, eadem sit cum ea, quæ ex atra bile nascitur, aut diuersa genera sint constituenda; nemo quod sciam docere tentauit. Ac mihi quidem non uidetur alienum, ut ex seroso humore febris aliqua fiat: nam si putrescere potest serosus humor, vt potest, est enim humor, & suum calorem habet, vt & alij, quam ob rem, quid obstat quo minus id accidat. Docet & id sanatio: multas enim febres definere uidemus educito humore seroso magis quam alio quocunque; tum etiam missō sanguine licet aliquando contemplari plurimum serosum humorem supra natantem, & nullum alium peccare, in quo febris poni debeat consistere.

E Ponamus ergo genus quoddam febrium putridarum in seroso humore, quod quidem continuam constituet febrem, propterea quod in uenis una cum sanguine huiusmodi humor continetur; sitque eius generis continua febris, quæ nullas accessiones habeat, quoniam probari non potest aliter rem habere. Ex bile autem pallida & flaua vitellina idem genus febris fit (quod ostendit purgatio quæ nunc pallidam, nunc flauam, nunc vitellinam bilem euacuat in tertianis febribus, quasi ab omni huiusmodi humore fieri possit) hoc solo discrepans, quod mitiores sint,

sint, & minus malignæ quæ ex pallida, quam ex flava, & ex hac quàm ex vitellina fiunt, prout humores inter se aduisionis modo differunt, & magis aut minus ad atræ bilis naturam accedunt. Sic accessiones, quæ fiunt plus aut minus tardare in biliosis febribus apparent, omnes tamen tertio quoque die infestare: quasi idem sit februm genus, quoniam idem humor melancholicus, & atræ bilis, idem genus febrium faciunt; sed malignius est, quod ex adusta ipsa atræ bile & putrefacta, quam quod ex humore melancholico putrefacto nascitur. Atque hæc quidem de materiali causa febrium sint dicta: nam aliæ causæ quæ sub materia, vel subiecto contineri dicimus, facillè innotescunt. Nunc vero ad efficientes transeundum.

Causæ efficientes febris putridæ.

Febres putridas excitari scribit Galenus 4. cap. primi de differentijs febrium, à cibis, qui suapte natura mali sunt, aut boni: sed ob repositionem malam, vel temporis longitudine, aut alio modo vitiatum sunt, & ad putridam dispositionem perducti. Quam sententiam interpretatus Auicenna hoc modo ampliore reddidit, quod scilicet febres putridæ nascantur ob cibos qui ex sua substantia, & natura facillè putrescant; aut quod facillè corrumpantur, ut lac, aut quia sunt aquosi, ut fructus horei dicti, aut non conuertuntur in bonum sanguinem: vel huiusmodi Cucumeres, & Citrulli, aut quia malè sunt præparati, aut intempestiuè assumpti, aut peruerso ordine. Alia est causa ut Auicenna & Galenus putant, obstructio, prohibitaque transpiratio.

Quinetiam Galenus lib. 3. tertij Epid. textu 1. putredinem excitari à calore, augeri autem à quiete scribit. Verum quoniam modo hæc causæ sint putridæ febris, nõ satis patet, nec distinguitur ab illis, quæ tamen alio modo ubi aquosi sunt causæ febris putridæ, quam obstructio, nimirum, quod illi materiam suppedientem putrescibilem, hæc vero eam accendat: Unde (ut diximus) causæ ita distinguendæ sunt, ut quædam illarum ad materiam, aliæ ad efficiens, aliæ ad illas, quæ dicuntur sine quibus, reducantur. Sed hæc leuiora sunt, quam quæ ad efficientem causam pertinet dicantur: nam quæ varia sint, quæ possunt febres accendere, sola obstructio solet ponere Galenus, quæ putridas committendi vini habeant, possuntque varij loci ex eo adferri ad id probandum. Ac primò quod scribit c. 5. primi de febribus: si meatum inquit obstruantur, putridæ febres nascuntur. Item in eodem libro, cap. 7. dicit corpora à putredine præseruari posse, si liberè transpirent, quasi prohibita transpiratio sola sit huiusmodi febris causa. Est & alius locus 11. Methodi, ubi curandi rationem in febribus putridis exorsus à natura ipsius febris per resolutionem inuenit: Quia enim inquit febris huiusmodi ex prohibita transpiratione, hæc vero ex obstructione nascitur, primò remedium esse debet circa obstructionem, & eam committentia. Quæ ratio nulla esset, & malè vnicam curandi rationem institueret, si plures & aliæ ab obstructione diuersæ causæ reperirentur, quæ huiusmodi febres committere possent. Verum, quod id falsum sit, quod scilicet sola obstructio sit causa febris putridæ, ex hoc patet.

Primum, quod putridæ sepe sequantur Diarias ex ira, vigilia, tristitia, lassitudine; in quibus nulla obstructio reperitur; aut si adesset, oportet Galenum perpetuò exhibere in huiusmodi Diarijs quæ obstructiones adimerent: quod numquam facit. Quin-

A etiam, Hæclicas sequuntur putridæ sine aliqua obstructionis suspitione.

Secundum libro primo de febr. ca. 6. ubi loquitur de febribus pestilentibus, scribit eas aliquò nasci ex inspiratione aeris pestilentis, quas febres nemo negabit esse putridas, & nulla ratione propter obstructiones fieri putabit, nisi velit temeraria quadam audacia ut placita sua tueatur, ita sentire. Eò pertinet etiam quod scribit 3. de præcognitione ex pulsibus, ubi habet putrescere humores cordis ob ambientem aerem.

Tertiò docet id natura rei: nam si putredo oritur ex calore præter naturam, quid obstat, quo minus alia, quæ possunt calorem intendere, huiusmodi febres procreent.

B Quartò per inflammationes, & tumores partium, quum fiunt putridæ, & continuè ut in angina, & pleuritide, nulla oritur obstructio in magnis vasibus ut dicere solet Galenus, nec reuera aliqua est obstructio, etiam in parte ipsa, quoniam venarum, & arteriarum obstructiones dicuntur non substantiæ partis per quam spatiosus est humor tumorem excitans. Nec res hæc tam leuiter explicari debet, ut alij faciunt, quoniam plurimum valet ad curationem rectè instituendam; plurimum. n. refert si debeamus in omni febre putrida aperiencia adhibere, an alia præsidia tentare: ille enim qui refugium in hac re Galenus querunt, ita respondent argumentis, quod non possit incipere putrida ab alia causa, quam ab obstructione, possit tamen sequi Diariam, aut Hæcticam sine obstructione.

C Quorum opinio repugnat planè Galeno, qui (ut diximus) ab aere inspirato pestilentes gigni scribit, & naturæ rei simul aduersatur, quæ docet corpora excrementosa, & putredini exposita, ab alia quacunque causa paulo vehementius calefaciente, putridis febribus corripi. Quid ergo dicendum? concludendum præsertim, non omnem putridam fieri ex obstructione, sed præcipuam esse & frequentiore causam obstructionem, quoniam calorem excitat, qui diutius perseverare potest, quoniam statim obstructio auferte non licet. Ex huiusmodi autem calore putredo nascitur, aliæ autem causæ, vel leuiorem calorem excitant, aut in his solum putridas febres gignere valent, qui humores habet ad putredinem paratos; obstructio vero in omnibus etiam corporibus id facere potest.

D Locus autem in quo putrescunt humores putridam gignentes, ut scribit Galenus 8. cap. de febribus, vel putrescunt in aliquo viscere, aut in cauis, & maximis vasibus, aut in bubone. Quod si quis querat, quomodo differat febris Diaria ex bubone, à putrida ab eadem causa? respondet Galenus, quod ex bubone, vel calor solum, & non putrida fuligo ad cor distribuitur quum Diaria fit: ubi vero fit putrida, fuligo veluti fumus ex putrescentibus humoribus ad ipsos cordis sinus peruenit, quæ quidem ubi Diaria fit, manet circumscripta in bubonis loco. Verum quæ potius in uno bubone maneat fuligo, in alio autem transmittatur ad cor, nulla ratio esse videtur, quum idem sit locus effectus, eodemque in utroque affectu.

E Quare aliam putredinem esse rationem, quod scilicet fuligo illa non gignatur in bubone, qui facit Diariam, sed solum vapores calidi, & non putridi, quum non putrescat huiusmodi bubo, sed solum accendatur calor in sanguine, quo modo in venis fit Diaria ipsa ex sanguinis calefactione. Non mirum ergo, si ab eodem bubone Diaria, ab alio vero putrida procreetur, quoniam putridum, putridum gignit, calefacit autem, quod calefaciendi vim obtinet.

De signis febris putridæ.

Signa febris putridæ aggredditur explicare Galenus cap. 9. primi de febris. Ac primum indicia capit à causis; Est enim (inquit) proprium, sed non iuseparabile putridis febribus, quod non incipiant à causa procatartica: nam quoties febris incipit affligere absque causa procatartica, omnino putrida erit; quoniam diariæ omnes ex procatartictis nascuntur. Hæctica vero quum absque causa procatartica gignitur, nunquam à principio apprehenditur: Non est autem inseparabile hoc signum omnibus putridis: quoniam aliquando ita corpus est affectum, ut ex minima quaque causa externa in putredinem labatur, & statim putridis corripantur.

Adderem ego, quod oporteat causam procatartictam non parum esse momenti, quum putrida gignitur nisi corpus, prorsus sit male affectum, siquidem calor, qui putrefaciendivim habet, amplior esse debet, & à vehementioribus causis excitari.

Licet & progrediente morbo, à causis iuuantibus & lædentibus notas capere, requirunt enim præsidia putridæ febris, quæ putredinem sistant, & extinguant, quod alijs non conueniant. Læduntur magis à quibusdam remedijs, ut cutis adstrictione, & balneis, etiam ante coctionem humorum adhibitis.

At ex alio fonte, qui ab essentia ducitur, ipsius febris signa sumemus. Est enim putridarum febrium calor mordax ad tactum, veluti fumus, qui oculos, & nares mordicat, apparetque maximè huiusmodi calor mordax, & perungens, nihilque suave habes per incrementa accessionum, atque vigores febrium: nam per initia accessionum, non statim emicat, ut manu statim dignosci possit, sed tamen diutius immorantibus, prædictum caloris genus de profundo emersit: id quod fit, quoniam in principio accessionis, dum adhuc succeduntur intus excrementa, calor suffocatur; Verum id solum locum habet in febribus, quæ per accessiones infestant. Quo magis mirari licet, Galenum dum pollicetur simpliciter, se daturum signa febrium putridarum, ea solum describat, quæ per accessiones infestant: certum enim est, synochas putridas hoc inditio non deprehendi. Mordacitatis autem caloris causa putatur esse à nonnullis ratione subiectæ materiæ siccioris in hac febre. Verum, quæ in diaria ex inedia, aut vigilia, ubi corpus magis est exsiccatum, quam in pituitosa putrida huiusmodi calor non apparet? An potius ergo id fit, quoniam ab humore putrescente substantia calida, & putrefacta confurgit, quæ calorem acriorem secum aduehit. At quomodo dici potest esse calida magis, quam in alijs febribus si ex frigidiore oritur materia; Dicendum ergo potius, quod vniuersam genus putridarum alijs generibus comparatum, huiusmodi calorem habeat, etsi in alijs generibus quædam reperiri possint, in quibus calor acrior sit, quàm in quibusdam putridis. Porro, ex tertio fonte, qui ab effectibus sumitur, plurima resultant inditia, quorundam in ipsa inuasiōe febris, alia in alijs temporibus, vel etiam per vniuersum morbi decursum sūt notanda. Est autem illud primum, quod cum rigore incipiat suapte natura, id est remotis causis, quæ huiusmodi symptoma inuehere solent, cuiusmodi est iter per niuem factum, aut alia causæ vehementius refrigerantes; sed non est inseparabile hoc inditium: nam nulla est febris, quæ incipiat cum horrore, vel rigore, absque causa manifesta, excepta putrida, omnibus tamen non conuenit, quales sunt synochæ putridæ, aut ardentes, & ferè solum illis com-

A perit, quæ vel intermittentes sunt, aut continuæ tum intermittentibus commixtæ.

Sumitur, & aliud genus signorum ex pulsibus, sunt enim (inquit Galenus) pulsus putridarum febrium per initia accessionum, & etiam per incrementa, inæquales. Atque hoc est proprium signum, sed non inseparabile. Quomodo autem inæquales intelligi debeant per initia, & incrementa accessionum, non satis docet Galenus de Differentijs Febrium. intelligi autem debent inæquales inæqualitate sistematica: quod scilicet vna pulsatio maior sit alia, id quod euenit, tum ob imbecillitatem facultatis grauata, tum viscerum obstructions ob confluxum humorum ad interna vasa, quæ eo tempore accidit; nam inæquales etiam intelligi possunt, comparando diuersas differentias pulsus inter se: nam in initio parui sunt pulsus grauata facultate, & obstructis vasibus, & tamen veloces. Præterea, contractio velocior est, quam sit diastole, quoniam fuliginosa excrementa sunt, quæ expulsiōem maiorem desiderant, calor autem obrutus, qui parua dilatatione, & attractione aeris frigidioris eget: non tamen inseparabile est febribus putridis hoc indicium, quoniam his duntaxat euenit, quæ per accessiones infestant, quamquam tamen pulsus arctiores in contractione, & inæquales sequantur etiam collectiones mordacis humoris, vel frigidi in ore ventriculi. Vnde proprium est febrii putridarum huiusmodi pulsus, nisi ventriculus eo modo afficiatur. In ipso autem vigore, magni, & veloces redduntur pulsus, & frequentiores per exteriorem quietem, magis quàm in diarijs, & hæcticis; quoniam calor vehemens est, & fuliginosa abundantia excrementa. Duri autem pulsus nec proprii, nec inseparabiles sunt cuiuspiam generi febrium, illis autem putridis conueniunt, quando inflammatio in aliquo viscere fatigat, vel Schyrrus, vel aliquid est symptoma coniunctum, ut neurosa aliqua tensio, & siccitas.

Aliud signum est sumptum à modo solutionis, quod scilicet minimè desinant ad integritatem, indicat enim id (inquit Galenus) si diaria præcessit, subsequi putridam, si minus statim ab initio hanc incepisse. Verum hoc inditium ostendere solum potest continuas putridas: siquidem intermittentes ad integritatem deueniunt cum sudore, vel vomitu, aut alio modo.

D Aliud signum additur sumptum ex proprijs symptomatis, quæ singulas putridas sequuntur si enim ad sint, vel ardentes febris, vel tertiana, aut quartana, vel alterius putridæ febris signa, non solum putrida esse, sed etiam qualis sit, intelligemus.

Aliud sumitur inditium ex vrinis, & excrementis corporis, vrinæ enim in his febribus prima die, aut ut dicit Galenus de differentijs febr. primæ vrinæ, vel penitus cruda, vel obscure concocta existit, nisi à diarijs in has fiat transitus. Tunc enim vrinæ, quæ primum emittuntur, inuadente putrida coctæ apparent, quoniam separate sunt ab humore concocto, & leuiter alterato per diarias febres. Sunt autem vrinæ concoctæ, quæ simillimè sunt sanis, à quibus bifariam, fit recessus ad cruditatem: nam coctio mediocris quædam est alteratio: vnde, quæ vel nullam, aut certè minimam alterationem receperunt quales sunt vrinæ albæ tenues simul, & aquosæ, vel etiam crassæ, vno modo crude dicuntur, alio vero, quæ igneam aut rubrum referunt colorem, cum tenuitate, vel crassitate absque aliquo, quod in ipso liquore innatet. Est autem proprium, & inseparabile harum febrium, hoc inditium, quoniam diariæ ex leui ex calefactione humorum consistunt, adeo, ut paululum recesserit à naturali suo statu, & proinde concocta eorum excrementa reddantur: In Hæctics

eticis vero exiguus est calor, & vitium non in humo-
 ribus, sed partibus solidis: vnde vrinae quoque conco-
 ctae laudabiles redduntur, quantum scilicet infesta
 te corpore fieri possunt. Febres autem omnes pu-
 tridae non leue in humoribus vitium habent: Vnde
 necesse est natium calorem suas alterationes effice-
 re non posse bonas, & laudabiles. Quapropter, vel
 tenues, & aquosae redduntur vrinae, quando scilicet
 materia frigida est, & crassa, adeo, vt difficillime pa-
 tiatur, nec ad mediocritatem redigi possit: vel etiam
 alba, & crassa, quando pituita minus viscosa est, &
 meatus magis patent ob leues obstructions: tunc
 enim peccantis humoris pretio vna cum lotio edu-
 citur; quo ipsum lotium crassius redditur: At si hu-
 mor acris sit, tenuis, & biliosus, qui putrescat, calor
 vehemens viget, qui assat ipsos humores, & tales
 reddit vrinas, quales ipsi humores existunt, igneas
 scilicet, & flauas. Rubrae vero, & crassae, reddun-
 tur ex sanguinis ebullitione, & putredine, aut ex pu-
 trescente bile in corpore multo sanguine praedito.
 Illud tamen ignorandum non est, quam dicimus vri-
 nas crudas, aut minimum coctas excerni per huius-
 modi febres, spectandam esse singularum febrium
 naturam, magnitudinem, paruitatemque. Minus eni-
 m crude redduntur per febres paruas, quam vehe-
 mentiores, eadem posita materia subiecta, & quae ex
 tenuiore humore consistunt, & calidiore, magis con-
 coctas vrinas efficiunt, quam reliquae. Haec ergo
 sunt indicia febrium putridarum, quae a Galeno re-
 feruntur passim, praesertim lib. 1. de differentiis fe-
 brium. Addi tamen possunt alia ex respiratione, C
 quae similiter in his vt pulsus mutatur. Quinetiam,
 vel dolor aliquis infestat aliquam partem inflamma-
 tionis, quae putridam excitat, inditium, vel sitis ve-
 hementior urget quam in alijs, aut sopor, & color
 corruptum, vel alio modo malum humorem subef-
 se ostendit, qui putredinis sedes ostenditur. Adhaec,
 excrementa alui, vt plurimum cohiberi solent per
 huiusmodi febres, & cruda deieci, & grauiter olen-
 tia. Quod si placet exercitationis causa signa colligere,
 & ad opus perducere in primis sciscitabitur Me-
 dicus, quomodo febris apprehenderit an cum rigore,
 vel non; & si eum rigore, an ab externo frigore,
 vel ex distillatione occasionem accepit. Deinde si
 cum rigore; quid post illum sit sequutum, an vomit-
 us qualis calor, qualisque illius motus, an paulatim D
 scilicet ascenderit vel non; an acris, & mordax, qualis
 item respiratio, an in expiratione maius sentiat
 iugamentum, quam in inspiratione si inaequalis fue-
 rit. Quod si accessio sedata fuerit quoniam malo
 id factum sit, an cum sudore, vel alia excretionem id
 sit factum, an potius perseueret quae primum inua-
 sit febris, an post accessionem finitam liber, & sine
 aliquo accidente morbofo fuerit eger. Postea vero
 quaeret medicus, an praecesserit aliqua causa externa:
 nam si non suspitio est febris putridae; an praeterea
 male antea fuerit affectus, quae plenitudinem, aut
 crassitatem, aut visciditatem humoru testantur, qua-
 les sunt somni longi, & profundi praeter solitum, capi-
 tibus, & totius grauitates, tensiones hypochondrioru,
 deiecta appetentia, & huiusmodi alia symptomata, E
 quae malos succos, aut multos in corpore abundare
 significant; ex quibus obstructions, corruptiones, &
 putredines nascuntur. Querendum praeterea de uita ante-
 acta, ocio, moia, retentis excrementis animi curis,
 cibis assumptis, & alijs huiusmodi causis, quae osten-
 dunt corpus fuisse ad putredinem paratum, uel non.
 Spectare praeterea debet medicus corporis habitum
 colorem, anni tempus, regionem caeli statum, & ab
 illis omnibus signa colligere ad corporis statum di-
 gnoscendum: nam si corpus subflauo, aut liuido est

colore, aut alium refert ex sobole malorum humo-
 rum prouenientem, indicium est subesse malos succos
 putredinis auctores: sic febres, quae autumno oriun-
 tur, quo tempore corrupti sunt humores, testantur
 putredinem subesse Diariae, aut Synocha non pu-
 tridae, quae tamen citius oriuntur ineunte, & duratae.

Vere, quoniam corpus eo tempore bono sanguine
 abundat, qui non facile putrescit: Adhibita vero hac
 diligentia, & inquisitione, accedet medicus ad tangē-
 dum pulsum, quem si inuenit inaequalem, aut co-
 tractum adhuc, aut velociorem in contractione,
 quam dilatatione, vel cum duritie quadam, si modo
 de hectica nulla sit suspicio, intelliget putridam esse
 febrem; id quod magis confirmabit caloris qualitas
 manu admota praecordijs, si scilicet calor acris, &
 mordax sentiat; Accedet postea medicus ad vrinae
 inspectionem, spectabitque an cruda, vel concocta
 appareat, & ex ea signa sumet, vt antea diximus. Hoc
 modo ergo putridam febrem cognoscemus; Licetq;
 ex hoc intelligere plura signa excogitari posse, quam
 a maioribus nostris sint tradita. Si enim putredinem
 in humoribus ponamus; & quaeramus qualem calorem,
 quoque effectus parere possit; tum in actionibus,
 quae a locis praesertim affectis nascuntur, veluti
 corde, tum in excrementis, & qualitatibus corporis
 spectauerimus praeterea causas, quae ex subiecto cor-
 pore, & humore putrescibili, tum eas, quae huiusmo-
 di humores proctearunt, aut obstructions excitare
 poterunt, aut alio modo calorem augere, qui putre-
 facere possit, facile intelligemus quae, & quot possint
 esse febris putridae inditia. Id quod generatim in om-
 nibus, quoru notas quaerimus lib. 1. de Signis cap. 7.
 nostri Operis abude docuimus. Licet tamen ex simi-
 litudine alia indicia capere: nam si febres quae grassan-
 tur putridas esse nouerimus, licebit praedicere eam,
 cuius notas quaerimus, eiusdem generis esse. Atque
 haec satis de signis demonstratiuis putridarum fe-
 brium. Nunc pauca de Prognosticis est agendum.

De signis Prognosticis febrium putridarum.

Vniuersa quae ad Praedictionem pertinent in-
 dicia, a quattuor praedictis fontibus neu-
 pe, ab essentia rei, de qua agitur, a causis,
 effectibus, & similitudine cum alijs, ducimus. Igitur
 si putredo maligna est, aut magna; si calor vehemens
 admodum, & continuus; si magna sunt Symptoma-
 ta, quae putridam febrem sequuntur: si magni in vri-
 nis, & alijs excrementis recessus a naturali statu, ve-
 luti, si vrinae supprimantur, aut minima quantitate red-
 dantur, si liuidae, nigrae, turbulente, admodum igneae,
 vel aquosae crassissimae; si pulsus admodum inaequa-
 les, celeres, & maximus, vitatus est praeterea color cor-
 poris; ipsum vero corpus male affectum: & vires sub-
 sint infirmae; praecelleruntque causae, vel malignae, vel
 maxime, si non iuantur remedijs, leduntur autem a
 minimis quibusque causis; si alij, qui laborant per
 ea tempora, perierunt, mortem praenunciabis ventu-
 ram, alioqui salutem expectabis. Sic ex eisdem fontibus
 tempus, quo febris ipsa finietur, solutionisque
 modum, & alia, quae praediximus in nostro Opere
 lib. 4. de Signis in singulis morbis praecognoscenda,
 facile praedicere poteris. Nunc vero superest, vt eas,
 quae curari possunt febres sanare aggrediamur.

De Curatione putridarum febrium.

SI vniuersos Scriptores de re medica legamus, inueniemus multa adhuc superesse in curatione febrium putridarum quæ ab illis excogitari debent, qui non temerè aliquid facere agrediuntur, & methodo omnia pertractare cupiunt: nemo enim indicatione vtitur ad vniuersa præsidia inuenienda quæ putridis febribus competere dicuntur: statim enim sunt qui dicant (vt Paulus, & Galenus etiam) omnī febrī putridæ conuenire venæ sectionem; sed id per indicationes non inueniunt. Hinc est, quod alij negent id perpetuum esse in omnibus putridis. De quo problematē postea agemus. Quæ cōtrouersie nunquam nascuntur, si per indicationes remedia inueniuntur. Deinde de numero remediorū inter eos non conuenit, quum vnus plura quam alius ponat. Vnde perpetuò dubitare licet, cuiam authori sit potius credendum: & an relinquatur aliqua præsidia omnibus etiam collectis, quæ ab omnibus traduntur. Ad hæc prætermittunt nunc quantitatem, nunc qualitatem, aut modum, vel tempus, aut ordinem præsidiorum; quoniam de scopis agendi non considerant. Quin & illud maximè damnandum est, quod à nonnullis fieri videmus, à Paulo præsertim, & Aëtio, qui remedia conuenientia duntaxat vni generi putridarum ad vniuersas putridas extendunt: nam Clisteres ex aqua mulla imbecilliores sunt in nonnullis febribus, quam expediat, quando quæ ex pituita consistant, aut atra bile, præsertim si ex genere intermittentium existant acriora postulent præsidia. Vnde, quod Paulus scribit, eligenda esse præsidia assumpta per os, quæ citra vehementem calorem & siccitatem vacuare, aperireque possint, ex vno loco, nempe 11. Methodi, in quo Galenus conuincitur, earumque calidiorum febrium curationem docet, sunt desumpta; nec ad vniuersum febrium putridarum genus ut ille facit, refecti debent: siquidem, quotidianæ, (teste Galeno ad Glauconem) piperis, assari, origani, hysopi, rynique, & aliorum præsidiorū, quæ excellenti calore sunt prædita, vsum requirunt. Verum inter tot discrepantes auctores, totque huius rei difficultates, Gal. 11. lib. Methodi, rationē docet qua possimus rectè huiusmodi febres propulsare. Sumitur autem ab eo hæc ratio ex natura rei: quum enim febris putrida ex putredine humorum nascatur, necesse est vt putredini remedia adhibeamus. Ac quoniam putredo tolli nequit, nisi ablatis illius causis, tria necessarīo oriuntur, circa quæ Medicus pugnare debet, febris, putridus humor, & putredinis causæ. Quod si dicas, vnicum esse quod Medicus præstare debet, vt antea probauimus, contra causas scilicet agere, quum calor ipse, humor putridus, & putredinis causæ sint febris causæ, certum quidem dicemus, sed quoniam immediatam febris causam febris nomine donare solet Galenus, ut consueta retineantur nomina, præstat priorem sequi diuisionem, vel si velis ad exactum rem rescindere, suadente nostra Methodo, dicemus resistendum esse febrī remotione causarum illius, quarum quedam sunt actu causæ, aliæ potentia, quedam vero ex Symptomatis ductæ: vnde curatione, præseruatione, & mitigatione nonnunquam opus esse; ex quo constabit, aduersus febrē, putredinem, putredinis causas & Symptomata, pugnandum esse. Hæc enim, vt generatim dicam, in corporibus febre putrida laborantibus reperiti solent. Nonnunquam tamen considerandæ sunt vires, quæ impediunt liberè exequi, quod ea postulant quæ sunt præter naturam.

A Quid verò, & quot agenda sint, docent naturæ singulorum prædictorum: nam febris cuius natura in calore est posita, refrigerationem (ut omnibus constat) postulat; quid verò humor putridus, putredineque affectus exigat, non fortè ita constat: id tamen optimè à Galeno 11. Methodi docetur, consulta rei natura: nam quoniam (inquit) putredo est mutatio totius substantiæ putrescentis corporis ad corruptelam, necesse est duo requiri præsidia, vnum, quod separet quantum iam est putrefactum; alterum, quod alteret reliquum, & putrescere prohibeat; & id docet argumento sumpto ab externis rebus: nam inquit corpora quæ non viuunt, & putrescunt, quum illorum putredinem sanare volumus, seiuungimus in primis quod computruit à reliquo, id verò quod superest, in frigidum aërem attollimus, ut perspirare refrigerarique possit, & conceptū calorem deponere. Vnde vacuatio putrefacti humoris molienda erit, & eius, qui iam sentiebat noxam, & properabat ad putredinem, refrigeratio tentanda. Quid vero postulent putredinis causæ, nunc videndum: De qua re Galenus ita agit, vt ferè solum spectet effectrices putredinis causas, & eas quidem non omnes, sed solum eas, quæ oculis corporis meatibus, intus accendunt putredinis aurorem. Verum aliæ interim contentendæ non sunt, veluti quæ sumuntur ex materia subiectoque corpore, & loco in quo gignitur aut fouetur, veluti in quodam foco, putredo, putredinisque materia: nam vniuersa remedia aduersus cutis densitatem, & obstructionem interiorum meatuum dirigit, quum tamen (ut antea ostendimus) sepe oriatur huiusmodi febris citra eiusmodi causas; tamen rectè dictum esse puto, procurandam esse transpirationem vniuersi corporis, vt scilicet putridus humor vndique exspirare, & frigus captare possit. Quinetiam, vbi materia est copiosa, aut malè elaborata, corruptionique; exposita, aduersus illam pugnandum est, etiam si nodum putrescat, eo quod interim naturam, quam occupari oportet in alteratione putrescentis humoris distrahat. Quod si Hepar, aut Lien, aut alia corporis pars, vel vniuersum corpus putredinem foueat, illi potissimum loco succurrendum est, qui mali est author. Alia præterea ratione nonnunquam aduersus multitudinem contenti humoris pugnamus, quod scilicet vbi ex obstructione putredo consistit, & quum in omni febre putrida transpiratio procuranda sit, impediatur humor, ne aperientia, rarefacientiaque; præsidia adhibeamus. Aduersus symptomata verò renitendum est pro cuiusque natura; contra sitim, si ea vrget; contra dolorem, si ille grauis est, aut vigiliam, si ea hominem infestat; aut somnum, si is hominem afficit; & denique aduersus ea symptomata, quæ malum intendendi, viresque prosterndi vim habent, dirigenda sunt medicinae auxilia. Vnde, multiplici remediorum genere pro varietate infestantium malorum, & vario victu prout vires labantis exigunt, ex nostra medicina petenda. Verum, quoniam ab illis inchoandum est, quorum natura prima remedia sibi postulat (sunt autem illa causæ effectrices, nisi alia impediunt, quæ ex subiecto corpore sumuntur) propterea videndum à quo inchoandum sit. Itaque quoniam nec febrē, nec putredinem auferre licet, nisi ablatis illorum causis, effectrices autem causas absque vacuatione demere non possumus, quando nec putrefactos iam humores expurgare, aut per insensibilem transpirationem euacuare conceditur: ideo à vacuatione incipiendum, & ab ea quidem, quæ communis esse dicitur: nam hæc aliam præcedere solet.

Sunt autem potissimum duæ, venæ sectio, & purgatio, quæ his febribus conuenire dicuntur, quod
diu,

niam, & multitudo, & corruptio adest. Ac imprimis de venæ sectione agendum esse puto, quum hoc præsanctissimum sit remedium, & primum adferri soleat, & in controuersia etiam positum; Vnde primū querendum erit, an omni febrī putridę conueniat venę sectio, vel non.

An venę sectio conueniat in omni febre putrida.

Galenus libro vndecimo Methodi medendi, ita ad verbum scribit: Saluberrimum est in febribus venam incidere, non continuis modo, verum etiam alijs omnibus, quas putrescens humor concitat, vbi nec ætas, nec virēs prohibent. Ex quo loco ortæ sunt non paruæ controuersię inter recentiores Medicos, quorum quidam idem plane adstruunt, quod hoc loco Galenus, contenduntque in omni putrida febre sanguinem demendum esse: Alij verò rem moderantur, auctore etiam ipso Galeno, qui libro primo ad Glauconem, nec tertianam febrem exquisitam, nec quotidianam venę sectione tractat. De tertiana verò notha ita scribit: Si sanguinem mittere oporteat, nec hoc quidem omittendum; quod frustra scriberet, si conferret omnibus putridis sanguinem auferre. Sic etiam de quartana scribit si venā secta flauus, aut tenuis sanguis emanat, statim suppressendus sanguis est. Addunt, quod nec etiam in omni continua vbi scilicet regio est admodum frigida, aut calida, eodem libro, sanguinem non suadeat mitti. Expendunt præterea, & meritò, rationem Galeni, quam adfert vndecimo Methodi: nam illic sanguinem eo extrahendum esse scribit, quod exoneretur ex illius vacatione, tanquam ex sarcina, quæ premitur corpus, vnde postea quod reliquum est, & concoqui potest, concoquit feliciter, & quod expelli debet, promptius extrudit. Quam ob rem, si febris consistit, absque multitudine sanguinis, & potius illius additionem postulet, quam ablationem, hanc rationem non valere. Addunt, & aliud argumentum, quod scilicet sanguinis missionē postulet dumtaxat morbi magni, non esse autem omnes febres putridas huiusmodi, quum tertianam iudicat Galenus mitissimam, & tritissimam. Quod si ex frigido humore consistat febris, vt quotidiana, nec venæ sint repletæ sanguine, nonne etiam plurimum corpus lædemus, euacuato calido spirituoso humore, quod natura ad coctionem tum cibi, tum noxi humoris, & ad probam corporis nutritionem vitur. Quod si quis dicat, febrem ipsam vt pote quæ refrigerationem indicet, postulare venę sectionem, sed repugnare aliquando causam ipsam, quæ frigida non admittat; respondendum, venę sectionem adhiberi non febrī ipsi per se, sed per accidens dumtaxat: id enim quod vacuatur per venę sectionem, est quod illam indicat. Quare, si causa ipsa, & nullus humor subest, qui id postulet remedium, temerè illud adhibebimus, alioqui quæ in diaria, & hecica quæ refrigerationem postulat, sanguinem non auferimus, nimirum, quod et si venę sectio refrigerat, non tamen conueniat, quoniam non quicquid refrigerat, omni refrigeratione egenti conuenit. Quod si licet in omni putrida sanguinem auferre ad corporis refrigerationem, quæ idem in diaria non facimus? in qua corpus sæpè plenum est humorib. & alleuiata natura facilius reliquum vincit. At si obstat morbi clementia, quæ huiusmodi remedium non postulat, quæ in mitiorib. putridis sanguinem detrahemus? Quam obrem illorum opinionem magis probo, qui negant omnibus putridis huiusmodi remediū com-

A perere, quam eos, qui ex vno Galeni loco inconsideratè scripto, omnibus alijs, & quod magis est natura rei reclamante, id asserunt. Verum quum in aliquibus liceat vt hoc remedio, in alijs vero minimè, expendendum quæ iam sint, quæ requirant hoc præsidium, quæ vero respuant.

Qua in re excipiunt nonnulli febres ex bile plurimum exusta obortas, eo quod (inquiunt) Galen. lib. 4. de sanitate tuenda, inbeat caueri sanguinis detractionē, vbi humor plusculum recedit à sanguinis natura; vel infra subsistit. In quo mihi malè sentire videntur: nam par ratio non est, quoniam sanorum vitia, quæ ex humorib. nascuntur, vehementia non sunt vt subitum postulent remedium; nec ea mala de quibus agiteo loco Galenus, vehementem habent calorem adiunctum: quo modo febres ex bilioso humore natę, quæ refrigerationem, & eam subitam postulant, quod consequi nullo alio præsidio aequè commodè possumus vt sanguinis detracti one. Nec verò illud obstat quod scribit Auicenna, verendum esse, ne ob sanguinis detractionem humores biliosi, qui sanguine retunduntur veluti freno, magis effervescent, & pituitosi magis refrigerentur; nam pituitosos refrigerari vacuato calido humore, & spiritu, certissimum est; bilem autem accendi eodem adhibito remedio, concedi non potest, quum experientia doceat, biliosissima etiam corpora, extracto sanguine refrigerati; tum, quod generationi ipsius bilis materiam subducatur (fit enim bilis ex sanguine plusculum exarso, tum, quod ipsius bilis portio vna cum sanguine exeat, & spiritu feruentis magna copia; quibus quidem fit, vt vniuersum corpus refrigeretur. Ergò in calidis febribus sanguinem auferre expedit, præsertim in Continua fuerit, vbi verò Intermitteutes sunt febres, non nisi vbi sanguinis copia subest, qui in bilem verti facile potest, & Continuum pro Intermitteutes excitare; tum, quod vt plurimum aperientibus, purgantibus, & refrigerantibus medicamentis per os assumptis, egeant, tum etiam rarefacientibus extrinsecus opus habeant: quæ præsidia, vel nullo modo, vel certè cōmodius extracto sanguine adhibentur, sed parcius quidem id facies vbi admodum biliosus est sanguis, quam vbi est bonus, & laudabilis, quoniam redundante bile, purgatio potissimum est remedium; aut quæ vim habent propriam refrigerandi. Sanguinē autem demimus refrigerationis quidem gratia, sed magis vt alijs præsidij aptior locus detur. Vnde Galenus in Synochis febribus plurimum omninò sanguinis detrahebat, in biliosis verò minus. At si ex humore pituitoso vel melancholico consistat febris, nisi vna etiam adsit sanguinis copia in venis, superfluum esse puto venam secare, quando tunc plurimū obesset debilitato calore, quo egemus ad coctionē, & expulsionem noxi humoris: nulla vero ratione vel minimum prodesse potest huiusmodi sanguinis detractio, nisi fortè abundante pituita, aut humore melancholico, vna etiam abundet vel bilis, aut sanguis, quæ huiusmodi præsidium postulent, aut morbi adsit magnitudo, cui debeat huiusmodi præsidium, sic enim in Tertiana notha vigente bile, & pituita, vel humore melancholico, & in Semiteriana virgente morbi magnitudine, sanguinem demimus. At vt ad opus rem perducamus, si adsit vehemens ardor, & astus in corpore, aut infestent vehementiora aliqua Symptomata, quæ inditia sunt morbi magnitudinis, aut vitia sint tubæ, quæ sanguinem abundare ostendant; sanguinem sine timore in his mittes constante virtute, alioqui scarificanda cutis est, & Cucurbitula ad mouendā. Quoniam vero & secta vena in brachio, & summa manu, & pedibus,

pedibus, & sub poplite, vel admotis hyrudinibus aut alio modo apertis venis ani, sanguinem demere licet, nec omnia corpora admittunt huiusmodi remedium: hæc duo nunc expendenda veniunt, quando scilicet ab vna vena, aut alia sanguinem mittere expediat; & quam corpora ferant sanguinis detractionem, alia vero inhabilia teneantur esse.

Sanguinem ergo ex maioribus vasibus, qualia sunt, quæ in cubiti flexura reperiuntur, educes, quando plurima adest copia, & crassior est, citaq; refrigeratione, & vacuatione corpus opus habet. Accedit, quod quum huiusmodi venæ propinquiores sint fontibus caloris, & partibus principibus, ubi vehementiora Symptomata urgere solent, promptissimè sectis huiusmodi uenis omnibus, succurritur.

At si vires infirmiores sint, quæ ex multa spirituû dissolutione facilè dissolui possunt, aut si fortè iam multum processit morbus, præstat ex minoribus uenis quæ circa digitos apparent in manibus, si uir laboret, alioqui in pedibus, si mulier afficitur, sanguinem extrahes, & id præsertim in muliere facies, si fortè aut omninò suppressi menses, aut non satis purgantur per solitas purgationes uteri. Ex uenis autem ani sanguinem potissimum detrahes, quum iam semel extracto ab alijs uenis, morbus non tollitur, sed uel recrudescit, aut crassior seculentusq; magis est, sanguinis ex humoris bilioli admixtione, aut sopor, uel dolor capitis diuturnior, hominè per febrem inuasit, præsertim si consueuerunt huiusmodi uenæ per sanitatem sanguinem effundere, & ex aliqua occasione fuerunt suppressæ.

Eundem uero scarificata cute extrahes in mollioribus rarisque corporibus, ubi magnam uacuationem affectus postulat, aut si postular corporis conditio, ob debilitatem, uel raritatem non admittit, idque præsertim, si sanguis tenuior extiterit. Quod si caput laborat plenumque conspicitur post extractionem sanguinis ex uena cubiti, licet è naribus sanguinem elicere, uel ex uenis temporum, admotis hyrudinibus, aut etiam uena secta in ipsis temporibus, uel fronte.

Arcet Galenus in primis pueros, qui (ut scribit in Metho. medendi lib. 11.) ante decimum quartum annum uenæ sectionem non admittunt; estque illius ratio hæc, quod ob molliem corporis fati euacuatur per insensibilem transpirationem; adeò, ut ultrò ex corporis natura id præstetur, quod ex incisione uenæ moliri oporteret. Quod si quartumdecimum annum excedat puer, & sanguine abundet, & dura, spissaq; sit corporis conditione, mittendum esse in eo sanguinem: in eo uerò qui contrario modo sit affectus, æquaquam. Negat præterea, illis conuenire huiusmodi remedium, qui uel triginta annos etiam sunt nati, sed laxa, molli, pingui, & alba corporis natura sunt præditi, gracilesque simul habent uenas, si laborent æstiuo tempore, & in regione æstuosa, cælique statu calido, & sicco: in alia uerò aeris temperie in huiusmodi naturis aliquid detrahi posse sanguinis scribit. Quæ profectò omninò probare non possum: Nam quod minus in pueris mittendum sit, quam in alijs, quanto magis eorum corpora digeruntur, & copiosiore sanguine ad nutrimentum opus habent, certum quidem est, uerum quod nullo modo extrahi debeat sanguis in aliquo affectu, absurdum est: nam quum ea uacuat, quæ sit per dissolutionem paulatim fiat requiritq; inediam, contingunt sæpè nonnulli morbi adeò uehementes, ut pleuritis, angina, & febres etiam ipsæ, ut subita medela per sanguinis missionem sit opus, multo quidem plus conferes, si statim multitudinem quantum exigit affectus, exhaustas; uel sublato, uel

A mitigato morbo puerum liberius nutrias, quam si longiore inedia, & naturali eâ euacuatione eum uacuare tentes. Quod si decimus quartus annus omnibus vna meta esse debet, planè etiam in hoc aberramus, quum diuersitas corporum ostendat quosdam id duodecimo ferre posse, quod alij fortè decimo sexto nequeunt sustinere. Quod si auctoritate certandum esset, non desunt Arabes Medici, qui concedant huiusmodi præsidium in longe teneriore ætate, ueluti Haliabas, qui pleurítico filio trium annorum, uenam secuit, & plurimum contulit: idemq; nostra testatur experientia; & Celsus ipse, qui antiquorum de hac re præcepta refellit, ubi scribit creditum fuisse ab antiquis Medicis, obesse uenæ sectionem tum grauidis mulieribus, tum pueris; sed postea vsum ostendisse, nihil nocuimenti adferri ex huiusmodi præsidio, si corporis mala illud postulent, & iusta mensura adhibeatur. Parcius ergò in pueris quam alijs sanguinem mittemus; sed tamen ubi casus urget, neminem excipiemus, cui uena inueniri possit; uel alioqui per scarificationem à partibus carnosiss, & sanguinolentis sanguis extrahendus. Quod si id in pueris audemus, multo minus excipiemus aliqua alia corpora, in quocunque Cæli statu laborèt, ab huiusmodi præsidio, etsi parcius tamen vacuandi sint per sanguinis missionem, qui uel non eo abundant, aut ab alijs causis exhauriuntur. Nec tamen illud concedere uelim, nullam aliam uacuationem prohibere posse uenæ sectionem, quando uel alui fluxus copiosus, uel largi sudores, aut vomitus multus, aut sanguinis ipsius per alia loca euacuatio, ut per hemorrhoidas, uel ani uenas, id efficere possunt; sed aliæ euacuationes, quæ per insensibilem transpirationem obeuntur, quales sunt, quæ ab aere ambiente præstatur, de quibus agit Galenus, nullo modo ubi res exigit, ob uehementiam affectus huiusmodi præsidium penitus auferre possunt, id quod etiã ex alijs locis ipsius Galeni patet; quandoquidem ille aut cruditatem, aut aliud quidpiam inhibere uenæ sectionem posse scribit, si modo morbi ad sit magnitudo, & vires consent. Nec existimare oportet, vires non constare in calido Cæli statu, & ob id non ratione affectus postulant, sed virtutis imbecillioris prohibentis vetare Galenum quo minus sanguinem auferamus per eam aeris constitutionem: nam

C virium robur non tantum requiritur ad uenæ sectionem, ut vulgus credit, quum satis sit pulsus constare, & nullam aliam ex actionibus penitus perditam esse; quamquam tamen etiam motu perditum, & sensu, ut in Apoplexia contingit, valida existente adhuc uitali facultate, sanguinem auferre non ueretur, tanquam solus pulsus, qui mediocriter tactui resistit, hoc enim est sufficientis roboris inditium, vires ostendat tantas esse, ut huiusmodi præsidium sustinere ægri ualeant. Quod si in magno æstu, & solis ardore, non ueretur purgationem in biliolis ardentissimisq; febribus propinare, quæ meo quidem iudicio longè magis vires deiciunt, quam ipsa uenæ sectio, aut certè pari incommodo, non timebimus quoque urgente affectu, sanguinem demere aliquo modo, omninò uel secta uena maiore, uel minore, aut hyrudinibus admotis, uel cute incisa per scarificationes.

E Cruditas impedire quoque dicitur uenæ sectionem; sed quum alia sit humorum, alia cibi cruditas, quæ humorum est infra mediocritatem caloris subsistentium, nisi adsit (ut diximus) vna cum illa sanguinis multitudo, per febres nõ admittit uenæ sectionem: in uehementioribus uero morbis, quæ subita uacuationem postulant, qualis est Pleuritis, admittitur huiusmodi remedium. Ciborum uerò cruditas admonet

admonet tantisper differendam esse sanguinis extractionem, donec alimentum in ventriculo sit coctum, & in hepar attractum; quod quattuor aut, quinque horarum spacio in omnibus ferè perficitur. Atque hæc quidem satis de his qui postulant, aut admittunt, aut contra indicant penitus venæ sectionem. Nunc verò quantum extrahendum sit in vnoquoque corpore, ostendendum; id autem inuenimus per indicationem sumptam ab eo, quod huiusmodi præsidium indicauit in febribus necessarium: id enim Opere nostro de Officijs medici ex Galeno ostendimus; id quod genus rei indicat sine differentia, idem cum suis differentijs indicati differentias monstrare. Quam ob rem si multitudo humoris, quæ naturam grauat impediebatque ne obstructiones auferri, & quod putridum est, expurgari posset: & præterea ob refrigerationem ipsius corporis huiusmodi præsidium necessarium esse diximus, constat illud esse intendendum, quanto magis ea intenduntur, quæ illud postulant, multitudo inquam, obstructiones, putredo, calorque. Quod si sola subesset multitudo, & calor, liceret vnum terminum constituere animi defectum, quæ admodum 9. Methodi facit Galenus in Synochis febribus. Sed quoniam (ut ille inquit eiuſdem Operis libro) non licet prædicta vitia solius venæ sectione auferre cogimur tantum sanguinis relinquere quantum sufficere possit ad curationis spacium, ne intempestiue nutrire ob aliquam necessitatem cogamur: vnde non licet alio modo sanguinis quantitatem definire, quam generali ea ratione, quod scilicet tantum demendum sit, quantum exuperat. At exuperantiæ hoc potissimum statuo esse inditium vrinæ rubedinem, & crassitudinem tantum enim cenſeo esse extrahendum, donec pro rubris flauæ, aut pallidæ, & crassis mediocri consistentia redantur vrinæ: donec enim crassities, & rubedo manent, ostenditur plus esse sanguinis, & multitudinis humoris, quæ natura vincere possit; illis verò qualitibus remissis, constat naturam iam dominari posse ei, quod relictum est post uacuationem; idque faciendum, si modo vires ferant, quod rudiorum gratia adijcio; nam vbi querimus quid affectus ipse postulat, semper alia supponi debent, quæ admittant huiusmodi auxilium.

Modus extractionis talis esse debet, ut nulla præſente putredine confertim extrahamus quantum videtur necessarium: sic enim facilius corpus refrigeratur, in putrida vero præstat certam quandam quantitatem extrahere, deinde expectare in sequentem diem, quo vrinæ conspiciantur, quæ ostendant, an plus aliquid adhuc sit auferendum, idque præsertim per uices faciendum, si morbus iam processit, & vires in firmiores extiterint, subitæ etenim confertæque uacuationes valde affectas vires proſternunt.

Quod vero redditis prius excrementis, & antequam sumptionem alimenti, declinanteque accessione, si continua sit, per accessionesque affligit, alioqui si nulla adest accessio eo tempore, quo melius fortè habet, in ipsis vero intermittentibus per interualla mittendum esse, omnibus constare puto; quando sit natura validior, remedium facilius ferre potest, & commodius nutrire corpus parua interposita mora, si fortè labantur vires, aut paulo maiore vnus forte horæ spacio, donec si flatur motus humorum, qui ad externas partes sunt comoti, valeat. Quod si post somnum mitteretur vna saltem hora (etiam duas ad id exigat Galenus aliquando) interponatur, vt per vigiliam duci ad externa humores queant, quò eos trahere volumus antea per somnum in internis sedibus conclusos.

Per quem vero locum mittendus sit sanguis, an-

tea est expositum. Quod si vnicum hoc præsidium est necessarium, nec ordo aliquis requiritur. At si alius subducenda est, & sanguis pariter mittendus, si quidem per Clisteres alius duci debeat, nulli dubium est præcedere eos debere venæ sectionem si vero purgatio requiritur, præcedere volunt venæ sectionem, subsequi vero purgationem ferè omnes medici præsertim antiquiores, ut ex multis Galeni locis constat, vbi agit de alijs affectibus, non in ipsis febribus, vt satis constat ex 11. Methodi, vbi scribit in putridis febribus inchoandum à venæ sectione, quoniam aliter non licet obstructiones auferre, & putrida excrementa per aluum, vel vrinam expurgare. Verum meo quidem iudicio distinctio habenda est: nam si humores noxios abundare putamus circa ventriculum, & venas mesaraicas, fatui esse puto auspicari à leui purgatione, quæ venas illas, expediat: nam sicut crudo adhuc alimento in ventriculo, aut contentis excrementis in aluo, non prius sanguinem de mi volumus, quam consumptæ sint, & euacuatæ huiusmodi materiæ nocentes scilicet ne venæ inanite per sanguinis missionem, arripiant, trahantque huiusmodi materiam: sic profectò timere debemus, ne idem contingat vbi corrupti, vel crudi humores, circa eas partes versantur, quo casu (ut diximus) purgatio præponenda ex Cassia, uel alio medicamento, de quo postea agemus. Quòd si antiquiores medici habuissent medicamenta leuiter purgantia, quibus nostra etas abundat, eadem fortè quæ nos præcepissent, suadente ita ratione: sed quoniam ferè solum habebat vehementissima quæ uniuersos humores commouet, & obstructiones, augent, nisi prius uniuersa massa humorum sit diminuta, ideo venæ sectionem purgationi preferendam censuerunt.

De Purgatione.

AN purgatio adhiberi debeat in principio febrium, & in quibus, per quæ remedia, & denique uniuersa illius ratio hoc loco a nobis tradenda est.

Si Galenum legamus lib. primo ad Glauconem, vbi de continuis febribus, & illarum curatione agit, inuenimus eum purgationis nullam mentionem facere, sed duntaxat earum curationem tentare per venæ sectionem, aquæ potionem si ardentis sint, & commodo victu. In quotidiana verò & intermittentibus, purgationem non exhibet ante coctionem; id quod etiam suadet faciendum in quartana, tum per anum, tum per vrinam, & vomitum uacuatione tentata. In tertiana tum nothis, tum exquisitis, non aliter aggredi videtur purgationem, quam cocto iam humore; et si in exquisita antequam de coctionis notis agat, mentionem faciat eorum, quæ per vrinas, vomitum, & aluum corpus expurgant. At Methodi quum putridæ febris remedia inquirat, id quod putridum est, vacuandum per easdem vias, aluum, vrinam, vomitum, & sudorem, præcipit; sed an purgatio initio morbi instituenda sit, non docet; & ex his remedijs, quæ illic scribit, satis offendit, se vel non solum vt purgantibus per aluum, sed per alias partes potius, aut certè non ea medicamenta, qualia nos exhiberemus, leuissima enim sunt quibus ille ad aluum mouendam in acutis præsertim febribus vtatur, qualis est mulla, ptisanæ, absinthij decoctum, & similia. Quòd si ea spectemus, quæ idem author scribit in eo Aphorismo in quo scribit Hippocrates. In acutis passionibus raro, inuenimus illum abhoruisse purgationem ab initio: quare natura rei consulenda est, quæ quod querimus in hac re docere possit.

possit. Ergo si licet per purgationem naturam exonerare, & iam facientem febrem materiam educere, aut certe eam, quæ naturam grauat, impeditq; ne possit lædentem humorem concoquere, aut etiam si licet humorem, qui paratus est corrumpi euacuare, nullaq; vel minima noxa, quid obstat, quo minus purgationem tentemus per febres, in quibus hæc ad sunt. Igitur quum humores quidam sint sanguinei, siue vt clarius dicam sanguis ipse bonus, & laudabilis, alij vero sint tenues, & calidi, vt bilis, ferofusq; humor, alij vero, frigidi, crassi, viscosi, vt pituita, humorq; melancholicus. Quum præterea grauetur corpus, nunc vero non exuperent humores, quin etiam, quum in primis venis, quæ circa uentriculum, & intestina consistunt, redundent humores, alijs vero illis sit expedite, & in magnis uasis, aut in parte aliqua, vt in inflammatione humor contineatur, aut in paruis venis, habituq; corporis consistat, non licet perpetuo purgare ab initio, nec tantè expedit in omnibus expectare coctionem antequam purgationem adhibeamus. Quare expendendum est in quibus conueniat, aut non id facere. Ac meo quidem iudicio, si tenuis, ferofus, vel biliosus humor sit, qui peccat, vt in acutis febribus, apparet semper, pderit purgationem ab initio tentare, idq; præsertim, si amaritudo sentitur in ore, aut alia adiunt indicia, quæ ostendant humorem circa uentriculum, & primas uenas redundare.

At si pituitosus est humor qui abundat, vel melancholicus, non ita expedit purgationem aggredi, quoniam crassus, & viscidus humor non nisi magna uolentia, quæ uitanda est per febres educi potest. Quare id solum faciendum, si una etiam adest bilis, quæ adiuuet. Erit autem testimonium purgationis adhibendæ urina, vel flata, vel rubra cum crassitie, aut certe non admodum tenuis, licet enim ubi huiusmodi apparet urina, corpus purgare; quod si tenuis, aquosa, & alba sit, abstinendum à purgatione est, quoniam huiusmodi urina crassam, frigidam, & deniq; rebellem materiam ostendit, illa uero calidam, quæ facit medicamentum abstractionem sequi potest.

Quod si quis opponat Aphorismum: Concocta medicati, & c. dico coctionem esse spectandam ubi requiritur, & ubi absque illa humor commodè uacuari nequit, ueluti sunt humores, qui infra mediocritatem subsistunt: nam quum concocta dicantur, quæ mediocritatem caloris sunt assequuta, & cruda propterea uocentur, quæ uel frigidiora sunt, ut pituita, uel in quibus calor plurimum excedit, sicut est bilis, tamen præcipuè cruditas de his intelligitur, qui à mediocritate deficiunt, quod uidere licet, quum Galenus crudum humorem uocat, qui pituitosus est, & remedia describit ad cruditatem stomachi quæ ob frigiditatem est contracta, & crudas urinas uocat, maxime aquosas, & albas; intelligendumq; esse Aphorismum de hac cruditate, quæ infra mediocritatem posita est, quum præcipit Hippocrates cruda non esse medicanda, quod satis patet ex Galeno, qui in libro de his, quos purgare oportet, scribit tenues humores ab initio non expectata coctione uacuandos esse; sunt autem tenues potissimum, quos uacuandos esse diximus, biliosi, & ferofii; Atque eo quidem minus formidanda est purgatio à nobis, quanto mitiora medicamenta habemus quàm antiqui: tenebāt enim illi purgationem, & merito, quod non nisi uehementissima haberent remedia purgantia, quod satis ostendit Hippocrates, qui libro secundo de uictu acutorum, pepilion, scammonium, & colocynthidem in laterali morbo exhibebat, quibus nos nec concocto quidem humore in longissimis morbis uti audeamus, tantum abest ut in calidissimis, & acutis, (cu-

A ius generis pleuritis est) ea propinare audeamus. Tamen si ille dum dolor uehementissimè urget, quod est signum crudæ inflammationis, præcipit exhibenda talia remedia, dubitabimus ne nos nostra exhibere, quæ nullis unquam obfuisse est compertum.

Quod si experientia res decernendæ sunt, quæ dubiè à ratione iudicantur, neque enim ignoro utrinque rationes, & testimonia authorum adferri posse, bona fide id testari possum me in calidis, uehementibusque febribus, ubi etiam aliqua esset inflammatio cum magno successu perpetuo purgationem adhibuisse, sed per leuiora præsidia, quæ nulla uolentia materię portionem educerent, de quibus iam agendum est, hoc enim intellecto, quod purgandum sit, & in quibus purgatio conueniat, sequitur ut doceamus quænam tuto ad purgationem adhiberi possint. Sint ergo ea cassia, manna, syrupus rosaceus, dictus solutiuus, uel ex infusionibus nouem rosarum, diaphenicon electuarium rosatum Mesue, diaprunis solutiuum, & non solutiuum, tamarindi, hæc enim omnia trahunt facillè, nec requirunt omnino expeditas uenas, quoniam à longinquis partibus non conueniunt humores, nec ad eas feruntur, quod facit rhabarbarum, quod per urinas noxium humorem trahere solet, non minus quàm per aluum, & agaricū, quod à capite, & in remotioribus partibus elicit pituitam; Quæ certè nemo me suadente initio febrili exhibebit, præsertim quod id experientia sepius medocuerit. Vbi ergo torrida bilis urget, & febrilis calor nulli alteri remedium cassiam postponemus; vel solam ad unciam unam, uel dracmas decem per horam ante cibum assumptam cum saccharo inuolutam, uel ut aiunt in hostijs sacerdotum, aut cum iuleppo aliquo, ut facilius labatur per guttur: nã quod quidam faciunt, qui timentes tormina uentris perpetuo eam inuoluunt in semine anisi contusum, uel feniculi non probo, ubi uehemens est calor, qui se facillè, & uentriculum à flatibus tuetur. Vbi autem pituita multa in uentriculo redundat, aut crassiores sunt humores, prodest ita facere, quod in alijs obest, qui putam, & humidioris cassię qualitatem ad acrimoniam humoris retundendam requirunt. Prodest inquam, uel solam cassiam exhibere, aut cum alijs miscere, ut cum syrupo rosaceo, & diaphenicone, si partim pituitosus sit humor, uel eum electuario diaprunis solutiuo, aut rosato Mesue, quorum satis est dracmas duas ad summum exhibere cum cassię dracmis sex, & rosati syrupi uncia una. Quod si cassiam fastidiat æger, syrupi rosacei uncias quattuor, cum aqua hordei idem præstabit, uel duo cum dracmis duabus prædicti alicuius electuarij, aut uncijs duabus mannae adiectis.

Purgationem uero huiusmodi prodest aliquando exhibere ante uenæ sectionem, aliquando uero misso iam sanguine sequenti die, aut eo interposito tertio. Præponi autem suadet, si uenæ sectionem, & uenæ primæ grauius affligantur, ut sepe contingit per febres stomachum dolore tentari, & uomitu bilioso, & alijs symptomatibus, quæ huiusmodi humorem circa uenæ loca redundare monstrant: quæ facillè euacuari possunt, non turbatis aliarum partium officijs. Quod si nihil huiusmodi adsit, præstet uenas sanguinis detractione exhaurire; deinde purgationem adhibere, ut dixi sequenti die, si accessio nulla adsit, quæ impediatur, uel tertio à uenæ sectione. Postea uero cocto iam humore, & interim clysteribus, uel acrioribus, uel mollioribus prout febris ex calidiore, uel frigidior humore consistit, grauiora tentabis remedia uacuantis, aut certe quæ possint longius ferri, & uniuersum corpus euacuare, ut agaricum, rhabarbarum, hieram, confectioem hamech, electuarium Indū maius,

maius, aut minus, diacatholicon dictum, uel pillulas, si abhorreat potiones eger, de quibus sigillatim in unaquaq; febre postea agemus, usumque uarium illorum docebimus. At si quis uereatur purgatione uti incipientibus febribus non satis persuasus ex his, que prius diximus, & perterritus autoritate maiorum, & recentiorum ferè omnium, qui Galenum se sequi dicunt, pleniorum illorum causa probatione instituat, qua unusquisque intelligere possit, antiquos magis fortè nobis quam illis iussurari, & ducere rei natura nihil aliud esse, quam quod statuimus molendum.

Ac in primis illorum argumenta proponam, qui contra nos sentiant deinde illis respondere conabimur, & nostram postremo opinionem tam auctoritate antiquorum, tum ratione adstruere nitemur. Illud ergo primum est illorum argumentum, quod Hippocrates scribat, concocta medicari, & mouere non cruda nisi turgant, pauca uero tangere, & non nisi in acutis morbis purgationem admittat in principio, idque rarò, ut ostendit in eò Aphorismo: In acutis passionibus raro; Nos uero non solum in acutis, sed in alijs etiam febribus ab initio purgationes tentare, quod est contra Hippocratem facere, qui non nisi in acutis, & non semper, sed quum peccans turget materia, eorum admittat.

Secundum sumitur ex natura purgantium, quod scilicet calida sint omnia, & febrem exasperent, propterea non esse illis utendum, nisi speremus uniuersum humorem vacuari posse, ex quo sequatur maius commodum vacuato humore, quam incommodum ex calore. Hoc enim casu concedi purgationem à Galeno in Commentario præcitati Aphorismi: In acutis passionibus. Quod quum raro admodum fieri possit, ut crudo scilicet adhuc humore, integras uacuationes moliri possimus, nec extingui possit febris quod satis docet experientia, siquidem, purgatione adhibita ab initio, febres adhuc perseverant, & sæpè augentur, quod signum est, non esse euacuatum uniuersum humorem, proinde exasperari febrem, & frustrari suo effectu purgationem ab initio.

Tertium sumunt ab autoritate Hippocratis, qui iubet oportere corpora reddi fluida, quum quis purgate uoluerit, quod est humores extenuari, & meatus aperiri, quod non licet ab initio facere, quin prius augeatur morbus, aut etiam ad vigorem perueniat, quibus temporibus non amplius licet corpus purgare. Non posse autem reddi corpus fluidum tam breui temporis spacio, nempe, secundo, aut tertio die in quo purgationem adhibere uolumus, satis constare putant, quod scilicet extenuantia, ut & alia omnia præsidia alterantia, non paruum tempus requirant, præsertim quæ conuenire possunt in febribus, mitiora scilicet, quando alia calidiora sunt quam admitti possint. Adferunt quod cum febre multa sæpè adsit cruditas ex pituita crassa circa primas uenas, tensio item, & inflatio præcordiorum, quibus presentibus, temerè quis purgationem adhibeat. Addunt & illud, nonnullas esse febres cum inflammatione partium, quo casu temeraria putatur esse purgatio, ut que ytrumque affectum irriter. Est præterea sententia Hippocratis, quarto libro de Morbis acutis, purgandum non esse quum urine sunt tenues; at tunc morbum esse in principio, quum tenues sunt. Est & alia ratio, quam ducunt ex similitudine: sicut enim (inquit Hippocrates) à parte phlegmone tentata, nihil educi potest inter initia, quia crudus est adhuc morbus, ut ille scribit: sic profecto putant nihil educi posse initio febrium quod conferat, cruda adhuc materia. Præterea, dictum est Hippocratis, & Galeni, excretiones antè coctionem omnes malas esse, &

A Symptomaticas, quare nihil tentandum, quod humorum excretionem promoueat. Adferunt, & purgationem vires deicere quibus egemus ad coctionem, expulsionemque nouæ materiæ, appetentiam labefactare, tormina excitare, nonnunquam disenteriam, coctiones vitare, crises impedire. Ad hæc, medicum naturæ debere esse ministrum, quæ quum raro per alium febres finire soleat, idè quoq; Medicum facere debere ut naturam tanquam per ipsum fieri pot immiteatur. Postremo, purgantia omnia uenenosè participè esse qualitatis, quæ naturæ inimica est idq; ratione odoris, saporis, & aliarum denique qualitatum, totiusque etiam naturæ; Hæc autem frugenda esse in còmoda, & non nisi cocto iam humore, & corpore benè preparato uictis, que morbosus causis, sedataq; aut multum remissa febre, tentanda. Quibus sic breuiter respondemus: ac in primis dicitur, concoctione esse spectandam, quando humor ita crudus est, ut contra coctionem commodè expurgati nequeat, quales sunt frigidi, crassi, viscosi, & demum qui infra mediocritatem subsistunt; in alijs uero, qui sunt assati, calidi, tenues, & mobiles, non item; quoniam illi turgent, id est apti sunt ad motum, quocunq; eos ducere uelis; id enim est turgere. Atque illud etiam in hoc addo, non semper per febres intrudari humores, ueluti in his accidit, in quibus leuis est obstructio, leuisq; calor, materia uero multa, & etiam crassior, quo modo uidemus sæpè in crassis corporibus per leuiore febres urinas similes ferè his quas reddunt per sanitatem emitti, nimirum, quod in his febrilis calor exiguus non ualeat corrumpere, putrefacereque insigniter materiam, coctionesque turbare, adeò ut urina cruda fieri debeant, id quod nonnunquam contemplati sumus in agrotis, quorum febres manifestè declinabant, & interim urina similis ei, quæ ab initio emittebatur, persistabat: quod, qua ratione contingeret pauci intelligere poterant, nec alia meo quidem iudicio reperi potest ratio. Hippocratis uero Aphorismum non intelligunt, qui dicunt eum præcipere ut fiant rarò purgationes in principio: nam ut nos ostendimus in nostris Commentarijs, uerbum, rarò, ad passiones acutas, non ad principium refertur, ita, ut talis sit sensus: In acutis passionibus rarò, & in principijs purgandum.

D Medicamenta purgantia non esse omnia potentia calida, satis constat ex Cassia, Manna, & Syrupò rosaceo, quæ uel frigida sunt, aut certè temperatum habent calorem, adeò, ut si non ueretur Galenus in Commentario Aphorismi: In acutis passionibus, exhibere Thymum, Serpillum, Origanum, ad præparandos humores, multo minus nocere posse nostra purgantia, etsi id concesserim de his, quæ erant in usu Hippocratis, Galenique tempore, nondum compertis nostris mitioribus. Paratos autem humores asserimus in febribus, quibus competere purgationem dicimus: nam biliosus humor & ferotus, semper tenuiores sunt quam atra bilis quomodocunq; concocta, & extenuata; quod etsi concedimus, melius adhuc parari posse, tamen præstat exonerare naturam uacuatione humoris, qui educationi non repugnat quam expectare cum periculo tantam præparationem. Nec meriti quidem oportet utilitatem purgationis (ut Galenus facit) uacuationem uniuersum humoris molestantis, quando satis est exonerare naturam, ut facilius, & tutius reliquum putamus, etiam si non abscondat omninò, sed solum minuat morbosas causas, crassos humores, tensiones Hippochondriorum coniungi nonnunquam cum febre concedimus, id quod contra nos non facit, quoniam

D non

non semper purgationem admittimus; deinde iudicamus spectandum esse quod affectus ipse de quo agimus postulet, non quid impediat alius, qui adesse potest. Inflammationes non prohibent purgationem, ut satis ostendit Hippocrates, qui initio Pleuritis, purgationem necessariam censet, si dolor descendat, non quod inflammationem solvere velit, sed fluentem humorem reuellere, & naturam exonerare. Quod verò ad sit nonnunquam cruditas, & inflatio præcordiorum, & tensio, concedimus, sed id contra nos non facit, qui expendimus quid febris suapte natura postulet, & humor, qui eam excitat, aut augere potest, non autem quid soleat impedire, quidque postulet contrarius affectus: sic enim dicemus, acutum morbum venæ sectionem non postulare suapte natura, quoniam aliquando vires subsunt infirmæ, quæ prohibent ne eam tentemus. At inflammationes impedire nequeunt purgationem ab initio, nisi fortè in Ventriculo, aut Intestinis, vel caua parte Hepatis consistant: alioqui damnandus esset Hippocrates qui Pleuriticos purgat ab initio, ut & Angina laborantes. Non esse purgandum quando vrinae sunt tenues, rectè dictum est ab Hippocrate. Nec tamen id contra nos facit, qui non contendimus purgationem perpetuo esse necessariam initio febris, sed quarimus, an aliquando adhiberi possit, quod illi negant. At illi audire deberent id quod subiungit eodem loco Hippocrates, quum ait: Si vrinae sunt crassæ, tunc purgabis. Nec verò recipiendo est illorum interpretatio: qui censent morbum tunc esse in incremento, quando vrinae sunt crassæ; Primo, quod huiusmodi vrinae debilis coctionis sunt inditæ. Secundò, quod non de principio totius morbi, sed de primis diebus agimus, an scilicet in primis diebus febricitantes purgare liceat, non expectata morbi declinatione. Postremò, si intelligatur tunc morbus esse in incremento, erramus, quum scribat Galenus in eo Aphorismo Concocta medicari, purgandum esse in principio: quum verò morbus iam progreditur, nullo modo donec concoctio sit absoluta. Illud verò quod dicunt à cruda inflammatione nihil educi posse, conceditur, quoniam humor est imbutus in substantia partis, non ita verò est in febris, in quibus humor continetur in Ventriculo, Intestinis, Venis, & alijs cavitatibus; qui facile educi potest. Esse verò medicamenta purgantia venenosa omnia, negamus, præsertim de nostris: quid enim quæso venenosum habet Syrupus rosaceus ex infusionibus, quid Manna, quid Cassia; quod si odore, si sapore, & alijs qualitibus sunt ingrata, id illorum usum abolere non debet, quando nullum est præsidium auctore etiam Galeno, quod ita prodesse possit, quod aliqua in re non noceat, & tãrum abest, ut tollat, vires deiciat, & febrem exasperet purgatio, & coctiones turbet, & Crises impediatur, ut multo magis hæc feliciter exerceatur, dum naturam magna ex parte exonerat ab humorum notiorum sarcina qua præmebatur. At verò, excretionem ante coctionem omnes malas, & Symptomaticas esse, fatemur quidem, si natura excernat, propterea quod excernere non potest rectè, nisi separet bonos humores à malis, separet verò nequit, nisi prius vicerit, id autem est concoquere; quare vacationes, quas tentat natura, coctiones antecedere volunt: id verò nõ est necessarium quum Medicus purgationem tentat per sua remedia, quoniam purgantia medicamenta ab uniuersa humorum massa, uniuersoque corpore sibi familiarem noxiumque humorem alliciunt, relictis illis, qui utiles, & familiares sunt homini. Hæc ergò sunt quæ purgationem impedire videntur à principio, quoniam in cruda materia fiunt ma-

gnæ proritaciones, & uacuantur sæpè quæ non debent, quando nondum paratus est, qui est uacuan- dus, & natura temerè agit irritata; medicamentum uerò non potens trahere proprium humorem, trahit quem potest. Item, quod purgatio noceat coctioni ut 4. de victu acutor. 44. & 4. de sanis tuen. Item, quod permiscetur malignum cum bono quando mo- netur & non uacuat humor.

Quibus quidem refutatis, iam accedo ad ea, quæ purgationem fieri hortantur. Ac in primis ex natura ipsius rei argumenta petemus; deinde exempla & præcepta ex antiquis scriptoribus, quibus alij se etiam tuentur, adferamus.

Primum ergò argumentum sumetur ex modo; quo purgatio ipsa feliciter fieri potest, fit autem purgatio quum medicamentum allicit ad se humorem familiarem sibi, id quod facit attrahendo: vnde sequitur, attractionem, purgationemque commodissimè fieri, si humor tenuis fuerit: siquidem, ut demonstrat Galenus; de naturalibus facultatibus, quæ attrahuntur ob familiaritatem, quanto tenuiora exite- rint, tanto promptius trahuntur: verum quoniam purgantia medicamenta potentia, & non acti- uismodi sunt, naturæ actionem requirunt, quæ scilicet talia euadant caloris alterantis beneficio, nec aliud præterea requiri puto: nam quod quidam putant naturam segregare, expellereque noxios humores in purgationibus, ita intelligendum esse puto, quod pò- stea quàm à venis, & singulis partibus, in quibus illi redundant, in intestina sunt attracti, requirant musculorum actionem, qua natura vitur ad comprimenda intestina, & deorsum propellenda quæ in illis continentur, Verum nihil, aut minimum conferre puto facultates insitas singulis membris ad expurgationem humorum, qui in illis continentur, quum uniuersum hoc opus proueniat ab attrahente facultate ipsius medicamenti, posteaquam eam, quam habet facultatem, ad actum perduxerit. Quare duo hæc solum requiruntur ad purgationem, ut humor sit tenuis, viæque expeditæ, & calor qui possit alterare, deducereque medicamentum ad ea loca quæ sunt expurganda. Quod si tria facias, non impedio, ita ut dicas requiri humoris tenuitatem, viarum expeditio- nem, quæ antea sub vno comprehendimus, & caloris actionem deducentis potentiam medicamenti ad actum. Quod si ita est, quid obest, quo minus in primis diebus, quibus febres infestant, purgationem tentemus, si humor sit calidus, acris, biliosus, sunt enim hi tenues satis omnes humores, & uigè satis patent, quas expurgare volumus, Venæ scilicet mesaraice, Ventriculus, Intestina, & Hepatis etiam venæ; istæ enim omnes partes per febres haudquaquam obstruuntur: siquidem, febres, vel in magnis vasis, aut in habitu corporis materiam habere dicuntur. Præterea, quum initio morborum omnia sint leuiora, & calor minimum alienatus à natura sua, & occupa- tus in materia coctione, quæ in incremento, & vi- gore morbi maximè perficitur, facile potest alterare, iuuareque medicamentum purgans, præsertim quod minimam; & breuem alterationem requirat, quum in omnibus febris, maximè tamen in intermitten- tibus, natura adhibere potest.

Secundò argumentum sumo ex alijs qui purgan- tur sine febre; si enim in aliquo redundet tenuis hu- mor, qui uacuatione egeat, nemo dubitabit pur- gatione uti, quando & id Galenus scribit simpliciter in omnibus, in lib. de his, quos purgare oportet, tenues scilicet humores in morbi initio purgandos esse, nulla expectata coctione. Quod si licet id in alijs morbis, quæ idem non licebit in febris? Quid enim est assequutus humor, qui vno die antea aptus erat

erat ad purgationem per aduenientem febrem sequenti die: cruditatem dicunt statim illi, at quid est huiusmodi cruditas, ne solum nomine deterreamur, nisi aliter ratio quaedam eiusdem, & aliorum humorum à naturali statu. Verum quare illa impedire potest purgationem si tenuis est humor, & calor non admodum occupatus in alio negotio, nec medicamenta adeo vehementia, ut eam exasperare possint; quid acquisiuit vnus diei, vel etiam horæ spacio, ut paulo antea aptus esset, nunc vero omnino ineptus putetur, ita enim illi sentiunt, qui negant purgationem ab initio in febribus licere scilicet purgare, si talis subsit humor, non licere autem, si febris iam hominem infestare ceperit, nihilque aliud habent in ore, quo se tueantur, quam quod præcipiat Hippocrates, concocta esse medicanda, & non cruda, sed interim non explicant, qualis sit huiusmodi cruditas, quæ impedire possit purgationem, & quare id facere possit, & quare minimo temporis spacio aptus, & ineptus ad uacuationem humor reddatur. Quod si quis dicat, id fieri quoniam præsentate febre, accedit calor, qui à purgantibus exasperatur, iam illi satisfactum est, quod id in antiquorum medicamentis actioribus locum habeat, in nostris vero nequaquam. Si vero putet id fieri non posse, quod natura non possit separare quod non dum concoxit, respondemus, non requiri illius opus in hoc negotio, quum attractione medicamenti uniuersum perficiatur, attrahentis scilicet quod est noxiū ex uniuersa massa, minimum conferente expultrice segregatriceque; in sita singulis membris. At si forte putet naturam, & illius calorem occupatam esse in coctione, antea huic argumento occurrimus, quod minimum laboret in coctione humorum ab initio, præsertim si intermittentes sint febres, & leuiore, & ut alimentum concoquit, sic etiam medicamenti vim alteratione iuuare potest. Præterea, si licet turgente humore nulla expectata coctione purgare, ut omnes concedunt, licebit profecto in his febribus de quibus agimus, quæ scilicet ex bilioso magna ex parte, tenuique humore consistunt, purgationem perpetuo adhibere. Turgent enim humores in his febribus, si quidem, turgere non est semper humorem esse in motu, & ab uno loco in alium ferri, multiplici, frequentique; quadam agitatione, sedabilem esse ad motum, & non firmatum esse in aliqua parte, sicut contingit in inflammationibus, in quibus humor est imbibitus in parte affecta, quod non ita fit in febribus in quibus humores conueniuntur in canitatibus liberis, à quibus facile trahi possunt, & quocumque placuerit duci. At quod hoc modo interpretari debeat turgens humor, tum ex varijs locis, tum potissimum ex 9. textu 2. Com. 6. Epid. colligere licet. Possunt præterea ex coctione ipsa duci argumenta: nam si coctionem desiderat humor, licebit quoque purgare quum talis est humor qui facit febrem qui. n. biliosus est, facile mutatur, & portionem habet, quæ iam talem alterationem suscepit, ut coctus uocari possit. Præterea, idem possum per Inductionem probare: si enim adsit febris cum catharro salso ad pulmonem, nulla expectata coctione, purgamus, & id etiam Galenus facit in Methodo mendi, per vehementia remedia, ex pillulis nimirum confectis ex Colocintide, Aloe: nec aliquid interim veremur ex cruditate humoris tanto magis profecto id formidare non debemus à nostris medicamentis mitissimis. Quod si quis dicat, ideo nos, & Galenum in hoc casu purgare, quod videatur imminere erosio venæ, & vite periculum. Verum quidem dicit, sed interim concedit, vanos esse timores quos imaginamur ex purgatione provenire ante coctionem. Quod si ubi imminet periculum purgandum est, non minus profecto præsentate ardente febre id debemus fa-

re, quoniam etsi non erosio venæ pari periculo imminet, imminet tamen Phrenitis ex bilioso humore, aut Angina, uel mors, ex nimio ardore. Præterea, si cruditas verenda est, multo magis profecto ea timeri debet, in qua humores sunt frigidi, crassi, tenaces, ut in Apoplexia, Conuulsione, Colico dolore, Nephritide, in quibus tamen purgatione utimur: est enim huiusmodi humor longè rebellior, quam sit biliosus, longèque crudior, quando hic propriè crudus, biliosus vero impropriè dicatur, & nihil est quod adferri possit tanquam impediens, præter ipsum calorem, qui exasperari dicitur à purgantibus medicamentis, quod frustra timeretur in nostris, quæ (ut ostendimus) longè frigidiora sunt, quam multa alia, quæ tunc adhiberi putat Galenus.

B At si authoritate certandum sit, non desunt nobis ex antiquis scriptoribus magis quam alijs testimonia ad nostram opinionem adstruendam: nam ut supra diximus 4. lib. de Victu acutor. textu 22. quum vrinæ sunt crasse purgandum esse scribit Hippocrates. Eo etiam pertinet quod scribit; Quum morbi inchoant si quid uidetur mouendum, moue. At in huiusmodi febribus est in principio quod purgationem requirit, purgandum ergo. Item 10. Aphorismo lib. 4. In valde acutus eadem si fieri possit die medicandum. Item Aphorif. 22. primi: In acutis passionibus raro, & in principijs purgandum. Item 2. de Ratione victus, nulla expectata coctione, si dolor descendit, purgationem adhibendam scribit. Item lib. 4. eiusdem purgationem in Angina adhibet. Galenus verò etsi aliquando dubius est, nec ita liberè ut Hippocrates purgationem admittit, & aliquando ab eo dissentit, ut apparet ex 29. & 31. 2. Com. de fracturis, ubi Hippocrates purgationem in febre non uehementi, vel intermittente, ex Helleboro non admittit, quam ipse negat, tamen locus est aperissimus in libro inscripto de his quos purgare oportet, ubi ita habet: Inter initia tenues, & aquosos vacuabit humores, crassos, & tenaces post coctionem. Item 4. Methodi, ubi vlcus adest malignum, statim purgandum esse refert, nulla coctionis facta mentione. Præterea, si morbus sit magnus, & non liceat venam secare, vel ad sit Cacoehymia, à nullo alio licet præsidium capere præterquam à purgatione. Orbasius verò in peracutis idem concedit absque distinctione. Item Actius cap. de purgatione, in acutis morbis asserit in principio purgandum. Quod si experientia certandum est, non desunt nobis omnes Medici Arabes, & alij omnes, qui medicinam factitarunt postea quam benigniora hæc remedia sunt inuenta, qui idem suadeant esse faciendum; & id quoque nos testati possumus, neminem unquam offensum ex huiusmodi purgatione, & omnes adiutos, citiusque à febribus liberatos, & minore molestia, recisis magna ex parte humoribus, quos non nisi longiore tempore, & maiore periculo natura vincere potuisset. Ergo ubi flaget, vel tubæ, vel etiam crassiores sunt vrinæ, in febrium initio purgationem tentabimus, præsertim, si copia humorum subsit, quæ naturam grauet.

C At postea quam ostendimus, quibus debeat purgatio, illud esset docendum, per quæ, & quo modo, & qua hora tentanda sit, & quo ordine; sed quoniam id ex superioribus patet, ad alia accedam quæ supersunt. Ac quoniam inter vacuantia adest inedia, frictions, balnea, & quæ per vrinam, & vomitum humorem trahunt absque purgatione tamen, pauca de his subiicienda sunt. De purgatione verò ut aiunt eradicatiua, quoniam ab initio ea fieri non debet, sed concocto morbo, ideo postquam de coctione egerimus, tractabimus.

D Illud solum admonendum, non esse purgantia adhi-

E

adhibenda in accessione, ne distrahamus naturam occupatam in causis morborum, & ne illam magis debilem iam afflictam, tamen etiam, ne illam impediamus aliam viam tentantem, aut plusquam oportet vacuemus, si eandem sequamur, vbi tamen continug sunt febres, in declinatione exhibenda est purgatio, quia nullum tempus commodius.

De uacuatione qua fit per inediam.

Inediam requirimus in morbis, tanquam id, quod iuuet coctionem, aliquando verò tanquam uacans praesidium: quum enim natura occupatur in nuncediis concoquendisque humoribus, tunc inediam imperamus, ne illi laborandum sit eodem negotio aduersus alimentum, & infestantes humores. Vacuantis verò remedij naturam subit, quando eam imperamus, ut natura per insensibilem transpirationem discutere possit humorum abundantiam, à qua grauatur, & premitur. Quoniam enim corpus continuò digeritur, dissoluta humida substantia, & in vaporem conuersa, natui caloris beneficio, si nihil reponatur in locum eius, quod est dissolutum, corpus exhauriri necesse est; tum etiam inedia facit ad concoquendos crudiores humores, qui in corpore sunt relictii; nã externo pabulo destituta natura, frigidiores materiam alterat, & sibi assimilat, qua corpus nutritur, & reficitur. Ex his verò operibus sequitur fluxiones compesci, dolores mitigari, febres minui, & nonnunquam inedia exasperari: nam interim quum discutuntur, assimilantur, humores qui fluunt, augere possunt, fluxiones ipsa sistuntur. Interim uerò quum fluxiones sistuntur, & dissoluitur humor, qui partem sua copia distendit aut acrimonia erodit, mitescunt dolores; minuuntur autem febres, dissoluto, concoctoque humore, dum corpus in inedia seruat. Quod si nulla sit in corpore redundantia, abundantque humores biliosi, exacuuntur febres per inediam destituta humidior substantia, quæ per alimentum suppeditari solet; Hinc est quod Galenus scribat nunc inediam concoctiones iuuare, nunc impedire, nunc aliquibus conferre ad vacuandum, alijs vero obesse, qui humectatione potius egent, ut apparet octauo Methodi, & decimo, vbi scribit Diatriatios Medicos (hi autem erant qui inediam triduo imperabant omnibus agrotis) prodesse aliquando quandoque vero obesse. Prodest enim humidis, frigidis; corporibus, obest vero biliosis, & siccis; per quæ profecto variam confusamque doctrinam efficiunt, quoniam nunquam propriae inædiæ facultates, & effectus ab eo traduntur, ex quibus postea intelligantur prouenire peculiaria opera, quæ in corporibus peraguntur: quomodo enim coctionem iuuare possit, aut impedire, quo modo fluxiones sistere, multitudinem exhaurire, dolores mulcere, cruditates emendare, abortum prouocare, & alia infinita huiusmodi efficere, nemo vnquam intelliget, qui prius perspectum non habuerit, quid primum inedia efficere possit, quo intellecto, multo plura etiam quam tradantur inueniri possunt. Itaque quum inedia per se nihil agat, per accidens enim dicitur euacuare, & alia omnia efficere, videndum quid per accidens præstare possit: id autem vnum est, quod quum nihil addat corpori, calorem acuat qui in nobis est, qui humidi defectu acuitur, acciorque redditur; illius verò abundantia obrunditur, mitiorque euadit, vnde calor, pro varietate corporum varia præstat, & nunc prodest, nunc obest: nam si multitudo subest humoris, eam facilius concoquit, dissoluit, absumitque; si verò humorum penuria laborat corpus, intenditur admodum

A hic calor; solidioresque partes depascitur vnde febres exasperantur, vires deiciuntur, & alia nascuntur symptomata, quæ caloris incrementum, humorisque defectum, & labantes vires comitantur. In priore autem statu concoquuntur superflui humores, & digeruntur, & quæ ex multitudine nascuntur mala emendantur omnia, veluti obstructions & fluxiones, quibus sublatis, febres, & alia mala inde prouenientia rescinduntur; Ex quibus constat, febribus ipsis inedia non conuenire, sed causis illarum; atque in illis quidem non omnibus, sed in illis, in quibus adest frigidus, multusque humor, qui molestat: id quod etiam à Galeno traditur qui biliosis inimicam esse dicit, à micam vero humidioribus corporibus inediam. At quo tempore illius maior sit usus nunc ostendendum est: est enim id tritum apud Hippocratem, vigentibus scilicet febribus, minuendum esse victum, & ad inediam properandum, in principijs verò morborum vberius alendus esse agrotantes, quod meo quidem iudicio perpetuum esse non debet; nam si inedia comparata est ad vacuationem abundantis humoris, non minus quam ad coctionem, vrgere aliquando plus potest vacuatio, quam in principio præstare solemus, quam ipsa concoctio, cuius causa vigente morbo inediam adhibemus; esto enim si placet, aliquem febricitare febre leuiore cum humorum frigidiorum abundantia, an (quæstio) huic inediam imperabimus maiorem vigente, quam incipientem morbo? haudquaquam profecto, quum coctionis minor requiratur in statu necessitas, nec magna pugna excitetur in huiusmodi humore, quæ vacuationis in ipso principio, in quo si inedia non vtamur, minui non poterit huiusmodi humorum redundantia, tardabiturque hoc modo incrementum, vigor, declinatioque morbi, aut etiam mors ipsa accelerabitur: hac vero copia magna ex parte in initio febris ob inediam diminuta, licebit postea facilius quod reliquum est concoquere auctiore adhibito nutrimento. Quare, quod dicitur in principio plenius esse nutriendum, in statu vero minus, ratione ipsius morbi, qui minus impedit in principio, utpote mitior, non autem cause, quæ ut vacuationem postulat maiorem ab initio, sic quoque inediam maiorem desiderat.

De uacuatione per frictions.

Friktionum usum docet Galenus lib. 2. & 3. de sanitate tuenda, sed non communem, qui conueniat sanis, & agris, sed proprium duntaxat sanis corporibus: neque id ex principijs ex natura rei petitis. Itaque quum frictio simpliciter id faciat, quod motu calorem excitet, illius usum requiremus potissimum vbi calorem auctiorem desideramus, id quod continget potissimum vbi adstrictam superficiem laxare, & subiectos humores euocare necessarium fuerit, id enim facit calor auctior in externis partibus; rarefacit siquidem, extenuat, & incidit subiectos humores. Dura autem, mollis, recta, obliqua, multa, pauca, crebraque; frictio, varios effectus efficit pro subiecti corporeis ratione, & illarum natura. Quod si ita est, frictions aliquando ab initio morbi, aliquando vero postea adhibebimus: vbi, n. corpus est adstrictum, veluti in febribus, quæ ex cutis densitate sunt contractæ, prodest frictions in principio adhibere, in fine vero morbi, ut exhalet putridus vapor, qui alioqui expirare non poterat, corrugata cute ob siccitatem, lentis, crassisque redditis humoribus, & debilitato calore. At incrementum, vigenteque febre, præstat à frictione abstinere, quoniam caloris incrementum non egerimus, propterea

non mirum si Galenus diuerso modo illis vtatur: nam in diaria, aut putrida febre ex adstrictione statim ab initio laudat frictions, vt potè quæ densitatem emendent, in alijs vero quum morbus ipse, illiusq; accessiones remittuntur, nonnunquam tamè ad reuulsionem frictionibus vtimur, veluti in syncope accidit, aut in sopore, aut alui, vel sanguinis fluxu ad reuocandum scilicet calorem, & humores, ad partem quam fricamus.

De vacuatione per vomitum.

Vomitu vtimur in febribus non amplius ad purgandos humores, quemadmodum Hippocrates iubet esse faciendum, qui biliosos per superiora, pituitosos vero per inferiora purgandos esse censet: melius enim, tutiusq; esse docuit longa experientia, vt quoscunq; humores per inferiores partes trahamus, quæ ignobiliores sunt, & minore sensu prædite, & ob id minus offenduntur ab humoribus transeuntibus. Quare, tunc solum vomitum requirimus, quum natura per eum sese exonerare cupit; id quod potissimum accidit in febribus, quæ per accessiones infestant, quales sunt tertiana & quotidiana, in quibus medicus naturam iuuare debet leuioribus præsidijs, vt facilius sese exonerare possit à viscosis, crassisq; humoribus. de quibus medicamentis postea suo loco agemus. Supereset de balneis agere, sed quoniam maior illorum est vsus in hæcticis febribus quàm in alijs, ideo eo loco de differentijs illorum, vsuq; multiplici, & vi differemus. Nunc vero ad alia procedendum est.

De concoctione.

Ostendimus in febribus putridis opus esse vacuatione, idq; per varia remedia, quorū alia spectent putrefactum iam humorem, alia vero materiam aptam ad putredinem: nam vacuantia, quæ hæctenus adhibuimus, omnia non spectant putridam materiam, sed quæ putrescere est apta; itaq; quum antea ostenderimus, pugnandum esse aduersus putridam materiam, & aduersus illius causas, nunc diligentius expendendum est, quid causæ putredinis postulent: nam putridus humor vt potè corruptus, vacuationem solum postulat, et si per attemperationem, & mixtionem emendari potest, sed maiore negotio, & non proprio remedio.

Sunt porro causæ putredinis materia apta ad putredinem, & calor extraneus, & causæ, quæ calorem excitant, & fouent, quorum singula quid postulet videndum est. Ac in primis de materia agendum, quæ quum sit alienata à naturali sua conditione, restitutionem postulat, qua redigatur ad pristinum statum.

Sanguis enim aut alius humor præter naturam ex calefactus per febres, vt potè præter naturam affectus, naturalem suum statum indicat: id autem esse coctionem dicunt: nam febres omnes putridas coctione egere, omnibus est compertum. At quum non sufficiat refrigeratio, si vitium est natum ex calore? Quum enim non licet refrigerare corpus, & humores, atq; ita emendare eorum vitia, nec aliquam coctionem adhibere, id quod à nemine hæctenus dubitatum esse video; Est autem meo quidem iudicio hæc ratio, quum non sufficiat alteratio, quæ scilicet humor per calorem excedentem, non solum sit excalesfactus, sed etiam dissimilis redditus in odore, sapore, colore, & alijs omnibus qualitibus, quæ non

possunt corrigi, nisi similes rursus reddatur, id quod facit concoctrix facultas. Requiritur ergo coctio in humore, & de ea propterea est agendum, docendumq; quid concoctio, quotuplex sit, quæ causæ efficientes, quæ materia, & quis finis quoque modo fiat.

Definitur autem concoctio præparatio humoris ad expulsionem sumpta ab Auicenna Definitione, qui dicit coctionem esse adæquationem substantiæ, quæ faciliè vacuationi obediatur. Quæ definitio improbanda est.

Primò, quod duos Aphorismos inter se confundat, nonum 2. cum isto: illic enim dicit, fluida esse facienda corpora quum quis purgare voluerit; Quare, si concoctio esset præparatio, frustra adderet aliam præparationem: est enim præparare corpus ad purgationem, vt ex Comment. Galeni in Aphorism. In acutis passionibus, patet, extenuare humores, & obstructiones auferre, id quod efficere, non est concoquere.

Secundò, parati dicuntur humores ad expulsionem, qui tenues sunt & calidi; vt 23. 3. Prognosticor. & natura purgantis medicamenti ostendit, quæ attrahendo suum opus exercet. Huiusmodi autem humor qui tenuis est, & calidus, crudus censetur, ut bilis acrior cruda dicitur. Præterea, concoctio omnia in crassat, quare aliud est concoctio, quam præparatio ad expulsionem, quum aliqui contraria videatur actio, nam præparatio est extenuatio, coctio vero in crassatio, vel certè absque in crassatione non fit.

Tertiò, concoctio omnia assimilat quantum fieri potest, quæ similia tanto auidius retinentur, quæ vero auidius retinentur, ad expulsionem ineptiora sunt: similitudo enim attractionis, concoctionis, dissimilitudo vero expulsionis causa est. Quare non ad expulsionem, sed ad retentionem concoctio potius terminatur.

Quartò, nonnulli morbi sunt qui per solam coctionem finiuntur, vt testatur Galenus 3. de Crisibus, frustra ergò præpararet natura ad expulsionem humores quos postea expellere non debet: nõ enim quiesceret in coctione, si hæc præparatio est ad expulsionem, sed etiam expulsionem tentaret.

Quintò, licet in morbis acutissimis semper purgare, sunt enim humores, qui eos morbos committunt cum febre, calidi, & tenues, quos paratissimos ad expulsionem auctore Galeno iam diximus; propterea, si per coctionem præparationem moliri volumus, quum præparati sint etiam in statu, quoniam tenues, licebit commodè etiam tempore purgare; quod non facimus, tanquam aliud sit concoctio, & præparatio. Quod vero dicimus coctionem in crassare, crassitiam autem expulsionem moliri volumus, quum præparati sint etiam in statu, quoniam tenues, licebit commodè etiam tempore purgare; quod non facimus, tanquam aliud sit concoctio, & præparatio. Quod vero dicimus coctionem in crassare, crassitiam autem expulsionem moliri volumus, quum præparati sint etiam in statu, quoniam tenues, licebit commodè etiam tempore purgare; quod non facimus, tanquam aliud sit concoctio, & præparatio. Quod vero dicimus coctionem in crassare, crassitiam autem expulsionem moliri volumus, quum præparati sint etiam in statu, quoniam tenues, licebit commodè etiam tempore purgare; quod non facimus, tanquam aliud sit concoctio, & præparatio.

Quod vero dicimus coctionem in crassare, crassitiam autem expulsionem moliri volumus, quum præparati sint etiam in statu, quoniam tenues, licebit commodè etiam tempore purgare; quod non facimus, tanquam aliud sit concoctio, & præparatio.

tura melius expellit crassos humores, eos ergo crassos reddere studeamus, quum per urinam vel sudorem, aut alium, aut aliam partem sese expurgat: nos uero qui dicimus tenuitatem causam esse facilius expulsionis, id facile concedimus, tanto facilius expelli humores, quanto tenuiores fuerint redditi; quod si dicamus post coctionem commodè fieri purgationes, tanquam concoctio præparatio quædam sit, si quidem rectè fieri nequit purgatio, si humor paratus non sit; respondemus, rectè quidem tunc fieri purgationem, quum humor est concoctus, non quod per concoctionem præparationem, & aptitudinem acceperit humor, quando crassities, quæ per coctionem necessariò acquiritur, obest, sed quod quum naturam requiramus adiutricem medicamenti, sedato iam feruore, & parta coctione, com modissimè, tunc seruire possit natura purgationi. Dicimus ergò, non præparari humorem per coctionem, aut certè non magis aptum, quam ineptum reddi, in hoc enim confert concoctio, quod caliditate, & frigiditate in quibus vincendis natura, natiuusque calor occupantur, vicerit; ex quo sequitur, naturam expeditam esse, & seruire posse purgationi, in alio verò obest, quod crassam materiã reddat. Coctionem alij definiunt esse separationem boni à malo, fortè quod viderent vigente morbo, ubi concoctio maximè perficitur per Crises, naturam à noxijs humoribus exonerari: qui tamen non minus quam alij errant: nam etiam in vigore morbi vigeat concoctio, non tamen ea est separatio, sed hæc coctionem sequitur: coctio siquidem humore vniteris; quod planè assimilari nequiuit, natura secretrice facultate vsa, noxios humores ab alijs secernit, & protrudit. Deinde, finis coctionis (vt postea ostendemus) est assimilatio: qui autem separat, res dissimiles facit. Est præterea concoctio perfectio quædam, vt Aristot. lib. 4. Meteorologicorum scribit, quod autem diuidit, rem corrumpit, qui autem assimilat gignit, ita, ut perfectio esse non possit si separatio sit. Ad hæc, externæ res coctæ, & maturæ dicuntur, quando sicæ partes humidis caloris beneficio miscentur, quum autem separatæ sunt, crude vocantur, nec non etiam quæ elixantur, & coquuntur unde coctionis nomen in humoribus ductum, suas substantias, & qualitates inter se miscet, caloris ignei beneficio; Adde, quod concoctio omnis in crassando fit, quæ verò in crassantur, vnã formam recipiunt, crassitudinem. s. non ergò diuersis, & separatis. Postremò, separationem boni à malo tribuit expultrice facultati Galenus 3. de facultatibus, & non coctrici. Manardus verò, & alij ferè omnes recentiores, coctionem generali definitione definiunt non posse putant, sed triplicem faciunt ex triplici. s. natura eorum, quæ coquuntur, alimento. s. putrido humore, vel alio; primamque definiunt esse omnimodam assimilationem; secundam alterationem, quæ putredinem cessare faciat; Tertiam quædam tenus assimilationem, in quo errant: nam si ex diuersa materia naturæ actiones distinguendæ sunt, non solum tres, sed plures fient coctiones: ita tres attractiones, retentiones, & expulsioniones. Dicimus ergò, vnã esse expultricem facultatem, quæ excrementa cibi; aliam, quæ putridos humores; aliamque alterius generis materiam extrudat. Secundò vna est causa omnium coctionum efficiens, calor, nisi malis instrumentum vocare; vna est facultas in vita singulis membris concoctrix vocata; ab vno verò quantum in se est idem semper fit, etsi materia diuersa aliquantulum actiones variet, ut vnum gladium dicemus esse, qui panem, vel lignum fecat. Præterea quum sit concoctio vna actio, vnum etiam habebit

A finem; vna præterea est materia, quæ concoquitur, vnus concoquendi modus, ab eisdem cognoscitur, iuuanturque coctiones omnes; vna ergò definitio, & vna omnium natura, etsi certo modo euarient, sic enim elixa & assata, concocta dicimus, quoniam aliquid commune acceperint, cuius beneficio cocta vocantur, etsi aliter sint affecta assata hæc quam illa, Reliqua vide in Commentario Aphor. Concocta medicari, &c.

De obstruentibus, & alijs præsijs, quibus vitimur aduersus causas putredinis.

E Sse pugnandum aduersus humorem aptum ad putredinem ob æstum caloris, non solum refrigeratione, sed etiam concoctione, abundè ostensum esse puto. Quinetiam ostendimus cuius officium sit concoquere, & quibus auxilijs concoctio iuuetur. Verum quoniam requiritur coctio mediocritate caloris, quæ cõparari nequit, nisi ablatis causis, quæ extraneum calorem augent, & fouent, propterea remedia quoque querenda sunt, quæ illis repugnent. Est porò causa accessionis caloris frequentis prohibita transpiratio, quæ quum nascuntur ex occlusionibus meatuum corporis, qui vel sunt in externa superficie, vel in internis cavitatibus, nempe venis, & arterijs, idèõ uniuersa Medici præsidia cõ ferri debent, vt meatus eos aperiat; id quod faciet, perspectis occlusionis causis, neque enim ab eisdem occludi possunt externæ, internæque viæ; Etenim externos cutis meatus refrigerantia, exsiccantia, leuiterque austera, aut alio modo adstringentia occludere possunt, quemadmodum Galenus initio noni Methodi refert à coniuuentibus. s. densantibus, exsiccantibus, & indurantibus. Denfant quidem frigida, coniuentiam verò pariunt quæ adstringunt, vt aquæ aluminosæ, & medicamenta; indurant verò sicca; obstructio verò ob glutinosos, vel crassos, vel copiosos succos incidit; ac tum obstructions, tum externorum meatuum occlusiones nunc validæ sunt, nunc leuiorcs, vt etiam de his causis agit 11. Methodi. Propria remedia singulæ causæ exigunt. Postulat autem densitas, quæ rarefaciunt; constrictio, ea quæ fundant, siccitas, quæ humedant, abundantia, quæ vacuent, crassitudo, quæ dissecant, & lentor, quæ detergant: ita censet Galenus 11. Methodi. Tamen aptius dices, si crassa extenuationem postulare, lenta verò incidentia, & detergentia: quæ enim crassa sunt, extenuationem exigunt, non dissectionem, quæ verò viscosa, incisionem, quæ continuitas dissoluatur, & abstersionem, vt ea quæ tenacissimè herunt corporibus auferantur. Si ergo frigus nocuit, satis sit pannis calidis, leuiter fricare corpus, ne febris exasperetur validiore frictione; aut etiam oleo camomelino, aut liliaceo, vel anethino inungere fricareque corpus; quod si ex densitate vt ex balneis aluminosis cutis sit constricta, non oberit balneum aquæ dulcis, cuius vsu sese explicare possint partes siccitate constrictæ: At si sordes, vel internus aliquis humor impactus sit meatibus cutis, proderit multa ablueri fricareque corpus; sic etiam præcipiendum vt in tepore corpus contineatur, qualiscumque fuerit causa, quæ externam superficiem occluserit.

At si interni meatus ob multitudinem sunt obstructi, vacuatio remedium est, præsertim per venæ sectionem, de qua iam egimus. Quod si adest visciditas, querenda sunt quæ (vt diximus) dissecant, & abstersant, qualia sunt aptissima, quæ ex aceto, & melle componuntur, siquidem acetum dissecat, mel autem

autem detergit, quo in genere oximel variè paramus; simplex, compositum, squilliticum, prout maiorem, aut minorem dissectionem quarimus.

Quod si crassities obturat, magnè providentia adhibenda est, ne febres exasperemus, quemadmodum etiam Galenus prodidit. Methodi, propterea, si què ferè omnia insigniter sunt calida, quæ extenuare possunt. Quam ob rem catalogum aperientium proponam, ex quo possimus leuiores si febris vehementior est, vehementiora uero ubi est maior & humor rebellior, eligere.

Ac in primis quidem generalem illorum facultatem, in qua omnia conueniunt, proponam, ut postea liceat alia inuenire, quæ prætermittentur ob infinitam particularium eiusdem generis multitudinem. Itaque Gal. scribit, de Simplicibus, c. de his, quæ abstergunt, & meatus aperiunt, ea quæ externos meatus aperiunt, rarefacientia uocari, quod si fordem detergunt, ab illis uocari detergentia, esse uero rarefacientia modicè calida, & tenuium partium; abstergentia uero nitrosa, & amara, absque aliqua adstrictione; quæ uero intus sumuntur ad internos meatus expediendos, & aperiendos, etiam si habuerint aliquam adstrictionem, tantum abest ut obsint, ut etiam magis prosint, eo quod uasa corroborent, & adstrictoria ut præcitem apertoriam facultatem propellant, & ueluti protrudant, propterea abstintum intus purgare potest, foris autem nequit.

Deobstruentia vehementer.

Ampeloprassum, abrotanum, absynthium, fetiphium, radix capparis, tamaricis, & scyllæ, phu, radix gentianæ, dracuntium, ofyris, posilium, prassium, siton, scandix, seordion, camepitys, camepitys, chelidonium maius, alphodelus, viticæ semen, anemona omnes, camepitys, pulegium, thymum, calamentum.

Mediocriter.

Folia anchusæ, onocleæ, amarantus, stechas, amygdalæ amaræ, radix arari, apatagus, semen altheæ, helixine, cicera orobla, Eritrodani radix, eupatorium, siue agrimonia, betonica, umbilicus ueneris, mel, origanum, petroselinum, apium olusatrum, feniculum, cetrac, hysopus.

Leuiter.

Adiantum, radix acanthi, cichorium, & cichoreacea omnia, endiuia. Hæc & similia eligi possunt, & decoqui, vel sola, vel addito saccharo, aut melle, plus vel minus pro febris ratione, & etiam aceto, si adsit vna cum crassitie visciditas, & propinari; vel possunt misceri cum Syrupis confectis, quibus utimur, & propinari. Sunt autem syrups, quibus utimur in calidioribus febribus, Syrupus de endiuia, de cichoreo, violatus, acetosus simplex, oxitæchata simplex, syrupus capilli ueneris, ubi paulo mitior est febris: item syrupus de betonica, oximel simplex, syrupus acetosus compositus, Syr. de fumoterræ ubi uero rebellior est humor, Syrup. de hysopo, oximel scylliticum & compositum, Syrup. de bizantijs, de agrimonia, siue eupatorio.

De Purgatione eradicatiua.

Porro ijs utendum est donec vacuandi necessitas alia insurgat, concocto iam planè humore, & diminuta, aut omnino ablata febre, quum natura non perfectè, aut nullo modo morbi causas rejicit, tunc enim ex medicina auxilia sunt petenda. Verum quoniam nunc per ea, quæ urinas mouent, aut sudorem, nunc uero per ea, quæ ciunt vomitum, aut aluum subducunt, uacuationes molimur, videndum est, quando per aluum oporteat purgare: id autem meo quidem iudicio faciendum, si copia adest humorum, quos per aliam uiam ducere non est tutum, aut certè longum; aut si maligni sunt, ut periculum sit, ne alias offendant partes, quæ nobiliores sunt, nec consueuerunt huiusmodi humorum consuetudinem ferre, sicut intestina, quæ omnium excrementorum delationem ferre didicerunt; vel etiam, si natura alias uacuationes non alit aggressa, ueluti per urinam, & sudores; aut si quidem est aggressa, sed per illas non satis liberè sese expurgat, ueluti quum sudorem, aut urinam mouet, nec tamen interim liberatur æger; tunc enim non dubitauerim, concessis naturæ iam aliquot diebus, purgationem tentare per aluum, id quæ maximè faciendum, si in illis locis humor contineatur, ex quibus comode per aliam uiam duci non potest, qualis est, qui circa intestina, & sinum hepatis continetur; nam quod scribit Hippocrates, biliosos, aut astuos inorbos per superiora potius uacuandos, quod eas partes petat bilis, nisi eo vehementius incitetur natura, non probauerim; quando satius est (ut dixi) huiusmodi succos acres & mordaces à quibus imminet periculum erosionis stomachi, & syncopes, deorsum trahere.

Igitur quantum fieri potest, quæramus deductionem humorum ad infernas partes per aluum; qua in re, genus medicamenti in primis eligendum pro natura humoris redundantis, & quantitate, & qualitate: nam si bilis abundat, quærenda sunt præsidia, quæ illam euacuant, non autem alios, qui haudquam nocent; si magna est illius copia, aut crassior, eligenda sunt uolentiora remedia, quum altoqui mitissima non sufficiant: nam manna, aut syrupus rosaceus solutius in his sufficit, in alijs uero erit quoque necessarium rhabarbarum, & alia, quæ uehementius humorem eum trahant. Itaque quum inter ea, quæ aluum subducunt, quædam sint solum mollientia, ut mulla, iuscula ex oleo, sale, succo pituitosæ, oleo simplici, uel amygdalino dulci, aut amaro, caricæ pingues, pruna; alia uero quæ proritant, ut oliua, cappates; alia autem quæ fundunt concretos humores, qui postea sponte descendunt, ut oximel: his non utemur tanquam inefficacibus ad extrahendum humorem lædentem; alia uero sint purgantia eaque uel simplicia, uel composita, id quæ uel leuiter, uel validius, horum catalogum scire oportet, præsertim eorum quibus utimur in febribus.

Purgantia leuiter sunt, manna, cassia, syrupus rosaceus, aloë, diacatolicon, diaprunis non solutum, hiera, thymum, fena. Inter quæ hæc pituitosos, falsosque humores, & melancholicos educit, thymum uero melancholicos, diacatolicon omnes; manna biliosos, & pituitosos elicit. Cassia bilem torridam cum pituita, aloë biliosos, & serofos, sicut etiam syrup. rosaceus.

Paulo validius purgant rhabarbarum, agaricum, diaphenicon minus, diaprunis solutum; validius uero adhuc electuarium de succo rosarum, de pillo, diaphenicon maius, confectio hamech, electuarium Indum

Indum maius, & minus. Pillularum catalogus. Vtitur autem confectio hamech in atra bile, & pituita educendis, sicut electuario Indo: In pituita vero, & bile diaphenico, agarico, rhabarbaro, hoc tamen magis ubi bilis abundat, sicut diaprunis solutiuo, & de succo rosarum, & rosato Mesues; Hiera autem utitur raro in febribus, quoniam vehementius excalefacit, sicut etiam nec pillulis, nisi admodum rebelles sint humores, & febris remissa, & potissimum si adsit dolor aliquis in distantioribus partibus ut capite, iuncturis, sicut hiera, ubi stomachus afficitur à multitudine humoris.

Hæc sunt quibus potissimum uti solemus, quibus raro utimur solis, quoniam mixtione melius perficitur vacuatio, & contraindicantibus commodius satisfacimus: nam etsi rhabarbarum bilem, & pituitam educat, tamen sicciore habet qualitates, & calidiores, quàm acrioribus febribus conueniat, propterea, vel cassiam, vel syrupum rosaceum, aut mannam cum eo miscere solemus: sic etiam odorifera adiungimus ad ingratum odorem emendandum, & dulcia ad absurdos sapores corrigendos, ut dulces syrups cum amaris medicamentis miscemus, & cinamomum quod est odoratum, necnon aliquando quedam admiscemus ad iuuandas qualitates tardiores medicamentorum, ut spicam rhabarbaro; quedam uero ad inhibenda eorum vitia, ut cotonei succum cum scammonio, gingiber cum agarico, qui aliter vomitum prouocat, & stomachum offendit. Denique si non adsint qualitates in se medicamentis quæ possint satis facere instituto nostro, minima quantum fieri potest aliorum læsione, arte eas moliri nitimur mixtione, coctione, varia figura, & alia quacunque preparatione, & compositione: Quoniam uero solida, vel liquida exhiberi possunt medicamenta, præstat in febribus liquidiora exhibere, sic enim facilius permeant per angustos meatus, si tamen rebellis sit humor, & in distantibus partibus positus, mitiorque febris, prout tunc magis solida, ut pillula, & boli dicti, quoniam maior inest illis attrahendi vis.

Dosis pro natura, qualitate, quantitate humoris, & uiribus, & facilitate, vel difficultate ægri in purgando faciendæ est. Crassus etenim humor, ut melancholicus, & pituitosus intendi uult purgantia, sicut & humor copiosus, & ualde uires, & durior ad purgationes ægri natura: Vsu tamen didicimus cassia draemas decem sufficere, manæ uncias quatuor rhabarbari draemas duas, si solidum sumatur, non reiecta crassiore parte per expressiones dictas confectio hamech quatuor ad summum dantur draemæ, diapheniconis uero etiam sex. Pillularum dosis est a draç. 1. ad draç. 2. Quoniam uero non solum dosis sed moles etiam ipsius medicamenti spectatur, ubi plenius euacuare uolumus, aut partes uniuersas præsertim distantiores, intendere oportet molem, quando alioqui in uia consumitur medicamentum, quod paucum copia est. Vbi uero stomachum purgare, & tenuiores humores educere consilium est, minor copia sufficit.

Quantum uero humoris educendum, coniectura in primis assequeris ex his, quæ quantitatem humoris redundantis ostendunt, præcipue tamen docebit morbi solutio; tam diu enim vacuandum, donec perfecta solutio morbi sequatur, quæ enim relinquuntur in morbis, recidiuas facere consueuerunt.

Modum uero purgandi ex motu morbi, & qualitate, & uiribus sumes: nam si morbi motus sit celer, & ualde subsint uires, nec caliditas obsit, quæ exasperari solet à magna purgatione, semel totum purgandum quod abundat, alioqui satius est purgationem partiu, quoniam tutior est.

A Propinandum autem medicamentum est si nulla adest accessio, quæ impediatur, aut calor diei mane ieiuno stomacho, alioqui etiam uesperis, etsi tamen omni ratione querendum est, ut mane exhibeatur, ne somnus turbetur nocturnus, dum sæpius surgere cogitur qui purgatur. Assumpto uero medicamento, prodest superbibere uel aquam hordei, uel pitianam, si uehementius sit medicamentum, ut abluatur si quid illius circa orificium stomachi hæreat, alioqui expectandum est, donec medicamentum uentriculum sit egressum, & magna ex parte opus perfecerit; quapropter, paulo ante cibum iuscula cum saccharo propinare solemus ad stomachi abluitionem, & ut reliquæ medicamenti deorsum protrudantur, atque ita uentriculus aptior ad appetendum, retinendum, concoquendumque cibum reddatur.

B Prodest quoque superdormire aliquantulum, præsertim, si validius sit ingestum medicamentum, & uomitum concitare sit aptum, uel infirma sit hominis, aut uentriculi natura: omnia enim hæc incommoda ex somno emendantur breuiores, ex longiore uero uincitur medicamenti uis, aut impeditur ferri in distantiores partes, aut forte oborto sudore una cum humore in habitum corporis rapitur, quod magni mali sit causa. Quoniam uero assumptum medicamentum aliquando non educit, aut plus quam oportet euacuat, si non educat motione aliqua tentanda in primis res est, alioqui prodest aliquid superinijcere, quod uim purgandi habeat, ut syrupum rosaceum solutiuum, aut mannam cum iusculo. Prodest

C & clisteri, & balano postea rem iuuare, sed id non ante quam res sit desperata de purgatione; Tardius enim in aliquibus, & non nisi post aliquot horas, citius uero in alijs procedit purgatio. Quod si uehementius deiciat, quiete, somno, reuulsiõne per ligaturas, & vomitu ex aqua calida, sistitur impetus. Quod si forte animo linquatur, odorata uentri, & naribus ad mouebit. Vinum propinabis odoratum, tenuis. At si ad os recurrit medicamentum, quod deijciendi causa dedimus, prodest adstringentia assumere, ut cotonei mali succum, frigida os colluere, uel etiam illius aliquid ingerere, cubitum, & manû aqua calida fouere, inferiores partes fricari, cucurbitulas ad mouere uentri super umbilicum, in tenebris degere, & quiete; Animum alienare cogitatione medicamenti assumpti, & faciem aspergere aqua uolentius iniecta. Hæc sunt quæ de purgatione per aluum necessaria mihi sunt uisa, donec experientia longa uos docere possit alia.

D Nunc uero de his quæ urinas, sudoresque mouent, agendum, quoniam his prædijs nonnunquam etiam corpus expurgamus.

De his quæ urinas mouent.

VRinas mouentium nonnunquam in febribus magnus est usus, quam scilicet humor adest, qui commodius per uesicam, & renes, quàm per aliam educi potest, aut natura per eas partes sese exonerare cupit.

E Quæ in re expendendum, quis humor commodè per urinas ducatur, & quæ remedia ad id præstandum sint apta, & demum, quo tempore morbi hæc præsidia tentare oporteat hæc enim potissimum capita in hac re querere oportet. Est autem materia, quæ per urinas trahi potest, aptissima quæ tenuis est, & serosa; Nonnunquam etiam quæ crassior, ut pituitosa, & melancholicam commodè per quotidianas, quatuor tanque febres euacuari uidentur: nam etsi materia ipsa crassa est, & ob id inepta ad delationem per angu-

angustos eos meatus nihilominus, quum extenuatur, & aquoso humore diluitur nulla repugnantia per eas trahitur. Verum etsi huiusmodi humor per urinas elici potest, obstat tamen magna quantitas, & locus, qui enim copiosus est humor, tuto non educitur per angustos eos anfractus, si crassus quoque fuerit. Propterea scribebat Galenus in Methodo medendi, satius esse copiosum humorem ad alium trahere, quam ad renes, & vesicam ducere, idque magis verendum si illa partes vel vlcere, aut calculo, aut obstructione, vel imbecillitate vexari consueverunt. Periculosum siquidem fuerit ita affectas partes excrementis onerare. Sunt præterea inepti vniuersi humores ad huiusmodi vacationem, qui in habitu corporis, aut primis venis, vel in aliquo alio membro præterquam in magnis venis, & arterijs continentur: alij enim qui alibi sunt nullo modo per urinam purgantur, nisi natura sese ad eas partes conuertat.

Vrinam verò prouocantia à Galeno dicuntur esse extenuantia, & calefacientia, quæ ideo dicuntur id facere, quod sanguinem calefaciendo & extenuando, fundant, ex qua fusione sequitur (inquit Galen.) separatio serosæ partis ab alia, vel potius (vt meafert opinio) fit, vt facilius trahatur à renibus. Idem quoque faciunt quæ multa aquositate abundant, hæc enim fundant, & liquant, dum se permiscant alijs humoribus, quo modo iuscula urinas prouocare dicuntur, & vinum album. Tertij generis sunt, quæ incidunt, vt oximel, fundendo enim, & incidendo crassos humores idem quoque facit. Est & quartum genus, quod ex proprietate id facere putatur, non aliter quam ea, quæ purgant, veluti est capillus Veneris, halicacabus, siue alchexengi dictum, item rubia, erinacei carnes, & passeruli, quæ ostendunt se non fusione, & calore, quum sint frigida, nec aquositate, quum nonnulla sint crassæ substantiæ, neque acrimonia, qua penitus caret halicacabi fructus, sed à proprietate omnino id facere videantur, sicut etiã radicem cionæ nuper repertam facere notii: sic etiã Rhabarbarum, & Cassia per urinas humores trahunt, & hæc propriè dici deberent vrinatiua, etsi Galen. horum non meminerit in libris de Simplicibus, vbi solum facultates methodo inuentas, non autem à proprietate agentes, tradere instituit; ex accidenti enim urinas ducunt, quæ liquant, fundunt, humectant, & si mulant.

Porro, eligere oportet nunc ex vno genere, nunc alio, quod urinas ducat: nam vbi febris vehementior est, & copiosa est materia, tenuiora sunt eligenda præsidia, quæ absque calore opus suum perficiant, quando etiam copia humoris nisi prius per ampliores vias corpus fuerit expurgatum, ab huiusmodi remedijs vehementius agitata, & ad angustos meatus perducta, eos obstruere occludereq; solet; Leuiora quoque sufficiunt, si natura iam eo inclinat. Quod si febris non impediatur, crassiorq; sit humor, validiora sunt eligenda, quum nihil impediatur, & rebellis humor non aliter eo impelli possit.

Tempus autem exhibendi vrinatiua medicamenta, erit, quum corpus alia via est iam exoneratum, & declinat morbus, siquidem (vt dicimus) vbi magna est humorum copia, tutus non est eorum vsus, & quum noxios humores expellere debeat, naturæ victoria expectanda est, postquam licet malos humores à bonis separate, nec tamen impedio, quin ab initio ea tentemus, si modo leuiora fuerint, quemadmodum Galen. 1. ad Glauconem cap. de Tertianâ facit, qui etiam in quotidiana fuerint experitur. Quod si quis catalogum eorum, quæ urinas mouent apud Galenum habere velit, copiosum inueniet.

Mouet enim graminis semen, item acorum, atrium, brionæ germina, androfaces, anisi semen, abinthium, bdellium Arabicum, sabina, semen dauci, licet, maximè arietinum, serpillum, erithrodani radix, calamus aromaticus, fumus terræ, cortex radicis capparis cani, caucalis, carpesium, phu, costus, vmbilicus Veneris, semen crocodili, & alterius ciclamini, cumini semen, ligustici, cari, petroselini, radix ciperi, libisticum, radix lonchitidiæ, marathrum, & hippomarathrum, radix meu, nardi radix, & Celtica magis, fructus xiridis, radix ononidis, periclymeni fructus, sed vehemētius, ruta, pollium, selinum, seseli, cucumis, sison, syon, sifari radix, scanthium, scolini radix, scordium, sinirion, pastinacæ agrestis radix, schenantos, terebinti fructus, trifilon, solani fructus, halicacabi, item solani somniferi semen, camedrys, camepytis, lumbrici terræ cum mulo poti, item cantharides, cum alijs medicamentis minima quantitate mixtæ, pepones, semen lini, ite melopepon, iuniperi fructus, sinyrion, asparagi omnes species, mel despumatum, vina tenuia.

Composita medicamenta quæ describuntur ad urinas mouendas vtiliora potius sunt, quum vesicæ, aut rerum affectu urina supprimitur quam in febribus, quare satis est simplicibus vti prædictis incoctis in aqua, & melle, aut mixtis syrups cum decoctione illorum, quæ in sola aqua fit facta, cuiusmodi sunt syrups de duabus, aut quinque radicibus item de fumo terræ, nec exigua debet esse portio, quoniam per longos anfractus ad distantissimas vias ferri debet illorum vis, quæ facillè dissoluitur, si copia liquoris non iuuetur.

De his quæ sudorem mouent.

In primis illud videndum est, quisnam humor per sudorem vacuari postulet; est porro is qui tenuis est, & in exiguis venis in habituq; corporis potissimum cõtinetur: vt enim tenuis humor, qualis est serosus, & biliosus, facillè per angustos cutis meatus, & carnem permeat, sic ille qui in magnis venis, aut profundo corpore continetur, nisi à natura eo impellatur, difficilè ad cutim trahitur; vnde videmus, quotidianas febres per sudorem non finiri, quod humor sit crassus & viscidus; contra vero, tertianas omnes quanto exquisitiores fuerint, & ex acri tenuiq; bile confectæ, tanto promptius per sudorem discutiuntur. Continuos vero non nisi, & vix vnquã per crissim sudores tentare vtilis, quoniam in profundo corpore continetur illarum humor. Quare, in illis Medicus solum prouocare debet sudorem, quando natura eum tentauit per Crises, sed tamen absoluerè non potest.

Porro, sudorem mouentia sunt (inquit Galen. 4. de simpl.) actria, quæ tenuium sunt partium, hæc enim humores extenuant, & per angustos meatus facillè permeare possunt, & eos aperire si fuerint obstruati, idq; videntur per accidens facere, eo qd materia præparent; verum quædam sunt ignota antiquis, quæ propria vi, & tota (vt aiunt) natura sudores commouent, vt est lignum Indum, siue Guaiacum dictum, & radix china, quæ minore acrimonia tenuitate partium est prædita, quàm illa radix, quæ tamen longè inefficacius, quàm illa radix sudores eliciunt; Quinimò, radix hæc, austerum quid habet, & subacerbum, contrarium omnino quàm illa, quæ à Galeno sudorifica perhibentur. Præterea, non solum actria, sed etiam liquidiora, & modicè calida sudorem prouocant, sic enim aquam hordei, & iuscula cum saccharo, & camemeli decoctum, idem faciunt.

libro primo de Victu acutorum 18. inter acida solū oximel permittat venire in vsum, propterea mala arantia dicta, limones, mala granata, detestantur illi, quod scilicet adstringant.

Verū si Galenum legamus 4. de Simplicib. & penultimo 5. vbi de acido sapore agit, inueniemus huiusmodi saporem aperiendi, incidendi; facultatem habere, idq; sine calore, propterea miror, quoniam modo illi adstringere dicant. Quod si prædicta dicant non solo sapore acido esse prædita, sed etiā austeritatem aliquam habere adiunctam, vt negari potest, quando mala granata plura reperiuntur purè acida, tamen si id etiam concedatur, tantum abest, vt obfit ea leuis adstrictio, vt etiam plurimum proficit ad obstructions tollendas, vt Galen. est author lib. 5. de Simplic. cap. 11. quoniam adstrictoria ea vis roborat internos meatus, & propellit acidam aperiētem; facultatem, quod ostendit etiam vsus: nam limones dicti, tantam habent incidendi, aperiendi; vim, vt etiam calculos tenent frangere dicantur, & ipsos renes obstructos aperiendi; Quare non obest acidorum vsus, in febribus præsertim calidis, quibus non obest acidorum frigiditas: nam vt crassi, vt scidiq; sunt humores, requirunt aperiētia, quæ vna etiam calefaciant in biliosis verò, & acutis febribus, nihil commodius inuenias acidis.

Dulcia prohibentur etiam à nonnullis in febribus, quod Galenus scribat ea facillè in bilem verti: verū id ad omnes febres trahi non potest, vt illi faciunt: nam pituitosa, frigidaq; febres, id non habent periculum, quoniam quæ temperata sunt, minus etiam sunt calida, quàm expediat pro natura humoris; quare, in biliosis duntaxat, & æstuantibus febribus, dulcia oportet habere suspecta, in alijs verò profunt: sicut etiam amara, & salia, vt patet ex Galeno, qui in quartana falsamenta conferre scribit ad Glauconē, ad frigidos scilicet humores incidendos, extenuandos, & concoquendos.

Tosta damnantur quoq;, præferunturq; elixa, vt carnes elixate, quod scilicet hæc humidiora sint, & frigidiora, illa autem calidiora & sicciora, quæ febribus aduersantur: verū de his, vt de superioribus eadem est ratio: Vbi enim indicatio febris plus quàm causa, vt get, optima ratione elixa præferenda, alioqui eligenda sunt tosta, vt quæ superfluum humiditatem, & frigiditatem emendate sint aptiora.

Liquidiores sorbitiones etsi facilius coquantur, quod tenuiores sint, tamen vbi superfluum, & aquosus redundat humor, præstat crassiores efficere, siccitatem enim sequitur crassities: oportet tamen huiusmodi esse crassities, ut sufficere possit humori consumendo, & interim obstructions non intendant.

Calida ne an frigida, aut extenuantia, uel alia demum qualitate prædita, actu, uel potentia, exhibere oporteat alimenta, expendendum; qua in re licet dānare uulgares Medicos, qui in ardentissimis febribus calidas potiones, calidosq; cibos exhibent, & qui in omnibus hordeaceo, uel pane cocto utantur: neq; enim uehementes febres postulant actu, uel potentia calida, sed omni modo frigida. Pituitosæ febres, piper cum cibus, & alia huiusmodi postulant, ut uidere est apud Galenum 1. ad Glauconem in quotidiana, & quartana. Quare, ita statuendum, quod perpetuò febrili, & causæ resistendum, ubi non leuis est affectus, & pro illorum ratione qualitates eligendæ, quæ nunc febrili, nunc utriq; pariter succurrat. Quod si leuior sit affectus, consuete qualitates in cibus eligendæ, quoniam facilius coquantur insuetis.

Consumata (ut uocant) nonnulli censent omnino uitari debere, quoniam ab igne sicco qualitatem nitrosam, & saliam nimia coctura acceperunt; sic

A etiam destillata (vulgo sic uocata) fugienda esse putant, nisi coquantur in vase duplici, siue in balneo Mariæ, qui certè vt superiores, reprehendendi, quando scilicet causæ febrium nonnumquam magis vrgēt, quàm ipsæ febres, frigiditate, & crassitate humorum, quibus ignea, siccaque qualitates magis quàm aquæ competunt. Hæc ergo de genere, & qualitatibus nutrimenti quo in febribus utimur, sint dicta.

Quantitatem uero certa mensura definire non licet, sed potius coniectura quadam vt aliarum omnium rerum quantitatem, is tamen esse scopus debet, ne vires plus quàm oportet debilitentur, neue naturam perindè oneremus alimenti multitudine, vt non possit concoquere morborum causas, & putredo ex mala alimenti coctione augeatur.

B Modus autem eligi debet pro vitium modo, & morbi: nam vbi vires debiles sunt, partiri debet in plures vices, nisi morbus impediatur, qui sepius scilicet repetatur, & crebras cibationes prohibeat.

Ordo uero id spectare debet, vt proba fiat cibi coctio, & si quis alius vsus reperitur, hunc acquiramus, veluti est alium mollire, aut retinere: nam hoc casu dura, in alio humidiora præcedere debent.

Tempus cibationis accommodatum esse dicitur, quando vires exigunt, & nihil impedit, aut minus quàm in alio tempore.

Impediunt uero febres sua magnitudine, aut motu, quo enim tempore uehementer vrgente, tunc vires feliciter concoquere nequeunt, quas oportet aduersus causas morborum pugnare: quum uero per rigores, accessionesque febrium calor ad interna uocatur, periculum est, ne calor natiuus ex noua reuocatione à cibo facta, ita in angustum contrahatur, vt suffocetur; vel si hoc non accidit periculum, certè serius fruitur accessio, eo quod calor impeditur expandi, diutius in internis visceribus detentus; in fine uero & declinatione accessionis, nocet etiam citius, quoniam humores & calorem, qui ad externas partes feruntur, ad internas partes retrahit. Quapropter uidentur, quo tempore minus noxium sit cibum exhibere in febribus, id quod diuisione facta, quæ omnes febres comprehendat, hoc modo intelligitur.

Itaq; quum omnis febris uel continua sit, uel intermittens, si continua fuerit, & absque accessione infellet, spectandum est si aliquo tempore leuius quam alio habeat æger, & in eo, in quo minus afficitur, cibus offerendus: si uero pariter laborat in omni tempore, ea hora cibus exhibendus, qua æger edere consueuit, tunc enim sperandum est melius posse cibum confici, tanquam natura aptior sit ad sua munera obeunda eo tempore quo consueuit, quam alio. Quod si accessionem habeat, iubet Hippocrates in libro de victu acutorum, nutriendum esse quando calor ad pedes descendit, quia tunc declinat accessio. Verum si nulla expectetur per aliquot horas noua accessio, præstat etiā expectare donec calor, qui ad pedes descendit sit dissolutus, vt et declinantis accessionis calorem effugiamus. At si intermittit febris, interuallum est expectandum, aut certè ultima declinationis pars, si plus non liceat morari, ob aduentantis accessionis principium, aut alia ratione. Igitur quum in intermittentibus tum etiam continuis, aliquando ita longa sit accessio, ut bis in nonnullis, vt pueris, aut certè semel antequàm desinat, sit nutriendum; aut si superueniat alterius accessionis principium antequàm prior desierit, ita vt declinatio expectari non possit, uel interuallum, perpendendum quo tempore tutius nutrire liceat; qua in re recentiores nonnulli, augmentum accessionis aptius tempus esse dicunt, quam principium,

aut

aut uigorem, magis quam si in ipso principio, uel uigore alas: nam statum maximè omnium fugiendū esse credunt omnes: fatius uero esse, in incremento, quam principio alendum ægrum. Ex hoc parere putant, quod noxa, quæ ex tali nutritione oritur, ea sola uigori communicatur; Si uero in principio nutrias, communis ea quoque sit noxa incremento, & uigori, contra quos pugnant ueteres: nam 1. acutorum 46. pari incommodo prohibet Hippocrates in principio & incremento accessionis cibum dari; quo loco, etiam in principijs si vires labuntur cibum dari scribit, & 10. Methodi in statu dat, augmenti uero non meminit. Sicut nec etiam 11. nam si ratio spectanda est, principium augmenti principio accessionis dicitur simile, finis uero uigoris; At natura rei consulenda est. Igitur si erratum sit, & non liceat expectare declinationem, utpote quæ longius distet, statim cibum dabis quacunque hora ut Galenus 11. Methodi in biliosis; Si uero non est erratum in cibatione, sed cogaris bis cibare ob vires afflictas, & declinationis longitudinem, semel ante accessionem, post in declinatione cibabis, leuius tamen in illa, quam in hac. Quod si tantum spacij non datur, considerabis an difficilius habeat in principio, vel augmento, vel statu, & quo tempore facilius habet, nutries; in statu, si febris leuior est, & copia humorum urget, & somnus nocet & frigus uehemens sit, aut inflammatio interna urget, tunc enim nocet cibus in principio, & augmento plus quam in statu, contra uero in principio ales potius quam in statu, si contraria adsint.

De potu in febribus.

Sequitur ut de potu in febribus agamus. Acquam potiones quædam fumantur solius medicamenti usu, ut syrups, & aqua qua utimur in febribus ardentibus assatum sumpta, quædam uero tanquam alimenta ad vires rescificendas; quædam uero quæ partim nutritionis gratia, aut coctionis, vel distributionis, partim uero morbi Symptomatum, & causæ morborum gratia, de his, quæ solius medicamenti causa propinantur, agere non institui mus, nec de his, quæ solis uiribus profunt ad alimentum morbo contempto, & alijs morbosis affectibus, sed de his duntaxat quæ commodè per febres exhibentur cibationis tempore, aut ad sitim extinguendam in ipsis accessionibus febrium.

Sunt potiones huiusmodi, quibus antiqui sunt vsi, mulla, oximel, apomel, uinum, aqua hordei, aqua sola.

Verum non solum has, sed multo plures nostra ætas inuenit ex varia rerum compositione confectas: cuiusmodi est apud Britannos, & Flandros ceruicia, & nos aquam cum saccharo vel in qua decoctum sit cinamomum, vel anisum, vel coriandrum, vel aliquid huiusmodi propinare solemus; quinetiam, aquas stillatas, & stillata etiam ipsa (ut uocant:) & consummata. Exhibemus præterea aquam puram, vel hordeaceam mixtam cum Iulepis dictis, rosaceo inquam, violaceo, acetoso syrupo, vel de limonibus, aut acetositate citri, vel alio quocunque ex syrups usitatis. Utimur & uino, sicut & antiqui, de quo antea dictum est quum de coctione ageremus, & iam postea agemus. Itaque operæ pretium est ut omnium prædictarum potionum & uini usum ostendamus.

Mulla conueniet ubi febris ex pituitoso, frigidoq; humore consistit, periculumq; subest ne ob multitudinem ex potione uini commoueantur fluxiones,

A qua maximè uerenda sunt in omni statu, ubi adest multitudo, tum maximè in his, qui uel podagra, aut calculo, aut capitis dolore, uel alio quocunque malo, cuius causa est fluxio, tentari solent.

Oximelite utimur potius ut medicamento, quam alimentosa potione, quod etiam testatur Galenus in Methodo medendi, quoniam stomachum subuertit, coctionesq; & retentiones alimenti, rectè obiri prohibet: nihil tamen prohibet quemadmodum acetoso syrupo utimur, sic etiam oximelite uti possimus, præsertim in quotidianis febribus, ubi adest plurimus humor viscidus, qui incisione eget, atque eo commodius est oximel acetoso syrupo, quod mel saccharo sit calidius.

B Apomel, ex fauis apum maceratis in aqua conficitur, hoc nunc non utimur, quoniam saccharum cum aqua idem præstare potest; permitto tamen illius usum, ubi calidior subest materia, quoniam est ueluti mulla aquosa.

Vinum ante signa coctionis in febribus uix permittunt exhiberi Græci Medici, atque eo tempore quo apparent inditia coctionis, etiam in acutis febribus eo utuntur, qui mihi certè non placent: nam ubi febris contracta est ex frigidiora materia, quid prohibet quo minus ab initio illud propinemus, sicut alia, quæ suo calore coctionem in his iuuare creduntur, præsertim quod liceat reperire uina minimo calore prædita, ut etiam Galenus 12. Methodi de albis uinis prodidit.

C Ubi uero acuta sunt febres, & ardentes, nec etiã declinante morbo, aut certè ubi euidentia coctionis inditia apparent, conuenire putauerim, quoniam præsertim calidissimo affectu, à frigidioribus præsidia sunt petenda.

Aqua hordei perinde utuntur nostræ ætatis Medici, ut in omnibus ferè febribus, omnibusque morbis ea iam in usum uenerit. Verum ut in calidis admodum febribus nihil ea utilius, sic in frigidioribus temerè datur; uitari quoque debet, ne statum excitet; id quod fieri docet Hippocr. si usque adeo coquatur hordeum, ut tabescat: potest tamen & alio modo id fieri, hoc in primis non contempto, incocto simul coriandro, uel alio semine sicco, aut saccharo adiecto quum bibendum est.

D Aqua sola uix amplius utimur, quin saccharum uel aliquid aliud cum ea miscemus; Verum ubi ardentissima sunt febres, nihil ea commodius inueniri potest, quando ea simul refrigerat, & humectat, & aliorum admixtione calorè, uel siccitatem acquirit: nam quantum sacchari accipit, tantum periclitatur in bilem uerti. Sunt qui coquant aquam, id quod fieri non debet ubi refrigerationem, humectationemque summam desideramus, propterea, quod igneum quid coctione huiusmodi acquirit. Dãnan di quoque sunt, qui aquam decoqui uolunt, quam cum uino miscere uolunt; nam si uini caliditatem uerentur, præstat puram aquam eligere; si uero propria aqua incommoda, quæ omnia teste Hippocr. in lib. de Victu acutorum, ex frigiditate nascuntur, uinum illis medetur, & interim ingrata non redditur potio ex indicibili, & iniocunda quadam qualitate, quam aqua per coctionem acquirit. Nec uerendum est dum sola, & cruda sumitur, ut in præcordijs hæreat, quoniam in uehementioribus febribus in quibus conuenit, calor facilè eam ad se rapit. Ceruiciam, quam zithum, & Crumi uocare uidentur Dioscorides & Plinius, non ea incommoda parit, quæ ab illis huiusmodi potioni tribuuntur, quoniam non eo modo credo paratur hodie, ut olim, docetque id experientia: nam si humores corrumperet, ut antiqui uolunt, certè non conspicerentur tant candido

eandem elegantique colore, & forma illarum regionum incolæ, qui illa perpetuò utuntur.

Aqua in qua incocta sint femina, aut aromata calefacientia, statumque discutientia, utitur potissimum in febris, ubi unum suspèctum habemus ob fluxiones, & aquam eb flatus, ob id his maximè febris conuenit, quæ cum podagra, aut chiragra, uel capitis dolore consistunt.

Aquæ uero stillatæ, bibi solent accessionis tempore, ad sitim extinguendam, uel solæ, uel cum saccharo, etsi magis probauerim eo tempore hordeaceam aquam, quoniam fumosum nescio quid, & ingratiù olent, & ex plumbo inimicas corpori qualitates acceperunt.

Consumata in usum potissimum ueniunt, quum simul labantes uires in accessionibus reficere, & simul refrigerare studemus, quo tempore etiam stilla to uti solemus, siq, uel solis, uel cum aqua hordei simul mixtis utimur.

Aqua uero pura, uel hordeacea, aut per destillationem ex herbis elicita, utimur cum iuleb, & sirupis tempore quoq; accessionum, ubi & morbosæ causæ, quæ incisionem extenuationemq; postulent, & siti pariter succurrere uolumus. Atq; hæc quidè de potionibus consuetis, ad quorum imitationem aliq; excogitari possunt pro febrili, & causarum lædentium & complicatorum affectuum natura.

Qualitas uero pro supra dictorum ratione, & qualitate eligenda: nam sicut ea expetimus quæ sua facultate sint calidiora uel frigidiora, sic etiam actu frigida, aut calida propinare oportet prout uehementia ipsius febris, & causæ postulant, & stomachi infirmitas; propterea scribit Hippocr. æstate frigidum hyeme calidum bibendum.

Quantitatem potionis quidam definire uolunt, ne tanta sit, ut cubus innatet, & fluctuet, quod Galeni autoritate septimo Methodi confirmare uidentur. Verum uix id euitari potest in febris, in quibus ægrotantes parum edunt, plus autem bibere coguntur.

Quare præstat aliter quantitatem definire, quod scilicet tantum bibendum sit, quantum ad coctionem conferat, & sitim extinguendam, non tamen morborum causas augendas; in quo quidem maximi errores fiunt à medicis, qui uel parca potione siti ægrotantes enecant; quod etiam Galenus damnauit in libris de morbis vulgaribus, in Medicis sui temporis, aut nimia humiditate corpus grauant, morbososque humores accumulantes.

Quo uero tempore bibendū sit cibationis tempore non est docendum, quando naturam, & uisus docuit prius aliquid esse edendū, bibendum deinde. Quum uero in ipsis febris sola potio exigatur, Galenus 2. de Crisibus tempus aptissimum esse scribit in ipsius accessionis statu. Verum aliquid etiam præcipiendum erat de his febris, quæ continuo infestant, citra ullam accessionem. Quinetiam, ubi accessiones infestant, præstat nonnunquam in ipso incremento bibere: ueluti in febris admodū biliolis, quæ paulo post principium uehementem æstum inferunt, qui refrigerationem expostulat. Atque hæc satis de potionis usu.

De somno febricitantium.

Requiritur in febris somnum, & uigiliam, sicut cibum, & potionem ad uires animales recreandas, tum etiam ad coctionem tuandam; sed non omni tempore expetendus somnus, & nonnunquam etiam perueniendus,

A nocet enim maximè in accessionum principijs, præsertim, si cum horrore, uel frigore infestent, ut primo Aphor. 2. Prodest uero in declinatione, in medijs temporibus plus uel minus nocet, aut prodest, quanto magis appropinquat principio, & declinationi: nam in principio nocet, quia retractionem caloris adauget, unde impeditur ille exire, sæpius obruitur, & viscera grauatur, & fluxiones si aliqua in illis est phlegmone, augentur; Eadem sed minora fiunt in augmento incommoda; in statu semper non est tutus: nam quum multa, & crassa est materia, sit rursus concursus in viscera, unde caput grauatur, & alia accidentia intenduntur; in declinatione uero semper prodest suapte natura, reuocato, & roborato calore, qui antea dissolutus erat, & sparsus, qui postea validior fit ad expellendum. A prandio concedit etiam longiorum somnum Gal. 8. Methodi.

De Continuis Febris.

Expeditis his quæ communia sunt febris putridis, necesse est ad illarum differentias, & species descendere, ut singula singulis accommodari possint; alia etenim præsidia debentur continuis, quam intermittentibus febris, alia uehementibus quam mitioribus ordinatis, & inordinatis, alia pituitosis, alia melancholicis: sed quoniam non licet omnes differentias prosequi, & facile possunt nonnullæ ex alijs intelligi, propterea quæ præcipue sunt, in considerationem ueniunt, cuiusmodi est ea differentia, qua dicimus quasdam esse continuas, quasdam esse intermittentes. Quæ in re, non docebo quid continuæ intermittentiq; nomen significet, quum id ex nostro Opere ubi agitur de continuo intermittenteque morbo, facile intelligi possit; sed quod præcipuum est in hac re, aggrediar, nempe, quæ fiat ut quædam continuæ sint, alia intermittentes, idq; eo potissimum expendendum, quod non satis adhuc id explicatum in scholis putem creditum enim hætenus est, continuas ideo fieri febres, quod humor putrescat in uenis, intermittentes uero, cum extra uenas: nec tamen aliquis illorum est, qui ita sentiunt, qui uel minimam probationem adhibeat, sed omnes Galeni autoritate nituntur, qui (ut ostendimus) non satis re explicat, nec ab illis rectè intelligitur, quod citatis locis quibus illi utuntur patere, ostendam. Primum igitur Galenus lib. 2. de Crisibus, ubi incipit agere de continuis febris; Item, ubi agit de prænotione subitarum mutationū q̄ in morbis contingūt, non longè à fine libri, ita scribit priore loco. Exquisita febris ardens differt à Tertiana, quod in ardente bilis quæ putrescit maneat ad huc intra uasa, in Tertiana uero feratur per ueniens corpus; sic omnes intermittentes à continuis non humoris rationes, sed loci differre duntaxat scribit, quod in continuis putrescens humor maneat in uenis, in intermittentibus uero per habitum corporis feratur. Secundo uero loco ita scribit ad uerbum: Manentibus igitur in uenis humoribus, continuæ ex ipsis febres generantur, si uero moueantur, aut per totum corpus ferantur, hæc fiunt quæ cum horrore incipiunt, id est, intermittentes.

Secunda autoritas legitur 2. Commentario primi de Morbis vulgaribus, textu 20. ubi ita scribit: Ardentes febres fiunt, si in uenis abundat (prestant) ieciuoris, & uentris) bilis, Tertianæ uero, quum totus corporis carnes affluunt bile flaua: nam impeditis spiraculis eorum, qui natura sunt biliola, quantum bilis in carnosum genere congestum antea expurgabatur, illud retinetur, tertianæque gignit.

Tertia est autoritas in fine primi capitis 2. de diff

E ferent.

ferentis febrium, vbi ita scribit. Intermittentes uo-
do, quæ ad integritatem sensibilem desinunt ex hu-
more moto, ac in omnem corporis partem delato,
efficiente febrem; Continua uero sunt ex eodem
humore condito, & contento in uenis. Sic postea
quum de Tertiana, Quotidiana, & Quartana agit,
non aliter eas fieri scribit, quam ex humore delato
per corpora sentientia, & addit Cap. 4. de febre pitui-
tosa, pelli pituitam à natura per membra sentientia.

Legantur passim similes loci, & autoritates apud
Galenum, quibus recentiores fieri putant, ut
humores committentes Continuas, contineantur, &
putrescant in uenis; Intermittentes uero nasci ab eis-
dem humoribus putrescentibus extra uenas, quod
certè probare non possumus ex ipso Galeno, cuius do-
ctrina, & infiniti alij loci corrumperentur, & si ita in
illis sentiret ut ipsi putant, & natura rei huic placito
repugnat.

Primò, quod hæc uerba non ostendant putrescere
humores extra uenas, patet, quum scribat in illis
humores deferri per habitum corporis, quum exci-
tant Intermittentem: non deferri uero, sed manere
conclusos in uenis, quando Continuas faciunt, id
quod nos concedimus, moueri scilicet humores ex-
tra uenas per Intermittentes febres, in Continuis
uero minimè, putrescere tamen tum in Continuis,
tum Intermittentibus in uenis. Quare, ex prædictis
authoritatibus putredinis diuersum locum non con-
cludunt, sed motum duntaxat extra uenas in Inter-
mittentibus, quietem uero in uenis in Continuis.

Quod uero repugnet hæc opinio alijs Galeni locis,
patet ex nono Methodi, vbi ita scribit: Vbi in omni-
bus uenis, & præcipuè magnis continentur humores
febrem facientes, Continua sit febris: vbi uero
in unica animalis parte, accessiones, quæ certo ambi-
tu repetunt per unicum uero partem intelligere nõ
possumus habitum totius corporis, ut omnibus con-
stare puto, tum etiam ex manifesto loco Galeni 10.
Meth. vbi ita scribit. Possunt humores putrescere
uel in phlegmone, uel sine hac, in ipsis uasis, idq; aut
in una animalis particula, in finibus ipsorum impa-
cti; aut etiam in totis eorum capacitatibus quæ inter
bubones, & alas sunt, comprehensi. Vbi satis ostendit
per unam particulam non intelligere habitum
corporis in quo infinitæ continentur, & humores
intermittentem febrem committentes impacti esse
non possunt in habitu corporis, si modo dicuntur
per illum ferri.

Præterea est clara autoritas 11. Methodi, vbi ita
scribit: Quoniam putredo uel equaliter in omnibus
sublittit uasis, uel in maximis, maximeq; principali-
bus, (eæ potè sunt inter alas, & inguina) uel una
quapiam particula, quæ uel phlegmonem in se ha-
bet, uel etiam citra phlegmonem, ueluti in foco quo-
dam principium febris in se continet. Ex quo illud
patet per partem illam intelligere Galenum non aliam
quæ ab illo dicitur esse focus febrili.

Quam ob rem, quum focus Tertianæ dicatur esse
Hepar, Quartanæ Lien, Quotidianæ Ventriculus, sa-
tis constat oportere intelligere in ea parte putrescere
humores per singulas febres intermittentes: alio-
qui si ponamus etiam in habitu corporis putrescere,
sequeretur in duobus locis fieri putredinem in foco
febris, & in habitu corporis, ut in Tertiana in Hepa-
te, & in habitu corporis, quod esset omninò absurdum.
Præterea, quum Galenus præcitato loco 11. Metho-
di, non longè à principio, quod commune est omni-
bus putridis febribus tradat, dicat autem uel in ma-
gnis uasis, aut in phlegmone, aut foco febris humores
putrescere, nulla autem facta mentione habitus
corporis constat temerè id poni ab alijs ex Galeni

A opinione, qui illis manifestè repugnat: qui quum
eodem libro postea scribat, Synochas febres fieri à
putredine, quæ totum corpus occupauit, satis ostendit
se nolle ponere intermittentes ex humore putre-
scente in totius corporis habitu, quando sic continuè
ab intermittentibus non differrent; nec oportet pu-
tare, continuas ex internis obstructionibus, inter-
mittentes uero, ex cutis adstrictione nasci, quando
scribit eodem libro, sisti transpirationem, & conti-
nuas excitari, uel stipatis finibus uasorum, uel tota
cute. Quare, ex Galeno probari non potest putresce-
re humores extra uenas in habitu corporis, quum in-
termittens affligit febris, sed potius contrarium.
Docet id quoque rei natura: nam si humor huiusmo-
di putrescit extra uenas in habitu corporis, uel id fit
quum mouetur, & rigorem uel horrorem excitat,
uel antea: non antea, quia quum febris nascitur ex
putredine, oportet antea inuadere febrem quam in-
cipere rigor, id quod non fit, & multo minus pu-
trescit, quum iam mouetur, & per singulas partes
cutem uersus propellitur, quoniam in instanti non
fit putrefactio, siue minimo temporis spacio, sicut
nascitur subito huiusmodi motus. Quinimò, motus
huiusmodi euentilationis est causa non putredinis,
quæ oritur quum humores quiescunt, & transpira-
tione prohibentur, sicut apparet in aquis, & alijs re-
bus, quæ motu sese tuentur à putredine, quiete uero
eam ascescunt.

Præterea, sequeretur nullam febrem intermitten-
tem sæpius infestare posse per accessiones, sed omnes
in prima accessione finiri; quoniam si ex humore il-
lic contento, & putrescente febris nascitur, & per
singulas accessiones præsertim in tertianis uniuersus
humor extendatur, quænam potest esse nouæ ac-
cessionis causa? nam si bene affecti sint fontes humo-
rum, & foci febrili, nulla erit nouæ accessionis cau-
sa, propterea quod deest materia, quæ à fontibus sup-
peditatur. Quare, si uniuersam huius rei causam po-
nimus esse putredinem extra uasa, sequitur quod di-
ximus, nempe in una accessione febrem omnem in-
termittentem penitus dissolui debere. Idem quoque
licet alia ratione probare: nam quum putredo na-
scatur ex prohibita transpiratione, necesse est adstri-
ctam esse cutem si sub ea humores putrescere debent,
ex quo sequitur primum inconueniens, quod nulla
febris intermittens ex internis obstructionibus na-
sci possit; Quid enim conferret interna obstructio
ad generationem huiusmodi febris, si humor extra
uenas putrescit? Quæ ergo sanguinem mittimus,
& aperientia propinquamus si in uenis non est obstru-
ctio, oporteret enim solis rarefacientibus quod uo-
xium est educere, quod si concedamus, uniuersam cu-
randi rationem excogitaram ab antiquis, & uisum con-
firmatam euertimus.

Secundum incommodum est, quod quum per sudores
superuenientes in fine accessionum discutia-
tur uniuersus humor, qui accessionem committebat
necesse sit iam cute aperta, & rarefacta, nullam aliam
subesse nouæ accessionis gignendæ causam.

Ad hæc communis ratio esse debet, & causa omni-
bus intermittentibus, quæ certè nullo modo quoti-
dianis, & quartanis conuenire potest: nam ut fortè
quis eam causam conuenire putabit tertianis, quæ
ex humore bilioso, & tenui, & ob id facili ad dissi-
pationem per uniuersum corporis habitum consistit,
sic certè pituita, & humor melancholicus, crassi &
viscidi humores, ita disseminari non possunt per ina-
nia ea spacia, carnemque ipsam, & illic putrescere, ut
illi uolunt. Ex quibus patere puto, falsam esse illo-
rum opinionem, qui febres intermittentes fieri di-
cunt ex humoribus putrescentibus in meatibus, qui
per

per totam carnem intermedij apparent, siue in spacijs inanibus qui inter musculos conspiciuntur, & ideo illic eos humores putrescere, quod cutis sit adstricta, & propterea non differunt. Quare natura rei consulenda est, quæ aperiat, quod querimus. Igitur, quum omnes morbi, qui ex humore nascuntur sint ut ostendimus in Opere nostro, vel continui, eo quod uniuersus humor nunquam expellatur, donec ad perfectam solutionem sit puentum; intermittentes uero fiant, quando expelli potest, qui priorem accessione fecit, & alius postea regigni, qui aliam exciter. Dico continuas fieri febres, quando humor in uenis putrescit, nec excerni potest quicquid est putrefactum, idque uel ob copiam, aut crassitiam humoris, uel ob uas occlusas contingit: quomodo Synocha febris siue putrida, siue non, & diaria sunt continuæ, quod ex sanguine fiant, quem natura tanquam familiarem, & copiosum extrudere nequit; ardentes uero febres, uel quod nimia sit bilis copia, uel meatus occlusi, continuæ quoque sunt.

Intermittentes uero fiunt, quum humor in uenis putrescit, maximè in minoribus, & postea quam putrefactus est, materia insurgit ad eum expellendum, uel per sudorem ut in tertiana, aut uomitum, ut in quotidiana, aut per aliam quamcunque uiam, ut per urinam aliquando, aut per insensibilem transpirationem.

Postea uero ex foco febrium transmittuntur noui humores malè affecti, & ad putredinem expositi ab hepate in tertiana, à ventriculo in quotidiana, à liene in quartana, qui similiter ut priores in uenis putrefacti, deinde ob acrimoniam, ex putredine partam, aut ob alienam substantiam, quæ ex corruptione nascitur, irritant expultricem, quæ partim in habitum corporis, partim in alias partes eos extrudit; atque, id est quod dicebat Galenus, tum in locis præcatis, tum in fine 2. libri de Differentijs febrium, continuas scilicet febres nullo loco peculiariter affecto nasci, sed ex humoribus, qui in magnis uenis continentur, & tandiu febres pariunt, donec vel concocti, uel consumpti, aut expulsi tandem apertis meatibus febres finiant; alias uero, quæ intermittentes sunt, nasci, eo quod transmittatur humor extra uasa, & expellatur postea, deinde affluat noua materia, quæ idem ut prior efficiat. Quæ opinio multo est probabilior quam aliorum, & consentit eum ipsa curatione, & generatione istarum febrium, & Galeni auctoritate.

Verum, illud prætermittendum non est, continuas febres duplicem generationem habere: uel enim nullo loco affecto consistunt, ueluti est caussa, aut Synocha febris, de quibus intelligendus est Galenus ferè semper, quum de continuis febribus loquitur, & eas absque alienius loci passione fieri scribit, quoniam ut ille primo ad Glauconem refert, has propriè uocantur febres antiquiores. Sunt uero alia, quæ ex membris inflammatis originem ducunt, quales sunt febres Pleuriticorum, & Peripneumonicorum, aut angina, uel phrenitide, aut hepatis, uel renum, aut denique aliarum partium inflammatione laborantium, qui affectus, quoniam continuo calorem cordi suppeditant, ideo continuas febres pariunt.

De Febris Synochis, & alijs continuis, quæ per accessiones infestant.

Quæ sint continuarum febrium causæ, & intermittentium, ostensum esse puto: at quum inter continuas quædam eum tenorem, quem ab initio acceperunt perpetuò ser-

uent; alia uero certis temporibus intendantur, & remittantur, huius quoque rei causæ querenda est. Quæ in re Galenus uidetur ponere causam synocharum febrium ex loco, non autem ex diuersa materia, ut ex multis illius libris probare licet.

Primum enim clara est illius auctoritas, ultimo cap. 2. de Differentijs febrium, in fine, ubi ita scribit: Qui sine circuitione fatigant, in ijs nullus locus peculiaris est affectus, sed humores in uenis, & arterijs omnibus, maximè quæ in maximis & calidissimis sunt, accenduntur. Quam auctoritatem si quis putet non de synochis solum, sed de omnibus continuis scriptam, non desunt aliunde alia auctoritates, ut ex nono Methodi, ubi scribit de synocha putrida; ubi in omnibus uasis succi putrescent, putrida sit synocha. Et paulo antea: Ad hoc ut sit synocha, id solum spectare uidetur, ut humor transpirare non possit, aut æqualiter, uel inæqualiter pro differentijs synocharum transpiret. Item 11. eiusdem Operis ita habet ad uerbum: Ac primum eam tractandam proponemus, quæ uel in maximis uasis, uel simul omnibus consistit, quæ igitur ex tali affectu oritur febris, planè necesse est synochon esse.

Item alio loco eiusdem: Putredo, quæ totum corpus occupat, febres synochas facit. Quæ satis probat eum spectare magis locum, quam humoris diuersitatem; Si enim huiusmodi febris fit quum in magnis uasis humores aut sunt excalescenti, uel putrescunt, contineantur uero illic tum sanguis, tum bilis utraque, pituita, & ferofus humor, quorum unusquisque febrem accendere potest, constat eum non spectare quid humor suapte natura efficere possit, sed locus ipse: ut enim intermittentes euadunt omnes febres, quum extra uenas reijciuntur humores, sic profecto synochæ fieri uidentur, quum iidem intus conclusi sunt. Quod uero idem sit, & non ex uno humore synochæ fiant, sed ex pluribus fieri possint, dummodo locus idem sit, ex alijs Galeni locis ostendi potest; etenim, 2. cap. 2. de Differentijs febrium ita scribit: Continuas, quæ ex flaua bile consistunt, duo genera habere, unum Synocharum, alterum earum, quæ generali nomine continuæ dicuntur. Ex quo patet eum uelle, ex bile etiam fieri synocham. Item, 2. de Crisibus ita scribit: synocha est ex genere ardentium, acutis uero ab illis differt; Est autem biliosa hæc febris, & in prima septimana iudicatur.

Quod uero ex sanguine fiat, patet in primis, quod scribat 9. & 11. Methodi, huiusmodi febrem propriam esse ijs, qui boni sunt habitus, & multo sanguine abundant, quoniam (inquit) non potest porrigi calor, & putredo in omnes uenas æqualiter in frigidum habitum; unde concludit, quod neque in frigidis, nec gracilibus, nec raris corporibus, sed in calidis, carnosis & sanguineis, densisque corporibus procreari. At biliosi graciles sunt ut plurimum, nec multo sanguine abundare possunt, utpote, qui calidi sunt, & siccis. Secundum argumentum sumitur ex curatione, uult enim mitti sanguinem in synochis usque; ad animi defectum, quod non faceret, si sanguis non esset qui peccaret. Tertio si scribit nono Methodi, Synochas non putridas, & diarias eiusdem esse naturæ, at diarias ex sanguine excalescenti, ut 12. cap. 2. de febribus docet, fiunt. Quare & synocha ex sanguine nascuntur. Item scribit 2. textu primi Commentarij 6. Epid. Synocha (inquit) accenditur ex sanguine putrido. Docet præterea id natura rei: nam in illis debent poni putridæ humoribus, in quibus ponuntur non putrida: at non putrida in sanguine omnes collocantur, quare & putrida. Præterea, si ex alio humore quam sanguine fierent, non essent synochæ sed per accessiones infestarent: nam biliosi morbi ter-

tio quoque die ut Galenus habet in Aphorismis, 12. primi exacerbantur, pituitosi quotidie, melancholici quarto quoque die, ubicunque putrescant huiusmodi humores, ut ostendunt febres ardentes, & continuę tertianę, quę ex humoribus putrescentibus in uenis magnis consistit, quoniam tamen bilis est, quę putrescit, tertio quoque die per accessiones infestant. Quum ergo uariet in hac re Galenus, & synocharum causã nunc ponat in materia, quod scilicet sanguis sit, qui perpetuum tenorem facit, nunc in loco, quod scilicet in magnis uasis humor putrescat, qualiscunq; fuerit, uidentium est utra opinio sit uerior.

Admirari quidem uerior putatur esse, quę ex materia causam ponit, quã ea quę ex loco. Primo, quod iam antea diximus, quod synocha non esset, si ex alio humore putrescente in magnis uasis febris accenderetur: quoniam biliosi morbi ex bile putrescente semper consueuerunt tertio quoque die exasperari, non usq; accessiones facere. Quare, quum synocha nullas habeat accessiones, sed perpetuum seruet tenorẽ, quem ab initio accepit, constat non ex bile, aut alio humore præterquam ex sanguine fieri posse. Ex materia ergo causa petenda non ex loco, qui quum idẽ sit ob diuersam tamen materiam nunc facit, aut non facit accessiones. At si quis dicat, morbos ex sanguine quotidie circa primam diei partem, qua sanguis uiget exasperari, ut circa meridiem biliosos, & uesperam melancholicos, pituitosos uero circa noctem, uerum quidem dicit, sed huiusmodi exacerbationes leuioris sunt momenti, quã ut inter accessiones computari debeant: sic enim tertianam febrem duntaxat tertio quoque die accessiones habere dicimus, eo contempto, quod certis horis singulis diebus accidit.

Verum contra id, quod dicimus synocham putridam ex sanguine fieri, oritur in primis dubitatio, quo nomine sanguinem capere oporteat, an pro tota massa, an pro quarto humore, qui proprie sanguis dicitur. Deinde, quod negare uideatur Galenus, sanguinem putrescere posse, quin transeat illius pretio tenuior in bilem, crassior uero in melancholiam. Ita que quod ad primum attinet, satis constat, sanguinẽ intelligi uniuersam humorum massam, quoniam ea tota patitur, nec secretus ab alijs humoribus sanguis apparet, & per remedia uniuersa massa adhibita, synocha tollitur febris, imaginatumq; potius sit, quã aliqua ratione probari possit quartum humorem sanguinis nomine donatum, putrescere.

An uerò uniuersa sanguinis massa putrescere possit, & quodnam febrium genus ea putrescente accendatur, nunc expendendum. Quia in re Galeni, 12. cap. 2. de Differentijs febr. concedit quidem sanguinem ipsum putrescere posse, nimirum quum ab aliena caliditate corrumpi, quod est putrescere, possit; quod ostendunt, & inflammationes, & omnes alii affectus in quibus sanguis non diffiatur, & ob id putrescit; & de hoc non est dubium.

Cuius generis uero febris nascatur ex sanguine putrescente, Galenus non satis explicare uidetur, aut certè non intelligi quod ab eo scribitur, etsi fortè illis occasionem dedit deprauata intellectio confusio, quã ab eo nascitur: etenim capite præallegato 2. de febribus, febres natas ex putredine sanguinis accessiones habere, quã proportionẽ tertianis respondent, scribit, eo quod sanguis dum putrescit, partem unam habeat tenuem, quã in bilem flauam transit, aliam crassam, quę in atram uertitur. Quia in re multa sunt expendenda, & illud in primis, quomodo Synocham uelit esse quę bilis accessiones inferat. Si enim Synocha nullam habet accessione, & ex sanguine sit, ut ex superioribus locis ostendi-

mus, temerè dicitur eam seruare proportionem tertianę: siquidem repugnat febrem infestare sine accessione, & cum accessione, idest Synocham esse & non Synocham. Deinde, quum tenuior pars, quã est in sanguine in bilem transeat, crassior in atram, sit etiam aliquid pituitę, quę per calorem dicat partem in bilem, aliam in atram uerti, & nihil in pituitam, & quę perpetuò bilis flaua, & non atrę accessiones fieri debeant, docendum id quidem fuerat, etsi fortasse responderi potest, quod scilicet calor extraneus generationi pituitę repugnet, quare merito ob aslationem bilem utramque & non pituitam ex sanguine fieri scribit; Ad tertianę uerò modum, & non quartanę fieri accessiones febrium, quã ex sanguine putrescente nascuntur, id non est perpetuum, sed ut plurimum: unde dicebat Galenus potissimum fieri, non autem semper, quoniam nonnumquam etiam ad quartanę formam fiant febres, quando scilicet exuperat in sanguine humor melancholicus, crassaque pars, & terrena: quoniam tamen biliosa plus abundare solet, faciliusque accenditur, ideo ut plurimum accessiones, quã fiunt ex sanguine putrescente, tertianę naturam referunt.

At illud perpetuum non est ex sanguine putrescente excitari huiusmodi febres, quã tertianę modo infestent, quando (ut diximus) Synocha non possit esse, quã ita affligeret, quod quum animaduertissent recentiores, huiusmodi febrem quã scilicet ex sanguine putrescente nascitur, quodammodo biliosam, & non biliosam quod scilicet mitior esset quam quę ex bile nascitur, & nonnulli etiam non putridam simpliciter, sed mediam inter diariam, & putridam putarunt; in qua quidem re, rectè sentiunt, quod mitior sit febris quã ex bile & sanguine procreata est, quam quã ex sola aut flaua aut vitellina gignitur; id tamen perpetam sentiunt, non esse uerè putridam, Galenus 9. & 11. Methodi, Synochas in putridas, & non putridas aperte distinguit, & de non putridis fortasse dubitatio oriri possit an uerè diarię sint, uel non, putridam ueram nemo unquam in alio genere quam in putridis ponet.

Verum illud quonã modo dicere possumus quodammodo esse biliosam, & quodammodo non, quã ex sanguine nascitur. Si enim biliosa est, Synocha esse nequit, si Synocha, nullas accessiones habebit, quare nec tertianę modo. Quare ergo Galenus Synocham ponit putridam 11. Methodi sine accessione ex sanguine natam, libro uerò 2. de febribus ex sanguine putrescente fieri febrem scribit, quã tertianę modo repetat: siquidem intelligamus febres ex sanguine putrescente natas perpetuò ita infestare, negamus Synochas esse, & naturę rei repugnamus, tum prædictis Galeni locis, licetq; contra illum agere illis fortissimis argumentis, quibus Auicenna illius opinionem impugnat: quorum est primum.

Primum si sanguis putrescens sit cholera, & sit febris ex bile, non amplius est febris ex sanguine, sed ex bile, causon ergo, uel tertiana.

Secundum etsi concedatur, post putredinem sanguinis tenuiorem portionem in bilem transire, non tamen id propterea negat febrem fieri ex sanguine, quum ipse putrescit, aliud enim est loqui quum sit putredo, aliud de eo, quod putredinem sequitur, sicut ille scribit; & aliud est loqui de ligno quod comburitur, aliud de eo, quod combustionem sequitur, sit enim combustio ligni, & sequitur cinis, nec dispositiones, quã in cinere nascuntur, tribui debent ipsi ligno dum comburitur.

Tertium. Etsi ex calore sanguinis gignitur bilis, quum scilicet sanguis putrescit, non tamen propte-

feâ fiet febris, quæ tertiã modo infestet, quoniam non solum oportet bilem gigni, sed etiam eam putrescere, quod enim à putrido (inquit) fit, non necessariò putrescit, aut putridum dici debet. Quare non solum necessarium est gigni bilem, sed etiam eam putrescere, quod non est semper necessarium; sicut videmus in alijs humorum generationibus fieri, quãdo scilicet ex nimio motu, aut vigilia, aut alia causa calefaciente bilis gignitur, & tamen biliosa febris non fit, quoniam scilicet bilis non putrescit.

Quartum. Generatio bilis ex sanguine putrescente non fit in instanti, nec illius putredo, quare quum interim sanguis putrescat, necesse est aliquam fieri febrem putridam, quæ certè ex sanguine fit putrescente, quæ nec potest habere accessionem tertiã, quoniam ex bile non fit. Quare sequerentur hæc omnia incommoda, si ex sanguine putrescente biliosam tertiã; modo infestantem febrem gigni diceamus. Quid ergo dicemus ad Galenum, qui nunc Synochas ex sanguine putrescente, nunc tertiã accessionem referentes febres gigni scribit? Certè aliud dicendum, quam qui partim biliosas partim non simul huiusmodi febres esse dicunt, quum repugnet prorsus synocham esse, aut non esse febrem, sed dicemus, quod Galenus intelligendus sit febrem ex sanguine putrescente Synocham esse ab initio, & per aliquot dies talem perseverare, tandem verò tenuem illius portionem durante calore transire in bilem, quæ postea tandem etiam putrescit; & excitat tertiã modo febres tertio quoque die infestantes. Quæ interpretatio Galenum tuetur ab urgentibus alioqui Auicennæ argumentis; & expressa contrarietate, tum etiam naturam rei defendit.

De causis Synocha febris.

CAusas huius febris explicat Galenus 9. Methodi. & 11. quod scilicet nec in corporibus gracilibus, nec frigidis, sed in calidis, & multo sanguine, & bono, uel calidis excrementis refertis, non in pituitosis, & melancholicis fiat, tum etiam in his, qui multa, densa, carne abundant, & denique in plethoricis corporibus. Redditque huius rei rationem, quod quum oporteat putredinem celeriter per maxima vasa ferri, id fieri non possit, nisi subsint humores calidi, & quæ possint obstructions stipitationesque facere, quæ in abundantia humorum, & corporis adstrictione promptissime fiunt. Verum genera causarum hæc tractatio non distinguit, ita ut intelligere liceat, quid materia, quid efficientis, quid uerò loci, sine causa sine qua non, ratione obtineat. Igitur dicemus materiam huius febris sanguinem esse, formam putredinem, unde putrida dicitur, subiectum esse corpus densum, & sanguine, carnesque plenum. Quid vero sit occasio, & efficiens causa ipsius putredinis, nunc docendum. Quæ in re scribit Galenus locis præcitatis, huiusmodi febres nasci vel ex cutis constrictione, vel ex finibus vasorum stipitatione. Verum quum cutis constringi possit, & illius meatus ocludi, vel à dentantibus solum, vel ex ob-
structione, fiat verò densatio vel à refrigerantibus, vel adstringentibus extrinsecus adhibitis, quorum citò vitia emendari possunt, nequeunt hæc Synocham efficere, quæ plures dies durat, ut Galen. 9. Methodi, sed Diariam potius obstructio verò quum fiat vel à copia, vel lentore, aut crassitie humorum, non immeritò potest parere huiusmodi febres. Verum quum humores qui obstructions pariunt, non spontè ad cutem ferantur necesse est causam aliquam præcedere, quæ eos commoueat: atque id est quod Gal. 11.

A Methodi scribit, contingere, scilicet ut humores ruant confertim ad cutem, ex violentis, aut superfluis exercitijs, vel ex ira, aut balneo intempestiuè adhibito, aut externo calore, aut alia denique huiusmodi occasione; id quod nos vsu venire videmus: nam qui pleni sunt sanguine, & ociosi, quum multum se exercent, aut in lassitudinem phlegmonosam, aut statim etiam in febrem incidunt Synocham. Oriuntur & ab his occasionebus quum leniores fuerint, intrinsecus obstructions: nam causa, quæ non potuit foras euocare humores, potuit colligare, veluti concretos humores, qui ad orificia vasorum internorum delabentes, obstructions concitant. Quæ verò vna fiat solum accessio, & non periodus? causam volunt esse nonnulli, magnam stipitationem ut plurimum transpirare effluuij nequeat, sed semper tantus seruetur fumidus vapor, ut febrilem calorem seruare possit; tum, quod materia subsit multa, ut deficere non possit sicut in alijs, quæ per circuitum repetunt: suppeditatur enim putredini materia ex copia humorum, ut deficere nunquam possit. Verum potius ex materia ipsa ratio petenda, quod scilicet sanguis sit qui putrescit, quem ostendimus esse febris synochæ causam, fit enim maior nonnquam stipitatio, aut certè æqualis per biliosas febres, & tamen accessio fit, quia bilis putrescit, & in pituitosis, crassisque non deest materia, & tamen per accessiones urgent febres tanquam non copia, sed natura humoris continentis febris sit causa. Quod verò vel semper crescant, aut decrescant, aut eundem tenorem seruent Synochæ febres, antea ostendimus, quum de non putridis ageremus: Estque ratio etiam communis his, quæ putridæ sunt, quod scilicet plus aut æqualiter, uel minus expiret vaporis, quam attollatur, ut Galenus etiam author est; Sed quæ fuit hæc æqualitas, uel in æqualitas, non docet; videtur uerò ratio peti ex magnitudine obstructionis, & copiarum: nam in ea, quæ semper crescit, & ob id Agmastica dicitur, maior est obstructio, & copia, unde plus putrescit, quæ dissolui possit, in paragmastica verò minor obstructio, & copia, in alia uerò æqualis, quæ ob id æquales faciunt accensionem, & dissolutiones.

At si quæras, quoniam modo tempora sua habeat huiusmodi febres, quæ semper vel crescant, aut videntur, vel decrescunt? inuenies Galenum varia de hac re sentientem, quum in libro de optima secta, neget huiusmodi febres habere omnia tempora, id verò contendat in libro de Temporibus morborum: cuius opinio eo loco probabilior est: nam etsi vigere semper dicatur, aut crescere, aut decrescere, non tamen ita est, sed quæ vigere dicitur, principium, incrementum, & declinationem momentanea habet, vigorem autem longissimum, ut putetur ob id ab impertis solum vigere; sic de alia, quæ semper crescere, aut decrescere putatur. Ex quo constat, coctionis, & Symptomatum inditia non simul perpetuò coincidere: quum enim declinat febris, vix adhuc exigua coctionis inditia obtinet vrina: quum adhuc viget, aut crescit, alias coctionis notas representat. Vrinæ, quales in alijs febribus per illarum declinationes apparent.

De Signis.

Non sunt propria huius febris inditia, ut satis patet ex 9. lib. Methodo apud Galenū, ubi refert se expectasse sequentem diem antequam sanguinem mitteret, ut certius cognosce-

ret cuius generis febris esset. Nec mirum, quum ex genere sint Diarum, & quaedam non statim putredinis notas habeant. Verum non inutilis coniectura sumi potest ex humoris copia, corpore subiecto, & causis efficientibus: vbi enim subest magna sanguinis copia, & corpus admodum densum, & carne refertum, & quae obstructions pepererunt causa valida, Synocham suspicabimur esse, & eam putridam si adsint in vniua, et in pulsibus putredinis signa. Quin & illud explicandum est, quae sint Signa, quae ostendant continuam febrem in genere; De qua se scribit Galen. 1. ad Glauconem, quod scilicet cum rigore non inuadant continuam, quamquam tamen postea id explicet, quod scilicet, oporteat rigorem intelligere vehementiore, quoniam cum leui rigore potest esse Semitertiana, aut alia ex genere Continuarum. Verum quia ita fiat, non satis ostendit. Est autem ratio quare continuam inuadant sine rigore, quod. s. humores putrescentes in uenis illie contineantur, nec extra propellantur ut in febris intermittētibus. Quare merito cōtinuam iudicamus, quae sine rigore incipiunt, qualiscunque ille fuerit: nam rigor Semitertianam quidem sequitur, sed non Continuam febrem monstrat, sed potius intermittētem, quae est coniuncta cum continua. Quare, illud perpetuum est, rigorem ostendere intermittētem si vna cum febre inuadat rigor, & non praecedat instantem Crisim, sicut dicebat Hippocr. in Aphorif. A Causone superhabito, rigor superueniens, febrem soluit. Quod si aliquando cum rigore inuadit febris, quae postea continua apparet, vt saepius nonnullos videmus in primo febris insultu rigere, postea vero nunquam, sed continua febre laborare, id fit, vel quod rigor ab externa causa vt frigore externo sit contractus, vel quod primò in cepit intermittens, quae tandem in continuam degenerauit, putrescente in uenis humore, qui postea extra effundi non potuit. At ex vno indicio vniuersum genus continuam febris dignoscere velle, artificiosum non est, mirorque eum authorem nusquam plenam tradidisse doctrinam, quae continuam febres dignoscantur, & ab intermittētibus distinguantur. Quare consultis fontibus Signorum, rem ipsam aperiamus. Quantum ergo atinet ad essentiam febris calor ipse (vt diximus) statim inuadit absque frigore aut rigore, & vehementior est, quā sit in intermittente sui generis, quae ab eadem materia fit, & ardentem eiusdem cum tertiana generis uoco: nam quoniam putrida manet in uenis materia, necesse est vehementiorem nasci in corpore calorem in continuam, corde scilicet & alijs fontibus caloris magis offensis: acrior verò, aut suauior calor non distinguit has febres, quum id ex materia subiecta proueniat, quae eadem continuam, & intermittētibus subiecitur. At ex partibus ipsius febris indicia sumuntur: quum enim in intermittētes accessiones habeant, quae ad summum 24. horarum spacio finiuntur, principium incrementum, statum, & declinationem breui obtinent; Quare citò crescunt intermittētes, continuam verò per plures etiam dies sine incremento perseverant in initio, habentque longiora sequentia tempora. Quare, si uiderimus per aliquot horas febrem non augeri, constabit esse continuam: ex tempore vero solutionis expectare inditia, artificiosum non est; vt autem sine rigore, sic etiam sine vomitu, & alui deiectione suapte natura inuadunt continuam: nam quae cum his Symptomatis incipiunt, ea non habent tantam propria, & inseparabilia, sed contingit vna cum illis misceri, vt inter se componuntur affectus diuersi generis.

Sumuntur & à causis notae, à validioribus enim

A causis, & ab internis potissimum nascuntur continua, ab alijs verò intermittētes potius, in densis praeterea corporibus, in sanguineis, in crassis, potissimum nascuntur continua, quoniam suppetit materia earum generationi apustima. Quod si adsit affectus aliquis, qui continuam necessariò pariat, vt Pleuritis, Peripneumonia, aut alterius partis inflammatio, quam febris sequatur, merito eam cōtinuam existimabimus. Quin & ex causis inuancibus, & laedentibus inditia quaedam sumi possunt: iuuuant enim quibusdam continuam, à quibus laeduntur intermittētes, vt sudore, vomitu, & alijs excretionibus quae in primis diebus fiunt. Quod si fuerint allicius continuam febris inditia, vt Synocha, ex specie quod quatuor in genere facile innotescet. At Symptomata vel propria ipsis continuis, vt calor sine rigore, aut quae sequuntur aliquam ex continuis, ut pulsus, animique defectus, sopores, & deliria diuturna, quaeque ampliore calorem comitantur. Prebet quoque notas continuam febris veluti, & vrinae, aliaque excrementa, quae plurimū à naturali statu recedunt, in suo genere continuitatis sunt notae, veluti si subingales, vel decoloratae, aut admodum rubrae emittantur; vel si supprimantur, aut pessimo odore infectae, emittantur; aut denique, si quid huiusmodi in substantia, qualitatibus, & contentis in illis appareat, quod magnam à naturali statu euerfionem ostendat, illa profecto erunt cōtinuitatis inditia. Nec contemnere quidem oportet ea, quae ex similitudine, & proportionem ducuntur: eas enim putabimus continuas, si alias, quae grassantur ipsidem temporibus, tales esse cognouerimus. Atque haec sunt inditia febris continuam; ex quibus praedictiones elicere quoque poterimus: eas etenim salutare praedicemus, quae mitiores sunt, aut certè nihil malignū obtinent, quae ex minoribus causis sunt orta, & in pauciore, melioreque materia procreantur, & in optimis temporibus aeris statu, & in corporibus melius affectis, quaeque Symptomata inferunt leuiora; augebitque coniecturam genus signorum quod à similitudine dicitur: merito etenim praedicemus non solum salutem, aut mortem, sed genus, modum, tempus solutionis, & reliqua, quae in arte praedicendi sumus complexi, si similia in similitè affectis contigerint.

De Curatione Continuarum februm.

Vt communem naturam, & communia signa, & causas continuam febris, sic communem curationem instituire oportet, antequam singulas illius differentias aggrediamur: hoc enim contempto, quid Acutis, quidque Ardentibus, quid Synochis conueniat, intelligere arte aliqua non licet, propterea quod frustra commendaretur in illis praesidia, quae prius in vniuerso genere commentata non fuisse. De qua quidem re agit Galenus lib. 1. ad Glauconem cap. 13. estque summa curationis, quam eo loco instituit, quod scilicet in primis spectare oporteat, an febris sine aliquo vehemēti Symptomate urgeat, vel non; quod si non urget, victum esse institutum tenuem, & exquisitum; si non ultra septimam diem desitura sit febris, & vires fuerint validae, alioqui solidiore cibo utendum; prope verò statum tenuiore; tenuissimo autem in ipso statu. Victum vero debere esse humidum, conuenireque pituitam succum his, quibus non accessit, melioratum, quibus non bilesit, fortitiones item ex halica, & panem ex aqua sanguinem vero mittendum & ob morbi magnitudinem, & his quibus rubor maior quam natura

naturæ conueniat, adest, & uniuersum corpus plus solito tumet, aut venæ sunt eminentes & distentæ, nihil aliquid impediatur. Quod si febris admodum calida sit, quam primum apparuerint signa coctionis, exhibendam frigidam, cuius modus seruandus est ex uehementia morbi, anni tempore, regione, ætate, natura, & consuetudine sumpta coniectura; quæ in primis excutienda sunt, antequam ad alias accedamus, quæ cum Symptomatis sunt complicatæ.

Illud ergo quod de tenui victu vsq; ad 7. scribitur, recipiendum non est, tanquam commune omnibus; nam ubi febris est mitior, aut admodum ardens, & biliosa, temerè hanc victus rationem obseruabimus, quoniam ubi mitior est, temerè emaciabimus ægotantem, quem seruatis viribus, & meliore nutritione adhibita, commodius liberare possumus, alioqui eadem præsidia maximis minimisque morbis adhibenda forent: nam si omnibus continuis tenuis victus debetur vsq; ad septimum, quid facias maximis, quæ ad eum vsque terminum perueniunt; biliosa vero febres, quales ferè omnes sunt exceptis Synochis quæ eo termino iudicantur, in hecticas, aut colliquantes huiusmodi victus ratione præcipitantur. Quare, vel solis pituitosis continuis, aut etiam Synochis adhibeatur hæc exquisita tenuisque vitendi ratio: non esse vero perperuò alendum tenuius in statu, quam in principio morborum, antea ostendimus, veluti in febribus, quæ ex copiosa crassaq; materia infestant, quam ab initio patiore victu confumere satius est. Vt enim alia vacantia præsidia ab initio re purimus, sic profectò in his per inedia multum tamen auferre expedit.

Victum vero huiusmodi febri conuenire certum est. At causa sæpè repugnat veluti, quæ ex multo humore, eoq; aquoso, febris consistit, tunc enim causæ magis quam febri resistendum mirorq; quod Galenus passim huiusmodi victus qualitatem febricitantibus præscribat sola spectata teore, & non causis illius; Nec est quod patemur eum solum indicationes prosequi, quæ à febre sumuntur; sic enim frustra sanguinem demendum præciperet; nimirum, quum hoc sit causatum, & non ipsius febris remedium. Omittit præterea modum, ordinem, & tempus cætionis; ac etiam (vt antea ostendimus) non seruat sua præcepta; nam si febris continua quæ 7. die finiiri debet tenuem victum ex postulat, quæ in metho do mendendi synocha febre laborantes, bis, & tertiam in die alebat.

Sanguinem non esse mittendum in omnibus continuis satis constat, quoniam si ob morbi magnitudinem demendus est, constat non omnes magnas esse quæ sunt continui, quoniam non omnes uehementes, quare nec omnes hoc præsidio egere.

Præterea, quæ ex frigido, pituitosoq; humore, aut aquoso consistunt, huiusmodi præsidium non exigunt, sed potius, ab eo offenduntur, quoniam nec uehementes sunt, nec sanguis abundat. Ex hoc tamen loco notandum, quod non solum ob morbi magnitudinem, sed etiam ob sanguinis multitudinem venam secari dicat.

De potu vero aquæ frigidæ egimus superius, quatenus requiritur per cætionem, & in alio tempore ad sitim extinguendam. Nunc vero de ea agendum prout exigitur tanquam remedium ad febres, causasq; illarum propellendas: antiqui enim optimum censebant esse præsidium in febribus aquæ potionem, ubi conuenienter exhiberetur. Et certè optatam Medicos nostri temporis frequentiores esse, & audaciores in hoc remedio. Quum enim vereantur incommoda, quæ adferre potest huiusmodi aqua, uniuersum illius usum temerè contemnunt, quum tamen & rō, & anti-

A quiorum recensq; experientia doceant tutissimum esse se præsidium, si obseruauerimus quæ eam indicare, aut contraindicare possint. Indicat autem huiusmodi remedium non ardens febris, vel acuta, quemadmodum non nunquam sentire videtur Galenus, quædo Causon à pituita fieri quoque dicitur, cui certè humori conuenire non potest aqua tam copiose ingesta ex qua rebellis redditur pituitosus humor ad coctionem, & expurgationem. Quare præstat definire id ex uehementia febris, vt Galen. nono Methodi. Quando enim (inquit) febris fuerit maxima, quales certè sunt, quæ vel ex sanguine, aut ex bile nascuntur: nam ex pituita ardens febris non fit, aut certè uehemens non est, & maxima: nam quoniam ex maxima caliditate huiusmodi febres consistunt, maximum oportet esse remedium, quod refrigiet, inter quæ hoc vnum est & præcipuum, aliæ vero febres, quæ mitiores sunt; minoribus quoque auxilijs opus habent, id quod etiam natura docet: nemo enim est, qui tantam aquæ copiam appetat, quin uehementi febre laboret. Quo uero tempore morbi exhibenda sit, docet Galenus nono Methodi, cap. 5. quod scilicet opportunum sit tempus, quum euidenter certantur coctionis nota in urinis; cap. 3. verò 11. tandem esse quando iam succi cõcoquantur, & crassitudo eorum extenuata est; capite uero 16. exhibendâ tunc esse ait, quando humores mediocriter concocti fuerint. Euidenter uero, aut mediocriter concoctas urinas intelliges, quæ febris vigorem præsentem, aut propinquum ostendunt: uam & in ipso febris incremento vt Crises fiunt laudabiles, sic expulsionem malorum humorum per aquæ potionem opportunè tentare possumus; præstat tamen si res patiatur vigorem expectare, sed quoniam nonnulli ob uehementiam febris, caliditatem, tenuitatemq; humorum; perindè afficiuntur, vt alii in vigore, præstat hac vna nota definire tempus opportunum, quando scilicet æger inexhausta siti non accessione, sed morbi totius ratione premitur, & lingua nigricat, & alia adsunt symptomata, quæ summum calorem in materia conceptum ostendunt: tunc enim maximè sit concoctio, & potissimum expeditur tam egregium auxilium. Quid uero impedire possit, nunc videndum est. De qua re scribit Galen. 5. cap. 9. Methodi fugiendam scilicet esse, si lenti crassiq; sint humores, qui vel obstructiones, vel putredinem, vel phlegmonem, aut erisipelas, vel schyrtum, aut Edema, in viscere aliquo interno committunt: nam etsi febris extingui videatur, quoniam tamen manet causa rebellis, quæ rebellior adhuc redditur ob densitatem à frigida factam, rursus febres ipsas accedi, validioresq; fieri necesse est.

Quæ exhibenda non est si obstructio adest, quæ eximi non possit, & putridus infestat humor nondum coctus, aut tumor aliquis phlegmonides, aut edema todes, aut schirrhosus principem aliquam partem infestat; In Erisipelate uero exquisito, etiam ante coctionis sui notas, permittit exhiberi. Quod si phlegmonides sit, id quoq; faciendum, sed expectatis coctionis notis. His quoq; exhibenda non est, quibus imbecillæ sunt partes ex naturali intemperie, aut vitio ascitio, sicut videmus quosdam gulam, alios ventriculum, aut iecur, aut colon, aut pulmones, aut septum transversum, aut renes, vel uesicam infirmam habere, qui uel difficultate aspirandi, aut cõuisione, & tremore corripuntur, aut toto genere neruoso læduntur, à frigida offensi. id tamen cognoscemus ex consuetudine: nam si per sanitate aquam potare consueuerit citrà noxam, indicio est, uiscera facile tolerare posse eius occursum, præsertim quum nutrimento accedat ipsa caloris copia; coniecturam tamen

tamen sumere possumus, si desint ex consuetudine A inditia ex corporis habitu: qui enim carnosus sunt, & bono colore præditi, quique frigiditatem, aut frigidus morbos haudquaquam sunt soliti pati, hi certe minime offenduntur si aquam potauerint. Quare, in his solum spectandum erit, ut mediocriter sint concocti, febris vehemens, & nullus subsit tumor in visceribus internis. Quantum verò exhibendum sit, nunc videndum.

Scribit ergò Auicenna, aliquando tantum esse propinandum donec vehementer infrigidetur corpus eius, & color eius fiat sicut color corporis multum infrigidati; vel ut alia habet lectio, fiat viridis, tremantque membra. Describit postea mensuram certam quæ id facere possit heminam, scilicet unam, & dimidiam. Verum temerarium esse putò expectare huiusmodi colorem, qui protendit caloris nativi extinctionem, nec certa mensura ex pondere omnibus statui potest: erit enim quibusdam fortè superflua ea mensura, alijs verò parua. Quare præstat definire terminum, qui morbo affectui satisfaciatur, & interim periculum nullum inferat egrotanti. Erat vero huiusmodi, si tantum bibat vnusquisque quantum appetit, & sentit sitim planè extincta, id enim offendit planè uictum esse febrilem calorem. Potuero aqua frigida, & ea mensura, idque conferunt, imperandum ægro ut quiescat, & operari ne effluentes sudores ob cutis refrigerationem tardent, & arceant: nam hæc solet commoda adferre huiusmodi aqua, quod roborata natura consurgit ad noxias, & eticatas causas expellendas, uel per vomitum, aut alui deiectionem, uel sudorem, aut urinam, aut per hæc omnia pro humoris, & naturæ ægroti dispositione, & inclinatione ad hanc vel aliam excretionem.

Debent & alia præsidia, quæ febribus debentur præstantiora exquisitiora maioraque esse in continuis febribus, quam in intermittentibus, quoniam grauior est affectus. Habent vero omnes communia præsidia cum febribus putridis, quod scilicet oporteat obstructions auferre, coctiones procurare, purgationes adhibere, & reliqua præsidia de quibus antea egimus: maior tamen spes in internis, quam externis præsidijs ponenda, quoniam in venis humor continetur: quare & purgationes per aluum, & vomitiones cocto humore commodè mouentur, etiam si natura non tentet huiusmodi viam: sudores uero nequaquam eliciemus, nisi eo repant humores, quod in intermittentibus commodissime faciemus.

De febribus coniunctis cum symptomatis.

SEQUITUR febres singulas propria symptomata generationis illarum testimonia, alia uero magnitudinis, aut malignitatis illarum sunt indicia. Ac ptiora quidem spontè euanescent ablatiis proprijs morborum causis, hæc uero sæpius propriam quandam curam sæpè exigunt, quoniam & causæ fiunt, quibus morbi, & illorum causæ augentur, aut vires perdunt, quas tueri vna cum vita necesse est. Sunt uero istorum differentie primæ due, quem admodum Galen. lib. 12. Methodi notauit, aut enim in actionum læsione consistunt, aut in retentorum vacuorum uel immodico excessu; nam quæ in corporum ipsorum affectu consistunt symptomata, spontè euanescent, nec vnquam morborum ablatione, aut causarum aliarum remotionem impediunt. Prædicta uero duo genera in vna ratione dicuntur a Galeno eodem loco curationem interpellare, quod scilicet vires offendant, quanquam tamen nonnulla

sunt, quæ etiam morbos augent, ut *vigilia*, quæ corpus exliccat, & calefacit febre iam correptum. At quum actiones triplices sint genere, videndum quænam symptomata in vnoquoque genere proueniatur, quæ mitigationem postulant, quod miror à Galeno prætermisum, tum 12. Methodi, tum 1. ad Glauconem, quibus in locis quædam duntaxat enumerat, & illis remedia describit, quum interim docendi ratio postulet, ut omnia huiusmodi symptomata inueniantur sicut prima genera ille excogitauit. Igitur quum actiones animales, quædam sint sensificæ, aliæ priuæ, aliæ motiuæ, contingunt circa sensitiuam virtutem *vigilia*, somnus, dolor capitis; circa motiuam, rigores, conuulsionones, difficultas deglutendi, stertutatio, tussis; circa uero principes facultates, delirium; ad facultatem uero naturalem pertinet sitis, appetitus destructio, *sanctus*; ad vitalem autem animi defectus, & syncope; ad qualitates mutatas, nigredo linguæ, & asperitas; ad excreta, & retenta, vomitus superfluus, superflua uentris deiectiones, immoderatum è naribus sanguinis profluum, sudor. Hæc ferè sunt symptomata, quæ à febribus proueniunt, & curam regularem turbare possunt. Aduersus quæ pugnare nos oportet: nam alia mala quæ cum febribus sæpè infestant, ut inflammationes, cruditates, humorum copia, inopia, & corruptio, sunt potius causæ ipsarum febrium, quam illarum symptomata. Quare temerè de his affectibus, quæ potius sunt mala coniuncta cum febribus, quam illarum, uel causarum febrium symptomata, agit Galen. 1. ad Glauconem.

Itaque quum somnus fiat eo quod calor natus ad sensoria ferri nequeat, uel ob illius imbecillitatem, uel quod alio reuoetur, aut quod frigidiorum qualitatem sic coactus, quæ sursum ferri nequeat, uel ob uiarum cerebri occlusionem: *vigilia* uero accidit quum calor ad sensoria extenditur, superflua autem redditur in febribus, quum calor acris est, & mordax, & sursum attollitur per febres, diutiusque illic moratur, tum ob illius vim, tum quod foueatur ab ebullitione aeris, calidorumque humorum. Quare somnum conciliabimus in febribus tum retractione caloris, tum refrigeratione humorum, & præterea his, quæ deorum calorem propellant à cerebro, illique uias occludunt. Retrahent ergo frictiones tibiarum & pedum, lenes tamen ne exasperetur calor. Ad idem prosunt lotiones ex rebus refrigerantibus, actu tamen calidis, ut reuellant, ut frigidam qualitatem immittant vi sua. Sunt uero res frigida, quæ in aqua decoqui possunt hioschamus, papauer, lactuæ folia, cortex mandragoræ, viola, rosa, nymphaea, chamomelum, hæc enim decoqui possunt cum aqua, & ex ea pedes, & crura vsque ad genua, & etiam brachia vsque ad cubitum abluantur. Commendatur & inunctio plantarum pedis ex pinguedine gruis: itè cū unguento populeo, & succo hioscyanis, confestim etenim transmittitur frigiditas à pedis ea parte neruosa in vniversum corpus, maxime autem ad caput ob connexionem illarum partium per neruos factam. Ad calorem uero corporis mitigandum, & feruentes humores retundendos, intus assumitur commune præsidium vnc. vna vel vnc. vna & semis syrup. de papauere cum decoctione nymphaeæ, uel lactuce datur & semè papaueris, aut emulsiō illius cum cibo, uel uti hordeaceo. Prodest & æorem in frigidare, asperione aque frigida cum aceto, item admissione auræ, & madefactione linteorum, quæ lectum ambiunt; confert, & herbas, & flores, & ramos arborum frigidarum spargere per cubiculum, & muros vestire, quales sunt salicis folia, quereus, castanea, lactuca, nymphaea, rosa, viola; quinetiam, fo-

tes aquarum machinandi sunt varij, & multiplices, à quibus aqua ex alto cadat in aenea vasa, cuius qualitate aer refrigeratur, & impulsu, uel allicitur somnus renouatione caloris ad aures, sicut ex dulci musica, aut veluti confunduntur spiritus, sicut ex motu circulari, quo sopitur, qui agitatur, proderit, & testibus petias intinctas in aqua frigida, aut rosacea, aut lactuca, vel alia re refrigerate admouere: nam quonia fons vnus caloris sunt testes, mirum est quatum vnuerfum corpus ex illorum refrigeratione afficiatur; valent & Epithemata, cordi, aut hepatis admota, quæ ex aquis stillatitij, aceto & pulueribus aromaticis, et refrigerantibus componuntur: commedatur autem aqua endiuia, lactuca, rosarum, cichorei, cicerbita, violarum, buglossæ, nenupharis, acetum rosaceum, species item electuarij triafandali, item puluis rosarum, sandalorum, camphoræ, & in hac regione confectæ sunt species dictæ pro Epithematibus hepatis, & cordis, frigida, calida, & temperata prout vrget necessitas. Addimus quoque in Epithematibus cordis aliquid vini Maluatici; quinetiam licet per nares vim refrigerandi immittere, vt in unctionem pinnarum narium, cum oleo rosaceo, & modico opij, vel iubebis attrahi per nares aquam ex decoctione vel distillatione lactucæ, aut nenupharis. Ad calorem vero repellendum, & simul in frigidandum fronti, & temporibus admouetur vnguentum populeum, & inunctio ex oleo rosaceo cum grano vno opij, aut intingi possunt petiæ in aqua aliqua vel decoctione ex prædictis addito etiam modico opij, & fronti, temporibusq; similiter apponere; laudatur & succus hio scyami & mente fronti simul illitus. Quod si ad sit capitis repletio ex sanguine calido, & feruente, tutum non est hæc sumere refrigerantia, & temporibus admouere, quoniam soporem inducunt, sed ex pedit prius caput vacuare, ad motus cucurbitulis scapulis, & naribus, hyrudinibus ano etiam, commendantq; aliqui hyrudines admotas angulis oculorum ybites desperata sit de somno, vt in phrenitide sæpè contingit, quibus remotis in vulneratis locis opium admoueri iubent; conferunt & Embrocationes sincipiti irrigata de quibus agemus quum delirij remedia trademus.

Repellit quodammodo etiam oculorum clausio, & cessatio spõtanea animalium omnium actionum, Quoniam enim voluntaria est huiusmodi actio, plurimum sanè conferre ad hanc actionem voluntatem ipsam, & dormiendi desiderium existimandum est. Digerit autem, & dissoluit illius substantiam oculorum apertio, sermones fabulosi, & grati, musica, splendor, & alia huiusmodi, quæ animalem facultatem fatigant, sicut ostendunt motus validi, & vehementes, post quos altus sopor hominem corripit dissolutis scilicet spiritibus, quibus animalis facultas ad suas actiones obeundas utitur. Quæ quidem prædicta si quis spectauerit, agnoscat qua ratione diuersi generis remedia veluti lux, tenebræ, vox tumultuosa, & silentium, oculorum apertio, & conuictio motus, & quies, & cætera omnia somnum prouocare valeant.

Aduersum soporem remedium.

VT vigilia, sic profundus sopor febricitantes sæpè opprimit, cui symptomati pariter succurrendum est contrarijs remedijs adhibitis soporis causis, neque enim symptomata auferri possunt, nisi ablatis proprijs illorum causis, quas quum non considerassent antiquiores, recentioresq; Medici, vt Auicenna, Paulus, & Practici omnes, pro vigi-

Alia sæpè mortem inducunt, quum omnibus somno oppressis ligaturas, cucurbitulas, corpori, & capiti exsiccantia, incidentia, calefacientiaq; remedia adhibent; sæpè enim ex debilitate accidit sopor, vt in his, qui morti sunt propinqui, quos occides, si vacuare studeas. Quum ergo somnus nascatur eo qd sensoria exerceri nequeant, idq; caloris natui defectu, deficiat vero, vel quod alio reuocetur, vt in accessionibus febrium, & cibo sumpto, vel quod deorsum propellatur, vt in aere frigidore, & humidore; vel quod viæ sint obstructæ in cerebro, sicut in Aoplexia contingit; aut quod ob debilitatem, & dissolutionem vsque ad sensoria extendi non possit, vt in his, qui morti sunt propinqui; aut ex labore dissoluti, varia profecto oportet esse remedia, quibus homines oppressos excitemus.

BItaque si ex vaporum copia elata à calore febrili, & copioso, frigidoq; humore, somnus hominem premit, in remissionibus cum vacuatione adhibitis præcipuum auxilium poni debet; quare optimum est, dolorem excitare adhibitis violentis vinculis extremis partibus; profunt eadem ratione frictions adhibita cum pannis asperis vnuerfo corpori; præterea elisteres fortes, cum hiera, agarico, & suppositoria ex hiera eadem simplici, vel ex colochynthide, agarico, sale gemma, & melle confecta; quod si vna etiã sanguis abundare videatur, id quod cognoscis ex corporis crassitie, & bono habitu, proderunt hyrudines ano adhibita; conferret quoque sensus excitare, vt eo ferri possit calor natuus, id quod faciemus sermone tum iucundo, tum etiam, qui iram mouere possit; curandum præterea est, vt noxia materia, quæ cerebri meatus obstruit post reuulsionem tollatur, id quod odoramentis, sternutamentis, embrocisq; faciendum; qua in re confert panem infusum in aceto fortissimo naribus admouere, & peucedanum, serpillum, mentam, nardi spicam, melanthion, & reliqua huiusmodi, quæ exsiccandi, dgerendiq; vim habent; sternutamentum mouere posse irritatio cum peana immissa naribus, aut helleborum odoratum, aut piper tritum, & immisum naribus, aut aliquid huiusmodi, quod vim acrem habeat, capitis vero commisura, quæ in sincipite est, sacculi adhiberi possunt confecti ex chamameji floribus, cynamomo trito, ex floribus stecados, gariophilis, origano, serpillio, & reliquis huiusmodi calefacientibus, & exsiccantibus, omnibus simul mixtis tritisq; prius grosso modo & frictis, aut alio modo excalefactis; embrocationes vero non perinde commendo, etiam si excalefacientibus rebus conficiantur, quoniam tandem refrigeratur immisus humor, & alium iam illic contentum auget, & fouet.

CAt si ob debilitatem caloris, & animalis uirtutis somnus nascatur, cibo, & potu spirituosos, & ad coctionem facili homineam restitues, quo casti uina generosa, odoramenta grata ex uino præfertim, & aromatibus conuenientibus pro causa, quæ debilitationem intulit, proderis; nocent autem caloris reuocationes per frictions sermones, & alia, quæ possunt calorem digerere, & illius substantiam consumere; quod si ob retractionem ipsius caloris, ut in accessionibus contingit, sopor nascatur, calorifica remedia præsertim superioribus partibus admota, splendor, sermones, & alia, quæ calorem ad sensoria externasque partes euacuare possunt symptomatis huius sunt remedia: Ex quibus patet, quantum differat doctrina methodo instituta, ab alia, quæ temerè ex aliorum libris omnino mutuatur. Scribunt enim authores uaria remedia, quæ si in omnibus exercas citrà discrimen homines perimes, aut certè soporem augebis, quem auferre studeas.

DAt si ob debilitatem caloris, & animalis uirtutis somnus nascatur, cibo, & potu spirituosos, & ad coctionem facili homineam restitues, quo casti uina generosa, odoramenta grata ex uino præfertim, & aromatibus conuenientibus pro causa, quæ debilitationem intulit, proderis; nocent autem caloris reuocationes per frictions sermones, & alia, quæ possunt calorem digerere, & illius substantiam consumere; quod si ob retractionem ipsius caloris, ut in accessionibus contingit, sopor nascatur, calorifica remedia præsertim superioribus partibus admota, splendor, sermones, & alia, quæ calorem ad sensoria externasque partes euacuare possunt symptomatis huius sunt remedia: Ex quibus patet, quantum differat doctrina methodo instituta, ab alia, quæ temerè ex aliorum libris omnino mutuatur. Scribunt enim authores uaria remedia, quæ si in omnibus exercas citrà discrimen homines perimes, aut certè soporem augebis, quem auferre studeas.

De capitis dolore in febris us.

Occurrunt, & dolori capitis oborto in febris. Scriptores de arte nostra temerè quum remedia scribant diuersi generis, & quae id faciant, non doceant; est enim diuersum praesidium quod sumitur à ligaturis membrorum, ab eo, quod praebent embrocationes.

Præterea, in hoc damnandi, quòd omnia quae capiti adhibent, ferè frigida sint uirtute, quasi dolor perpetuo à calida causa nascatur; quare, doloris causae explorandae sunt prius, quam remedia adhibeas. Sūt uero duae, una, quae ex sensu sumitur, alia ex his, quae sensum uiolenter ledunt. Quam ob rem, duo genera praesidiorum necessaria sunt, quae contra dolorem agant: unum, quod sensum stupefacit, alterū, quod causam admittit dolorem efficientem. Ac primo quidem genere non utimur, nisi ubi ob magnitudinem dolor est intolerabilis, & alterius generis non profuerunt remedia; tutior tamen est illius usus, si calida est efficiens causa, quam si frigida, quoniam maxima refrigerandi uis stupefacientibus inest. Oriuntur itaq; dolores in febris, eo quod uel calor solus urgeat sensibiles circa cerebrum partes; uel quod humores, aut uapores calidos, uel frigidiore, eosq; paucos, uel multos ad caput euehat, qui uel inter membranas contenti, & uasis tensionem cum in temperie solum committunt, aut etiam tumorem gi gnunt inflammatorium, aut alterius generis pro materiae peccantis ratione; quae causae communia quaedam habent praesidia, quoniam ex communi quadam causa, nempe per consensum cum reliquo corpore sint orti; quare reuulsione in omnibus est opus, maxime ad inferiores partes, per frictions, ligaturas, cucurbitulas, hyrudines, clisteres acriores, & uocata suppositoria, & lotiones tibiaram, sed omnia oportet mitiora esse, quum calida est materia, quam quum frigida, quum calor nocet, quam quum frigus, quoniam facilius reuellitur calida materia, & calor exasperatur nimis frictions & ligaturis. Est quoq; illud commune praesidium, quod capiti imponatur quae repercutiant, repellantq; ascendentem materiam; sed ubi frigida illa est, tutum non est solis repellentibus pugnare, sed quae simul calefaciant admiscere oportet, ut simul etiam crassa materia iam concepta in membro affecto dissoluatur; Quod si inflammatio aut humorum copia dolorem committit, renellentia, & deriuantia cum uacuatione, ut cucurbitulas cum scarificatione adhibere oportet. Nec obest aliquando uenam secare, & necessarium est hyrudines tum ano, tum uenis temporum, & naribus ad mouere, quum in aliis sufficiant quae duntaxat reuellant citra sensibilem uacuationem. Igitur, si dolor ex calore solo, aut etiam uapore calido, aut humore bilioso urget, conferunt unctioes, & embrocationes ex oleo crudo, & rosaceo, uel solo, uel mixto aceto, aut etiam aqua rosacea, ex quibus oxyrodinū conficitur ab antiquis ex rosaceo, & aceto, à nobis uero addita etiam rosacea aqua, quorum omnium mensura esse solet, ut tres rosaceae aequae partes, duae olei, una aceti addatur. Conferunt, & hepatis, cordis, uentriculo, spine dorsi, refrigerantia ad mouere, ut unguentum Galeni dictum, uel unguentum rosaceum, aut epithemata refrigerantia. Prodest ascendentes humores, & uapores per refrigerantia collo admota, ubi uenae sunt, quae ad caput seruntur, interciperet, uiasq; occludere quantum licet. Quinetiam decoctiones rosarum, uiolarum, nymphae, foliorum salicis, papaueris, & aliis hoc modo refrigerantibus embrocationes,

nes, & quae collo, & reliquis partibus ad mouenda esse diximus, conficere; ubi tamen soporifera haec apponuntur, aliquid cum illis misceri debet, quod emendet, retundatque uementiorem illorum qualitatem, ueluti chamamelum, serpillum, stechas, origanum, mentam; laudantur quoque coriandri folia, aut psillion cum polenta, uel polenta cum poligonio, pane, rosas, myrto, & serpillo cataplasmatim modo adhibita. At si frigida est materia, repellendū quidem est, sed parcius, & leuius; quare calidiora cum frigidioribus largius miscenda, ut cum rosaceo chamamelinum, cum rosas serpillum, & reliqua huius generis. Quod si arteriae pulsant ex nimio calore, aut uapore distentae, non oberit si eas constringas fascia circumiecta capiti, & adstringentia superimponas: Veluti esset coriandrum cum aloë, & polenta, & rosaceo. Quod si frigida est dispositio, & flatuosa, rutam illiusque semen, serpillum, spicam quoque in uino, aut chamamelino & cum farina hordeacea, aut seminis lini, uel fenigraci admixto melle, & stercore colubino, cataplasma conficies, quod dolenti loco impones.

Sunt autem haec planè frigida ad mouenda, in uehementi febre, & calido planè affectu, praesertim si sit aestas: In frigida uero causa calidiora, in mixta materia, moderatè calida, uel tepida ad mouenda: Horum uero usum Paulus esse uult declinante iam accessione febris, sed perperam, quando dolor per incrementa, & uigores accessionum maxime infestat, tuncque illi succurrendum sit. Porro his remedijs delirantibus, & inflammatione laborantibus succurrimus, quo minus peculiarem tractationem illa amplius requirunt. Quare ad alia symptomata, quae circa animales functiones consistunt, accedendum.

De rigore, & frigore in febris us.

Quum rigor accidat in febris aliquando in principio accessionum, aliquando uero progrediente morbo, instante Crisi, hic remedio non eget, quum instantis salutis sit indicium, ille uero perinde aliquando corpus concutit, ut praeter solita, ualidiora postulet praesidia; sic frigus quod cum rigore coniungitur, suam curam postulat, ac de utroque simul agendum, quoniam eadem sunt utriusque praesidia. Itaque quoniam rigor accidit ob delationem acris humoris per carnem, & musculos, frigus uero ob caloris retractionem, conandum erit, ut humor promptè exire possit, & calor ad externas produci, id quod maxime faciemus per ea, quae extrinsecus adhibentur, & quae intrinsecus assumuntur. Conuenit ergo in primis aerem calefacere accenso luculento igne, & clausis uniuersis perspiraculis loci, in quo decumbit aeger, idque non solum praesente rigore, sed etiam antequam ille ueniat, suffumigia quoque conferunt ad aerem calefaciendum ex myrrha, thure, ladano, storace, gariophillis, omnibus tritis, & super carbones impositis. Prodest autem huiusmodi aet non solum ad cutim exalefaciendam extrinsecus, sed quod etiam inspiratus calorem augeat. Profunt, & frictions ante rigorem, & unctioes ex calidis rebus, ut oleo chamamelino, liliaceo, rutaceo, oleo de costo, aut de euphorbio cum gingibere, piretro, euphorbio castoreo, myrrha, pipere, calamento, pulegio, hisso, abrotano, & similibus calefacientibus. Habenda tamen ratio est peccantis humoris, & febris: nam mitiora eligenda sunt in calidioribus humoribus, & febris, ut in tertianis, fortiora uero in quotidianis, & quartanis. Unctioes autem adhibendae sunt praesertim spinæ,

spinæ, & cruribus, vbi scilicet partes sunt nervosæ, & exangues, & propterea magis affectæ in rigore, & frigore huiusmodi. Conferunt tamen maximè plantis pedum adhibita, quoniam ut frigus, sic calor à pedibus in vniuersum corpus faciliè transmittuntur, quibus peractis, iubebis lectum ex pluma diligenter calefieri & exsiccari, & suffiri cum prædicto suffitu, quo ad aerem excalefaciendum sumus vsi. Deinde ingredi iubebis lectum ante quam adueniat febris, vt rarefactum, & excalefactum corpus inueniatur. Deinde pedibus, testibus, spinæ dorsii, & cervici lintea calida, & puluinos impones. Adhibentur & lateres igniti, & vino aspersi inuoluti pannis maximè pedibus; item vas stanneum oblongum, & latum vino, vel aqua calida plenum.

Præterea, lamina ferrea accensa, & in vagina lignea immissa & applicata pedibus. Intus verò sumuntur quæ materiam minuunt, clisteres calidiores, tum quæ eandem extenuent, & calefaciant si frigidior fuerit: nam in biliosa tutum, non est vehementer calida exhibere, & ferè rigor, & frigus harum febrium remedia non postulant. Commendatur autem theriaca antiqua cum vino generoso ante accessionem; item potus aquæ vitæ ad vnc. vnam cum scrupulo semis gariophyllorum. Datur autem Theriaca, aut Mitridati draema vna, vel diaciminū, vel diacynamomum, vel diacalamentum. Datur quoque mulla, in qua piper, & ruta sit incocta; Datur & Myrthæ drac. vna cum pipere, & aqua; Item confectio Anacardina ad scrup. duos. Cauendus est somnus, cibi aut portionis ingestio, quo tempore rigor urget, ne ad interna viscera calor reuocetur, augeaturq; foris frigus. Atque hæc satis de symptomatis pertinentibus ad animalem facultatem: nam delirium ut vigilia tollitur, & conuulsio; sicut sopor & rigor. Tussis verò prompta habet remedia ex diadraganto, saccharo candido, muscilagine, psyllij, syrupo iuiubino, diacodion, pillulis bichechij, paulatim deglutitis. Conferunt præterea quæ per nares trahuntur ad pituitam eliciendam, & deriuandam. Conferunt & lotiones oris adstringentes ad defluxum prohibendum.

De symptomatibus vitalis facultatis.

Res hæc diligentiorē postulat tractationem, quoniam multæ sunt occasiones, quæ animi defectum pariunt, vt in particulari tractatione de morbis superiori anno est expositum; hoc tamen sit Medici consilium, in animi defectu spiritum, & calorem ad externa reuocare, frictionibus, ligaturis, & alijs irritamentis naribus, auribus, & reliquis partibus adhibitis. Prodest & faciem aspergere aqua frigida, vinum, & acetum naribus admouere, & in oculos instillare; quin & vinum generosum assumptum, & Erythemata, & unctiones cordi, & ventriculo adhibere expedit, quod si ex inanitione superficialis deficit, externam superficiem adstringere oportet, & denique causas oppugnare, quæ symptomatis sunt causæ; pulsuum vero interceptiones si accidunt in febris, non tamen propterea remedia diuersa à causis ipsarum febrium adhibenda.

De siti, & alijs symptomatis naturalis facultatis.

Et si sitis ad sensitivâ facultatem pertinere videatur tamen quoniam quædam etiam naturalis est in-

Ater naturalia symptomata eam reponemus, quæ quoniam sit à caliditate, & siccitate, refrigerantia, & humectantia remedia sunt necessaria. Ac quoniam per consensum sit sitis in febris, eo scilicet, quod per ebullitionem acres vapores sursum attollantur, ideo sitis alterum genus remedij erit, calorem repellere à supremis partibus. Humectant ergo, & refrigerant inter assumpta aer frigidus inspiratus, præsertim si à pulmone sitis nascatur; item aqua in ore retenta ple no ore, & eiusdem gargarizatio, & frequens ablutio; Galenus hæc remedia tradit, aquam potabilem, vinum cum aqua magis quàm aqua sola. Acetum vbi calor causa est, vel humor & calor, Acetum cum aqua, pira comesta, succum radice dulcis, lactucam, symphitum, polentam aqua conspersam & potam duabus horis ante balneum.

B Cibi pauci debent esse in pituitosis, & vbi bonus sanguis abundat. Oris adsit clausio, taciturnitas, aeris frigidi inspiratio, vigilia quum calore stomachi cibum coquentis prouenit. Somnus, Ptisana, sed di stinctione est opus.

Si à ventriculo.

Cibi cucurbita, beta, lactuca, hordeaceum, acetosum lac, serum lactis, pepones, aqua cum iulebo multo, vel cum decoctione feminaum frigidorum, vinum granatorum, syrup. de limonibus, aqua endiuia, cucurbitæ, granata ipsa comesta.

C Amouenda, facienda, excernenda sunt clara, ut omphacium, portulaca cum aqua hordei mixta folia uitis irrorata aqua rosacea.

Si oris vitio.

Muscilago seminum cõium, saccharum candidum in ore retentum, sacculus ex semine psyllij, & cidoniorum, portulaca in aqua madefacta & in ore retenta, hordeacea palea madefacta aqua frigida retenta in ore, frusta piri, aut pomi eodem modo, nuclei prunorum, in stillatio aquæ frigidæ, cristalli frustolum ore retentum, aer frigidus inspiratus, & humidus, id quod etiam proueniente à pulmone faciendum.

Si à toto corpore.

BAlnea extrinsecus, aer frigidus, aqua cum aceto bibita somnus, &c. Hæc de Symptomatis, quæ febres continuas sequi solent: nam si quæ alia sunt, rarius ea contingunt, vt animi defectus, conuulsio *beruipia*, propterea hoc loco illorum tractatio à nobis cõtemnitur, præsertim quod Auicenna, Paulus, Aëtius, & Galenus etiam de illis abundè tractent. Quare superest vt ad singulas febres accedamus illarumq; curationem peculiarem doceamus, id quod breuissimè fiet quum communia omnia præfida sint explicata.

De curatione Synocha putridæ.

Febrem Synocham omnem ex sanguine fieri, & putridam ex eo putrescente, ostendimus; quare, præstantissimum remedium erit sanguinem mittere, quum vehemens sit febris, & sanguis ipse morbi materia. Verum de quantitate ipsius

frus sanguinis controuersia esse potest: etenim Galenus 9. Methodi, tum in eo, qui Synocha non putrida, tum in alio, qui putrida laborabat sanguinem misit usque ad animi defectum; Libro vero 11. eiusdem Operis cap. 14. detrahi tantum sanguinis uult in febre putrida, ne cogatur intempestiue nutrites quo satis ostendit, non esse vacuandum usque ad animi defectum: quando quidem necessaria omnino nutritio est, ubi vires huiusmodi violentiam ex vacuatione sunt perpelex. Quæ sanè controuersia, non est parui momenti; quando etiam non solum in synochis, sed etiam in ardentissimis febribus nihil com modius esse scribit, quam si sanguinem demamus; donec animus deficiat. Ego verò distinctione opus esse putarim: nam si nondum multum processit putrefactio, & sanguis est qui abundat, & putrescit, prodest, sanguinis detraçtio, quæ inferat huiusmodi deliquium: at si bilis est, quæ putrescit, vel alius humor, magnaq; adsunt obstructiones, ex crassis viscidisq; humoribus, & iam magna facta est putredo, temerarium fuerit tam insignem moliri sanguinis vacuationem, ex qua crassior frigidiorq; redditur humor qui obstructiones facit, nec sistitur ob id putredo, nec humor corruptus educitur. In prædictis verò extractio ea sanguinis materiam ademit morbo, & calorem extinxit, & hominem planè liberauit, aut certè minimum reliquit, quod natura breui temporis spacio conficere potest. Prodest & in his febribus Cassiam adhibere, & leuiore purgationes, quæ utramque bilem, in quam sanguis est conuersus ob calorem febrilem, expurgent. Profunt & aperientia, & victus tenuis, vel etiam tenuissimus pro ratione febris, & vitium.

De acutis febribus.

Acutas febres vocari à Galeno nonnunquã eas, quæ breuissimo temporis spacio finiuntur, siue magnitudinem, siue prauitatem habeant adnexam quum tertianas inter acutas nominet, nonnunquam verò & propriè magis eas dici acutas, quæ magnitudinem habent, & citò finiuntur, ostendimus in Opere nostro ubi de acuto morbo agimus. Ex quo constat plures febrium differentias sub acutis contineri: nam & synochorum duo genera, & ardentis, & quædam etiam pestilentes, sub acutis comprehenduntur. Itaque si propriè acutæ sunt, quæ magnitudinem cum celeritate habent, constat omnes acutas venæ sectione opus habere, non omnes tamen aquæ potionem admittunt confertim bibitam; siquidem nonnullæ sunt, quæ ex inflammatione interna consistunt, ut febris, quæ pleuriticis, & peripneumonicis, aut hepatis, vel lienis, aut septi transuersi, aut ventriculi inflammationem consequitur; quibus omnibus frigida obsunt; quare de his agendum non est hoc loco, ubi solius febris, & non complicatæ cum alijs morbis curationem profitemur.

De Causone.

Circa febrem, quæ Causon idest ardens nominatur, non paruæ sunt difficultates: nam & in ipsius definitione, & essentia, & in differentijs, causis & signis illius, non semel discrepat Galenus: etenim libro 2. de Crisibus, ardentem febrem à tertiana exquisita hoc solum differre scribit, quod in tertiana bilis feratur per vniuersum corpus in ardente verò in vasis maneat; quod etiam aperte

A 29. Aphorismorum tertij testatur, ardentis, & tertiana esse biliosissimas, quemadmodum & 48. Aphor. 4. adeò ut nihil aliud esse videatur ardens febris, quam quæ ex pura bile putrescente, & manente in venis nascitur. At libro 4. de Morbis acutis Causonem tum à pituita, tum à bile fieri tradit: quare ex materia non licet facile Causonem definire quando etiam 9. Methodi, Synocham febrem vocat Galenus ardentissimam, quæ tamen ex sanguine fit. Præterea quomodo Causon à tertiana continua distinguetur, quum eadem sit materia? Nec ex loco affecto facilius est intelligere quid sit Causon, & quomodo ab alijs differat: Nam loco præcitato de Crisibus, fieri Causonem scribit, quum bilis putrescens manet in venis; id quod etiam contingit in continuis tertianis; alibi verò scribit, ardentem febrem nasci ex humoribus non vbiunque putrescentibus, sed potissimum circa ventericulum, ieiunium intestinum, mesenterium, & pulmonem. Ex quo patet, eum de loco dissentire, tum etiam ab eo quod alibi dixit, in magnis vasis putrescere humores, in continuis febribus, ubi nulla est pars inflammata citra focum aliquem ipsius febris, qui in intermittentibus ponitur. Quod si ex Symptomatis Causonem definire velimus, quemadmodum Galenus tex. 14. 3. Comment. 3. Epidemion, quod scilicet ea sit ardens, quæ sitim, & calorem habet, quod si ita est, constabit & Synochas febres sæpè inter ardentis ponendas esse, quando hæc duo Symptomata sæpè comitantur Synochas, & nihil certius est, quam quod etiam in continuis tertianis huiusmodi Symptomata reperiantur; Verum etsi ita est, tamen intensio, & remissione differunt sitis & calor Causonis ab aliarum febrium, quoniam perpetua est sitis, & inextinguibilis; etiam si multum bibant in Causone, vt Gal. 24. 3. Com. 3. Epid. & quod per vniuersum morbum duret, & quod calor in sua vis, ardens, & fastidiosus sit, aliarum verò febrium non perpetuò ita se habeat. Quare placuit antiquis, Causonem vocare continuam febrem, quæ sitim & calorem huiusmodi annexam haberet. Quare errant qui dicunt Causonis nomen etiam Synochis continere, quod scilicet sitim etiam adferat, & talem calorem habere quidem potest, sed non talem, qualem diximus. Habet præterea Causon remissiones quasdam, & intensiones indicantes aliam esse materiam quàm in Synocha. At quid dicemus de tertiana continua, quæ ex bile fit, & continua est febris, an hæc Causon non erit? certè negandum non est, Causonem esse ex genere continuæ tertianæ, non tamen omnis continua tertiana est Causon, qualis est notha, sed quæ ex sincera bile nascitur, & certis in locis peculiariter putrescit; de qua re postea. Differentias Causonis tradit Galenus 4. textu lib. 4. Acutorum, ubi scribit duo esse genera Causonis, vnum legitimum & exquisitum, quod sitis, & caliditate definitum est; alterum spurium, in quo nonnulla adsunt Symptomata legitimi; alia non est tamen apud eum reperire Causonem malignum, vt 35. 3. Comment. 3. Epid. Item lethalem, vt 7. 1. Com. 1. prorrhetic. Item quod quandam sequatur cõuulsio, vt 20. Aphor. 2. & quod quidam æstare, alij verò hyeme gignatur; & deniq; ex causis, effectibus, & essentia propria differentias eius sumere licet. Nunc vero ad causas accedendum.

E Causas Causonis varias tradit Galenus. Etenim lib. 2. de Crisibus eandem esse materiam tertianæ, & Causonis scribit; quare, si ita est, constat ex bile fieri Causonem, quod & 21. Aphor. 3. & 29. & 30. & 24. at, lib. 4. acutorum ex salsa pituita eam nasci tradit; textu verò 7. 1. Com. Prorrhetic. 7. ad hunc modum scribit. Febris Causodis, tum ob alias causas, tum ob cerebrum

cerebri inflammationem fit. Quinetiam textu 61. 3. Acutorum scribit: Febris ardens quæ sine tumore, vel phlegmone, vel erisipelata, nec ex pituita falsa putrefacta, sed à bile per totum corpus feruente balneo iuuatur, &c. ex quo constat varias esse causas, variasque humores, liquidam inflammationem, Erisipelas, bilis, & pituita, eam facere possunt. Verum, quum non explicet cuius partis inflammatio possit author esse Causonem, constatque non omnes inflammationes id posse, quando pleuritis inter præcipuas inflammationes id nequit facere, & multo minus profectò phrenitis, quæ à partibus in quibus situm oritur longè abest, id poterit. Quare fortè ventriculi inflammatio id faceret, verum nec ea quando inflammatio ex sanguine fit, qui nequit huiusmodi situm in ferre; pituita verò falsa dicitur facere Causonem, ved non legitimum, & meritò, quum nunquam vehemens calor in pituita excitari possit, & verius fortasè, si nec Causonem quidem diceremus esse quem committit huiusmodi humor, quomodo enim Causon fuerit qui ardorem non habet? Tamen id iam dudum antiquis concessimus, ut illis liceat, & nominibus abuti, & res inter se confundere: eos ergo sequuti, dicamus, verum, & propriū Causonem ex bile fieri, alium verò, qui improprie est, & cum alijs febribus coincidit, ex alio (vt volunt) humore. Quare nunc explicandum quo in loco putrescant humores qui Causonem faciunt; & quæ sit generationis illius ratio: non enim putatur fieri Causon ab humore in quocunque corporis loco putrescente, sed in illis potissimum, in quibus vehementem situm inferre potest, cuiusmodi sunt ventriculus, & præcipue illius os; item ieiunum intestinum, iecur, mesenterium, & pulmo, inter quas partes quædam primario, quæ scilicet inmediate situm inferre possunt, aliæ verò per cõsensum id faciunt. Quod si citrà tumorem putrescant humores in aliqua ex prædictis partibus, simpliciter nomen Causi sortitur febris. Quod si tumorem præter naturam faciat, peculiare nomen capit, ut Lipiara; Typhodes, quæ nomen sumunt ab accidente aliquo, quod scilicet extrema frigeant, media vero vrantur. Hæc quidem tradit Galenus lib. 4. de victu acutor. tex. 4. verum lib. 2. de Crisibus, ut antea diximus fieri Causonem à bilioso humore contento, & putrescente in venis, scribit; & certè sentiendum est: nam quomodo putrescere potest humor in ieiuno intestino citrà phlegmonem, aut in pulmone, aut ventriculo, & febrem facere ardentem, quæ ex genere continua est? Sic etiam ipse lib. 4. de victu acutorum; dicit situm non inferre Causonem, qui ex inflammatione illarum partium nascitur.

Sunt vero ardenti febræ, & simpliciter dictæ obnoxij præcipue iuuenes, vel natura biliosi, & æstas, vigilia, pariorq; victus has procreare solet, ut & reliquæ causæ calefacientes, & siccatas; ei verò, quæ ex falsa pituita nascitur senes, & qui falsis alimentis plurimum utuntur; ei autem quæ ex inflammatione alicuius partis nascitur, qui eas partes imbecillas habent, & suspiciendis fluxionibus opportunas.

Signa Causonis confundit Paulus, & sæpè Galenus, Paulus quidem quum dicit sequi hæc Symptomata aridam linguam, crassam, & nigrã ventriculi erosionem, deiectiones pallidas, situm vehementem, vigiliam, & nonnunquam etiam delirium. Galenus verò 1. de locis affectis, ardentis febris inditium esse scribit linguam nigram, & in illius vigore delirium. Item 36. textu 3. commentarij 3. Epid. Causonem dicit habere accessionem diebus imparibus, etsi in pestilenti constitutione aliter aliquando fiat. Quin & 76. eiusdem vt plurimum sequi scribit vomitum

aruginosum; & textu 1. 3. Prorrheticorum in febribus valde ardentibus spumofas inquit fieri deiectiones; alibi verò siti, & calore eius naturam agnoscit scribit: & denique varia semper tradit, & interim non Causon omnis, sed vel simpliciter dicti, aut nothi, aut utriusque simul notas tradit. Dicamus ergo, simplicem, & exquisitum, cognosci ex calore, & siti perpetua quæ sequuntur siccitas, & exustio partium oris, & scabrities, duritiesq; lingua, & nigredo. Hæc enim calorem magnum comitantur. Alia vero signa, locum potius affectum ostendunt, quam ipsum Causonem: nam morsus ventris, deiectiones liquidæ, ventriculi, hepatisque inflammationem comitantur; Delirium verò Causonem ex affectu pulmonis arguit. Licet & à causis, & essentia ipsius caloris verum à spurio distinguere.

Causon vel ad salutem, aut ad mortem, idq; primo transeundo in hecticam aut marasimum inferre solet. Quare signa sumes ad exitum dignoscendū ab illius essentia, causis, & Symptomatis, alium enim finem consequitur, qui ardentissimus est, quam qui mitior, alium, quem peperit bilis ab eo, quem peperit pituita, vel Erisipelas, vel phlegmone alicuius partis: Aliud iuuenibus, quam in alijs ætatibus, & in æstate aliud, quam hyeme expectandum.

Curatio.

DE Curatione iam agendum est, qua in re imprimis videndum, an venæ sectio huic febræ conueniat, est enim magna de hac re controuersia: nam Paulus & Aetius huius præsidij mentionem non faciunt: Auicena verò negat sanguinem mittendum, subditq; rationem, quod bilis sanguinis extractione efferuescat, vt pote humido humore, quo temperatur, priuata. Licet fortè, & idem ex Galeno probare: Si enim in tertianis exquisitis sanguinem non mittit, sed solis refrigerantibus, & purgantibus vtitur, quæ idem non faciemus in Causone, qui eandem materiam habet, modo exquisitus fuerit? At 23. Aphorif. primi ita scribit: In ardentissimis febribus, si vires validæ sunt, nullum melius est remedium, quàm vsque ad animi defectum sanguinem mittere, quoniam vniuersum corpus refrigeratur ita misso sanguine. In Ictericis præterea Galenus libro de atra bile scribit obesse venæ sectionem; verum quum natura sæpè soluat Causonem sanguinis profluuio, quæ verebimur eum mittere? Dicendum ergo, quod in Causonæ bilis sola abundet, & sanguis paucus est, vel vna etiam cum bile venæ sūt sanguine repleta, quod indicabunt vrinæ, quæ enim rubræ sunt, & crassæ, sanguinis sunt inditia, sicut & corporis habitus carnosus, & venæ amplæ, rubræ, & color. Contrà vero quæ pallidæ sunt, & tenues, corporisq; habitus gracilis, & color perpallidus, bilis solius redundantis est indicium, in quibus sanguinè non mittes, non quod vires repugnent, quæ aliquando subesse possunt satis validæ, sed quoniam causa morbi purgatione, & refrigeratione tutius, feliciusque demitur. Nec video quare non sit par ratio in Ictericis, & Causone, præteritum, quum non minus liceat cum nostris medicamentis in vno quàm in alio purgare. Dentur ergò purgantia, quæ citrà calorem educant bilem, vt cassia, tamarindi syrup. ex infusionibus rosarum, cum decoctione herbarum, & seminum frigidorum. Postea vero, & aperientibus, refrigerantibus tum cibis tum medicamentis, & aquæ potione conabimur tum febrem, tum peccantem huiusmodi educere. Solis vero potionibus regendi non sunt, vt Hippocrates scribit, quia biliosi facili exoluntur.

uuntur inedia. Nec oberit balneum aquae frigidae post signa coctionis, ut Hippocr. in Aphorif. tradit, praesertim si exquisitus sit.

De febribus malignis, & pestilentibus.

TRactatio, quam nunc instituimus omnium futura est difficillima, quando res ipsa per se ardua est, & ab antiquis Scriptoribus negligentius conscripta, à recentioribus verò nec au-
cta, nec elaborata. Etenim inuenias antiquos Medicos malignae, pestilentisq; febris mentionem facere, nec tamen interim docere, an vna & eadem sit illarum natura, & quae sit propria singulis.

Præterea, non satis docent, an vnum sit illorum genus, vel plura: Signa præterea tradunt, quae nunquam vni adsunt soli; In Causis præterea discrepant, & curationem vix attingunt. Nouit, & nostra aetas febres pestilentes, quae bubonem comitem habebant in locis glandulosis; nouit & alia Britannia, & Occidentalis regio, quae brevissimo temporis spacio plurimos sustulit oborto in corpore sudore. Quid vero præstiterint sigillatim recentiores Scriptorum, postea docebimus. Nunc vero Galeni opinionem de hac re in primis excutiamus. Ac in primis eo auctore malignas à pestilentibus differre ostendamus; id quod docent in primis definitiones diuersae. Pestis enim communis est morbus, malignae autem esse possunt, & quae priuatim singulos infestant.

Sunt & causae diuersae: nam pestilentes omnino ex aere ambiente nasci vult Galenus, lib. primo de differentiis febrium, & ob excedentem putredinem ab alijs differre, tex. 29. 1. Comm. 6. Epid. nec in peculiari aliquo humore pestilentes ponit; malignas vero nusquam dixit omnes nasci ex aere, & 21. 2. Comment. Prothetorum eas ex phlegmone hepatis, ventriculi, & septi transuersi nonnunquam nasci ferbit. Quinetiam, lib. de Euthymia, & Cacoehymia, eadem ex tenui humore nasci refert.

In Signis quoque differunt, ut ex 25. textu primi Comment. primi Epid. & 25. secundi eiusdem, & 77. eiusdem, ubi signa malignarum febrium tradit, quae non conueniunt cum his, quae 29. 1. Comm. 6. Epid. tradidit. Verum et si ipse non doceat quana sit differentia, videtur tamen mihi ea esse, quod malignae sint genus ad pestilentes, adeo ut omnes pestilentes sint malignae, non tamen e contra. Ex quo exploditur Fracastorij opinio, qui pestilentes vocat, quae ut plurimum occidunt, malignas vero, quae multos solum: omnes tamen vocari dicit pestilentes: nam malignae non necessario occidunt multos, nec pestilentes sunt.

At quomodo malignum morbum definiemus, qui grauiora symptomata infert, quam essentia illius ostendat, nonne videbuntur quaedam esse pestilentes, quae malignae non sint, quando videmus febres pestilentes nonnunquam vehementes esse, ut accidentia, quae inferuntur, uehementia ipsius caloris respondere uideantur; concesserim id quidem, sed dixerim non purè malignam esse cuiusmodi febrem, sed cum malignitate adiunctam quoque esse uehementiam. Quod si ita est, malignarum omnium febrium causa, non in qualitatibus manifestis, sed in malignis, siue in tota substantia ponere oportebit, quae pro magnitudine causae, & subiecti corporis uaria inferunt symptomata, neque eadem in omnibus reperire est quae Galenus illis tribuit: ueluti quom scribit 34. 3. Comment. 3. Epid. malignarum febrium symptoma esse colliuationem corporis, & extre-

menta sincere biliosa, & colliquata, & quod scribit 1. Comment. 1. Epidem. 25. textu, malignarum febrium accidentia esse sudorem continuum, sed non in uniuerso corpore, & frigus multum extremorum, & quod 25. & 77. 2. 1. Epid. Febrium malignarum proprium esse; ut in diebus decretorijs deteriores euadant, & quod eas sequantur ab initio acuta febris cum paruo rigore, insomnia, angores, sitis, fallidiu, sudor paruus circa frontem, & clauiculas; delirium multum, timor, mesitia, extremorum frigiditas, accessiones paribus diebus, sudores diutissime frigidi, extremarum partium liuiditas, sitis priuatio, urina nigra, tenues, paucae, alius dura, stillicidiu sanguinis ex naribus, & mors sexta die. Quae certe omnia in omnibus numquam contingunt, docuitque id experientia; ut enim in omni genere febrium quaedam simplices, aliae compositae, quaedam nothae, aliae legitima, & quaedam minorem, aut maiorem habent causam, sic profecto in malignis has differentias reperiri existimare oportet, quae non eadem symptomata ob corporum etiam uarietatem inferre possunt. Cognoscemus autem (ut diximus) potissimum ex symptomatis, quae maiora sunt, & plura, quam calor ipse febrilis ostendat, tum et ex causis: nam qui in aere maligno uersantur, aut corruptis cibis uelcuntur, aut laboriosam admodum vitam agunt, ex qua humores aduruntur, & varias, corruptasq; formas acquirunt, quique uel atrabilarij sunt, aut arguinosam bilem gignunt, & colore produnt, sit profecto ut malignis febribus sint obnoxij; sic coniecturam confirmabunt si calor mitior appareat, aut symptomata ad sint longè plura, & maiora, quam pro febris ratione, licebitque ex remedijs, quae solent iuuare alias febres, ut uenae sectione, purgatione, & reliquis praesidijs malignas febres patefacere. Si ea non profunt, aut etiam obsunt, iuuant uero, quae ab occultis qualitatibus, & uniuersa rerum substantia sumuntur. Oportet uero suspectam habere salutem, ubi malignae uigent febres, quoniam non satis adhuc compertum est, quibus remedijs singula gaudeant: nam si aliquid forte est repperit, quod pestilentes iuuat, non statim existimare oportet, omnes iuuare posse quae malignae sunt. Quare, nihil aliud dicere possum de Curatione, quam quod spes uniuersa ponatur in his, quae à tota substantia agunt, interim tamen non contemptis praesidijs, quae dicat ratio: nam si sanguis abundare uidebitur, et si saepe etiam obest quum mittitur, aut si mali abundant humores, etiam si nocet nonnunquam purgatio, tamen quoniam ratio iudicat haec praesidia esse necessaria, temere illa omittentur, nisi ex aliorum similitudine colligamus haec esse omittenda, quae experientia iam ostenderit obesse. Prodest & partes precipuas tueri ut cor, hepar, cerebrum, & alias, quae uel principatum obtinent, aut praeter ceteris grauius forte afficiuntur. Quae quoniam eadem essent repetenda in pestilentibus febribus, hoc loco omittuntur.

Porro, si pestilens febris est, quae eodem habitatio nis loco grassatur, & occidit, aut certe plurimos, quos inuaserit, Causas illius inuestigare oportet, quoniam modo scilicet ab alijs differant, quaeque peculiari sit harum forma quid eas efficere possit, quid potissimum pati, & cur contagiosa sint. Itaque differre pestiferas febres ab alijs putant nonnulli, in primis ratione loci, quod scilicet in pestilentibus putrescat uel substantia cordis, uel contenta, in alijs uero nulla sit illic putredo, sed solum ex calefactio ex putridis uaporibus à loco putredinis ad cor eleuatis. Item differre uolunt, quod pestilens omnis sit hectica, quum ueri alioquin nequeat, ut facta putrefactione in corde, aut contentis, febris non sit iam

iam confirmata, atque id ostendi quoniam febres hu-
iusmodi, nec pulsus magnos, nec citatos edunt, nec
sentiunt aegroti se febricitate, ut in hectica contin-
git Itaque pestilentes tum hecticas, tum putridas esse,
putredinem vero ipsam differre ab aliarum putredine,
quod gradus putrefactionis largior sit in pesti-
lentibus quam alijs, id quod Galeni autoritate. tex.
29. 1. Com. 6. Epid. probant, & 23. 3. Come. 3. Epid.
vbi inquit. Malignitas in humore fit ob magnitudi-
nem putredinis. Quod vero putredo vel sit in humo-
ribus, vel substantia cordis, confirmant eiusdem au-
thoris verbis cap. 3. 3. lib. de praefatio ex pulsibus; ex
quo colligunt formam, & definitionem febris pesti-
lentis nihil aliud esse, quam excellentem putredinem,
& stabilem, quae cor ipsum occupavit. Quir vero
putrefactio in pestilente cor apprehendat, in alijs ve-
ro non, causam esse dicunt, quod ingens sit putrefa-
ctio, quae potest cor afficere, id quod nequeunt aliae
facere, ob minorem putrefactionem: fieri autem in
illis excellentem hanc putredinem dicunt, ob pecu-
liarem excellentiam humiditatis, vel intrinsecus cu-
mulatam, vel extrinsecus adductam. Quae opinio
multas patitur difficultates: nam quod 1. dicunt, in
pestilente esse putrefactionem in humoribus, vel
substantia cordis, in alijs vero non, nulla ratione
probare possunt: si enim febris omnis affectus est cor-
dis, vt omnes hecticae, & diarie ponuntur in corde
affecto, sic & putrida aliquo putrefacto in corde po-
ni debet: nam sicut ex calore cordis habet quod sit
febris, ita ex putrefacto aliquo in corde habet quod
sit putrida. Deinde sequeretur, nunquam putridam
fieri posse, quae originem ducat a corde, vt enim
volunt ex inflammatione attolli vapores putridos ad
cor, ex quo febris putrida nascatur, sic si ex ira, aut
alio affectu cordis, vel diaria, uel putrida statim, aut
post diariam nascatur, quare, quomodo putrida, &
a quo genita sit? a corde certe per vapores transmi-
sos ab illo ad reliquas partes, ergo per vapores putri-
dos, quum alioqui is, qui putridus non est, nequeat
putridam parere, sed vel Synocham, aut diariam so-
lum; At si putridi, ergo ex humore putrescente ele-
uati, qui quum a corde primo affecto attollantur,
constat & humores illic esse putrefactos. Praeterea,
quum vapores illi, qui ita a corde eleuantur, attollan-
tur ex humoreposito in calefacto esse, & cor sit cali-
dissimum, calidissimosque habeat humores, illi au-
tem putrescibiles magis quam alij, quur putrescere
non poterunt, aut a calore statim concepto, aut a va-
poribus illis elatis ad cor ipsum. Ad haec, si solum hu-
mores essent excalefacti, & non putridi in corde,
per alias febres putridas esset febris diaria, quoniam
ex sanguine excalefacto dicitur fieri diaria, ex putri-
do vero putrida, & semper putrida cum dia-
ria, & sanguis semper putrefactus, & calefactus
simul.

Postremo, quum putredo ex obstructione na-
scatur, & humorem habeat cor putrescibilem non
minus quam aliae partes, vt pote calidiorem, quur
non poterit etiam putrescere humor in corde? Haec,
& alia argumenta ex nostris lectionibus, quae facta
sunt in principio huius libri, vbi queritur, an in cor-
de putridi poni debeant humores, adferri possunt.

Quo loco etiam absurda omnia euitamus: nam, etsi
concedimus omnes putridas fieri ex humorum put-
redine in corde, non tamen propterea concedimus
omnes pestilentes esse, quoniam non eadem putredo
siquidem in pestilentibus maligna est, in alijs vero
simplex putredo. Quod vero dicunt febrem pestilen-
tem esse hecticam, errant. Hectica enim nascitur a ve-
hementi calore, qualem illi negant esse in pestilen-
tibus febribus. Praeterea in corporibus exsiccatis, illi

A vero copiam humiditatis ponunt esse causam excel-
lentis huius putredinis. Mirum praeterea est, statim
hecticam fieri cum putrida, in omni pestilenti. Quur
enim idem non sequitur in alijs putridis, quae largio-
rem habent calorem, quae partes solidas depasci pos-
sunt, & praeter naturam excalefacere, cuiusmodi sunt
ardentes. Praeterea, si hectica esset in omni pestilenti-
am confirmata, nullus unquam euaderet, quod ab-
surdum est. At si dicas, quur est quod non sentiunt
dolorem aut calorem? Respondeo, quod id non fit,
quod sit hectica, sed quoniam exiguus est calor, qui
etiam in putridis febribus, quae lentae sunt, non sen-
titur. Quomodo praeterea vbi ponitur magna humi-
ditas in corde, statim potest hectica incipere. Quare,
temere pestilentem statuunt esse, & putridam, &
B hecticam, quum putrida solum sit. Nec illud est
necessarium, si putrefactio est in corde, ut statim sit he-
ctica, quoniam hectica putrefactionem non sequitur
sed calorem, qui quum lenis sit (vt ostendemus) in
pestilentibus, hecticam facere non potest, alioqui
quur hectica continuo non fieret per ardentem
febris: vbi etsi illorum opinione, humores in corde non
putrescunt, est tamen amplissimus calor, qui humo-
rem solidarum depascere, & ipsas vehementius ex-
calefacere potest. Quod vero dicunt, putrefactio-
nem pestilentium differre ab aliarum febrium put-
redine, ob excellentem putredinem, errant, et-
iam si Galenus id dicat: nam si putredo sequitur
calorem, oporteret utique excellentem esse ca-
lorem, vbi excellens esset putredo; quomodo e-
nim effectus excellens a causa non excellentem
C prouenire potest? Si praeterea non sentitur huiusmodi
putredo ob insignem calorem: nam vt calor ipse in-
gens ingentem putredinem, sic huiusmodi putre-
do calorem ingentem aduehit. Nec vno quoque
est, in omni pestilente calore adeo esse paruum,
vt ostendit Galenus 4. cap. 3. de Praefig. ex pulsibus,
vbi scribit calorem eorum, qui peste laborant, esse
crispelatorum: Erysipelas autem, affectus est cali-
dissimus, vt potest ex bile calidissimo humore pro-
creatus. Illud vero quod dicunt malignitatem nasci
in pestilentibus ob magnitudinem putredinis, quur
non idem in ardentissimis febribus contingit, ut om-
nes scilicet sint pestilentes, quum illic sit humor aptis-
simus ad putredinem, bilis flaua, aut sanguis, & ca-
lor intensissimus putredinis author. Ex quo etiam il-
lud refellitur, quod dicunt putrefactionem in pesti-
lente cor apprehendere, in alijs vero non, quod ma-
ior sit in illis putrefactio; idem enim in ardente fieri
deberet. At, quod voluit ob excellentem humida-
tem fieri excellentem hanc putredinem, id non tam
humiditatem sequitur, quam calorem excedentem.
Praeterea videmus non solum humidos, sed & sic-
cos pari facilitate peste corripi ex solo contactu, vel
conuersatione cum peste correptis, aut solius pestife-
ri aëris inspiratione, in quo saepe nec excedens hu-
miditas, nec caliditas conspicitur.

Alij vero differentiam ponunt ex causis efficientibus,
quod si pestilentium causa sit aër, aliarum vero obstruc-
tia, aut alio modo calorem interdientia. Deinde, quod
E in alijs humores sint uel qualitate, vel quantitate
peccantes, in peste vero cum omni mediocritate hu-
morum morbus nascatur. Praeterea, quod non om-
nes putrefactiones, & aëris corruptiones, sed certe
duntaxat pestilentes inferant febres, & quae magis ca-
lidae sunt, minorē uero ad illarum generationē obti-
neant, maiorem vero in alijs. Sed de istis Causis non
est dubium, verum de formali ipsa, quam illi dicunt
esse in pestilentibus putrefactionem profundam, &
sordidam, in alijs vero leuem duntaxat, & (vt aiunt)
superficialem; Profundam autem interpretantur,

que infimas rei, que putrescit partes attingat, quod dicunt contingere, quia seminaria magnam habent ad agendum vim, quum non sint simplices vapores nec simplicem habeant mixtionem, sed fortem. Quae ratione, nec facile alterantur, sed perstant, & actionem continuant.

Præterea, eos vapores esse lentos, & propter lentorem agglutinati, & adherere, ac non solum profundam, sed & latam esse putredinem, quoniam seminaria sunt sparsa, & alia ex alijs generantur. Ex quibus colligunt, febrem pestilentem esse febrem sordidam, & profundam putrefactionis, includentem seminaria acutissima contagionis per se, propter quod est lethalis, est contagiosa, & ad alium lethalis. Qui profecto multa dicunt, sed non satis probant quod uolunt: nam primo quod dicant esse putredinem profundam, & latam in his, probare non possunt si enim putredo à calore nascitur, profundam oportet esse, & latam, quæ à vehementi calore provenit.

Nec probare possunt indicio aliquo huiusmodi esse putredinem; quibus enim indicijs id faciatis? quæ enim profundior erit, & sordidior in his febribus, quam in Synocha ubi plurimus est calor, plurimus sanguis, & humiditas, unde iudicis nascitur, & quæ vapores illi non simplicem habent ad agendum vim, sed validiorem, quum nullam insignem qualitatem obtineant, calorem inquam vel frigus, quibus robur conceditur: nam in aëre nullo calore, aut frigore infecto, sæpè nascuntur pestes, ut circa Autumnum, & Ver; Vapores vero illos esse lentos, & crassos minus probare possunt: nam id non esset malum commune, quando non omnia corpora lentam eam substantiam habere possunt; unde præterea deliria, pustulae, & maculae, & sudores copiosi non nunquam per huiusmodi febres, si lentorem haberet huius pestis materia, vel causa aliqua. Quare, nos quæramus pestis definitionem, si non euidentioribus rationibus, saltem magis accommodatis arti nostræ. Quum itaque videamus pestilentibus febribus continere quæ contrariæ sunt facultatis, si primas qualitates spectemus, & alias à primis ortas, si quidem quæ lentorem habent, & crassum, ut bolus Armenus, terra Lemnia, tum quæ incidunt, & extenuant, ut dictamus, tum quæ nullam habent manifestam qualitatem, sed Antidota sunt, & tota substantia repugnant; illis opitulatur, ut Smaragdus, theriacia, constat profecto, febres pestilentes duplicem habere formam, & naturam, unam in calore, quæ febres sunt, aliam in tota substantia, quæ sunt pestilentes; sunt autem putridæ, ut ostendunt remissiones, & accessiones ipsarum febrium. Quare nihil in hi videtur esse febris pestilens, quam morbus in tota substantia, & febris ex maligna quadam putredine orta: quandam addidi malignitatem, ut alias seiuingeret malignas, quæ pestilentes non sunt; Oportet autem malignitatem illam, quæ in pestilentibus est, talem esse, ut contagiosa fieri possit id quod fieri uidetur, quoniam spiritus in his peculiariter afficiuntur una cum humore, qui à corpore exhalas alios inficit qui sunt eiusdem generis, ut bos bouem, homo hominem.

Nunc verò de causis agendum est, quas iuxta Medicorum placita & immediatas & mediatas asserere licet, ad immediatas referri solent ipsæ putrefactiones & hæc quidem insignes, & in summo qualitatis gradu constituta; non desuere etiam excellentes in re medica viri, qui præter vehementem illam putrefactionem & occultam quandam qualitatem, inter immediatas febrium pestilentium causas non iniuria (ut ego arbitror) retulere, moti non contemnenda profecto ratione, desumpta à miris effectibus, &

remedijs quæ occulta quadam proprietate ipsa docuit experientia febrili huic pestiferæ malignitati obistere. Mediatæ etiam causa bifaria sunt, cum alia interna alia externa dicantur; interna quadruplici numero continentur; corporis scilicet temperatura, habitu, ætate & sexu, quæ omnia sic attestantibus Hippocr. in lib. 1. de flatibus, Galeno 1. lib. de diff. febr. Alexandro 1. Problem. 18. sub nomine dispositionis corporum comprehenduntur. Externas etiam causas multiplices medicinæ scriptores retulerunt; Qui pietatis nomine commendari assolent, quibus & Arabs ille Auenzoar iure merito connumerari potest, inter externas causas Deum immortalem posuere: & certe inficias ire non possumus, sic sacris attestantibus literis, quin sæpè Deus peccatis hominum ita promerentibus pestilentes morbos ipsamque adeo luem pestiferam mundo immittat. Astrologorum opinione cui etiam aliquando Princeps Mauritanus adhaesit, in fluxus cælestes febres causare pestilentiales literis traditum non ignoramus, erroneè licet, ut doctè non minus quam eleganter doctissimus ille Picus Comes Mirandulanus sua contra Astrologos edita tradidit Apologia, quæ illorum argumenta euenit, & ridicula prorsus esse iuuvis rationibus ostendit. Verius Medici omnes, & præcipuè Galenus aeri inter externas causas, principem locum concessere; præter aerem regiones Austrinæ causis externis adnumerantur, ut & cibi & potus inordinati, & malis qualitatibus affecti: alias quamplures causas vos priuata lectio variorum in medica facultate authorum edocebit, nos Laconicè rem ipsam tractare aggressi, nunc ad harum febrium Curationem pestilentialium properamus, quæ ut exquisita methodo ad artis præcepta & doctrinæ normam à nobis iam pridem obseruari solitam, instituat, meminisse vos oportet, alias esse febres pestiferas veras, alias non veras, quarum omnium curatio non multum discrepare vna ab altera videtur, nisi quod cum pestiferas veras venenatus aer peperit, exquisitam magis & diligentioram requirunt sollicitudinem virginti ut veneno oblitum possit. Sumitur autem tota febrium pestilentium curatio ad huius febris naturam, quæ quidem constat ex materia & forma. Intemperies calida & sicca formam huius febris repræsentat, unde emergit indicatio ut refrigerandi, ita & humectandi. Humor autem summè putridus huiusmodi febris est materia, in hac febre quadruplex emergit curandi scopus, refrigerandi vnus & humectandi, alter euacuandi putrefactam materiam, tertius materiam quæ putrescit corrigendi & corrigendi, quartus, & postremus resistendi prauitati putredinis. Scopii hi ut adimpleri possint res non naturales accuratè & considerandæ & administrandæ sunt. Aer eligendus frigidus, siccus, & odoratus, idque putredinis & nobilissimi visceris cordis, & spirituum tutelæ ratione; itaque ad huiusmodi aerem procurandum artis beneficio conuenit irrorationes administrare, aceti rosacei, aquarum rosarum & acetosæ, & in patientis cubiculum injicienda erunt herbae refrigerantes ac odoratæ, æquales sunt nimpheæ, borago, rosa, & his similes, implendique sunt thalami malis citrijs, camphora, sandalis, ita ut omni ingenio & arte quantum fieri licebit huiusmodi aeris odorati qualitas inducatur. Somnum æquæ ac vigiliam volumus esse moderata. Motus omnes fugiendi, & animi præcipuè, hinc curandum omnino ut hominum frequens salutatio aut congressus vitetur, illique solum admittantur qui patienti ægro gratissimi sunt & acceptissimi. Repletiones inanitionesque nimia esse non debent; venter lubricus & mollis seruandus, quod frequenti iniectione enemate, aut cerebro suppositoriorum vtu procurandum est.

Cibus à non nullis multus, ab alijs paucus offerri solet, & vtraque pars vt suis rationibus ita & auctoritatibus haud destituta, opinionem conceptam obstinate tutatur: ego hac in controuersia ne iusto simpliciter morem longior, ad auctores qui de febribus scripsere vos relegatos volo, hoc addito solum cibum mea sententia nec parua quãtitate, nec nimia exhibendum & is quidem his conditionibus vt polleat necesse est scilicet optimi vt sit succi, concoctu facilis, & paucus pro vice, sed pluribus interim vicibus ægris ab assidētibus offeratur, optimi namque succi, & facilis concoctionis cibum esse conuenit vt vires conferentur, spiritusque reficiantur; qui quidem ex boni succi cibus id citra controuersiam omnem in dubiè assequuntur, debet etiam facilis esse concoctionis, quia innatus calor eneruatus, & debilis valdè vi affectus præter naturam vehementis & maligni redditus, magnam ægro oblatam cibi quantitatem concoquere nequit; debet etiam paucus esse pro vice, pluribusque pariter vicibus offerri, quia si multus vna vice exhibeatur non coquitur, sicque crudo remanente alimento, putredini fomitem præstat ex incrementum maximo sanè cum periculo & certissima haud dubiè cum pernicie decumbentis. Vini vsus quod ad potum attinet plane interdicens, quamuis viribus valde labefactis nonnulli uiuim esse concedendum autamarint, contra ipsius etiam Galeni doctrinã 9. de Simplicium medicina, quo loci, Bolũ Armenam in huiusmodi affectu vino commixtam ægro offerre metuebat. Debita victus ratione præscripta, intentionis curatiuæ penitus adimplendæ sunt, quæ in euacuatione partim materia infestis putridæ, partim in eiusdem quæ putrefit correctione consistunt. Putridam itaque materiam expurgari debere omnes concordis sententia medici decreuerunt, controuersia tamen de euacuationis tempore non leuis passim suborta est, vt & de euacuandi modo, an nimirum pharmaco purgante euacuanda peccas materia; an sanguinis missione vtendum; pharmacorum vsus fluído iam factò humore noxio, & iam per concoctionem attenuato adhibendus:

A quamuis hoc loco disceptetur à multis in re medica non parum etiam exercitatis, an humorum concoctio expectanda sit, an uerò à principio euacuanda materia putrida, quam in alium discutiedam locum disputationem reijcimus. Venè aut sectio vtrũ ueniat, & quonam tempore, à multis ambigitur, multosq; olim torfit archiatros hæc quæstio, & in preses adhuc torquet, rationes vtriusque partis apud alios vobis vbi otium suppetit legere licebit, nos, ne temporis iacturam faciamus, bonasq; horas malè collocemus, solito insistentes compedio quid sentiamus breuiter accipiat. Principio pestilentium febrium semper vena est secanda, viribus tamen integris, & nihil sanguinis missionem impediens; est namque ipso in principio magnus morbus, & vires nondum effectæ debiles, quia nundum cor ipsius nonnata qualitate affectum, iccirco, non improbanda venæ incisio, imò adhibenda omninò. Si verò medicus non aduocetur ab ægrotante in ipso morbi principio, nunquam phlebotomia sanguis extrahendus est, sed ea adhibenda remedia urgente præsertim ple nitudine, quæ sectionis venæ vicaria appellatur, qualia sunt cucurbitulæ cū scarificatione dorsò & spatulis vel cruribus etiam adhibitæ; post exhibenda Bolus Armena vino commixta, quæ in omni pestifera febre oblata prodest, semperq; propinanda est. Theriacæ vsus proprietate quadam commendatur in huiusmodi affectibus, vt & lapidis bezoar vocati ex vino potatio; nec contemnendæ utilitatis est syrupus de scordio dictus, cum maximè aduersetur scordium omnibus putrefaciendis Galeni autoritate primo de Antidotis. Commendatur etiam à nonnullis, cornu unicornis, quod tamen alij reprobant; Asini iudici cornu laudat Aelianus celebris historicus, quo scribit pro poetulo vsos Reges Indicos veteres, quod eius vsu arbitrentur se immunes fore a Comitiali morbo, & venenis. Et hæc de pestilentialibus febribus à nobis in præfens dicta sufficiant, latius de ijs Deo auspice acturi in Commentario quem in Galeni librum de Febribus ad Glauconem conscripsimus, quem propediem vobis me daturum pollicor.

[Faint, mostly illegible text in the left margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]

[Faint, mostly illegible text in the right margin, likely bleed-through from the reverse side of the page.]



IOAN. ARGENTERII
CASTELLONOVENSIS
PEDEMONTII
PHILOSOPHI, AC MEDICI PRAESTANTISSIMI.

De Febribus ad Glauconem.

NON possum, iuvenes studio-
sissimi, amplius sequi institutū
à maioribus nostris inuentum
interpretandi scilicet Auicen-
næ Fen primam, libri quarti, in
qua author tractat de febribus:
nam cum id fecerim tertio ab
hinc anno, me sæpè pœnituit
mei instituti, propterea quòd in eo authore omnia
prolixè tractantur, multa confusè, alia etiam falsò
docentur, plurima non intelliguntur ob malas illius
in Latinum sermonem conuersiones, in quibus in-
terpretes sæpè contraria de eadem re dicunt; relin-
quuntur etiam in codicibus Latinis plurima verba
Arabica, quæ cum à nobis non intelligantur, faciūt
vt tota sententia non percipiatur. Quæ res cum mi-
hi maximam molestiam adferrent, faciebant quoq;
vt ego parum doctus vobis viderer, & minimum ve-
stris studijs prodesse, itaque tentavi hoc anno pariter
interpretationem quarti Fen primi libri in qua
easdem difficultates iuueni, & ob id omninò decre-
ui relegare eum authorem à nostris scholis, operam-
que nostram collocare in meliore opere, verum, & in
hoc sunt etiam suæ angustia: nam nullum habemus
authorem, qui tractationem de febribus totam
sit complexus vno volumine, & breui compendio
nam Galenus in vno libro agit de diff. & causis fe-
brium; in Meth. verò medendi, atque etiam in alijs
plerisque libris curationem solum febrium diariarū
synocharum, putridarum, & hæcticarum in genere
est complexus, atque ita facilè, vt non sit opus accu-
ratiore interpretatione, qualis fieri solet in scholis
Italicis, spartim multa tradit de febribus in Com-
mentarijs quos scripsit in Hippocratis libros, postu-
lat autem institutum nostrum, vt in vsquo Opere
contineantur omnia breuiter, & cum methodo scri-
pta. Propterea nec Paulus, nec Aëtius, nec alij Græ-
ci Medicinæ Scriptores, aptam ad id docendum in
scholis tractationem de febribus fecerunt illi, enim
nulla principia ponunt, nihil probant, rarò diuidūt,
ieiuni sunt in medicamentis, & ea quæ tradunt no-
stris temporibus vix accommodari possunt, vel po-
tius omittenda sunt, quandoquidem multo meliora
& mitiora illis inuenit posteritas, & nostra indu-
stria; ac multa dedit nouis orbis antiquis ignota.
Itaque decreueram integram instituere tractationē

A absque interpretatione alicuius Operis, explicando
scilicet primò quæ ad definitionem, & naturam ip-
sius febris pertinent; deinde febris ipsius differen-
tias, postea causas, quarto signa postremo generalè
curandi rationem, & eandem obseruare docendi ra-
tionem in singulis generibus febrium, nempe in
diarijs, humoralibus, & hæcticis. Verum, vt hæc
doctrina prouectioribus esset admodum accommo-
data, ita rudioribus fortè non esset facilis; itaq; su-
scepi vobis interpretandum Galeni primum librū
ad Glauconem, qui etsi non omnia continet quæ de-
siderat integra tractatio de febribus (nihil enim il-
lic tractat de febribus Synochis, nihil de hæcticis,
nihil de pestilentibus, nec de semitertianis, & de
multis alijs,) tamen nos sumemus occasionem ex
eo Opere docendi, quod & doctis, & rudioribus sit
futurum vtile & facile, ac simul integrā perficimus
tractationem.

B Est porrò hæc Tractatio de febribus inter alias
omnes quæ habet nostra Medicina, vtilissima, pul-
cherrima, & difficillima: si enim vtile est philoso-
phari, & pulchrum in rebus difficillimis ingeniū
exercere, nulla perfectio reperietur in arte nostra
tractatio quæ cum hac cōferri possit. Quis enim nō
admiretur Medicum, qui certis rationibus docere
possit vbi febris consistat, & in qua parte foueatur,
ex qua materia qualibet illarum accendatur, & à
quibus causis gignatur? cur præterea quædam con-
tinuò infestent, aliæ verò aliquando quiescant, & po-
stea redeant per certa, vel incerta temporis inter-
ualla, & ea quidem longiora, vel breuiora.

C Nonne etiam pulchrum est posse prædicere salu-
tem, mortem, & tempora in quibus hæc fiunt? In cu-
ratione tanta est scientia, vt meritò Medicum tan-
quam Deum quendam mirari debeamus, qui fe-
bres sciat certè persanare. Ad hæc, si vtilitatem me-
tiri volumus, tum ægotantibus tum nostro com-
modo hæc tractatio alias omnes longè superat; Nul-
lus enim hominibus grauior est morbus, nullus qui
frequentius infestet, nullus qui vniuersum corpus
citius deiciat, aut sepius perimat quàm ipsa febris. Pro-
uenit quoq; nobis ex curatione solius febris plus cō-
modi & honoris, quàm ex alijs omnibus morbis:
eos enim aut contemnunt homines, aut ad eos pro-
pulsandos tunc solum accersunt Medicum, cū illi
grauissimi sunt facti, & cum qualemcumque, quālo
quidem

quidem, & vetula muliercula, & idiota quilibet do-
lenti stomacho, aut capiti affecto remedia audent ad-
hibere: at februm curationem nobis reliquerunt om-
nes, nec alius est homo alterius ordinis quam no-
stri, tam audax, qui illius scientiam sibi viriditate au-
deat: At cum nonnulli dicunt se remedia habere
quæ febris profint, tamen cum ipsi eo morbo ve-
xantur, suis auxiliis non fidunt, sed à nobis opem
querunt.

Est quidem utilissimum vulneribus, fracturis, ul-
ceribus, luxationibus mederi, quandoquidem his ma-
lis nobiliores homines maximè sunt obnoxii, sed e-
i quæstum qui paratur Chirurgia utilissimi tonsores no-
stra negligentia, & indulgentia nobis iam dudum
eriperunt. Itaque utilissimam huius rei explicatio-
nem existimabimus, si modo ea est quæ præ cæteris
tantorum laborum quos discendi causa suscipimus
nobis uberrimos fructus promittit. Quod si rerum
cognitio per se, & quæ difficilis, homine digna cæsetur,
quamnam quæso est pars in Medicina hæc ipsa diffici-
lior, iucundior? Quid uerò hoc etiam dignius quàm
posse hominem febre laborantem curare, si enim
Medicum laudamus, qui uni parti affectu succurre-
re nouit, certè hanc partem reliquis omnibus præfe-
remus, utpote, quæ non unius membri, sed uniuersi
corporis Medelam pollicetur.

Cæterum, de difficultate huius Operis commo-
dius agemus, enumeratis his, quibus uniuersa tra-
ctatio constat: nam in unaquaque parte licebit ostend-
ere, plurima esse difficilia, nonnulla adhuc non in-
uenta, quæ tamen summo operè sunt necessaria; alia
uero ab aliis, uel dissimulata, uel pro dignitate ne-
quaquam explicata. Constat autem (ut breuiter di-
cam) uniuersa hæc tractatio septem partibus, quarum
Prima de essentia, & de definitione ipsius febris a-
get. Secunda de ipsius generibus. Tertia de differen-
tiis, Quarta de causis, Quinta de temporibus, siue
partibus febris pertractabit, Sexta de signis, Ultima
erit de curatione; Quæ quidem capita ea esse, & tot
quot ponere oportet, ex hoc patere puto, quod hæc
particularia omnia, quæ de febris dici possunt in se
complectuntur, & illis cognitis nihil relinquatur,
quod Medicus in officio suo obeundo in hac parte de-
siderare possit; Eo uero quo diximus ordine esse il-
la collocanda, facile patere potest ei, qui nouit quid
sit Methodo docere: nam ignorata essentia, & defi-
nitione ipsius rei, frustra alia tentabis docere. Quæ
primum locum definitionis explicatio merito sibi
uendicat: quæ cognita statim sequitur explicandam,
an rem simplex sit, an composita, in quo quarimus
febris species primas, ex quibus omnes aliæ nascun-
tur, quo explicato, statim uidendum est, quæ ratione
quotuè modis illa inter se differre possint. Cognitis
uero differentiis, inuestigandæ sunt causæ, quæ ad il-
larum generationem, auctorem, & conseruationem
faciunt: contra quas in curatione, & præseruatione
pugnandum est. Quoniam uero remedia uariata
sunt, quum febres mutantur, ideo tempore, siue par-
tes ipsius febris explicandæ ueniunt: At nec febre,
nec illius genera, differentias, causas, partes digno-
scere possumus, nisi doceantur harum rerum notæ,
& signa: atque his omnibus cognitis in promptu
sunt ea, quæ ad curationem febricitantium sunt ne-
cessaria. Quare de curatione, mitigatione, & aliis
officiis quæ exercemus in sanandis ægris, merito pos-
tremo loco agendum erit. His quibus constat ipsa tra-
ctatio de febris, & eo ordine, quo ipsa enarraui-
mus singula sunt explicanda, sed quoniam nos Gale-
num sequimur authorem, occasionem sumemus ex
eo explicandi prædicta omnia, & si quedam ex illis
omittat, nos ea addemus, ut perlecto uniuerso hoc

A illius libro, integrè intueniatur nostra opera facta
de febris tractatio. Sed ne illotis (ut aiunt) mani-
bus accedatis ad harum rerum intelligentiam, ne-
cessè est, ut multa præcognoscatis, nam in primis cor-
poris natura, & constitutio tenenda est, cum in gene-
re februm distinguantur penes triplicem substantiam
nostra corporis, spiritum, humorem, & solidas par-
tes, quis intelligere poterit generum distinctionem,
qui non antea illarum rerum naturas, & usum in cor-
pore perspectum habuerit? Sumuntur etiam differ-
entiæ à materia subiecta, varianturque prædictio, & cu-
ratio ob subiecti, & materiæ diuersitatem. non est
quoque ignoranda corporis temperies atque structu-
ra, & quæ in affectionibus corporis nascitur differ-
entiæ siquidem generatio naturaque februm, nec non
prædictio, curatioque ob illa mutantur; etenim in
corporibus benè temperatis bonisq; humoribus abun-
dantibus, optimèq; transpirantibus labor diariam fe-
brem, in aliis uero putridam excitat, atque in his pe-
riculosa omnia redduntur in illis uerò uix ex grauissi-
mis febris aliquod imminet periculum, facilisque
est curatio; oportet præterea tenere quæ, & quot sint
partium actiones, quidque singula efficiant, & quo-
modo, quo uè tempore suum officium exercent; sic
enim intelligemus quid naturam præstare possit,
quid etiam nobis relinquat; nec ignorare oportet,
omnium uim quæ corpus nostrum immutare pos-
sunt, quid scilicet illud calefaciendi, refrigerandi,
siccandi, humectandi, replendi, vacuandi, densan-
di, rarefaciendi, obstruendi, aperiendi, roborandi,
nutriendi potentiam obtineat, & denique scire oportet
C quicquid nostrum corpus quocumque modo affi-
cere potest: sic enim intelligemus omnium februm
causas, & illarum remedia; nec non scire necesse est,
quicquid significare potest febre, illiusq; differen-
tias, causas, & partes, & quæ in febris sequuntur
ut salutem, & mortem. Denique qui uult esse huius
tractationis idoneus auditor, debet accedere benè in-
structus in aliis omnibus Medicinæ partibus. Sed
iam ad ipsum Gal, accedamus.

Galenus de arte curatiua ad Glauconem.

D I N Opere hoc explicando, Primo agendum est
de inscriptione illius; Secundo, de scopo autho-
ris; Tertio de diuisione Operis; Quarto, de do-
ctrinæ modo quo author utitur in explicatione eor-
um quæ in Opere traduntur, Postremo, de Utilita-
te quam sperare possumus ex operis huius certa in-
telligentia: Rectè igitur Montanus eos arguit, qui
inscribunt opus hoc de febris ad Glauconem, nã
titulus iste solum comprehendit quæ continentur
in primo libro. uerum ipse pariter aberrat, cum titu-
lum facit parua Methodus Therapeutica, quia in Græ-
co codice non est parua Methodus, sed solum legi-
tur de curatione ad Glauconem; nam Methodus nõ
est nec parua, nec magna, sed bona aut mala, quæ
potius Methodus à quibusdam Compendium, siue
E Quintil. legitur. Scopus autem Galeni est, ut ipse
paulo post docet, uelle in gratiam Glauconis doce-
re, & scriptis mandare uniuersalem quandam Me-
thodum per compendium; est enim hic Glauco il-
le, de quo mentionem facit in libro quinto, de locis
affect. Philosophus Platonius, Galeni ipsius aman-
tissimus, & admirator, ut ipse in eo quinto libro scri-
bit. Potrò, Methodi huius uniuersalis uim, & usum
docet non in curationibus singulorum morborum,
sed in quibusdam duntaxat, ex quibus reliquorum
curatio intelligi potest: nam qui nouit uniuersa-
le,

te, & illud applicuit aliquibus particularibus, facile ad alia transferri potest. Diuiditur autem opus in duos libros, ac in primo tractat de curatione febriū; in secundo verò de curatione tumorum præter naturam, adiungit tamen etiam illorum morborum signa, & causas, non ex proprio quidem instituto, sed vt curandi ratio, quæ sumitur ex natura, & causis morborum facilius innotesceret. Cæterum, quod attinet ad docendi modum, Montanus nescio, quo modo scribit Methodum esse diuisiuam, & resolutiuam, & ordinem docendi esse compositiuum, sed vt in Commentariis nostris in Artem Medicinalem ostendimus, Doctor iste malè passim diuisiuam, & resolutiuam Methodum pro eadem vsurpat. Præterea Methodum, & ordinem docendi nescio quo modo distinguat, & dicat diuisiuam, & resolutiuam esse Methodum, ordinem vero esse compositiuum. Dicamus ergo, Methodum, siue ordinem quem obseruat esse compositiuum, quandoquidem incipit à simplicioribus in temperatis, & morbis, & procedit ad magis compositos. Vtilitas autem magna est huius Operis, primum ex modo scribendi per Methodum breuissimis verbis explicatam secundo, quod in hoc opere ad particularia descendat remedia, præsertim in febribus curandis, quod nusquam alibi fecit, ex quo intelligimus modum medendi antiquorum præsertim in febribus quem alioqui non erat facile ex alijs operibus percipere, atque ita intelligemus (vt arbitror) quam feliciores nos simus ipsis; sed hæc in progressu (vt spero) demonstrabimus.

Quod non solum communem omnium hominum naturam o Glauco, sed & cuiusque propriam nosse medicus debeat, ab Hippocrate olim traditum est, & à nobis in ipsis artis operibus, vt nosti studiosè obseruatum.

Primum hoc caput non videtur certo ordine scriptum ab auctore, multa enim dicit quæ inter se non coherent, & cum vnum scopum sibi proponat, qui est, velle scribere in gratiam Glauconis Methodum medendi, postea multa dicit, quæ non coherent cum eo scopo, sed cum alio de quo paulo postea agit, cum dicit se etiam velle Glauconi in eo obtemperare, vt doceat causam quam ob rem fiat vt multi Medici in curatione aberrant. Quare, si ex illis duobus vnus fiat scopus, clara hæc omnia redduntur, vt talis sit sensus, postulasti à me vt tibi vniuersalem medendi Methodum conscriberem, & simul indicarem causam, cur Medici multi fallantur, hæc in tui gratiam scribere aggredior. Reliqua vero dicam in ipso principio, & postea cum partem sui instituti proposuit reddit rationem nunc vnus partis instituti, nunc alterius. Supponit autem vnū statim ab initio, ex quo postea ostendit se methodum quidem promissam scripturum, ita tamen ut credere nõ debeat Glauco, ex ea se optimum medicum futurum; Id autem quod supponit est, medicum non solum communem hominum naturam, sed etiam cuiuscumque hominis propriam cognoscere debere. Quod quum non sit per se notum, dicit illi adhibendam esse fidem ex Hippocratis sententia, & ex eo, quod ipse id ostenderit sæpè, ipsi Glauconi medendo. Nõ memini quidem me legisse expressè hoc ab Hippocrate esse traditum, medendo verò id omnes experiuntur verum esse, nam Medicus (vt alibi scribit Galenus) non hominem curat, sed Socratem, Platonem, & singulos vult ad suam propriam naturam, non ad communem reducere; id quod fieri non po-

A test, nisi eam propriam naturam præcognouerit, quod clarius postea adhuc patebit. Porro naturæ nomen latè patet: nam natura materiam significat & formam cuiuscunque rei apud philosophos sumitur & natura pro structura corporis, quomodo dicebat Hippocr. moriebatur illi quorū natura ad tabem vergebat. Sumitur & pro temperie corporis, quam Galenus sæpè putauit esse formam, nam supra temperiem aliam non nouit formam. Aliquādo pro naturali facultate sumitur natura, ut cum dicit plantas à natura generari, animalia uerò ab anima, id est animati facultate. Aliquando sumitur natura pro eo quod est moderatum vel proprium singulis, etiam in excessu, ut cum dicimus sanitatē esse secundum naturam, & gibbosos etiam ita esse à natura. i. gibbositatem illam sibi esse naturalem.

B Sumere possumus etiam naturam pro proprietate corporis, ut cum dicimus, quosdam talem habere naturam, ut malè, aut benè se habeant ad res quasdam agendas & ferendas, pro eo quod est talem habent proprietatem. Hæc sunt præcipuæ naturæ significationes. Addit alias Montanus, quod scilicet sumatur aliquando pro quattuor humoribus & Elementis; aliquando pro toto composito, aliquando pro accidentibus consequentibus formam corporis; cuius opinionem nunc in hoc examinare nolo, in hoc tamen illum putò male sentire, quod putet in omni significatione Galenum naturæ nomen hic intelligere: nam in communi natura illa omnia reuera sunt cognoscenda, in particulari uero nequaquam omnia faciunt differentiam, sed id quod particulare est: nam forma, & materia communis, non mutant curationem in particularibus, quippe cum eadem hæc sint in omnibus; nec etiam recipio eorum opinionem vt Acacix, qui naturam sumi uolunt pro temperatura, nam medendi Methodus, & exercitatio in particularibus præcepta debent habere, quæ conueniant omnibus morbis, & non solum illis qui sunt positi in ipsa temperatura. Quare per communem naturam intelligemus ea quæ omnibus nominibus sunt communia, per particularem uero intelligemus, nõ solum id quod est insitū à primis principijs, sed et id quod est acquisitum ratione ætatis, vel victus, aut etiam casu, siue illud sanum sit & moderatum, siue etiam morbosum effectum, ita tamen vt amplius immutari non possit, adeo ut in naturam transferat, quilibet enim ad id quod est illi insitum siue à natura, siue casu, in curatione reduci debet: claudus enim & gibbosus si quid in illis vitijs est innouatum, ad rectam figuram sed ad eam quæ præerat gibbositatem & claudicationem reuocandū est. Propriam ergo temperiem, propriam structuram, propriam ut ita dicam proprietatem, propria accidentia & denique id quod est proprium singulis debet præscire Medicus, ut rectè possit curare; idem ergo est hoc loco propria cuiusque natura, quod est iam secundum illorum naturam siue propriū singulis hominibus, omnes enim ad suam naturam & ad id quod secundum naturam & proprium ipsis est cum a morbo ad sanitatem perducentur, redigi debent.

C faciunt differentiam, sed id quod particulare est: nam forma, & materia communis, non mutant curationem in particularibus, quippe cum eadem hæc sint in omnibus; nec etiam recipio eorum opinionem vt Acacix, qui naturam sumi uolunt pro temperatura, nam medendi Methodus, & exercitatio in particularibus præcepta debent habere, quæ conueniant omnibus morbis, & non solum illis qui sunt positi in ipsa temperatura. Quare per communem naturam intelligemus ea quæ omnibus nominibus sunt communia, per particularem uero intelligemus, nõ solum id quod est insitū à primis principijs, sed et id quod est acquisitum ratione ætatis, vel victus, aut etiam casu, siue illud sanum sit & moderatum, siue etiam morbosum effectum, ita tamen vt amplius immutari non possit, adeo ut in naturam transferat, quilibet enim ad id quod est illi insitum siue à natura, siue casu, in curatione reduci debet: claudus enim & gibbosus si quid in illis vitijs est innouatum, ad rectam figuram sed ad eam quæ præerat gibbositatem & claudicationem reuocandū est. Propriam ergo temperiem, propriam structuram, propriam ut ita dicam proprietatem, propria accidentia & denique id quod est proprium singulis debet præscire Medicus, ut rectè possit curare; idem ergo est hoc loco propria cuiusque natura, quod est iam secundum illorum naturam siue propriū singulis hominibus, omnes enim ad suam naturam & ad id quod secundum naturam & proprium ipsis est cum a morbo ad sanitatem perducentur, redigi debent.

D immutari non possit, adeo ut in naturam transferat, quilibet enim ad id quod est illi insitum siue à natura, siue casu, in curatione reduci debet: claudus enim & gibbosus si quid in illis vitijs est innouatum, ad rectam figuram sed ad eam quæ præerat gibbositatem & claudicationem reuocandū est. Propriam ergo temperiem, propriam structuram, propriam ut ita dicam proprietatem, propria accidentia & denique id quod est proprium singulis debet præscire Medicus, ut rectè possit curare; idem ergo est hoc loco propria cuiusque natura, quod est iam secundum illorum naturam siue propriū singulis hominibus, omnes enim ad suam naturam & ad id quod secundum naturam & proprium ipsis est cum a morbo ad sanitatem perducentur, redigi debent.

Non tamen propriam singulorum naturam vt communem scribere possumus.

Posteaquã dixit auctor naturam hominum quandam esse communem, aliam esse propriam, & vtrancque cognoscendam esse à medico; docet nunc quomodo illæ naturæ inter se differant; & dicit hanc differentiam esse, quod vniuersalis natura scribi possit, particularis autem non possit.

Deinde

Deinde, quod particularis natura veniat ad opus, vniuersalis autem nequaquam, sed solum maneat in scriptis, homo enim in vniuersali non curatur, sed in diuiduis quilibet homo, de vniuersali tamen homine precepta traduntur non de particulari: est enim ars & scientia vniuersalium, operatio verò, & sensus particularium. Quod vero inquit propriam cuiusque naturam scribi non posse, duplicem habet intellectum, scilicet, quod omnium particularium natura scribi non possit, vel quod vnius hominis natura non possit scribi, alij interpretes intelligunt in prima significatione, ego vero in vtraque: nam omnium particularium hominum natura, quæ in singulis euariat, nequit literis mandari, nec cogitatione comprehendi, habet tamē etiam suas difficultates particularis vnius natura, sed non in enumeratione singularum affectionum, possumus enim illius temperiem humores, qualitates omnes quæ in eo sunt, extremēta, mores, actiones, & denique quicquid in eo reperitur recensere, hæc enim non sunt infinita, nec etiam multa.

Quid ergo est, quod non potest in ea natura scribi? Quantitas profectò singularum affectionum, ea enim ignoratur, & propterea scribi non potest, nemo enim est qui possit certos gradus constituere in eo quod in singulis est moderatum, vel immoderatum, Quis enim est qui possit cognoscere, & re vera asserere, aliquem hominem exquisitissimè esse temperatum, vel ab eo quod est exquisitissimum recedere per integrum gradum, vel plus, vel minus in calore, frigore, animi affectionibus, & denique in alia quacunque affectione; Scribi etiam non possunt mutationes quæ quotidie fiunt in vno corpore, quia minimo quoque momento per animi passiones, cibum, potum, somnum, vigiliam excrementorum retentionem, & emissionem, aeris contactum mutantur nostra corpora, quæ nisi Medicus perpetuò adhæreat vni homini, non potest eas mutationes deprehendere; ob quantitatem ergo affectionum, & subitas in singulis mutationes, propria hominum natura intelligi, & scribi non potest; Ac quod vera sit hæc interpretatio, ostendit postea Galenus cum dicit, circa quantitatem, & occasionem remediorum plurimos Medicos aberrare, & hæc in singulis euariare, quoniam ea à quibus quantitas remediorum, & occasio sumuntur, sunt quæ faciunt vt propria hominum natura scribi non possit.

Sed opposito se habent modo scripta & opera, tum in alijs plurimis, & maximè in prædictis.

Hanc sententiam ita interpretatur Acaxias, vt dicat ordinem diuersum esse inter ea quæ scribuntur, & ea quæ fiunt in medicina, scribi enim vniuersalia, circa particularia verò fieri curationem. Verùm author hic non agit de ordine, & in eo quod dicit, nulla est oppositio in ordine, nec illa inter se hoc modo comparat, sed in hoc, quod vniuersalia scribi possint, particularia verò nequaquam præea dicitur *ἄνωτος*, i. contrarie, sine cōtrario modo illa se habere, & non contrario ordine: nam quod ad ordinem attinet, eum sequimur ordinem in curatione, quem docuimus scribendo, vel loquendo: siquidem, vniuersalis Methodus docet, à causis remotioribus, siue antecedentibus esse incipiendū; deinde, perueniendum ad propinquiores; & tandem ad coniunctas. Idem observamus in medendo, & curando singulos morbos, vnde nescio quomodo vel ita id primum esse in medendo, quod inuentum est

A vltimum in docendo: nam id solum verum est in resolutione, quod scilicet incipiendum sit ab eo quod vltimò est inuentum per resolutionem; sed hoc commune est, tum vniuersali tractationi, tum operationi: differunt solum, quod in vniuersali tractatione resoluantur vniuersalia, & eadem postea tractentur: in operatione vero resoluantur particularia, & eadē postea veniant in opus, qui enim docet (vt exemplis res patefiat) dicit febrem putridam nasci ex putredine hanc vero ex prohibita transpiratione, hanc rursus ex obstructione internorum meatuum, vel densitate exteriorum. De densitate ergò & obstructione aget primum, & docebit quibus remedijs tolli possint, postea de prohibita transpiratione, tertio loco, de putredine, vltimò remedia docebit ipsius febris vt putrida est.

B Sic Medicus qui operatur, febrem putridam qua laborat Socrates, resoluet in propriam putredinem, & eam in suam prohibitam transpirationem, & hanc rursus in obstructionem, & densitatem, & causas quæ has pariunt, demum, curationem auspiciabitur ab ijs quæ vltimo loco sunt inuenta. Vbi ergò vtimur resolutione, idem obseruat rationalis Medicus in particularibus, quod facit cum docet in vniuersalibus. Sic si à compositione ordiatur, id est sequatur ordinem compositionum, semper exordietur, & docendo, & medendo à simplicioribus, & remotioribus; Quid ergo iste bonus vir dicit, nos contrario ordine curare morbos quàm doceamus illorum curationes? Quod si illius exempla sequamur, oporteret à particularibus venire ad vniuersalia medendo, si modo docendo ab vniuersalibus accedimus ad particularia, isti enim sunt ordines oppositi, at nullus in particularibus operationibus incipit à particulari, & vadit ad vniuersale, sed semper versatur circa particularia, & particulares causas. Maneat ergo nostra interpretatio, quod contrario .i. opposito modo se habeant scripta, & opera, eò quod scribamus vniuersalia, & ea scribi possint, opera verò ipsa, & quæ tractantur in operatione non possint scribi: qui enim docet, præceptum certum præcipit, quod remedia debeant exhiberi aequalia morbis, & illorum causis; & quod ex magnitudine recessus à naturali statu cognoscatur quantitas morbi, & causarum morbi; sed qui medetur, istum recessum, & istam quantitatem certam non potest dignoscere, quare nequit certam etiam quantitatem remediorum accommodare egrotis: accidit enim in hac diuersitate, vt vniuersitate propositio, qua vtitur qui docet, sit vera, particularis vero semper dubia, vt patet in hoc Syllogismo. Omnis excessus per aequalia remedia est curandus; at hic excessus est æqualis huic remedio, ergo per hoc remedium curandus, vbi apparet vniuersalis maior propositio certissima, & verissima, minor vero incerta est, & dubia, nec probari potest. Quis enim asserere potest febrem ardentem, qua laborat Socrates recedere per certissimum gradum à naturali statu?

C

D

Postulasti enim à nobis, vt tibi remediorum quandam vniuersalem Methodum designarem.

Posteaquam docuit author noster quæ sint præ cognoscenda ab eo qui velit vel docere, vel exercere curandi rationem, & quomodo differat operatio circa particularia à doctrina vniuersalium, accedit ad suum institutum, & illud proponit, quod est, velle Methodum medendi in gratiam Glauconis designare, siue circumscribere id enim verbū *ἄνωτος* significat.

Methodi

Methodi nomen (vt alibi ostendimus) frequenter vsurpatur a Galeno, & interim non docetur ab eo quid significet, & quanta sit illius vis, quam tanto pe re vbiq; laudat de qua re nos egimus abundè in Cõmentario primo in Artem Medicinalem, vbi docuimus, nihil aliud esse Methodum, quàm viam certã, siue rationem aliquid tractandi, vt docendi, discendi. Quæ propterea compendium à quibusdam dicitur: quæ enim tractatur cum ratione, sunt compediola, quippè cum ratio omnia superflua censeret, & nihil necessarium omittat; docet autem cum Methodo secundum Galenum qui primum nomina explicat de quibus est acturus, deinde definit singula, postea diuidit si multas habet partes, postremo vniuscuiusque partis proprietatem explicat. Sed nos illic etiã ostendimus, cum qui rectè docet, non solum hæc debere obseruare, sed etiã causas rerũ explicare, & effectus docere. Videndum præterea est, quid sit probandum, quid verò non, quibus præterea instrumentis vtendum sit ad singula probanda, & non solum diuidere, sed resolvere, componere, in ducere, syllogizare, & alijs instrumentis vti debeamus; aliquando disputandum contra alios, aliquando ab ipsa tractatione auspicandum, denique qui Methodo docere vult, Arist. imitetur optimum docendi magistrum.

Perficitur autem ea qualitate, quantitate vniuscuiusque remedij, & modo, vsus illorum & omnium istorum difficillima cognita occasione.

Proposuit suum institutum, quod est, velle Methodum medendi describere; nunc vero docet quibus constet ea Methodus, & dicit eam constare quattuor, nempe, qualitate, quantitate, vtendi modo, & occasione remediorum. Tenebit ergò eam Methodum, qui sciet in singulis affectibus morboris inuenire qualitatem, quantitatem, modum remediorum, & simul intelliget quo tempore illa sint exhibenda. Quod an verum sit, & sufficiens, postea expendemus: nunc autem obiter admoneo, Acaciam non interpretati locum Galeni, hic enim dicit Methodum constare ex quattuor prædictis, ille verò dicit eam docere debere, quid primum, quid secundum, quid deinceps; quid cum quo, quid sine quo fieri debeat. Sed vt ad Galenũ redeamus, Methodus medendi non solum debet cõprehendere illa quattuor in medicamentorum vsu, sed plura alia, ut alibi etiã docuimus; primum enim debet medicus qui Methodum curandi tenet, scire, an illi aliquid sit agendum circa corpus ægrotum, sola enim natura aliquando morbis medetur, aliquando etiã opera Medici requiritur, non semper, sed tunc solum, cum natura ab opere quiescit, aut illa debilitate agit, ut Hippocr. in eo Aphorismo significauit: Quæ iudicantur & iudicata sunt integrè, neq; mouere, neq; nouare oportet. Vbi verò nouit Medicus aliquid ipsi esse agendũ quærere dēt quid agendũ sit, an scilicet nutriendum, vel euacuandũ, vel refrigerandũ, aut aliquid aliud faciendum; Tertio loco insurgit intentio de quantitate actionis, quã tum scilicet illi agendum sit, multum ne an parum agendum sit. Sunt etiã in operatione qualitates quædam operandi, quales sunt, an cito vel tarde, cum dolore vel voluptate, cum securitate vel periculo, leuiter vel cum asperitate agendum sit. Et quidem malè Montanus dicit per qualitatẽ intelligi, quid agendum, longè enim defert secundus scopus ab

A hoc. Modum postea obseruare debemus, qui scilicet comprehendit (vt alibi ostendimus) an conferat & simul agendum sit, vel per vires, & eas quidem, vel æquales, vel inæquales. Succedit scopus qui tempus & occasionem agendi præscribit, quo scilicet tempore sit agendum. Alius est scopus qui locum corpore ad agendum accommodatum notat, in quo scilicet loco agere oporteat, vel in vniuerso corpore, vel in pluribus partibus, vel in vna, & in quibus, & in qua, nec hic scopus continetur in modo agendi, sunt enim natura inter se distincti contra Montanum. At vbi plura sunt facienda, necesse est ordinem constituere, vt sciamus quid primo loco, quid secundo, & quid deinceps facere oporteat, quare ordo vnum est ex his quibus perficitur Methodus, non autem est id ex quo alia nascuntur, vt Acacias tradit; non enim vniuersalis & omnis Methodus debet proponere quid primum, & quid secundum, & quid deinceps fieri oporteat; nam ubi vnum solum est agendum, frustra quærimus ordinem in reliquis. Cæterum, ut in actionibus ipsis hi scopi sunt necessarii, ita in ipsis remedijs & reliqua materia medica scopi quidam sunt obseruandi: nam videndum est an utendum sit medicamento, vel victu, et si medicamento vtendum sit, inuestigandum est, quo sit utendum, an vacuante, vel alterante, vel alio quod sit alterius generis. Inuenio genere remedij, qualitas quærenda in eo est, an scilicet illud debeat esse calidum, vel frigidum actu, vel potentia, durum vel molle, solidum vel liquidum, viscosum vel friabile, dulce vel amarum; & denique videndum est, quænam qualitates aptiores sint in medicamento quo uti debemus.

C Qualitatis verò inuentis, spectandum est quantum ab eo medicamento sit exhibendum, id est in quanta mole, & in quot gradibus, ut si potio sit exhibenda confecta ex rhabbarbo, expendere oportet quot dracmæ ex eo propinandæ, & quanta debeat esse potio. Sequitur deinceps vt videamus, an debeat totum illud exhiberi vna vice, vel in plures diuidi, quod est modum notare in quantitate; vbi verò in loco possumus extare, ob locorum diuersitates, designare debemus locum cui remedia sunt applicanda, plurimum enim refert in vsu phlebotomiæ, an sanguinem mittas ex brachio, vel ex pede, aut ex vna, vel alia vena brachij, vel pedis; Sic intelligere oportet in quo tempore medicamentum purgans, vel alterans, uel aliud faciens sit exhibendum, ut etiã notare oportet, ubi plura auxilia sunt necessaria, quæ primo loco, quæ & quid postea adhibendum sit. Hæc omnia & non solum illa quattuor sunt tenenda & distinguenda, ab eo, qui medendi methodum scribere vult, uiaque præterea est indicanda & ratio, qua duce possumus omnes eos scopos consequi: si quid enim prætermittatur, maximi fient in medendo errores, ut satis quilibet intelligere potest. Sed hæc paulo postea commodiore loco proficuemur.

Et occasione horum omnium cognitu difficillima, circa quam, ut pote admodum præcipitem quemadmodum & hoc docet omnium nostrorũ bonorũ author Hippocrates, falli sepe vides non solum vulgares, sed etiã optimos Medicos.

Postulat locus hic, ut doceamus quid sit Occasio, quatuorplex, a quibus indicetur, permittatur, contraindicetur, an omnis præterea occasio sit difficilis cognitu, an quædam solum, & cur

eur talis sit, & an idem sit occasionem esse difficilem cognitu, & difficilis apprehensionis, sine quod sit momentanea, & quæ scribi possit, & quæ non, & quæ hoc habeat incommodū, & quam ob causam. Est porro occasio nihil aliud, quam tempus aptum ad aliquid agendum, ut Galenus in libro de optima secta scribit, quo loco etiam docet duplicem esse occasionem, uniuersalem unam, quæ longum quoddam tempus totum aptum ad agendum continet; particularem aliam, quæ momentum illud temporis in quo iam aliquid agimus, significat. De illa scripti sunt Aphorismi, Concocta medicari; & ille, In acutis passionibus raro, & in principijs purgandum. Item, in principijs si quid uideretur mouendum, moue. Qui Aphorismi longum temporis spacium proponunt aptum ad mouendum & euacuandum; & ea quid em occasio non est momentanea & præcepta ut particularis. Indicat autem occasionem præsentia eius quod postulat esse agendum, & absentia eius quod impedire potest: quare remediorum occasionem indicabit præsentia morborum & causarum ipsorum, ac ubi uires nihil patiuntur à remedijs, ut in alteratione, tunc est tempus aptum ad usum remediorum, semper cum adest morbus, aut causæ illius quæ proprium exigunt remedium. In remedijs uero euacuantibus, si uires debiles non sunt, tunc est tempus euacuationi aptum, quando plenitudo nocet, non enim uires ipsæ ualidæ indicant euacuationem (ut malè sentit Acacius) qui dicit ideo nos euacuate in principio, & declinatione, quod tunc uires sint ualidæ, in statu autem minime, quia tunc uires sunt debiles: nam ut Galenus in libro de optima secta argumentatur, si ex robore uirium sumeretur indicatio euacuandi; sani potius quam ægri euacuandi essent, ut qui semper ualidiores sint, non autem euacuantur, quia non adest id, quod euacuationem postulat. Quod si euacuatio non fit in statu, ratio est quod non adsit tunc plenitudo, quæ requirat aliquam euacuationem, si omnia rectè sunt facta in prioribus temporibus morbi, nam plenitudo æqualis per sanguinis missionem iam est sublata, plenitudo uero quæ postulat purgationem, non adest in statu, aut si adest, contraindicat cruditas: nondum enim est absoluta quam requirit purgatio; non ergo tunc abstinemus à purgatione, quod uires sint debiles, nam in longis morbis & in quartana facillè ferre possunt purgationem; quia igitur non adest, aut si adest, est cum contraindicante id quod purgationem indicat, propterea tunc non purgamus.

Scribi occasionem posse (De hoc nunc agam à quo alia ferè omnia pendunt) inquit Galenus scopos quosdam posse assignari, à quibus sumatur, & eos posse usque ad minimas species prosequi docendo, non posse autem scribi, est non posse scopos eos prosequi usque ad ultimas differentias, potest enim morborum genera, differentias, & etiam causarum illarum genera, & differentias omnium uirium, à quibus sumitur occasio uniuersalis, quispian enarrare, & propterea uniuersalis occasio scribi & cognosci potest. Quam uero particularis occasio sumatur ab illis qui deum quæ eam indicant, sed multa concurrant, quæ illam tardare vel anticipare possunt & denique locū ipsi commodum præbent, ut sunt præsentis, præteriti & futuri, siue instantes affectus, nec non remedia præterita & mox exhibenda; hæc reddunt cognitu difficilem occasionem, quoniam hæc in singulis casibus euariant, & propterea de illis non possunt tradi præcepta, & sine præceptis non fit cognitio discitur sua ut hæc, est quod aliquis labore semitertiana febre, in qua febris est continua & in vno die accessio tertianæ, & quotidianæ, à alio uero accessio terti-

anæ solum, pariat hæc febris synopem, aduenientem teque accessione soporem, postea superueniant sudores, & inter interim noua accessio, alius sit astricta, sit sanguinis multitudo, æger habeat hanc proprietatem, quod non possit ferre sanguinis missionem, nisi prius cibetur, in hoc casu varijs est opus remedijs, clisteri, sanguinis missione, abstersione sudoris, cibo, potu, extrinsecus & intrinsecus robotantibus cor, quis non videt considerandos esse præsentis, præteriti, & futuri affectus, proprietatem ægri, remedia prius exhibita, & post exhibenda, ut commodus detur locus ei auxilio, quod uis in tempore oportuno adhibere? & in his casibus acutis & complicatis ancipites redduntur sæpè Medici, in quo tempore singula fieri possint, in alijs uero facilioribus, & simplicioribus morbis, nec particularis ipsa occasio præcepta est, aut cognitu difficilis, propterea etiam Galenus in lib. de sanit. tuenda scribit occasionem non esse momentaneam in sanis, & ego addo, nec in morbis longis, nec in omnibus acutis, sed solum in acutissimis, & complicatis, & id non pendet, vel nascitur, ut ille scribit in Comment. 1. Aphorif. ob subiecti facillè transmutationem, quia unum, & idem est subiectum sanitatis & morbi, in quo semper occasio non est præcepta: sed hoc fit ob causas, quæ subiectum ipsum afficiunt, quæ enim magnas, & subitas in illo faciunt mutationes, illæ subiectum ita afficiunt, ut in singulis ferè momentis mutanda sint auxilia, quia mutatur corporis status, non est autem in omnibus idem difficile cognitu, & difficile apprehensione: nam quantitas est difficilis cognitionis, & non apprehensionis, occasio uero utranque habet difficultatem: nam difficile cognosci potest, quoniam in singulis euariat, (ut diximus) ob diuersas proprietates, diuersum numerum remediorum, & affectionum. Quare difficilis est cognitionis non solum in omnibus particularibus, sed etiam sæpè in vno solo, cum prædictæ quæ indicant, & contraindicant occasionem alicuius remedij, in uno quotidie etiam sæpè euariant; Difficilis ergo est cognitu, quia non possunt præcepta de ea tradi certa, difficilis uero est apprehensionis, ob magnas, multas, & subitas mutationes, quæ in nobis fiunt. Sed hæc satis de occasione, quædam enim adhuc postea cogemur de ea dicere.

Qui etiam quod difficile sit quantitatem exactè accommodare uiribus, idem scripsit.

Docuit difficile esse cognoscere, & apprehendere occasi onem remediorum nunc uero docet difficultatem, quæ nascitur in adhibenda quantitate remediorum, & dicit difficile esse illam exactè accommodata facultatibus, siue uiribus nostri corporis, nec interim docet unde nascatur hæc difficultas: nam alibi scribit quantitatem remediorum certam esse, quandoquidem per gradus distincta sunt medicamenta alterantia, & per certa pondera, certasque mensuras purgantia, & alia quæcunque. Præterea, certum hoc est, præceptum, tantum debere intendi medicamentorum vim & quantitatem, quantum est affectus ipsius lapsus, & recessus à naturali statu. Quam ob rem per se quantitas auxiliorum non est, nec incerta, nec dubia, sed ratione quantitatis affectionum à qua ea sumitur: nemo enim est qui possit asserere certos esse gradus recessus morborum, & causarum ipsorum; hoc solum possumus dicere quod magnus aut paruus sit huiusmodi recessus, sed in eo paruus, & magno plurimæ sunt differentie, quas sola coniectura possumus assequi, & quia

quia coniecturalis est talis excessus, redditur quoque coniecturalis ipsa quantitas auxiliorum quæ inde sumitur: nam quod scribit Galenus quantitatem remedium accommodandam esse pro ratione quantitatis virium, non ita intelligendum est, quasi utrumque quantitas indicet remedium quantitatem, sic enim (ut ipse scribit in libro de optima secta) sanis conuenient medicamenta, & illa quidem ualidiora quam ægris, utpotè qui vires obtineant ualidiores: sed vires ueniunt in consideratione in usu medicamentorum, ut contraindicantia, uel permittentia; ubi enim illa ualida subsunt, permittunt intendi remedia quantum ipse affectus desiderat, ubi uero debiles sunt, pro ratione debilitatis moderantur quantitatem remedium, aut prorsus eam impediunt.

Cum igitur ad rectam curationem plurimum conferre tum occasionem, tum quantitatem remedium constet, sint autem hæc singulis ægrorum propria, nihil uero quod proprium sit, uerbis explicari possit, hæc ratione quod commune est scribere cogimur, tamen id usu sit secundum.

Concludit quid possit præstare in gratia Glauconis, qui quærebat à Galeno medendi rationem. Conclusio autem hæc est; quod non possit scribere nisi quod est commune, ex quo quidem poterit inuari ad rectè medendum, quantum homo humanis uiribus potest consequi, non tamen fieri potest, ut ex hoc omnia consequatur, quæ ad rectè medendum conferunt: nam medicina stat quidem in uniuersalibus, sed Medicus necessario descendit ad particularia, quæ (ut inquit Aristoteles, & ipse Galenus) non curat hominem in uniuersali, sed Socratem, Platonem: particularia autem sunt in singulis propria, & quod proprium est, non potest uerbis explicari. Hæc sententia multa habet difficultia, quæ sigillatim sunt explicanda. Illud autem facile est intelligere, quod plurimum conferat ad curationem occasio, & quantitas remedium: nam ex illis, ut antea docuit, partim constat Methodus medendi. Quod autem hæc sint singulis propria, difficultus est intelligere, illud tamen ex hoc patet, quod nunquam sit repente plures homines eodem tempore laborantes, uel diuersis, uel eodem morbo, uel eundemmet hominem affectum in diuersis temporibus, qui æqualiter laboret, semper enim in eo quod est magis & minus, differentia aliqua reperietur; propterea semper erit differentia pro magis, & minus in quantitate remedium. Fit ergo propria semper singulis remedium quantitas, ob hanc rationem.

Occasio quoque cum sumatur à præsentia eius, quod postulat remedium, & absentia eius quod illud potest impedire, uel tardare, aut anticipare, uel tunc autem quod postulat auxilium in morbis acutis (in quibus potissimum dicitur occasio præceptis, & difficultis) singulis ferè momentis, quæ uero possunt tempus illud accommodatum quod requirit præsentia affectionum impedire, uel tardare aut anticipare, sint remedia quæ præcesserunt & futura, necnon præteriti, & futuri effectus, necnon proprietates ægrotantium, quæ cogunt tardari, uel anticipari auxilia, uariant autem hæc in singulis ægrotis, & in uno & eo-

dem ægrotante semper in diuersis, & similibus morbis, ratio conuincit ipsam quoque occasionem singulis esse propriam; Caterum, illud difficultus est intelligere, quod dicit nihil proprium posse uerbis explicari: nam primum difficultus est intelligere quid intelligat per proprium, an scilicet intelligendum sit de proprio in una specie, uel in omnibus indiuiduis illius speciei, uel proprium in unoquoque indiuiduo: nam proprium in una specie scribi potest, cum idem sit in omnibus, ut risibile in homine, quod cum non intendatur, nec remittatur, nec ut dixi aliquam habent differentiam, facile explicari potest, ut uerbi gratia, quod risibile sit proprium hominis, proprium uero in omnibus indiuiduis unius speciei, non potest scribi, quia infinita sunt indiuidua quæ habent singula aliquid proprium, imò multa quibus inter se differunt: proprium uero in unoquoque indiuiduo de quo maxime intelligendum est locus Galeni, non potest pariter scribi, non quod numero incerto contineatur, possunt enim, & facile notari, & scribi proprietates omnes, quæ in uno, & eodem sunt homine; sed quia omnes affectiones quæ in uno sunt, sunt propria illi propter quantitatem earum quæ non potest exactè cognosci, quare nec scribi, exactissima autem cognitio est, quæ per gradus certos cognosci, & exprimi potest: nam si quis est iracundus, uel sumo naso, calidè temperaturæ, uel aliquid aliud habet sibi proprium, illud non potest cognosci, quantum exactè excedat, quare nec etiam exactè scribi potest: propterea errat Acaxias, qui

qualitatem etiam remedium singulis propriam esse dicit, nam qualitas ea sumitur à qualitate affectus quo laborat æger, ea autem communis est multis, ut febris calidus affectus, sic & frigidum remedium commune multis est, & non proprium uni; quod uerè facit proprietatem sani, est ipsa quantitas affectionis, & remedium, quæ in uno etiam solo non potest explicari: ergo propter quantitatem affectionum fit proprium in singulis, fortè aliquid habet in hoc etiam mobilitas affectionum, & aliarum rerum à quibus diximus sumi occasionem, nam ob illas etiam uidetur fieri proprium. Dixit autem nihil proprium posse explicari, quod intelligendum est, exactè, ita, ut omnis differentia, quæ est in quantitate possit explicari. Videndum autem est, an etiam quod difficile potest explicari, idem difficultè possit apprehendi, & utrumque difficultè cognoscatur. Certè difficultis explicatio nascitur, quia difficultis est cognitio: nam uerba, & conceptus non desunt hominibus in rebus quarum natura patet, cognoscique potest, non est autem idem difficultè posse cognosci, & difficultè posse apprehendi: nam quantitas affectionum, & remedium difficultè quidem potest cognosci, non tamè difficile apprehenditur; occasio uero utranque habet difficultatem, nam difficile cognoscitur, quia non possunt præcepta dari omnibus communia, quonia in singulis particularibus, in omnibus morbis, diebus, & horis ferè uariant quæ limitant occasionem, difficile uerò apprehenditur ob magnas, & frequentes mutationes, quæ sunt in nobis, & illæ faciunt, ut minimo momento mutetur corporis status, muteturque ob id eodem modo occasio. Porro, in hac difficultate, quam nobis pariunt, quæ in singulis sunt propria, ne penitus ad medendum ignarus sit Medicus, & fiat similis empirico, qui diuersis eadem remedia semper admouet, in istis generibus morborum, cogimur contemplari quod commune est, ex eo enim deuenimus quantum fieri potest in cognitionem omnium, & singulorum particularium est autem usu secundum commune quod scribitur, quoniam non ipsum est commune, quod uenit in usum,

usum, id est ad opus, sed quod est proprium, & singulare; uel quod utilitas in medendo respiciat particularia, illorum. n. causa quaerimus medendi rationem.

Plerumque enim exotos quosdam inuisimus, quibus cum antea, dum sani essent, versati non fuimus; proinde quem colorem, quam corporis habitudinem, quem natium calorem, arteriarumque motum antea habuerint, ignoramus; quae si ante perspecta nobis fuissent, morbi utique magnitudinem probe indicare potuissemus, cuiusque enim morbi magnitudo tanta est quantum à naturali statu recedit, quantum vero recedat, solus is nouit, qui naturalem habitum tenuerit adamusim. Quod cum in illis ipsis ignoremus, ne omnino haesitemus, ad id quod commune est, confugimus.

R Edditatione cur uniuersalia sint scribenda, quam ipse fati declarat, quoniam enim mederi non possumus nisi particularibus, & illorum propriam naturam non possumus cognoscere exacte, etiam si perpetuo uersemur eum uno homine, & multo minus eam possumus allequi cogimur in tota hominum multitudine, quam non nouimus, profecto primo contemplari quod est uniuersale, & & in omnibus commune secundum naturam, ex quo postea ueniemus in cognitionem particularis cuiuscunque naturae; nam quod commune est spargitur in omnia singularia, quae sub uniuersali continentur, ut enim humanitas, id est forma hominis telucet in singulis hominibus, sic figura corporis, calores, temperatura, magnitudines, animi affectiones, eadem, & denique quicquid est secundum naturam spargitur in multos, & sexus masculinus ad omnes mares pertinet, femininus ad feminas, atque eo communi intellecto per sanitatem, & naturalem constitutionem, iam laborante homine intelligimus quantum quilibet à sua natura communi recedat; particularem uero naturam, de qua hic non agit, intelligimus partim quoque hac ratione, sed multo magis ex praecognitione ipsius. Quod uero scribit nos posse probe iudicare de morbi magnitudine, si antea perspecta nobis fuissent, quae naturalia in nobis sunt, non est ita intelligendum, quasi exactum sit hoc iudicium, quippe, cum, (ut antea ostendimus) nemo exacte tenere possit affectuum quantitatem, siue illi secundum naturam, aut praeter naturam fuerint, sed satis est, si hoc fiat, (ut ipse inquit) in eorum id est sufficienter; Docet autem rationem cur hoc fiat sufficiens iudicium, quoniam, inquit, tanta est morbi magnitudo, quantum est recessus à naturali statu; ex quo apparet, eam proprietatem quam dicit non posse scribi, & paritas difficultates in medendo, quaeque facit ut uniuersalia sint scribenda, totam nasci non ex occasione nec ex alijs scopis, sed solum ex quantitate, quando quidem in toto filo orationis semper agit de quantitate, alijs omnibus praetermissis. Caeterum, morbi magnitudo de qua hic agit, comprehendit omnes alias magnitudines, quarum alibi mentionem facit: nam morbi qui dicuntur magni, eo quod in genere morborum tales sint, quales sunt qui dicuntur uehementes siue acuti, nec non qui magni dicuntur magnique uocantur, eo quod inuadant partes nobiles; uel quod sint maligni, habent hanc communem natu-

A ram quod inter alios morbos distrahan plurimum laborantem a suo naturali statu, adeo, ut idem etiam sit morbum esse magnum in hac significatione, cum eo, qui periculosus dicitur: periculum enim nascitur in morbis ex recessu à naturali statu. Quod uero rursus scribit, cum solum iudicare posse quantum recedat quispiam à naturali statu, qui naturalem habitum qui sanitatis tempore fuerit, ad amissum praecognouerit, ita quoque intelligendum est non quod possit adamusim & perfecte naturalis ille status praesciri, sed quod id fiat quantum humanum ingenium concipere potest.

B *Atque in hoc artis peritus imperito plus non nihil habet, atque hoc ipsum plus Hippocrates quidem omnium quos nouimus primus, litteris mandauit, qui autem post hunc fuerunt eiusque scripta intellexerunt, fusius sunt interpretati, inter quos fuit Mnesitheus Atheniensis uir cum in omnibus alijs quae ad artem pertinent, non mediocriter eruditus, tum in exercenda arte quantum methodo consequi possumus, nulli peritiam secundus.*

C **V**m dixisset necessario esse scribenda communia, quando alioqui ignoramus particularia res naturas, ex quibus particularia remedia sumuntur, docet non usum huius communis naturae si scribatur & intelligatur, facit autem haec cognitio differre medicum qui artem habet, ab eo qui non habet: nam qui artem habet, discurrere potest, ex uniuersali nempe elicere particularia, & in illorum cognitionem venire: Empiricus uero & imperitus Medicus, cum ignoret uniuersale, nequit differentiam quae est in particularibus cognoscere: & propterea ut uideamus huiusmodi Medici eadem remedia in eadem quantitate exhibent omnibus qui eodem morbo laborant, magno mortalium omnium malo quicquid idem morbus non est aequalis in omnibus, quare nec aequalia debent esse auxilia. Habet ergo artifex non aliquid solum plus, ut Galenus scribit, sed multum sane, & totum, quippe cum uniuersalis cognitio scientiam in nobis pariat, quae nos tandem deducit in cognitionem particularium; primus igitur Hippocrates cepit disputare in libro de Natura humana, de communi ea natura, & alibi passim per diuisiones eam accomodauit particularibus; hinc postea Plato, Aristoteles & Theophrastus, & alij plurimi excellentissimi Philosophi sunt sequuti, & inter Medicos hic etiam Mnesitheus Atheniensis, quem tantopere hic laudat Galenus.

Hic Mnesitheus à primis sumisque generibus auspicatus, ea in alia item genera, species, & differentias secunda esse censuit: haec denno in alia similiter: quae rursus eodem modo distribuerentur, dum ad aliquam talem descendere mus speciem, quae diuisa in unum numero ac indiuiduum desineret. Mihi uero satis est tibi sententiam meam breuibus explicuisse: nam ridiculus forem, si te tua docerem, tamquam ea pridem ex Platone non didiceris. De hac re igitur meminimus, non ut te diuidi ratione doceremus

G ceterum

ceremus, sed quod ad ea quæ post dicentur, omnia, non inutilem fore speraremus, quodque aliter tibi causas, ob quas medicorum plurimos passim errare contigit efflagitanti non alia via melius indicare possemus: etenim quicquid tum in alijs sectis, tum à multis Medicis in morborum curationibus delinquitur, primam id maximamque causam habet uitiosam diuisionem. Quidam enim in primis summisque generibus statim subsistunt, solis indicationibus, quæ ab illis desumuntur, contenti; quidam quadamtenus diuidendo processerunt, sed ad diuisionis metam non peruenerunt; multi autem perperam diuiserunt.

Cum consideratio vniuersalium plurimum conferat ad rectè medendum, docet nunc quomodo hoc fiat ex Mnesitheï auctoritate & præceptis, qui docet primum esse summa generum affectionum de quibus agimus, siue illæ secundum naturam, siue præter naturam, sit diligenter cognoscenda; deinde illa diuidenda esse per differentias in suas species, donec perueniamus ad vltimas species, & commodas. Præterea, sumendas esse differentias, id est oppositas, & proprias, ex hac enim diuidendi optima ratione, & consideratione singularum specierum quæ per diuisionem fuerunt inueniunt tandem perueniunt in cognitionem communis & particularis naturæ, & cuitari magno errore, qui in medicina fiunt & nascuntur, potissimum ex malis diuisionibus. Docet autem obiter tribus modis fieri malas diuisiones. Primus autem modus est, quando diuiduntur solum summa genera, & non attingimus aliquas illorum species; ut, si quis diceret: rerum alia sunt substantia, alia sunt accidentia; vel affectuum nostri corpori quidam sunt secundum naturam, alij præter naturam.

Secundus errandi modus est, qui fit cum attingimus aliquot species, non tamen peruenimus ad infinitas; ut si quis diuideret affectus præter naturam in morbos, causas morborum, & Symptomata, & postea nullas alias, aut certè non omnes faceret diuisiones morborum, causarum, & ipsorum Symptomata.

Tertio modo committitur error, inquit, si perperam fiunt diuisiones, non tamen docet qua ratione hoc fiat perperam, sit autem hoc si differentia sumatur impropria, vel non opposita. Impropria sunt differentia si quis dicat, febres quædam salia, alia dulces, non sunt opposita si quis dicat febres quædam continua, alia vehementia. Hæc ex Logicis sunt petenda, quare ad ea quæ sunt nostræ facultati propria accedendum.

At quisquis omnia quæ secundum, & præter naturam sunt, ad hanc viam, & rationem reuocauerit, & ex omnibus ijs quæ per diuisionem inuenta sunt integras desumpserit indicationes: solus is quantum per humanas vires licet, medendo non errauerit, notos quidem alijs melius, ignotos verò quam fieri poterit maximè secundum illos curauerit.

Docuit vniuersalia esse consideranda, & illa accommodari particularibus, descendendo per aptas diuisiones, vsque ad infimas species. Nunc docet non sufficere has diuisiones, sed ab ijs quæ sunt diuisa sumendas esse indicationes veras, quæ (inquit) faciunt, ut quantum humana vires patientur, nunquam medendo errare possimus; non tamen docet quid per istas indicationes consequamur; dico autem, nos assequi scopos illos suos, & eos quos nos addidimus, ex quibus constat Methodus medendi: nam mederi Methodo, nihil aliud profecto est, quam intelligere cum certa aliqua ratione an agendum, quid, quantum, quomodo, qualiter, quo tempore, in quo loco, quo ordine, & reliqua quæ superius annotauimus consideranda esse in operationibus nostris. Tangit ergò hic instrumenta per quæ possumus scopos prædictos assequi, adeo, ut Methodus medendi re vera nihil aliud contineat, quàm duo, scoporum enumerationem, & ea per quæ scopos illos assequimur. Dicit autem illa instrumenta esse & vocari indicationes, de qua re diligentius agendum est, si modo hæc tractatio illa est, quæ nos facit non errare, sed rectè mederi quantum homo assequi potest; tum etiam, quod confusa sit hæc doctrina sæpè à Galieno, qui illius author fuit, & optima posuit principia, quæ postea non obseruauit.

Nos de hac re diligenter (ut arbitror) egimus in libro de Officijs Medici, quare ipsorum capita recensito, quæ sunt necessaria ad ea quæ hic scribit, & in toto hoc Opere authoris consequenda. Est porro indicatio insinuatio siue perceptio iuuantis & lædētis, quæ simul aduenit cum perceptione naturæ illius rei cui debetur iuuamentum; & hæc perceptio siue cognitio, fit absque rationatione & obseruatione vel Analogismo, ex quo concludimus, nos non posse semper scopos prædictos inuenire per indicationes, sed alia instrumenta esse necessaria: nam si indicatio nascitur à natura rei, quæ inuari debet, sequitur nos solum posse uti indicationibus in illis affectibus, quorum natura percipi potest, intelligo percipi ita, ut exactè cognosci & explicari valeat. Cuius generis sunt omnes morbi qui affligunt per qualitates similes partes, & qui consistunt in partibus organicis. Calidi enim natura (ut hoc exemplo utar) cognoscitur, & cum morbosus est calor, indicat sui ablationem & refrigerationem esse necessariam; ut morbus qui est in tota substantia, non potest cognosci, nec exprimi illius forma & natura, quomodo differat ab alijs morbis qui etiam dicuntur esse à tota substantia, ut possumus docere naturam calidi differre à natura frigidi; propterea nemo per indicationes potest inuenire remedia quæ conueniant in morbis, qui consistunt in tota ea substantia, siue in occulta forma. Quis enim intelliget per indicationes quid possit conuenire in morbo Scorpionis, vel Vipere, aut aliarum ferarum, cum ignoremus qualis sit natura morborum qui ab illis in nobis gignuntur? In his igitur morbis utimur vel obseruatione, id est, remedijs inuentis per experientiam, aut Analogismo, id est, transitu à simili ad simile, si nihil adhuc habemus expertum. Possimus etiam per rationationem eadem inuenire, veluti, si quis dicat, quicquid est naturæ inimicum auferendum est, morbus inimicus naturæ est, igitur auferendus; ut omnis mutatio fit per contraria, morbi ablatio mutatio est, ergò morbo conueniunt contraria; quare idem per indicationem & syllogismum inuenimus.

Sed ne prolixa reddatur tractatio, per usum syllogismorum utimur indicatione in qua potentia syllogismus continetur; est enim Indicatio tacita quædam argumentatio ducta ex natura ipsius rei indicantis; quia non omnis syllogismus qui aliquid confert ad inuentionem remediorum, exprimit indicationem, sed ille solus, qui sumitur ex natura rei, siue propositiones contineat, quæ ex necessitatibus constant, & concludunt; sed alijs instrumentis prætermis, agamus de indicationibus, quæ suum habent usum, maxime in febribus, quarum natura cognoscitur, & de quibus agere instituimus. Sunt porro inter indicantia quædam quæ propriè & verè indicant; alia quæ contraindicant; alia quæ permittunt, alia quæ coindicant, alia quæ correputnant. Indicantia sunt (ut diximus) quæ primo & per se, ac propriè ostendunt quid sit agendum. Contraindicans verò est, quod propriè & per se impedit fieri, id, quod ab indicante ostenditur esse faciendum. Permittens voco, quod non læditur ab ijs quæ ostenduntur ab indicantibus, nec se illis opponit. Coindicans est, quod interuentu indicantis ostendit aliquid esse faciendum. Sic Correputnans erit, quod secundo loco sine Contraindicantium interuentu opponit se indicantibus. Exempla horum sunt facilia, repletio indicat euacuationem, vires debiles illam contraindicant, victus plenus, & otium illam coindicant, quia repletionem ostendunt, senilis ætas ei correputnat; figura, cauitatesque corporis eam fieri permittunt, hæc ita sunt distinguenda; & nunquam confundenda, ut facit Galenus, qui sæpè hæc omnia indicantia dicit esse, cum tamen alibi demonstrat plurimum referre hæc inter se separare, quandoquidem vnum solum debet vnum indicare, & non plura vnum, cum vnum habeat vnã naturam, & vnum habeat vnum oppositum à quo expelli potest, uel vnum simile à quo potest conseruari. Principium etiam est retinendum in hac tractatione, genus indicare genus, & differentiam indicantis, indicare differentiam indicati, & e contra, exempli gratia: si morbus in genere indicat remedium, species morbi indicabunt species sibi oppositas remediorum. Quibus quidem principijs ita positis, uideamus quomodo per indicantia inuenire possimus remedij qualitatem, quantitatem, vtendi modum, & occasionem, quibus, inquit Galenus, constat Methodus medendi; & nos qui putamus veram methodum plures scopos comprehendere, idem etiam in alijs scopis ostendamus. Volo ergo scire, per indicationes an agendum sit, considero in hoc naturam ipsius affectus, cuius causa vocatus sum ad ægotum, inuenio morbum esse acutum & grauem, quem cum natura sola vincere non possit, indicat mihi Medico aliquid esse agendum, tunc enim Medicus agere debet, quando affectus non possunt à sola natura vinci; iam ergo per indicans inueni agendum esse, & per differentiam indicantis inueniam differentiam actionis, quam ego exercere debeo: nã cum affectus sit præter naturam, indicat esse agendum per mutationem, & non per conseruationem, differentia ergo affectionis indicat differentem actionem, mutandum scilicet esse corpus in alium statum; Qualitatè autem actionis, ex qualitate ipsius affectus per indicationes intelligam: quoniam enim affectus est acutus & velox, & dolorificus, ostendit indicatque cito succurrendum esse, & leuiter, ne dolor augeatur si agamus eum asperitate; Sic quantitatem remedij indicabit quantitas affectus, magnus enim affectus, indicat magno opus esse sibi contrario auxilio, minor verò minore. Modus affectus, modum remediorum

indicat: qui enim per interualla & diuim infestat, indicat opus esse remedio quod etiam per interualla succurrere possit, vt materia heterogenea quæ consequitur non totam simul sed partem post partem in dicat sæpius purgandam esse, & paulatim, & maiore tunc opus esse auxilio, quando magis infestat affectus; Sic eo tempore succurrendum est, quo tempore adest id, quod remedium postulat, at vbi plures sunt affectiones, ei primum succurrendum est, quæ aliarum est quomodocumque causa. Deniq; ei loco applicanda sunt remedia, in quo adest id, quod remedium illud indicat. Sic ergo ex his exemplis patet per indicationem omnes scopos in actionibus & remedijs inueniri; quibus inuentis, iam surgit Contraindicantium consideratio, quæ scilicet sese opponunt indicantibus, siue ijs quæ ab indicantibus ostenduntur esse faciendâ, exemplum sit hoc: Repletio magna quæ indicabat opus esse magna euacuatione, contraindicans habet vires prostratas, ille enim sese opponunt omni euacuationi, & præsertim magnæ, & quæ subito cadunt, subitis euacuationibus reluctatur, & eo tempore quo sunt ita infirma, se opponunt ei tempore in quo adest indicans euacuatione, & in ea parte prohibent euacuationem, in qua magna est virium resolutio, si inter vires vna cum debilitatur, alias trahit in ruinam, illa primum sese opponit euacuationi. Sufficiant hæc exempla de Contraindicantibus. Coindicantia verò & correputnantia non seruant eam per differentiam in omnibus scopis rationem, cum solum signa sint indicantium, & contraindicantium, vt ætas senilis indicare solum potest virium imbecillitatem magnam, ordinem autè & quosdam alios scopos nequaquam; eodem pacto quæ ostendunt repletionem, indicantem euacuatione, non necessariò ostendunt omnes differentias quæ considerantur in omnibus scopis euacuationis; si quis tamen subtilius & diligentius hæc pertractaret, fortè etiã inueniet eandem esse in omnibus rationem; sed nos contenti esse debemus, si nunc intelligamus in ipsis indicantibus & contraindicantibus seruari per omnes differentias & scopos sibi correspondentem oppositionem, ergò qualitatem, quantitatem, & alios scopos remediorum inueniemus per proprium indicans primum, deinde per contraindicans; his enim inter se diligenter cõparatis, intelliget Medicus, vtrũ agere, quid, qualiter, quãrum, quò, quo tempore, quo loco, quo ordine possit, & quo uti possit remedio, quali, quanto, quomodo, quo tempore, in quo corporis loco, & quo ordine.

Si quis enim probe distinxerit primum etatem, deinde temperaturarum differentias, & vires, multaque id genus, quæ homini insunt, cuiusmodi est color, calor, corporis habitudo, arteriarum motus, consuetudo, studia, & animi mores, quibus addiderit maris & femina discrimen, & quæ ad regiones, anni tempora, & alias nos ambientis aeris constitutiones, ad propriam ægotantis naturam propè accedet. Verum alia quidem horum omnium in libris de pulsibus, alia verò in libris de temperamentis disputata sunt, quemadmodum & quæ præter naturam sunt vniuersa, vt inter se formis & generibus differant in libris de affectibus à nobis definita sunt.

HAec quae hic enumerat sunt quidem necessaria medico, sed non ab omnibus istis indicationes sunt sumende, indicant enim ea solum remedia quae ab ipsis remedijs iuantur, & videtur indicant eodem modo ea duntaxat, quae relationem habent ad ipsum victum. Quare, aetas, color corporis, habitus, arteriarum motus, consuetudo, studia, animi mores, sexus, regio, anni tempora, aeris constitutiones (vt alibi ostendimus) nihil indicant, nec contraindicant, sed vel coindicant, vel correpuant, id est, considerantur vt faciunt ad cognitionem indicantium & contraindicantium: quinetiam inter illa quae sunt de essentia nostri corporis, & propterea sola indicantia indicant solum causae constitutionis ipsius corporis, quatuor inquam qualitates & humores quae temperiem & sanitatem pariunt, nam ipsa sanitas sequitur ad temperiem, vt haec etiam sequitur qualitatum mediocritatem, non igitur ipsa sanitas, & accidentia quae ipsam sequuntur indicare possunt, nisi fortasse sui conseruationem, eadem ratione morbus ipse non indicant remedium aliquod, sic enim indicaret sanitatem, cum nihil aliud morbo sit contrarium praeter sanitatem: at quis assumit sanitatem in curatione morborum, adhibemus autem id quod calefacit, refrigerat, humectat, siccatur, ut excessus qualitatum retundamus, & ita mediocritatis temperies comparetur ad quod sequitur per accidens morbi profligatio, & ipsa sanitas. Causae ergo sanitatis & morbi (vt vno verbo dicam) indicant remedia & omnes remedium scopos; intelligimus autem quomodo illae causae sint in corpore secundum naturam ex accidentibus secundum naturam, vt ex aetatibus, nam quaedam est aetas index excedentis caloris & humoris ut pueritia, alia aequalitatis qualitatum vt adolescentia, alia caloris & siccitatis vt iuuentus, alia frigiditatis & siccitatis ut declinatio & senectus, eadem est ratio de colore corporis, motu arteriarum somno & vigilia, & alijs accidentibus corporis; consuetudo vero, regio, anni tempora, victus, & alia quae habent vim mutandi corpus, idem demonstrant tanquam causae quae solent efficere in nobis tales humores & qualitates, qualem ipse vim habent. Ex his igitur cognoscemus communem naturam, ex qua particularem intelligemus: qui enim in eo quod commune est, communicant, ut in eadem aetate, eodem sexu, eodem colore, habitu corporis, motu arteriarum, eandem temperiem, aequales in ea recessus obtinebunt, & ita ad propriam aegrotantis naturam propè accedemus, & ex ea recessus morborum & causarum illorum intelligemus.

Nunc vero omnis nostra disputatio de ijs aegrotis erit, quos exactè antequam morbum contraherent noueramus, cum quibus tamen & reliquos omnes, quorum nobis non erat perspecta natura, intelligemus. Siquidem difficile non fuerit, ex eo quod perfectè distinctum est, id etiam quod tale non sit inuenire.

Docuit ad rectè medendum necessarium esse praecognoscere antequam morbus nascatur naturam propriam aegrotantis, id quod maxime sit consuetudine medici cum particularibus hominibus; eorum vero cum quibus non sumus conuersati naturam assequemur ex contemplatione communis naturae quae in multos spargitur. Nunc autem supponit vnum se velle, solum inquam tracta-

Are curationem morborum in illis, quorum naturam perspectam habemus per sanitatem. Qua quidem suppositione nunquam postea vitetur in tractatione. Itaque videtur frustra hic polliceri de ea re agere vel le; Quin etiam illud magis admirari subit, quod scribit facile posse cognosci reliquorum omnium propriam naturam; nam cum non possimus cognoscere nisi paucorum particularium naturam, & ex particularibus non colligatur aliorum particularium ignotorum natura, sed ex consideratione vniuersalis naturae, non video quomodo velit ex paucis notis infinitam multitudinem ignotorum intelligi; Ad do, quod perfecta non potest esse distinctio, & exacta cognitio particularis alicuius naturae, ut hic scribit, quippe cum antea, eodem authore, ostendimus, nihil proprium exactè cognosci vel scribi posse. Sed his omisissis, accedamus ad febrium tractationem.

Igitur à febribus, quoniam harum curandarum rationem habere cupiebas, auspicemur.

Quoniam nostrum institutum & officium est hoc anno tractare de febribus, & ob id cum Auicenna quae in scholis legi solet confusus, & ob linguam Arabicam ignorantiam obscurissimus esset, susceperimus Galeni hunc librum interpretandum, in quo idem author agit de febribus, cogimur profecto ita rem hanc tractare, vt non solum quae ipse obiter tradit, explicemus, sed etiam quae omittit, ut perfecta reddatur de febribus tractatio. Vniuersa itaque cum superius ostenderit, primum quod venit explicandum esse definitionem febriis diximus: de qua nunc agere aggredior. Et quoniam in omni definitione primum stabilendum est genus definiti, de eo quaeramus quidnam sit. Constat autem febrem aliquid esse eorum quae sunt in nobis praeter naturam, ac cum inter ea aliquid habeat rationem causae morbi, aliud ipsius morbi, aliud accidentis morbi, siue symptomatis, non constat adhuc ex quo genus febris sit sumendum; nam tam etsi omnes velint febrem esse morbum, pauci tamen sciunt ipsi genus assignare inter morbos, quippe, cum causam morbi pro morbo substituunt, & pro genere febris differentiam asstant: quod nunc ostendo, omnes enim dicunt febrem esse calorem (vt uidere est multis in locis apud Galenum & apud Auicennam) est autem calor non morbus, sed causa morbi; nam morbus vitium est corporis, vt sanitas est perfectio, & vterque est affectus siue dispositio corporis, at calor nullus est vitium, vel perfectio, vel affectus, dicitur enim febris esse morbus in intemperie: at calor non est intemperies, sed intemperiem facit, quomodo etiam lapis in vesica non est morbus, sed morbi causa: quinetiam si febris est calor & morbus, sanitas contraria febre, erit frigus, vel calor secundum naturam; qui ergo definiunt febrem per calorem, fatentur esse causam morbi, & tueri non possunt eam esse morbum. Definit aliquando etiam Galenus febrem per intemperiem, & inter morbos vniuersales qui consistunt in intemperie calida ponit febrem, vt 9. Methodi, ubi scribit intemperiem quae in calido consistit, ubi in totum diffusa est corpus, febrem nominari: at sic etiam febris non esset morbus, sed causa morbi: nam ut sanitas non est temperies, sed affectus qui bonam temperiem sequitur, sic nec morbus intemperies est, sed affectus & vitium, quod ab intemperie prouenit, ut pulchre docet Aristot. 7. Methaphysices. Quoniam inquit sanitas est tale quid, necesse est si sanum futurum sit, ut hoc adit,

ad sit, nempe equalitas, et si hoc caliditas, et si hac adesse debet, opus est frictione. Est ergo aliud morbus quam intemperie in equalis caliditas, & id quod caliditatem parit, nempe vitium siue affectus qui nascitur ab intemperie, ut hec nascitur ab inaequalitate qualitatum ut puta caloris.

At verò non desunt qui febrem ponunt quãdam inter morbos, aliam verò inter symptomata, ut Auicenna statim ab initio dicit, febrem quãdam esse morbum, aliam verò accidens siue symptoma, ut Galenus etiam in quodam Aphor. 7. libri paulo post ubi dicit Medicos confuuisse vocare febres symptomata, quæ sequuntur inflammationes. Verum propriè nulla febris symptoma est, cum non sit actio læsa, vel excrementum præter naturam, vel qualitas secunda, mutata, sed appellantur febres illæ symptomata per quãdam conuenientiam, quam habet cum symptomatibus: est enim natura symptomatis, quod sequatur morbos, ita febres quæ nascuntur ab alijs febribus, appellantur symptomata; quæ verò nascuntur ab alijs causis, quæ non sunt morbi, ut ab ira, & exercitatione, dicuntur morbi: omnes tamen reuera morbi sunt. Dicuntur etiam aliquando febres symptomaticæ, quòd scilicet sint eum grauibus symptomatibus coniunctæ. Si ergo febris morbus est, & species quãdam est morbi, non aliud potest habere genus quam vel morbum ipsum, vel eum morbum, qui omnibus morbis qui nascuntur ex intemperatura, est communis; nam morbi diuiduntur in eos qui ex intemperie, vel mala structura partium oriuntur, sed nomen non habent proprium quo exprimi possunt species illæ subalternæ morborum. Est ergo (ne diutius in hoc laboremus) febris morbus; sed quoniam morbi multi sunt, differentia addenda; differunt autem morbi inter se, quod quidam consistant ex intemperie qualitatum, alij vero ex mala structura partium organicarum; at febris cum sit morbus partium similarium, erit morbus ex intemperie factus. Rursum quoniam intemperies differunt penes qualitates quæ illam efficiunt, & omnes ponunt febrè habere essentiam à calore, addemus calorem in definitione. Verum cum intemperies multæ sint calidæ differentes à febre ob diuersitatem subiecti, subiectum ipsius febris assumendum in definitione, atque ita ex omnibus ijs talis fiet febris definitio. Febris est morbus cordis ex intemperie facta à calore, vel breuius. Febris est morbus calidus cordis. Perfecta autem est hæc definitio, nec addere oportet, quod facit Auicenna, quod lædat actiones, nam si febris morbus est, necessario sequitur quod lædat actiones, nec illud etiam addendum, quod à corde calor spargatur in vniuersum corpus, mediante spiritu per arterias; nam qui nouit antequam ad traditionem de febribus veniat, ex primis partibus Medicinæ cor esse principium caloris & spiritus, vniq; suam & calorem per arterias immittere in reliquias partes hoc quoque nouit sequi, quod posito affectu calido in ipso corde, vniuersum corpus breui temporis spacio particeps fiet eiusdem mali. Est ergo calor non genus ipsius febris, sed vna ex differentijs, quæ separata febrem ab alijs in temperaturis quæ non sunt calidæ, & eum alijs constituit essentiam febris, tamquam formalis causa ut rationale est forma hominis; vel si exactius loqui uolumus, intemperies est causa formalis, huius verò calor causa etiam remotior: nam morbus vitium est quod ex intemperie, & hec ex inaequalitate, hæc ex caloris excessu nascitur: tantum ergo abest quod febris sit calor, si est morbus, ut per multos gradus recedat calor à genere morbi. Potest ergo esse differentia ipsius febris quia dicitur facit in ipsa intemperatura.

A Verum contra hanc definitionem, & alias omnes quæ calorem assumunt, difficultates nonnullæ oriuntur, & illa prima quod in principijs accessionum frigus maximum, & nequaquam calor in corpore sentitur. Deinde, illi, qui moriuntur ex febre, experiunt frigidum, ut 3. Prædictionum tradit Hippocrates. Ad hæc, pulsus sunt parui, & rari in principio accessionum, quod frigiditatis est inditium; scribit & Galenus 29. quarti Commentarij sexti Epidem. eum iam moritur, homo frigida intemperie illum affectum esse. Postremò, in febre pestilenti sæpè apparet calor moderatus ad tactum. Quibus quidem rationibus quidam conantur respondere, quod scilicet in principijs accessionum febris nandum sit, sed gignatur; quorum opinio recipi non potest: nam ut Galenus scribit in primo de locis affectis, non est eadem ratio de affectibus similarium rerum, & dissimilarium; qualitates enim domus non sunt antequam domus omnes suas partes acceperit, morbi verò in ipsa generatione sunt, & dicuntur esse, nec expectant omnes suas partes ut esse dicantur, ut contingit in tempore cuius etsi habeamus solum instans, tamen dicuntur res fieri in tempore; est autem tunc febris, cum est in principio non minus quam cū est in augmento, vel statu, aut declinatione. Porro, principium esse ipsius febris eum rigent homines in principio accessionum, ut passim testatur Galenus, certum est, quandoquidem; tempora particularia sunt partes vniuersalium, & in vniuersaque particula morbus est id quod est. Præterea, non videntur signa, & curationem earum febrium, quæ cum rigore inuadunt, narrari in ipso rigoris tempore; vrget ergo hoc argumentum eos, qui ponunt febrem esse affectum totius, non autem eos, qui dicunt esse morbum cordis primo, & per se, per accidens verò totius, ut postea ostendemus. Caler autem semper cor, & in ipso tempore rigoris, quod ostendit sinus, spiratio frequentior, & calor circa thoracem auctus, pulsus præterea sunt minores, sed non tardiores, ut experientia docet; quod si etiam tales fierent, non ob id dicemus in corde non esse calorem præter naturam; nam ex arteriarum refrigeratione mutantur pulsus, etiam si in corde calor est auctus; nam quod præstat respiratio cordi, id præstant pulsus arteriarum reliquis partibus. Satis ergo est mutari respirationem, quæ ostendat calorem auctum in corde. Quod verò experiunt frigidum qui moriuntur ex febre, concedendum est, id tamen non offendit calorem non esse auctum in corde; quia, nisi spiritus sunt pauci, ideo in via refrigerantur, & cum ab ore exeant, non possunt ostendere calorem auctum in corde; Vel est dicendum, quod mors quæ contingit ex febribus, non nascatur immediate ex natura febris, sic enim morerentur omnes ob excessum caloris, sed hoc non fit, verum ob resolutionem spirituum factam à calore: aliud autem est hominem mori ob resolutionem, aliud mori ex febre, aliud hinc mori morientis esse priuatum spiritu, & calore; aliud quod moriatur ex intemperie frigida; nulla enim causa præcessit, quæ frigiditatem induxerit in corde. Quare verum non est omnes qui moriuntur, frigida intemperie cordis laborare; Sic etiam in febribus pestilentibus, & non vniuersum corpus, ceterè cor, & partes ei vicinæ febre & calore laborant, ut ostendit lingua nigredo, pulsus frequentes, anxietas illa quæ maximè circa cor sentitur. Est igitur in omni febre calor morbosus, quem vocat Auicenna extraneum, & dicit esse talem, ut inflammatus, & vltimatus lædere possit operationes.

Quæ verba se addere scribit, ad differentiam caloris ex ira, aut labore concepti, qui febris non est, quoniam scilicet, huiusmodi calor non est itabilis,

nec potest euidenter actiones labefactare. Verum felicius multo, & vno verbo Galenus hæc omnia separat, cum dicit esse calorem præter naturam, aut morbosum, vel igneum, vel extraneum: Quod enim præter naturam est, sequitur necessarid vt illud actiones lædat, calor autem itæ præter naturam nõ est, nec planè secundum naturam, sed neuter, & medius inter hos; & quoniam id quod secundum, & præter naturam dicitur, non solum huic loco, sed etiam multis sequentibus parit difficultatem, ideo clariùs quid hæc significant docere institui. Est porro id secundum naturam re vera, quod est secundum naturam materiæ, & formæ, id est quod conuenit rebus secundum materiam, vel formam suam; & illud est prorsus secundum naturam quod conuenit secundum vtramque naturam; qua ratione dicuntur illa prorsus, siue toto genere (vt vocat Galenus) præter naturam, quæ à forma, & materia rerum de quibus agimus, recedunt; cuius generis sunt lapides, & vermes qui in nobis gignuntur, quorum materia, & forma à nostra penitus recedunt; quæ verò in materia conueniunt; discrepant vero in forma, aut è contra, vel differentiã quandam habent in vtroque pro ratione minoris discrepantiæ plus vel minus secundum, & præter naturam esse dicuntur, vt monstra, & molè mulierum ostendunt. Sic propriè quod secundum, & præter naturam est, accipere oportet, Medici autem, & præterit Galenus quod secundum, & præter naturam est, aliter vsurpant, vocat enim Galenus illas esse affectiones secundum naturam, quæ sunt mediocres, conuenientes, vtiles nobis, præter naturam verò, quæ moderatæ non sunt, & propterea inutiles, & non conuenientes, adeò, vt id quod secundum natura est, differat ab eo quod est præter naturam potissimum moderantia, vtilitate, & conuenientia, vt aperte docet capite 14. lib. 14. Methodi qua ratione dicimus sanitatem, & calorem sanorum, esse secundum naturam, morbum verò & omnia morbosa, & calorem febrilem, esse præter naturam; adeò, vt hæc non differant inter se, nec forma, nec specie, sed gradu potissimum; duo enim gradus caloris, fortè affectione efficiunt sanam; tres verò morbosa. Quod si affectiones planè sunt vtiles, & conuenientes animali; illæ dicuntur secundum naturam, quæ verò prorsus sunt inutiles, ille prorsus sunt præter naturam, vt putredo dicitur prorsus esse præter naturam, & à calore prorsus esse præter naturam, quoniam illa nihil habet amicum naturæ, & à calore fit prorsus inutili; concoctio vero alimenti in sanis, est prorsus secundum naturam, & à tali præterea calore dicitur fieri, pus vero, & illud generans calor, dicuntur esse partim secundum, partim præter naturam, quia in pure substantia manet inutilis, vt in putredine, & non potest assimilari, vt fit in concoctione alimenti; concoquitur autem secundum qualitates, & in hac mixta operatione datur magis & minus in eo quod est secundum, & præter naturam; calor ergo (vt ad rem redeam) febrilis dicitur esse præter naturam plus, vel minus, prout magis aut minus vtile, aut inutile fit nature instrumentum; id quod fit, vel quod in gradu & quantitate naturalem mensuram exuperet, quomodo in febris ardentibus, & plurimis alijs, calor præter naturam esse intelligitur; vel quod à mediocritate deficiat, vt accidit in cruditate alimenti, vel quod qualitatem habeat præter naturam, vt putredinosam malignam, acrem, aut aliam qualitatem contrariam illi quæ debebatur calori secundum naturam eius qui laborat: sic enim pestilentes febres, & quotidiana, fortasse aliquando calorem nõ habent ampliorem, quàm fit secundum naturam:

sed quod qualitates habeat non aptas ad obeunda officia secundum naturam, ideo præter naturam censetur esse calor, ex quo sequitur, non esse dicendū calorem febrilem esse vel igneum, vel auctum, cum hæc communia non sint in omnibus febribus, sed dicendum est, quod sit calor præter naturam, & id postea diuidendum, quod vel quantitate, vel qualitate præter naturam sit; Qua ratione superioribus argumentis alio modo satisfacere possumus: nam quod dicebamus, eos, qui moriuntur ex febre, non habere calorem præter naturam, negari potest, quoniam etsi non habeat præter naturam auctum, certè habent præter naturam in qualitate.

Quibus quidem ita positus, doctis patere puto, nõ solum vanam, sed maximè erroneam esse illorum opinionem, qui duos calores scribunt esse in febricitantibus, vnum secundum naturam, alium præter naturam, eosque inter se diuersos, non solum qualitate, sed forma, & substantia, & vtrunque esse in eodem subiecto, sed illum tanquam formam, hunc tanquam accidens, quoniam illæ sit natura, anima, vel præcipuum animæ instrumentum, viuæque, nutriatur, & augeatur, hic vero omnia habeat contraria; Addunt etiam illi, officium caloris natui esse, concoquere alimenta, & humores, alterius vero concoctionem impedire, vt & reliqua nature opera, quæ per sanitatem fieri solent, nihil enim esse quod ea turberet præter alium calorem natui contrarium, nõ enim id impedimentum nasci à frigido, superesse igitur vt impedimentum hoc à contrario calore proueniat. Deinde si vnus esset calor tantum in febricitante, non posset, inquit, fieri sanatio, nam cum sanitas à sano fiat, occupet autem febris vniuersum corpus, si ponatur vnus calor in omnibus, in eo nullæ erunt partes sanæ, quæ possint sanitatem facere. Docet præterea idem definitio febris, quæ est calor natuius versus igneum, & continet natuum calorem, per quem viuat adhuc animal, & igneum per quem laborat; Præterea, pugna quæ fit in febricitantibus, & ostenditur ex concoctione humorum, & dolore, idem demonstrat: cum enim nihil in seipsum agat, necesse est vt natuius calor agat vel in frigus, vel in excendentem calorem, aut diminutum, at non in frigus, nec calorem diminutum, in auctum ergo, & alium. Addunt etiam, remedia nostra, talia esse, quæ in febris calorem extraneum extinguunt, & natuum roborant. Duo igitur genere discrepantes calores, si duplex est genus remedium.

Nec desunt quidem ex Galeno & alijs Medicis loci, qui idem comprobare videntur, scribit enim illæ in primo libro Aphorismorum, natuum calorem esse exiguum ascititium verò plurimum in æstate, contrarium verò fieri in hyeme. Quid quod scribit 47. Aphor. secūdi, & vltimo textu primi Protheticorum, & quinto de Simplicibus, pus fieri à misto calore, naturali scilicet & præter naturam: nam si solus esset natuius calor, fieret nutritio ex sanguine, & nõ pus; si ille pariter nõ adesset fieret putredo, & nõ pus. Scribit idè author in libro de difficili respiratione, duplex genere esse calidum, innatum & spurium. Postremò, addunt Auerrois authoritatem, qui definit febrilem esse calorem compositum ex naturali & præter naturam, aliosq; citant authores idem asserentes; contra quos omnes, pugnat natura rei; nam si plures essent calores genere & natura distincti, plures etiam essent primæ qualitates quam quattuor; deinde, non bene demonstraretur numerus Elementorum ex numero quattuor qualitatum; postremò, dux darentur frigiditates genere discrepantes, propterea quod vna nequit duabus caliditatibus genere discrepantibus

pantibus repugnare; & cur etiam non ponetur sicca tas vna secundum naturam, alia præter naturam, & duæ itidem humiditates inter se hoc modo discrepantes. Potrò his rationibus, nemo, vel leuiter in philosophia versatus, repugare potest; & supradiçtis argumentis facile est respondere ex his quæ superius supposuimus principijs, de eo quod secundum & præter naturam, & ex his quæ nos in libro de somno & vigilia, de calore & calido natiuo demonstrauimus ex Galeno, & ipsius rei natura, nempe, aliud esse calorem & calidum, eum enim esse ipsam caliditatem & qualitatem, hoc vero esse corpus calidum, natiuum vero esse corpora, calida duo, prima & vera, sã guinem, & semen, nostræ generationis principia, & ex illis natiuam aliam esse substantiam insitam nostris membris, propriam viuentibus, natiuam insitam; caloris subiecti, qui calor veluti potentia est in singulis membris; aliam vero esse substantiam calidam, siue corpus calidum, sanguinem inquam, & spiritum, qui in corde continuo gignitur & seruent, actumq; dant calori insito substantiæ ipsius cordis, & delati per arterias; idem facit in singulis membris hoc ipsum calidum corpus, quod est commune animæ instrumentum. Quod vero est insitum singulis membris, illud est quod anima nonnunquam à Galeno dicitur esse, eo quod ab eo perueniant omnes actiones tamquam à præcipuo agente. Verum philosophi supra illud calidum agnoscunt animam, quæ virtutem eo tanquam instrumento proprio, singulis partibus, & alio calido spirituofo, tanquam communi instrumento. Ceterum calor qui quis est in nobis dum sani sumus, natiuus est secundum cuiusque ætatem & temperiem, sed tamen qui similis est ei, qui nobis est insitus à nostris principijs, ille simpliciter natiuus censetur esse, estq; ille in subiecto habituofo & spirituofo, & quantum plus recedit calor noster ab ea suauitate & benigna qualitate, tanto minus utilis & aptus est ad naturæ opéra perficienda, danturq; gradus permulti & in incremento & diminutione, & qualitate huius caloris, ac ob id plus vel minus naturalis & præter naturam est, & esse dicuntur donec planè inutilis sit redditus: tunc enim profus præter naturam censetur esse. His ita positis, facile est diluere illorum argumenta, qui non intellecta huius rei tractatione, absurdissimam statuerunt de duplici calore opinionem, id enim solum efficiunt vt calor non sit semper sibi similis, nec in eodem gradu & perfectione; propterea pueri dicuntur habere natiuum calorem, quia cum habent simillimum illi qui est in nostris principijs; iuuenes vero acquisitiuum, quod calorem acrem & mordacem acquisierint ætate progressu, & quia natiuus calor ex principijs nostris ductus, est mitis, & suavis, opponitur ei qui est acris, qui quidem calor, acris, si comparatur ad febrilem, natiuus ille, febrilis vero præter naturam dicitur esse: & sic etiam cum adhuc seruit naturæ, dicitur esse partim naturalis, partim præter naturam: & tum profus præter naturam, cum penitus est inutilis factus. Quum ergo dicunt natiuum caloris officium esse concoquere, alterius autem destruere, & in febricitantibus fieri malas concoctiones, & id quod concoctum est naturali calori esse attribuentium, quod vero malum est, calori præter naturam, id non probat esse duos calores, sed vnum vitiatum, qui tamen vtrunque potest adhuc facere; Sanatio autem fit in febricitante non ut alij sentiunt, qui dicunt in febris non omnes substantias nostri corporis æqualiter esse affectas, sed quasdam esse ex calefactas, alias vero calefieri, & has aliarum respectu sanas vocari; nam etsi minus egrotent hæc quam aliz, tamen præter naturam afficiuntur, deinde vbi est putrida cum hæctica, non posset fieri sanatio, quippe,

A cum ex eorum opinione, tunc pariter solida & humores afficiantur, respondent alij, & forte non ineptè quod sanitas proueniat ratione remediorum, quæ vim habet sanandi: nunq̄. n. liberaretur hæcticus naturæ beneficio, sed sunt frigida remedia quæ sanant. Quod si quis dicat, quosdam qui febricitant, febre liberari vsu calidissimorum remediorum, veluti contingit ijs qui exercitatione aut potu vini metacioris febres discutunt. Respondeo, quod hæc sunt etiam remedia quædam, scilicet ipsius materiæ, & causæ febris, quæ extenuatur & dissoluitur, ut ex illius dissolutione simul euanescat febris, id quod solum in diaria aut putrida fieri potest, in quibus pabulum calori demitur, & cum eo expirat calor. At si quis instet rursus, multos liberari non vi remediorum, quales sunt pauperes, aut alij qui temerè viuunt, nec vllis utuntur auxilijs, quos nostra præbet medicina, negabo in primis id quod dicunt, cum illi qui ægrotant ex febre, aut aquam potant, aut panem edunt esotum, vel in aqua esotum, dormiant, vigilent, & agant quæ aduersus febrim, & illius causas faciunt. Deinde, si illud concessero, naturæ, & caloris natiuum beneficio abigi posse huiusmodi febres, non errabo, cum materia quæ semel est accensa, tandem in cinerem redigatur, vnde calor extinguitur, veluti ignis consumpto humore lignorum, sponte euanescit. At si quis dicat, non esse parem rationem de igne & calore qui est in materia febrili, quod scilicet ignis nullo alio egeat vt extinguatur, q̄ consumptione subiecti humoris, materia autem febris concoctionem requirat, quæ à calore præter naturam non fit. Præterea, remedia ipsa præsertim quæ sunt potentia, egeant actione caloris natiuum ut reducantur ad actum, & conferre possint, non posse autem præstare hæc calorem vbi adsunt simul hæc febres in homine, eo quod omnis calor sit extraneus, & præter naturam. Respondeo, quod cum salus contingit, etsi calor est præter naturam, non tamen ita alienus est, ut nequeat viles aliquas facere alterationis quæ sufficiant ad vitam, & rescindendas morborum causas; quod apparet in hæctica, in qua, etsi partes solida sint excalefactæ præter naturam, tamen concoquant adhuc alimentum, & tandiu nutriuntur, donec humoris defectu reddatur profus inutilis, & tunc mors sequitur; viuunt igitur animal & sanatur agentibus solidis partibus in hæctica febre, & adiuuat ad sanitatem calor ille febrilis, prout nondum omnino præter naturam est, & inutilis. Probat igitur illorum argumentum, si viuunt animal, & sanatio fieri debeat, non oportere profus alienum fore calorem. Ad id vero quod dicunt duos probari calores quia pugna fit in febris, respondendum, quod pugna aliquando fit inter contraria aliquando vero ex resistentia materiæ ut in hoc casu crudi enim & repugnantes humores interim cum vincuntur aut se vinci non patiuntur, molestiam in nobis pariunt. Ceterum utimur duplici genere remediorum aliquando in febris, roborantibus scilicet naturalem calorem, & extinguentibus quod est præter naturam: sed hoc non probat duos esse calores, sed hæc, & alia auxilia vnū spectant, vt mediocritas calori comparetur: nam cum Medicus sciat natiuum esse, mediocrem calorem in materia quadam humida & spirituofo consistere, concoquentia adhibet & emplastica, quod huiusmodi materiam augent in corpore; refrigerantia autem ipsum calorem vt quæ vim ipsius caloris diminuunt, & obtundant. Quod vero Galenus dicit esse in ætate natiuum calorem paucum, ascititium vero multum, non intelligendus est locus ille Galeni de calore ipso sed de calido, est enim innatum calidum, (id est, sanguis & spiritus) ætate paucum, biliosus vero & acris humor eo tempore exuperat

perat. Quod si de qualitate ipsa etiam velis intelligere, dicere possumus, calorem nativum id est, mitem & suavem, deficere a state, & ascititium, id est acre & mordacem esse redditum. Nec vero illud quod de puris generatione dicitur, probat duos esse calores, non quod duo calores sint, sed vnus, qui eo quod extremorum sit particeps, mixtum munus efficiat, viresque mixtas habeat; efficit enim aliquid secundum naturam, aliquid quoque prater naturam: nam quod ex sanguine, qui inflammationem committit, gignatur aliquid album, lenē, & aequale, & denique simile in qualitatibus id ostendit calorem partis non a deo alienum esse, ut nil possit efficere secundum naturam. Quod vero substantiæ assimilari non potuerit, ostendit intensiorem fuisse calorem quam par sit, nam id calori, & non materiæ (vt Galenus dicit) tribuendum quoque est: siquidem bonus est sanguis ex quo inflammationes, & pus fiunt, vt ergo calore, qui mitis est, & propius, pro cuiusquam natura sanguis in alimentum mutatur, ita ab illo qui excedit, & inutilis prorsus est, ex eadem materia putredo fit, ita vt in illa mutatione, & substantiæ, & qualitates assimilentur partibus concoquentibus, & in hac omnia dissimilia maneat: sic in puris generatione quæ nec planè utilis, nec planè inutilis, sed medius inter duo hæc extrema calor existat, mediam facit operationem; tanquam ergo participet de extremis hic calor, in quorum vno is qui secundum naturam est calor, in alio alius qui præter naturam est, intelligendus est mixtus ex calore secundum naturam, & calore præter naturam; Eodem pacto in febribus, vbi calor plurimum exuperat, & ad naturæ functiones planè inutilis factus est, putredo fit: aut si huiusmodi calor in partibus solidis non amplius concoquit alimentum, mors sequitur: vbi vero euadit homo, sicut coctiones in humoribus, quæ salutem pollicentur, & relinquuntur ex illis quod sedimenrum in vrinis dicitur, proportionem respondens laudabili puri; ex quibus quidem, ne singula prosequamur, quæ facile ex prædictis patere possunt, concludimus, vnum esse calorem, qui nunc nativus, siue secundum naturam, nunc vero igneus, vel extraneus, aut præter naturam dicitur, & hic aliquando prorsus, siue toto genere, vt Galenus notat, præter naturam quam penitus destruit actiones animantis, aliquando vero, vt quod ad certum gradum, cum scilicet tantum excedit, vt interim vivere possit animal, & sua officia vt unque exercere; & sic vnum in febricitante esse ponimus qui præter naturam dicitur, eo quod naturæ limites longe excedat, alioqui non esset morbus, febris, sed status quidam neuter, qui tamen calor non prorsus est ineptus ad coctiones, & alias naturæ functiones ad vitam necessarias, & vitam recuperandam, obeundas; id quod contingit, vel quod non equaliter sit accensus in omni substantia cordis, sicut accidit cum putrida adest, & non hectica, aut si equaliter est accensus, non tamen perpetuo ita auctus est, vt destruat omnia quæ natura requirit, quomodo in hectica, & putrida simul nutritur animal; etsi infeliciter succedere tamen vt prorsus reddatur inhabilis, & inutilis, & tunc mors sequitur.

Ceterum ex Galeni dictis, eo quod rei natura suadet, ambigere facile quis posset, an febris sit duntaxat intemperies calida; sunt enim quæ id ostendat; sunt & alia quæ non solum vnius generis morbi, sed duo addenda esse in aliquibus probent: nam si febris igneus est calor, vt nomen monstrat Græci; πυρετος enim ab igne deducitur, & febris à fetuore derivatur, videtur necessarium, ut calida & sicca sit passio, siquidem ignis calidus, & siccus est. Est præterea

A authoritas clara apud Galenum 76. Aphor. primi, & octavo, & nono Methodi, vbi scribit febrem suapte natura esse calidam, & siccam passionem. Addo, quod habet capite decimo primi de differentijs febrium, febrem marasmodem esse calidam, & siccam; quod si est verum, oportet & alias febres quæ omnes eiusdem naturæ sunt quatenus febres sunt, calidas, & siccas esse. Quid præterea dicemus de febribus pestilentibus, quæ non tam calore lædunt, quam tota illa (vt vocant Medici) substantia, id quod ostendunt remedia, quæ illis opitulatur nunc calida, nunc frigida, nimirum, quod illarum auxilium præcipuum non à temperie qualitatum, sed à forma, & occulta vi proveniat. Quæ vero probant esse solum calorem de essentia febris, ex Galeno, hæc sunt: B Primum, quod ille in libro de differentijs morborum referat inter morbos simplices calidos, febrem. Deinde, quod eum semper definiat per calorem, vt antea ostendimus. Scribit præterea, iram fieri ex caloris fetuore circa cor, qui si per totum corpus spargitur, febrem accendit: vt ergo ita dicitur affectus calidus duntaxat, siquidem ebullitio sanguinis quædam dicitur esse, sic & febrem in solo calore ponendam esse vincit ratio; nos vero dicimus, febrem suapte natura sibi adiungere siccitatem: nam vehemens calor esse non potest, quin humorem consumat, sed non propterea siccitas semper adest morbosa, quod calori semper conuenit: nam vt morbosa sit qualitas, tantus excessus in ea requiritur, vt illius ratione lædi possint actiones, quod non semper, vt diximus, facit siccitas in febribus, quemadmodum apparet in quotidianis, synochis, & alijs nonnullis, in quibus copiosus, vel etiam superfluus subest humor, qui exsiccatione adhuc eget. Quod si in Marasmo adest etiam siccitas, quæ magis quam calor functionibus obest, non tamen propterea in omnibus, nec statim id fit, in quibus vero siccitas adest huiusmodi, non solum febris adest, sed præterea morbus additur alius ex siccitate; igitur in Marasmo febris est ob calorem excedentem, & cum febre, alius ob siccitatem exuperantem.

Itaque concedimus rectè dictum esse, febrem esse passionem calidam, & siccam, sed non semper esse siccam morbum, quoniam siccitas semper vehemens non est & morbosa; concedimus præterea, niçtu humido opus esse febricitantibus, ut scilicet siccitas ea quæ morbosa tandem euaderet, retundatur. Sic dicimus febrem pestilentem non solum esse febrem, sed etiam in tota substantia morbum; fatemur illud quoque febrilem calorem esse igneum, sed ut ignis prævalentem habet caliditatem à qua denominatur, sic in febre calor est qui primo nocet, siccitas autem non semper, quod aperte testatur Galenus capite duodecimo primi de differentijs febrium; vbi scribit non omnem hecticam esse calidam & siccam. Verù contra id quod diximus in febre esse cum calore siccitatem, etsi illa semper morbosa non sit facere videtur quod in quotidianis, & alijs pituitosis febribus, atque etiam cum adest febris cum hydropse, nulla siccitas, sed humor superfluus potius apparet, cui argumento quidam ita respondent, quod semper sit siccitas in eo, in quo est accensus calor, ut in spiritu, si diaria, in humore, si in eo febris ponitur. Quorum opinio non placet: nam in quotidiana tanta est humoris abundantia, vt non sit opus humectatione, sed exsiccatione; ut postea docebimus, ut Galenus in libro ad Glauconem aperte ostendit. Quapropter dicimus, quod id intelligi debeat, ut intelliguntur præcepta Medicorum: quod scilicet suapte natura in corpore mediocriter affecto febris siccitatem pariat, non ubi oboritur calor à copia materiæ humidæ,

midæ, uel ubi adest complicatus affectus humidus. Ad perfectam febris definitionem non sufficiunt quæ hæcenus posita sunt, nam sunt & cerebri, & hepatis, & aliarum partium intemperies calidæ, quas tamen febres esse nequaquam dirimens. Quapropter addendum est in definitione, proprium febris subiectum. De qua re variæ extant difficultates, quæ vndiquaque nos premunt, eoque magis, quod Antiquiores Medici non sibi consent, nec laborât in eo quod verius putatur inueniendo stabiliendoque. Etenim Galenus in lib. 1. de Differentijs febrium, capit. primo, calorem qui in corde est, febrem vocat, & vniuersa febrium genera in cordis humore spiritu, & solida substantia constituit; totius vero esse morbum febrem Medicorum omnium consensu receptum est: vocant enim Medici eum esse vniuersalem morbum, & a morbis particularibus illius tractationem separant. Idem quoque testatur Galenus cap. quinto, de Differentijs morborum, vbi scribit affectum qui sit exuperante caliditate, ac vniuersum corpus occupantem, febrem dici. Est quoque illius de hac re sententia, cap. secundo, de causis morborum, vbi hæc leguntur verba: Calor qui in totum extenditur corpus, febris nuncupatur. At libro septimo Methodi cap. octauo, hæc scribit: Quod febris est vel in toto, vel in corde, id est, propolitus affectus in ventriculo, quo loco vitamque opinionem fouet, cum neutrum aperte sequatur. Caterum Auicenna videtur ponere febrem & cordis, & totius propriam esse passionem, nimirum, cum dicat febrem esse calorem accellum in corde, qui in totum corpus procedit, tanquam non sufficiat ad febrem constituendam eorum ipsum præter naturam calere, nisi etiam simul corpus vniuersum caloris particeps euadat. At cum tot sint de febris subiecto opiniones, faciunt multa ut eam que ponit cordis esse proprium affectum verissimam putem: ac illud quidem in primis quod in accessionibus febrium, dum riget corpus, ut antea ostendimus febris sit, & esse dicatur. Idem ostendunt lethales illæ febres in quibus interna vruntur, externa vero frigent. Deinde calor ille, qui febris est author, primo ad cor pertinet, in eoque residet, qui postea per vniuersum corpus spargitur. Quam ob rem per accidens, & secundario totius est corporis febris passio; primo autem, & per se ipsius cordis. Itaque si definitiones ex eo quod per se, non per accidens rebus inest, fieri debent, constat cor ipsum, non autem vniuersum corpus in febris definitione assumendum esse. Præterea cur magis febrem totius affectum dicemus esse, quam syncopen, aut cordis vulnera, aut torporem, vel resolutionem. Quapropter sicut Syncopen, & vulnera, atque alias affectiones cordis proprias illius esse dicimus; & stuporem, & conuulsionem, neruorum passiones vocant omnes medici, et si alia partes interim a patientur malique sociæ euadant, læsis suis fontibus: sic profecto statuendum est de febre, quod scilicet cordis proprium sit malum, à quo per vniuersum corpus postea spargitur, nisi quid impediatur. Quod si quis authorum testimonia aperta in hoc requirat, locus est clarus lib. 6. de morbis vulgaribus commentario primo, textu vigesimo octauo, vbi scribit, satis esse in febri præcipue partes intus contentæ nempe cor, & vicinæ incalescant: Quod si aliquando totius morbum eam esse scribit, non id quod reuera est, ut in definitione, recipiendum, sed quod per accidens, quodque vulgo notum est, ut plurimumque fit, explicat. Idem testatur loci superius adducti, & Aetius, si aliqua est illius autoritas: is enim definit febrem esse calorem præter naturam ipsius cordis. Postremo confirmant nostram opinionem aliorum responsiones in hac re absurde; nam dicunt, omnes fe-

bricitantes calore extraneo affici; sed non necessariū esse, ut calidiores à nobis sentiantur, ut ipsi calorem sentiant; nam quomodo quæso erit febris, si non intemperies calida? Quo pacto potest esse calor, & frigus sentiri? An morbi in re insensibili poni debent, qui sensibiliter lædunt actiones? an in contrariarum qualitatum sensu? Quod si ponitur, cur ergo frigida non dicemus intemperiem, quando calor sentitur præter naturam, sicut volunt isti, qui calidam ponunt intemperiem, vbi frigus percipitur? Cur ergo eadem ratione non ponemus sanitatem esse, vbi morbus adest; & hunc, vbi sanitas est. Alij vero dicunt in principio accessionum febrem non esse in vniuerso corpore, sed gigni. At quomodo febris non est, ut antea quoque diximus, dum quærebamus, an calida semper esset passio, si pars est febris? si quidem tempora particularia vniuersalium sunt partes, & hæc totius. Ad hæc, quomodo gignetur febris à frigido per accessiones quod si frigida tunc est intemperies, à qua nam genita est, quando habebit incrementum, statum, & declinationem? Quod vero alij sentiunt in principio accessionum auctum esse in corde calorem qui postea augebitur in vniuerso corpore, nisi impediat (id quod contingit in principio propter obstructiones, quæ prohibent illius delationem) ex hoc roborat nostram opinionem, quod scilicet non sit totius, sed semper cordis calor, & passio; nam ex hoc impedimento calor in ipso corde & frigus in alijs partibus exuperat, veluti in ijs accidit, qui suffocantur: si quidem in illis calor ob prohibitam respirationem in corde augetur: alijs interim partibus, caloris cursu prohibito, refrigeratis. Hæc itaque aperte probant febrem in corde tanquam in proprio subiecto ponendam esse. Verum si recipimus cordis morbum esse febrem, sequentur profecto nonnulla, quæ vniuersi medici tanquam absurda reijcient, quod sint a Galeni placitis, & ea opinione, quam hæcenus omnes receperunt, aliena: nam si febris essentia in corde ponitur, utique in eodem ponenda quoque esset essentia cuiusque febris, id est, quod est, & dicitur esse: at si hæc conceduntur, illud quoque sequeretur, in omni febre putrida humorem in corde putrescere: Dicitur enim febris putrida à putredine humorum, qui necessario in corde putrescât oportet, si huius visceris febris passio est, sed de hac re agemus, cum tractabimus de putridis febribus.

Quomodo calori, & febris à corde in alias partes mittantur.

Febrem, caloremque febrilem, cordis esse passiones proprias, non autem totius corporis abunde ostensum esse puto; verum etsi non primo, tamen secundario in omnibus fere febribus cor eo modo, quo laborat, reliquas partes simul afficit, & mali participes facit. qua quidem in re illud docendum sequitur, quo pacto calor huiusmodi in vniuersum corpus à corde transmittatur. Est porro recepta opinio, mediante spiritu, & sanguine, hunc mitti calorem quod & Auicenna in febris definitione expressit; & merito quidem: nam sicut cum valemus, non aliter influit calor in singulas partes à corde, quam per spiritum, sanguinemque, qui ab eo per arterias influunt; ita profecto, quum calor in corde præter naturam, & febrilis est redditus, sanguinem, & spiritum pariter calere necesse est, atque præter modum vniuersum corpus calefacere: siquidem eum calorem, quem habent, reliquis membris necessario impartitur; Nec mirari debemus, vno momento sæpe vniuersum corpus cum corde calefieri, adeo,

vt simul partes laborare videantur: nam a deo mobilis est huiusmodi substantia quæ a corde influit, vtnihil cum illa in celeritate contendere posse videatur, id quod docent timores, pudores inuenies, animi deliqua, ita, gaudium, & calidæ cordis passiones, quæ sanguinis, & spiritus motu fiunt. Quibus quidem quid velocius obiri potest? verum, si necesse est solidas corporis partes semper calorem concipere à spiritibus, & sanguine qui à corde emanant, quomodo poterit vnquam hectica incipere? oportet enim ipsos spiritus antea semper esse excalefactos, vnde diarria semper præcedet: vrget quidem hoc argumentum eos, qui ponunt febrem esse affectum totius corporis; nam quomodo in singulas partes calor perueniet primo, si iam spiritus sunt excalefacti in corde? & si quis ponat (vt nos facimus) febrem esse affectum solius cordis, respondere poterit, partes solidas cordis esse excalefactas, & ab illis postea calefieri spiritus, & sanguinem, quibus tandem similiter, & cor ipsum reliquas partes afficiat. Verum hæc melius intelliguntur postea, quam de generibus febrium egerimus. Hactenus ostendimus febrem esse calidum affectum solum, & vnum esse calorem, atque omnem febrem cordis esse passionem; & in eo ponendam esse essentiam cuiuscunque febris; non tamen in solo corde semper consistere calorem, sed per arterias, & venas eundem spargi in vniuersum corpus: ex quibus perfectam vno colligi posse febris definitionem, quæ hæc sit: Febris est affectus præter naturam calidus cordis: hæc enim definitio nihil habet superfluum, nihil diminutum, & nihil assumit eorum, quæ per accidens sunt, separatque omnes alios affectus à febre: nam cum dicimus esse affectum, intelligimus esse morbum, & non causam morbi, vel symptoma. Quod vero dicitur esse præter naturam, separatur febris ab alijs affectibus, qui vel secundum naturam sunt in latitudine sanitatis contenti, aut certe nondum præter naturam. Verbum, calidus, separat febrem ab alijs affectibus, qui in excessu aliarum qualitatum consistunt. Quod vero addatur (cordis) seiungit febrem ab alijs intemperaturis calidis præter naturam, quæ alijs partibus accidunt. Nec verò addere oportet, quod actiones lædat: hoc enim necessario sequitur prædicta; si enim morbus est, illud quoque sequitur, vt aliquam actionem læbefaciat. Quod si quis querat, quasnam actiones lædat febris, non id fortè facile ab alijs intelligere poterit: sunt enim qui putant, per operationes intelligi solita vitæ exercitia, & munerata, quæ quilibet exercere solet: neque enim sensationes, appetitum alimenti, & alias nonnullas functiones semper lædi in febricitantibus, quin potius aliquando perfici. Quod in ijs apparet, qui hectica febre affecti, exsiccatō capite, acutius vident, & audiunt; & quartanarij optimè quoque appetere putantur. Solita vero officia in omnibus deterius obiri; neque enim fodere potest agricola, vrgere febre, vt solebat, aut Medicus suos agrotos inuisere, aut curare, aut Doctor literis incumbere, & alios docere. Quorum quidem opinionem nequaquam recipio: nam cor est fons calidi natini, quod quidem est commune omnium actionum instrumentum, quoque læso, nempe in tenso, omnes actiones, quæ illius beneficio fiunt, lædi oportet. Quod etiam Galeno placuit, quinto de locis affectis, vbi scribit, vitiatō corde, omnia membra deterius suas edere functiones, lædique. Nec Auerr. in febris definitione id subiecit, scilicet omnes actiones à febre lædi. Testatur id quoque experientia; nam qui febricitant, deterius concoquunt, retinent, expellunt, mouentur, nutriuntur, & vt semel dicam, in omnibus functionibus patiuntur, etsi nō omnimodo læbefaciantur.

A Illi acutius quidem sentiunt, qui hectica laborant; vt illud est præter naturam, nec huiusmodi sensus probandus est: quod si in eo neges contentiosius offendi sensum, in hoc certè agnoscas illos in hoc etiã opere offendi, quod diu, vt solebant, sensationes exercere nequeunt: cuius rei argumentum est, quod nec diu legere, aut aliud intueri, nec longos sermones ferre queunt, qui hac febre laborant. Sic sanè appetentia, quam illi negant offendi, in ijs vitatur, vel quod plura, aut intempestiue, aut absurda, & ini mica appetant, aut in alio prorsus error quispiam conspiciatur. Auicenna naturales dixit vitari functiones: quo nomine intelligere non oportet naturales, prout illæ distinguuntur à vitalibus, & animalibus; sed quod secundum naturam sint: lædit enim febris omnes actiones quæ sunt secundum naturam. Verum, vt illa primo est affectus cordis, sic primo vitales læbefaciat, deinde alias.

De generibus febrium.

O Mnes, qui de febribus scripserunt, aut hanc medicinæ partem sunt interpretati, post definitionem febris, aggrediuntur differentias explicare, contemptis generibus, aut certè confusis cum ipsis differentijs; cum tamen plurimum referat, hæc inter se distinguere, vt plurimum refert, agere de animali, aut de sensibili, est enim animal genus quoddam corporis, sensibile vero & insensibile differentia: non eadem est tractatio, quæ agit de homine, & bruto, cum ea quæ de rationali, & irrationali differit: quippe cum homo & brutum species sint animalis; rationale vero, & irrationale illorum differentie. Vnde, si quis quereret, quot essent animalium species, aptè quidem responderet, qui diceret duas esse, hominem & brutum; perperam autem diceret, esse rationale & irrationale, nimirum cum non differentias, sed species queramus.

Est & locus de hacre apud Galenum tertio Methodi medendi, ubi contra Methodicos disputat, qui viceris differentiam dicebant esse intemperiem, inflammationem, & alia quedam huiusmodi, quæ cum per se consistere possint, genera sunt, nequaquam differentie alicuius esse possunt. Quo fit, vt hoc discrimine doceat distinguere genera, & species à differentijs, quod scilicet illa per se subsistant, hæc vero nequeant per se id facere; veluti animal genus esse agnoscitur, & non differentia, quod per se subsistat; sensibile vero differentia est animalis, cum sine animali esse non possit. Confundit hæc nonnunquam Galenus: sed docendi ratio postulat, vt inter se distinguantur: nam ubi eadem sunt differentie, diuersa autem sunt genera, utitur diuersa curatione: siquid è febris hectica cum nonnullis putridis multas habet differentias communes; quod scilicet urraq; continua sit, quodq; sine accessione infestent; postulant tamen diuersa remedia, quoniam genere, aut certè forma differunt. Queremus ergo genera febrium, cum inuestigabimus, quot possint esse febres genere diuersæ, veluti cum dicimus, omnem febrem esse vel diariam, vel hecticam, aut putridam: quod idem est, ac si dicas, tria esse genera febrium, vnum diarium, alterum putridam, tertium hecticam. De differentijs vero agemus, cum de continua intermittente, ordinata, inordinata, tertiana, quotidiana, & ceteris huiusmodi tractabimus: nam hæc differentia per illa genera sparguntur: & quemadmodum rationale, & irrationale animalia differre faciunt; sic genera illa inter se differunt; quod quedam ex febribus continue sint, aliæ intermittentes, quedam simplices, & beni-

benignæ, aliæ vero malignæ, aliæ vero aliud habent quo à reliquis differunt generibus. Ac primum quidem de generibus, mox de differentijs agemus, ita postulante docendi ratione.

Itaque receptum est ab omnibus tum antiquis, tum neotericis Medicis, tria esse febrium genera: vnum diariarum, aliud putridarum, tertium hecticarum. Atque hunc quidem numerum sumunt ex triplici genere substantiæ, quæ in corpore nostro reperiri dicitur, nempe, ex spiritu, humore, & partibus solidis: cum enim calor accendatur in illis, diuersaque remedia, pro illorum natura necessaria sint, (si quidem alia diarijs, alia putridis, alia hecticis febribus auxilia conueniunt) hinc triplex genus febrium constituendum esse censent: nec alia ratione mouentur, quam quæ ex triplici hac substantia sumitur: quod licet videre apud Galenum, libro primo de Differentijs febrium cap. secundo, ubi Hippocratis dictum exponit, quo ille scribit continentia, contenta, & impetum facientia: idem dicit paulo antea cum de differentia agit, quæ ex materia sumitur, in qua febris accenditur, vt omittam secundum de Crisibus, & alios infinitos Incos, ubi ista tria genera ponit ex materia distincta. Ac quoniam fieri non posse vident, vt quæ in eodem loco sunt, seque tangunt, ita vitentur, vt vnum ex illis calefiat, alio etiam non calefacto, concedunt quidem spiritus, humores, & partem solidam calorem habere præter naturam; sed negant omnia æqualiter calefacta: quædam enim dicunt calefacta esse, alia vero calefieri: vel alio modo dicunt, quædam habere calorem in facto esse, alia in fieri, & in illo, quod calefactum est, febrem poni in alijs vero nequaquam.

Cui quidem opinioni non assentior. Ac primum quidem ad id facit quod Galenus in nono Methodi dicat, diarias & Synochas eiusdem esse nature; nomine autem, & duratione duntaxat differre. Quare si synochæ omnes tam putridæ, quam non putridæ in eadem materia versantur, nempe in humore, sanguine inquam, vt in eodem libro testatur, & in ultimo capite secundi libri de differentijs febrium, erunt quoque diariæ ponendæ in humoribus, & non in spiritibus. Quod pariter testatur capite duodecimo; secundi de differ. febr. ubi scribit, diarias febres non fieri ob sanguinem putrescentem, sed eo duntaxat ex calefacto. Idem ostendunt diariæ ex ira, tristitia, & mœrore, atque alijs passionibus cordis natæ: illæ enim ex feruore, & motu sanguinis nascuntur, non ex spiritu, qui non primò calefit, sed ex humorum motu, & calore atollitur, & accenditur.

Dubium præterea est, in quo spiritu velit Galenus febrem accendi, an in vitali solum, vel etiam naturali, & animali? si in vitali, non læderentur actiones hepatis, & cerebri, quæ separatam, vt ille vult, habent spiritum.

Si verò in omnibus spiritibus febris ponitur, non erit febris passio potius cordis, quam hepatis, & cerebri, hæc sequuntur absurda Galeni opinionem de tribus spiritibus nostri corporis; quæ diligentius expendimus in libro de somno, & vigilia, ubi ostendimus, naturam, & structuram nostri corporis, non admittere, nisi vnum spiritum, qui fit ex ebullitione sanguinis in corde, & arterijs, & vna cum sanguine ab eodem viscere magis elaborato mittitur per arterias in vniuersum corpus, vt vniuersis actionibus quæ in nobis exercentur, sit commune instrumentum, vt omnibus partibus sunt communes humores. Quem quidem spiritum si vitalem uocare uelis, cum seruit actionibus cordis; naturalem cum instrumentum est hepatis, & nutritioni corporis; animale vero, cum ministrat functionibus cere-

A bri, non laboro, modo non credamus ob leuē eam alterationem, quam recipit hic spiritus in diuersis partibus naturam ita mutare, vt ille qui in una parte est aptum instrumentum omnium actionum, quæ ab ea parte proficiuntur, fiat ineptum ad opera aliarum. Verum, hoc uno posito spiritu, aut pluribus, ex aliorum opinione, non propterea constat ponendum esse triplex genus febrium, quandoquidem nec in humore, nec in ipso spiritu aliqua febris reuera poni potest: nam si febris omnis morbus est, & ille quidem in intemperie, ratio conuincit, ut duntaxat partis solidæ affectus sit: etenim intemperies partis similis, non autem alterius substantiæ siue partis, quæ in corpore sit, morbus est; humores autem, & spiritus partes non sunt corporis, sed elementa, & principia ex quibus partes componuntur: sola autem pars solida, ut hic capitur, similis est: quapropter in ea tantummodo febris debet esse. Ex quo sequitur, unicum esse genus febrium. Porto febrem esse morbum, non est quod probemus, nec quod morbus sit in intemperie, quando iam hæc sunt offensa; omnem uero morbum, qui in intemperie ponitur, esse passionem partis similis, & in ea esse ponendum, docuit Galenus in libro de Differentijs morborum, & nos in eo, quem inscripsimus de generibus morborum, aperte demonstrauius: nam humorum multitudinem, aut corruptiones, uel intemperiem, aut aliud uitium causas morborum, uno consensu omnes receperunt esse; ab illis n. febres, obstructiones, continui solutiones, & alij multi morbi nascuntur, & qui pugnat aduersus illos contra causas morborum, non autem aduersus morbos ipsos pugnare dicitur; quoniam. s. similes partes, aut organice non sunt, morbus autē omnis aut similis, aut instrumentariæ partis est.

Ac quòd nec humores, nec spiritus similes sint partes, ut à Medicis sumuntur similes, præter illa, quæ diximus, ex quibus probabamus illos uitia inter causas morborum reponi, quod non fiet, si partes similes, aut dissimiles essent, nimirum cum illarum affectus morbi sint, quando uitiatur propria earum constitutio; licet id docere ex ipso Galeno, scribit. n. ille 1. & 2. lib. de Elementis, partes similes constare ex humoribus tanquam ex elementis corporis. Est & locus de hac re apertus in lib. de Differ. morborum, ubi scribit tres esse in nostro corpore compositiones, unam similiarium partium, quæ fit ex elementis; secundam instrumentalium, ex similibus; tertiam totius, ex instrumentis, sunt autem elementa, ut ipse passim tradit, corporis nostri quattuor humores præter elementa Mundi.

Ad hæc in enumeratione similiarium partium primo, & secundo de temperamentis, & alibi passim, recenset ossa, cartilagine, ligamenta, carnem, membranas, nunquam autem ponit humores, aut spiritus. Præterea partes organice ex similibus dicuntur componi: at inter ea, quæ componunt organicas, vt manum, caput, brachium, nemo spiritus & humores numerabit, nec immeritò: nam singula instrumenta ex ijs, quæ propria, & stabilia sunt, suam compositionem sortiri debent, non autem ex his, quæ omnibus sunt communia, & eadem continuoque reguntur, & consumuntur. Postremò omnis pars similis dicitur uiuere, & quattuor naturales facultates, attractricem, retentricem, coctricem, & expultricem à natura obtinere. At nec humor, nec spiritus uiuit, aut attrahit, vel retinet, aut concoquit, aut expellit, et si conferunt ad hæc officia tanquam instrumenta: imo humor est, qui attrahitur, retinetur, concoquitur & expellitur. Ex quibus omnibus luce clarius esse puto, à partibus similibus (nam de organi-

cis non est dubium) humores & spiritus excludi. Quo quidem concessio, prorsus sequitur in solis similibus partibus cordis ponendum esse morbum, & proinde febrem omnem, quod si omnis febris in parte similari, & solida ponitur, nullum genus in humore aut spiritu poni potest: nam si nulla febris in illis est, nec profecto vltimum erit febrium genus. Nec aliquis est, qui possit huic opinioni reclamare, nisi qui velit vniuersa principia, quae exant de morbis, & illarum causis, prorsus euertere; mitorque, neminem vnquam de hac cogitasse, aut certe non docuisse, quam male sint haec genera à maioribus nostris recepta, & posteris tradita. Quod si quis paulo rudior, & pertucacior aliam adhuc probationem requirit, inspiciat ille alias intemperies, & fortè doctior euadet, & deinceps paratior ad agnoscendos antiquorum errores non secus, atque illorum virtutes laudandas. Dicemus ne (quasi) in affectibus frigidis cordis tria esse genera intemperaturae frigidae in corde, vnum scilicet in substantia, aliud in humore, tertium in spiritu; aut tria genera siccitatis, aut humiditatis, aut alterius intemperaturae? Et quis vocabit morbum frigidum, aut humidum, aut siccum, quando istae qualitates considerantur in humore aut spiritu? Ridiculus esset profecto qui ita sentiret: quoad quidem sola ea intemperies, quae in substantia cordis est, morbus censeri debet, nec genus aliquid morbi in eo debet poni, quod morbum nullo pacto pati potest. Adde, quod si etiam concederemus, quod facere non possumus, humorem, & spiritum intemperiem, morbum pariter esse; non tamen propterea rectè concluderemus esse tria genera morborum. Etenim genera rerum non constituuntur ob genera subiecti, in quo illae resident; sed ob diuersas formas genere discrepantes: si quidem intemperies calida cum alia, quae calida quoque sit praeter naturam, eiusdem semper est generis, siue vna in carne, alia in ossibus, alia uero in alia quacunque parte similari sit posita; nec differt genere intemperies, aut calor, qui praeter naturam est in humore, & spiritu, ab eo, qui est in parte solida. Illud quoque facile reprehendi potest, quod dicunt, quandam semper ex tribus substantijs esse in calefieri, aliam in calefacto esse: nam primum dubium est, quod intelligatur esse calefactum, & quid calefieri. Etenim Anticenna, id in quo primum calor concipitur, nulla alia adhibita consideratione, febrem ponendam esse scribit. Quod et Galenus sentire uidetur primo capite primi de differentijs febrium, ubi scribit, calorem hunc febrilem nunc ab una, nunc ab alia ex ijs substantijs incipere. Quamquam videtur illud calefactum vocare, quod iam potest reliqua calefacere, sibi uocat ea esse in fieri, quae tamdiu sunt, quamdiu fiunt, ut actiones: Est ubi vocet ea esse in fieri, quae ablato eo, à quo illud acceperunt, per quod dicuntur esse amplius non sunt. ergo reprehendendus est Galenus quod mentem suam non declarauerit, quoniam modo intelligendam sit substantiam illam esse calefactam, in qua ponitur febris, praesertim, quod nulla ex praedictis significationibus, huic rei accommodari possit: nam si illud dicitur calefactum, à quo incipit calor, sola erit, & semper diaria, quando spiritus semper prius calefit, ut postea ostendemus, alij substantijs. Si vero putat, illud esse calefactum quod potest alia calefacere, idè planè sequitur, si spiritus est, & humor qui solidas partes calefaciunt; nunquam autem haec à solidis calorem capiunt. Nō capi autem calefieri, prout dicuntur actiones esse in fieri, certissimum est. At si illa dicamus calefieri, quae nequeunt consistere ablati suis causis, doceat quāso, quomodo una substantia potius, quam alia,

A exuat suum calorem. Deinde ostendant, quo pacto statim possint ponere aliquid in calefacto esse, cum momento temporis febris inuadat hominem, & dicatur esse: quocunque enim modo calefactum sumatur illi ostendere volunt, eam substantiam iam prorsus occupatam esse à calore.

At quo pacto id potest momento fieri? Dicunt quidem illis multa, & legum latorum more haec faciunt; verum etsi hoc illis concedatur, quod inaequalem habeant calorem substantiae praedictae, hoc certe docendum erat, cur in eo, quod est plus calefactum, febris poni debeat: nam ut vulgata est Logicorum sententia, magis aut minus naturam, & speciem non variat. Itaque cum illorum opinione, in omni febre triplex ea substantia calorem habeat praeter naturam, cur eodem malo non afficietur vna pariter, ut alia? quod enim vna prorsus sit calefacta, alia vero adhuc calefiat, id ostendit illam grauius, hanc vero leuius affici, vtranque tamen eodem genere mali laborare. An negabimus partem solidam febrem non habere, eo quod forte minorem habeat calorem, quam humor & spiritus? ubi est morbi definitio, quae docet omnes eos excessus qualitatum, qui actiones labefactare iam possunt, morbos in illis excitare; alioqui in inaequali intemperie nullus esset morbus, sed solum in aequali: siquidem illa in fieri est; haec uero in facto. Quod si in febribus haec distinctio valet, recipienda illa quoque erit in alijs intemperaturis, frigidis, humidis, siccis. Verum quis dicet, substantiam cordis esse refrigeratam, humores uero & spiritus refrigerari, aut e contra, haec refrigerata, illam refrigerari? At si id etiam concedatur, quis in eo quod duntaxat refrigeratum est, ponat morbum? sequuntur haec, & infinita alia absurda ex principijs male positis, eo enim quod receperimus humores genera posse poni non solum in parte solida cordis, sed etiam in ipso humore, & spiritu, omnia haec sequuntur, & multa alia, si quis vrgere vellet, incommoda. Quam obrem, & sine omni ratione tria haec febrium genera ex triplici substantia quae calorem concipit in corde haecenus recepinus. Vnum ergo genus statuendum est febrium, & illud vniuersum in eo, cuius est febris, & morbus, nempe in parte similari cordis collocandum. Nec aliquid repugnat opinioni: nam & diaria, & humoralis tū putrida, tū non putrida, in eadem substantia rectè constituuntur. Pono enim humores, & spiritus causas esse à quibus calor solida parti communicatur: quo fit, ut cum spiritus calorem conceperit, & eū impartitur substantiae cordis, finiatur febris vnius diei spacio, & propterea diaria vocatur; non quod febris sit in spiritu, sed quod ab eo nascatur, qui cum diu nequeat calorem, quem concipit, retinere, & competum sit illius feruorem vnius diei spacio sedari, necesse quoque est, ut calor, & febris ipsa euanescat, deficiente scilicet eo, quod calorem excitauit, & fouebat. Cum vero vniuersa massa calefit, synochus accenditur: quod in tali materia diutius & sibi similis calor, & proinde febris perseuerare sit apta. At si eadē massa humorum, aut aliquis peculiaris humor putrescat, calorem putredinosum cordis substantiae communicat, & hinc nascitur & dicitur febris putrida. Quae quidem febres omnes eo quod facile remoueri possunt, dicuntur esse in fieri. Si vero calor, qui in substantia receptus est, iam aequaliter occupauit vniuersam substantiam, ut nulla amplius sit repugnantia, nec inaequalis intemperies, huiusmodi febris dicitur dissilisse solui (veluti illae, quae habitum contraxerunt) vel quod habitum corporis, id est solidas partes plane occupauerit; haec dicitur febris: non quod alia solidam ipsam partem non afficiant, si modo omnes in ea ponuntur; sed quia illae non aequaliter mutantur.

mutarunt temperiem partis, nec planè vicerunt: ideo illa, quæ id est assequuta, meritò dicitur hec- tica, quod habitum occupauerit, vel in habitu sit. Sunt ergo humores & spiritus februm causa, quod illi suo calore vicinam substantiam cordis calefa- ciant, & intemperiem, febremque excitent, quæ non genere, sed per magis, & minus differt. Ita enim hec- tica, humoralis, & diaria eiusdem generis ponentur, cum omnes intemperaturæ sint calidæ, & diffe- rentes intensione, remissione, duratione, & causis ef- ficientibus; quæ quidem non faciunt morbos genere discrepare: Etenim intemperies frigida parua cum magna, quæque parum durat cum illa, quæ longius protrahitur, eiusdem est generis, & morbus, qui ab intrinsecis causis nascitur, frigidus, aut calidus eiusdem generis cõsetur cum illo, qui ab externis ortum habet. At frigidus morbus à calido morbo iam dif- ferepat. Idem ergo de febre quæ quidem est intempe- ries calida, sentiendum: quod scilicet febres omnes eiusdem generis sint, quia omnes intemperies cali- dæ: illarum vero causa generibus dissentiant siquidè humor alterius generis est, quam spiritus, adeo vt An- tiqui docuerint, non februm inter se diuersa, sed ge- nera causarum, & rerum quæ calorem febremque ipsam pariunt. Ceterum, cum dicimus, calorem febrilem febremque ipsam ponendam esse non in spiri- tu, aut humore cordis, non ita res intelligenda est, quod non accendatur in aliquo humore: quandoquid- em calor nequit in alia materia accendi, & consiste- re quod docet ignis, qui consumpto humore lignorū extinguitur. Sed dicimus, accendi in parte solida, quasi intelligendum, sit in humore partis solidæ sim- pliciter enim eos uocamus humores, qui in uasis par- tium continentur; Alios vero, quibus constant par- tes similes, aut in illis sparsim reperiuntur, non comprehendimus nomine humoris simpliciter dicti, eo quod formam quattuor humorum amplius non habeant. Sed hæc, cum de hec- tics febribus agemus diligentius prosequemur. Nunc vero satis sit docuisse, febrem omnem in parte solida consistere, & in illius humore accendi ergo postulat rei natura, vt de generibus februm ita sentiemus distin- guemus tamen hanc tractationem in solita capita in diarias nempe, humorales, & hec- ticas febres: non quod putet aliquis, nos tunc genera februm prosequi: sed quia causa sunt diuersa propinqua febris: quæ quidem signa, partes, symptomata & præferuã di, curandi, restaurandique rationem mutant.

A quonam incipere possit calor an à spiritibus semper, vel ab humoribus aliquando, vel ab ipsa parte solida.

Ostendimus, vnum esse genus februm, & il- lud passionem morbumque partium simi- larium solidæque substantiæ ipsius cordis, quod quidem constituitur à calore præter naturam exuperante intemperiemque in ea excitante. Porro hunc calorem nunc ab humoribus, nunc à spiritibus accendi antea obiter commemorauimus est & hoc hæc- ticus creditum, eundem ab ipsa parte solida in choare posse: vnde quæri solet, an possint singulæ fe- bres, quæ ab illis ponuntur, sepeparim incipere; An vero id de diarijs, & humoralibus concedi possit; de hec- tica vero dubitandum sit, an vnquã possit primò inuadere: si quidem videtur illa alias febres semper sequi. De qua quidem re nos hic pauca subiiciemus ex quibus studiosi intelligent, quam male sint possi-

Ata principia huius tractationis. Cum enim in hoc à seipsis dissentiant, nec possint vt probatione aliqua euidenti, nec tueri valeant propria principia, constat illa vera non esse: nam quæ ex veris principijs nascuntur, facillè intelliguntur, nec inter se, nec cum illis pugnant. Statuunt igitur illi hunc calorem nunc à partibus solidis inchoare, & tunc hec- tica febrim esse, & incipere; nunc verò ab humore, & tunc incipere, & esse putridam febrem; aliàs verò à spiritibus, & sic primum incipere diariam, aiuntque, si diutius perduret calor in ea substan- tia, quam primo inuasit, reliquas tandem pariter afficere, coniungique inter se genera februm. hæc sunt ferè verba, aut certè sententia est Galeni li- bro primo de differentijs februm ab initio, quem **B** Aticenna, & alij postea omnes sunt sequuti. Sed audite, quæ ratio, qua ratione probent, nunc vnum, nunc aliud febris genus incipere: adferunt enim exemplum ex balneo, finguntque primo excale- factos esse nunc parietes, & ab illis postea aquam, & aerem frigidum immitti, atque ita calefieri vtrū- que velaerem primò calefactum ponunt, & ab il- lo parietes, & humorem calefieri; aut hanc uolunt prius calefactum, deinceps illa ab eo calefie- ri: Ad cuius quidem rei exemplum referunt tria illa genera februm. Inquiunt enim, si primo cordis substantia sit excalefacta, constituitur fe- bris hec- tica, & illa primo incipere dicitur; si ue- ro idem ponatur fieri in spiritu, primo incipiet dia- ria; at si humor primo sit calefactus, fiet febris quæ consistit in humoribus. Est, sanè, egregia hæc probatio & recipienda ab omnibus nemine hæc- ticus reclamante: non enim eo commoueor, quod omnium infirmissimo genere probationum, nempe quod ab exemplis sumitur, vtantur; sed hoc me mo- uet, veritatis studiosos eo exemplo vt, quod cor- di, & huic rei accommodari minimè potest: nam possunt quidem parietes balnei, aut lebes calefie- ri prius, quam humor aliquis immittatur, sicut & hic calidus aliundè in balneum importari po- test: sic & aer, si quis accendat ignem in balneo, primo calefiat, quam humor illic contentus, aut parietes. Verum in corpore nostro cum hæc tres substantiæ simul semper reperiuntur in corde, & id quod calefacit illas, simul semper inueniatur, fieri nequit, ut quod solidum est prius incalefcat alio. quod & ipse Galenus testatur in libro de dif- ferentijs februm. Oportebat præterea illos doce- re, à quibus nam causis primo possit calefieri soli- da cordis substantia: nam si illas excutiamus, à quibus dicit Galenus libro primo de differentijs fe- brum capite octauo hec- tica febrim primo ex- citari, imò & alias omnes causas, quæ calorem in corde accendere possunt, inueniemus, profectò, ab illis semper prius calefieri spiritus, & humores, quam solidam cordis partem. Sunt porò cause, quas dicit ille statim ab initio hec- tica pati, tristitia, ira, lassitudo, cum solis ardore: etenim ira definitur esse feruor quidam sanguinis circa cor. per tristitiam sentitur quoque motus quidam; lassitudo verò calefacit articulos, & cum illis arterias & ve- nas, à quorum sanguine & spiritu per communita- tem tandem calor communicatur humoribus & spi- ritibus cordis. Sic sanè externe cause quæ eutem ca- lefaciunt, id quoque præstant. vt arteriæ sparsæ per corpus attrahant aerem calidiorem, qui tandem in cordis sinus pertuenit, & contentam illic substan- tiam, cui primò occurrit, quoque facilius pati est apta, alterat. idem ostendi potest de ijs que in corpus assumuntur, aut excernuntur, febremque excitant,

H quæ

quæ quoniam in causis diligentius explicanda erunt, superfluum esse puto, plura de illis hoc loco dicere. Quod si quis hic velit tergiversari, doceat ille, quoniam ex illis rebus, quæ febrem parere dicuntur, sit apta, & nata, prius substantiam cordis calefacere, quam humores, & spiritus in eius cavitatibus inclusos. Est & Galeni sententia, quam obiter antea ex libro primo differentijs febrium citauimus, promptius, faciliusque accendi, quod tenuius est quam quod solidum, & crassum, quam si recipimus, ut debemus, ita succedente ratione, & experientia, quibus pacto, quare, fieri vnquam, ut substantia ipsius cordis promptius quam spiritus, & humores calorem concipiat? Aiuunt, qui hanc opinionem tueri se fieri posse, ut dispositio quædam aliquando sit in partibus solidis, quæ cum in humoribus, & spiritibus eo tempore non reperiatur, causa sit ut hæc difficilius, illa vero facilius incalcescat. Verum, cum ista dispositio nequeat in alio poni, quam in calore, tenuitate raritate, & vicinitate, causarum agentium, semper illi inuenient spiritus, & humores magis dispositos ad calorem recipiendum, quam ipsam substantiam visceris, si quidem calidiores sunt spiritus, rariiores, & tenuiores quam illa, & semper facilius pati possunt à causis agentibus. Est quoque illud receptum, omnes partes calorem capere à sanguine & spiritu: incipiet ergo & ab ijs calor, qui præternaturam in nobis augeatur, febremque excitat in cordis substantia. Præterea, cum videamus in febribus omnibus, quæ sine rigore, & frigore incipiunt, simul & cor, & vniuersum corpus calorem concipere præter naturam: quo pacto id fieri posset, nisi prius sanguis, & spiritus incalcescant? nam huiusmodi calor, qui in vniuerso corpore accenditur, mediante spiritu & sanguine, omnium consensu à corde mittitur: Quod si oporteret prius calefieri partes solidas, quam alias, non posset calor momento temporis in omnes corporis partes spargi: siquidem quod solidum est, non statim calidum euadit. Ad hæc, si febris, aliorum opinione, non solum cordis, sed etiam totius corporis passio est, ac, ut nos etiam sentimus, omnes partes tandem fiunt participes febris, & caloris, qui est in corde; qua ratione hæcticam febrem alia membra omnia, corde excepto, pati primo dicentur, si ad illa, quicquid est mali in corde, per spiritum, & sanguinem mittitur? vult enim ratio, vt semper illi prius sint calidi, quam parti corporis, si modo ab illis hæc suum calorem sumere debent. Est postremo clara auctoritas Galeni in libro secundo de Crisibus, vbi scribit, nunquam hæcticam incipere posse.

An veto eadem ratione semper calor prius inuadat spiritus, quam humores, paucis expendendum esse puto: nam, ut humores ipsi omni ratione videntur paratiores ad calorem concipiendum solidis partibus; sic profecto necesse est, ut ij tanto tardius spiritibus accendantur, quanto crassiores, frigidiores, solidioresque sunt. Verum, si ita est, cur fit, vt statim inuadant putridæ febres sæpius, nulla præcedente diaria? an id non fit; sed simul aut prius etiam spiritus ipsi calefcunt? quorum calor cum momento temporis humoribus communicetur, exciteturque ex illorum putredine febris contemnimus, quod in spiritu primo est actum eò quod curationem non variat: aut certe non agnoscimus tanquam illud sit obsecratum à maiore affectione, quæ in humoribus est facta. At veto sæpe videmus, eos, qui viceribus pulmonis afficiuntur, & nonnullos alios, qui destillationibus in pulmonem laborare confue-

uerunt, statim in primo insultu febris, corripitur hæctica febre, quod ostendunt vrinæ similitæ vrinis sanorum, quod est in dictum, nullam subesse in humoribus putredinem. Quod quidem euidentissimè in alijs, sed maximè in Muzio Medice arcis Pisane præfecto, annorauit, erat enim ille gracilis, et continua ex destillatione tussicula affectus, incidit in febrem cum optimis vrinis, quæ nec sanguinis missione, nec alijs remedijs cohiberi potuit, quin tandem hominem extingueret. In cuius caduere, nec gutta quidem sanguinis in venis est reperia, & pulmo membranæ modo crepitabat, cum secabatur, quid ergo dicendum? incepisse quidem in eo hæcticam febrem, sed non ante diariam; tamen sine putrida, nam et si humores, spiritus, & partes solidæ simul fuerint, & non pari facilitate, quod crassius est, & frigidius, calorem non concipit, & ob id spiritus, & humores semper fortè prius calorem concipiant quam solide partes; non tamen propterea fit, vt semper prius putrescant humores, quàm fiat hæctica febris, sic enim semper esset hæctica cum putrida, verum diuersa est ratio de calore & putredine: nam ad putredinè non requiritur solus calor in clementi, sed magis illius prohibita transpiratio, quæ in corporibus raris & extenuatis, & paucos humores habentibus non fit, aut certè difficile. Quare non mirum, si in illis solum gignitur sine putredine febris hæctica. Igitur, vt colligam disputationem, semper diaria præcedit humoralem, & hæcticam; & humoralem sine putredine hæcticam ipsam; putrida vero sæpe hæcticam anteuertit, nonnunquam vero hæc illam: ex quo quidem etiam patet, hæcticam semper esse cum diaria, nec ab ea separari posse. Quomodo enim potest diuturnus esse calor in parte solida, quin spiritus etiam ipsi eiusdem caloris fiant participes? Eadem ratione, vbi putrida febris est, adest quoque diaria; cur ergo Galenus in libro primo de differentijs febrium scribit excrementa, quæ diariam committunt, putrefactionis principium affumentia accedere alterum genus febrium, priore sedato? ex quibus verbis patet, illum velle, cessare diariam præsentem putrida. Cui loco repugnat, quod scribit in libro primo de differentijs febrium ad hunc modum: febrilis dispositio alias ex alio de prædictis incipit, sed in primo genere affecti corporis minimè permanet, sed occupat reliqua duo; ac nisi prius soluat, proecessu temporis illa similiter afficit. Ita solet auctor hic de eadem re contrariâ scribere. Quid ergo dicendum? Rationem suadere, quod cum hæctica, & putrida semper coniungatur diaria, verum huiusmodi complicatio contemnitur; & contemnitur diaria, ac si non esset: nã extincto calore, qui est in humoribus, & partibus solidis, simul euanescit calor, qui afficiebat spiritus. Sed dicet fortè quispiam: cur non videmus singularis diebus fieri in ea complicatione solutionem diariæ, quæ fieri solet cum leui madore & sudore? an hoc fit in hæctis vbi adhuc plurimum est sanguinis pinguis & æteri? & quod dicitur de huiusmodi solutione diariarum, intelligendum est fieri, cum ille solæ sunt à suis causis nate in corporibus aptis ad eas patiendas, tunc enim ros ille colligitur circa cutem ex benignis vaporibus à corpore eleuatis. Vbi vero simul adest putredo, aut deest benignus humor, manent spiritus accendi perpetuo, ut ipsi humores & partes solidæ sine ea solutione, quæ propria est diariæ, id est, cum soli spiritus ab initio pauuntur.

Et primum quidem de his agemus quæ simplicissima sunt, quæ Hippocr. Ephemeræ, id est, diarias appellat.

His explicatis, quæ communia sunt omnibus febribus (nam si quædam alia adhuc super sunt, ubi se offeret occasio, illa docebitur, ne quid desit ad perfectam tractationem) tempestiuum est, ut ea, quæ propria sunt singulis generibus, aggrediamur: neque enim generalissimorum cognitio sufficit in aliqua tractatione, & maxime in nostra Medicina, quæ quantum fieri potest, debet ad particularia descendere. Itaque cum diuiserimus ut melior fiat tractatio, febres in diarias, humorales, & heclicas, primum de diariis est agendum; quoniam illæ sunt simplicissime, & curatu facilissimæ, primòque inuadere solent, reliquas parere. Ac in hoc quidem sequi non oportet eos, qui harum febrium tractationem contemnunt, ea ratione commoti, quod medici raro ad eas propulsandas aduocentur, nimirum quod sæpius prius sine solutæ, aut in alias migrauerint, quam ad medicum sit peruentum. Quod etsi in nonnullis egenis & negligentioribus vñ venit, tamen aliter in alijs fit, qui suæ salutis maiorem curam & rationem habent, ac intelligunt, quot quæque mala sequantur, nisi rectè curentur; hinc enim putridæ, & heclicæ, quæ euitari poterant, sæpè oriuntur. Diximus præterea, quæ sint præsidia leuiora quæ in propellendis febribus adhiberi possunt, & quam curationem postulet sola febris à fouentibus causis separata, intelligimusque pariter sanare affectus quos ira, tristitia, lassitudo, & alia causæ procatartica, quæ has febres accendunt, committere solent. Porro, ut hæc tractatio utilis est & necessaria, sic laudare non possum Galeni & Auicennæ nimiam prolixitatem, qua vtuntur in his febribus explicandis, vsque ad minimas diuisiones: nam in re tam facili superflua est tam accurata disputatio. Nos verò eum ordinem sequemur, quem in generali tractatione obseruauimus. nam primum, quid diaria sit, ostendemus; deinde quot, & quæ sint illius differentia; tertio, quæ causæ; quarto, quæ signa eam febrem declarent præsentem, & monstrant, quid in ea sit futurum, & causas commemorant quæ tales febres pepererunt; postremò quibus præsidij, quæ ratione illæ abigi poterunt. In qua quidem re si prolixior fuero, id non fiet ob ipsam diariam tractationem; sed quia, in ea nonnulla, aut fortè omnia quæ pertinent ad communem tractationem, enarrabimus.

Quid diaria febris, & quæ febres sub diarijs comprehendere oporteat.

Diaris febris, siue ephemera, ut Græci vocant, nomen sumpsit à tempore, quo durat: nã quæ vno die finiuntur febres, ephemera dicuntur. Vnde ephemerides appellantur, quæ continent illa, quæ singulis diebus fiunt, & eadem ratione Aristot. ephemerum quoddam animal esse dicit, quod in uno & eodem die nascatur, & moriatur. Verum contra naturam febris diariæ facere videtur, quod habet Galenus in octauo Methodi, ubi scribit febres diarias esse posse, quæ etiam vsque ad quartum diem extenduntur. Præterea in libro nono Methodi Synochas febres eiusdem generis cum diarijs esse statuit, quod si synochi in genere acutarum febrium continentur, ut ipse in eodem li-

Abro, & alibi docet, multò longiorem terminum; quam vnus diei illis statuere oportebit. Quod cum nomini repugnare videret Galenus, febrem scilicet quæ multos dies duret, diariam vocare, & sua principia enerti, ubi posuit omnes febres esse, vel diarias, vel putridas, vel heclicas, nisi synochos sub diarijs comprehenderet, ideo nomen diariæ contemnendum esse dicit, quod scilicet impositum sit non ex rei natura, sed conuenire debeat vniuersis febribus, quæ eiusdem sunt formæ. Itaque diarias vocatas esse, quæ solent vno die finiri, non tamen excludendas esse ab ea natura, quæ ad plures dies extenduntur. Quæ quidem in re eum errare puto, & malè principia posuisse, quæ ut saluari non possunt, ita faciunt, ut antiquam appellationem corrumpere cogatur, & sub hoc genere aliud comprehendere velit, quod ab illo est alienum. nam febres diuidere in diarias, putridas, & heclicas absurdum est; sed debet fieri diuisio in diarias, siue eas, quæ in spiritibus accenduntur; & eas, quæ in humoribus, & eas quæ in parte solida. Humorales rursus subdividendæ in eas, quæ fiunt solum ex humoribus excalescentibus vniuersis, & eas quæ fiunt ex humoribus putrefactis; & illæ synochi non putridæ vocantur, quas falsò è genere diariarum esse tradit: quippe cum diariæ ex spiritibus excalescenti synochi vero ex humoribus accendantur. Adde, quod & ipse in initio libri noni Methodi scribit, diarias ex sua natura non ultra vnam diem progredi; sed id accidere vel per medicorum ignorantiam, aut ægrotum intemperantiam, vel ministrantium errorem. Quod si ita est, synochi, quæ suapte natura diem vnum excedunt, à natura, & genere diariarum excludendæ veniunt. Ad hæc synochi non putridæ in eadem materia ponendæ, in qua putridæ ponuntur: at hæc in humore, ergo & illæ: non igitur sunt diariæ, quia in spiritu ponentur. Differunt & remedijs: nemo enim in diaria, siue ea quæ sit ex spiritu solo accenso, sanguinem mirtet vsque ad animi defectum. Postremo paulo postea, in eodem libro nono habet synochos febres nec planè esse diarias, nec putridas, aut heclicas; sed quoddam esse genus medium inter diarias, & putridas. Quemadmodum enim, in ceteris rebus vniuersis quæ vno genere comprehenduntur, societatem in naturis habent, ac propterea mutuo in se transire valent, tertia quædam formula in transitu ipsarum existit, quæ neutrius extremorum formam planè exhibet, ita in diariarum febrium transitu imaginari licet, alterum quoddam genus exoriri quod neutri extremitati sit idem. Est autem hoc medium genus, ut postea intelligitur, synocharum febrium. Ex quibus verbis patet, illum synochas à diarijs non minus sciungere quam à putridis, & heclicis: siquidem diariæ sunt termini à quibus, putrida vero, & heclicæ termini, in quos illa secedunt. Quanquam & in hoc falsò vtitur exemplo: non enim quicquid in alterum transit, per mediam quandam naturam transit, ita ut medium quoddam genus constituendum sit: nam putridæ in putridas ut tertianæ in quartanas, non mutato genere febrium putridarum, & putridæ abeunt in heclicas. Quid ergo dicendum? Rectè diariæ nomen impositum esse: quandoquidem omnis febris, quæ vnum duntaxat diem durat, diaria est, & quæ talis est, non potest ultra vnum diem extendi, sic sanè, quæ accenditur in spiritibus, sola eo termino finitur, & quæ finitur vno die, non aliter, quam in spiritibus consistere potest. Nulla enim uel humoralis, vel heclica apta est gigni, & solui tam breui temporis spacio ob materiam crassioris substantiam. Tempus uero apta nata que sint febres, quæ consistunt in spiritibus, nõ

ultra unum diem progredi, nulla potest esse ratio, si-
cut nulla est certa, cur biliosæ febres tertio quoque
die repetant. Quod verò diaria omnis fiat in spiri-
tus, patet. Primò quòd citò, & à leuissimis causis
accendatur, augeturque & citò firmatur. Secundò,
quòd mitissimæ sint, tanquam in aerea & halituosa
materia accensa. Tertio, quòd per madorem, & le-
uem sudorem finiantur, qui sudor fit densato spiri-
tu, siue vapore circa membranosa cutem. Quare
rectè diaria vocatur, quæ intra viginti quatuor horas
finitur, non autem dicendum est, illas esse diarias,
ut hic videtur innuere Galenus, quæ ex lassitudine,
vel ebrietate, & alijs causis procatarteticis nascantur:
nam ab eisdem causis & hecticæ, & putridæ, quoque
proueniunt, ut postea idem author docebit. Ceterù
vocat Galenus diariam febrem simplicem, eo quòd
inter omnes febres sit mitissima & maximè benigna
& quòd præsentem, non habeat causam, à qua est
nata: his enim modis omnibus, simplices vocare
possumus diarias.

*Hæ autem ex lassitudine nascuntur, temulè
iræ, merore, excaescentia, furore, alijsque
vehementibus animi curis.*

T Angit hoc loco nonnullas causas febris dia-
ria: ex quibus nos occasionem sumemus
tractandi de causis febrium in genere: ex
qua quidem tractatione licebit postea sumere, quid
conueniat diarijs, humoralibus, & hecticis febribus:
eo enim quòd commune est, contempto, necesse
est omnes particularium tractationes fieri obscuras,
& hanc quidem communem explicationem causarum
nos prætermittere non possumus, qui non solum bre-
uem quandam huius operis interpretationem insti-
tuimus; sed integram de febribus explicationem
molimur, sumpta occasione ab hoc auctore. Igitur, ut
breuiter dicam, in febribus consideramus in primis
formam febrium: alia enim est forma febris putridæ,
alia diariæ, alia hecticæ, alia continuæ, alia intermit-
tentis. Deinde consideramus causas efficientes: viden-
dum enim est, quid ex omni genere rerum quæ nos
afficere possunt, sit aptum febrem facere, fouere, au-
gere, minuere, & abigere, ac pro diuersitate efficien-
tium diuersa sunt adhibenda remedia. Nec conte-
mnere quidem oportet commune instrumentum,
nempe calidum innatum per quod febrilis calor in
vniuersum corpus mittitur facilius, aut diffici-
lius pro ipsius diuersitate. materiam meritò quis
dicit in febribus locum non habere, eo quòd ex ali-
quo illæ non fiant, sed in aliquo consistunt: quia ta-
men multiplex est subiectum febris propinquum
scilicet, & remotius, & in his multa veniunt consi-
deranda, ideo quædam ex subiectis nomine materiæ
donabimus, quo tractatio distinctior euadat. Dice-
mus ergo, spiritus, humores, & solidam substantiam
cordis, esse materias febris; subiecta vero esse febris,
cum dicimus febres quasdam in corporibus densis,
mollibus, crassis, bonos humores habentibus, tempe-
peratis, in viris, iuuenes, alias vero fieri in his contra-
rijs corporibus, nempe raris, duris, tenuibus, cacochy-
mis, in temperatis, femina, senes. Habent quoque hic
suam causam, cum quibus, & sine quibus, non, cuius
generis est locus, & focus febris; quomodo dicimus,
causam febris continuæ, & intermittens focum ei-
se hunc, vel alium locum, in quo putrescunt humores;
nec non illa omnia, sine quibus febres nec gigni, nec
augeri, nec conseruari, aut minui possunt, cum alte-
rius generis causarum non fuerint, ad causas, sine qui-
bus non, redigere oportet. Finem verò non conside-

ramus in morbis, tanquam causam, sed tanquam ter-
minum, in quem definit ipsa febris. Verum etsi plu-
ra genera causarum in febribus consideranda veniunt,
non tamen propterea de singulis tractatio instituenda
est: nam quædam explicari exactè non possunt, ut
formæ febrium. Cœtiam instrumentum gene-
ralem tractationem in hac re non habet, sed propriam;
siquidè ad gignendas febres plus potest nunc imbecil-
lus calor, ut in putridarum generatione, nunc qui va-
lidior est, & actior, ut in procreandis hecticis; ad fe-
bres vero tollendas, qui temperatus est, ut plurimùm
aptior; tamen ratione materiæ præualeat aliquando
qui actior existit, ut qui rebellem materiam aptius
conficere, & discutere potest. Quapropter vniuersa
tractatio in efficientibus causis, materia, subiecto, &
aliquibus causis, sine quibus, versabitur. Porro Gale-
nus capite quarto libri primi de differentijs febrium
enumerare nititur, quæ, & quot sint causæ efficien-
tes; febrem; sed cum à nullo principio nec ex aliqui-
bus fontibus eas ducat, probari non potest ipsius tra-
ctatio, quæ solum continet particularia quædam, in
quibus nunquam animus quiescere potest, tanquam
omnia sint comprehensa: quod ex eo loco patet, ubi
omittit ea, quæ contundendo, vulnerando, fran-
gendo, tendendo, dolorem excitando, febres pariunt.
Vt igitur questio vniuersalis est, qua querimus, quid
febrem efficere sit aptum; sic generatim respondend-
um, nec singula adferenda quæ & incerta sunt, &
à methodo aliena; porro docuimus libro primo de
causis morborum capite decimo, quattuor esse re-
tù genera, quæ morbos gignunt, nempe quæ assumun-
tur in corpus, quæ extrinsecus corpori occurrunt,
quæ à morbis relinquuntur, uel excernuntur à nobis,
vel in nobis retinentur: Ab his ergo rebus febrium
causæ effectrices sumendæ. Assumuntur quidem in cor-
pus quæcumque vel per os, aut nates, aut intestina,
vel pudenda, aut alias corporis partes initio recipiun-
tur, siue alimenta, siue medicamenta; aut venena
fuerint. Extrinsecus vero agunt quæ impulsu agunt,
ut vulnerantia, contudentia, frangentia; item quæ
ambiunt, cuius generis sunt aer, lotiones, natationes,
item quæ corpori applicantur, ut vnctiones, cata-
plasmata, cerata, & huius generis alia, necnon quæ
appenduntur paribus, aut circumligantur, ut vin-
cula, quæ partibus iniunguntur. Nominum eorum quæ
geruntur, intelligimus corporis, animiq; motum &
quietem, ut otium, exercitationes, vitæ conditio-
nem, iram, tristitiam, cogitationem, gaudium, & his
similia. Quorum quædam à nobis duntaxat geruntur,
ut vitæ conditio, animi perturbationes, & reli-
qua, quorum principium in nobis est, à nobisque ex-
citatur, alia vero ab alijs in nobis fiunt, cuiusmodi
est nauigatio, gestatio, alia autem partim à nobis,
partim ab extrinsecis geruntur, ut equitatio, remiga-
tio, & alia huius generis. At ea, quæ excernuntur, & re-
tinentur, comprehendunt ea, quæ quocumque modo
a corpore exeunt, siue per hanc, aut aliam partem
id fiat, siue humor, vel vapor, vel fordes, aut pus, aut
lapis, aut lubricus, aut semen, aut aliud denique sit,
quod vel in corpore retinetur, aut ab illo educitur.
Porro accèdi febrem ab his rebus nouerunt omnes,
sed doceri id non potest arte, & methodo, nisi modos
vniuersos compertos habuerimus, quibus calor accè-
ditur in nostro corpore. Quapropter, ne ex incertis
procedat tractatio, ac ne cogamur tum in causis ipsis
tum in modis eadem docere, opere pretium esse duco
docere, qui nam, & quot sint modi ij, ad quos postea
singulas causas redigemus. Quod diximus, à Galeno
quæ situm videmus lib. primo de differentijs febrium
cap. quarto, ubi docet medicos plerisque nihil plus
scire, quam vulgus nouerit: nam quod ex ira, lassitu-
dine,

dine, crapula, & alijs occasionibus prædictis nascuntur febres, vulgus quidem nouit: vt quo modo, & an vna, vel diuersa ratione ea omnia id faciunt, non conantur explicare, nec possunt, nimirum quod philosophum requirit hæc explicatio, ac tantam habet utilitatem in medicina huius rei enarratio, ut ea contempta inutilis reddatur efficientium causarum explicatio, non enim ira, aut vulneranti rei, quæ febrem iam parte, abierunt, sed ei, quod ab illis in corpore est factum, medemur: quæ quidem modos hoc loco appellamus, cum tamen interne quedam causæ sint, & propriæ, quarum beneficio reliqua febrem committendi vim habent. Ac secundum diuersos hos modos, diuersa remedia excogitare oportet, in eisdem generibus rerum, & in diuersis generibus vbi idem est modus, vna instituitur medendi ratio: nam, et si otium, & labor ab ijs petuntur, quæ a nobis geruntur; quoniam tamen diuerso modo febres ab illis nascuntur, differre necesse est præsidia, quibus ad febres propulsandas utimur: otium, externum frigus cibi copia à diuersis generibus rerum sumuntur; quibus tamen calefactione pariter profunt, quia vnus modus est, quo ab illis febris nascitur, itaque de his agendum hoc loco; qua in re Gal. omnes modos, quibus febres acceduntur, quinque esse concedit, motum, putrefactionem, conuersionem siue inuersionem rei calidæ, permissionem calidæ substantiæ, & suppressionem calidi excrementi. Verum his modis non continentur omnes causæ prædictæ: nam quod inedia febres gignat, idem auctor est passim, testante quoque experientia. At id nec per constipationem, nec vicinitatem, nec suppressionem nec permissionem calidæ substantiæ fieri apparet. Separat præterea in libro de differentijs febrium motum ab ebullitione, per quam ira febris causa censetur esse. Videtur quoque vigilia vno modo aliquando febres parere qui inter illos quinque contineri non videtur. Quapropter, si motum ab ebullitione distinguamus, & hæc ab illo, quo pacto ille febre ab ira dicit procreari ob motum, & feruorem simul, a tristitia verò ob solum motum.

Duos addam modos siccitatem, & ebullitionem: ac per siccitatem, inedia, cibi potusque parsimonia febres dicitur efficere, nimirum, quod humoris defectu calor acrior primum, & febrilis reddatur, vt qui non nisi cum mediocri humore mediocrem temperiem feruare sit aptus. Ex ebullitione verò, ira ipsa, & fortè etiam gaudium, vno modo aliquando febres excitare comperitur.

Ad hoc igitur modo si omnes causas prædictas reuocare velimus, inueniemus profectò, qua ratione illæ febres faciant. Nam, vt ab his exordiamur, quæ in corpus assumuntur, inopia alimenti (vt diximus) ratione siccitatis febris est causa; nimia vero copia ob suppressionem calidi excrementi, à superfluo enim alimento replentur vasa corporis nimio humore, aut etiam viscido, & crasso, vbi planè vinci non potest, & concoqui multitudo: Ex obstructione verò prohibetur effluere corpus, & excrementa, quæ continuo exhalant, atque ita ex illorum retentione, febris accenditur, vel etiam ex putredine: Ad hunc modum satietas, temulentia, cruditates pituitosæ alimenti rediguntur. Quæ verò assumuntur, & ob qualitates febres excitant, non vno modo omnia id faciunt: nam cibi, & medicamenta actu, aut potentia calida id faciunt vel propter permissionem calidæ substantiæ, quando scilicet nulla alia subest materia, quæ commoueri possit ab assumptorum calore: quæ si fuerit ob prohibitam transpirationem idem quoque contingere potest: nam calor, liquando humores multos, vel pituitosos, obstructions parit ex quibus prohibetur transpiratio in aliquibus partibus: vnde ca-

lor accenditur, & febris: qua ratione videmus, aliquos potione moderata vini generosi, aut alterius rei acrioris, quæ suapte natura alioquin nullam huiusmodi habent vim ob corporis, & humorum subiectorum ad patiendum aptitudinem febribus, corripitur. Quæ verò frigida non sunt, sed duntaxat potentia pituitam, crassosque humores paulatim acervando obstructionis, prohibitaque transpirationis ratione tandem febris causa fiunt. Quod si actu frigida fuerint in corporibus non æstuantibus, eodem modo febres excitabunt: at si ob immodicum calorem corporis internæ meatus pateant, febris quoque sit, ob prohibitam transpirationem; sed ea non nascitur ex generatione humorum, sed ex ipsorum meatuum desitate: Quæ ratione videmus, periculosum esse bibere, quæ actu frigida sunt, post cursum aut aliū motum, dum adhuc feruet corpus, patentque plus æquò rarefacti à calore meatus: tunc enim promptè sese in sinuans frigida rei vis illos constringit, occluditque. Iam vero, quæ assumuntur humidiora plus iusto, eo quod repleant superfluo humore corporis meatus, illosque obstruant, tandem febres excitant prohibita effluatone, sicca verò si quam habent vim ad febres committendas, id faciunt quod illorum vsu corpus excitetur, atque ita ob siccitatem calor intendatur. Porto quæ crassa, aut viscida assumuntur, infarctis cavitatibus vaporum, impediunt pariter effluatorem, & febris sunt causæ: Quæ verò tenuium sunt partium aut nil possunt in hac re, aut solum in corporibus plenis, & pituitosis, in quibus humores commoueri illorum vsu possunt, qui vel obstruendo, aut incidentes in aliquam partem, & illic prohibita transpiratione putrescentes, ratione putredinis, febres sunt auctores.

At quæ vel toto genere sunt inimica, vel maligna, aut substantiam habent aptam, vel qualitatem, ad corruptionem, siue id illis accidat, vel ob propriam naturam, vel quod malè sint reposita, aut perperam confecta, vel condita, aut peruerso ordine, vel modo, vel intempestiuo tempore assumptæ, hæc putrescunt, corrumpunturque in nobis, ac ob putredinè febres committunt: nec possunt deesse exempla medicinæ peritioribus, qui philosophari cupiunt.

Iam vero inter ea quæ retinentur, & excernuntur, pro illorum natura, copia, & qualitatibus febres patiunt vno vel alio modo. Etenim excrementa calida, vt bilis quæ quotidie externi consuevit, si fortè retineatur, proportionem cum alijs humoribus vitiatam, mixtione aucto calore, febres gignit: Pituita vero alio modo, quod scilicet sua visciditate, & crassitie cavitates occupet, prohibeatque excitatis obstructionibus, calorem effluere. Eodem modo humor melancholicus, & serosus quoque ille crassitie, hic multitudine, possunt febres excitare: sicut etiam multitudo alterius humoris: Verum illa non solum ob impeditam transpirationem, sed etiam ob putredinem, quando scilicet vinci gubernarique nequit à natura, febris est causa. Vapores vero retenti, qui exhalare consueuerant, siquidem benigni, & halitui si fuerint, Galeni opinione febrem nequeunt parere, quod si acres, & mordaces exciterint, ob permutationem cum reliqua substantia aptissime id facient. Ceterum, quæ exeunt à nostro corpore, siquidem calidiora fuerint, vt in his accidit, qui ex sanguinis, aut alui profluuio diuturno tandem in febres cadunt, id accidit, quoniam, excretis calidis humoribus, frigidiores necesse est in corpore exuperare, qui obstructions pariant, vel putrescant, debilitato nativo calore, qui nequit eos amplius concoquere, & regere. Quod si frigidiora reijciantur excrementa, accidit calidam exuperare in corpore materiam, cuius mixtionem cum

alia calor intenditur, & febris nascitur. His ergo rationibus ab his que excernuntur, aut retinentur in corpore, febres fiunt.

Porro quomodo febres nascantur ab his, que extrinsecus nocent, nunc perpendere oportet, quoniam multiplex est istorum genus, nec eodem modo febres fiunt causa. Quae n. calida sunt, nosque, vel ambiunt, vel nobis applicantur, aut alio modo afficiunt, febres pariunt viciniate, quod scilicet ob illorum contactum ad vniuersas partes, & cor ipsum calor perueniat, vel quod in corporibus plenis liquefaciant humores, & obstructionum, prohibiteque transpirationis sint causa. Frigida vero sicut & adstringentia, ut alumi nosa balnea, vel densando externam superficiem, prohibendoque id quod effluit, vel exprimendo in plenis corporibus humores, & obstruendo, eodem modo febres excitant. At humida, ut aer humidus, & nebulosus obstruendo eosdem meatus idem facit. Siccata vero, ut aer siccissimus, & frictions durae & asperae, videntur etiam consumpto humore, qui circa cutim uersatur, contractionis, densitatisque esse causa.

His ergo modis, que ambiunt, vel admoventur, vel applicantur corporibus, pro diuersa illorum qualitate, ut diximus ante, febrium sunt cause.

Ceterum, que impetu extrinsecus nocent, febres committendi uim habent; uerum non eodem modo omnia. Etenim ferarum morsus uidentur id facere, quod feruorem quandam cum salua, uel alia substantia uenenoosa in corpus immittant. Quae uero uulnerant, uel sectis, apertisque uasis collectionis humoris sunt causa, qui cum nequeat, ob copiam exhalare, & satis refrigerari, putrescit, ac ex putredine febris oritur: Quod si ex uulnere, aut re alia contudente, uel ridente, non affectis uasis, insigni aliquo malo, febris nascitur, id fit, quod excitato dolore, fluxiones aduocentur, que obstructiones pariunt, atque ita putrescunt tandem aut ante putredinem, prohibita transpiratione, praeter modum incalescunt, atque ita ob uisinitatem, & coniunctionem cum parte affecta relique partes, & tandem cor ipsum praeter naturam calorem concipiunt. An uero que appenduntur, uim huiusmodi habere possint, ut febres gignant, reliquis discutendum relinquo: nam quod quaedam per inspirationem putridi, eadumque ex re appenda eleuati, id facere sint apta, mixtionis ratione, omnibus compertum esse puto. Verum, an quaedam occulta quadam natura uim habeant gignendi febres, sicut quaedam inueniuntur quae fetus perimunt, aut partus iuuant coxis alligata, uel alios morbos pariunt, aut tollunt appenda certis partibus corporis, ut nulgus credit, & authoribus Dioscoride, & Galeno, nos recepimus, compertum non habeo: quare nec modum docere possim, quo illas febres parere ualeant.

Superest quartum genus, quod ea continet, que geruntur, que quidem non uno modo calorem, febremque pariunt: nam, ut ab Animi motibus exordia mutant, in tristitia cor uidetur contrahi; in gaudio expandi; in ira concuti, & uibrari cum quadam ebullitione, & feruore: idem fieri uidetur motus, in timore, qui in tristitia; sed repentina & maior contractio in illo, in hac uero paulatim contrahitur cor, consumiturque illius robur.

Ac quod in gaudio fiat cordis quaedam expansio, id indicio est, quod in nimio risu sentiamus cor ueluti exire a corpore remediumque est huius immoderati motus manus ad motum circa regionem cordis, ut que scilicet repellat impediatur; immoderatas fieri huiusmodi dilatationes. In tristitia uero, & timore percipitur manifestò talis contractio, & ob contractionem ad exiguam molem cor redactum fenitur.

A Omnes igitur hae cordis motiones, uolentemque operationes cor immoderate exercent: ex motu autem calor, ut in aliis rebus docet experientia, excitatur.

Habent tamen praedictae cause peculiarem etiam quandam alium modum: nam tristitia corpus exsiccat, uel diuturna caloris depascens actione, uel quod alimentum non assumat, cuius defectu exsiccat. Contingit quoque ob animi continuas curas calorem natuum non recte concoquere, ut qui ab instrumentis coctionis distrahitur: ex coctione uero male peracta, eruditates, & ex illis obstructiones, & prohibita transpiratio, & demum putredo, & febris nascuntur. In timore uero cum subita fiat caloris contractio ad suos fontes, accidit pariter fluxiones excitari, uel quod motu caloris creantur humores, uel quod pituitosi, frigidi; in cerebro, & alijs partibus relinquuntur humores, qui ut aplexiam nonnunquam pariunt, quando. s. magna est in capite plenitudo; sic in alijs uisceribus obstructiones, & febres excitare possunt in corporibus excrementosis. Idem gaudium, & ira immoderato motu, calorisque uolenta accensione, fluxiones, & ex illis tumores, & nonnunquam obstructiones, & febres excitare sunt apta. Ut autem cordis motus, siue irascibilis facultatis immoderate actiones his modis febrium sunt cause: sic animalis uirtutis, ut imaginationis, cogitationis, recordationisque excessus idem efficiunt: nam dum animus attentius, diutiusque, in his uertatur, distrahitur uniuerso corpore natuum calidum, digeriturque, atque ita, exsiccato corpore, calor febrilis accenditur, uel si difficile corpus exsiccat, gignuntur eruditates in uisceribus ex alimento male elaborato, unde obstructiones, putredines, & febres sequuntur. Idem planè modis ex uigilia febris prouenit exsiccato corpore, aut suppresso effluuio calido ex obstructione, aut eruditata. Ut autem animi motiones, sic corporis exercitia nunc uino modo, nunc alio, pro illorum intentione, & remissione, & diuersa corporis, quod patitur, conditione, febres pariunt: nam mediocris motus febrem non parit, nisi in corporibus excrementosis, in quibus obstructiones ex liquatione humorum facile procreari possunt; immoderatus uero in omnibus calorem intendere suapte natura aptus est, qui in gracilioribus, biliosisque corporibus non solum motus ratione, sed etiam eo, quod siccitatem induxerit, cum qua calor intenditur, febres conciliat, transmissio scilicet calore a partibus, que primo exercentur, per arterias, & uenas, & adhaerentes alias partes ad cor ipsum; à quo rursus per easdem, & uniuersalia uasa in totum corpus subito transmittitur, his ergo modis que à nobis geruntur febrium sunt causa. Ouum uero superfluum, quod tanquam id, quod prauatione opponitur illis, que fiunt à nobis, & propterea eodem rerum genere continetur, febres gignit: quod. s. languescat per otium calor, qui nec probe concoquit alimentum, nec excrementa expurgat, nec meatus aperit, per quos educuntur quae obesse solent; ex quibus obstructiones, putredines, & febres tandem oriuntur. Eodem planè modo, si qua habet somnus ad febres excitandas vim, hoc facit: nam per somnum superfluo humore grauantur interna uiscera, nec satis digeritur corpus; ex quibus tandem obstructiones quoque oriuntur. Haec si uera sunt, & putamus esse, ita dictitante ratione, & experientia, reprehendendus uenit Galenus lib. 1. de Differentijs febrium, non quod solum omiserit necessarium quandam modum ex siccitate: sed quod putauerit unico modo commemoratas causas febres procreare; ueluti cum feribit, iram ob solum feruorem, tristitiam ob solum motum, densitatem cuius ob solam retentionem mordacis excrementi,

B

C

D

E

menti, aerem calidum, ob solam inspirationem, vel vicinitatem, & contactum febrium esse causas; quandoquidem, ut diximus, ab eadem causa, quae plus, vel minus tenditur, in diuersis corporibus, diuersis modis febrem faciat. Quare, si medicina promittit vniuersis suam operam, res distinguenda erat, & tradenda quae generatim euariant; alioqui necesse est maximos errores, tum in praedictione, tum in curatione à medicis fieri.

Pone enim aliquem ex apricatione vel solis feruore incidisse in febrem, eumque esse crassum, & pituitosum; an dices hunc ob solam vicinitatem, & immersionem caloris externi febricitare, an potius ex putredine, aut prohibita transpiratione nata ex liquatione humorum? sic sanè. Quapropter modi omnes docendi, tenendique sunt, quibus singulae causae febres in singulis corporibus excitare sunt natae, ne ex vna, quae ex causae ratione sumitur, simplici, & ab soluta consideratione, con temporis alijs, quae in eadem sunt, considerationibus, & effectibus, qui ob diuersitatem corporis patientis nascuntur, inutilem multis medicinam nostram reddamus. Sunt porro praedicti modi tenendi à Medico, non tamen ignorandi etiam quidam alij; est enim operae pretium, non uisisse quaedam esse quae per se, quaedam per quae accidunt; alia maiore vi, alia minore. Quae vel illud efficere posse: alij ut uniuersales, alij ut particulares causae; alij ut procatartice, alij ut antecedentes, alij ut immediate, & coniunctae, alij ut priores, alij ut posteriores; vel alio denique modo suam exerant facultatem: ex his enim generationis, praedictionis, curationis; febrium ratio partim petitur.

Quae requirantur, ut praedicta causa febrium fiant.

Non satis quidem est intellexisse, febres nasci posse ab ijs, quae in corpus assumuntur, vel extrinsecus illi adhibentur, vel ab eo geruntur, vel exeunt; vel in eo retinentur, nec quod omnes causae certis quibusdam modis, & rationibus, calorem & febrem in corpore pariant; sed ne vereamur omnia, quae assumuntur, vel admouentur, vel retinentur, & excernuntur, aut geruntur, tanquam omnia vim habeant procreandi hoc genus morbi, aut plus a quo solliciti, & meticulousi simus in his euitandis, quae obesse nequeunt, ratio explicanda est, qua intelligamus, quando ab illis causis febres sint expectandae, de qua re Galenus lib. primo de differentijs febrium agit, ubi docet, causas non posse febres suas procreare, nisi corpora, quae pati debent, sint preparata ad hoc malum suscipiendum; est enim, inquit, haec ratio cur non omnes in aere pestilenti cortipiantur peste, quoniam, scilicet, non eodem modo sunt affecta corpora. Verum non docet auctor ille, quid per corporis praeparationem intelligat, & quamnam putet esse praeparata magis, quam alia: nam exemplum, quod ponit, scriptum est duntaxat de praeparatis ad febres pestilentes, non ad alias omnes; praeterea cum libro de causis morborum requirat alia praeter corporis praeparationem ad morborum generationem, nempe tempus, magnitudinem, approximationem & vicinitatem causae agentis; idem profecto in febrium generatione praetereundum ab eo non est. Postremo quae de corporum praeparatione dicuntur, tanquam causae seorsim consideranda sunt, non minus sanè efficientes ipsae causae, etenim magna est in subiectis corporibus differentia, & ea quaedam necessaria ad febrium generationem non minus sanè quam ea differentia quae in rebus reperitur,

A à quibus febres oriuntur. Siquidem ut sol non habet parem vim in aliquibus, quam habet erapula, ad febres gignendas; ita dura corpora promptius à quibusdam causis praecipitantur in febres, quam mollia, quam tenuia, rara quam astricta; adeo ut diligentiore postulet haec res tractationem, si quis rectè docere velit.

Ponit praeterea quandam in materia febris differentiam, quaedam rerum genera, in quibus febris accenditur, nempe humorem, spiritum, & partes solidas cordis; quae cum multis modis afficiatur, causaeque sint, ut nunc vna, nunc alia febris ab eadem causa nascatur, ratio pariter exigit, ut de materia febris instituat tractatio. Itaque nunc, quid postulent res praedictae, ut possint febres excitare, explicare aggrediar; deinceps verò reliqua. Quae quidem in re paulò antè diximus à Galeno requiri, ut causae efficientes morborum, & febrium dici possint, tempus, magnitudo, vicinitas rei agentis: nam aestus eos, quos non attingit, & cum quibus minimo temporis spatio conuersatur, nec quilibet calor, qui à sole demittitur, sed qui certum habet excessum, iustamque magnitudinem, febres possunt hominibus inferre. Verum is non comprehendit omnia, quae in rebus requiruntur, ut causae effectrices alicuius operis dici possint: nam quae substantiam habent amicam nostro corpori, ea non obsunt, sed quae inimicam illam sunt sortita; quare ob substantiam causae nunc effectrices sunt morborum, aliam verò minimè. Exigitur praeterea qualitas idonea: non enim, si ea quae calida sunt actu vel facultate, possunt febrem excitare, idem facient potestate frigida, & sicca; aut eertè minore vi id praestabunt. Certa quoque requiritur quantitas: siquidem etsi sol potest febrem inferre, non tamen omnis, sed qui certum habet excessum. Postulant & causae agendi modum: quippe cum ingestio cibo, exercitatio lenta, & tarda nequeant febrem facere, quod faciet illa, quae conferat obitur.

B Mora, ut ostendimus, iustumque tempus necessarium est, quemadmodum & ipsa occasio, sine tempore aptum: nam exercitatio ante cibum inita prodest repleto vero corpore, febrium non raro est causa. Sunt & quaedam, quae solo ordine febres excitent, ut lac, & alia, quae facillè corrumpuntur, si secunda mensa ingerantur. Itaque haec causae, quae febres pariant, id faciunt ob substantiam, temperiem, qualitates, ob quantitatem, vel modum, vel vicinitatem, moram, tempus, ineptum ordinem, quem in agendo seruant.

C His quidem ita explicatis de causis febrium, ex quibus in tractatione eliciemus quae propria sunt causis singularum febrium; iam videamus, quid hic scribat Galenus de causis febris diariae enumerat quidem particulares quasdam causas, sed non omnes: addit enim in decimo methodi, dolorem, conspationem externae cutis, obstructionem interiorum meatuum, si modo ea leuis fuerit, id quod etiam octauo & nono libro eiusdem operis testatur: tamen in libro de differentijs febrium, capite tertio, scribit ex densitate exteriorum meatuum diariam committi; ex obstructione vero putridam, addit cruditatem in libro octauo methodi, & alibi alias nonnullas causas, sparsim, ut solet. Verum probari non potest huiusmodi tractatio: primo quod à nullo certo capite exordiat, è quo intelligere possumus nec plures, nec pauciores causas esse posse: 2. quod ex omnibus illis locis non colligantur omnes particulares causae: nam sicut tristitia sic profecto & laetitia; & quemadmodum nimis satietas & inedia, sic cibi, & medicamenta calidiora, quae intus sumuntur, aut extrinsecus

cus admoventur, calefacientia, & retentio extremè
 ti biliosi, aut vaporis, febres diarias committere pos-
 se docet experientia, & ratio admittit. Postremo da-
 mnanda est hæc tractatio, quod non constat cur præ-
 dictæ causæ solæ diarias excitare dicantur, & non aliæ
 veluti grauioribus obstructions, nam quoniam ex rei
 natura non exorditur causarum inuestigationem,
 ideo hæc nascuntur absurda: oportet enim cum cau-
 sas alienius rei quærimus, ante oculos ponere effectus
 illius, essentiam, & naturam: & ita excutere singu-
 los fontes: quo factò intelligetur, quid possit, aut
 nequeat illius esse causa. Itaque si diaria febris sit eo
 spiritu duntaxat ex calefactio, leuioribus omnibus oportet
 esse causas, quæ diarias pariât, quæ enim vel calefa-
 ciendi, aut putrefaciendi humores, aut accendendi he-
 teticum calorem in partibus solidis vim sunt sortita,
 maiore quadam facultate sunt donata, quâ illorû im-
 petus vnius diei spacio compesci possit, qua ratione si
 singulos fontes causarum febrium executiõnem, faci-
 lè inuenimus, quæ poni debeât huiusmodi febriû
 causæ, quæ reijciendæ; & si quæ omisissæ sunt facile
 addi poterûnt, et si quæ fortè temerè sunt enumeratæ,
 falsè deprehenduntur.

Ergo inter ea, quæ geruntur, omnia quæ in eo ge-
 nere ponuntur, propriæ diariarû febrium causæ magis,
 quam aliarum suapte natura esse cognoscuntur.
 Sunt autem in eo genere, vt antea ostendimus, om-
 nes animi, corporisque motiones, vt ira, tristitia,
 curæ, gaudium, cogitatio, vigilia, labor, lassitudo,
 curius, palestra, concertatio, violenta equitatio, &
 si quæ aliæ sunt huiusmodi motiones, quæ vel uniuersum
 corpus vel partes aliquas primo, deinde cor aut
 ipsum eor statim accendunt, vel suapte natura ex so-
 lo motu calorem excitando vel destillationes, & cru-
 ditates, quæ leues obstructions excitent, mouendo,
 vel corpus efficacando quædam enim ex prædictis vno
 modo, alia vero alijs calorem & febrem concitan-
 t, pro diuersitate corporum, quæ non idem ab eis
 dem patiuntur: etenim ita non pari facilitate calo-
 rem mouet in humidis, & frigidis corporibus, & qui-
 bus vitale robur firmum est, motu suo, ut in cali-
 dis, & siccis, & infirma facultate: at ob destilla-
 uonem fortè promptius in illis, quam in his febrem
 gignit.

Ceterum quæ assumuntur actu, vel potentia cali-
 da vel frigida actu calorem intendunt, illa mixtione;
 frigida vero actu suppressione febrem efficiunt:
 & hæc suapte natura solas diarias faciunt, sicut mul-
 tas, & tenuis substantiæ, ut crapula, & ebrietas: at
 multa & crassa, & viscida suapte natura putridas pa-
 riunt; diarias vero non, nisi quando leuis est in illis
 excessus. Qua in re probanda est magis Galeni senten-
 tia, quæ habetur nono methodi, quod scilicet ex ob-
 structione possit fieri diaria, quam quæ habetur primo
 de differentijs febrium, vbi habetur ex obstruc-
 tione non diariam, sed putridam nasci. Pariunt et-
 iam hæc, quæ assumuntur nonnunquam febrem, eo
 quod liquent humores, à quibus excitantur ob-
 structiones.

Quod vero ea, quæ retinentur, excrementa pos-
 sint has febres parere, docent exhibita alia excremen-
 ta præter consuetudinem, vel ob urgentia negotia,
 vel ob alias causas, quæ sæpe visa sunt in certis natu-
 ris, & corporibus febrium esse authores igitur cali-
 da excrementa retenta, mixtione; frigida verò, ob-
 structione calorem mouent.

Iam vero inter illa, quæ extrinsecus adhibentur,
 aguntque vel inpetunt, vel ambiunt, vel admoventur,
 vel partibus corporis injiciuntur, vel appenduntur,
 non desunt causæ febrium diariarum, vt docent
 vulnera, & alia, quæ dolorem mouent, potentem spi-

ritus quidem accendere, alias vero substantias mini-
 me, ut aer frigidus, & calidus, & lotiones, balnea,
 vnctiones, & reliqua refrigerantia, astringentia, cale-
 facientia, & alia denique, quæ vel suppressione calide
 substantiæ, vel siccitate, vel vicinitate, aut alio deniq;
 modo antedicto, leuem calorem accendere sunt apta.

Ex quibus constat cum querimus causas febrium dia-
 riæ, nisi statim ab ipso egrotante adferantur, excu-
 tienda esse illa rerum genera, à quibus diximus non
 solum febres; sed etiam vniuersorum morborum
 causas peti. Inuenietur enim in illis, quid nequeat ca-
 lorem accendere, aut possit, & cum quidem leuem,
 aut maiorem, & qua substantia, & in quibus corpo-
 ribus: quo factò, inuenietur quæ fuerit causa febrium,
 de qua agitur, & interim quiescet animus omnium
 rerum consideratione, quæ in hac re vim aliquam ha-
 bent; quod nequit fieri ex ipsa & tumultuaria alio-
 rum auctorum enumeratione.

Igitur non mirum, si ex lassitudine motiua (de hæc
 enim intelligendum est) Diaria febris nascuntur:
 præcedit enim motus lassitudinem, qui aptus natus
 que est calorem accendere primum in partibus des-
 tinatis ad motum, vt sunt musculi, nerui, ligamen-
 ta, articuli: qui calor si fuerit iam immodicus, & præ-
 ter naturam non sedatur quiete, sed cordi communi
 catus febrem accendit. Motus ergo, & exercitatio
 corporis suapte natura ita potest parere febrem, nõ
 nunquam vero interueniente post motum lassitudi-
 ne vlcerosa, vel inflammatoria in quibus humores
 colliguntur calidi, qui calorem suum postea cordi

communicant: nam tenuis lassitudo, quæ siccitatem
 sequitur contractam ex nimio motu, & calore, vix
 potest febrè parere, nec fortè humores, qui propriè
 pariunt lassitudinem, sine putredine febrem aliquã
 excitant; quod & experientia docet, & Galenus tes-
 tari videtur in libro de causis morborum, vbi scribit
 ad huc modum: Cum quispiã immoderata exercitatio-
 ne usus fuerit; lassitudinè sustinet corpus, hoc est, ca-
 liditatem immodicam in musculis, & articulis, qui
 si non ultra progreditur, sola sit lassitudo; si vero in
 totum extenditur corpus, tunc febris dicitur. Ex qui-
 bus uerbis patet, nullam lassitudinem propriè dictã
 febrem excitare, sed calorem solum ex motu contra-
 ctum: quod etiam notat in primo de Differentijs fe-
 brium, cap. 3.

Porto temulètia diarias parit, inquit Galenus hoc
 in loco, sed modum non docet, in libro uero primo,
 de Differentijs febrium, non aliam uidetur agnosce-
 re causam, quam obstructionem, quam cruditas, &
 repletio alimenti parit: quod si ita est, non diarias, sed
 putridas fiet. Dicendum tamen est, ebrietatem, præ-
 fertim quæ fit à uino meraciore, diariam posse parere
 ratione mixtionis substantiæ calidæ, qui est unus mo-
 dus accensionis caloris. Idem efficient, & cibi cali-
 diores, præsertim in calidioribus corporibus: in pi-
 tuitosis uero huiusmodi cibi, & ebrietas remedium
 aliquando adferunt aduersus cruditatem disculsi, &
 calefactis frigidis humoribus, aliquando uero ex col-
 liquatione eorum fiunt fluxiones, quæ pro diuersitate
 partium diuersos morbos, & febres ipsas generant.

Ira uero ad ebullitionem, siue feruorem excitat calo-
 rem in corde; mouetur enim in ira facultas irascibilis
 in corde sita, & ex uehementi cordis motu calor
 accenditur, & ex eo feruor, & ebullitio in sanguine,
 & spiritibus. Mætor siue tristitia febrem quoque; pa-
 rere potest, non quod spiritus reuocati ad suam ori-
 ginem sese accendant, ut Acaxias tradit; quæ enim
 est causa suæ accensionis ex seipsis? necesse enim est
 aliunde eam uenire, propterea rectius Galenus in li-
 bro primo de Differentijs febrium scribit, cor in tri-
 stitia moueri, & uolentius contrahi; ex quo motu si-

ne ebullitione febris succenditur. Excandescencia uero, & furor cum passiones sint excedentes quædã febre generant: ira eodem modo, per ebullitionem febris causa est.

Cæterum animi cura, & cogitationes febres quoque possunt commouere, non quod spiritus in cerebrum delati accendantur, & postea cordi calorem suggerant, ut idem Acaxias arbitratur. Quis enim unquam uidit hanc febris generandæ rationem ex solis spiritibus delatis à cerebro ad cor? & quid eos accedere potest in cerebro? si fiet inflammatio, ut in phrenitide, esset manifesta hæc generatio; sed hæc la cogitatione fieri non potest. Pariunt igitur, meo quidem iudicio, animi cura, & cogitationes febrem diariam ratione siccitatis, quæ contingit ex resolutione spirituum, & sanguinis: ex siccitate autem, ut nos docuimus, non mirum est, calorem accendi posse: in aliquibus uero ratione cruditatis cogitationes febres pariunt; sed eas ut plurimum putridas, excitata calore ex putredine, & obstructione.

In hoc genere continentur, & quæ à bubone originem ducunt, exceptis his quæ sine manifesto sunt ulcere; hæ enim suspitione non vacant, minimeq; mites sunt.

TAngit aliam causam febris diariæ, scilicet bubones, sunt autem bubones inflammationes glandularum, quas natura ad diuisiones magnas venarum, & arteriarum firmandas excogitauit, ut apparet in inguine, axillis, & collo. Fiant autem huiusmodi bubones ex fluxionibus sanguinis contenti in uenis: & fluxiones ipsæ mouentur vel à causis manifestis, ut ulcere, uulnere, calore, frigore partis coniunctæ cum ipsis glandulis: unde ex dolore pedis intumescit inguë. Aliquando uero fluxiones fiunt ab internis causis, nempe ab excretionem naturæ, quæ mouetur ad plenitudinem, uel malignitatem humorum excernendam: qui ut aliquando ad cutem, uel pedes, aut caput, uel aliam partem; sic nonnunquam in ipsis glandulis reueruntur humores: ac bubones, qui fiunt à causis occultis, & internis, diarias non pariunt febres, quoniam cause illorum maiores sunt quam breui temporis spatio finire possint: propterea rectè, inquit, febres illas suspitione non vacare, quod scilicet non sint diariæ, & mites: inter illas uero, quæ fiunt à causis euentibus, excipio etiam illas, quæ nascuntur ex ulceribus pudenti natis ex contagione uenerea; ut enim maligna est causa, sic bubones, & febres malignæ, aut certè non diariæ nascuntur. Quomodo uero à bubone nunc excitetur diaria, nunc uero putrida, paulo diligentius excutiendum est. Scribit enim Galenus in libro primo de Differentijs februm capite 3. partes, quæ inflammationem patiuntur, ratione putredinis febres accendere, putrescere enim humores cum nõ bene distillantur. & in capite quinto eiusdem operis docet diuersam esse rationem generationis harum februm ex putredine bubonis; nam in bubone, quæ diariam facit, inquit, putredo, & putrida fuligo manet in loco inguinis circumscripta, nec ad cor peruenit, sed solus calor per continuationem partium in corde calorem auget: quando uero febres putridæ nascuntur ex bubonibus, non solum calor, sed etiam fumus putridus ex putrescentibus humoribus, ad cordis uentriculos tendit. Verum pace tanti uiri dixerim, hæc differentia, & ratio non est naturæ rei consona; nam si putredo esset in omni bubone, qui febre excitat, cur in uno maneret circumscripta ea

A putredo, in alio uero accederet ad cor? cum enim eadem sit distantia, eadem uasã, eademque partes, nihil impedire potest, quominus idem fiat in corde. quid enim quæso coercere potest eam putredinem, & putridos vapores in loco putrescente, uel illi uiam præpedire, per quam promptè ad cor properare possit? Ego aliter quidem sentio: ideo enim à quibusdam bubonibus diarias fieri febres, & non putridas, quia in illis nulla fit putredo; & ideo illi cordi non communicatur: quod experientia docet; nam matres bubones filiorum natos in inguine ex pedis dolore sanare solent stupis imbutis uirina: quod non fieret, si suppuratio adesset; esset enim incisionem opus, nec tam promptè sequeretur sanatio: Alij uero bubones cum habcant maiores causas, & deteriores uix unquam per resolutionem sanantur, sed sequitur putredo, & suppuratio ex qua putridus vapor febrisq; putrida gignuntur.

Sed & priuilegium simplicem febre sæpe attulit quemadmodum & algor, nonnunquam & ardor.

Alias ponit causas febris diariæ, sed non ita facile est docere quomodo uigilia diariam committat: fortè difficile est ostendere aliquos his febris fuisse correptos ab hac causa; nam qui diu uigilant, insomnesque multas noctes ducunt, resoluuntur quidem, & natuum calorem, & robur amittunt; sed in febres non solent incidere; aut certe non in diarias, sed ob cruditatem & obstructionem in putridas, quod si aliqui fortè diarijs corripiuntur, causa non est ut Acaxias putat quod spiritus à sensibus eliciantur, & postea accendantur: nam eliciuntur quidem, cum sint instrumenta, quæ agentibus partibus parere debent; sed accensionis quæ nam potest esse ratio? mihi uidetur id contingere ratione siccitatis.

Ceterum frigus potest diariam committere ob densitatem cutis cohibentis effluxum vaporum fuliginosorum; nam, ut rectè scribit Galenus cap. 3. primi de diff. februm ex densitate cutis in corporibus abundantibus humidis, & benignis humoribus plethorica fit dispositio absque febre; in alijs uero, qui abundant, humoribus mordacibus febres mouentur, si tamen potentiores fuerint cause etiam diariæ & synochæ accendi solent, ut in nono methodi Galenus docet. Iam ardor, id est, calor æstiuus, febres quoque potest generare ex calidæ rei adhesionem siue immixtione calidæ substantiæ, ut Galenus docet cap. 3. libri primi de differentijs februm. Atque hæc quidem de causis diariæ febris sufficiant hoc loco.

Omnes hæc febres solui facillimè possunt: si quidem ad balnea, aliamque uisitatam uiuendi rationem agrum statim ducere oportet. Itaque qui multorum sermone celebratam illam diatriam, id est triduarium in diem in omnibus his admittunt, febres reddunt sæpe acriores, tamen si etiam alioqui delinquant, quemadmodum ex ipsis uidere est non paucos, qui quoties agrotos inuisunt, ita aberrant, ut certe manu factas inducant.

Postulabat docendi ratio, vrantequam curationem aggrederetur febrium diariarum, si gna earum doceret, quibus cognoscere possemus, eas febres diarias esse; & eas, quæ diariæ sunt, inter se differre, vt propria adhiberi possit singulis curatio: sed nescio, quomodo volens comparare curationem cum dignotione, prius proponit curationem communem omnibus; postea vero propriam singulis profèquetur. verum probare non possum id, quod nunc scribit, & quod etiam Auicenna docet de generali hac curatione istarum febrium; nam neuter illorum docet, quid præstandum sit, sed vterque illorum ad remedia properat, hic enim omnibus diarijs Balneum esse adhibendum suadet; Auicenna vero de idoneo alimento ab initio disputat, quod scilicet cibo egeant omnes, qui facillè concoqui possunt. docendum enim est primum quæ sint, & quor, quæ aliquid indicent, esse faciendum; deinde quærendum est, quæ materia medica sit accommodata ad id faciendum quod indicatur. Deinde in eo etiam, quod præcipiant, videntur aberrare; neque enim balneum omnibus competit diaria laborantibus, ut ijs, qui ex fluxione à capite, præsertim frigida, aut ex obstructione, vel cruditate vel ebrietate laborant; nec cessaria enim est illis concoctio qui in stomacho vitium habet, non balneum, quod crudam materiam rapit in venas; & habitum corporis, & idem remedium fluxiones commouet, non sedat. Quod vero de cibo, & consueti viuendi ratione præcipiunt, pariter habet suas difficultates: nam non crediderim eos velle, ita febricitantes alere, præsertim ipsa febre, imo vero illa iam ablata, non statim ad omnem victum consuetum redire debent, vt ad vini meracioris potionem; si forte alicui sit consueti, aut ad omnium generis cibos consuetos tutius enim est, per duos, aut tres dies iam liberatos continere in humidio re, frigidiore, partioreque victu, aut etiam calidioris frigidiorisque, si ita causa postulauerint, vt præcedens crapula, & ebrietas, quæ forte adhuc aliquid habet, quod planè non est ablatum, sedata ipsa febre. Quia ergo nec eadem sunt causæ, nec eadem subiecta, ideo non potest vnus, & idem victus omnibus imperari. Præterea, non docent quid in ipsa febre sit faciendum, an vigilandum, dormiendum, bibendum & denique aliud faciendum, quod remedio esse possit ad febres has propulsandas. Adde, quod quædam auxilia imperant, quæ non sunt ipsius febris, sed potius hominis liberati à febre; cuius generis est, quod scribit Galenus de exercitatione adhibenda his, qui ex densitate laborant. Accedit, quod balnea nostris temporibus paucis accommodari possunt, & omnibus sunt insueti.

Itaque cum tot difficultatibus plena sit curatio, quam maiores nostri instituerunt, videamus, an meliorem methodo à nobis tractari possit. Primum ergo, vt arbitror, videndum est, an sola ipsa ad sit febris, vel cum illa præsens sit causa, quæ illam peperit, vt ira, tristitia; an abierit quidem ipsa causa, maneat tamè adhuc impressiones ab ipsa nata, ut densitas, quæ post moram in aere frigido, aut balneo astringenti prohibet caloris diffusionem; & an symptoma aliquod sit cum febre coniunctum. Spectandum præterea est, in quo subiecto febris consistat, an in eo, in quo obprobriatam sui habitus, nihil nereti, debeamus; vel in alio suspectum habere possimus transitum in synocham febrem, vel putridam, vel hecticam. Nam si sola ad est febris simplex, sufficit refrigeratio per ea quæ extrinsecus adhibentur, quæq; assumuntur in corpus, vel getuntur à nobis, aut excernuntur à corpore, vel in eo retinentur.

At si causæ, vel impressiones ab illis nata cum fe-

Abre coniunguntur, ab illis primum inchoanda est curatio, aut simul illis, & febrì reluctandum, maiore, aut minore auxilio, pro diuersitate causarum, & subiectorum: quo casu sanguis etiam mittendus, præsertim si post viginti quatuor, aut triginta horas non sequantur sudores, nec quiescit febris; tunc enim suspicio est de transitu in alias febres: Aliquando vero purgandum, aliquando tenui victu utendum, aliquando liberius edendū, & in ipsa etiam febre aliquid assumendum, ut in his, quæ ex inedia, aut exsiccantibus alijs causis his febrib. sunt correpti, ita quidem de curatione diariarum generatim dicendum esse puto.

Harum igitur febrium prompta est curatio, sed diligentiam exigit maiorem dignotio, de qua ante nos nullus, quantum res poscebat, conscripsit: itaque mirum non est multos tantum curando hallucinari, quantum à cognitione aberrant.

Vniuersalis tractatio de febribus pollicetur communem quandam explicationem de fontibus signorum, ex quibus ducantur omnia signa ad ea cognoscenda, quæ sunt præsentia, præterita, & futura in hoc opere necessaria; Quam quidem antea non potuimus commodè describere, tum quia occasio nobis nulla data est, tum quod prolixè alia tractationes admonuerint eam esse differentiam, de ea igitur hoc loco agemus breuiter: nam integram huius rei explicationem fecimus in libro primo nostri operis de signis, ubi docuimus oēs signorū fontes quatuor esse, quorū primus continet signa, quæ sumuntur ab essentia rei, de qua agimus, secundus causas; tertius effectus, quartus similitudines, & propositiones rerum. Sunt porò de rei essentia, forma, genera, differentia, partes & proprietates rei; fons alius continet causas efficientes, materiales, subiectum, instrumentum, causas sine quibus non, & iuuantes & lædentes, & finem, in quibus hic causæ rationem habet: effectus in morbis sunt actiones læsæ, qualitates mutata, excreta, & retenta præter naturam: in quarto fonte colligimus signa à similitudine, quæ habeat res, de quibus agimus cum alijs, quas iam nouimus: ab his fontibus ducuntur omnia signa necessaria ad aliquid cognoscendum, & ad hanc Methodum particularia omnia indicia sparsim tradita ab auctoribus nostris rediguntur, ut in ipsa tractatione apparebit.

Nonnulli enim casu quodam in graues sepe morbos inciderunt, veluti temulenti, vel sole exusti, vel refrigerati, vel labore fatigati, vel vigilias passi, vel furore concitati, aut alia quavis occasione, quæ ex se lædere idonea sit, affecti; deinde omnia ob causam, quæ antecessit, accidere, neque aliam subesse affectionem arbitrati, negligentius victus rationem insipientes, non intellexerunt sese in incurabilem, aut agrè quidem sanabilem morbum ruerè. Ob id igitur adhibenda omnino diligentia est (quemadmodum Hippocrates admonet) vt non solum futura præsentiamus, sed & præterita, & præsentia cognoscamus: etenim quod

nunc proponimus, ad eam artis partem attinet, quod & nos, quam dilucide poterimus, explicabimus: neque parui refert, an egrotum iam laenare, considerare an sibi cauere, ac se tueri iusseris.

Cum dixisset, cognitionem diariarum esse difficilem, nunc difficultatem ostendit. Cum enim præcipua indicia sumantur à causis procatarticeis generantibus diarias, fit, inquit, ut sepius ob subiecti corporis conditionem alteri genus febris ab illis causis excitetur; unde hæc regula ignaros fallit, qui nesciunt distinguere, quid fiat ratione ipsius causæ, & quid ratione subiecti: cum enim dicitur, diariam illam esse febrem, quam euidentes causæ pepererunt, id intelligendum est in corporibus bene affectis, & non excrementosis: in his enim illæ causæ non diarias, sed putridas, aut heclicas, pro differentia subiectorum, febres generant; in aliis vero, qui bene sunt affecti, fieri solum potest illud genus febris, quod ponere possunt causæ eam generantes. Quare cum euidentes causæ suapte natura sint parue, non mirum, si ab illis sumpta signa diariam esse declarant: cætera, quæ continentur in dictione auctoris per se patent.

Accedentes igitur ad egrotum inprimis, quæ in ipso sunt præcipua, deinde verò alia contemplari oportet, ne minimum quidem si fieri omnino possit, omittentes: siquidem ut indicationi, quæ à maximis sumitur, magis aut minus credamus, ex aliorum accessione efficitur.

Cum dixerit, nos falli posse in cognitione diariarum, nisi adhibeatur diligentia in omnium consideratione, quæ certam reddere possunt cognitionem, docet nunc à quibus sit incipiendum ab illis, inquam, quæ in ægrotis sunt præcipua, deinde ad alia esse accedendum, quæ etiam præcipua non sunt momenti, faciunt tamē, ut iis quæ præcipua sūt, magis credamus, aut minus; magis quidem, si omnia cum præcipuis signis consentiant, minus uero, si quædam ab illis discrepent.

Maxima verò signa in febricitantibus omnibus ex pulsibus, & urinis petuntur, quibus alia omnia, quæ in facte esse docet Hippocrates, & quæ ab accubatione, & respiratione, quæque ab excrementis tum superiorum, tum inferiorum partium sumuntur, atque etiam, si quod apparet accidens in quacunque corporis parte, aut eius actione, qualia ille multis in locis scripsit addenda sunt, neque ex his ullum oscitanter prætereundum est: hæc quidem februm omnium communia sunt; itaque in his etiam simplicissimis, de quibus præsens est disputatio, nullum hæc relinquendum est.

Dixit in cognitione morborum esse auspiciandum ab illis, quæ sunt in ægrotis præcipua; deinde ad alia esse accedendum, quæ minoris dignitatis indicia præbent; nunc uero docet, vni-

de sumantur præcipua illa signa in febris, & ait, esse pulsus, & urinas: habent quidem pulsus, & urina magnam in ea re vim, sed non parem in omnibus declarandis quæ scire volumus: nam ad salutem, & mortem prædicendam pulsus maiorem habet vim; urina vero ad materiam febris declarandam prævalent pulsibus: vehementiam autem februm pulsus semper ostendunt sua magnitudine, velocitate, & frequentia; urina vero non semper, ut cum tenues, & albæ minguntur in febris acutis malignitatem potius ostendunt, pulsus frequentes, & crebri & parui, quam urina, quæ sæpe in his febris simillimè primis sanorum minguntur: tempora februm pulsus non docent, sed cruditates, & concoctiones quæ apparent in urinis.

B Quare, ne singula prosequar, quæ nequeunt, nisi longa tractatione doceri, statuendum est, quid significare velimus, an scilicet febrem esse, aut cuius generis sit, vel ad quarum differentiam spectet, qualis sit illius materia, & cæteræ causæ, in quo tempore sit febris: præterea, an lethalis, vel salutaris sit futura, quo tempore, & quo modo finietur; & in singulis inueniet nunc pulsus euidentiores præbere notas ipsis urinis, aliquando contra fiat, & nonnunquam indicia, quæ sumuntur ab essentia ipsius febris nempe à caloris diuerso occurso efficaciora erunt illis, quæ ducuntur à pulsibus, & urinis. Addit alia multa, quæ minoris sunt momenti in harum rerum cognitione; sed numerum illorum inuenire non potest, sed quodammodo infinita esse putat, ut qui nunquam omnes fontes signorum docuerit: illis enim cognitis facile est, particularia omnia enumerare; quod nos paulo antea fecimus. Illud uero vnum, quod hic dicit de pulsibus, & urinis, sine probatione aliqua docere instituit. Merito quidem pulsus, & urina præbent præcipua indicia in febris; pulsus quidem, quia febris cordis est passio, à quo arteriæ nascuntur, & per illas febrilis calor spargitur per vniuersum corpus: non mirum igitur, si pulsus ostendunt vitia, quæ sunt in caloris fronte, & passionem, quæ in eodem accidunt ob diuersitatem ipsius caloris; urina uerò etiam ostendunt caloris ipsius differentias, per quas ille agitur, materiam febrilem concoquit, uel concoquere non potest, quia ergo, & pulsus, & urina ostendunt affectiones caloris, cuius cor sedes est, & fons, merito, præcipuis præbent notas in febris. Sed respiratio eiusdem est dignitatis, & virtutis cum ipsis pulsibus, ut fortè etiam maioris, nam respiratio immediatè ostendit affectiones cordis, præsertim caloris, qui in ipso est, nec fallere potest hoc indicium; pulsus uero uariari possunt absque cordis passione ob ipsarum arteriarum affectiones. Quare fortè ita dicendum erat maxima indicia sumuntur in febris ex respiratione, pulsibus, & urinis.

Per spectis autem tum ex pulsibus, tum urinis febris moribus, pulsibus quidem nullam inflammationis motum, nullamque omnino in ueno arteriæ percussu inæqualitatem habentibus, aut si habeant prorsus exilem; urinis uerò, uel eas quæ secundum naturam habent omnino inuitantibus, uel à naturali statu parum, destituentibus.

Cum dixerit ex pulsibus, & urinis præcipua sumi indicia in dignotione febris, docet nunc quales pulsus, & urina ostendant febres esse diarias, quæ in re præcognoscenda est tractatio de pulsi-

pulsibus, & urinis: neque enim omnia passim sunt docenda; breuiter tamen hic commemoro, tres esse causas, quæ pulsus mutant; usus siue necessitas, propter quam pulsus à natura sunt facti; instrumentum, nempe arteria, quæ illos edit: est enim pulsus nihil aliud, quàm arteriarum motus; tertia causa est facultas, quæ arterias mouet. Porro facti sunt pulsus à natura, ut calor singularum partium contemperetur, at respiratio facta est ad contemperamentum caloris ipsius cordis; Quod quidem temperamentum contingit ex purgatione fuliginosi excrementi geniti in ebullitione sanguinis, quæ fit in corde; Quæ quidem excrementa partim per expirationem exeunt à corde, partim uero in arterias recipiuntur, & per fistolen, siue compressionem illarum excutuntur: fit alia ratione hoc temperamentum attractione aeris externi per inspirationem, & dilationem arteriarum, & quoniam continuè fit ea ebullitio & generatio eorum excrementorum, sic necessaria est continua expurgatio illorum, & immissio aeris frigidioris; & cum necessitas augetur, ob copiosiores generationem eorum excrementorum, aut alias causas augentes in corde calorem, necesse est, motus respirationis & arteriarum mutari, primum in magnitudinè, postea in velocitatem, & demum in maxima necessitate in frequentiam; atque hæc sunt differentie quæ nascuntur ex mutatione ipsius necessitatis caloris. Ceterum, cum arteriæ corpus rectè est affectum, fiunt pulsus æquales, ordinati; eo uero indurato, vel obstructo, arteria sequi non potest liberos motus. Quare secundum diuersitatem affectionum æqualitas & ordo motionum corrumptur. Iam uero ob diuersitatem facultatis motricis necesse quoque est, pulsus mutari: nam robur virtutis sequitur magnitudo, uehementia, & uelocitas pulsus, paruitas uero & crebritas & languor, imbecillitatis uirtutis sunt effectus. Merito igitur pulsus in diarijs febribus nullam habebunt inflammationis notam, quæ ex duritie deprehenditur: non enim diariæ; sed putridæ fiunt ex inflammationibus, quæ possunt mutare pulsus: nam bubones eam uim non habent, aut certè exiguam: & ob illas febres uideatur dixisse, aut, si habeant, prorsus exilem. Inæqualitas autem pulsus, quæ est in vna pulsatione, fertur affectiones arteriæ, quæ æqualiter non tenditur aut repletur; quæ uero est in diuersis pulsationibus, potius sequitur mutationem necessitatis, quæ momento aliquando immutatur. Sed mirum est, quod non doceat quales debeant pulsus esse, sed quales non sint: sunt autem illi magni, & ueloces, cum leui frequentia, nam aucta necessitate, & obediēte instrumento, ac uirtute existente forti (ut necesse est eam esse in tam leui, & recenti affectu tales edi pulsus oportet: respondet quoque dilatatio constrictioni arteriarum, cum respondeat excrementorum generatio incremento caloris, contra, quàm in febribus putridis, in quibus generatio fuliginosi vaporis solet magis mouere contractionem arteriarum, quàm faciat incrementum caloris ipsam dilatationem; aliquando tamen contingit hæc paria esse.

Ceterum quod dicit de urinis, uerum esse docet experientia; sed rationem nec ipse, nec alij docent: cur enim aucto calore præternaturam non debent excrementa mutari & præsertim urina, quarum materia continetur in uenis, ubi sit agitatio & ebullitio humorum, ut uideamus actiones omnes mutari? rationi siquidem consonum est, cum excrementa fiant ab actionibus, ut illis mutatis pariter mutentur urina, & alia excrementa. An dicendum est, uita, quæ contingunt in diarijs febribus ob solam accensionem spirituum, non habere vim uitæ diuinae concoctionem:

A nam uitiatur concoctio in febribus, cum accedit erudititas in humoribus; hæc uero non fit, nisi ex putredine humorum; quod uitium cum non fit in humoribus, necesse est concoctionem eorum incolumem seruari: erunt ergo urinae similitudinis sanis, etsi aliqua est in illis mutatio, erit fortasse in colore, ex mixtione minimæ portionis bilis auctæ, & genitæ à calore febrili, quæ cum urinis mixta illas leuiter tinget: sed fortè postea diligentius de urinis, & pulsibus agemus.

Ad alia, quæ antè commemorauimus, omnia ueniendum est: cumque omnia uelut concentus quodam consonant, iam fidendum est, quærendumque, si lubet, ab aegrotis, num quæ causa euidentis præcesserit. Quod si fateatur aeger, expectata prima febris solutione, protinus lauidus est, scilicet eius specie exsolutionis modo certius cognita: nam tunc arteriarum motus huic omnino, qui in sanis sentitur, respondet; cum is in nulla alia febre ad naturalem statum redeat, etiam si temporis spatium inter prioris accessions finem, & sequentis initium longum sit, uelut in tertianis, & quartanis, in quibus semper febris uestigium relinquitur: in diarijs uero, cessante accessione, omnia simul signa abolentur; harum tamen plurimæ in madores soluuntur, nonnullæ in leues sudores, aut omnino uelut uapor aliquis copiosus ex imo corpore exhalat, sed & urina, eo tempore longè, quàm per initia, meliores tibi apparebunt, neque uerò si quis cum febre caput, aut aliam partem dolor occupauerit, is amplius manet: si uerò & aeger facillè morbum ferat, certissimum est indicium, quod ueluti impressum quoddam sigillum omnium maximè febris mansuetudinem exprimet.

ET si maxima sunt indicia, quæ ex pulsibus & urinis sumuntur; tamen, quia in febribus Synochis non putridis, & etiam in hæcticis, si fortè illæ incipiant, eadem sunt signa, admonet præter urinas, & pulsus alia esse consideranda, quæ superius commemorauit: quæ cum non sint exactè expressa, intelligamus, quæ & quot sint, consultis quattuor illis fontibus signorum, à quibus diximus omnia sumi signa: nam si ea, quæ sumuntur ab essentia ipsius febris, & à causis, atque effectis, & similitudine ostendent solum accensus esse spiritus, audacter asserere possumus, febrem esse diariam; ubi uero discrepantia quædam est inter signa, tunc dubia redditur cognitio. Illud autem uerum non esse puto, quod scribit in solis diarijs post solutionem, pulsus edi tales, quales prius fiebant per sanitatem; nam in quartanis, & tertianis nullam differentiam inueni, quæ ostendat (ut ipse scribit) febris aliquod uestigium, præsertim accessiones finite sunt cum magnis sudoribus, aut alia insigni excretionem: Quid enim, quæso, tunc relinquitur, quod possit pulsus mutare? Ceterum, quid scribit de solutione diariarum per madores, uel sudores, probo, quandoquidem febres illæ fiunt ex spiritibus & vaporibus accensis, qui ad cutem elati circa illius membra-

membranâ sistuntur, desanturque, & in sudores conuertuntur. verum, vt leues hi sudores diarias ostendunt; ita, qui sunt copiosiores suspitionem præbent quod sint vel tertianæ, aut alterius generis febres. Reçtè autem, & illud admonuit, plurimas diarias, & non omnes eo modo solui, nam quæ ex tristitia, vigilia, inedia, & alijs causis exsiccantibus excitantur febres, magnas euaporationes non commouent à corpore tempore febris; quare nec sudores sequi solent. Porro vrinæ nõ videtur meliores esse indeclinatione febris, quam per initia; nõ, si semper vrinæ sunt similis vrinis sanorum, non possunt longè meliores esse in uno tempore, quam in alio: nam si nulla vnquam facta est cruditas, quid facere in illis potest tam magnas in vno tpe quam in alio differentias? Iam vero, ut in alijs omnibus febribus capitis dolor, sedata febre euanescere solet; sic fortè in ea, quæ nascitur ex insolatione, aut ebrietate, non mirum esse debet, si adhuc aliquid relinquatur, quod postea paulatim tollitur. Quod vero scribit de facili tolerantia, fortè potest commune esse & tertianis, & alijs in prima accessione constantibus tunc maximè viribus.

Quod si, dum lauantur, insolitum frigoris horrorem, aliamque molestiam non sentiant, ac denique post lauationem facile tolerant, ac bene ferant, cibus offerendus, vinumque potui datum est sine formidine; quantum res præsens efflagitat.

Concludit tandem perfectam cognitionem diariorum ex cumulatione multorum signorum, & paulatim ad curationem per victus rationem, & alia remedia accedit. Remedium autem est, quod omnibus commune esse vult, balneum aquæ tepidæ, victus vero, cibus, & potus. Balneo vero utitur tanquam remedio, & vt indicio confirmante cognitionem febris diariæ: cur uero velit, balneum convenire omnibus diarijs, non docet: fortè ea est ratio, quod febris omnis calefaciat, & licet, fuliginosa excrementa procreet, quare balneum huiusmodi, quod habet vim refrigerandi, & humectandi potentia, & actu leuiter calefacit, & ob id rarefacit, euocatque eos vapores sub cute, & carne herentes, merito adhibendum, & maximè, vbi præcesserunt causæ calefacientes, & exsiccantes, ut labor, ira, tristitia, vigilia, vel quæ excrementa huiusmodi supprimunt, vt externa refrigeratio; vbi vero ex destillatione, & leui obstructione diariæ nascuntur, fortè vtilius est, à balneo abstinere. Ceterum, quomodo horror fieri possit ex balneo, postea docebimus, vbi communes, & particulares omnes horrores, rigoris, & frigoris, quod fit in febribus causas diligentius prosequi instituiamus. Iam uero quod scribit de vino audacter exhibendo, soluta diaria, non est difficile intelligere: nam si homo exactè liberatus est à febre, & suæ sanitati est restitutus, nutriendus profecto est ex cibus, & potionibus consueta per sanitatem; nam, vt rectè Celsus scribit, cauendum, ne in secunda valetudine aduersè præsidia consumantur. Sed difficilius est, intelligere, quomodo vinum sit exhibendum in febribus putridis, & hæcticis, de qua re etiam postea agemus.

Noc vero, ut nosti, ab agrote sciscitari non sustinentes, causam quæ præcesserit, dicere solemus, quod maximum est argumentum, eum non errare, qui talem sit adeptus facultatem.

Dixit signa diariorum sumi à causis eidentibus, nunc verò docet, quomodo in cognitionem istarum causarum peruenire possimus; & dicit duplicem esse modum, vnum, qui sit ex relatione ipsius agroti, alterum ex scientia ipsius medici, qui ex impressionibus relictis à causis, quæcum à certis, & non ab alijs nascantur, non mirum, si proprii effectus proprias causas ostendant. In hac tamen re habenda est maximè ratio etiam ipsius subiecti: nam ab iisdem causis quidam incidunt in diarias, alij in putridas, vel hæcticas, ut idè solceram liquat, & lutum indurat. Propterea, qui ex labore incidunt in febres verno tempore, cum sanguis, & spiritus sunt integri & aerei, diarijs laborare solent; Autumno uero contra vix aliquis ab illis causis incidit in alias febres, quam in putridas: tantum potest corporis præparatio ad morbos generandos.

Si vero manentibus adhuc animi motibus, agrum contempleris, maximè ex pulsibus, vt in libris de pulsibus declaratum est, deinde ex alijs dignotio petenda est.

Magnâ vim habent ad diarias significandas cause eidentes, quæ in aliquibus diaria correptis recesserunt, in alijs vero manent ad huc, vt nonnunquam accidit, cum febres nascuntur ex animi motibus, vt ira, tristitia, curis, cogitatione, tunc, inquit, ad has causas dignoscendas sumemus indicia maximè ex pulsibus. Possunt quidem, pulsus bona præbere indicia ad multa dignoscenda, sed plura profectò his tribuit Galenus, quam præstare possint neque enim quælibet in sanguine, & corde ebullitio, aut illius cum spiritibus versus illud contractio, aut in corpus expansio, aut aliud deniq; quod super animi motus, in nobis vsus calor, vel facultatè motuam cordis, & arteriarum, aut hæc ipsa instrumenta mutant, ita, ut pulsus uariari possint, quare potius diuinatio est, quam vera scientia hæc, quæ pollicetur, se animi passiones quasunque patefacere posse.

Quod si hi sedati fuerint, affectum vero reliquerint, ex pulsibus quidem perturbationum quæ febrem attulerunt, indicium obscurum habebis; sed reliqua sine pulsibus tibi sufficient, in omnibus enim ut plurimum, vrinæ rufæ apparent.

Rectè quidem admonet, non posse ex pulsibus dignosci perturbationes animi, quæ febrem intulerunt, si modo illæ iam sedatæ sunt; sed forte etiam exiguum est indicium quod vrinæ præbent; nam, vt diximus, in diarijs omnibus febribus, vrinæ nihil, vel minimum recedunt ab vrinis sanorum. Quare in eo, quod minimum est, nulla potest sensibilis poni differentia quæ distingere possit differentiam harum causarum. multa quidem in multis fingit ratio, quæ ipsa experientia eludit.

His vero, qui ex mærore laborant, acrimonia potius, quam calor abundantia inest, quem ad modum contra ijs, qui ex furore.

Hoc signū sumitur ab essentia ipsius febris, nempe à caloris diuersitate, estque rationi consonum, vt in affectionibus diuersis, diuersus occurrat tactus calor: quare non mirum, si in tristitia, quæ habet vim exsiccandi, acrior apparet calor in febricitantibus, quam in furore, qui solū parit in sanguine ebullitionem, & feruorē, qui si perseueraret, haberet quoque vim exsiccandi; sed non potest ita & furor diu perseuerare sicut tristitia, vt experientia docet.

Sed & corporis macies in his, quos moror, quam quos cura confecit, manifestior conspicitur, oculorumque cauitas, & insueta quedam decoloratio, quæ quidem & aliorum, qui quomodocumque cogitationem exercuerunt, communia sunt.

Distinguit nunc febres, quæ fiunt à morore, ab ijs quæ sunt natæ ex curis, nam (inquit) macies euidentior sequitur metorem, quæ curam, siue cogitationem; quoniam fortè in tristitia patitur caloris tons, qui cum malè habet, concoctiones vitiat, vnde macies: in cogitatione vero dissoluitur solum substantia spiritiuosa subiectum ipsius caloris, quæ, illefo fonte, facilè potest restaurari. Sed forte etiam hæc sunt figmenta, quæ non nituntur experientia; oculorum vero cauitas sequitur consumptionem æreæ & aqueæ substantiæ, & pinguedinis, quæ cauitatem oculi replet, & decoloratio nascitur, sanguine spiritiuoso ab eisdem causis resoluta, & consumpta.

Verum ex oculis maximè discernere licet, ex quibus & in sanis quoque animi mores conytere possis. At in aegrotis perspicua magis tibi signa erunt, si accuratè conspiciere queas. Sic illi quidem ab affectis morore distinguendi sunt, qui in disciplinis, & speculationibus mentem exercuerunt.

Ceterum quidem est, ita docente experientia, ex oculis maximè patefieri animi passiones, corporis imbecillitatem, & vigorem: cuius rei cauta nō est (meo quidē iudicio) quod oculi coniungantur cum cerebro, corde, & hepate (id. n. omnibus alijs partibus contingit) sed quia peculiarem quandam à natura constitutionem acceperunt, qua attolluntur, deprimuntur, in latera mouentur, circumuoluntur, qui motus cum pareant animæ, merito ostendunt passiones, quæ in ea nascuntur. Constant præterea oculi ex purissimis partibus, quæ facilè inficiuntur, vt apparet in mulierum purgationib. & vt antea diximus, pinguis, & aerea est substantia multa, quæ cauitatem oculi replet, & ea facilè repletur, & dissoluitur: vnde cum adsunt, aut præcesserūt causæ, quæ vim habent mutandi hanc oculorum constitutionem, facilè ex illis ostenditur, quid & in animo, & in corpore lateat.

Eos verò, qui ex peruigilijs febricitant, tum decolorationis differentia ab alijs discriminat, (ipsis enim subumida facies est) tum manifestus oculorum motus: vix enim palpebras attol-

lunt, ijs que inest humiditas; nam morore, & cura affectis, inarescunt.

Pergit distinguere diarias penes causas, quæ illas pepererunt: scribit ergo diariam, quæ nata est ex vigilia suæ causæ notas ostendere in facie, & in oculis; nam facies subumida apparet, multis euocatis vaporibus ab internis partibus, cum calore natiuo, ad sensoria, & illis quidem frigidioribus, nimirum dissoluta substantia calidi natiu; qui vapores cum sint multi, & crassi, liberè per cutem ipsius faciei exhalare non possunt, quare illic sistuntur, & cutem tumidiorem reddunt. Est quoque facies ipsa decolorata, quoniam sanguinis spiritiuosi substantia dissoluta est, & ex vaporibus illis frigidis, veluti pituitosis, decoloratio contingit. In oculis quoque manifestè se prodit vigilia, vix enim palpebras attollere possunt, qui diu vigilarunt: est enim motus causa calidi natiu substantia aerea, & spiritiuosa, quæ contiuuò à corde suggeritur, & immittitur in singulas partes: quare non mirum est, si ob absentiam diuturnam caloris natiu à corde, ea substantia deficit, & tollit eam viuacitatem, quæ est causa mobilitatis. Innant quoque in oculis humiditates, patiter, debilitatæ eo calore, qui est causa in singulis partibus probæ concoctionis: contra verò in tristitia, & cogitatione arescunt potius oculi; nam in tristitia calor, spiritus, & humores circa cor maximè versantur, deseruntque exteriores partes, quæ ob id arescunt. In cogitatione longa fit quidem resolutio spiritus, & sanguinis, & quia sola mens exercetur, non attrahitur tantum spiritus, & vaporis, sicut in vigilia, in qua omnes sensus laborant. Sed debebat Galenus istarum rerum rationem reddere; facile enim est dicere, id in vno fieri, illud in alio, sed perinde non est facile causam istorum reddere.

Ceterum cauitas commune omnium accidens est, nempe tristitia, uigiliarum, cogitationis, & studij; non tamen furoris, in quo nec oculorum cauitas, nec decoloratio manifesta conspicitur.

Fortè cauitas oculorum erit accidens commune tristitiæ, cogitationis, & curæ, non tamen vigiliæ; quandoquidem totam faciem subumidam esse dixit, quod fieri non potest oculis existentibus concavis. Ceterum in furore concitantur humores, & spiritus ex ebullitione cordis in vniuersum corpus. Quare facies admodum inflammata conspicitur, nec resolutio fit, quæ siccitatem, & decolorationem adferat, vt in tristitia; aut tumorem adferat; vt in vigilia, quia breue est furoris tempus.

Calor quoque uberior est, ex altoque corpore celeriter erumpit: nec pulsus magnitudo perit, quemadmodum in uigilijs, maestitia, & cogitationibus. A furore itaque euidentissimè hæc distinguuntur: illa uero inter se, quemadmodum antè diximus.

EX calore & pulsū distinguit quoque diarias etiam, à præcedentibus; est enim calor copiosior in his, qui febricitant ex ira, quia in corde facta est magna ebullitio, & spiritus generatio; & pulsus in igni eduntur, ob auctam necessitatem, &

conseruatum robur, vel potius auctum in vniuersis actionibus. Vnde fortiores ad certandum redduntur, qui ira sunt perciti, & quia huiusmodi passio diu durare non potest, ob vehementiam actionis, ideo non dissoluitur robur, vt in alijs, qui ex vigilia, cogitatione, & mœrore febricitant.

Quibus autem lassitudo febrem intulit, aridior, quàm in alia quacunque diaria, cutis redditur: Quod omnium quidem ex lassitudine febricitantium, ad accessionis usque uigorem, est commune: à quo tempore plurimis, qui quidem immoderatè non laborarint, humor, aut vapor calidus ex intimo corpore erumpit. Quibusdam uerò post uigorem siccitas perseverat, præcipuèque labore uexatis supra modum, aut refrigeratis, aut exustis unà cum defatigatione. Nec etiam modo eodem habent pulsus in utrisque: siquidem immodice defatigati paruos; alij uerò magnos obtinent.

Meritò cutis in hac febre aridior, quàm in alijs diarijs apparet, propterea quòd caro musculi cuti subiecti per lassitudinè maximè calefiunt, & exsiccantur, quæ affectiones cuti facillè communicantur: Vult tamen hanc siccitatem non perseverare per vniuersam febris accessionem, sed solum vsque ad vigorem. Sed dicat, quæ ratione id fiat, & cur etiam humor ille, aut vapor calidus ex intimo corpore erumpat: an hoc fit, quòd quiescente iam corpore, calor qui erat per vniuersum corpus dissipatus, in visceribus colligatur, & restauratus, spontè postea recurrat ad cutem, & secum humorem trahat, qui vel exit, aut prius in vaporem mutatur? siccitas autem, inquit, perseverat in his, qui violentiùs se exercuerunt consumptis scilicet intrinsecus, & extrinsecus humoribus, quibus in alijs calor reficitur. Idem dicit esse commune his, qui se exercuerunt in aere frigido, aut in solis ardore: in his prompta est ratio, in illis nulla apparet: quid enim potest esse in eo casu siccitatis causa? reliqua patent.

Febres uerò, quæ ex cutis densitate nascuntur (hac autem densatur, aut frigore, aut qualitate affatim stringente, velut in eo, qui se a luminosa lauerit aqua) omnium sola astricta sunt affectio; Has uerò tactu deprehendere licet, quemadmodum & squalidas, & quæ ex lassitudine, & solis ardore contrahuntur: neque enim earum densitas exercitatum tactum fallere potest. Ceterum caloris motus exprimitur, quem quidem primo occursum mitem, deinde acriorem, si diutiùs tangendo immoretur, manus sentiet. Urina tamen rufa non apparent: neque corporis moles concidit: proinde neque oculi caui sunt, neque aridi: uerùm in quibusdam humidiores, ac prominentiores quàm pro naturali constitutione uisuntur, sed

A nec pulsus, ut in mœrore, cura, uigilijs, aut immodicis exercitationibus, minores sunt.

Febres huiusmodi nascuntur retentis fuliginosis vaporibus qui ab initio calorem solum auget progressu uero temporis, perseverante attractione, & prohibita transpiratione, pro diaria synocha non putrida; postea uerò vel synocha putrida, vel alterius generis putrida, pro diuersitate corporum, oritur. In ijs cutis contracta apparet, & calor, qui exit, mitis quidem apparet primo occursum, quia paucus vapor ob astrictam cutem aspirat; si tamen diutiùs quis tangat, acrior calor sentitur, quoniam vapor ille fuliginosus mora acrimoniam concipit maiorem. Urinæ uerò non redduntur rufæ, idest, biliosiores: nam ex quantitate bilis minore, aut maiore fiunt urinæ primum pallidæ, postea rufæ, deinde flauæ: deest enim causa quæ bilem procreet in his, qui ex cutis astrictione in diarias inciderunt. cætera quoque patent.

In diarijs uerò, quæ ex bubone contrahuntur, pulsus sunt maximi, celeres, ac crebri, calorque multus, & à uigore statim humor quidam ex alto corpore ad cutem fertur calidus, sed tamen suauis, eiusmodi enim febres, omnium minimè acres, mordacesque sunt. In his facies omninò rubicunda, ac tumidiuscula, subalbidaque urina apparent. Communis autem omnibus his inest pulsus aequalitas; in harum enim paucis admodum inæqualitas in uno arteriæ percussu conspicitur; sed nec ipsa quidem omninò euident, neque manifesta. Hactenus de diariarum notis.

Hæc sunt signa non cuiuscunque febris diariæ ex bubone natæ, sed eius potissimum, quæ fit in corporibus multò, & benigno sanguine præditis, in quibus adest quoque bubo insignis; in alijs uero non est necesse tantam fieri ex bubone exhalationem, & ebullitionem, quæ pariat tales pulsus differentes ab alijs febribus, vel qui tumidam faciem reddant. Quòd uerò scribit calorem harum febrium minimè acrem esse, & mordacem, id quoque intelligendum est in corporibus optimo sanguini plenis; Quòd si principia sua ueri uelit, nempe putredinem quoque esse in bubonibus, qui diarias pariunt, sequitur necessariò calorem fore acrem, & mordacem, siue calor ipse solus, ut uult, per continuitatem feratur ad cor, siue calor ipse cum uapore, ut probabilius est: neque enim calor sine subiecto aut esse, vel moueri potest, quicquid enim fiat, necesse est, ut id, quod à re putrescente attollitur, acrimoniam, & mordacitatem habeat coniunctam: ex quo etiam sequitur pulsus fore inæquales in una pulsatione: nam putredo auget contractionem arteriæ, ut fuliginosa excrementa expellantur; sed interim Galenus supra alios uoluit ostentare se non errare posse in commemorandis causis, quæ febres diarias pepererunt, prolixiorè instituit tractationem, & potius ratione finxit, quæ debeant sequi symptomata singulas causas, quàm ut experientia notauerit, ea esse uera indicia, quæ proponit.

Omnes qui dem balneo curande sunt, quod si ex cutis densitate, aut bubonibus febricitantes in balnei aere immorari iusseris, haudquam laedes. Reliqui vero omnes ab aere abducendi quam citissime sunt.

Explicatis notis quarundam februm diarum; ex quibus Methodus intelligi potest, qua dignoscantur aliaque ex alijs causis originem habent, transit ad curationem, & primo reperit, quod omnibus commune esse dicit remedium, deinde propriam singulis curationem, pro diuersitate causarum, explicat: Illud tamen peculiare habet curatio diarium, quam Galenus instituit, quod remedia nulla exhibeat praesente ipso morbo, sed cum homo iam a febre est liberatus; balneum enim, quod commune omnibus uult esse auxilium, non uult adhiberi, nisi soluta iam febre: oportebat autem docere, quid in ipsa febre faciendum sit; deinde addendum, si quid praeterea fieri oporteat, & docendum, quid conferat haec auxilia homini iam a febre liberato. Porro, ut antea docuimus, praesente febre, si nulla amplius superest causa, quae febrim peperit, aduersus ipsam febrim solum pugnandum per quatuor genera rerum, a quibus uniuersa auxilia sumenda esse ostendimus, aut certe ea eligendo, quae commode a febricitantibus praestari possint. Quod si causa adhuc perseverat, contra eam pugnandum praecipue, febre interim non neglecta, aut pari auxilio, si pariter utrumque urget. Sublata vero causa & febre ipsa, nihil aliud molendum, nisi impressio aliqua sit relicta, quae videatur auxilium aliquod desiderare; quod tunc contingere potest in tam leui, & breui affectu. Propterea cur est quod omnibus imperemus balneum, quasi plurimi non redeant ad perfectam sanitatem facile absque usu balnei. Neque enim Motani, & aliorum quorundam opinionem probo, qui balneum ea ratione adhiberi uolunt, ut procurata facili transpiratione, prohibeatur accendi putrida febris: nam si diaria uera est, omnino hoc uacat periculo, & id, quod proprium est febribus, quae ex leui obstructione, uel maiore constrictione cutis consistunt trahi non debet ad alias omnes diarias, quae sine hoc metu soluantur. Ceterum, ut aer balnei conuenire potest his, qui ex densitate cutis in diarias inciderunt; sic periculosus est illis, qui ex bubone diarijs sunt correpti: nam perseverante adhuc bubone, aut etiam soluto, tutum non est, nulla praecedente euacuatione, tentare remedium, quod facile potest liquare humores, & nouas fluxiones commouere. An uero per reliquos intelliget solum eos febricitantes diaria, quorum causas, & signa docuit? sic uideatur: nam qui ex cruditate correpti sunt diaria, uel ex destillatione, fortasse non debent diu in aqua balnei detineri.

Ceterum amplius fricandi cum oleo sunt tepente, ac largo mollibus manibus, maximeque qui ex fatigatione; post hos qui ex astricta cute; deinde uero qui ex bubone febricitant; hi autem quam fieri possit, creberrime lauandi sunt.

Post balneum solebant maiores nostri uti frictionibus, id quod nunc etiam obseruat Galenus post solutionem diariae, quae frictiones uel reuera conferunt his, qui sunt defatigati ad molliendos articulos, & musculos, ita ijs, qui ex uigilia, uel

A tristitia, aut curis, uel alijs exsiccantibus causis afficiuntur, libetaliores frictiones, quales hic uult adhiberi, nescio an prodesse possint: potius dicendum esset, parum, & leuiter eos esse fricandos, & liberalius unguendos. Unctio etiam, quae ex oleo fit puro, emplastica est, & propterea forte non prodest cuti astrictae. Bubone uero laborantibus, nisi fiant frictiones in partibus oppositis ad reuellendum, plus forte oberunt, quam profint, quemadmodum sane creberrime istae lauationes.

Cibandi uero saepe qui ex lassitudine laborant; sed non qui ex cutis astrictione, aut bubone; horum autem utriusque tenuem efflagitant uictum.

Posteaquam remedia docuit ex medicamentis sumpta, uictum instituit conuenientem in diarijs, pro diuersitate causarum: qua in re uidetur mihi superflua prosequi in hac re multa: nam si homo liberatus est a tam leui malo, quid opus est medicina, quae superstitiosam uiuendi rationem singulis praescribat? Praestaret dicere, quod antea fecit, omnes statim ducendos esse, soluta febre, ad solitum uictum: natura enim praescribet singulis ex naturali appetentia quid, quantum, quoties, & quo tempore edendum. Sed cur, quae fortenuem uictum in illis, qui ex cutis astrictione, uel bubone, aut alia denique causa inciderunt in diariam, & ab ea iam sunt liberati, adhibet, quem proprium solum esse dicit in Aphorismis acuto morbo laborantibus, illis uero, qui morbis longis laborant, & multo magis sanis, periculosum? Rectius fortasse dixisset, moderatius alioquin esse edendum per paucos dies sequentes, quam antea per sanitatem.

Fatigatis uero es comesse quae probe conficiant, imperare oportet, euitata sola cruditate, quin etiam uini tantum bibere, quantum concoque re possint.

Fatigati egent restitutione per bonos, & multos cibos, pro quantitate dissolutionis, sed euitari debet cruditas, quod sine praecipito etiam intelligitur: nam semper obest cruditas. Ceterum praecipitum, quod tradit tantum esse bibendum, quantum concoqui potest: tendit ad ebrietatem; uinum enim facillime concoquitur, & etiam tandem ab ebrijs, nemo tamen dicit esse bibendum usque ad ebrietatem. An melius iuberet esse bibendum, quantum appetitus iam sanus requirit?

Florum autem modum, uti & aliorum omnium, ex uiribus, aetate, natura, temperie, & consuetudine aegrotantis, anni tempore, regione, & id genus alijs metiri conuenit.

Cum dixisset tantum esse bibendum uini, tantumque edendum, quantum concoqui potest, nec constaret, quantum possit concoqui, docet nunc, ex quibus possimus coniectura assequi debitam hanc quantitatem; & dicit eam deprehendi ex uiribus, aetate, natura, temperie, consuetudine aegrotantis, anni tempore, regione, & alijs, quae hic non commemorat. Sed, cum leuissimum sit

fit affectus diaria febris, & in cibatione, & potione soluta febre, cautius adhuc sit agendum, hæc quæ hic enumerat, non magnas præbent indicationes: nam quæ ex viribus sumitur indicatio, ut idem in Methodo medendi docet, tanquam non sit, contemnitur, vbi illæ nullam ostendunt imbecillitatē; an fortè etiam vult, eos, qui consueuerunt inebriari, tantum bibere debere, remota febre, aut ea præsentē, quantum habebant in consuetudine? Satius ergo est, imperare, eos qui liberati sunt à diaria, moderatè viuere debere per aliquot dies, ita ut nec crapula obesse possit, nec parcior victus detrahare corpori, quod necessarium est ad probam nutritionem, & vires conferuandas.

A vino verò, qui ex bubone febrem conceperunt, donec is solutus sit, arcendi sunt; at astricti, vel refrigerati, si quidem affectus lenis sit, ac humorum plenitudo minimè adsit, prohiberi à vino non debent, quod si vehementius refrigerati sint, aut humorum plenitudine laborent, vini abstinentia confert.

Meritò, qui ex bubone correpti sunt diaria, debent à vino abstinere, donec bubo vel planè solutus sit, vel certè iam valdè declinet: nouet enim vinum fluxiones ad partem affectam. Sic profectò, vbi adest plenitudo humorum, vinum nocet, præsertim si plenitudo est ex bono sanguine; quòd si est ex pituitoso, iam soluta febre, magis fortè proderit, quam aqua potio. Illud verò non videtur rationi conionum, vt qui vehementer sunt refrigerati, à vino abstineant; quid enim his magis prodesset potest, quam vinum, quod facit ad penetrationem, & aperiunt omnia meatuum.

Qui uerò ex vigilijs, aut aliquo animi affectu in febrem inciderunt, vbi se lauerint, humido & boni succi victu rescindi sunt. vinum autem maximè quidem omnibus ijs, qui peruigilauerint, intrepidè dandum est; præterquam quibus caput dolore afficitur, aut tempora pulsant: quod & in omnibus alijs obseruandum est. Sed & ira, & tristitia, & cura affectis, vinum adhibendum est: excandescencia verò febricitantibus non, antequam ab eo affectu omnino conuicuerint: nam prius vino tuto uti non possunt.

Quoniam prædictæ causæ corpus exsiccant, humidus victus prodest; & quia substantiam nostri corporis absumunt, renutritio ex bonis alimentis adhibenda est. Vinum pariter & ijs, qui ob vigiliam laborarunt, vel ob alios animi affectus, præterquam ob iram, conuenit; propterea quod ab illis causis spiritus sunt dissoluti, qui vini moderati potione promptè restaurantur. In excandescencia verò feruor excitatus est, qui vini potione augetur, nisi planè cum quieuerit, & spirituum non est facta magna resolutio, quæ postulet sui reparationem. Sic si caput dolore tentatur, à vino abstinendum, quoniam vinum commouet humores, & vapores trahit ad caput.

A Perpetuò autem infestanti causa contraria opponenda sunt remedia: labori quidem quies; vigilijs, somnus; ira, tristitia, & excandescencia, sermones, actiones, spectacula, & rerum narrationes, quæ animo voluptatem afferunt, sic & qui cogitatione laborat, ab hac omnino cesset. Et qui ex bubone febrem contraxit, hunc ipsum curet; atque inprimis vlcus, ex quo ortum bubo habuit. Hæc quidem de diariarum signis, tum remedijs abundè dicta sint.

B Hæc omnia patent omnibus, nam nihil in medicina certius est, quam quod repugnandum sit causis morbos facientibus, cum adhuc illæ sunt præsentēs, quærendumque quid singulis causis repugnare possit.

De febribus quæ ex humoribus consistunt.

Expeditis febribus, quæ à spiritibus, vel ut alij volunt, in spiritibus consistunt, sequitur, vt de illis agamus, quæ ab humoribus, vel in humoribus orti dicuntur; qua in re illud primum excutiendum venit an aliqua huiusmodi febris sit? nam, ut antea probauimus, à spiritibus quasdam prouenire febres, ita hoc loco idem faciendum est de his, quæ in humoribus statuuntur à nostris scriptoribus; non enim id per se notum est: quapropter recipi non potest tanquam principium, sed probationem suam desiderat, ne ex ignotis procedat tractatio. Porro febres quasdam ab humoribus nasci indicat inprimis sanatio: nam cum multæ febres haudquaquam soluantur, nisi expulsionem humorum, constat illas ab humoribus nasci. Docent idè causæ, quæ nostrum corpus non aliter afficiunt, quæ quod humores vitient, quales sunt, quæ putrefaciendi vim habent; est enim putrefactio proxima aut prima humorum passio. Quod si illa, quæ putrefaciendi ob sunt, febres accendunt, constat utique vitio humorum nasci quasdam febres. Est præterea reperite febres in corporibus plenis plurium dierum spacio affligentes, quas cum nemo hæcticas dixerit, aut in spiritibus ponere possit, restat, ut illarum origo tribuatur humoribus; sicut igitur in humoribus febres. Sed quales illas oporteat esse, non est facile ei, qui sequitur hæctenas receptam ab omnibus medicinam, intelligere: nam cum Galenus initio non libri Methodi, ac passim alibi diuidere soleat febres in diarias, putridas, & hæcticas; diarias autem omnes in solo spiritu (vt tradit circa finem secundi de Critibus & multis alijs in locis) ponantur, hæcticæ vero in solida cordis substantia sedem habeant; constat, illius opinione, omnem humoralem febrem esse putridam; si modo ea diuisio vera est, quam vt verissimam omnes, qui post illum vixerunt, receperunt; nam Auicenna, & alij vniuersi Arabes, ac recentiores nostri, nullas alias humorales febres ab initio ponunt, quam putridas, sequentes nimirum Galeni, & Græcorum diuisionem. Id licet videre apud Auicennam, qui post diarias febres, protinus de putridis agit: est & locus de hæc re cap. 5. primi de differentijs febrium, vbi Galenus querit, an omnis febris ex putredine humorum nascatur, quod dicit Athenæi seclatoribus placuisse: quo loco diarias excipit; & capite secundo eiusdem Operis concludit triplex illud suum genus febrium, unum diarium, alterum pu-

tridarum, tertium heclicarum: quo fit, ut ex illius, & aliorum principijs nulla febris in humore fit, que etiam non sit putrida; & si postea ex ipsa tractatione conuincuntur febrem ponere in humoribus handquam putrescentibus: nam Auicenna, cap. de febre sanguinis, ponit febrem in humore non putrescente. Sunt & loci de hac re apud Galenum non pauci, nam libro nono Methodi synochos non putridas in corporibus sanguine abundantibus fieri scribit, tanquam materia illarum sanguis sit; quod & remedia ostendunt: nam si sanguine educto, soluitur huiusmodi febris, constat profecto, causam fuisse humorem. Adde, quod ipse scribit huiusmodi febres iugulari, ac penitus abigi sola sanguinis detractio; quod non solum confirmat in humore hanc locati febrem, sed etiam nullam subesse putredinem: quippe, cum eo auctore vndecimo Methodi, nequeant abigi putrida febris, sola sanguinis missione. Quid clarius eo, quod habet tum in eodem libro, tum patris alibi, synochos quasdam esse putridas, alias vero non putridas? quod si ita est, cum utraque synochus in eadem materia debeant poni, ex qua habent ut synochi sint, putrida vero non nisi in humore poni possint, sequitur utique, & alias, que putrida non sunt, in alia materia non esse statuendas: in qua enim quecumque alia poni possent? si enim in spiritu, diatarum erunt, & vno die finientur. Nec recipienda est illorum opinio, qui synochos non putridas, diarias plurius dierum vocant: quomodo enim diatarum fuerint, si illa in humore, omnes vero diatarum in spiritu residere dicuntur? quomodo diatarum, si diem vnum excedunt, repugnante vocabulo, dici poterunt? nam synochi huiusmodi ad quartum etiam diem extenduntur ex sua natura. Quod si Galenus, ut antea admonuimus, synochos suo diarijs aliquando comprehendere voluit, id fecit, ut diuisionem tueretur febrium male excogitatum, erant enim diuidende febres in eas, que in spiritibus & eas que in humoribus, & alias que in partibus solidis ponuntur; & humores rursus diuidenda in putridas, & non putridas: atque ita non incidisset in has difficultates, ut ad diarias redigeret febres, que alterius sunt generis, nec ex ipsa tractatione exactus fuisset agnoscere quasdam febres nate nequaquam putrescentis humoribus. Itaque cum febres, que in humoribus ponuntur, nonnulla sint ex sola humorum calefactione, alia vero ex eorumdem putredine, primum de illis, tamquam de simplicioribus, & ad curationem facilioribus ageamus. Qui in re illud primum considerandum venit, an omnis humor possit esse subiectum harum febrium? quod si non omnis, quis aptus esse possit, quis vero ineptus; & qua ratione fiat, ut in vno humore tum putrida, tum non putrida, in alio vero semper putrida febris nascatur. Sunt porro in corpore humores, pituita, bilis vtraque, serosus humor, sanguis, qui quartus humor dicitur, & qui ex his vniuersis humoribus conflatur, qui sanguinis nomine pariter nuncupatur; imo simplici nomine non alium intelligimus sanguinem, quam hunc, veluti cum dicimus, sanguinem mitti secta vena, aut fluere a corpore, aut inflammationes ex sanguine fieri; alium vero sanguinem non simplici appellatione, sed addito humore nuncupare solemus, veluti cum dicimus sanguinem quartum humorem. Porro humoralem febrem, que sine putredine est, accendi non in peculiari aliquo humore, sed in tota massa, ipsaque sanguine, ex hoc constat, quod desinunt huiusmodi febres, venis exhaustis, euacuatque ipso sanguine, quod si aliquis ex alijs humoribus peculiariter officeret, esset profecto opus peculiari aliquo remedio, quemadmodum videmus fieri, quando febris nasci-

tur putrida ex vitio pituita, aut bilis, aut alterius humoris, nec desinit febris post sanguinis detractio- nem, nisi purgatione, aut alia ratione educatur noxia materia. Est ergo materia harum febrium vniuersa humorum massa, que putrescere quoque potest, ut & alij humores. Verum, cur est, quod sanguis ex solo calore atque etiam ex putredine febre accendit; alij vero humores non nisi cum putrescunt? nemo enim ex bile, aut pituita excalefacta, sed semper putrescente, febres nasci nouit; quod ostendit curatio, que fieri nequit, nisi educatur natura corrupta, que ex putredine est nata: siquidem putredo corruptio quaedam est; huius rei rationem nullus attingit ex nostris scriptoribus, & difficile utique est veram inuenire; quod si satis est probabili ratione uti in rebus difficillimis, & obscurissimis, puta rem ideo sanguinem calefieri posse præter naturam absque putredine, quod ob tuam copiam non facile corrumpi a calore possit, sed aliquandiu solum calore sustineat: nam quod multum est diuisionis, & corruptioni magis repugnat, quam quod paucum præferit cum non ex re ipsa, sed aliunde nascitur calor putredinis causa, quod fit ut cum alij humores exiguam habeant molem, & substantiam copiam, simul putrescant, corruptanturque, & calorem præter naturam concipiant. Adde potius, quod aliorum humorum temperies, aut substantia, putredini magis est exposita, quam ipsius sanguinis: nam bilis, & pituita corruptam, & excremento sam substantiam iam obtinent; quod sector illorum ostendit, iam putredinis quodammodo particeps; sanguis vero quartus humor, cum habeat temperiem calidam, & humidam facile patiretur a putredine que ab ijs causis nascitur, nisi obstaret pura illius natura aerea, que facile transpirat: putredo autem fieri non potest, ut postea ostendemus, nisi impedatur transpiratio. At vniuersa humorum massa ex contrarijs humoribus, conflata optimam substantiam, optimaque temperiem sortita, difficiliter quoque corruptionem, ac putredinem admittit.

Cuius vero nature sit huiusmodi febris, que citra putredinem in sanguine nascitur, nunc explicandum est. Est autem synocha febris, nec alterius generis esse potest, quod intelligitur, explicata essentia, & causis febris synochæ, de qua tempellium est, ut iam agamus. Synochas febres eas vocant Græci, que tales perseverant usque ad finem, quales inceperunt sine accessionibus infestantes. Propterea maiores nostri putauerunt illas esse ex genere diariarum; quamquam Galenus 12. cap. 2. de differentijs febrium scribit synochas proportionem seruare cum tertianis, nunquam idem de vna re duobus locis scribens. Verum quidem est, synochas putridas tandem accessiones habere tertianæ modo, quando, sex sanguinis putredine bilis vtraque gignitur, febrisque ex illarum putredine nascitur, at quamdiu synocha febris est, nunquam accessiones infestant.

Cuius differentia tres esse traduntur: vel enim semper crescit a principio usque ad finem, vel semper minuitur, aut eundem vigorem, eandemque magnitudinem retinet: & merito quidem tres ista differentia statuuntur: tum quod experientia eas agnoscat, tum quod ratione probentur esse posse: non enim potest vniformis reperiri alteratio, aut motus, qui non recidat in aliquam ex predictis differentijs.

In telligere autem oportet semper crescere, aut minui, aut eandem magnitudinem retinere febre hanc non quod ea, que dicitur perpetuo augeti, non habuerit principium, incrementum, & statum, sicut illa, que æqualis magnitudinis ponitur esse, non habuerit suum principium, incrementum & statum: quantum ad medium aut ad extremum motus nunquam

quam peruenitur absque ijs, quæ præcedunt motio-
nibus: sed quod momentaneæ sint aliæ, ideo tanquã
non sint, non dicuntur esse: habet enim quæ semper
crescere ponitur, principium, incrementum, & sta-
tum suum, & quæ eiusdem est tenoris, principium
augmentum, & declinationem, quemadmodũ quæ
declinare perpetuo dicitur, in irium, augmentum, &
statum; verum, vt dixi, momento transeunt hæ pat-
tes; ea vero à qua denominationem sumunt longa
est, cura non inque mutas, & propterea ea duntaxat
in considerationem venit.

Cognoscuntur, & inter synochas febres quædam
esse sine putredine, aliæ vero cum putredine coniun-
ctæ, idque ex remedijs, quæ putredini medentur, &
alijs quæ febres extinguunt, cum interim putredini
haudquaquam repugnent; Hæc quæ putridæ non
sunt, falso putauit vt antea ostendimus, Galenus ef-
se ex genere diariarum, quando nec materia, ex qua
genera febrium ille distinguit, nec eadem remedia
ijs conueniunt, quæ diarijs addo, quod si synocha nõ
putrida est ex genere diariæ, erit pariter & putrida;
nam genera febrium ex materia eadem posita sunt
eadem esse; quapropter si vna ex synochis inter dia-
rias ponitur, alia ponetur quoque, quippe cum ex ea-
dem materia (vt postea ostendemus; habeant, vt sy-
nocha sint.

Cur vero fiat, vt quædam febres sint synochæ, aliæ
vero non, & cur inter synochas quædam semper cre-
scant, aliæ minuantur, aliæ vigeant, expendere nunc
oportet. Quia in re Galenus causam cur synochæ sint
referre videtur ad causas, quæ febres pariunt, calorẽ
que in corpore accendunt; nam, inquit ille, ex adu-
sione, cruditate, lassitudine, vigilia, animi perturba-
tione, vel bubone, nunquam febris gigni potest, quæ
ad tertium vsque diem progrediat, nisi, inquit, in
curatione erratum sit: at ob stipationem cutis fieri
huiusmodi potest febris, siue obstructi exiles sint
meatus, siue conuieant, siue densati sint à frigore,
vel balneo, vel pharmacijs, vel siccantibus, vel indu-
rantibus: accenditur enim (inquit) febris ab huius-
modi causa, quoniam non transpirant humores, qui
causæ sunt remissionis, & solutionis accessionũ. Ita-
que, vbi nulla subest in huiusmodi febre occasio, quæ
alterius accessionis principium excitet, non mirum,
si fiat febris, plurimum dierum vna accessione conten-
ta. Ex quibus verbis colligitur, non ob materiam
subiectam, sed ob causas, quæ calorem excitant, tran-
spirationemque vaporum prohibent, fieri syno-
chas febres.

Verum aliter sentiendum est: nam si prohibita
hæc transpiratio causa est, qua fit synocha febris,
cur in omni corpore non fietet, vbi cutis densatur,
quod ipse negat fieri posse: nam huiusmodi febrem
non in frigidis, nec gracilibus, aut malis humoribus
redundantibus, sed in ijs, qui plurimo sanguine, &
calidis simul excrementis abundant, corpulentique
sunt, nasci commemorat eodem libro: quod super-
fluum esset scribere, si sola constipatio causa esset: in
quocunque enim corpore eandem excitaret febrem:
et si minorem, aut maiorem in vno, quàm in alio. Do-
cere præterea debebat, cur nulla subest occasio, quæ
nouæ accessionis causa esse possit: hoc enim dicit plu-
rium dierum fore febrem, si vehemens sit stipatio, &
eandem fore synocham, si nulla subest occasio, quæ
alterius accessionis principium excitet: sed non probat
hoc, cur synocha sit: facit quidem stipatio
vehemens, quæ breui tempore tolli non potest, vt
multos dies duret: hoc non docet, cur synocha sit
futura, nisi explicetur cur in aliquibus subest causa
nouæ accessionis; in alijs vero nequaquam. Alibi
vero causam synochæ febres non ad causas, quæ calo-

rem pariunt corpore, sed ad locum, in quo continen-
tur humores reuocat, vt capite secundo de differen-
tijs febrium, vbi habet febres, quæ affligunt sine cir-
culatione, fiunt ex humoribus in uenis, & arterijs om-
nibus, maxime in maximis; id quod undecimo Me-
thodi confirmat: Necessarium, inquit, est eam syno-
cham esse, in qua humores in omnibus uasis, uel in
maximis putrescunt, quod si in una parte putrescãt,
febris fit per accessiones infestans.

Adde quod habet secundo capite, secundi de fe-
bribus, synochas etiam ex bile fieri: uerum ex hoc
peti caula non potest: nam continuitatis causa ex lo-
co quidem ducenda est: at quod synocha sit, non itẽ;
propterea quod nouimus bilem flauam tertio, atram
quarto quoque die, pituitam uero quotidie exacerba-
tiones suas habere, quocunque in loco corporis con-
tineatur. Quod uero ipse dicat synochas ex bile fieri,
errat, nisi intelligat, ex synochis putridis tandem
fieri biliosas, quod postea cum de synochis putridis
agemus, diligentius explicabimus: continetur qui-
dem in omnibus uasis materia quæ synocham facit,
sed non eo quod in illis sit, ideo synocha est, sed eo
quod materia ea sit, quæ non nisi synochas parere est
apta, esset semper nouæ accessionis causa si ex quoli-
bet humore fieret; ego uero non ad causas quæ calo-
rem excitant & febrem in corpore, nec ad locum, sed
ad subiectam materiam huius rei rationem reuocan-
dam esse puto: quicquid enim sanguinẽ præter natu-
ram accendere potens est, illud synochas febres effi-
cit, facit autem id non solum constipatio cutis, sed
etiam internæ obstructions, & in aliquibus qui faci-
le accenduntur etiam labor, ut aliq̃ Diariarum cau-
sæ, præsertim si uehementiam assumpserint. Hanc
confirmant opinionem primum illa quæ ipse scribit
loco præcitato, quod scilicet synochæ febres in solis
sanguineis corporibus gignantur: deinde quod rarif-
simè, nisi Vere, in quo sanguis abundat, huiusmodi
febres proueniant. Idem testantur remedia quæ il-
lis peculiariter medentur. Est enim etiam Galeni
opinionem harum unicum præsidium sanguinis larga
detractio, nulla mentione facta eorum quæ rarefaci-
unt cutem, aut alio modo impediunt transpirationem
succurrunt.

Adde quod ille scribit nono Methodi, cap. 3. pu-
tridam synocham fieri, ubi in omnibus uasis equa-
biliter succi putrescunt: intelligit autem succorum
æquabiliter putrescentium nomine, non nisi san-
guinem: cum enim ille, qui omnes humores in se
continet, putrescit, tunc synocha putrida fit.

Idem testatur secundo textu primi Commenta-
rij sexti Epid. vbi inquit: Accenditur ex sanguine pu-
trescente synocha. Quod si synocha ex sanguine pu-
trido fit, erit quoque non putridæ causâ petenda à
sanguine. Ac præter illa quæ dicta sunt, ostendit id
solum sanguinem posse esse causam huius febres;
quod, si ea causâ posita, nulla subest occasio gignendæ
nouæ accessionis: quæ cum in putrida demonstrauero,
intelligetur eadẽ esse causâ et eius quæ non putrida est.
Igitur cū accessionis causa petatur ex noua materia
& humore putrescente, alijs quidem humores mate-
riam habent in massa quæ putrescere de nouo potest &
nouæ accessionis esse causa, non enim uniuersa bilis
aut pituita quæ in corpore est in vna accessione putre-
scit, sed ea duntaxat portio, quæ iam ad putredinem
est paratior, aut si uniuersam quæ reperitur genita in
corpore putrescere putamus, manet certè dispositio
quæ nouam materiam suppeditare potest, quo pacto
videmus fieri in tertianis, in quibus hepar pecu-
liariter affici, & febris se cum esse dicimus, non alia
ratione, quam quod bilem materiam tertianæ febris
suppeditet. Idem de ventriculo dicitur in quotidiana,

na, & de liene in quartana, at in sanguine nihil huiusmodi esse potest: ex quo enim noua materia sumi poterit, & nouus sanguis, aut quæ dispositio morbosa in corpore esse poterit, quæ sanguinem gignat qui nouam putredinem experiat? totus enim corruptionem sentit plus vel minus, quæ tamdiu durat donec vel sequatur mors ex immedicabili vitio, aut remedia inueniat. Est ergo hæc causa mea opinione, cur quædam febres sint Synocha, aliæ vero non: nam omnibus Synochis, putridis inquam, & non putridis, communis causa est eadem, vt communis materia; Cur vero inter synochas quædam semper crescat, alia vero minuatur, alia autem eundem tenorem feruet, Galenus 9. Methodi docet: fit enim inquit, id ex æqualitate & inæqualitate eius quod accenditur, & discutitur: nam cum ex vaporum transpiratione contingat, ut ille putat accessionis remissio, contingit quoque vt tantum dissoluatur, quantum gignitur uaporis, aut plus vel minus gignatur quam discutitur; Quod si æquale est quod discutitur, ei quod gignitur, synocha fit, quæ æqualem feruat magnitudinem; at si plus gignatur quàm expiret, illa fiet quæ perpetuo augetur dicitur: illa vero nascetur quæ semper decrescit si plus discutitur quam gignatur uaporis; contingit porro quod plus gignatur quam dissoluatur ubi multa subest materia, & causæ calefacientes sunt valide, cutis uero & habitus corporis per quas partes expirat vapor, sunt crassæ & densæ, astrictæque uel naturali constitutione, uel ob causas quæ densando febrem excitant. Addi etiam potest alia difficultas ad dissolutionem ex materia subiecta crassiore, quæ difficilè cutis meatu permeat: ex quibus æqualitatis & alterius inæqualitatis causa facile intelligi potest. Pater & illud causas æqualis aut inæqualis magnitudinis sumi partim ab agente excitanteque calore, partim uero à materia subiecta, & causa sine qua non dissipatio fieri potest. Quod uero synocha sit febris, vniuersa causa, vt diximus, capitur à materia ipsius febris, nempe humore à quo calor accenditur. At si quis querat, quo modo febris quæ semper augetur aut eundem tenore feruat finiri ad salutem possit, quum necesse est declinare morbos si salus sequi debet? respondendum, has febres habere quoque suam declinationem, sed breuem, & quod interim conualescunt uel vigeant ideo fit quod natura alteret, & vincat subiectam materiam qua victa, & expulsa uaporis materia demitur.

Signa Synocha febris.

Signa synochæ febris non putridæ docet Galenus 9. Methodi, suntque hæc; pulsus maximus, æqualis, vehemens, nec durus, nec mollis, celer tamen & frequens; Addit Auicenna rubedinem faciei, & oculorum, venarum, & temporum inflationem, & tensionem, unde ab eo, & recentioribus Medicis inflatua febris vocatur. Est & aliquando pruritus in naso & collo, difficilis anhelitus, somnus profundus, difficultas sermone ubi grauis est affectus, necnon inflammationes amigdalæ, & faucium, lacrimatum cursus, urina rubra, tenues uero & crassæ prout sanguis tenuis est, uel crassus. Verum absq; Methodo hæc ab illis traduntur; cum à nullo certo capite exordiantur. Præterea, omittunt iuuantes lædentesque causas, & gignentem cas, scilicet, quæ præcesserunt, vimque habuerunt accendendi sanguinem, & nequaquam putrefaciendi; præmittunt & inditia quæ ex subiecto sumuntur, quod scilicet corpus quod afficitur sanguine multo & bono sit refertum, atque ipsum carnosum & densum,

A postremo prædicta ab illis symptomata omnia, necessario non sunt signa synochæ febris, sed quædam magnam duntaxat sequuntur; nam plurimum calorem ostendunt maximi pulsus, veloces simul & frequentes: uehementia indicat robur uirium quod in ijs corporibus in quibus synocha potest accendi subesse solet. æquales sunt pulsus quia nulla subest putredo, nec in instrumentis siccitas quæ motus æquales prohibeat fieri; duri quidem non sunt, quia absit siccitas: est tamen tensio aliqua ob repletionem uasorum ex sanguinis uaporumque abundantia. Respiratio uero difficilis, nempe magna, uelox & crebra ad pulsus proportionem; accidit autem talis respiratio ob caloris multitudinem circa præcordia; ipse uero calor multus ob multam euaporationem & ebullitionem; at non acris, quia subest benigna & suaui materia. licebit ex ijs aliorum symptomatum rationes & causas assignare. Quod si quis Methodo huius rei signa tradere uelit, debet expendere quamnam causam possint calorem feruorem, & in illo febrem excitare absque putredine, & quid possit talem febrem pati, iuuare & ledere, & qualis quæ tusque calor in tali affectu emittatur, qui qualesque effectus & casus sequi sint apti, & tunc ex hac arte intelliget quamnam signa sequantur omnes synocha laborantes. Quæ uero illos duntaxat qui grauius, aut leuius laborant ac etiam ex ea ratione intelligitur quid futurum sit, an in putredinem transibit, ac perimet, uel aliud quidpiam accidet.

Curatio Synocha non putridæ.

SI ex indicantibus & contraindicantibus intelligimus quamnam & quot præstare oporteat, & reliqua quæ ad curationem pertinent, constat in hoc casu vnum indicari, refrigerationem scilicet, quæ ablatis causis in quibus calor est accensus, potissimum perficitur. Est porro causa, ut diximus, hæc sanguinis abundantia, in illius ergo euacuatione præcipuum remedium collocandum. Sic Galenus 9. Methodi se febrem iugulasse scribit, tanquam uel nullum, uel minimum negotium relinquatur post sanguinis detractionem. Est porro detrahendus adultis uena secta, pueris uero tenuioribus uel admotis hyrudinibus, uel cucurbitulis cum incisione, varijs in locis, præsertim partibus carnosis & sanguineis applicatis. Quod si uenter fortè astrictus est, soluedus est priusquam sanguis mittatur, molliori clystere. Quo uero die mittendus sit, & quantum, & quomodo, nunc docendum. Scribit autem Galenus 9. Methodi, se in eo seruo qui laborabat hac febre, non nisi post tres dies, aut ipsa tertij diei vltima parte sanguinem eduxisse, vt interim intelligeretur genus febris, & satisfaceret repugnantibus medicis; quod mihi non uidetur homine dignum, qui gloriari solet se consueuisse statim febrium genera dignoscere. Quapropter si ex corporis habitu & alijs causis & inditijs uideat Medicus Synocham esse febrilem, aut eam fieri posse eametsi hora qua uocabitur, nisi recenter ingestum sit alimentum, & astricta sit aluus, sanguinem educet. Ceterum scriptum est à Galeno, eodè lib. & ab alijs vniuersis Medicis receptum, sanguinem esse mittendum ijs qui laborant hac febre, usque ad animi defectum; hancque adferunt rationem, quod animi defectu corpus refrigeretur, deiciat aluus, sequaturque vomitus nonnunquam & protinus sudores, maioresue accidunt, quibus quidem febris extinguitur & iugulatur, quod remedium, etsi periculosum sit, tamen non est prætermittendum ubi res postulat. Verum cum omnes qui synocha laborant

laborant non eodem modo afficiantur, quidam enim grauius, alij leuius, ut in alijs febribus accidit, laborant; quare ad unum extremum remedium omnes non sunt adigendi: leuius enim tractandi qui leuius laborant, ne vis natura inferatur in minore malo. Quare præstat de hac re statuere, vt tantum detrahatur, quantum necessarium videtur ad calorem extinguendum recuperandumque sanitatem quantumque admittunt vires. Est porro detrahendus sanguis ita indicante affectu consentim: sic enim calor promptius extinguitur, at sit veremur viribus vim inferre, quam sustinere nequeant, partiri oportet detractionem; sanguine vero detracto, interposito duarum horarum spacio, imitatione Galeni, ita quoque suadente ratione, nutrimentum dabis, ac postea ægrum quiescere dormireque videbis; patetque tum ex 8. & 9. Methodi Galeni concedere ægrotis etiam à prandio longiorem somnum; verum somni modus in hoc affectu esse debet: nam huiusmodi corpora ob nimiam euaporationem nonnunquam solent sopore corripi; cibus autem exhibendus ex ptisanæ cremore, bisque dandus si Galeni imitari velimus, ducendusque, eo authore æger, soluta febre, in balneum, & lauandus; potus erit ex hordei decocto, vel ex pura & cruda aqua sola, vel cum saccharo, aut iulep rosaceo, vel violaceo, aut vino granatorum. Quæ vero incidunt & extenuant, cum nulla sit hic interna obstructio, & sola refrigeratio requiratur, non perinde sunt necessaria; quin etiam, pro ptisana, panis coctus in aqua & lactuca, vel coctæ, vel etiam cruda cum aceto, & pauco olei & salis, acetum, pruna Iberica, vel Damascenica nostra, cum saccharo & aqua coctæ donec intabescant exhibenda; conueniunt & limones, malla aurea, siue arantia, & dulcia & omnis alterius saporis; probare verò non possum Auicennam, & Hispanorum Medicorum institutum, qui lenticulas ipsas, earumque decoctum hic competere putant, quâdo scilicet tenuior (vt aiunt) est sanguis: nulla enim humoris tanta potest esse tenuitas in hoc casu, vt possit incrassantia, aut certè melioribus alimentis libebit id facere: est enim dura lens, tardeque coquitur, ac melancholicum succum procreat, nec oberit donec planè soluta sit febris, syrupum exhibere singulis diebus manè ad refrigerandum, id quod commodè præstabit syrupus de endiuia, rosaceus, de succo acetosæ, tamarindorum, hordei, prunorum, & reliqui huiusmodi, de quibus vberius postea. Nec alienum est leues frictions adhibere vacuato sanguini, si corpus fuerit constrictum, pugnantumque aduersus causas quæ febrem excitant, si fortè adsunt, aut aduersus relictas impressiones, si quæ supersunt, ablatis causis. Purgatio his nequaquam est necessaria, quippe, cum nihil putrefactum nihilque corruptum sit. At si prætermilla est, vel metu ægri, vel Medici ignorantia, aut negligentia sanguinis missio, aqua frigida quantum vno haustu bibi potest, exhibenda.

Alia verò febres aut ex inflammatione, aut humoribus accenduntur.

Posteaquam egimus de febribus quæ ex humorum excalescentia nascuntur, sequitur vt ad alterum genus transeamus, quod scilicet ex eorundem putredine oritur, quæ res cum tota ferè pendeat ex putredinis tractatione, cogimur utiq; hic breuiter commemorare, quæ in Commentarijs nostris in Artem medicinalem diligentius enarrauimus, vt ex notis principijs procedat hæc nostra dispo-

Atatio præsertim, quòd nos in ea re in nonnullis dissentiamus ab Aristotele, & alijs maioribus nostris, ita, vt nisi quid sentiamus, intelligatur, necesse sit obscuriorem reddi ipsam de febribus putridis tractationem. Igitur à putredinis varia significatione primum incipiendum est. Putredinis nomen apud Medicos multis modis sumitur: nam medicamenta caustica non vehementer, & simul tenuia, putrefaciencia vocant, sed inaptè, propriè verò quæ calefaciunt & humectant, quinetiam e. 7. primi de Differentijs febrium, suppurationes in quibus natura vicit qualitates humorum, & manet virtuta eorum substantia, putredines vocat, exquisitam tamen est putredo ea, in qua nec qualitates, nec substantia assimilatur partibus concoquentibus, vt in gâgenis apparet, & in febribus, in quibus vitinæ nullâ coctionem recipiunt, aded, vt ea alteratio in qua & substantia, & qualitates assimilantur, simpliciter coactio dicatur: ea verò in qua nulla sit assimilatio, simpliciter sit putredo; ea vero in qua fit mutatio per qualitates, substantia vero manet dissimilis, nunc coactio, nunc putredo dicatur, vt pus dicitur esse res putrida, & res concocta; est enim putredo corruptio, & quæ corruptionem acceperunt, non possunt corrigi, sed ab alijs separanda sunt & abijcienda, sicut contingit puri, quod post omnem quam accepit coactionem, vitiatum adhuc manet, & inutile animali. Est autem putredo non qualiscunque corruptio, sed eorum quæ simplicem habent generationem ex solis elementis, vel ipsa sunt elementa, omnia enim (vt inquit Aristoteles, cap. 1. lib. 4. Meteororum) excepto igne putrescunt; & ea quidem corruptio aliquando est secundum naturam, aliquando præter naturam, prout incipit ab intrinseco, vel extrinseco principio, & propterea dicebamus Aristotelem non rectè statuisse putredinem esse corruptionem secundum naturam, vt quæ sit naturali generationi opposita, & eandem fieri à calore ambientis, & externo. Præterea, putredo non est corruptio caloris, qui est in rebus singulis, vt Aristoteles posuit, quippe, cum caloris sit & frigoris corrumpere, humidi autem, & sicci corrumpi, & corruptio non est simplicis qualitatis, sed compositi, vt ipsa generatio; nec non putrescunt nõnulla quæ nullum habent proprium calorem, vt aqua; non est igitur corruptio caloris, qui est in humido, vt voluit Aristot. nec totius substantiæ, vt Galenus tradit: sed sicut generatio est vnio ex humido, & sicco, agente calore, vel frigore, sic putrefactio est corruptio, & separatio humidi à sicco facta a calore rei indito, vel à natura, vel ab extrinseco. Primo ergo & per se est corruptio, & separatio humidi à sicco, per accidens vero caloris, vt qui ad consumptionem humidi pereat: igitur (vt breuiter dicam) putredo est corruptio substantiæ & compositi ex humido & sicco, facta à calore vitiatò, agente postea in humidum, & agendo separando ipsum à siccitate; est potro efficiens causa putredinis non solum aer ambiens (vt censuit Aristoteles) calidus, sed etiam internus rei ipsius calor, cum supra modum patitur ab humido, quando quidem in ipsa hyeme, & in omnibus locis frigidissimis res tandem putrescunt ex interna sua compositione, cum enim calor ob humoris copiam liberè transpirare nequit, vim quodammodo patitur primo sed paulo postea ex vaporibus retentis maior accenditur, & augetur, & auctus cum igne sit natura, diu, non possit pati dominium, humorem postea vehementius agit, euocat, secumq; trahit, vnde quæ putrescunt in superficie humida apparent, tandem vero dissoluto ipso humido, relinquitur ex putredine cinis. Verè igitur mista ex quattuor elementis hoc modo aucto calore interno rei, ob humidum dominium, quod

quod prohibet calorem liberè exhalare putrescunt, & ex ea prohibitione sequitur illius augmentum, & ad illud humoris consumptio, & cinis, & inde perfecta putredo.

Alia vero quæ non habent perfectam missionem, suo modo putrescunt, ignis quidem nullo pacto, quia humorem in se non includit, qui putredinis prima est causa; aer vero cum humidior redditur, prohibeturque suo modo diffari, situm contrahit, & putredinem, ut apparet cum ille in cauernis includitur; sic aqua recipiens vapores calidos ab aere ambiente, & prohibens postea illos exhalare; Et eodem modo terra putrescit; reliqua autem quæ ad putredinem pertinent, alibi diligenter explicata hoc in loco omittuntur. Nunc ad putridam febrem reuersi, primum diligentius explicemus, quid febris putrida sit, deinde quæ, & quot sint illius differentia, postea illarum causas, post quas, signa, postremo curationem aggrediemur, ac tanto profecto diligentius erunt hæc a nobis pertractanda, quanto difficiliora sunt aliis quæ hæcenus explicauimus, quantoque maiorem ex iis quæ ex reliquis gloriam, & utilitatem Medici sibi comparant: nam ferè ad has solas propulsandas acceruntur Medici. Putridam itaque constat vocari febrem, quæ solum ex humore putrescente consistit: nam et vapor & spiritus qui in nobis est, fortè etiam putrescit in febris, tamen ex eo non dicitur febris putrida; Quid ergo sit ex spiritu putrescente? non diaria quidem, non hectica, non putrida; an contemnitur ea putredo, ut quæ non fiat nisi putrescentibus simul humoribus, in quibus iam est sanata putredo, nulla præterea requirimus auxilia aduersus spirituum putredinem an fortè fiunt ex illis febres syncopales diæ, & malignæ, corruptis enim spiritibus, id est subiecto calidi natui, communis instrumenti omnium actionum, necesse est syncopes, & alia pessima accidentia oriri, atque hoc genus febrium maximè apparet cum febres occidunt cum signis coctionis, & ob sunt euacuationes omnes, tunc enim in humoribus nullum est vitium, quod per cruditatem, & coctionem ostenditur, nec hectica est febris, quæ non potest situm inuadere, præsertim corpora plena, quæ non minus quàm alia malignis ijs febribus sunt obnoxia: superest ergo, ut in spiritibus sit corruptio, & putredo quædam, & non simplex alteratio, quæ cum in omnibus febribus adsit, non tamen parit huiusmodi accidentia, sit ergo febris putrida, quæ ut plurimum ex humoribus, nonnunquam verò ex spiritibus putrescentibus consistit.

Sed quid dicemus ad Galenum, qui non solum ex humoribus putrescentibus, sed etiam ex inflammationibus putridas febres hic fieri dicit? ut experientia quoque testatur: nam putrescentibus partibus, ut in gangrena, & humoribus facientibus inflammationem, ut in pleuritide, fiunt febres putridæ, an inflammationes, & gangrenæ putredinem in se habeant, habent quidem, sed illa non est proximus humor febris putridæ, à quâ putrida dicitur; ille enim in vasis continetur, ut ostendunt vrinae, inditia febrium putridarum, quæ certè non ostendunt putredinem quæ sit in aliquo membro, sed eam quæ sit in vasis, cuius cinerem dicit Galenus esse sedimentum, quod in vrinis apparet; Præterea, nullus qui laborat febre putrida curatur sine concoctione humorum, qui in vasis continentur, & ijs concoctis & educis, febris euanescit.

Sunt ergo putredines, quæ fiunt in inflammationibus causæ quæ primò calefaciunt cor, & putridos vapores cordi communicant, cor vero ipsam putredinem postea communicat vasis, & eam etiam in se recipit, ut postea ostendemus, & tunc dicitur febris pu-

trida, cum humores putrescunt in corde, & in locis in quibus naturaliter humores continentur; At cum humor putrescere possit, vel prorsus secundum substantiam, & qualitates, vel secundum substantiam solum, quod est suppurari, aut simile aliquid suppurationi fieri, contingit utique in febris utrumque: nam vrinae aliquando tales sunt, ut ostendant naturam nihil assimilare, quales sunt virides, liuidæ, aquosæ, oleosæ, nigrae, & tunc perfecta est humorum putredo, quam sequitur mors. Aliquando non est videre vrinas pallidas, vel flauas, cum bonis contentis, quæ ostendunt corruptam quidem esse substantiam, sed assimilatas qualitates ipsius humoris. Sed diligentius de materia febrium putridarum agamus. Est porò materia illa febris ponenda, quaeducta & victa, febris soluitur; Ac quod ex pituita, bile, & humore melancholico putridæ febres nasci possint, omnibus notum est. Auicenna vero aduersus Galenum nititur probare, ex sanguine putrescente etiam posse fieri putridam febrem: quod negari dicit à Galeno; qui certè in hac re varius est, ut postea ostendemus, cum de synocha putrida diligentius tractabimus. An vero ex seroso humore putrescente, aliqua possit fieri febris putrida? & an eadem sit, quæ ex bile flaua, cum aliis speciebus, quæ sub bile comprehenduntur, ueluti vitellina, & eruginosa, & an quæ ex humore melancholico provenit, eadem sit cum ea quæ ex atra bile nascitur, aut diuersa genera sint constitutenda, nemo quod sciam, docere tentauit. Ac mihi quidem non uidetur alienum, ut ex seroso humore febris aliqua fiat: nã si putrescere potest serosus humor, ut potest (siquidè omnia præter ignem putrescunt) quod obstat quo minus id accidat? docet & id sanatio, multas. n. febres desinere uidemus educto humore seroso magis quam alio quocunque; tum etiam, misso sanguine, licet aliquando contemplari plurimum serosum humorem supranatantem, & nullum alium peccare in quo febris poni debeat consistere: temerè enim in eo qui non redundat eam ponemus, cum videamus ideo grassari tertianam Aestate, quia eo tempore bilis exuperat: Autumno uero quartanas, quia humor melancholicus eo tempore viget. Idem de quotidiana dicendum & synochis febribus, quæ ex sanguine fiunt: nam si Galenus, ideo synochas ex sanguine fieri scribit 9. Methodi, quod non nisi in corporibus sanguine abundantibus reperiantur consistere, meritò putabimus ex redundante aquoso, serosoque humore, febres quasdam oriri; quod potissimum testantur febres hydropicorum, & lentæ quædam febres, quæ in nebulosis pluuiosisque temporibus nascuntur: Ex quo enim quæso alio humore fiet febris hydropicorum, cum ex seroso humore reliqua omnia mala, quæ in illis reperuntur originem habeant? At cuius generis febris erit hæc? dicet quispiam, non tertiana, quæ ex bile fit, non quartana, quæ ex humore melancholico, non quotidiana, quæ ex pituita oritur. Quod si quis putet aquosum hunc humorem sub pituita contineri, errat profecto, quod ipse, cum calidus & siccus sit, utpote salus, serosus humor, pituita uero frigida & humida. Fit præterea hæc ex cibis, ille ex potibus; sciuntur præterea tamquam natura & specie diuersa, ab omnibus authoribus, qui præter quattuor humores ex quibus constat corpora dicunt, addunt serosum hunc humorem. Itaque, cum nec quotidiana, nec quartana, nec tertiana possit fieri febris ab huiusmodi humore, relinquatur ut synocha sit febris; id quod testatur nonnulla, ac illud imprimis, quod appareant quædam synochæ extracto sanguine aquoso cum facie parum rubra, nec cum pulsibus adeo magnis, nec cum calore adeo vehementi, quæ testantur suam originem

nem non esse ex sanguine. Deinde, quod eadem causa in hoc humore reperitur, quae in sanguine: ideo enim dicebamus ex sanguine lynchias fieri, & non ex alio humore, quod nulla subsit materia ex qua nouus sanguis elici possit nouae accessionis causa.

In alijs vero humoribus subsit quod nouam materiam suppeditat. Quam ob rem cum serofus humor ex alio humore non gignatur per aduersionem, ut bilis flaua & atra, nec pars sit in corpore, quae illius sit focus, & veluti quaedam officina, quae suggerat similem humorem ei, qui primo est putrefactus, necessario fit, ut synocha sit febris, quam parit serofus humor, idque doceat hydropicorum febresque eundem semper seruant tenorem. Quod si aliquando quidam eo morbo affecti sentiunt febrem cum frigore, accidit tunc ut non pura sit febris ex seroso humore, sed admixto cum pituita, quid, quod saepius in tempore pluuioso, longas, & synochas huiusmodi febres conspeximus? Igitur in seroso humore putrescente febris ponenda est, & ea synocha. Ceterum, cum bilis quaedam pallida sit, alia flaua, alia vitellina, alia porracea, alia eruginosa. Praeterea, cum niger humor quidam dicatur humor melancholicus, alius atra bilis, videndum est an idem genus februm, an diuersum ab illis fiat, sit potto idem, quod ostendit purgatio, quod nunc pallidam, nunc flauam, nunc vitellinam, aliquando eruginosam bilem ueniat in tertianis, sic in quartanis aliquando atra bilis, aliquando humor melancholicus educitur; & merito quidem idem sit februm genus, quoniam eadem temperies, eadem forma, omnis enim bilis calida & sicca, omnis niger humor frigidus & siccus, etsi quaedam detur latitudo in eo quod plus vel minus calidus uel frigidus est qui in eo est genere: differant tamen aliquo modo huiusmodi febres: nam etsi diem accessionis non mutant, horam certe mutant, & in longitudine, magnitudine, benignitate, & malignitate euariant: nam febris tertiana quae ex pallida bile nascitur, tempestiuus, inuadit, quam quae ex flaua, estque minor illius accessio, & etiam ipsa febris simplicior. Idem habet quae ex flaua fit, si conferatur cum ea, quae fit ex vitellina; idem haec, si comparetur ad illam, quae nascitur ex eruginosa, quanto enim crassior est, & ad nigredinem magis accedit bilis, tanto maiorem aduersionem ostendit, uiciniorque fit atrae bili maligno humori, qui declinante die suas facit exacerbationes, suosque parit insultus: Eodem pacto febris ex atra bile malignior illa censenda est, quae ex humore melancholico prouenit. Igitur ex superioribus patet, materiam februm putridarum esse singulos humores, qui in uasis continentur, & tota ipsam massam necnon spiritus ipsos.

Postulat nunc institutum, ut pauca hic subiiciam, quae sint aptiora ad putridas febres concipiendas. Est porro (ut simpliciter dicam) inter temperies corporis calida & humida ad febres putridas concipiendas aptissima, est enim in illa tum calor, tum humor, putredinis causa. Quod si aequaliter misceantur, minus opportuna sit temperies quam si humor calorem uincat, aut humorem calorem, mutuo enim sibi resistunt, ubi aequaliter exuperant: in excessu uero inaequali maior datur putredini occasio, siquidem excedente eo quod patere debet putredinem, eam fieri antea ostendimus. Secundum locum obtinet humida temperies, tertium calida, quartum frigida & humida, quintum calida, & sicca, sextum temperata, septimum frigida, ultimum sicca, hoc enim sequitur si primum locum in generatione putredinis in nobis humori, secundum uero calori tribuimus: Ad putridam uero quae ex sanguine fit, sanguinea temperies: ad eam quae fit ex bile, biliosam: ad pi-

uitosas febres, pituitosa: ad melancholicas, melancholica temperies aptior censenda est; an uero densa promptius quam rara, & mollia quam dura, aut crassa quam gracilia, & uenis latis praedita, quam quae angustas habent corpora promptius febre putrida corripiantur, responderi non potest, nisi genus causae, genusque febris constituaatur: promptius enim densa corpora ab internis causis, putridis febribus corripuntur, quam rara; haec uero promptius ab externis patiuntur; sic crassa corpora pituitosis febribus synochis sunt magis exposita; gracilia uero biliosis aut melancholicis. Itaque uidendum de quo genere febris agamus, & ad quam causam quae febres putridas parit comparentur corpora: sic enim falli non poterit qui respondet quaestioni, & quilibet quod quaerit sine errore inueniet.

Sequitur ut de causis efficientibus febres putridas agamus. De qua re scribit Galenus in 4. capite primi de differentijs februm, ubi habet eas fieri à cibis qui suapte natura mali sunt, aut boni quidem; sed ob malam repositionem, uel temporis longitudinem, aut alium modum sunt uitiati, & ad putridam dispositionem perducti. Quam sententiam interpretatus Auicenna hoc modo ampliorem reddit, quod scilicet febres putridae nascuntur ob cibos, qui ex sua substantia & natura facile putrescunt, aut quod facile corrumpuntur, ut lac; aut quod sint aquosi, ut fructus horei dicti; aut non conuertuntur in bonum sanguinem, ut cucumeres & citrulli; aut quia male sint praeparati, aut intempestiue assumpti; aut per uerso ordine ingesti. Quod si uterque illorum uellet ex cibi uitio omnes causas prosequi, addendum erat, quod pariant etiam cibi ob immoderatam copiam, aut quod assumpti sint non seruate eo modo qui conuenit in diuisione alimenti. Praeterea; ut aquosi, sic crassi & viscosi cibi idem faciunt. Alia est causa febris putridae quam uterque illorum ponit, prohibita scilicet transpiratio propter obstructiones. Quin etiam Galenus textu primo, libri tertij Commentarij, Epidem. putredinem excitari à calore, augeri autem à quiete scribit; ex quibus patet, illos, causas efficientes cum materia confundere: nam quae de cibis dicta sunt, februm sunt causa quod materiam putrescibilem suppeditent: obstructio uero causa est efficiens. De hac igitur nunc agendum, & uidendum, an sola obstructio ponenda sit causa efficiens putridae febris, ut ille pluribus in locis sentire uidetur. Ac primum illud facit quod scribit cap. 5. primi de diff. febr. ubi inquit: si meatus obstruantur, putridae febres nascuntur; si uero densetur cutis, diarrhoea fit; item in eodem lib. cap. 7. dicit corpora à putredine praeseruari posse si liberè transpirent, quali prohibita transpiratio sola sit huiusmodi febris causa.

Est & alius locus 11. Methodi, ubi curandi rationem februm putridarum exorditur (ut ait) à rei natura per resolutionem: quia enim, inquit, febris huiusmodi ex prohibita transpiratione, haec uero ex obstructione nascitur, primum remedium esse debet circa obstructionem, & eam committentia. Quae ratio nulla esset, maleque unicam curandi rationem doceret, si plures & aliae ab obstructione reperirentur diuersae causae quae huiusmodi febres committere possint. Verum ego aliter sentio, auctore etiam eodem Galeno, qui omnia de omnibus dicere solet, nec spectat quid sibi repugnet, aut quid alio loco sit scriptum: primum enim, putridae saepe sequuntur diarias ex ira, uigilia, tristitia, lassitudine, in quibus nulla obstructio reperitur; ac si illa adesset, oporteret illum perpetuo exhibere in huiusmodi febribus quae obstructiones adimerent, quod nunquam facit. Deinde sequuntur putridae haec, sine aliqua obstructione

tionis suspitione. Tertio scribit ille, ex plenitudine ad vices fieri febres putridas: at id non potest fieri ratione obstructionis, quæ sequi solet plenitudinem ad vasa. Quin etiam scribit in libro primo capite sexto de different. febrium, febres pestilentes, ut plurimum nasci ex aeris pestilentis inspiratione, & ex conuersatione, & vicinitate eorum qui iam peste laborant, has febres ponit ille fieri ex insigni putredine humorum in corde, has febres nemo dicit fieri ex obstructione humorum, si causa est aer inspiratus. Amplius, per inflammationes & tumores alios partium, ut in Angina & pleuritide, sunt febres putridæ sine obstructione venarum: imò, nec in ipsa parte affecta obstructio est, quoniam venarum & arteriarum obstructiones dicuntur non substantiæ partis per quam sparsus est humor tumorem excitans. Quod si quis contentiosus tueri velit obstructionem in parte esse, quid ad rem? erit illa quidem causa putredinis humorum qui in parte continetur, at illi non conferunt quæ assumuntur a perientia, ad febres putridas tollendas commendata. Sunt qui refingium in hac re Galeno quærentes, respondent non posse incipere putridam ab alia causa, quam ab obstructione, posse tamen sine hac sequi diariam aut hæticam, quorum patrocinium repugnat ipsi Galeno, qui (ut diximus) ab aere inspirato, pestilentes fieri scribit, asseritque corpora excrementosa à causis procatartæicis, putridis febribus corripitur, cum alia ab eisdem occasionibus non nisi diarijs afficiantur. Quid ergo dicendum febres putridas non excitari nisi ex prohibita transpiratione fuliginosorum excrementorum? ita enim fiat oportet, si putredo nulla sit, vt antea ostendimus, absq; hac cohibita transpiratione. Verum non sola obstructio causa est huius prohibitionis, sed etiam cutis dæstas, vel quod plures excitentur vapores quam vt possint exhalare: quomodo ex diarijs & synochis non putridis fiunt tandem putridæ: ex corpore enim sanguine pleno accensa febris plurimos vapores attollit, qui cum non possint per cutis meatus liberè exhalare, cohibentur in vasis internis, & humores putrefaciunt nulla existente obstructione ex multitudine vel crassitie aut visciditate humorum. Quod si vaporum est multitudo, non tamen ea recipit curationem per deobstruentia dicta medicamenta, quæ non nisi contra humorum vitia pugnare sunt apta; ita ergo res non putridæ, interueniente prohibita transpiratione putridas febres pariunt: vbi vero causa agens iam est putrida, vt cibus putridus, aer putridus, vel gangrena, uel inflammatio in aliqua parte, tunc non ex prohibita transpiratione fit febris, sed quia putrida causa apta est putrefacere quod est vicinum, & ad remotiora putridos vapores transmittere qui in corpore nostro tãdem ad cor delati, illud afficiunt, a quo postea vniuersum corpus eiuſdem mali fit particeps.

Ceterum, id quod leuiter superius attigimus & ad causas sine quibus non, pertinet de quibus agendum esse etiam proposuimus, ne huic tractationi aliquid desit, nunc in hoc loco diligenter explicandum venit in qua scilicet parte corporis putrescant humores qui febrem pariunt putridam: nam de hoc multè extant inter se discrepantes sententiæ, & quæ verior putatur fortasse inter alias omnes minus probabilis, si diligenter excutatur, inuenietur. Scribit itaq; Gal. in lib. 1. de differentijs febrium, cap. 5. putridas febres fieri vel ex humoribus, in aliquo viscere, aut in maximis & cauis vasis, aut in inguinũ tumoribus, vel alia parte putrescentibus: Quod si quis quærat, quomodo differat febris diaria quæ excitatur ex bubone, à putrida quæ etiam à bubone fit? respondet ille (ut etiam superius, annotauimus,) quod ex bubone calor solum

A & non putrida fuligo ad cor distribuatur, ascendatque cum diaria fit, ipsa vero putredo maneat circumscripta in bubonis loco: vbi vero fit putrida febris, vna cum calore ipsa fuligo putrida ex putrescentibus humoribus ad ipsum cor ascendat. At 7. capite 11. Methodi, fieri putridas ponit, vel quod putredo diffusa sit per totum animal, aut eius aliquam partem; vel quod phlegmonem excitat. Quin etiam 4. capite eiusdem libri habet, putredinem uel equaliter in omnibus vasis, vel in maximis, maximeque principalibus quæ sunt inter alas & inguina, vel in una quapiam particula quæ phlegmonem habet, uel etiã citra phlegmonem ueluti in foco quodam principium febris in se continet. Quid uero sit febris focus, explicat capite 20. eiusdem. Est, inquit, particula quæ obstructio aut putredo aut phlegmonem obfedit. Ad hæc scribit ipse Causonem fieri ex putredine humorum facta circa uenas cordis, aut pulmone, aut uentriculo, aut ieiuno intestino affecto. Est & trita opinio ab omnibus recepta, continuas fieri febres, putrescentibus humoribus in uenis, intermittentes uero extra uenas. Qua quidem in re, illud primum probare non possum, quod hæc tradant auctores nostræ facultatis tamquam legislatores: statuunt enim ita esse quod scribunt, nulla prorsus adhibita probatione, quasi hæc principia sint per se nota, & ex inconstantia sententiarum non prodatur leuitas huius opinionis: nunc enim in uiscere aliquo & eo quidem inflammato, nunc solum obstructo, nunc uero putrescente in eo humore, uult fieri febres putridas: nunc uero in toto corpore, nunc in uenis, & illis quidem magnis, uel omnibus, nunc in illis quæ sunt circa cor, nunc extra uenas, & in habitu corporis, nunc in pulmone, uel uentriculo, aut ieiuno intestino, uel in glandularum tumoribus, quasi non referat in uno, uel in alio loco istam putredinem ponere: nam si in parte aliqua inflammata putrescant humores illi, non sunt proxima materia febris putridæ, quæ per cruditatem, & coctionem urinarum ostenditur, nec urine ostendere possunt putredinem quæ sit in habitu corporis, aut in partibus obstructis, denique ut ille in libris de sanitate tuenda testatur, urine solum ostendere possunt coctionem, & cruditatem quæ sit in uenis.

Cur etiam mentio non fit de corde in generatione, & constitutione febris putridæ, ut præcipue fieri debet, si modo febris omnis, ut antea ostendimus, cordis est passio? Agit de hac re Galen. in libro primo, de præcognitione ex pulsibus, cap. 3. ubi scribit solas eas putridas quæ pestilentes sunt, humorem habere in corde putrescentem, alias autem putridas, ut idem docet in libro... de Differentiis febrium, cap. 5. gigni, & constitui ex uapore putrido eleuato ab humore alibi putrescente in corpore, & adeo ascendente, tanquam sufficiat uapor putridus in corde, & nequaquam requiratur in eo humor putrescens, ut febris dicatur putrida. Hanc confirmant opinionem ex partis natura, quæ cum nobilissima sit, & uirtute fons atque origo, nequeat humorum putredinem sustinere, quod cum sit, pestilentem, & planè lethalem fore huiusmodi febrem.

Verum non solum posita principia, sed & multa alia quæ dicuntur hos omnes refellunt, qui ita sentiunt; atque illud primum, quod sequeretur, non posse accendi febrem putridam incipiente putredinis causa à corde: nam quod dicitur à bubone, & aliis inflammationibus in quibus putrescunt humores, attolli vapores putridos, qui ad cor elati, eius humores calefaciunt, postea uero ab eodem corde, in alias partes, qui illarum humores putrefaciunt: id solum locum habet ubi ab inflammatis partibus calor

lor, & vapor incipit; At si cor ipsum prius incal-
 scat, ut per iram, tristitiam, & ceteras huiusmodi pas-
 siones, quæ propriæ sunt ipsi cordi, & per quas cor
 ipsum primo affectu, alias partes afficit; demus enim
 accendi ex ira diariam, si nolis concedere statim put-
 ridam fieri, quod fieri potest si corpus sit ad putre-
 dinem paratum, sequatur deinde hanc putrida, que-
 ro, quo modo sequi possit, & à quo sit genita? credo
 dices, putredinem ipsam esse per uenas; & corpus
 à corde, mediante uapore putrido: nam qui putridi
 non sunt, diariam efficiunt; at si putridus est uapor,
 necessè est eum atrolli ab humore putrescente; ergo
 humores putridi in corde; quid enim excogitari pos-
 test aut quis locus in corpore constituetur, ubi putre-
 scat humor prius quàm in corde, siquidem febris ab
 ipso nata est tanquam à fonte, & parte quæ primò, &
 sola ab ira est affecta? quid etiam dicemus cum ab
 aere externo inspirato sit febris putrida? ubi enim
 ponemus putredinem prius esse quàm in corde, dein-
 de si humores qui sunt in corde ponantur solum ex-
 calefacti, & non putridi, erit utique febris diaria, uel
 synocha non putrida, imò aliquando erit synocha pu-
 trida, & non putrida simul: nam cum calor cordis
 humores occupauit, nec eos putrefacit, nemo ex illis
 dicet hanc febrem esse aliam quàm diariam, aut syno-
 cham non putridam, quippe cum ab humore putre-
 scente putrida deficiatur.

Quod si vapor putridus (ut hæc alia opinio uult)
 in corde facit putridam esse, erit prorsus, quod dixi-
 mus, semper putrida, cum alia non putrida coniun-
 cta. Addo, quòd si febris putrida statuimus fieri
 posse cum non putrescit humor in corde, sed solum
 vapor putridus aliunde ad ipsum transmittitur, fiet
 utique ut ex alia re quàm ex humore putrescente fe-
 bris nascatur putrida; nam ex alui excrementis diu
 retentis, nec non ex corruptione alimenti in ventri-
 culo, fiet febris putrida, quod est absurdum: propin-
 qua enim materia februm putridarum est humor,
 cuius cruditas, & concoctio per urinas ostendi po-
 test. Accedit, quòd si febris tantummodo est cum
 aliquid est excalefactum præter naturam in corde,
 putrida necessariò erit, cum aliquid erit in eodem pu-
 trefactum: debet. n. in corde ipso poni id peculiare,
 & proprium, quod singula genera februm consti-
 tuit. Amplius, cum febris putrida augeatur uigeat-
 que, necessè profectò est, ut id quod putridum esse di-
 cimus, & causam febris putridæ, magis putrescat; ad
 putredinis enim incrementum febris putrida in-
 tenditur.

Verùm dic, erit ne vapor ille quem putridum dici-
 mus, ad cor elatum qui magis putrescat? quandoqui-
 dem absurdum est in tali materia ponere putredinè
 incipere, augeti, uigere, & minui, siquidem qui pri-
 mo ad cor missus est vapor, non diu potest consistere
 ob tenuitatem, & qui continuo assurgit qualitates
 illius mutat, sistitur minuiturque; putredo, dum res
 putrescens concoquitur separaturque; quod est corrup-
 tum à reliquo; at quis dicet vaporem illum conco-
 qui; aut quid separari ab eo potest, & à quo hæc sepa-
 ratio fiet? videmus enim cum purgatione finiri pu-
 tridas febres. Quid autem dabimus ad spiritus pur-
 gandos? sed quid obstat quo minus putrescere pos-
 sint in corde humores, per omnes febres putridas, si
 quidem Aristotele teste omnia præter ignem putre-
 scunt, est quidem cor nobilis pars, at id nõ facit quin
 possit putredinem suorum humorum ferre, quando-
 quidem alia mala hoc ipso grauiora sustinet. Quod
 verò dicunt necessariò fieri pestilentem febrem si hu-
 mores ponantur in corde putrescere, ego nõ recipio,
 quandoquidem non ex simplici putredine, sed ex ma-
 ligna, pestilentes febres consistunt; quo fit ut cum

A omnes febres non habeant talem putredinem, non
 omnes quoque sint pestilentes. Quod si quis testimo-
 nium in hac re querat, pertinet ad hanc rem Galeni
 locus cap. 1. libri... de Differentiis februm, ubi
 scribit differentias sumptas à materia in qua calor ac-
 cenditur, maximè proprias esse, siue ipsum corpus
 cordis apprehenderit calor, siue humores conditos
 in ipsius uentriculis; quod quid aliud est quam om-
 nium februm humoralium humorem ponere su-
 biectum & causam, adeo ut eo excalefacto, consi-
 stant febres illæ, quæ solum illius calorem postulât,
 ex eodem uero putrescente proueniant putrida fe-
 bres. Quam ob rem concludamus, ita suadente rei
 natura, & principijs positis in hac tractatione, nul-
 laque re repugnante, omnem febrem, & id quod
 B dat esse singulis febris, in corde ponendum esse.

*Et quæ ex inflammatione ortum habent, in-
 flammatarum partium uelut Symptomata qua-
 dam sunt, morbusque ab affecta parte deno-
 minationem ferè accipit, ut phrenitis perip-
 neumonia, pleuritis, & alij id genus, de qui-
 bus postea differemus. Quæ uero ex humori-
 bus accenduntur, & eo ipso nomine febres vo-
 cantur, & sunt, non autem morborum acciden-
 tæ, sed ipsi morbi: quarum alia accidentibus
 C carent, mansuetissimæque sunt: alie uero unâ
 cum accidentibus negotium exhibent.*

C Vm dixisset, febres quasdam accendi ex in-
 flammatione partium, alias uero consiste-
 re ex putredine ipsorum humorum, qui
 propinqua sunt materia ipsius febris; docet nunc
 quid proprium ille habeant; habent autem id pecu-
 liare, inquit, quod febres natae ex inflammatione sint
 tanquam symptomata, & præterea denominatione
 capiunt à parte inflammata, ut pleuritis: huius enim
 nomine intelligimus inflammationem lateris, quæ
 parit febrem putridam, febres uero quæ statim accen-
 D duntur in ipsis humoribus, sunt, inquit, & uocantur
 febres non autem morborum symptomata. Quæ sen-
 tentia sano modo est intelligenda, omnis enim fe-
 bris quomodocumque fiat, & qualescumque habeat
 originem, semper morbus est. de hac enim re nõ di-
 sputo, quæ luce est clarior, sed per quandam similitu-
 dinem appellantur symptomata, eo quod sequantur
 inflammationem, nec habeant ex se primariam ge-
 nerationem sicut propriè dicta symptomata, quæ
 semper sequantur morbos, ut umbra sequitur cor-
 pus: contingit tamen aliquando, ut soluta inflamma-
 tione, maneat febris quæ hominem perimit, quan-
 do scilicet lenis fuit inflammatio aut humores qui il-
 lam pepererunt benigniores erant; qui uero erant
 in uenis, corrupti & maligni, tunc enim febris nata
 est in humoribus accepta potius occasione ab infla-
 matione quam causa. Cæterum dicuntur febres sym-
 E promaticæ non solum quæ sequantur alios morbos,
 sed quæ cum grauissimis symptomatis sunt coniun-
 ctæ, ita ut causæ rationem habeant, contra quam pu-
 gnandum est: cuiusmodi est dolor, uigilia, sopor, syn-
 cope, sitis, & alia huiusmodi: contra quæ mala sæ-
 pè pugnandum est non minus quàm contra causas
 primarias effectrices ipsius febris.

*De prioribus quidem quæ accidentibus ca-
rent, nostra erit disputatio in quibus maxime
fieri possit, primo statim die febris qualis nam
sit cognoscenda est, diuturna ne, an acuta, inter-
mittens, an continens.*

Cum duæ sint differentiæ febrium, quæ ex humorum putredine nascuntur, merito de illis primò agendum est, quæ grauiora non habent symptomata: præcedunt enim in docendo simpliciora, & faciliora. Quid verò de illis sit tractandum, explicat, cognoscendum scilicet esse qualis nam sit; & cum sub hoc verbo multæ differentiæ intelligi possint, duas solum proponit quæ sunt præcipuæ, an scilicet sit futura diuturna, an acuta, intermittens, vel continua: istæ enim differentiæ mutant curam, & prædictionem, & ex illis intellectis; alia postea multæ intelliguntur, aliter enim ab initio nutritur quos breui tempore credimus sanari posse, quam quos longus morbus vexabit; aliter curandi qui continuis febribus, quam qui intermittentibus laborant, in morbo breui, & intermittente omnia tuta, in longis, & continuis periculum est.

Cæterùm, opponit hic diuturnis morbis acutos; quod alibi negat esse faciendum: nam longis opponuntur breues: acuti verò præter breuitatē, habent etiam magnitudinem adiunctam: diuturni vero breues sunt sine magnitudine; propterea inter acutos morbos non recensentur. Sunt vero longi omnes morbi, qui vel in ipso quadragesimo die finiuntur, aut eum ipsum excedunt. Qui verò ante quadragesimum finiuntur, breues omnes censentur; cause vero cur morbi quidam sint breues, alij sint longi, & cur quidam sint acuti, alij vero non, à nobis docentur in libro quem scripsimus de causis differentiã morbi, vbi docuimus diuersam esse rationem longitudinis, & breuitatis in salutaribus & lethalius morbis; quæ res quoniam breuiter hic explicari non potest, iam requirunt ex illo opere lectores, & illud quoque cur inter morbos quidam sint intermittentes, alij vero continui: illud vero quod proprium est huic tractationi, docere aggredior, in quo loco scilicet putrescant humores qui febres continuas, & intermittentes pariunt, præsertim, quod de ea re dissentite cogar ab antiquorum opinione: crediderunt enim illi, ideo fieri continuas febres, quod humor putrescat in venis maximis, aliquando dicunt hoc fieri in omnibus.

Scribit Galenus Causionem fieri ex putredine humorum circa venas cordis, cum vero humores putrescant extra venas, sicut febres intermittentes, quod si putrescat humor in venis alicuius partis, tunc fiunt febres proportionales dictæ, id est cõtinuæ quæ proportionem seruant in proportionibus cum intermittentibus. Sed hæc clarioribus locis sunt confirmanda. Scribit igitur Galen. in lib. 2. de Crisib. ad hunc modum: Exquisita febris ardēs differt à tertiana, quod in ardente bilis quæ putrescit, maneat adhuc intra vasa, in tertiana verò feratur per vniuersum corpus. Et in eodem libro circa finem ita habet: Manentibus igitur in venis humoribus, cõtinuæ ex ipsis febres generantur, si vero moueantur, aut per totum corpus ferantur, hæc fiunt quæ cum horrore incipiunt, id est, intermittentes. Quinciam in secundo Commentario primi de morbis vulgaribus textu 20. habet: Si in venis abundat bilis, præfectio iccinoris, & ventris, ardentis; tertianæ vero fiunt cum totius corporis carnes affluunt bile flaua: nam impeditis spiraculis eorum qui natura sunt bi-

Aliosa, quantum bilis in carnosò genere congestum antea expurgabatur, illud retinetur, tertianasque gignit. Similis est sententia in fine primi capitis secundi de differentiis febrium, vbi scribit: Intermittentes voco, quæ ad integritatem sensibilem desinunt ex humore moto, ac in omnem corporis partem delato, efficiente febrem. Continuæ vero fiunt ex eodem humore condito & cõtento in venis. Sic postea cum de tertiana, quotidiana, & quartana agit, non aliter eas fieri scribit, quam ex humore delato per corpora sententia: addo, quod scribit in 9. Methodi, fieri continuas febres vbi in omnibus venis & præcipuè magnis continentur humores febrem facientes; vbi vero in vnica animalis parte, accessiones fieri quæ certo ambitu repetunt. Accedit quod scribit in 10. Methodi, posse humores putrescere vel in phlegmone, vel sine hac in ipsis vasibus, idque aut in una animalis particula in sinibus ipsorum impactis, aut etiam in totis eorum capacitatibus quæ inter venter & alas sunt comprehense. Postremò scribit in 11. Methodi, putredinem subsistere vel æqualiter in omnibus vasibus, vel in maximis maximeque principalibus. Ea porro sunt inter alas & inguina, vel una quæpiam particula quæ vel phlegmonem in se habet, vel etiam citra phlegmonem, veluti in focò quoddam principium febris in se continet. Hæc scribit Galenus de loco in quo putrescant humores in febribus; quibus nihil instabilis vel incertius excogitari potest. Toties enim mutat sententiam, quoties de eadem re agit, & quod mirum est, nullam adhibet rationem, nullam vel leuem probationem. Quæ ob rem alia ineunda est via; & primò refellenda ea opinio est, quæ ponit in febribus intermittentibus putrescere humores extra venas in habitu corporis, id est, per carnem & musculos; deinde confirmanda est nostra sententia, quæ est, in omni febre putrida in corde & venis humores putrescere, & vtrunque ex propositis uno negotio præstabitur. Igitur si putredo fieret in habitu corporis in febribus intermittibus, calor inciperet inuadente accessione ex partibus externis, siquidem non ex alia quam ea ipsa putredine calor accenditur per febres putridas; at contrarium accidit: nam internæ partes calent, & externæ tunc frigent; imò sequeretur, eas solas partes calorem habere cum illic solum sit putredo: nam si ab illis dicas calorem putridum communicari internis, cur ille non habeat partier vim putrescendi internos humores? sed quid? An non docet experientia contrarium huic opinioni? internæ enim non solum in principio, sed usque ad declinationem accessionis maxime feruent, tamquam intus sit putredinis locus, non extra, ad quem locum tunc calor fertur, cum intus absoluta est putredo, & ipse calor subiecto suo destitutus expirare cogitur. Præterea si humor ille extra venas putrescit, necesse est, vt id fiat post rigorem: nam illum expelli oportet primo à venis, & moueri per carnem, sic enim volunt rigorem fieri, & postea putrescere: at cum ipso rigore, vt antea ostendimus, incipit calor febrilis, quod indicat eum anteriorem habere originem suam, quæ post illam expulsionem ad externa membra. Addo, quod motus ille si modo fieret, putredinem impediret; nam tunc res maxime putrescant, quando quiescunt & transpirare prohibentur. Deinde, cum putredo nascatur ex prohibita transpiratione, necesse est astrictam esse cutem, si sub ea humores putrescere debent; ex quo sequitur primum inconueniens, quod nulla febris intermittēs ex internis obstructio nibus nasci possit; quid enim conferret interna obstructio ad generationem huiusmodi febris, si humor extra venas putrescit? cur ergo aperiētia propinamus,

B

C

D

E

pinamus, si in venis non est obstructio? prodesse enim solum rarefacientia. Ad hæc, communis ratio esse debet & causa omnibus intermittentibus, quæ certè nullo modo quotidianis & quartanis conuenire potest: nam vt fortè quis eam causam conuenire tertianis putabit, quæ ex humore bilioso & tenui, & ob id facili ad dissipationem per vniuersum corporis habitum consistunt, sic certè pituita & humor melancholicus, crassi & viscosi humores ita spargi non possunt per inania ea spacia, carnemque ipsam & illic putrescere vt illi volunt, cur præterea non oritur lassitudo ulcerosa in huiusmodi febribus cum humor biliosus per carnem spargitur? & cur non fiunt tumores ex pituita dum fit quotidiana? postremo, quod est Achilles, sequeretur vrinam non posse ostendere tempora febrium intermittentium, quia vrina non docet quomodo se habeant humores contenti in habitu corporis, sed illos solum, qui continentur in venoso genere, vt Galenus in libro quarto de sanitate tuenda apertè scribit, & rei natura docet. Nec dicere oportet quod nonnulli sentiant, vrinas ostendere quid fiat in febribus intermittentibus, quia docent materiam antecedentem quæ in venis continetur, & per singulas accessiones in habitum effunditur; nam sedimentum fit ex reliquijs putredinis, & est tanquam cinis puri respondens, vt in primo de differentijs febrium tradit Galenus. Quare, cum sedimentum appareat in vrinis in febribus omnibus putridis, ostendet profecto locum putredinis vnde illud excernitur: igitur in venis fit putredo, & concoctio humorum, quam vrina & quæ in illis continentur, ostendunt. Igitur vt disputationem contrahamus, concludimus, tam in continuis quam in intermittentibus febribus putridis, humores putrescere in corde, & in venis. Sed dices, cur igitur non fiunt omnes pariter vel continue vel intermittentes? ratio est, quoniam in continuis materia tota quæ febrem facit simul accedit, & putrescit, nec expellitur ante crisin, aut post perfectam concoctionem per purgationem: ea vero quæ parit intermittentes, putrescit pars post partem, vt Galenus rectè docet in libro primo de differentijs febrium, vbi agit de putredine stercoreis columbini, in quo pars quæ primo erat disposita ad putredinem putrescit, pars vero ei vicina interim disponitur ad putredinem: Sic fit in putredine humorum facientium intermittentes, quæ tam diu durat, quam diu suppeditatur illis materia à foco ipsius febris, & dispositio manet in partibus quæ materiam eam gignunt, & disponunt ad putredinem; & quoniam in febribus continuis non est ille focus internus, qui materiam suppeditet post illam quæ primo est accensa, ideo soluta febris, non amplius eadem redire potest, quod si bona pars humorum ab initio putrescat, quæ continuitatem seruare possit, & postea adhuc aliqua portio putrescat per certam interualla, vt in intermittentibus fit, fiet continua proportionata dicta sitæ continua cum intermittente, finieturque intermittens expulsionem pauci illius humoris quem natura per singulas accessiones extrudit in solis autè continuis fiunt leues quædam exacerbationes in certis horis diei, vt putrescente sanguine mane circa nona diei horam, putrescente bile circa vesperam, putrescente melancholia circa noctem, pituita quia, intenditur tunc putrida ex natura humoris, qui ita patitur aptus.

Quod si die primo id assequi non possis, secundo saltem eius speciem inuenire tentabis. At si nec eo quidem die certi quicquam habue-

ris, tertius certè omnino tibi manifestius quidpiam afferret. Nam pauca admodum febres ad exactam sui cognitionem quartum diem desiderant.

Gloriari solet Galenus se statim ex forma febrium non expectatis pluribus accessionibus dignoscere qualis febris sit, continua ne, an intermittens, & ex intermittentibus an sit tertiana, vel quartana, vel alterius generis: nunc verò cum alijs fatetur non semper se assequi posse in primis diebus huiusmodi dignotionem; & merito quidem, nã cum febres omnes intermittentes, & nonnullæ ex continuis inuadere soleant cum rigore, horrore, vel frigore, contingit ob complicatos inter se humores, & corporum diuersitates, similia fieri accidentia in diuersis febribus, vt horror fit in quartanis exquisitis, & tertianis, & quotidianis nothis, atque etiam in semitertianis, in quibus est febris continua, quotidiana, aut tertiana intermittens, fit pariter in febribus diuersis, sitis, vigilia, calor capitis, & alia accidentia. Quare in hac confusione expectandæ sunt repetitiones accessionum, quæ fiunt in diuersis diebus in diuersis febribus. Et quia tandem quarto die omnis differentia deprehenditur, quia quattuor solum sunt humores, ideo rectè dicit intra quartum diem deprehendi naturam singularum febrium.

Quibus vero notis febris species deprehendi possit, quam breuissimè fieri poterit tibi explicabo: nam de ijs omnibus alibi fusius atque manifestius disputatum est.

Egit Galenus de signis quibus possimus febres singulas dignoscere, & inter se separare in libris de differentijs febrium, secundo de Critibus, & alibi passim, sed cum omnia legerimus, ignorabimus adhuc quæ, & quot possint esse propria, & communia signa singularum febrium, propterea quod fontes non proponit à quibus vniuersa signa deriuantur: particularia enim quæque enumerat, quæ propemodum infinita sunt, & cum plura ex illis ponat in vna febre, in alia vero pauciora signa, facit vt lectoris animus nunquam quiescere possit.

Quam ob rem tenendum est, quod superius demonsttrauimus, omnia signa sumi vel ab essentia ipsius rei, vel à causis, vel effectis, vel à similitudine; & in omni re quam dignoscere volumus per sua signa, consulendos esse hos fontes. Vel enim in vno inuenies quod quæris, aut in duobus, aut certè omnibus apertis fontibus, nihil desiderabis, quod ad id quod quæris sit necessarium, siue præsens aliquid cognoscere, siue præteritum commemorare, aut futurum prædicere velis. Quæ quoniam superius vtique, & in libris nostris de Signis exactè prosequuti sumus, finem de ijs dicendi faciam.

Verum priusquam accedamus ad notas febrium continuæ, vel intermittentes, docendæ sunt notæ febrium putridarum; quod enim ad genus pertinet, præcedere debet tractationem specierum; de qua quidem re agit Galenus cap. 7. libri primi de differentijs febrium, capitque signa à causis quæ illas febres gignunt; à calore præterea & rigore, pulsibus, vrinis, & sine accessionis, quod scilicet non desinentes ab integritate putridæ sint.

Postremo, à symptomatis quæ singulas febres sequuntur. Quam quidem docendi rationem pro-

bate non possum; primum, quod non ab omnibus fontibus signa capiat: nam nec à subiecto corpore, nec à causis iuuantibus, & lædentibus, nec ab effectibus multis, ut respiratione, vomitu, qualitibus mutatis, signa ducit; omittit etiam inditia capta à similitudine, præterea, sine methodo illa tradit, cum à nullo certo principio rem exorditur, quo intelligere liceat hæc esse quæ traduntur huiusmodi febris inditia, nec plura, nec pauciora illis inueniri posse: nam Auicenna plura quam Galenus ponit: sed quoniam illi etiam à rei natura non exorditur, probati non potest quod docet. Quare naturam rei consulamus, & expendamus quæ possint esse harum febriū notæ. Itaque, si febris putrida sit, ex humoribus putrescentibus in corde & venis, quæcunque ostendent cor pati febrem & putredinem humorum in eo esse, ea sanè erunt inditia huiusmodi febris; sequitur porro hanc putredinem calor acris & mordax, non quod subiecta materia ficcior sit in hac febre quam in multis alijs: nam in diætia ex inedia, vigilia, lassitudine, corpus est magis exsiccatum quam in pituitosa putrida. An potius ergo id sit, quod ab humore putrescente substantia calida & putrefacta consurgat, quæ calorem actiorem secum aduehat? at quomodo dici potest huiusmodi substantia calida magis quam in alijs febribus, si ex frigidioris materia, ut pituita nascitur? dicendum ergo potius, vniuersum genus putridarum alijs generibus comparatum huiusmodi calorem habere: etsi in alijs generibus quædam reperiri possint in quibus calor acrior sit quàm in quibusdam putridis; apparet autem huiusmodi calor mordax & perpingens veluti fumus qui oculos, & nares mordicat per incrementa atque vigotes accessionum febrium; nam ut inquit Galenus, per initia accessionum non statim emicat calor, ut pote qui tunc veluti suffocetur à multitudine excrementorum, verum id solum locum habet quod dicit, in febribus putridis quæ per accessiones infestant; Quo magis mirari licet Galenum dum pollicetur simpliciter se daturum signa febrium putridarum, eas solum ostendat quæ per accessiones affligunt, certum enim est Synochas putridas hoc inditio non deprehendi. Præterea, diætia ex densitate, hoc etiam habet, nempe, quod calor non statim ad superficiem perueniat, maior tamen difficultas in putrida quam in diætia apparet in ascensu caloris. Ostendit ergo calor acris & mordax putridas omnes, & illam putridam esse agnosceremus tanquam speciem quandam putridæ in qua per initia accessionum calor intus concluditur: atque ita à qualitate & motu caloris signa sumemus in febribus putridis; à quantitate vero minimè, cum quantitas non putredinem, se materię subiectæ quantitatem sequatur. Habenda tamen est ratio subiecti & causæ efficientis, cum acrimoniam caloris putridam ostendere dicimus: nam diætia ab inedia aut la bore excitata, in corpore biliioso acriorem fortè calorem habebit quam putrida: putabimus quoque illam putridam esse si causæ quæ illam gignunt adsint, illa enim putrida erit, quæ ab occultis causis & magnis est orta, vel à procatartēicis & minoribus nata est, si corpus subiectum ad putredinem continendam ex quacunque occasione est aptum. Quin etiam iuuantes & lædentes causæ cum adhibentur, has detegunt febres; requirunt enim illa præsidia quæ putredinem sistant, vacuant, concoquant, quæ alijs non conueniunt, lædunturque magis quam alia à quibusdam remedijs, ut cuius adstrictione, & balneis ante coctionem humorum adhibitis capiet etiā notas à subiecto corpore: nam si corpus vel multis aut malis humoribus abundat, vix alijs febribus quam putridis corripitur, quemadmodum calida &

humida & densa & astricta, propterea anni tempora, ratio victus, viuendi conditio, quæ ostendunt hos subesse humores, easdem febres testantur: putabimus enim putridam esse quæ autumno nascitur, vbi corrupti vigent humores: necnon si homo malis cibis in vita otiosa aut nimium laboriosa est usus: Quod si vel inflammatio vel alius humor excitatus a causis adultis, aut ab euidētibus quidem, sed in visceribus internis, putabimus prorū ab illis natam febrem putridam esse. licebit à partibus febris notas quoque colligere: nam si cum rigore vel frigore, vel horrore incepit febris, absque causâ manifesta, credere debemus hanc putridam esse, item inæqualitatis tempus in his solis est febribus, illasque solas testatur. Porro à tertio fonte, nempe ab effectibus, febris putridæ signa capientur, ac primum quidem ab actionibus læsis: nam si cum rigore vel incepit, aut postea quam incepit cum eo vel horror, aut frigus infestat, præsertim si hæc à manifestis causis non sunt facta, aut si diutius durat, & sepius veniunt, ut in semiteriana contingit, testantur profecto putridas vrgere febres. Sunt quoque deliria, animi defectus, vigiliæ, sopores, inquietudines, spontaneæ lassitudines, dolores vehementes in partibus, ferè harum febrium inditia, ut & reliqua animalis facultatis insignia vitia: nam si in Synochis non putridis nonnullæ ex his, ut dolor capitis, & sitis, vrgent, tamen aliarum partium dolores, ut pectoris, stomachi, & Syncope, non nisi has febres comitantur. Præbent & sua indicia respiratio & pulsus: fiunt enim pulsus in his febribus inæquales, tum quod celeritas contractionis maior sit, quam dilatationis, id enim fit, quando fuliginosa excrementa magis vigent quam caloris magnitudo: ac vbi accessiones fiunt cum caloris contractione, inæquales fiat pulsus in diuersis pulsationibus. minores enim fiunt in principio, & inæquales quam in augmento & statu. Sunt vero proprii pulsus celeriores in contractione in his febribus, nisi affectum sit os ventriculi à mordacibus vel frigidis humoribus; Duri autè pulsus nec proprii, nec inseparabiles sunt cuiquam generi febrium: illis autem putridis conueniunt, quando inflammatio in aliquo viscere fatigat, vel schirrus, vel aliquid est symptoma coniunctum, aut nervosa aliqua tensio, & siccitas. Hæc Galenus: ego tamen puto, durum pulsum, nisi suspitio sit de hæctica, putridam necessario monstrare. Quare incipiente febre erit certa febris putridæ nota; ad proportionem æqualitatis magnitudinis & uelocitatis pulsus, variantur quoque respiratio, naturalium quoque facultatum vitia has testantur febres, ut coctiones vitiatæ, ut attractio, retentio & expulsio labefacta, sed potissimum concoctio his læditur cum humorum sit vitium huiusmodi febris, quam ex corporis excrementis, potissimum ex urina, quæ humorum contentorum in uenis alterationes, & corruptiones ostendit, id deprehendemus, quod inditum quia ad excreta quoque referri potest, postea explicabitur peculiari quadam tractatione ut uobis in hac re pro temporis angustia satisfaciam. Quare ad qualitates mutatas accedo, quæ non exigui momenti notas in hac re præbent: nam si quis liuido, aut flavo, aut nigro, aut alio colore qui malos subesse humores testetur, præditus, febre laboret, non immeritò suspicabimur illum putrida laborare: sic profecto, si putridam expiret, aut illa quæ olfacit corruptam qualitatem representent; aut si amarum uel salum uel acidum apparet quod gustat, hæc omnia ut vitiosos & aptos ad putredinem humores monstrant, sic putridam arguunt febrem. Excrementa uero præbent & suas notas: si quis enim inuadente febre uomat biliosa, aut deiciat lætida, aut sudare incipiat, uel sudorem

rem foetidum alio tempore emittat; aut si urina primitur febris ratione, merito arbitraberis putridam infestare febrem. Quod si symptomata peculiaria alicui putridae ut quartanae, tertianae, ardentis urgeant, signa praebent ut similitudo: nam si grassantur putridae, merito credemus illum de quo agimus putrida laborare, ex specie genus uniuersum putridarum inferimus.

Quae igitur, cum rigore inuadunt, non ab re ex earum numero esse, quae circuitu quodam repetunt, duxeris: tertiana enim atque quartana omnino cum rigore lacescunt: Sed tertiana saepe cum vehementi rigore, primo statim impetu incipiunt, quartanam vero, nunquam cum vehementi rigore incipere vidimus: sed temporis progressu rigori vehemenciam accedere.

DE frigore, horrore & rigore quae in nobis fiunt ab internis vel externis causis disputatio mihi semper perobscura & difficilis visa est: nam quid sint, & a quibus causis, quomodoque fiant, non constat inter antiquos Scriptores, ut Galenus passim, & praesertim in libro de rigore & horrore conscripto, ostendit. Recentiores uero Medici Galenum omnes sequuntur, uno excepto Fernelio, qui opinionem induxit de causis, in quibus maior est difficultas; antiquioribus partim contrariam, partim similem. Ego uero qui in multis in hac tractatione ab omnibus dissentio, institui de hac re quae magnum habet in Medicina usum, diligentius agere. Ac primum dicam quid haec sint, & quomodo inter se differant; deinde, quae sint illorum causae; tertio loco quomodo ea fiant ab agentibus & patientibus causis, postremo, quae sint illorum proprietates, enarrabo; & interim sententias multas a nostris authoribus de his affectionibus traditas, ostendemus sponte sequi nostram opinionem; ab aliorum uero sententia recedere. Porro frigus de quo agere uolumus, non illud est quod quomodocumque reperitur in corporibus male affectis, sed quod est cum dolore & molestia, adeo, ut nihil aliud sit huiusmodi frigiditas quam molestus tristisque sensus frigiditatis, qualis apparet in sanis in vehementi frigore aeris, aut aquae, & in laborantibus febre per initia accessionum; in Apoplexia uero & Paralyti etsi frigida adest dispositio, causa tamen, quia ea dolorifica non est, a nostra tractatione excluditur. Quid uero sit rigor, si Galenum sequamur, difficilius est intelligere, quam si sensum ipsum consulamus, & ea quae sunt euidentia in aegris & sanis: contendit enim ille, rigorem non esse tremorem, cum causae rigoris & tremoris differant, & inuoluntarius rigor sit, & totius corporis motus, tremor uero unius partis, aut certe non totius passio; & ea quidem non fiat nobis quiescentibus & nolentibus; quare eum per concussionem, agitationem, vibrationemque diffinit. Verum cum tremoris nomen & motus omnibus sit notissima, illa uero nomina obscuriora; similisque omnino sit motus in tremantibus & rigentibus, etsi causae & alia differant praestat profecto motum qui fit in rigore, per tremorem definire. Verum praeter hunc motum in rigore, adest refrigeratio uehemens & dolorifica; quare rigor nihil aliud est, quam totius corporis inuoluntarius tremor cum refrigeratione uehementi & dolorifica. Et haec definitio communis est rigori omni,

A & non solum proprius ei qui fit in morbis, ut Galenus putat in libro de rigore, eum qui fit in sanis rigorem, definiens sine tremore esse solum refrigerationem dolorificam; neque enim sanos in aere frigido refrigeratos, dicimus rigere, nisi concutiantur siue tremant; nec etiam probare possum, quod scribit horrorem in aegris esse solius cutis commotionem cum refrigeratione dolorifica, ita, ut in cute id fiat in horrore, quod in uniuerso corpore fit in rigore: nam si uerum est quod alibi scribit, horrorem fieri in quartana febre, rigorem uero in tertiana exquisita, & has affectiones solum differre per magis & minus, constat pariter in utroque affectu uniuersum corpus concuti, alioqui non per magis & minus in illis esset differentia, sed in diuersis locis in corpore: omnium ergo leuissimus affectus inter hos est frigus, ut apparet in quotidianis, uehementior est horror, ut in quartanis exquisitis, & tertianis nothis apparet, grauissimus est rigor, qui fit in tertianis exquisitis; & ut frigus solum existit sine tremore, & concussione, ita horror & rigor sine frigore esse non possunt. Porro horum effectuum particulares causas multis tradit Galenus: nam in libro 2. de causis Symptomatum, docet rigorem fieri ab externo frigore, acerbis medicamentis extrinsecus adhibitis, necnon ab horrendis spectaculis & alijs omnibus quae uehementem timorem afferunt, idem committit subita aquae feruentis aspersio, aut ignis scintillae per cutem dispersae; quin etiam, ex internis causis tradit rigorem fieri, ut ex flatu ex crassis humoribus ex crapula genitis, & hunc febrem non sequi. Idem accidere cum magna inflammatione in profundis partibus suppurantur; fieri etiam ex biliosis, acerbisque humoribus expulsis ab internis partibus, & motis per carnem & musculos uolenter, qui cum pungant, stimulent, diuidant, & uulnerent, rigorem excitant. Hunc autem rigorem qui fit ab his humoribus necessario sequi febrem. At uero in lib. 2. de differentijs febrium, capite sexto, ita scribit: Pituita salsa superueniente accessione, non rigorem, sed tantum horrorem excitat. Acida uero si per sentientes corporis partes deferatur, sine febre rigorem generat; quod si modica aliqua in ipsis fiat putrefactio, febrem hepialam inducit; quod si uehementius putrefiat, rigor quidem antecedit, febris autem subsequitur, superata frigiditate a multitudine caliditatis; adeo, ut dum febris inualefcit, atque consistit, minimè sentiat, pituita uero dulci putrescente, rigor minimè febrem antecedit. Quispiam uero fortasse arbitrabitur non a simplici causa rigorem, & febrem fieri ex pituita; nam ex parte pituitae putrescente fit febris, ex ea uero quae non putrescit, rigor; in tertiana uero bilis eadem rigorem, & febrem facit. Haec sunt causae particulares, quas passim commemorat Galenus.

E Verum, qui has tenet, non est doctior quocumque vulgari homine: nam quilibet uidet ex uehementi frigore externo horrorem rigoremque fieri, & eadem mala excitari ab horrendis spectaculis, & acerbis medicamentis extrinsecus appositis: sed soli docti Medici, & Philosophi sciunt, quid haec & aliae causae particulares in corpore faciant, cuius ratione haec symptomata sequuntur. De coniuncta ergo causa questio est, qua inuenta, animus quiescit, & simul intelligit an singulares haec causae aptae sint facere quod illis tribuitur. Age igitur, ac primum excutiamus Galeni de hac re opinionem, qui si suam sententiam confirmare posset validis argumentis, ut facile alios refellit qui de proprietate nominum istorum symptomatum disputarunt non esset profecto quod nos in eadem re laboraremus; sed cum multa in eo de-

siderari possint, alia vero tradat rationi minimè con-
sona, locum vtiq; nobis reliquit ad cogitandum, &
scribendum de re hac tantopere difficili, & necessaria.
Primum ergo quod in eo requiro, est, quod cum mul-
tas particulares causas enumerauerit, multas ex illis
non redigat ad immediatam coniunctamq; eam cau-
sam quam quarimus; non enim docet cur acria me-
dicamenta, & horrenda spectacula, aqua feruentis
asperis, ignis scintilla, & crapula, pariant horrorem,
rigoremq; ferè enim solum quarit eam causam im-
mediatam in humoribus, qui cum his malis febrem
pariter generant, & id fortè etiam non rectè, quod
quilibet intelligere poterit cum illius opinionem in-
tellexerit. Vult ergo hic author, vt patet ex lib. de
causis Symptomatum, rigorem fieri à biliosis, & acri-
bus humoribus expulsis ab internis partibus, & mo-
tis violenter per carnem & musculos, qui cum eos
(inquit) pungunt, stimulant, diuidunt, & vulnerant,
rigorem exerant, frigus vero quod cum ipsa concu-
sione est coniunctum, scribit fieri ob subitam, & ve-
hementem contractionem sanguinis in partes inter-
nas, & maximè circa cor, quod est caloris nostri pre-
cipuus fons: ipsum autem rigorem qui fit ab his hu-
moribus, necessario sequi febrem; Et quoniam ab
ipsis humoribus statuit diuersa mala in habitu cor-
poris fieri, docet in illis differentias quæ apte nata
sunt proprios suos affectus parere; nam, inquit, si hu-
mor ille tenuis, salus, immotusq; fuerit, pruritus
excitat, paucus vero, tenuis, mordax & immotus,
vicerotum sentium parit, parius tenuis, & mordax
cum exiguo motu horrorem; qui vero humor vehe-
mentius mouetur, copiosior, mordacior ve est, rigo-
rem infert, & eum quidem maximum, si humor plu-
rimus est, mordacissimus, vehementissimèq; mouetur.
Vult etiam in quartanis, & quotidianis notis hor-
rorem fieri ab eo humore qui has febres parit, expul-
so à venis, & per corpora sensibilia commoto, & do-
lorem puncturamq; sua frigiditate inferente. Cur
vero post rigorem sequatur calor, & febris, scribit idè
accidere tribus de causis, quia scilicet calor pluries co-
cussus, nec transpirare potens, multiplicatus est in
profundis; & quia vehementer extra est expansus; ter-
tio, quod in concursibus, & violentis motibus acce-
scere nata est caliditas.

Cæterum, sudores sequi rigorem, eo quod calor è
profundo exiens quasi feruens copiosam humidita-
tem quam sudorem dicimus effundat; Quæ ratione
etiam accideat vt post rigorem fiant crises, & febrili
solutiones: idem enim calor feruens, & exiens cum
sudore, noxios humores secum rapit, ad quod spe-
ctans Hippocrates scripsit. *Ab ardente febre habi-
tus, rigore superueniente soluitur.* Hæc de modo quo
fiunt ab humoribus tremor, siue concussio, frigus &
febris, scribit Galenus; quæ resellere aggredior, reli-
qua enim postea facile intelligentur. Ac primo ad-
fero, quod in principijs accessionum in quibus fit rigor,
& pariter febris non fiat separatio aliqua humorum
qui sunt in venis simul confusi; omnis enim expul-
sio, & separatio vtilis sequitur concoctionem que so-
lum apparet in statu & declinatione, in quibus tem-
poribus sudores laudabiles sunt, pessimi autem in
principio accessionis; eandem enim seruat propor-
tionem principium accessionis, ad illius statum, &
declinationem, quam seruat principium totius mor-
bi ad illius statum, & declinationem; quare omnes
excretiones quæ fiunt in principio accessionis in fe-
bribus omnibus per habitum corporis sunt mala;
quæ vero per vomitum fiunt, aut per aluum, vtilis
sunt, vt in tertianis apparet: excernitur enim per eas
partes non materia putrescens quæ præsentem facit
accessionem, sed quæ derelicta est ex priore accessio-

ne; aut materia est antecedens, quam natura cum
calor contrahitur incipiente accessione extrudit, vt
exonerata melius concoquere possit putrescentem
humorem; humor vero qui per sudorem emittitur,
ille est, qui præsentem accessionem facit; In conti-
nuis veris nulla excretio prodest in principio, quis
humor febris causa simul totus putrescit, nec statim
concoqui potest, quare nec expelli. Expectatur ergo
concoctio, & expulsio progredientem morbo. Cui
igitur non possit fieri separatio bilis à tota massa hu-
morum in principio quando fit rigor, non fiet ergo
illius delatio, & expulsio per carnes: vel ergo nulla
fit expulsio, aut fit omnium humorum per cutem;
quod sensibus repugnat: nemo enim sanguinem per
eas partes excerni vidit, vt fit per nares. At melius
dicimus nullam fieri expulsionem humorum per cutem;
dum fit rigor; nam si vniuersa humorum mas-
sa, id est sanguis ipse compositus ex vniuersis humo-
ribus, contrahitur in partes internas, & versus cor (vt
Galenus, & alij omnes sentiunt) & frigus externa-
rum partium, & liuiditas, atque etiam somnus osten-
dunt, quomodo quæso potest in eodem tēporis mo-
mento simul fieri vehemens alius motus ad partes
exteriores, (cōtraria enim simul esse, & fieri nequeunt)
Quare non potest moueri confertim tota humorum
massa in partes internas, & simul biliosus humor ab
ea separari, & in partes externas extrudi. Quomodo
enim absque calore, & spiritu qui conclusi sunt in
partibus internis, caro musculorum aut venarum po-
test expellere, aut aliquid aliud agere? Quæ quidem
in te miror profecto Galenum non vidisse repugnan-
tiam, quæ sequitur hanc opinionem, quæ ponit par-
tes externas frigere in rigore ob recessum sanguinis,
& caloris, & simul vult bilem confertim expelli in
partes externas, à quibus recessit omnis calor in fluxu
& humor, quasi calor hic qui vnus & idem est, & v-
nicum nature instrumentum, possit simul maximè
contrarios motus subire, intro scilicet & extra. Quod
si hæc fieri posset, cur simul semper non fiunt som-
nus & vigilia, timor & audacia, gaudium & tristitia.
Amplius nullo iudicio deprehendere possumus, bi-
liosus eos humores qui tertianam committunt, ex-
trudi à venis in principijs accessionum cum fit rigor
in musculos, cur enim vique ad cutem non perueni-
rent? quod si hoc fit, vt nihil obstat fieri, cur non fit
cutis flaua semper in singulis accessionibus; vt in
morbo regio, in quo non lycæra bilis qualis dicitur
esse causa tertiana exquisita, & rigoris qui in ea fit,
sed mixta cum sanguine, & alijs humoribus ad cu-
tem effunditur? Præterea, quis sentit in rigore, &
horrore eas moriones, eas diuisiones, ea vulnera mu-
sculorum in toto corpore ab his humoribus facta, vt
illi fingunt fieri? oportet enim eos loqui de insigni
morione ex solutione continui, si modo omnes par-
tes & vniuersum corpus tanta mala patitur, senti-
mus quidem insignem frigiditatis sensum, & eam
molestiam quæ sequi potest talem affectionem, vul-
nera vero & moriones nemo dicet se sentire, a-
lio qui cur etiam non sit in horrore qui nascitur ex
timore, qui similem omnino habet sensum, & om-
nia similia, vt qui constat ex concussionem & frigus
sensu? At quid in eo erit quod in eo vim habeat cor-
rodendi & vulnerandi carnem & musculos? Adde
quod si fierent rigores ex humoribus expulsis à ve-
nis in habitum corporis, cur semper in omni accessio-
ne aut saltem post multas post quas non sequitur
euidens aliqua expulsio, vt in tertianis notis, &
quartanis, non fiunt tumores, scabies, lassitudines,
erysipelata, herpes, & multa alia mala quæ oriri so-
lent ex humoribus sparsis & tandem firmatis in car-
ne & cute? nec hæc quidem mala euitari possunt ex

ea distinctione quam facit de humore qui ob diuersam suam quantitatem & differentes qualitates, motum & quietem, diuersa quæ enumerauimus Symptomata parit; nam vt ea statuit fieri tanquam legislator, nullam adhibens probationem, sic & (etiã dato quod vult) nunc hæc humor actis multus, est vehementer motus rigorem (ut ille putat) faciens, tandem quiescit in incremento & statu accessionis antequam fiat aliquid sudor, aut alia euacuatio per quã dicere possumus illum esse exeretum: quid quæso ille faciet in corpore, finito rigore? & cum non sentitur aliquid facere; si tantus tamque actis sit ille humor biliosus, separatus ab alijs humoribus, à quibus in venis temperatur: non enim laterent mala quæ talem tantumque humorem sequuntur, præsertim (vt diximus) in illis febribus in quibus non expurgatur per singulas accessiones. Itaque cum nullo sensu deprehendatur contineri huiusmodi materia in musculis & carne, constat nullam fieri illis motionem: ad partes externas quæ rigoris sit causa; quod & alia argumenta ex ipsius rigoris natura sumpta docent: nam omnes particule vel minima concutiuntur & frigent, in quas omnes est impossibile ferri humores illos; quid enim æqualiter diuidere in venis posset eos humores, & in omnes partes eosdẽ æqualiter spargere, vt æqualis est rigor in uno membro vel etiam in pluribus, præsertim ubi humor est melancholicus, vel pituitosus? talis enim nec ab alijs separari, nec extra uenas expelli, nec per omnes partes æqualiter spargi potest eo tẽporis spatio, quod durat rigor & frigus, præsertim incipiente morbo longo, & existente materia cruda, quæ ob id difficile mouetur, alioquin semper daretur turgentia (vt dicitur) humorum, quam Hippocrates & ipsemet Galenus dicunt non cõtingere nisi raro in morbis acutis.

Ad quod sibi in materia rigoris non constat. Nam cum posuisset in libro de symptomatum causis, cum humorem qui aptus est ad rigorem committẽdum necessario vehementer moueri, & copiosum esse mordacem, cum vero qui horrorem efficit, paucum, tenuem, & mordacem, cum exiguo motu, postea horrorem tribuit quartanis, & tertianis nothis, in quibus copiosus & crassus & minimum mordax est humor: Et in libro 2. de differentijs febrium, rigorem ipsum non solum ex ipsa bile syncera, sed ex ipsa etiam pituita arida ac vitrea delata per partes sentientes committi scribit sine febre: pituita vero eadẽ modicẽ putrescens febrem hepialam inducit; quod si vehemẽtius putrescat, rigor quidem inquit antecedit, febris vero sequitur, probatque illorum sententiam, qui dicunt eas febres fieri ex parte pituitæ putrescente, ex ea uero quæ non putrescit, rigorem fieri, quæ omnia uapitatem huius opinionis ostendunt: nam si rigor requirit humores per omnes partes sentientes subito spargi, & eas diuidere, mordere, vulnerareque potest, nulla pituita hæc omnia potest facere, & omnium minimẽ vitrea, quæ tenacissimẽ in hæret ei parti cui adheret. Præterea, cum statueret ab uno & eodẽ humore fieri rigorem & febrẽ, cur inquit & ponit alter fieri in febribus pituitosis quæ biliosas? & ubi quæso vidit rigorem antecedere febrem cum rigor sit pars accessionis febrilis; item si rigor sit ob mordicationẽ horum humorum, vtique rigebunt frigeantque prius musculi propinquiores uenis internis, à quibus ille humor effunditur; at prius nares, aures, & extremi digiti frigent inuadente accessione, quas partes humor ille ultimo attingit. Cur ẽt non sit rigor cũ per crises biliosa materia per sudores excutitur? ea enim per carnem & msculos pariter à uenis effunditur; nec credere quidem oportet, tunc non fieri rigores; quod humores concocti acrimo-

nam exuerint: nam crises fiunt in maximo feruore morbi, & in mora; rationique est conueniens bilem flauam concoctam acriorem esse humore melancholico adhuc crudo, qui tamen rigorem & horrorem (vt ille tradit) committit. Cur etiam non excitatur rigor cum syncera bilis à uenis reiecitur in uentriculum & intestina partes non minus sentientes quam caro? si enim mordiones partium excitant hanc affectionem, in dysenteria ubi maximus sæpẽ est dolor ex acrimonia bilis, coniuncti essent perpetuo rigores, saltem in partibus internis, imo & in uniuerso corpore, vt uidemus rigores fieri uniuersales, ubi acria medicamenta unam solum partem mordent & erodunt. ex quo etiam patet, non requiri in generatione eam in omnes partes humorum spationem. Amplius, vnum & idẽ remedium calefaciens, hominẽ liberat à concussionẽ & frigore, tanquam vnica sit causa vtriusque symptomatis; ac acribus humoribus sparsis per carnem; calida auxilia cuti admota non possent prodesse; si contrarij riu contraria sunt remedia, oportet præterea vnã esse & immediatam causam rigoris, ad quam particule omnes redigatur; at ad humorũ illam delationem redigi non possunt quæ ob timorem vel frigiditatem mouent. Sed cur magis in his laboro? eo enim concessõ, quod ille vult, non sequitur rigorem fieri debere & frigus ob delationem illorum humorum per carnem, & msculos; oportet enim ex ea mordicatione aliud fieri, aliudque moueri quod sit causa & frigoris & concussionis; De qua quidem re Galenus agit duobus in locis, diuerso plane modo, vt qui nihil inuenire potuerit in quo illius animus quiesceret, locus unus est in libro secundo de symptomatum causis, capite quinto, ubi quærens causam cur à frigidis & calidis humoribus rigor excitari possit, docet facultatem expultricem pariter molestari ab his contrarijs humoribus eo quod vterque vim habeat, molestandi ipsam facultatem, & propterea cum ea in omnibus partibus affectis ex delatione horum humorum mouetur, necesse esse msculos omnes vibrari, & cum illis articulos, & cum his uniuersum corpus, quæ affectio nihil aliud est, quàm rigor. Igitur, ex eo loco facultas expultrix, vel potius omnes partes in quibus ea residet, causæ sunt rigoris, cum mouentur omnes ad expulsionem; Egregiam profecto chimeram, quæ expultricem facultatem agere facit cum motu, & facultate animali, non enim naturales actiones, fiunt cum mutatione situs partium, vt ille etiam alibi testatur, & rectẽ; siquidem msculus cum expellit, non expellit vt msculus, id est instrumentũ motus ex similibus partibus compositum, sed vt pars similis, vel vt propriẽ dicam, partes similes quæ in eo sunt, expellunt, ac simularum partium actiones nullum requirunt motum localem, qui in omnis voluntarius est, & animalis facultatis, & denique musculi actio, vel quæ contractione, expansione, concussionẽ, & omnibus alijs modis quibus contingit locum mutari, à partibus corporis peraguntur, & in ipsijs libris de symptomatis, horrores, rigores, concussionis, ponit esse symptomata animalis facultatis. Urgent præterea eam opinionem alia, & illud primum, cur semper non fiunt rigores in morbo regio, in herpete, in tertianis exquilitis, & omni crisi morborum acutorum quæ per sudorem fit; Præterea cur internæ partes, vt uentriculus, & intestina non etiam concutiuntur, & vibrantur, & rigores excitari, cum mordentur ab acribus humoribus, & eos deorsum expellunt. Cur etiam musculi illi habitus corporis semper expellunt extra, &

non repellunt rursus in venas? quod si illi prosequuntur humoris motum quem inchoantur venæ ad externas partes, quo modo potest in eodem tempore fieri sanguinis, id est humorum omnium, delatio in partes internas? id enim fiat oportet, si frigus rigoris pars simul fieri debet: nam & ex hoc proditur huius causæ vanitas, quæ dum tota versatur in expulsiōe humorum ex qua dicit fieri agitationem, & tremorem, nullam mētionem facit de causa frigoris, quod est alia pars rigoris, quod si putat rigorem fieri ab expultrice facultate similium partium, quæ tandem commoueat, agitet, contrahat, relaxetque musculos, articulos, & cum his tandem vniuersum corpus? cur in libro de rigore aliam affert causam coniunctam ex motu calidi natui, cuius nullam mentionem fecit in libris de symptomatis? quid aliud dicendum est, quàm quod author hic vt alij Asiatici (vt Cicero ait) loquax, omnia effundat.

Sed quæso videamus quomodo etiam rationi sit cōsona ea causa quam sumit à calido naturali influente, ponit in eo opere calidi innati essentiam esse per se mobilem, & seipsam mouentem, intro enim moueri, quia frigiditatis est particeps, & id fieri vt alantur, & augeatur, extra vero exire, & efferri, quia illius essentia calida est. Itaque huiusmodi calidum perpetuo motu intro, & extra ferri, quia ex calida, & frigida natura constat: repugnante enim calore, illud non potest perpetuo intra versari, renitente uero frigiditate, pariter nequit in externis partibus perpetuo versari, nec dissolui; quæ quidem vera sunt, sed fortè veriora, si diceret substantiam calidi innati constare quidem ex quattuor Elementis, vt alias omnes que sunt in nostro corpore, sed in ea præpollere æream, & aqueam substantiam, deinde igneam, minimum uero esse terrenam substantiam; id enim postulat natura spiritus, & puri sanguinis, ex quibus ea calidi innati substantia (vt tradit alibi ille) constat, quia ergo ærea est, & aquea, motus non potest habere extremos, quare nec penitus extra efferri, nec intro in angustum spatium tanquam in centrum contrudi potest; quia uero ignea quoque natura est particeps, magnam vim habet ad agendum, & propterea est commune animæ, & corporis instrumentum, sine quo nulla actio fieri potest. Quia uero terrenum aliquid habet, contrahi potest etiam in cor tanquam in centrum, & in fontem à quo deriuatur. Merito igitur quod talem habet naturam, eos habet motus quos illi attribuit Galenus, sponte enim extra mouetur, id enim requirit ærea, & ignea substantia, & quoque fit cum externæ partes illius ministerium requirunt; intro uero contrahitur, cum ab internis partibus pariter renouatur, aut ipsum debilitatem foras exire & expandi per vniuersa mēbra nequit, tunc enim illud contrahi necesse est, ut ex concoctione crudioris sanguinis qui in primis uenis abundare solet, puriorem sanguinem, & spiritus sibi generet, quo factō, rursus ad externas partes prorumpit, nam (vt rectè inquit Galenus) substantiæ per se mobili quies est mors, & quia id requirit structura corporis, quæ ex partibus internis & externis constat, quarum actiones & officia continua quadam successione exerceri debent, ut otiosa non sit hominum vita. His itaque suppositis, definit Galenus rigorem esse repentinam & uolentam innati calidi refrigerationem; sed rectius postea scribit, rigorem fieri naturalis caloris motu uolenter impedito, non enim propriè dicitur calor refrigerari, cum intro contrahitur, aut extra expanditur, quare nec etiam rigor est affectus vel passio ipsius caloris, sed ex passione illius nascitur. Sed iam videamus quomodo rigor fiat ex Galeni opinione, ex passione ipsius caloris, quidque ipsum

calidum patiat, & à quibus causis. hoc enim si pro dignitate enarrabimus, profecto rem per se dignam & arti nostræ utilissimam explicabimus: nam ex hoc multi profecto errores detegentur. Scribit igitur Galenus in libro de rigore, hunc fieri ex caloris impedito motu ad exteriora, quadam enim impedimenta in externis partibus ponit, quæ ipsum calidum intro repellunt, & ad sua principia redire cogunt, ubi cū persistere nequeat, (vt quod ex substantia semper mobili constat) aceruatur & quasi in se coarctatus uolentiori impetu quasi solutus uinculis, egreditur, & progrediens resistit his, quæ illius cursum impediunt, eaque propellit, meatusque aperit: illis rursus repugnantibus rursus repellitur & ad principium reuertitur, & hæc pugna tamdiu durat, quoad ea repugnantia perseuerat, ex qua pugna totum corpus concutitur quasi uerberibus caesum, & inæqualibus his motibus fatigatum, uocaturque huiusmodi affectus dolorificus rigor factus ob impeditum cursum caloris ad exteriores partes, & eiusdem contractionem & percussionem ad interiora, propterea, inquit corpus post rigorem incalescit & sudores etiam effunduntur, cum enim per multos insultus noxia liberè propulerit, & perfectè respirauerit, tribus de causis corpus incalescere necesse est; primum, quod frequenter calor à perspirato exteriori repressus in alto colligitur; deinde, quod multoties foras uolenter expansus est; postremo, quod caliditas insultu, ictu, uolentoque motu accendi solet, subinde accidit etiam in huiusmodi ex alto reditu calorem seu feruidum aliquid humorum confertim effundere, quem sanè sudorem appellamus. Quibus ita positis, varias ponit causas rigoris, humorem scilicet calidum, vel frigidum, certa qualitate & quantitate præditum, & uolenter motum, præterea; & medicamentis acerbis, & alia nonnulla addit. Verum cum causam petit ab humoribus motis per partes sentientes, dicit dolorem ab illis fieri, & ex eo duo sequi, nempe contractionem sanguinis in profundum corporis, & propterea exteriora refrigerari ex particulis autem ipsius corporis in quibus humor consistit, unamquamque cum à se expellere ad vicinam, donec ab omnibus partibus expulsus, per sudores, aut uomitus, aut etiam per aluum fuerit excretus. Hæc & similia tradit in eo libro, quæ non respondent his quæ superius adduximus ex libro de symptomatum causis, nec etiam inter se coherent priora cum posterioribus: nam in libro de causis symptomatum, concussionem siue tremorem totius corporis quo constat rigor, dicit fieri a sola mordicatione humorum acutum, nulla caloris natui passione concurrente, eam enim mordicationem mouere expultricem facultatem omnium partium quæ sentiunt in habitu corporis, & ex illarum omnium motu, ossa, articulos & denique uniuersum corpus cum illis concuti, vibrari, tremoreque: hic uero uniuersam causam petit ex calidi natui impulsu, & repulso: plurimum autem refert, si dicas rigorem fieri ex passione calidi innati, aut ab excretice vi quæ infra est singulis partibus; In libro uero de rigore, cum diu in eo esset versatus, ut ostenderet solius caloris contractione & expansione rigorem fieri, & illius motu uolento ad exteriora extrudi molestiam, & uias tandem aperiri & sudores fieri, postea (vt ex superioribus patet) molestantium humorum per sudores expulsionem, & omnem illorum motum, tribuit expellentibus partibus: non igitur sibi constat. Sed singula iam excutiamus quæ ex libro de rigore sunt collecta. primum enim impedimentum quod ponit aduersus motum caloris ad externas partes, non est commune omnibus causis efficientibus rigorem, vt timori, suppurationibus internis,

æternis frigiditati externæ, in his enim calor natiuus nullum habet in carne & musculis impedimentum, quod illius cursum impediatur, & tantam pugnam ex successibus suis motibus intro & extra toties factis excitet; quomodo ergo communem causam omnis rigoris ponere potest ex refrigeratione vel ex alia passione ipsius calidi innati, si modum docere non potest communem omnibus causis rigorem committentibus? Deinde, cum in principijs accessionum febriū rigor inter omnia accidentia primum emergat, quæ nam fuit quæso causa quæ collocauerit in musculis eos humores qui caloris motum erant remoraturi? si enim ante accessionem illi aderant immoti, ut qui nondum rigorem facerent, quid eos postea mouere potuit? non calor quidem ipse, qui impeditos habet motus; quid ergo aliud, facultas ne expultra? cuius nullus motus potest fieri ad exteriora, si sanguis vna cum calore uiolenter in viscera contrahitur. quod si illi humores mouentur à venis inuadente accessione, potius impediatur motus caloris obstructis ipsis venis in ea agitatione & concursu humorum, quam in ipsa carne, ad quam cum peruenerit calor, non multum impedi potest quin liberè exeat, si modo illa quæ scabiem, lassitudines, & externa alia mala pariunt, id efficere non possunt: lata enim tunc est via spiritui, qui est materia calidi innati, præsertim si cutis extrinsecus non astricta est. Adde, quod ille rigor vult fieri ob mordicationem humorum diuidentium & vulnerantium partes, & non ex obstructione eorum; quæ caloris cursum impediunt; fingit ergo in carne & musculis, aut in alijs nescio quibus locis, eas obstructions, aut obices, uel alia impedimenta aduersus motum caloris, & hunc plurimum laborare ut ea extrudat, & vias expediat quæ si aliquæ sunt, certè sunt in uenis, & arterijs in profundo corporis illic enim contractus est calor ibique ea difficultas quæ est in expansione caloris conspiciatur, alioqui liberè moueretur calor vsque ad carnem & musculos in quibus ea impedimenta & illi humores pronuntiant esse, quod cum non fiat, aliam oportet esse causam huius contractionis quam eos humores sparsos per carnem. Deinde concludere non potest ex successibus illis motibus, ad externas & internas partes vniuersum corpus concuti quasi uerberibus cæsum, & his motibus fatigatum; nam concussio & tremor ille non requirit tantos totque motus, quando quidem ex vnicuique aut altero statim fit huiusmodi concussio, veluti cum statim ex timore rigor contingit. Adde quod paulo post non amplius vult concussio istam fieri ex causis repugnantibus motioni ipsius caloris, sed ob dolorem. Plurimum autem refert vnum pro alio promere, ut vnicuique patere puto. At verò quid magis repugnat suis principijs, quam dicere, ex morsione humorum facta in partibus extrinsecis fieri dolorem, & ad hunc duo sequi, nempe, contractionem sanguinis in profundum corporis, & expulsionem, & concussionem omnium illarum partium, & totius corporis? nam docuit ipse in lib. 13. Methodi medendi, & passim alibi, ad partes dolentes sanguinem cum alijs humoribus, & calorem cõ fugere, vnde fiunt inflammationes, cur ergo vbi dolor fit in partibus externis, illa dolorem fugient, & ad internas partes contrahentur? an fortè quod timeant hostem, ut Montanus sentit, ideo fieri rigorem, quod calor intro se contrahat, ut fugiat contrarium? At quæ potest esse contrarietas inter humorem, vel dolorem, & ipsum calorem nostrum, cum humor caloris sit vehiculum, & ad ipsum dolorem concurrunt humores, & calor? Concussionem verò etiam sequi dolorem, & morsionem, probare non potest, quoniam omnes, vel minimæ particule, quæ sunt

A in habitu corporis, tam violentos, & validos motus efficere non possunt, cum priuantur sanguine, & calore influente, qui est ut antea ostendimus, commune instrumentum omnibus actionibus & partibus, quo vel leuiter sublato, penitus ociosa manent externæ partes, ut docet somni generatio, & ob alias rationes quas superius adduximus. Quod verò dicit pugnam eam ex contrarijs motibus caloris tam diu durare, donec materia quæ impedit externum motum, extrudatur per sudores, vel aluum, aut vomitum, repugnat experientia: nam sæpè nulli succedunt sudores in febribus quæ cum rigore inuadunt; Nec sufficit insensibilis transpiratio ad tantum humorum quantum requiri dicunt ad rigorem generandum, & tam crassum atque glutinosum, qualis est qui rigorem quartanæ, & tertianæ nothæ committit.

B Præterea, rigor finitur post principium accessionis, aut certè in principio augmenti maximè remittitur; Nulla autem euidens excretio sequi potest tam exiguo temporis momento quo rigor finitur; nec sudor vnquam fit, nisi cum instat declinatio, est enim sudor declinationis causa; per vomitum vero aut aluum credere fieri, expulsionem humorum qui sparsi sunt, & violenter impulsi per carnem, & musculos absurdum est, & Galeni principijs repugnans, qui credit humores qui semel exciderunt à venis, non amplius in ea redire posse: quod si non fit, non poterit fieri euacuatio per vomitum, aut per aluum lædentibus illis humoribus. Quod vero scribit augeri calorem tribus illis suis causis post rigorem, animo concipere non possum: nam calor tantus qui sequi solet in febribus post rigorem, non potest accendi ex ea colluctatione in profundo corporis, & quod vehementer expandatur, vel quod violenter moueatur: nam in ira, & cursu cum timore hæc omnia fiunt multo violentius, nunquam tamen accenditur calor qui æqualis esse possit ei, qui in tertianis exquisitis, aut etiam in leuioribus conspiciatur. Illud vero mirari quilibet potest, quod postea quam posuit causam, & modum quo fit rigor ex caloris impulsu, & repulsi, causas particulares ponat, ut acria medicamenta, suppurationes internas, externum frigus, & alia, quæ non possunt redigi ad sua principia. Sed hæc sufficiant aduersus generales coniunctasque causas quas ponit Galen. de rigore, nam alia quædam postea expendemus, cum nostram opinionem proponemus.

Ceterum inter recentiores Fernelius partim consentit cum ueteri opinione, partim vero ab ea dissentit: nam frigus, horrorem, & rigorem fieri scribit à vehementi incursione caloris, frigoris, rei pungentis, aut quouis alio modo molesta in corporis sentientes partes confertim facta; sed cum hæc symptomata fiant in febribus, causam esse putat humorum acrium concursum ad præcordia, & partes omnes quæ illa circumstant: ea enim membra eximio sensu esse prædita, connexaque cum principibus & externis partibus, propterea merito fieri ut morsiones quæ in illis excitantur (ut & alia vitia) reliquis partibus communicentur, argumento quod hæc mala mirescant fomētis calidis & humidis, præcordijs, applicitis tanquã fomes illorum illic consistat; & quod sudores per febres maximè à præcordijs moueantur. Aliã addit causam, quod ab hac materia circum præcordia hærente vapor fetidus & putridus, & in omnem corpus effundatur, & cor primum per occultos meatus afficiat, ab illoque postea per arterias in corpus spargatur, & cerebrum impleat & grauet, omnesque artus obtundat, & statim cum ipsum cor petere incipit, ipsum offendens pulsus contrahat, & obscurat, tandem vero sparsus in corpus, inquit idem vapor sensum

senfim incalēscit, & inflammatur, ac tum febris ardorem, eiusq; symptomata mouet.

Hæc Fernelius de causis frigoris, horrores & rigoris tradit in tractatione sua de febribus. Sed ille causas veras inuenire non potuit; nam nulla ratio docere potest ex acrimonia, & punctura humorum circa præcordia versantium horrorem, & rigorem committi in vniuersis corporis partibus: Nam etsi conexus, & consensus est inter omnia membra per venas, neruos, & arterias, tamen separati sunt morbi, & dolores, nec quod vnâ partem afficit, statim alias omnes eodem modo percutit, alioqui cur in vehemēti dysenteria, aut ventriculi, aut in testinorum dolore, non fiunt rigores & horrores, aut eorundem dolorum non fiunt participes aliæ omnes partes, sicut rigoris: etiam cutis ipsa? Videmus præterea, vomitus fieri in crisiibus, & in cholericâ passione ex purissima bile circa præcordia mota, & ipsa vehemēter pungente, absque prædictis symptomatis. Addo, quod tales puncturæ concussionem, & tremorem, qui est rigoris pars, fortè probabilius excitare possent ob eam societatem, & connexionem membrorum, frigus vero nullo pacto: nam quod est acre & calidum, non habet vim refrigerandi internas aut externas partes, nec contrahendi calorem, ob eam morisionem, alioqui cur in vomitu bilioso non interuenit semper frigus externarum partium. Ceterùm, hæc mala contingere ex morisione, & motu humorum per partes sentientes, quippè, cum à calidis remedijs calidi, & acres humores exasperentur. Ac cum eadem remedia externis partibus adhibita, rigores quoque mitigent, nihil habet Fernelius ex illis quod ad suam opinionem firmandam conferat. At, multo minus probabilis est alia causa rigoris, vel frigoris quod in rigore fit, quàm ipse affert ex putrido vapore, eleuato à præcordiis, & postea ad vniuersas partes corporis: nam illud primum non constat quo modo vapor ille pulsus contrahere, & minuere possit in principio accessionis, non enim eo quod cor afficit, ideo pulsus hoc modo mutari debet, alioqui cur idem non fit in statu accessionis, in quo plures vapores gignuntur ab humoribus putrescentibus, à quibus magis afficitur cor, vt ostendunt maiores, velociores, & crebriores pulsus, respiratioque ipsa eodem modo mutata. Postremò, non docet vnde vapores qui primum sunt ad cor elati, & postea ab ipso in vniuersum corpus delati, calorem assumant, ex quo febris in vniuerso corpore accenditur: non enim eo quod à corde sparguntur, inflammantur, & febris ardorem mouent; Causam ergo indicare debebat huius caloris, nec vapor ille quem fetidum esse dicit & putridum, cerebrum implet & grauat, omnesque actus obtundit, vt ille putat: nam vt hæc non contingunt in omni febre quæ cum rigore infestat, ita grauitas illa contingit potius ex recessu caloris ad interna viscera ex quo contingit pituitam, quæ in cerebro est, calore quo regitur, priuatam, cerebrum grauare. Alia ergo causa malorum quaerenda est, & ex notis quibusdam principijs, quibus positus & confirmatis, docebimus omnes particulares causas ad illa reuocari: hoc enim est maximum veritatis iudicium, cum particularia omnia ad vniuersalia rediguntur. Itaq; hoc primum sit principium. In omni actione corporis, requiri animæ vim, quæ agentis rationem obtinet; deinde partes corporis tum similes, tum organicas, pro diuersitate actionum quæ fiunt, & ipsum vniuersum corpus diuersas habere vires, & facultates,

sunt enim hæc omnia propria instrumenta animæ, cum quibus proprias exercet operationes; Tertium, calidum influens à corde, quod à Medicis dicitur & reuera est commune animæ & corporis omnium que actionum instrumentum, suo accessu insitum singulis membris calorem excitat, & de potentia ad actum ducit, iamque reddit aptum ad agendum, cū vero ille recedit, omnes partes à quibus fit recessus, otiosæ manent, vt contingit in externis partibus dum fit somnus contracto calore ad internas, in quibus tunc fit ob illius presentiam & abundantiam perfecta alimenti concoctio; Aliud principium est, huius calidi innati substantiam esse per se mobilem, facileque moueri posse in omnes partes: tale enim oportet esse, ut antea ostendimus, quod ex aerea ignea que portione maximè constat, & aqueam terrenam que aliquid habet, quodque commune debet esse omnium actionum instrumentum. Habet ergo suos motus extra & intro ex hac sua substantia, vt ostendunt, quæ in nobis fiunt, nam vbi dissoluta est illius substantia, maximè aerea & ignea, per labores & uigilias, sponte se contrahit in viscera, vt ex nutrimento reficiatur & augetur; postea vero auctum hoc calidum corpus, & spirituosum redditum ex generatione sanguinis, sponte pariter in externas partes effertur, ne cū nihil hæt amplius quod agat intus, desit externis partibus quæ antea ipsius caloris absentia otiosæ fuerunt parietem idem calor, & quæ ei subiecta est substantia spiritus & sanguis purior, promptè animæ, cuius est instrumentum, ut animi passiones ostendunt, & cogitatio, quæ cogit calorem etiam dissolutum, & sponte appetentem motum interierem, circa caput, ubi senius & ipsa cogitatio exercetur uersari, sic vbi concoctione est opus in partibus internis, calorem eum natura reuocat ab alijs partibus, & colligit plus uel minus pro ratione facilioris aut difficilioris concoctionis. Eodem pacto in Syncope, quia maxima vis cordi infertur, vniuersus calor alias vniuersas partes penitus deserit, vt suæ origini & fonti subueniat. Igitur, quod aliud principium esse uolo, ad portionem operis quod à calore perficitur debet, natura ipsa calorem euocat, ad se allicit, retinet conclusum, aut expandi permittit. Aliud præterea principium pono effectus causis suis respondere debere. Quibus quidem ita positus, dico rigorem, horrorem & frigus quæ fiunt in febribus, non posse fieri ab alia causa quam a motu ipsius calidi natui influentis à corde, hoc enim solum inter ea que actiones nostras perficiunt, aut corrumpunt, momentaneas subit mutationes, quare non ad animi uitia aut partium simularium, aut organitarum ea mala referri possunt, calidi uero subitas mutationes ostendunt timor, erubescētia, ira, gaudium, somnus, uigilia, syncope, quæ non fiunt nisi ob motus & passiones natui huius calidi. Idem docet frigus externarum partium rigoris pars, quod non nisi recessu huius caloris contingit, & concussio ipsa, quæ tum demum cessat, quando calor liberè iam in partibus externis uersatur. Sic igitur dico, tum frigus, tum concussionem rigoremque ipsum qui ex his constat, fieri motu huius caloris ad externas internasque partes; & hoc rectè dixit Galenus. Quod uero ipse docere non potuit, & præcipuum est, nunc docere aggredior, quid scilicet sit quod calorem contrahat, aliique successus motibus expandat, & quid requirat ipsum frigus & ipsa concussio; postulat quidem concussio hæc & vibratio, utrumque motum caloris, frigus uero duntaxat ipsius calidi contractionem, nam sola absentia caloris ab externis partibus, in illis parit frigus, vt quilibet facillè concipere potest, & ostendunt causæ omnes quæ extrinsecus refrige-

refrigerando calorem intro repellunt; concussionem vero ipsam duos requirere motus, cum nō ita pateat, postea docebimus. Porro, contractionis causa rigoris qui fit in febris, de quo potissimum lis est, non acrimonia humorum pungentium partes externas facit, quid enim illi aduersus calorem efficere possunt, aut quam vim contrahendi calorem habent si fortē tunc illi sparguntur per carnem, & musculos, quod diximus fieri non posse, & repugnare tum naturæ ordini, tum humoribus multis, qui momento spargi non possunt per eas partes, vt subita generatio rigoris requirit; nec ea contractio fit, quod calor ab aliquo extrinsecus frigidus intro repellatur; quid enim in febris aliud refrigerat externam superficiem, quàm ipsius caloris recessus; nec vt alij volūt, id accidit, quod ipsum calidum innatum in pugna contra ea quæ in carne continentur debilitatum, robur intus sibi querat, vt postea validius prodire in pugnam valeat: nam vt id fortē probabile esset in ærotis rigentibus post longas febres, ita in his qui validis viribus in prima februm accessione rigent, in primis ictibus caloris pugnantis (si quæ pugna vt illi volunt fit) admitti non potest. Quid ergo est quod calorem tunc contrahat? Et quid aliud esse potest quàm ipsa putredo, quæ naturam cogit calorem ad se reuocare, vt manifestè docent magnæ inflammationes, quæ in profundioribus partibus factæ cū suppurantur, vehementem excitant rigorem, ex sola ipsa interna putredine, & in eo casu nemo vnquā existimauit fieri aliquam commotionem humorum acrium per carnem & cutem, aut caloris pugnam aduersus ea commentitia impedimenta. Est igitur in illis inflammationibus materia quæ suppuratur rigoris causa, quæ si inæqualis est, & ob id tota simul putrescere, & suppurare non potest, toties fiunt rigores, quoties noua fit ex parte humoris suppuratio, vt sæpè visum est. Nostram etiam hanc opinionem confirmat experientia, refert enim Fernelius se in anatome inuenisse abscessum factum contentū sub infima parte iecinoris vergente ad lumbos, quo qui laborauerat dum viueret, frequenti rigore corripiebatur. Ego vero Lugduni vidi fratrem Angeli Bifoli Florentini, qui laborabat inflammatione recti intestini, subito horrore correptū, quem postea a perta vomica, iudicauimus eo tempore excitatum fuisse, quo suppuratio maxime à natura tentabatur Taurini vero cum laboraret Bartholomæus Viotus Medicus non vulgaris, dolore profundo per totum ferè abdomen, & cum vomitu atque febre, feruentiq; & inordinato rigore, contendere atque alij Medici eū laborare colico dolore, ego contra iudicavi intestina inflammata, itaque eo mortuo, & dissecto, inuenimus id quod prædixeram, & quod erat inordinati, & frequentis rigoris causa, plurimas portiones intestinorum separatas diuerso modo affectas, quædam enim erant suppurata, aliæ inflammata, alias etiam gangrena occupauerat. Similia multa contingunt, quæ ignorantur, quia morborum & mortis causas non discimus ex dissectione mortuorum, sed ex nostra antiquorumq; ratiocinatione, quæ multa fingit, quæ experientia ipsa eludit. Sic ergo in principio accessionis februm intermittentium, cum humor incipit putrescere, & ob putredinem febrem accendere, natura in subsidium calorem colligit, vt resistat putredini, quæ magnus est affectus, naturæq; maxime contrarius, quippè, cum sit corruptio eius substantiæ, quam inuadit; Interim igitur cum ipsa putredo sola consistit (id quod fit in principio accessionis) calor ad eam properat à natura reuocatus, & concoquendo cogit illam vitium remittere, quod cum natura est assecuta, calorem paulatim relaxat, & tunc fri-

gus extrinsecus remittit eo exeunte. In ipso vero statu, & magis in declinatione, iam accensa, & mutata materia in benigniores qualitates, calor vniuersum corpus equaliter occupat, & externas partes potius quàm internas, & interim cum exeuntibus vaporibus ipse calor quoque expirat, & partem materiæ secum rapit, vnde sudores, vel magnæ euaporationes sequuntur, quæ accessionem finiunt: manet tamen in venis crassior pars, & veluti cinis, quæ purificationem expectat.

Igitur frigus quod fit in horrore, & rigore, causam habet contractionem caloris, & hanc facit natura, vt putredini resistat, & non (vt alij volunt) magnus sit in re putrescente calor, qui alium ad se trahit: nam calor qui nascitur ex putredine, auget calorem in alijs partibus, vt docent inflammationes quæ febrem accendunt in toto corpore; Trahitur igitur à natura calor ad concoctionem efficiendam in humore putrescente, non ab ipso calore, qui est in humore; concussio vero illa, siue tremor altera pars rigoris, oritur partim ex contractione, partim expansione ipsius caloris, nam si intus semper concluderetur calor, externæ partes non concuterentur, sed immobiles manerent, vt fit in Syncope; si vero libera esset calor motio in partes externas, non vtique fieret motus ille deprauatus, in quo cadunt, & eriguntur membra sursumque & deorsum mouentur, vt in simplici tremore accidit; hoc ergo ostendit calorem per minima interualla, imo eodem temporis momento adesse, & abesse à partibus externis quæ concutiuntur, & id fit in putredine humorum, & non in Syncope, quia in hac, ob magnitudinem affectus, totus caloris contractio, & conclusio requiritur: in ea vero ob leuius malum, nequaquam. Ergo partes externæ quæ rigent, quoniam aliquid habent caloris influentis, non penitus iacent immobiles; Quia vero tantum non habent, quantum requirunt, & singulis momentis ille contrahitur ob putredinem, & recurrit; quia sua natura natus aptusq; est extra ferri, vt qui in subiecto sit igneo, & aereo, ideo motus efficit tremulos, sicuti simplex tremor accidit senibus, eo quod non habeant tantum presentis caloris & roboris, quantum necessarium est ad partes regendas. Sed dicit aliquis, & merito, cur si putredo rigoris est causa, in continuis febris putredinis rigores etiā non fiunt, & illi quidem maiores, quàm in intermittibus, vt maior est ex maiore copia humorum putredo: an ideo non fit contractio caloris, & cum ea rigor, quia putredo in continuis non solum cor, & internam aliquam partem intermittentium focum, sed vniuersas etiam venas occupat; nequit igitur contractio fieri caloris ad peculiarem locum putredinis internum, si ea vniuersa vasa occupat, fit ergo rigor solum in intermittibus, aut in continuis cum intermittibus coniunctis, vt in semitertianis, quia locus & focus putredinis internam etiam habet sedem, quæ materiam gignit in accessionibus singulis, & in proximas venas transmittit eam noue putredinis & accessionis causam; huiusmodi focus in tertiana est hepar, in quotidiana, ventriculus, in quartana, lien. Quia ergo totius febris materia in intermittibus vt in continuis, simul non putrescit, sed pars post partem, ideo in intermittibus, toties fit rigor, quoties noua putredo incipit, ad quam vincendam natura calorem reuocat & colligit in profundis corporis partibus, id quod solum accidit in continuis, cū in cætro corporis sit aliqua suppuratio, aut cum in ardente febre instante crisi, eadem separare vult iā concoctos humores ab alijs, & hanc actionem inchoat in partibus internis, & postea profectitur, donec materia per sudorem sit discussa: nam in alijs euacuationibus

nibus non solent rigores fieri, quod illa fiant per latiores meatus; unde natura minus laborat; in ea vero que fit per sudores, difficilius redditur separatio humorum & expulsio; itaque mirum non est, si non solum in suppuratione interna, sed etiam in separatione & expulsionem vehementiori natura aliquando calorem contrahit rigore (que mouet). Quæ quidem si vera sunt, (ut arbitramur esse) contraria est ratio de loco in quo putrescunt humores in febribus continuis & intermittentibus opinioni maiorum nostrorum, nam ex nostris argumentis sequitur in febribus continuis materiam putrescere in uenis totius corporis, nullamque esse sedem interiorem, quæ materiam suppeditet ipsi febrili, aut in qua illa putrescat, putredinemque accendat in corde & uenis, ut in febribus intermittentibus accidit. Illi etiam statuunt humorem inuadente accessione spargi per musculos & carnem, & ita liberari ab humoribus putrescentibus uenas, & internas partes, id quod necessarium est sequi, si humores qui sunt sparsi, sunt illi qui putrescunt: nos uero contrarium asserimus, nullum scilicet fieri motum humorem tunc in partes externas, sed in internas, ex quo sequitur frigus externarum partium, & vomitus, aluique deiectiones, quæ solet fieri in principio accessionum. Illi rursum calorem qui postea expanditur putant excitari ex pugna humoris, nos uero omissa hac pugna, (cuius nullum est indicium,) dicimus putredinem esse causam contractionis caloris, & eam febrem simul cum rigore, & non possit illum parere, ut experientia docet, et si febrilis calor ob contractum frigus, non ubique habeat suas euidentes notas, sentitur tamen intus, propterea eum ita frigeret & calet corpus, pars & tempus febris ab ipso etiam Gal. dicitur. Ridiculum profecto est existimare, febres fieri putridas, quæ tantum sunt momenti & periculi; ex tã leui causa, nempe ex motu naturæ calorisque, & pugna aduersus noxios humores, caloremque ipsum ob hæc sequi rigorem, cur potius non dicitur hoc fieri ob putredinem, & ob hæc excitari vapores, qui cum liberè transpirare non possint, calorem augent à putredine inchoatum. Illud uero quod scribit Hippocrates, à rigore obmutescere, nec rursus calefit si malum, causam non habet quod uicta sit in certamine aduersus noxios humores sparsa per cutem caliditas, sed quod magnam intus putredinem ostendat, quæ totum calorem ad se reuocat, & illuc continet, ut vincat, si potest, unde externæ partes calore priuata agere desinunt, & propterea lingua etiam obmutescit: non redit autem caliditas ad partes externas, quia natura illius beneficio studet magnam putredinem uincere, et si interrim frustra id facit, propterea cum egeat continuo actione ipsius caloris, illum non relaxat, ut exire possit. Non mirum quoque, si post laboriosam febrem rigor superueniens sit pernitiosus, id enim indicat noxiam esse excitatam putredinem, aut naturam ad humores putridos separandos & expellendos calorem reuocasse. Virtute igitur debilitata à potèti febre, & existente ualida intus causa que rigorem mouet, merito periculum timendum est; quæ ratio etiam explicat, quod scribit Hippocrates. Rigor in non intermittente febre, uirtute iam inualida, lethalis. Quod uero in tertiana quanto acrior est bilis, tanto fiat rigor uehementior, & in tertianis maior quam in quartanis, ratio non est quod in illis humor qui nocet, uehementius moueatur, & mordeat externas partes, sed quia in humore calidissimo uehementior putredo excitetur, ad quam compescendam maior caloris contractio requiritur. Est quoque rigor tertianarum in primis accessionibus maior, contrarium uero fit in quartanis, & quotidianis. Actis enim ha-

A mor cito mitescit & vincitur ob tenuitatem, crassus uero & obtusus difficile putrescit, quare putredo progrediendo augetur, in primis uero accessionibus leuior est, in hoc ergo tempore leuis fit caloris motus, in illo uero maior. Præterea, rigor tertianarum est cum punctura quadam & mordicatione, in quartana uero cum membrorum contractione, id quod fit, non ob diuersos humores sparsos per carnem & cutem, sed propter diuersos vapores, qui à putrescentibus humoribus consurgunt. Quare non mirum si vapor qui nascitur ex bile flaua, acris, tenuis, & igneus, pungit uelut acus, & scintilla ignis; qui uero ex humore melancholico, aut bile cum pituita mixta eleuatur vapor, crassus est, & obtusus ut fumus, qui ex combustionem lignorum vitidum nascitur, quare grauat potius quam pungat membra, aut certe minus mordicat. An uero sine putredine & febre fieri possit rigor, dubitat Galenus, id quod intelligendum de causis internis: nam nihil certius est plurimas esse causas externas, quæ eum efficiunt, ut timor, horrenda spectacula, externum frigus, quæ omnia ob eam causam quam nos ponimus hoc malum pariunt calorem enim externum frigus intro repellit, unde frigus illic nascitur ob caloris absentiam. In timore uero & horrendis spectaculis quæ timorem incutunt, cor timoris sedes, calorem ad se euocat, & cum calor sponte extra feratur, & ipsius uero motu, & eo quem faciunt extrinsecus repellentia, nascitur concussio, & tremor, altera rigoris pars; medicamenta uero erodentia, aqua feruens, ignis scintilla, si cum timore nos attingunt, eodem modo nos rigore afficiunt, alioquin dolorem quidem excitant, at, si in rigore, uel certe non in toto corpore, sed in membro dolente, in quo ob dolorem fit contractio caloris uersus cor, timoris, & doloris edem, & ipsius caloris motum ad partem affectam externam ad quam sponte ille recurrit. Quod uero ad internas causas attingit, tradit Hippocrates rigorem non posse sine febre fieri & rectè, Galenus uero dicit hoc non contigisse eo tempore, ob parcam uitendi rationem; postea uero se sæpius uidisse tales rigores, affertque multas causas, nempe flatum, cruditatem, uisidos humores sparsos per carnem & cutem, bilem scilicet ipsam utraque pituitamque acidam & vitream, quas ego causas non recipio: nam à flatu non potest rigor fieri, fieri quidem in aqualitas, punctura, mordicatio, pandiculatio, & ueluti contractio membrorum, pro diuersitate vaporum, qui non liberè transpirant, ac frigus, & concussio membrorum nequaquam fieri potest: postulant enim hæc mala caloris contractionem, & expansionem uicissim temporis momento factam, id quod nequit efficere vaporis, aut flatus motus ad externas partes, nec etiam eadem materia in profundioribus locis contenta, apta est rigorem committere, argumento, quod Colica passio, sine rigore agros excruciet; Ceterum, ex cruditatibus rigores fieri sine febre Galenus quidem tradit, sed nulla ratione id probat fieri, & ego nunquam uidi, nec ante illum Hippocrates, & antiquiores Medici putant id fieri posse, & merito: non enim cruditas, quæ est sine putredine, tantum est malum, ut uniuersum calorem ad se reuocare debeat, aut si est, ob eam non solet natura rigorem excitare, sed calor potius suffocatur impedito illius exitu ad externas partes obstructis uenis & arterijs, ut in Syncope contingit; At balneum aquæ tepidæ uel calenti, in corporibus plenis malis humoribus, pandiculationes parit, si materia subiecta crassa est & frigida, ex qua crassi vapores attollantur, qui liberè transpirare non possunt; quod si humores subiecti sunt, acris & mordaces, mordicationes excitantur ex eorum commotione per cutem

& carnem, sed sine rigore; Ex quibus quidem patet, omnes causas que rigorem mouent id facere, eo quod calorem ad interna viscera contrahunt, ita vt penitus ipse illic consistere non cogatur; vt in Syncope, nec leuiter quoque contrahatur, vt in erubescencia, & leuiore timore, vel frigore, sed maiore quadam violentia, & necessitate, cum qua tamen calor ipse adhuc potest in externas partes leuiter moueri, atq; ita ex ipsius contractione, & recurſu versus externas partes, fiunt tremuli motus & inconstantes, ex incōstantia caloris, & frigus fit extrinsecus, quia nunquam calor durante ea pugna potest attingere externas partes, internæ verò calent ob caloris præſentiã, quæ fit ob illius contractionem: ex utroque verò motu momento temporis factò, tremuli motus fiunt èrgentibus se, & concidentibus pariter omnibus membris temporis momento. Hæc habuimus quæ de re tantoperè difficili traderemus, quæ si non sunt exacta, ceterè talia sunt, vt alijs materiam præbere possint ad eadem elaboranda, & perficienda.

Adde quod plerunque ab initio statim hæc febris non ingruit, sed alijs antegressis, nimirum erraticis, & vagis febribus succedit.

A Generationis modo, quæ est causa sine qua non, sumit indicia ad febrem quartanam dignoscendam: ait enim illam non solere ab initio inuadere, sed succedere plerumque febribus erraticis, & re hæc dixit plerumque: nam aliquando etiam inuadit ab initio; & ratio huius diuersitatis est, quod febres quartanæ aliquando fiunt ex humore melancholico naturali putrescente, aliquando vero ex melancholia genita per adustionem aliorum humorum, nempe ipsius humoris melancholici, vel sanguinis, aut bilis flauæ. Febres quartanæ quæ à principio inuadunt, fiunt ab humore melancholico naturali, alia verò ex melancholia putrescente: necesse enim est, vt præcedant febres alia, quæ vim habent adurendi humores, quomodo videmus ex continuis febribus fieri plerumque tertianas, & illis succedere quartanas. Sequuntur quoque quartanæ non solum alias febres, sed etiam alia que vim habent adurendi humores vt longas curas, vigilias, laboriosam vitam. Ceterum, appellantur febres erraticæ, quæ non seruant ordinem accessionum, id est, veniunt in temporibus, & horis in quibus non expectantur, id enim ostendit fieri mutationem per adustionem ab vno humore in aliũ, quæ mutatio tandè degenerat in atram bilem, ad quam cum est peruentum, iam facta est materia febris quartanæ quæ accedente occasione aliqua putredinis, quæ in his qui alijs febribus recentè laborarunt, prompta est, statim emergit quartana.

Vix autem citra oris ventriculi iniuriam fit quotidiana, quemadmodum nec sine lienis vitio quartana: nec tertiana absque iecoris offensione.

A liud sumit inditium ab alia causa sine qua non, nempe, à foco febris, ita autem appellant Medici partem eam in qua putrescit humor, aut vnde putredo cordi subministratur, aut materia suppeditatur antecedens, quæ postea fit cōiuncta, cum ad eum locum peruenit, vbi putrescere debet. Porro, quotidiana non fit, inquit, citra oris ventriculi iniuriam; vel potius dicendum est, citra

A ipsius ventriculi totius iniuriam, non enim ob vitiatam appetentiam, quæ residet in ore ventriculi, sed ob imbecillam concoctionem, ex qua generatur pituita, contingit quotidianam fieri. Ea autem concoctio potius in alijs partibus ventriculi quam in ipsius ore perficitur. Confert igitur ventriculus ad generationem quotidianam, non quod in eo humor putrescat, sed quod in eo plurimus gignatur si forte imbecillus fuerit, atque ita chilo pituitoso reddito, necesse est sanguificationem quoque lædi: sanguine autem pituitoso abundante in corpore, materia parata est ad quotidianam generationem. Lien vero confert quidem ratione materiæ ad generationem quartanæ, non quod melancholicum humorem gignat, is enim cum alijs humoribus in hepate gignitur, sed quod genitum, vel non expurget, & ab alijs attrahat in se, vel quod detractum non transmittat in intestina: illud contingit, vel ex imbecillitate ipsius; vel ex obstructione vasorum: per quæ fit attractio: hoc verò accidit potissimum ob ipsam obstructionem. Quare videmus quosdam ex quartanarijs sine duritie, & humore lienis, alios vero cum his malis vexari: illos sola imbecillitas, hæc vero obstructio, ut rationi est consonum, molestat. Iecur vero confert ad tertianas gignendas, quia cum supra modum est excalefactum, copiosam bilem gignit tertianæ febris materiam. Nec fortè quidem absurdum est credere sapè fieri has omnes febres vitio solius hepatis: nam vt illud supra modum excalefactum bilem copiosam procreat, ita refrigeratum, & humectatum pituitam, exliccatum vero & refrigeratum, humorem melancholicum, & cum in eo perseverat calor & siccitas, causa quoque fit generationis atrebilis.

Quinetiam si à vehemēti rigore febris initium cæperit, tertianam magis quam aliquam aliam esse iure fateberis. Quod si & alia, quæ deinceps dicentur, consentiant, hanc quidem statim primo die tertianam esse certo scies; sin cum leui rigore incæperit, tum alia nota potius consideranda sunt, cum non quotidiana solum, aut quartana, sed & semitertiana, aut alia ex continuarum genere aliqua esse possit.

Prosequitur cognitionem tertianæ febris, & sumit nunc signa ab actionibus lætis, nempe à rigore, si enim inquit, febris cum vehemēti rigore incæperit, existimare debes tertianam esse febrem, & eam quidem exquisitam, nam quæ spuria est, etiam habet leues rigores, sicut quartana, & semitertiana, quæ constat ex quotidiana continua, & tertiana intermittente. Causam autem huius vehementis rigoris referunt alij in acrimoniam insignem puri humoris bilioli, à quo fit exquisita tertiana, talem enim humorem cum mouentur per habitum corporis, mordicare, & irritare, & ex huiusmodi malis fieri rigorem. Nos autem ad insignem putredinem, quam concipit bilis præter alios humores, excellentis huius rigoris causam referimus, ut antea ostendimus. Sed dicant illi, quomodo pituita viscosa, crassa, insipida, vel dulcis, à qua fit quotidiana, rigorem vel horrorem aliquem committere possit? neque enim talis humor effundi potest extra venas cum ea facilitate quam postulat subitus ortus rigoris, nec spargi per omnes minimas particulas quæ omnes rigent; nec mordicare, nullas mordica-

tionis causas in se continent. Quare tanto probabilius apparet nostra opinio, quanto plura in omni tractatione ex alia emergunt absurda. Ceterum quotidiana exquisita non cum rigore, sed cum solo frigore inuadit ob obtusam putredinem; quæ uero est spuria ex mixtione biliosi humoris, horrorem habet. Quod uero scribit, non solum semitertianas, sed etiam alias continuas cum rigore inuadere, intelligendum est non de puris continuis, sed de continuis mixtis cum intermittentibus qualis est tertiana continua.

Alia uero inditia ex caloris tum qualitate, tum quantitate, arteriarumque motu, & ex rigoris sensus specie, anni tempore, regione, aeris conditione, agrotantis natura ac ætate, atque ex his quæ præcesserunt ac sequuntur, petenda sunt: nam calor quidem multus, acrisque esse debet, pulsus uero magni & calidi, uehementes, celeres, ac frequentes omnis, inæqualitatis præterquam febrilis, experies. Rigor uero uelut cum corpus ab aliquo acuto magis quam frigidum purgatur; cum in quartanis, & quotidianis frigidus rigor sentiatur. Anni uero tempus æstiuum sit, quemadmodum & regio calida, & præsens aeris conditio. Laborantis quoque natura calidior ac biliosior sit, ætas adolescentia, præcesseritque exercitatio magis quam otium, ætus quam refrigeratio, uictus parcus quam largus, uigilia quoque, & marores, & lassitudines, pertinacesque curæ ad id magnum habent momentum.

Quia ex rigore leui qui communis est multis febribus asserere non possumus tertianam esse febrem quam dignoscere uolumus, addenda sunt alia: illa autem sumuntur ex qualitate, & quantitate caloris qui sequitur bilem; tanquam ab essentia ipsius febris sumptis inditijs, necnon ex pulsibus & rigoris specie, tanquam ex actionibus læsis, & effectibus, quos parit bilis putrescens: anni uero tempus calidum, regio calida, aer calidus, agrotantis natura, ætas calida, uitæ conditio, animi mores & passionēs, tanquam causæ gignentes bilem, præbent in hac re sua inditia: quæ enim conferunt ad generationem bilis, uidentur polliceri febrem quæ genita est ex eo humore qui abundat, procreatam esse: ille enim minus regi potest à natura, difficilius transpirare, & facilius putredinem concipere. Omnia uero quæ proposuit Galenus explicat, & per se satis patent, paucis exceptis: nam quod scribit, omnem inæqualitatem præterquam febrilem abesse à pulsibus tertiana laborantium, intelligere debemus inæqualitatem febrilem: ea autem est in febre putrida, eo quod contractio uelocior sit quàm dilatatio, id enim postulat expulsio fuliginosi excrementi quod ex putredine prouenit: Rigor uero etsi fiat ex contractione & dilatatione caloris, tamen ex putredine bilis; vapores consurgunt acres & mordaces, qui eum sensum quem proponit, fortè adferre possunt. Aetas uero ad generandas tertianas apta potius est iuuentus quam adolescentia; hæc enim temperatissima censetur esse. Cutæ uero pertinaces

A & longæ, potius atram bilem quam flauam procreant, unde ex huiusmodi cutis insanitæ nasci solent.

Quod si eo tempore multis tertianis corripitur contigerit, maximum eius febris unà cum iam declaratis, argumentum erit.

Hoc genus signi sumitur, ut in opere nostro ostendimus, à similitudine siue proportionem; cum enim morbi aliqui grassantur alijs consentientibus inditijs, existimare debemus eos qui post alios nascuntur similes illis esse debere.

Hæc autem omnia si adfuerint, aut eorum maxima & accommodatissima, uehemensque sitis, uomitus item biliosus, uel sudor, uel utrumque superneniat, iam tum febris perspicue apparebit.

Alia addit signa quæ partim ex actionibus læsis, partim uero ex excretis sumuntur; solet enim sequi uehemens sitis ardorem ex putredine bilis natum, & biliosus uomitus in tempore inæqualitatis, nam in principio accessionis, ob caloris contractionem, confugiunt humores ad internas sedes, & simul bilis quæ in his abundat, quæ uomitum non excitat eo tempore, quoniam intus calor conclusus est, nihil uero extra mitti potest, nisi etiam extra moueatur calor. Quare, cum iam is exire incipit, natura insurgit ad id expellendum quod stomachum molestat, cur uero sudor sequatur tertianas & alias nonnullas febres, alias uero non; & denique de tota natura & ratione sudoris agere hoc loco institui, ut sequentibus nota ponantur principia. Primum ergo quid sudor sit, proponemus; deinde ipsius causas; tertio, quis modus generationis eius sit. Sudorem facile est definire, est enim humor aquosus per cutem diffusus. Sed alia sunt difficiliora, nam quæ sit illius materia in corpore, dubium est, etenim Galenus dicere solet, sudoris & urinae eandem esse materiam, nempe aquosum humorem, qui ex potu gignitur. Verum fortè melius esset dicere, esse aquosum humorem, qui ex quacumque causa in nobis procreatur: nam non solum potus, sed cibi equosus, & fructus, necnon aeris constitutiones humidæ plurimum illius humoris in nobis pariunt; aliquando uero non plus gignitur ob rectam rationem uiuendi, & moderatas alias causas, quam conueniat, sed non expurgatur ob renum uitium, aut quod effundatur in alias partes, ut contingit in hydrope, ventre ex copioso eo humore tumescere. At uero illud maius dubium inducit, an ipse aquosus humor propinqua sit sudoris materia, ita, ut ipse qui in uenis & internis partibus continetur, effundatur, an potius ex uapore gignatur, conuerso, scilicet ipso humore in uaporem. Quod si hoc sit, alia non parua oritur difficultas, an ex solo humore aquoso fiant illi vapores, an potius ex alijs quoque humoribus. Præterea, cum bilis quoque euacuetur per sudores, (alioqui cur sudor copiosus ardetes & tertianas febres iuuaret?) an ponenda quoque sit bilis sudoris materia. Quod si hoc sit, cur etiam alij humores materiam pariter non præstarent, si quidem sudores non solum biliosas febres, sed etiam melancholicas & pituitosas, atque adeo ipsas synochas iuuant & soluunt.

Quod uero propinqua materia sudoris non sit aquosus humor, patet, primum, quod sudores fiant in corporibus purgatis exactè aquosis humoribus, & in rutilis,

iusticijs, atque in alijs omnibus, semper enim cum
 volumus, ex labore sudores eliciuntur, quod signum est
 materiam non esse ipsum aquosum humorem, nam
 labor vini non habet separandi eum humorem à re
 liquis, sed hoc facit segregatrix, expultrixque facul-
 tas, cuius vi nunc dicitur elici sudores, cum labor eos
 mouet. Præterea, labor non ipsum aquosum humo-
 rem trahit, sed vniuersam massam humorum ca-
 lesfacit, sicut reliquas partes corporis; Ad calorem
 sequitur vaporum generatio, hanc vero ipsorum
 vaporum aliquando euaporatio solum, aliquan-
 do vero etiam sudor. Addo, quod sæpe abundant
 aquosi humores in corpore, nec tamen sudor moueri
 potest tepore & calore cutis, vt in hydropicis ap-
 paret, qui egerimè sudant, alij vero plurimi disfluunt
 in sudores, in quibus nullis inditijs deprehendimus
 aquosos humores intus redundare. Est ergo si hæc
 vera sunt sudoris materia, non humor qui à corpore
 exit, sed vapor qui ab eo consurgit, & circa mem-
 branam cutis densatur, in aquosumque humorem
 uertitur. Verum alia cogunt nos fateri, sudores et-
 iam fieri ex ipso aquoso humore ab internis par-
 tibus euacuato: nam si fierent omnes sudores ex
 ea euaporatione, cur non semper fierent in febris
 omnibus? Deinde, cur quidam essent vtilis &
 deceptorij, alij vero inutiles & symptomati? eua-
 poratio enim non separat bonum à malo, quippè, cū
 consurgat ab vniuersa massa excalescens, & non magis
 qui inutiles sunt, quam qui vtilis, idem assequeretur,
 cogunt ergo hæc ut fiat separatio eius quod est
 inutile ab vtili, si sudores boni esse debent; at sepa-
 ratio fieri non potest nisi sudoris materia sit humor,
 qui ab alijs secerari potest; hæc itaque probant sudores
 quosdam fieri ex uapore, alios vero ex ipso seroso
 humore, & illos quidem fieri a causis euaporantibus,
 & ad cutem attrahentibus, vel ad illam commouen-
 tibus humores, cuius generis sunt, exercitatio, motus
 que violenti, ira, Syncope; etenim, labor musculorum,
 & tandem internas partes agit, & calescit: Ad hæc
 vero sequitur, euaporatio. Ira autem, interna viscera
 primum calesciendo, euaporationis quoque causa est,
 quæ spontè postea ad cutem tanquam ad supremam &
 externam corporis partem ascendit in syncope sub-
 bito contrahuntur spiritus, & quicquid est vaporosum
 in nobis vna cum sanguine in viscera interna que
 rapitur, qui postea redeunt confertim ad cutem,
 refrigerati ab eo malo, facillè densantur, & in
 madores conuertuntur. Ceterum, aquosum eum
 humorem sudoris materiam, nonnulli putant à sola
 carne & solidis partibus educi, eum enim qui in
 venis continetur, per vrinas expurgari, sed illi
 aberrant, nam ita fieret, vt nunquam sudores
 iuuare & finire possent febres, & alios morbos
 qui in venis sitam habent generationem. Quicquid
 ergo aquosum est, tum in habitu corporis, tum in
 venis, illud materia est sudoris, propterea, lassitudines,
 dolores musculorum, & (vt dixi) venarum affectiones,
 pariter adiuuant sudores. Sed cur est quod sudores
 pro sint biliosis & melancholicis atque etiam sanguineis
 febribus, si illorum materia est aquosus humor
 longe diuersus à materia illarum febrium an id fit
 quod vna cum sudore simul extruditur ea materia?
 sed quomodo quæso id fit? cur enim expellitur
 aquosus humor, si ille non obest? An id fit, quod
 sine aquoso eo humore alij expelli non possint per
 cutim? sūt enim alij humores ita inter se commixti,
 & cum seroso humore, vt separari non possint nisi
 subsit ipse serosus humor; vnde videmus, etiam per
 aluum & vesicam, nec bilem, nec alios noxios
 humores excerni absque seroso humore, & cogitur
 natura id facere in sudore, quod præstat in
 profluuiio sanguinis

e naribus; nocet enim feruor sanguinis & ebullitio
 ex qua vapores multi consurgunt, quibus cum
 natura exitum quærat, orificia venarum aperire
 cogitur, per quæ non solus vapor mali causa, sed
 simul sanguis exit, aut biliosus humor mordicans
 vna cum sanguine, qui mali causa non est. Cogitur
 ergo natura expellere nonnunquam id, quod non
 obest: quia nequit ei quod malum est sine eo cum
 quo est coniunctum. Nunc quæ sit causa efficiens
 sudoris explicandam est; & ea vna certè non est,
 si materia aliquando est vapor, aliquando vero
 aquosus humor: nam cum vapor materiam dat
 sudoris, eum procreant quæ calescunt corpus, &
 maximè externas partes, habitum scilicet corporis
 & cutem, cuiusmodi est exercitatio, aer calidus,
 balneum aquæ calidæ. quæ si vera sunt, constat
 ea que calescunt & humectant extrinsecus,
 maximam vim habere ad sudores promouendos,
 addunt enim corpori aquosum humorum &
 simul eam auocant (propterea dicebat Hippocrates
 in Aphorismis plurimos sudores esse spectandos
 in febribus in eo tempore quod erit verissimile?
 At sudores qui fiunt exeunte ipso humore
 aquoso à corpore, fiunt per expulsionem, quam
 præstat facultas expultrix, illius enim officium
 est, segregare humores, & extrudere in hanc
 vel aliam partem, pro firmitate & loci conuenientia,
 & ipsius nature impetu. Ac cum natura ipsa
 tempestiue mouetur, id quod fit in morbis,
 concoctis humoribus, tunc vtilis fiunt sudores,
 ut & alia excretiones; alioqui symptomati,
 & inutiles. Sed cur fiunt sudores in his
 qui morti sunt propinqui, & à qua causa?
 non enim fiunt vi expultricis facultatis, vt
 potè propemodum extinctæ; & minus probabilis
 est eorum ratio, qui eos fieri dicunt ob imbecillitatem
 retentis facultatis, quæ finit aquosum humorem
 effluere; cur enim cum potius humorem quam
 alios effluere sine ret? fiunt ergo (vt atbitror)
 tales sudores, ob euaporationem, quæ refrigeratur
 circa cutem iam propemodum emortuam. Hæc
 quidem de materia & efficientibus causis
 sudoris. Concurrunt vero alia causa sine
 quibus sudores non fiunt, & qui fiunt, copiosius
 aut parcius effluunt, cuius generis sunt cutis
 meatus, & habitus corporis, quibus enim densa
 est cutis, & corporis habitus, sudores non
 fiunt, aut certè difficiles, etiam si materia
 subsit, & causa efficientes ad sint quæ illam
 moueant quomodo videmus, in tribus frigidis,
 nec in sanis, nec in ægris sudores moueri,
 non tamen propterea nimia raritas confert ad
 sudorem per eam. n. vapores facilius transpirant
 quam sudoris generatio postulet, necesse enim
 est vbi sudor fit ex euaporatione, vapores
 sicut circa membranam cutis, & ex leui
 refrigeratione, aut certè non ex vehementi
 calore fieri illorum conuersionem in aquam,
 quomodo aquæ destillatiæ fiunt cum vapores à
 subiecta materia eleuati, sicut in concauitate
 vas vitrei aut plumbei supereminetis: quod si
 vas illud perforatum esset, aut ex materia non
 densa confectum, non vtique vapor concre-
 scere posset. Sic igitur in generatione sudoris
 ex vapore, necesse est cutem non admodum
 esse densam, nec plus iusto raram, illo enim
 modo (ut dixi) non fiunt sudores in temporibus
 frigidis; hoc vero qui hypocaustis feruunt
 ob diuturnam in loco admodum calido moram
 non amplius sudant, fit enim illorum cutis ita
 uaporibus peruia, vt facillimè transpirent non
 expectata mutatione in aqueum humorem. Eodem
 modo messorum & alij qui se vehementius
 exercent, posteaquam diu sudarunt, tandem
 sudare desinunt & si non deest euaporatio,
 nimirum quod cutis idem patiatur vt in
 alijs dictum est. Fortè diuersa ratio est in
 sudoribus, qui fiunt expellente natura per
 cutim aquosum humorem:

morem; nam in eo casu quo cutis rarior fuerit, tanto aptior videtur ad sudores transmittendos, propterea in cutibus largissimi emanant sudores in temporibus admodum calidis, & in longis morbis nullus videtur aliquando sudandi finis adueniente Vere, & aestate, quo tempore natura aquosos humores genitos & retentos in hyeme per sudores expurgat. Ceterum ad hanc tractationem redigi facile possunt quae scribit Arist. in Problematis de sudore; & Hippocret. atque Galenus passim in suis Operibus. Solent autem sequi sudores tertianas febres, maxime exquisitas, quia illae fiunt in aestate, quo tempore cutis ad sudores est accommodatissima, & natura bilem putrescentem in venis suapte natura leuem propellit versus cutem, & cum illa serosos humores. Vomitus vero biliosus non solet finire tertianas, ut qui fiat in tempore inaequalitatis accessionis: utrumque ergo fit, sed vomitus circa initia materiam antecedentem euacuans, sudor vero coniunctam.

Quod si post haec à febre conquieverit eger, hac inquam febre quae ex suo motu omnibus est cognita; relinquatur vero propria febrium in arteriarum motu inaequalitas, aequae pro certo hanc esse tertianam pronuntiare poteris, ac si tertio iam die accessionem videas rediisse.

EX his quae sequuntur sudores & vomitus, nempe ex quiete & intermissione febris tanquam ex parte morbi praenunciat tertianam esse febrem. Addit etiam inditium ex pulsibus, quod scilicet maneat inaequalitas quae propria est febribus, non omnibus, sed putridis. Eam autem putat esse inaequalitatem, in qua constrictio arteriae velocior est, quam sit dilatatio ut expellantur vapores ex putredine genitis; sed ego puto hanc inaequalitatem verius fingi posse quam sensibus deprehendi, quandoquidem experientia docet, nihil in pulsibus relinquere finita accessione tertianae ex qua possimus illam deprehendere.

Quartana vero (nam & huius notas tibi commemorare oportet) euidentissimum quidem sui inditium praebet initio statim accessionis, quando ipsi adhuc aegroti rigent, pulsus enim admodum rarus ac tardos obtinet: sed necessario dum ad rigorem peruenit, vel adhuc etiam increpescit, celeres ac crebros: seruatur tamen & tunc nativa eorum tarditas ac raritas, si celeritatem & frequentiam adiectam accessioni consideres. Etenim si quartana vigorem cum tertianae vigore compares, multo celerius ac frequentius in hac arteria tibi micare videbuntur: atque vnius motus in quartana inaequalitas, eius speciem commanstrat: quae cum omnium communis sit, & in hac tamen euidentissime deprehenditur, multo enim concitatius principium motus & finem, quam medium inuenies, quod in tertianis non ita habet: in his enim celeritatis excessus, maximeque in vigore, breuis est.

A **C**VM vniuersa signa sumantur vel ab essentia rei, de qua agimus, vel à causis, vel effectibus, vel similitudine cum alijs: ab ijs vniuersa signa sumit Galenus ad dignoscendam quartanam febrem. Et primum quidem ab effectibus, nempe à pulsibus: ait enim pulsus eorum qui quartana laborant, esse in principio accessionis cum rigent adhuc aegroti, ritos & tardos, quod intelligendum est, si comparentur cum pulsibus tertianae: nam aucto praeter naturam calore in corde, pulsus augeri vel in magnitudine vel velocitate, aut frequentia necesse est; at cum magnitudo tunc non adit ob virtutis & caloris contractionem & veluti oppressionem, & crebritas sola, maxime imbecillitatis sit inditium, quae etiam abest in salutari affectu, oportet profecto velocitatem & crebritatem coniungi, ut vsus expleatur, ut quod experientia docet: nullus enim inueniet pulsus in quartana suapte natura admodum ritos & tardos, sed veloces, & frequentes, verum ea frequentia, & celeritas minor est quam postulet accessio aliarum febrium, maxime tertianae, cui videtur comparare hos pulsus: difficile enim accenditur humor melancholicus, propterea calor ab initio accessionis est exiguus, qui pulsus veloces, & crebros edere non potest, quales fiunt in tertiana. Quod si comparentur cum pulsibus quotidianae, aliter fortasse iudicandum erit. Quod vero scribit inaequalitatem quae est in vna pulsatione maxime ostendere esse quartanam, difficile est intelligere: ea enim est inaequalitas quam dixit iam communem esse omnibus febribus, & tunc eam exprimit: est enim propterea inaequalis pulsus, quia principium motus, & finis celerius fit quam medium, cuius rei causa, & talem inaequalitatem verius fingunt interpretes, & ipse Galenus, quam ut actu dignosci possit, aut vera ratione deprehendi, de qua re poterit quilibet, si velit, videre quid sentiat Galenus in lib. 2. de caus. puls. cap. 4. & 5.

Quin etiam caliditatis notis haec febres distinguuntur: tertianarum enim calorem, & ardorem, at tanquam feruorem in quartanis haudquaquam reperies.

SVMIT signum ab essentia ipsius febris, nempe à caloris qualitate, quae in quartana apparet, quoniam enim materia quartanam efficiens frigida est, sicca, & crassa, calorem, & ardorem magnum non concipit, ut fit in tertiana ex ardore bilis calidissimi, & siccissimi, & tenuis humoris.

Haec quidem maxima signa sunt: reliqua vero externa, neque haec sunt omittenda, quia aegrotantis natura consideranda est, num ad atram bilem magis declinet, & an tempus anni autumnus sit, praesensque aeris constitutio inaequalis.

APPELLAT externa signa, quae à duobus alijs fontibus sumuntur, à causis, & similitudine, sunt enim potius coniecturae, quam vera & propria indicia, addita tamen proprijs, cognitionem confirmant. Aegrotantis ergo natura suas praebet notas, & ea quidem non est simplex; quoniam non simplex est materia quae quartanam efficit, fit enim aliquando ab humore melancholico naturali, aliquando ex atra bile genita per adustionem melancholici

cholici ipsius humoris, vel sanguinis; aut bilis flauæ, ac ad humorem melancholicum gignendum natura, & temperatura est apta quæ frigida est & sicca, illa enim plus humoris melancholici elicit ex nutrimento in sanguinis generatione, quam alia quecunque. Atram verò bilem gignit, quæ calida est & sicca: tenuiorem enim portionem in bilem vertit, crassio- rem in atram, & ipsam etiam bilem flauam tandem adurit, & in atram mutat, quo modo videmus in ætate primum fieri tertianas, postea vero quartanas, & tandem multos infania, & quartana facillimè corripit, Autumnus vero quartanas gignit, quia ficcus est, & in calore & frigore inæqualis, ex qua inæqualitate tandem degeneratio fit humorum in atram bilem; propterea non omnis acris inæqualitas, sed ea quæ est similis Autumnus, apta est ad quartanas faciendas, & significandas.

Sic verò loci, & morborum tum ingruentium natura inspicienda.

Sunt quædam loca apta ad quartanas generandas, & illa tamquam causæ præbent suas notas, quod si quartanæ grassentur non temerè ex similitudine colligemus eam esse quartanam, de qua dubitamus.

Et num Lien interuenerit.

Hoc indicium etiam sumitur à causa, est enim Lien aliquando causa quartanæ, eo quod vel non attrahat humorem melancholicum ob suam imbecillitatem, vel attractum nõ transmittat propter illius obstructiones; Videmus tamen multos quartanarios absque tumore Lienis, quod signum est ob hepatis vitium eas fieri, cum scilicet plus humoris melancholici, aut atræ bilis in generatione sanguinis gignit, quam Lien attrahere possit, fertur enim tunc cum sanguine talis humor, qui postea putrescit, vt alij humores, qui abundant, facilius accepta occasione putredinis, vt in alijs fieri solet.

Febresq; inordinatæ præcesserint.

Et hoc quoque indicium sumitur à causa, nam inordinatæ febres varietatem humorum ostendunt, quorum pars tandem in atram bilem degenerat.

Et atas vigorem excesserit.

Quartanas videmus fieri in adolescentia & iuuentute, perinde, atque in declinante ætate, quare nulla ætas propria est his febribus, quoniam diuersi sunt humores, & singuli proprijs suis ætatibus: nam cum fiunt in pueritia, & adolescentia, causa est (meo quidem iudicio) sex sanguinis mēstrui, quæ expurgatur à natura in ætate in qua calor eam materiam commouere potest, biliosa enim pars, & pituitosa illius sanguinis, in variolas (vt uulgo dici solet) in infantia expurgatur. Melancholica vero portio in nonnullis quartanam efficit in adolescentia, & quartanas gignit; cum uero fiunt quartanæ in iuuentute, per aduersionem gignitur atra bilis; in declinante uero ætate fit humor melancholicus ob frigiditatem, & siccitatem temperamenti, & quoniam non

A una est species humoris quæ quartanam efficit, ideo magnas videmus fieri in illis differentias, siquidem quædam mitiores, alia uehementiores, alia etiam maligna afferunt accidentia.

Febrisq; in sudores deserit.

Hoc indicium nec proprium est, nec inseparabile, nec perpetuum, multis enim alijs febribus hoc accidit, nec omnibus quartanis conuenit, nec in uno semper: nam in quibusdam laborantibus quartanæ non fiunt sudores ante rigorem, aut declinationem morbi, in quibus cutè fiunt sudores coaceruari solet multus aquosus humor, fortè ex pituitosa aquosa, quæ ob debilitatem caloris in his congeritur, uel quod serum sanguinis non bene expurgetur propter obstructiones uenarum, uel quod à calore impellatur in minores uenas & habitum corporis.

In hac enim uomitus bilis expectandus non est: quemadmodum nec in quotidianis, cum id tertianarum proprium sit.

AB excretis, & retentis tanquam ab effectis signa sumit, quod scilicet in his non fiant uomitus biliosi, sicut nec in quotidianis, quippe, cum huiusmodi uomitus proprius sit tertianis. At dicet quispiam, si tertianis proprius est uomitus biliosus, cur in quartanis non fiet melancholicus, & in quotidianis pituitosus? Ratio est, quod melancholia sua pte natura grauis repat ad partes inferiores non autem ad orificium uentriculi, ex cuius affectione uomitus mouentur; Propterea dicebat Hippocrates, melancholicos per inferiora, biliosos uero per superiora euacuandos esse; in quotidiana uero fiunt sepe pituitosi uomitus, sed difficiles, ob pituitæ uisciditatem, quæ tunicis uentriculo inhaeret. Quod si bilis cum pituita iungatur, uomitus fieri solet, & in tertiana notha, sed difficilis, cum bilis motus ad superiora, tardetur à tenacitate pituitæ.

D Quod si pacata febre, eius signum adhuc permaneat, & pulsus naturalis sit rarior ac tardior, palam est ipsam quartanam esse.

Quæ sint signa, quæ finita accessione, ostendere possint quartanam esse febrem non docet: nonnulli uero interpretes dicunt esse acidum, vel insipidum saporem qui in ore percipitur, quorum neutrum firmum est: nam insipidus sapor non sequitur humorem melancholicum; acidus uero indicat non minus pituitam, quam atram bilem; quare difficile est diuinare quæ sint ista accidentia quæ relinquuntur post accessionem, nisi sit lassitudo, & uelut contractio membrorum, vt experientia docet, necnon urinae tenues, & aquosæ, quæ in alijs febribus solent esse uinctæ.

Quotidianam autem his maximè notis deprehendes, calor necessario humentior est, cum quadam acrimonia, quam non protenus adnota manus, sed permanens sentit, caliditatem enim quandam fumosam cum largo uapore commixtam exire putabis: scilicet igni in

multa humiditate potius suffocato, quam ipso materia euincente.

Quotidianam primum patefacit ex qualitate caloris, cum enim consistat ex pituita putrescente, merito calor est cum quadam humiditate, ob naturam pituitæ, & acris ob putredinem, nec protinus sentitur, ob eam causam quam ipse addit ex compactione ignis accensi lignis admodum viridibus.

Sed & harum pulsus minores sunt quartanarum pulsibus, quam quartanarum pulsus sunt tertianarum. Rursus, quotidianarum pulsus tanto sunt tertianarum pulsus rariore, quanto harum sunt quartanarum pulsus. Et in viris que eadem est tarditas.

Ex consideratione causarum quæ has tres febres pariunt, tertianam scilicet, quartanam, & quotidianam, facile reddi potest ratio diueriorum horum pulsuum: nam bilis flaua putrescens pulsus edit, maiores, velociore, & crebriore quæ sint pulsus qui sequuntur putredinem pituitæ, & humoris melancholici; quotidiana vero pulsus rariore sunt pulsibus tertianarum, quoniam minor est necessitas refrigerationis. Rursus, pulsus quartanarum rariore sunt pulsibus quotidiana, quia humor melancholicus frigidus, siccus, & terrenus, minorem excitat calorem cum putrescit, quàm faciat pituita. Quod vero dicit, parem esse tarditatem in quartana & quotidiana, non probat, nec facile reddi ratio huius potest, quia nec experientia docere potest hanc æqualitatem: nam quod alij dicunt ideo fieri pulsus tardos in quotidiana, quia virtus est debilis, recipiendum non est, etenim, in primis accessibus nulla adest causa tantæ imbecillitatis, quæ nequeat edere pulsus veloces.

Verum hæc febris minorem adfert sitim: hanc itaque quartana tantum excedit quantum quartanam tertiana, atque in tertianis quidem lingua totumque corpus aridissimum est, in his vero humidissimum, vomitionesque pituitosæ, & quicquid per ventrem excernitur frigidius, humidius, crudius & pituitosius est; & in his febribus vniuersum corpus crudis humoribus sciet: siquidem hæc atatibus, naturis, anni temporibus, & temperaturis humidioribus accidunt: nunquam enim adolescentem biliosum ac natura siccum hac febre correptum vidimus: pueri vero præsertim natu minores, & ex grandioribus qui pituitosi magis ac corporis habitudine crassa sunt, vitamque agunt otiosam, gula indulgentes, & ebrietati dediti, crebro balneis, maximeque a cibo utentes, quotidianis facile corripuntur: sed & locus humidior, & tempus hybernum, aerisq; constitutio humidior, hæc maxime febrem inuehunt, que situnt etiam grassetur, præter antedicta,

A maximam adferet cognitionem: Verum harum febrium declinationes uti tertianarum & quartanarum, sudoribus non finiuntur, unde neque ad manifestam febris remissionem, paucis quibusdam exceptis, perueniunt.

Hæc omnia per se satis patent inditia, & illorum causa: nam ex pituita putrescente febresque accedente hæc omnia symptomata proueniunt. Quod vero scribit adolescentes biliosos & siccos non tolerare his febribus corripi, ita intelligendum est, si conuenientem victus rationem seruauerint, alioqui ex crapula, otio, & alijs causis enumeratis, pituitam cumulare possunt, & illius putredine quotidianam febrem accendere. Sudores quoque in illis non fiunt, quoniam qui pituitosi sunt, cute sunt densa & frigidior, & quoniam pituita quæ quotidianas committit, non est aquosa, sed crassa, & viscida, quæ difficile fit materia sudoris; & quoniam non fit sudor & debilis euaporatio, propterea non solent huiusmodi febres venire ad perfectam remissionem, nisi sint nothæ ex permissione bilis, tunc enim sudores fiunt, & dilucida interualla.

Vrina autem procedente febre totius morbi tempora docent, initio vero eius speciem ostendunt in quotidianis enim aut albæ, vel tenues, vel crassæ & turbulente, aut rubræ apparent; in tertianis rubræ, vel subrubræ; in quartanis vero variæ sed crude omnes; Atque hæc quidem sunt febrium intermittentium notæ.

DE Vrinis mallebam tacere quam pauca dicere: est enim tractatio & longa, & difficilis, adeo, ut explicati pro dignitate non posita nobis hoc anno, in quo illa, quæ sunt propria tractationi de febribus ex nostro officio docere institutus. Verum quoniam video vos hanc materiam à me expectare, ut vobis satisfaciam, aggrediar quidem illam, non ut expectetis integram tractationem, sed ut principia habeatis & veluti fontes ad quos possitis vestro labore particularia omnia redigere. Constat ergo (ut breuiter dicam) tractatio de vrinis aliquot partibus: nam in primis quid vrina sit scire oportet; Deinde, quæ, quotve sint illius differentiarum; Tertio loco, quæ cause; Quarto, quid possit ipsa vrina, & singulæ illius differentiarum ostendere de corpore, illiusq; affectibus; postremo, quod obseruare oporteat Medicum ut recte iudicet de vrinis. Quam quidem tractationem utilissimam esse omnes agnoscunt; qui vident sæpe ex sola vrina Medicos internos affectus multos, quos nec pulsus, nec alia indicia declarare possunt, patefacere, & nunc mortem, nunc salutem ex illius consideratione prædicere: Quo magis mirari licet; Galenum non fuisse complexum hanc tractationem certa aliqua methodo: omnia enim apud illum sunt de hac re sparsa, nulla principia posita, nihil denique vel inceptum aut absolutum apud illum repetire licet; quod quidem Aëtarius facere tentauit, ac in Methodo quidem non errauit, verum fabulosa multa tradidit, & oratorum more extollere suum opus studuit, de quibus tuo loco. Itaque definiunt nonnulli vrinam esse sanguinis excrementum in caua vena, per renes & vrinarios meatus in vesicam delatum; In quo mea sententia errant: non enim excrementum

tum est, quod fiat in sanguinis generatione, sed quod fit in concoctione, quæ in ventriculo peragitur; id quod, tum ratione, tum auctoritate Galeni probo: Est enim hoc principium, in omni coctione, quæ in corpore fit, duo resultat excrementa, unum crassius, alterum tenuius, & merito quidem: nam cum in consistentia rerum, reperiantur solum tria, unum quod mediocre est, aliud tenue, aliud crassum, quod mediocre est, assimilatur naturæ, quæ ut ex contrarijs ad mediocritatem peruenit, sic mediocri solum potest ali & conseruari; quare necessario duo & non plura relinquuntur ex omni coctione excrementa, crassius unum, alterum tenuius; Id in coctione apparet, quæ in singulis partibus fit in habitu corporis, in qua sordes fiunt quæ camisias tingunt, vt est crassum excrementum.

Alterum est vapor, qui per insensibilem vacuationem transpirat ob tenuitatem, cuius odore permoti canes, dominos suos agnoscunt, & inimicos odio prosequuntur, & feras venantur, & tandem inveniunt, & capiunt. Eodem pacto in coctione quæ obitur in hepate, resultat humor melancholicus, crassum excrementum, & bilis flaua, tenue: In ea uero quæ peragitur in uentriculo, crassum apparet excrementum, steruus scilicet, quod ad intestina descendit. Quod si urinam dicamus sanguinis & coctionis in qua sanguis gignitur, tria essent istius coctionis excrementa, & vnicum eius quæ in uentriculo fit coctionis. Quare urina est tenue excrementum: quod resultat ex coctione uentriculi: docet id, color illius suapte natura albus, qualis est color uentriculi, deinde materia illius ex qua gignitur, nempe potus, qui sola mutatione coloris in colorem uentriculi fit. Testatur idem Galenus libro 4. cap. 5. de usu partium, ubi scribit ferè circa initium libri, duo resultat excrementa ex coctione hepatis, humorem melancholicum, & bilem, aquam uero & aquosum humorem, vt excrementum quod nutrimenti uehiculum uocari scribit ab Hippocr. & ipse lib. 5. eiuſdem urinam uocat, hoc inquam excrementum tenue & aquosum, dicit factum esse ut ex uentriculo in uenas, & ab illis ad hepar excibus factus facile transire possit. Itaque si ex uentriculo dicit illud ferè per uenas & hepar, constat non in hepate aut uenis gigni, sed genitum fuisse in uentriculo ex potu: nam ex qua materia in hepate gigneretur, & quomodo hepar rubrum posset in aquam, & album colorem mutare? Est præterea potus materia tenuis, quæ nulla alia expectata elaboratione, statim potest in uentriculo eam mutationem quæ uertitur in aquosum humorem capere: Est ergo illud tenendum, gigni urinam in uentriculo, non tamen nomē urinae capere, donec per ureteres, id est urinatios meatus, & à renibus separetur à sanguine, perfecta coctione hepatis: nam excrementa nomen non habent excrementi interim dum sunt confusa cum alijs humoribus; sic bilem utranque quæ cum sanguine est in uenis humores uocamus: excrementa uero quod ex illis separatam est à massa sanguinis. Quia ergo non separatam hoc excrementum statim post coctionem uentriculi, sed post coctionem quæ fit in hepate, ideo putant alij in coctione hepatis gigni, quod uerum non est: nam (vt diximus) in uentriculo gignitur, & post coctionem perfectam in hepate, separatam, & quod prius aqua, aquosumque excrementum dicebatur, urinae nomen accipit, eadem re seruata, & non uine mutato; in quo apparet error Actuarius, qui capite 4. & 5. primi libri, scribit quattuor fieri coctiones, Primam in uentriculo, cuius excrementa sunt quæ per uentrem descendunt, & quæ per os emittuntur; Secundam in uena porta & caua hepatis, cuius excrementa sunt humores al-

terius speciei, id est, bilis flaua & atra; Tertiam dicit fieri in gibba hepatis, & uenis alijs, cuius excrementum dicit esse urinam, & quæ in urina subsident, et si primo de causis urinarum dicat illam esse secundæ coctionis excrementum, tertie uero, illa quæ in urina continentur, & sudores, & sensibilem transpirationem; Quartam dicit perfici in singulis partibus, cuius excrementa sunt quæ per insensibilem transpirationem expirant, & quæ cuti adherent crassiora excrementa. Errat enim ille quod quattuor coctiones ponat: tot. n. sunt ponenda; quod reperiuntur parere duo genera excrementorum; Quare, nec in ore (vt Auicenna putauit) fit aliqua concoctio; nec ostendere potest duplex excrementum ex coctione uentriculi si urina unum non sit ex illis; nec in hepate fit nisi vna, nam duo duntaxat excrementa ex ea eliciuntur; nec illa quæ in uenis fit, separanda est ab ea quæ fit in ipso viscere. Adde, quod Galenus nunquam posuit nisi tres, quas antea recensuimus. Quod si placeat iam definitionem urinae colligere, dicemus eam esse aquosum excrementum, quod in coctione quæ fit in uentriculo gignitur ex potu, & perfecta coctione hepatis separatur à sanguine à renibus, in uesicamque recipitur: nam per sudorem vacuatur etiam aquosus hic humor, qui propterea non dicitur urina, quia nec à renibus trahitur, nec in uesicam recipitur. Eductur parti ratione aliquando per intestina, vt in alui fluxu, & vna cum sanguine uena secta educitur, uocaturque humor aquosus, sed non urina. Vacuantur per renes, & in uesicam recipiuntur lapilli, arenule, sanguinis grumi, pili, & multa alia, quæ urina non dicitur, quia non sunt de natura aquosi humoris, sed in urina dicuntur contineri quando cum illa exeunt.

Differentiæ urinarum.

Urinae differentias sumemus primas, & præcipuas ab his quæ in illa apparent, alias uero à causis & effectibus suis. Apparent, quidem in urina, substantia siue consistentia, qualitates, quantitas, & contenta: in substantia sumuntur hæc tria; quædam. n. crassa, alia tenuis, alia mediocris. Porro tenuis urinae tres perhibentur esse diæ; quæ dā. n. tenuis mingitur, & postea talis manet; alia uero tenuis quidem mingitur, sed postea conturbatur, idque uel statim, aut longiore interposito tempore; sic crassa; quædam crassa mingitur & paulo postea extenuatur; alia uero talis manet, qualis mingitur, crassa. Has quidem differentias tribuunt Actuarius, & Galenus, crassis utinis: uerum confusis potius tribuendæ sunt & perspicuis: Aliud enim est confusio & turbulencia in urinis, aliud crassities: nam tenuissimam etiam urina tandem corrumpuntur & turbulencia crassæque euadunt; sed reuera, crassities non est urine reputanda, quod ex corruptione & externis causis illam acquirit. Ceterum, qualitates quædam ad tactum siue ad primas qualitates; aliæ ad secundas, vt ad visum, aliæ ad odoratum; aliæ ad gustum pertinent, à quibus urinarum differentia sumi possunt: in qualitatibus primis aliæ & calidæ, & acres sentiuntur cum minguntur, aliæ non item; in uisibili autem consideramus perspicuitatem, & illi contrariam opacitatem, cuius turbulencia species quædam est: quædam enim perspicua, aliæ uero opaca; aliæ etiam turbulenciae conspiciuntur, potestque; tenuis esse urina & tamen opaca, sic crassa, & tamen perspicua. Quapropter, rectè claritatem & turbulenciaem Auicenna distinxit à substantia, in qua consideremus crassities & tenuitatem, datque exemplum; nam, inquit, albumen

bumen oui, & gluten piscium, & vitrum liquatum, crassa sunt, & tamen clara & perspicua; aqua vero turbida tenuior quidem albumine oui est, & aliis superaddictis, & tamen turbulenta est, & opaca. Aliud ergo est tenue à claro & perspicuo, aliud opacum, confusum turbulentum à crasso, ut non in minimo errore (vt diximus antea) Actuarius capite nono de differentijs animarum hæc confundat.

Pertinet ad visibiles qualitates (ut diximus) colores, per quos differunt quoque vrine: alia enim est alba, alia pallida, alia rufa, alia flaua, alia rubra, alia nigra: Vt enim sunt præcipui, & simplices colores; alij vero ex horum mixtione fiunt. Verùm inter albas, alia crystallina, alia niuea, alia aquea, quod colorem cristalli, niuis, & aque representent, dicuntur: & hæc sunt intensæ albedinis; alie remissioris, vt lactea, glauca, charopa, lactea dicitur, quæ refert colorem lactis; glauca verò, quæ refert colorem cornu albi; charopa, similis est subalbidis pilis cameli, pallida est, quæ pallidum colorem representat, quæ citrina alio nomine dicitur, quod colorem, qui in cortice citri mali est representet; media est inter pallidam & albam, subpallida, quæ ab Auicenna rectè palearis vocatur, quod palea tritici colorem referat; post pallidam, rufam ponit Actuarius, & Auicenna flauam; Rufam autem auri puri colorem imitari dicunt, vocant Græci *σφύρον*, idest, igneum, quod ignitos carbones fortè representet, aut potius ignis flammam: media est inter pallidam & rufam subrufa quam in homine sano & temperato reperiri dicunt; flaua, quam *ξανθή* uocant, crocea à nostris dicitur quod representet colorem croci cum flores eius fuerint in aqua dissoluti, media est inter flauam, & rufam subflaua, qualis est color, qui in floribus cartami apparet; Rubra vrina est, quam *ερυθρον* appellant Græci: cuius multæ sunt species: nam quædam est rubra ad albedinem declinans, qualis apparet in cerasis malè maturis, & in quibusdam matutis; alia rosea, vt in rosis apparet, alia rubra, purpurea, seu rubra viua, vt in purpura apparet, alia rubra obscura. Has ponit differentias Auicenna, quibus respondent hæc nomina, cum dicimus urinam vineam, passream, uenetam; Est enim uinea, quæ nigri rubei uini quod habet colorem iecoris ostendit; passrea uero, quæ est similis passio facta ex uua nigra, aut cerasis nigris; ueneta est, quæ ex puro albo, & nigro equaliter mixtis resultat: mihi uidetur esse color quem tancum uocamus; nigra est vrina, quæ habet colorem carbonis extincti. Inter rubram & nigram viridis, oleacea, & liuida reperiuntur; Viridis quæ colorem brassicæ aut graminis, aut smaragdi monstrat; liuida, quæ plumbi colorem refert; oleacea uero, quæ olei colorem imitatur. Videte Galenum 73. 3. Epidemion, Comment. 3. ubi de oleosa vrina disputat, ubi docet, quosdam intellexisse oleosam, pinguem ut oleum; alios uero eam quæ colore, & consistentiâ sit similis oleo; quam opinionem ipse sequitur; adeo, ut oleosa vrina non solum à colore, sed etiam à substantia dicatur, sicut etiam aquea, quæ talis dicitur, quod in colore, & consistentiâ similis sit aque. Ceterùm, à qualitatibus quæ odore percipiuntur sumuntur etiam vtilis differentie: quædam enim bene, ut urinam potest olere, alia malè, & inter has diuersarum rerum malè olenium, quædam plus, uel minus odorem representant.

Quod si Medicus non esset uir egregius, & planè nobilis (vt debet esse qui hoc nomine dignus est) posset ex vario sapore qui in urinis est differentias colligere; sed eas reijciamus, ne artem nobilissimam, fordidissimam reddamus.

À quantitate uero sumimus differentias: uel enim

non redditur vrina, & penitus supprimitur; aut certè minus quàm oporteat; aut mediocritas est illius quantitas; aut multa, adeo, ut mediocritatem, & potus debitam quantitatem excedat.

Ceterùm, à contentis differentie sumuntur: non enim eadem continentur semper in omnibus urinis: in uniuersum tamen, continentur quædam quæ supernatant, alia uero innatant, alia subsident, supernatant quidem pinguedo, bullæ, spuma; innatant uero nubecula, æneorema, filamenta, pili, & si quid aliud simile est, quod fundum uasis non petit; subsidet hypostasis, sabulum, lapis, pus, grumus, arenule, & cetera quæ fundum petunt. Quod uero non uocauerim omnia quæ in suprema parte innatant, nubeculas, & in medio æneoremata, & quæ in fundo continentur hypostasim, ut nonnulli, & ferè omnes Scriptores faciunt, in causa est, quod nubecule, æneoremata, sedimenta, humores sint pituitosi, reliqua uero prædicta, vel humores non sint, aut alterius generis quam pituita. Quod uero humores pituitosi sint nubecula, æneorema, & sedimentum, ex hoc constat, quod continuitatem suam seruent, & viscosa sint, deinde, quod in album colorem mutantur, qualis pituita est; postremò, quod in morbis biliolissimis, aut in sanis qui sobriè uiuunt, aut illa non gignantur, aut certè vix sensibilia, deficiente nimirum idonea materia, pituita scilicet: mirorq; nec Galenum, nec Actuarium definire illorum essentiam & substantiam. Intelligere autem oportet, hypostasim esse humorem pituitosum: qui in fundo continetur, non quod necessariò fundum tangere debeat, sed quod ad fundum repat. Diuiso enim vase in tres partes æquales, quod supremam obtinet, nubeculam; quod mediam occupat, æneorema; quod infimam possidet, sedimentum uocamus. Capiunt uero hæc contenta differentias & à qualitatibus, & quantitate, & substantia: Est enim sedimentum nunc crassum, nunc tenue, nunc mediocre, nunc album, nunc nigrum, nunc alterius coloris; nunc asperum, nunc lene, nunc æquale, nunc inæquale; nunc figuram habet pyramidalem, nunc alterius rei; & nunc exiguum est, nunc multum, nunc putum, nunc cum alia re mixtum. Ac in nubeculis & sublimamentis similes differentie reperiuntur.

Sumuntur à causis alia urinarum differentie; quædam enim à bile, alia ab humore melancholico, alia ab alia materia mutantur; quædam à somno, alia à vigilia; quædam à morbo, alia à sanitate diuersaque temperie; & denique, à diuersis causis efficiuntibus differentias capere licet.

Ab effectibus differentie hæc sumuntur, cum dicimus, quædam salutem, alias mortem prænuntiare; nonnullas ventriculum affectum, alias caput, alias uenas & hepar læsa ostendere. Atque hæc satis de differentijs urinarum quantum postulat institutum nostrum, dicta sint.

De causis urinarum.

VRinarum causas distinguere oportet, quoniam non omnia quæ in illis considerantur, & insunt, ab eadem causa proueniunt. Itaque primum quid possit esse causa vt vrina fiat, vt materia, vt efficiens, & locus, tradendum. Deinde, quid sit causa substantiæ, siue consistentiæ ipsius. Tertio qualitatum. Quarto, quantitatis. Postremò, contentorum, & omnium quæ in prædictis notanda esse admonimus.

Vrina materia est, quicquid in aquosum humorem verti potest, potissimum quidem potus, sed is non

non solus, quandoquidem ex insculis aquosis, & fructibus similibus vna plurima etiam gignitur; nec non ex vniuersa massa fusa, attenuata & liquata, exprimitur eliciturque aquosus humor, & vna; quo pacto diuretica medicamenta prouocare vrinam dicuntur, quod scilicet materiam ex humoribus vniuersis moliantur, & ad renes vesicamque conuertant. Causa vero efficiens huius aquosi humoris (ut diximus) est concoctrix facultas ipsius ventriculi, quae in aquosum humorem & album, qualis est color ventriculi, mutat, vt & reliqua quae quidem alterat & concoquit.

Locus autem in quo gignitur, ventriculus est; à quo vero separatur aquosus hic humor, est vena caua; locus vero in quo recipitur, vesica est; instrumenta per quae separatio fit, sunt renes; finis, natura conseruatio; separatur enim serosus hic humor ab vniuersa humorum massa, ut probe nutriri possit vniuersum corpus.

De causis consistetia vrinæ.

Consistentia vrinarum causas generatim non tradunt auctores nostri, aut certe ita docent, vt intelligere non liceat quae sit immediata causa tenuitatis, crassitudinis, mediocritatisque illarum: dicunt enim tenuem indicare vel priuationem coctionis, aut obstructionem in uenis, aut debilitatem hepatis, aut meatuum qui ad vrinam sunt destinati, & ob debilitatem non attrahunt nisi quod tenue est; aut si attrahunt, non tamen eiciunt nisi quod tenue est; aut multam aquae portionem, aut vehementem frigiditatem cum siccitate, causam esse dicunt. Haec tradit Auicenna. Verum licet ad huc dubitare, quomodo priuatio coctionis, aut obstructio, aut alia praedictae causae, consistentiam mutant, an scilicet per se id faciant, an vero per accidens, alioque interueniente. Ego vero arbitror, vrinam semper ex sua natura tenues esse, fieri autem crassas aliorum humorum mixtione: nam aquosus humor, sicut & aqua, per solam coctionem inspissari, crassescere nequit, quoniam terrenam substantiam uel non habet, aut certe exigua. Quod uero crudo adhuc morbo, aut cibo, tenues mingantur, cruditas, per se non est causa, sed quoniam expurgationes separationesque humorum & excrementorum non fiunt nisi per actus coctionis, ideo fit ut cruditas dicatur esse causa tenuitatis, concoctio vero crassitudinis. Eodem pacto obstructiones meatuum vrinariorum, tenuitatis sunt causa, quod prohibeant ferri cum vrina quod crassitudinis illarum est causa. Debilitas vero hepatis, causa est tenuitatis, quia concoquere non potest humores, praesertim si à frigiditate labefactetur coctio. Eadem ratione cibi, portionisque immoderata copia, tenues reddit vrinam, quod, scilicet, naturam grauem & coctionem perfici impedit; quomodo frigidus affectus ventriculi ex vrina etiam praedicitur, quoniam ubi frigiditas in uentriculo est, coctio quae illic elaboratur, nequaquam perfici potest, ea vero frustrata, nequit probe fieri quae in hepate exercetur. Itaque constat crassas fieri vrinam ex humorum permixtione, tenues vero emitti, quando nihil cum aquoso illo excremento crassioris humoris permiscetur. Quis vero humor misceri possit, qui crassitudinem faciat, nunc uidentum. Potest quilibet ex quattuor humoribus, ex quibus corpus constat, sanguis, bilis utraque, pituita, necnon aliquando pus, in his videlicet in quibus huius est in aliquibus partibus ad vrinam reddendam destinatis. Ac ex colore & odore, quifnam sit, facile dignoscitur: nam quat

A tuor humores proprios colores distinguunt; pus uero à pituita odor separat & consistentia, & alia de quibus ut hoc loco agamus, non est nostri instituti. Non mirum igitur si morbi initio tenues mingantur vrinam; nam eo tempore cruda omnia sunt, nec aliquid expellitur à natura; aut si crasse tunc apparent, vel indicant magnam tunc subesse humorum copiam, quam natura nec retinere aut elaborare potest, aut humorem declarant qui facile aliqua ex parte uinci & feceri potest, quomodo in tertianis crassa rubra quae vrinam primis diebus apparent, ex bile crassitudinem adeptae, & in pituitosis morbis ubi magna est pituitae copia crassissima pituitosaeque redduntur vrinam, ubi uero haec duo absunt, primo tenues, postea augescente morbo, aliquam crassitatem acquirunt, & eam maiorem iam in uigore, maximam autem in declinatione, quanto enim magis procedit concoctio, tanto magis excernuntur humores qui cum vrina admisceri debent; iam uero, ruente morbo ad finem declinationis, & properante ad salutem, tenues fieri incipiunt, quoniam iam deficit humor qui cum vrina mixebatur, crassitudinisque erat causa. Eodem pacto, cum cibus adhuc est crudus in uentriculo & hepate, tenues exeunt vrinam, crassiores uero cum perfecta est concoctio: quod si quis iam instante tempore edendi, rursus mingat, vacuata plane bile, conspiciet vrinam attenuatam esse; Igitur vrinam, quae semper tenues manet in morbis, causam habent perpetuam cruditatem, uel ratione imbecillitatis naturae; uel ob ineptitudinem materiae quae coctionem non admittit, qua frustrata, nihil feceri potest excrementi quod cum vrina mixtum crassitudinem faciat. Quae uero perpetuo crasse minguntur, ab eadem causa proueniunt, nempe à cruditate, ubi enim est maxima humorum copia, quae naturam uincit, sine coctione expulsionem fiunt, atque ita crasse redduntur vrinam per uniuersum morbi cursum, & mors tandem sequitur tum in hoc, tum in praecedente casu; nam perpetuo uirtus debilitatur à morbois causis, donec penitus succumbat; quo fit, ut signa cruditatis non solum longitudinem morbi, sed etiam mortem significant, si diu durent, & morbus eius generis sit qui perimere possit. Quae uero tenues minguntur ab initio, postea crassescunt, & rursus attenuantur, causa est, quod ab initio omnia sunt cruda, & nihil excrementi excernatur à quo possit crassitudo fieri, procedente autem coctione, aliquid excernitur quod crassitudinis est causa, absoluta autem tandem coctione & expulsionem excrementorum, atque ita deficiente excremento, quod miscetur, tenues incipiunt esse vrinam unde uideamus in quartanis in principio tenuissimas emitti vrinam, in augmento & statu paulo crassiores. Iam uero declinante morbo, nigerrimas & crassissimas mingi, quo tempore expurgatur melancholicus humor cum vrina, quo quidem vacuato, & properante homine ad salutem, tenuiores & mediocres iam, ut sanitas postulat excernuntur. Quae uero crasse primum minguntur, postea extenuantur, & rursus crasse fiunt, & postea tenues, causam habent, quod scilicet ab initio natura non posset uincere uniuersam materiam, unde excretionem humorum fiebat ante coctionem; uacuata autem portione illius materiae, aggreditur postea ipsam coctionem, & antequam concoxerit aliquid, tenues emittuntur vrinam, postea uero ut procedit concoctio, ita crassescunt vrinam, & postea tandem tenues redeunt, finita scilicet expurgatione. Porro contingit vrinam ab initio crassas mingi, ut in biliosis & sanguineis febribus apparet, & crassas per fenestram usque ad crissim, uel declinationem morbi, quod fit, non quod natura uincatur à multitudine, nec possit concoquere, sed quod bilis facile concoquatur,

quatur, & ab initio possit ex illa aliquid, uel etiam plurimum misceri, quod urinas crassas reddat, quæ crassities perseverat procedente coctione, donec plus excernatur à corpore, quam resultet ex coctione, quo tempore tenues fiunt. Contingit quoque in prædictis morbis crassas & rubras primis diebus emitti urinas, deinde in augmento extenuari, quod tunc fit, non solum quòd bilis facillè coquatur, & ex coctione separetur, sed etiam, quod plurimum sine coctione excernatur, quo assumpto, & eo manente duntaxat cum urina quod ex coctione resultat, non mirum si tenuiores in augmento & statu quàm in principio mingantur urinx. Hæc sufficiant de causis tenuitatis & crassitudinis urinx.

De causis qualitatum quæ sunt in urinis; & primum de colore.

OMnes qualitates, quæ in urinis reperiuntur, proueniunt uel ab alteratione, aut ab humorum permixtione, aut absentia; id quod, tum in colore, odore, tum sapore, & alijs deniq; qualitatibus ex tractatione patebit. An uero colores in urinis ab his duabus causis fiant, videndum est. Putant enim nonnulli, à sola præsentia & absentia humorum eos fieri, à quibus ego dissentio: nam hypostasias, quæ fit ex rubea, alba non alia ratione fieri potest, nisi assimilante coctrice facultate, quæ sicut in abscessibus sanguinem in pus vertit, sic colorem album inducit facultas concoctrix quæ insita est uenis, in his quæ continentur in urina. Idem docet urina ipsa, quæ vigente morbo ex rubra fit pallida, & subflaua; id quod, non potest prouenire ex mixtione alicuius humoris, sed quod colorem remittat concoctio. Igitur, quod remittatur muteturq; color qui prius erat in urina, non ex mutatione humoris semper, sed etiam ex alteratione, certum esse puto. An uero color qui primò in urina apparet, possit à coctione fieri absque humore, videndum est. Quod si Actuatio & Galeno primò de Crisibus credendum est, quæstio iam dissoluta est: nam venetas, liuidas & nigras urinas fieri scribit, uel ob mixtionem nigri humoris, uel ob caliditatem, uel ob frigiditatem. Galenus uero liuidas à sola frigiditate, nigritiem à caliditate uel frigiditate; quod certè mihi suspectum est: nam si ob calorem fiunt tales urinx, cur in ardentissimis febribus ob calorem tales perpetuò non fiunt? quod si ob frigiditatem putamus eos quoque fieri colores, cur qui mortui sunt propinqui, & propemodum extincti, tales non reddunt urinas? nec ualet similitudo Galeni, quòd externæ partes à frigore nigrescunt; sic & urinx à frigore fiunt: nam prius extinguitur homo, quàm internæ partes tantum frigus sentiant. Sed me urgent prædicta argumenta, nè facillè admittam illorum opinionem, quòd perspicue fiant aut opacè à sola alteratione, postea ostendemus. Verùm colores omnes qui primò in urinis fiunt, meo iudicio, fiunt omnes ob mixtionem humoris alicuius, id quod inductione probare licebit. Quare ridendi sunt Medici, qui cum rubram uident urinam, putant aliquando id fieri quòd diu fuerit in uesica retenta: nam huiusmodi retentiones deberent idè facere in omnibus, quod non apparet in sanis, nec in ægris fieri, si cum urina non miscerentur humores. Quibus quidem positis principiis, reddamus iam causas singulorum colorum superius enumeratorum; Illud tamen in primis notandum est, alios auctores tradere colores fieri ex permixtione humorum uariato colore ob quantitatem maiorem aut minorem humoris qui permiscetur, non facta mentione qua-

A litatis eorundem humorum: nam flauas, subflauas, pallidas, subpallidas, rufas, subrufas, dicunt illi fieri eò quòd plus uel minus bilis una recipiet, quàm alia. Ego uero aliter puto fieri, non solum scilicet ob quantitatem, sed etiam ob ipsas species humorum diuerso colore præditas, diuersos fieri colores. Quod si ponitur principium, euanescent multæ dubitationes quæ alioqui maximè urgent: quomodo enim rubra, aut rubra, aut uiridis, potest fieri à bile pallida mixta plus uel minus cum urina? nam quod pallidum est nunquam potest inducere nisi pallorem, & quod flauum est, non nisi flauitatem. Igitur, diuersitatem colorum in urinis, ad qualitatem & quantitatem humorum qui miscerentur tanquam ad immediatam causam redigere oportet; postulatque docendi ratio, ut hanc causam queramus, & ponamus cuius ratione omnes aliæ causæ dicuntur urinarum colorem uariare in quibus cum occupantur auctores, lectorem confundunt: nam urinx colorem dicunt mutari ab ætate, morbis, sexu, motu, quiete, dolore, inedia, crapula, somno, uigilia, coctione, cruditate, animi curis, & infinitis alijs, quæ non per se id faciunt, sed quòd humorum qui miscerentur cum urina qualitatem & quantitatem mutant.

De causis urinx albæ.

VRina alba cum nihil aliud in se contineat quàm aquosum humorem, non potest alia ratione fieri nisi quod non miscetur alius humor qui alium habeat colorem: miscetur igitur uel albus humor, ut pituita, qui nihil immutat colorem proprium serosi humoris, aut non miscetur alius qui alium colorem habeat; Solet autem misceri in his qui rectè habent, & ut plurimum in alijs, bilis aliqua ex his quæ flauæ & pallidæ, & simpliciter biles dicuntur; non miscetur autem talis bilis, uel quòd non gignatur, ut in morbis frigidis & pituitosis, & intemperaturis quæ infra mediocritatem consistunt; unde dicitur talis urina fieri & ostendere cruditatem, quoniam scilicet ubi crudus & frigidus est morbus, non gignitur bilis quæ cum urina misceri possit; aut quod crudò existente morbo, si aliquid gignitur, non separetur, nimirum, cum separationis excrementorum non fiat nisi iam facta aliqua coctione. Porro non miscetur alia ratione bilis cum urina, eo quod ad alia loca feratur, quo pacto urina adueniente delirio in febribus albæ redduntur, propterea scilicet, quòd ad caput feratur, definitque misceri cum urina bilis ipsa. Tertio modo non miscetur, eo quod uia illi sit occlusa per quam urina fertur, quo modo, cum incipit calculus urgerè in renibus, urinx tenues & aquosæ minguntur, quòd scilicet adeo sint renes & meatus urinarij occlusi, ut uix aquosus & tenui humori uiam præbeant. Fit ergo urina alba eo modo quo diximus. Ac cum multæ sint species albi coloris, scilicet glaucus, charopus, lacteus, miror alios scriptores non reddere causam istorum colorum; fit autem lacteus color (meo iudicio) à pituita aquosa uariè commixta cum ipsa urina; aliæ uero species ex minima portione pallidæ bilis commixtæ cum urina: nam si quid pallidi aut flauis misceas cum multa aqua, glaucum & charopum efficiet colorem.

De causis pallidæ & subpallidæ urinx.

PAllidam urinam à pauca bile fieri testantur omnes; at nihil prohibet à nulla fieri, si modo pallida fuerit, adeò, ut ex pauca flaua bile, aut

aut ex mediocri etiã copia pallidæ, reddatur urina pallida. Subpallida vero illorum opinione fit ex pauca bile admixta; intelligendum autem est, paucam pallidam aut minimam flauam vel rufam utroque enim modo contingit subpallidam.

De causis subflauæ & flauæ urine, subrufæ, rufæ.

Subrufam, & subflauam, pro eadem sumit Galenus primo de Crisibus, cum dicit utranque esse sanctorum urinas. Dicit autem eas fieri ex parte sanguinis subtiliore ac serosa, vel bile rufa mixta sero. Verùm à sanguine tingi huiusmodi urinas non puto, ut etiam Actuarius scribit capite sexto primi de causis urinarum: Fiet igitur uel à bile rufa in pauca quantitate mixta, aut à subrufa in mediocri quantitate: ut enim rufa sic subrufa bilis gignitur in nobis: flaua autem à bile flaua reddetur. Quare non rectè Auicenna subflauam à multa flaua fieri dicit. Quod si rufus color ad albedinem magis uergit, quàm flauus, fiet talis color uel à rufa bile, uel à minore copia flauæ. Quare errant qui uel à flaua duntaxat, uel à rufa bile, talem colorem in urina prouenire putant: hoc enim debet esse principium, urinas capere colorem uel à simili humore, uel ab eo qui intensiorem habet in minore quantitate admixto.

De rubea & subrubea urina.

Rubeam urinam scribit Auicenna dominium sanguinis ostendere, tanquam à sanguine admixto fiat. Galenus uero primo de Crisibus, scribit fieri talem colorem ex serosa sanguinis superfluitate, addita aliqua portiuncula bilis rufæ. Scribit in libris de morbis uulgaribus, ab ichore sanguinis eam rubram fieri: quod alij interpretantur tenuiorem sanguinis portionem, quandoquidem (ut aiunt) alius sanguis qui crassior est nequit misceri cū urina. Aduersus quos illud facit, quod rupta uena aliqua, quæ communiter habeat cum renibus, plurimum sanguinis uel cum urina, uel solum excerni, tanquam urinarij meatus pateant etiam sanguini euacuando; Galeno uero respondet Actuarius, qui probat aduersus eos qui à sanguine tingi urinas & rubras fieri asserunt, cuius argumenta uidere poteris capite sexto de causis urinarum. Quod si ille intelligeret nunquam rubras fieri mixtione sanguinis erraret, quandoquidem effuso sanguine à uenis, & mixto cū urina, necesse est rubras oīno urinas fieri.

De morbis ergo alijs intelligendum in quibus urina rubra fiunt absque uasis alicuius lesione, in illis enim non possunt urinae rubræ fieri, nec ob tenuis, nec ob crassi sanguinis mixtionem, cum natura nunquam adeo debilitata, aut irritata, sanguinem excernat per illas uias; fiunt ergo urinae in febris, ob bilem rubeam quæ miscetur cum urina, quæ quidem bilis, ex sanguinis adustione est procreata. Nec alienum est, ab ichore quodam sanguinis urinas rubras fieri, qui ichor à multitudine ipsius sanguinis refudat, quando non euentilatur, sed coarctatur in uenis, & interim feruet. Contingit quoque urinas fieri rubescentes, qualis est aqua in qua lota est caro recens macerata, quales urinae apparent in hepatica dicta passione, quem colorem dicerem fieri ex sanie quadam sanguinis tenuis, quæ cum urina miscetur, nec potuit penitus bilis fieri, nec sanguis. Subrubeus uero color, ex eadem causa sed diminuta nascitur; species uero rubei coloris, ut roseus, purpureus, uene-

Arus, fiunt à bile similis coloris, nam cum à pallido in nigrum colorem mutatio fit, multi fiunt gradus medij coloris, qui causæ sunt colorum qui in urina apparent.

De causis uiridis, & liuidi coloris.

Viridem urinam nunc à frigore, nunc à calore fieri dicunt. Ego uero ex bile uiridi, & porracea dicta, non autem à solis qualitatibus: neque enim ostendere id illi possunt, alioqui ubi esset uehemens calor, aut frigus (ut aiunt) mortificans, semper essent tales urinae. Liuida uero fit à pauco humore nigro admixto.

De causis oleaceæ.

Vrinam oleaceam putant fieri ex mixtione pinguedinis cum seroso humore, quod mihi uerum non uidetur: supernat enim pinguedo, sed fit à nigro humore oleaceus is color, & substantia: talis enim est oleacea urina; si quis enim atramentum plus, uel minus misceat cum aqua, uidebit & liuidum, & oleaceum colorem fieri.

De causis nigri coloris.

Niger color quidam est cum splendore, alius uero sine splendore, ut antea ostendimus; fit ille à bile atra, quæ resplendet: hic uero ab humore melancholico; superius autem eos resellimus qui hunc etiam colorem à frigido, & calido fieri dicebant.

De causis perspicuitatis & opacitatis.

Vrinæ perspicuæ, & diaphanæ dicuntur, per quas facillè uisus penetrat: opacæ autem contrariè sunt: & huius generis sunt subiugales, & quæ mixtæ turbantur, corrumpunturque. Reperitur huiusmodi opacitas etiam in tenuibus urinis, & in crassis, quarum causa reddenda est. Scribit Galenus turbidas subiugales fieri propter ebullitionem quæ status multos attollit, à quibus turbulencia nascitur. At si propter ebullitionem talis fit urina, cur in ardente febre, ubi maxima est ebullitio non semper sunt urinae subiugales; Auicenna uero turbulenciam dicit fieri ob permixtionem partium habentium colores extraneos, ut fuscus, & aliis coloribus infectos. At hæc ratio nec communis omnibus est, nec aliquid notum ponit. Videtur autem mihi non una esse ratio quare fiant subiugales, & corruptæ, & sine corruptione fuscæ urinae: nam subiugales uidentur fieri, ubi est multa materia pituitosa, quæ à calore agitur, & miscetur cum urina: propterea illa multos status parit, qui miscet pituitam cum sero, & propterea vincere naturam ostendit urina talis, quæ paulo post sublidet: alia uero longius distare tempus uictoriae ostendit, si post longum tempus sublidet, aut si nunquam sublidet, declarant ancipitem uictoriam, quoniam nec presentem, nec imminuentem coctionem monstrant. Quæ uero corrupta est, fit à frigido: nam expirante calore insito in urina, qui omnia quæ in urina sunt diuidit, illa inter se confunduntur: frigidi enim est heterogenea condensata. Corruptur autem urinae citius crassæ, quàm tenues, & in aere frigido potius, quàm in calido: in calidissimo ta-

men non minus fortè quàm in frigido, cum hic euocandi natium calorem vim habeat, quo pacto, vrinæ crassescit. Ex quibus rationibus Actuarius respondere potest, qui tales urinas negat ab aere crassescere. Quæ uero tenues sunt, & tamen opacæ urinæ, fiunt certè etiam eadem ratione, deficiente scilicet calore natiuo in humoribus, qui splendoris, & luciditatis causa est: quo fit, ut tales urinæ maximè appareant circa mortem in ægrotis. Quibus uero non placuerint hæ rationes, meliores querant.

De odore & sapore.

Cum odor non possit fieri absque caliditate, sequitur eas quæ non habent eum odorem malum quæ præditæ sunt urinæ secundum naturam, frigiditatem habere causam, aut potius priuationem humoris calidi & putrefacti: nam odor mihi non uidetur fieri etiam sine mixtione humoris; quod ostendunt urinæ tenues & aquosæ, quæ nullū habent fetidum odorem, etiam si febris uehementissima sit. Itaque pessimus odor à putrida materia, quæ miscetur cum urina, quæ uero non habet hunc odorem, à carentia talis materiae hoc habet. Et quoniam putredinis uarij sunt gradus & formæ, ideo multiplices sunt odores mali, qui in urinis reperiuntur; saporis uero omnes ex mixtione humorum nascuntur.

De quantitate urinae.

Quantitatis urinae superfluae plus quam naturæ ratio postulat una est immediata causa copiosior serofus humor, qui per renes & uesicam fertur. Duas autem oportet esse causas ut hoc fiat, unam, ut gignatur talis humor; aliam, ut ad renes ducatur: nam si non gignitur duci non potest, & copiosa fieri urina quod si gignitur, & in uenis continetur, aut per sudorem vacuetur, non fiet copiosa urina; quare utraque causa necessaria. Gignitur autem multa urina tum à multa potione, tum à cibis aquosis. Præterea, à multo somno, aere pluuioso, otio multo, & omnibus denique quæ humectandi vim habent; fit & alia ratione multa, quod scilicet natura expurget se ab excrementis per renes, aut quod per medicamenta dicta diuretica ex tota massa eliciantur aquosi humores. Conuertitur uero ad renes, vel quod ipsi renes plurimum attrahant, aut quod natura eò conuertat suos motus, sicut in crisi fit, quæ per urinam perficitur; Ex contrarijs causis fit pauca urina: vel enim non gignitur, defectu causarum humidarum, aut genita absumentur, ut accedit in febribus, vel quod ad renes & uesicam non feratur, id quod accedit, vel quod non attrahant renes male affecti, aut aliud membrum sit læsum quod susceptioni, attractioni, aut expulsionem sit destinatum. Porro, supprimitur urina à varijs causis de quibus hoc loco agendum non est, nimirum, quod non actionis, sed ipsius excrementi causas reddere nostrum sit institutum.

De causis contentorum in urinis, & primum de nubecula, ancoremate & hypostasi.

Cum multa sint quæ continentur in urinis, miror Actuarium scribere contenta prouenire ex tertia coctione quæ in uenis fit: non enim omnia quæ in urina continentur à uenis proue-

A niunt, sed quædam à renibus, uesica, & etiam partibus solidis quæ in habitu corporis continentur. Quare, cum non sit omnium eadem natura, nec idem locus in quo generantur, seorsum de singulis tractandum quæ communi natura continentur; Et primum de nubecula, ancoremate & hypostasi, agemus, quoniam communem habent materiam & naturam, solo accidentè quodam diuersam: nam quod nubecula est dum morbus adhuc crudior est, fit postea ancorema, & hoc post vltiorem coctionem, sedimentum. Agemus ergo de his communi tractatione, & in primis docebimus ex qua materia illa fiunt; deinde, quo loco in corpore gignatur. Scribit itaque Galenus, libro primo de Crisibus, quicquid alimenti in sanguinis generatione refugit naturæ coctione, sedimentum esse in urinis; quod absolute intelligere non potest; nam ex bile aut humore melancholico nubecula, & bonum sedimentum nec ancorema fieri possunt: nam hæc sunt alba, viscida, cõtinua, quod non conuenit illis humoribus, mirorq; Actuarium capite secundo libri primi de causis vrinarum dicere, contenta in urinis esse excrementa tertiæ coctionis, nec tamen docere ex qua materia fit hoc excrementum.

Sunt qui dicunt contentum in urina esse humorem crudum & crassum, qui in coctione hepatis nõ potuit concoqui, coctionem autem recipit postea in solidis partibus, & uenis, qui & errant: Crudus enim vocatus humor, subsidet perpetuo ob suam crassitatem, nec nubecula aut ancorema ex eo fieri potest. Docent autem qualitates istorum, & nonnulla alia, nihil aliud esse huiusmodi contenta, quàm humorẽ pituitosum: dilatantur enim hæc per corpus urinae, quod sine visciditate fieri non potest: inter humores uero sola pituita viscida est: fiunt postea alba. Hunc autem colorem qui per coctionem fit, sola pituita recipit: sola enim alba est: Docent præterea morbi: qui enim biliosissimi sunt, ut qui maximè contrarij sint generationi pituitæ, nec nubeculam, nec ancorema, nec sedimentum habent tanquam deficiat pituita ex qua illa gignuntur. Eodem pacto qui in inedia uiuunt, quanto paucius edunt, aut cibos ingerant biliosiores, tanto minus habent istorum contentorũ; quæ satis probant pituitam materiam esse horum contentorum. Verum si excrementa sunt quæ excernuntur post coctionem perfectam, à quam coctione, & cuius generis? crassius ne uel tenuius erit excrementum hoc pituita? Galenus (ut antea diximus) in generatione sanguinis sedimentum fieri dicit, quando scilicet non potest concoqui id, quod sedimentum postea fit: Actuarius in coctione quæ fit in uenis dicit illud fieri excrementum, qui aberrat: nulla enim in uenis distincta fit concoctio communis toti corpori, ut in ventriculo & hepate, sed præparatio quædam, ergo in hepate prima huius materie generatio; Sed non eo modo excrementum dicitur quo modo capimus excrementum relinqui, & separari absolutis coctionibus: nam pituita non est excrementum alicuius coctionis, sed excrementum fit alia ratione: cum enim concoctrix facultas imbecillior est, aut à multitudine cibi, & potione grauat, uel qualitatem cibi frigidioris sortitur, nõ potest æqualiter quicquid in cibo est mutare, & assimilare, sed quod frigidius est relinquitur, excrementumque fit; id est, inutile ad nutritionem, quomodo pituita excrementum cerebri dicitur esse, quoniam enim cerebrum frigida pars est, si affluat paulo plus alimenti, aut illud sit frigidius, non potest ex uniuersa massa sanguinis æqualiter nutrire, sed relinquit multum ex eo quod pituitosum est, & illud postea rejicitur, non tanquam excrementum, quod ex naturali coctione prouenit, sed

ex ea quæ male peragitur ex aliquo vitio . Eodem pacto in hepate cum gignitur sanguis particeps quatuor humorum, gignitur quoque pituita ex frigidiore portione alimenti: quo fit, vt cum oneratur copia alimenti, vel frigidior vtitur, aut hepar ipsum est frigidius, multum gignatur huiusmodi frigidi, & pituitosi humoris, qui postea per venas vna cum sanguine fertur: ac cum venæ nequeat equaliter vincere vniuersam illam massam, relinquunt in sua nutritione quod pituitosum est, id quod postea vel expellitur à natura, uel sequitur cum urina, cum illaq; miscetur: unde illa contenta fiunt; quo fit ut ex coctione, & nutritione propria uenarum, fiant hæc contenta non quod sint excrementa coctionis quæ illic fit secundum naturam, sed eius quæ malè peragitur ex aliquo vitio materiæ, aut agentis: erat enim alioqui futurum nutrimentum huiusmodi pituita, si nullum insidisset vitium, si scilicet; plus non esset genitum quàm uera nutritio exigat, si non esset frigidior quàm par sit, uel crassior, aut uiscidior, si uenæ non essent præter naturam affectæ, illarumque coctio, & calor, & facultas, quæ concoctioni seruiunt, malè non haberent; quod illis quæ reuera sũt excrementa coctionis, nunquam contingere potest. At si pituita est contentum huiusmodi, cur in quotidiana, & quartana, & in alijs etiam morbis, ubi pituita plurima est, initio morbi non apparent contenta? An quod uniuersa illa massa humorum frigidior crassiorq; humore abundans non statim potest uinci & concoqui, ut excrementa appareant, quæ post coctionem relinquuntur: nutriuntur enim dum talis est humor malè partes illæ, & ex tenuiore duntaxat portione, Vnde excrementa non resultant crassa, sed ueluti congelata manet pituita, postea uero perseverante coctione, & naturæ actione, obediens fit uniuersus humor, ex illoque nutrirî incipit corpus, ita tamen, vt æqualiter omnes humores qui inter se commixti sunt, assimilari nequeat à partibus exanguibus, quales sunt venæ, quod tempore contenta iam incipiunt in urina apparere, quæ quoniam nondum planè concocta sunt, ideo eam crassitudinem quam inducit concoctio, non statim accipiunt, propterea nubecula primo fit, postea uero procedente coctione, & aucta crassitie, encephaloma euadit quod continetur, postea uero hypostasis fit, iam properante ad finem coctione: qua prorsus absoluta, perieruerante actione caloris, terrena portio exuperat, & iam non innat. t contentum, sed fundum omnino petit cineris modo. Sed quid dicemus de contentis, in quibus primo in morbis apparet sedimentum, postea encephaloma, deinde nubecula, & rursus encephaloma fit & sedimentum? Est autem huius rei ratio, quod natura in illis morbis onerata à multitudine symptomatice expellat. ante coctionem: itaque tunc crassa materia suo pondere ad fundum labitur, postea uero exonerata natura à multitudine, incipit fundere concretam eam materiam quæ tenuior redditur, & magis aerea, atque ita superiora petit, finita aut fusione, ad propriam, & mediocrem consistentiam redacta est: quo facto, concoqui incipit, & rursus incassari, unde rursus descendit; incipit ergo aliquando nubecula, deinde procedit ad sedimentum ipsum contentum, quando scilicet natura materiam habet aptam ad coctionem & illam prius tentat quam expulsionem. Aliquando uero incipit à sedimentum, quod reuera sedimentum non est, huiusmodi crassamentum, quando scilicet expulsionem priusquam coctionem utitur. Verum non semper sedimentum mutatur in nubeculam, nec nubecula perpetuo sedimentum fit: nam crassa aliquando adeo est materia, vt nulla fusione & alteratione tantam leuitatem accipere possit, vt su-

A premam vrinæ partem petat. sic aliquando adeo tenuis est pituita, vt & cum bile mixta, vt nunquam tantam crassitudinem recipere valeat, vt sedimentum fiat; quod in tertianis uidemus non exquisitis, sed non admodum pituitosis, in quibus perfecta concoctio & salus contingit, cum sola nubecula, aut encephaloma absque sedimento. Dictum igitur est, quid sit contentum in urina quod scilicet sit materia pituitosa, genita quidem in hepate, in generatione omnium humorum facta, & à coctione uenarum separata & contentum facta, quando cum urina miscetur. Dictum quoque est, quomodo ostendat coctionem huiusmodi contentum, quod scilicet, post coctionem, & nutritionem expellantur; ex quo etiam patet, cur meliora sint signa ex contentis, quam ex colore, vel consistencia, quoniam contenta ex crassiore materia fiunt; quo fit, ut uisidior ostendatur naturæ robur, ubi iam potest talem materiam alterare & expellere; Et cur morbi quidam habeant contenta, alij uero non, & cur quidam nunquam habeant sedimentum, alij uero nunquam nubeculam. Patet & illud cur in aliquibus contenta sint nubeculam, in alijs minoram: multitudo enim & crassities pituitæ, & naturæ robur & imbecillitas cause sunt. Ex multa enim pituita, multum contentum; ex pauca, paucum; ex crassa, crassum, & in alijs tenui, tenue fit; & cum urina ualida est, potestque uniuersam massam mutare & uincere perfecte, paucum sedimentum est: Est quoque paucum quando est imbecilla nec potest assimilare, & excrementa gignere, & separare. Cum uero ita afficitur, ut nequeat penitus uincere & vincit, tamen quantum materia permittit, tunc multum sit sedimentum; si multa est materia, & extenuat plus vel minus pro robore suo & materiæ dispositione. Fiunt autem contenta alba per coctionem, & assimilationem, uenarum enim & arteriarum tunica alba sunt, quo fit, vt cum ipsa concoctio assimilatione fiat, merito alba redduntur quæ concoquuntur; alios uero colores ex mixtione humoris recipiunt. Odor uero malus ex putredine & mixtione putridorum humorum oritur. Laudatur & in contentis æqualitas, quod vna pars similis sit alteri, quod scilicet ostendat naturam ualidam esse, vt quæ possit materiam æquabilem reddere. Oportet quoque lenia esse illa, si perfecta esse debent, id est, partes habere quæ non subsultent, id est, altiores depressoresque sint alij ut in exasperatis rebus fieri solet, id quod ostendit materiam esse assimilata partibus uenarum quæ lenes sunt, tum calorem ad lenitatem quæ superantur degisse, reiectis heterogeneis partibus, estque optimum signum leuitas in contentis secundo loco æqualitas, leuius uero signum color; odor propriè in contentis solis non animaduertitur sed in uniuersa urina. Hæc ergo sufficiant de nubecula, encephaloma, & sedimento.

De causis aliorum contentorum in urinis.

B Villa, & spuma fiunt ex pituita uiscida mixta cum flatu: cum enim illo euolare cupiat in congenerem aerem, resistat autem pituita, quæ deduci potest, bullæ fiunt, & spuma: illæ quidem ex flatu, & pituita, per maiores partes commixtis; hic uero, per minores. Vnde mare primo bullas excitat cum agitur à uentis & includi incipit aer, postea uero durante tempestate, spumofum euadit ex continua agitatione incluso per minimas partes uento, & extenuata aqua quæ per minima iam diuidi potest.

Pinguedo fit ex colliuatione adipis; estque grauior

M tior

uio affectus in quibusdam, in alijs vero leuior: nam qui plurimum habent pinguedinis, & illius quidem admodum humida, ex minima causa illis innat pinguedo in vrina, adeo, ut in tertianis, & alijs prorsus salutaribus febribus, huiusmodi appareant vrinae; in alijs vero corporibus non nisi ex grauiore causa colliquatio fit, quare lethale signum est huiusmodi vrina.

Pili fiunt ex pituita diu contenta in renibus, & assata & ob angustiam viarum extenuata pilorum modo.

Squamae fiunt exulcerata vesicae; sunt enim huiusmodi squamae latiores tunicarum partes, quales à vesicae tumicis decidi possunt.

Carunculae ostendunt renes exulceratos: nam à solida & crassa renum substantiam non nisi frustulatum aliquid potest abradi.

Athomi fiunt ex tenui pituita & bile commixtis, & assatis: resultat enim ex huiusmodi mixtione & alteratione leuissimus tenuissimusque puluis, qui per urinam athomorum more fertur.

Subulum uero fit exacte adustus humoribus: nam consumpta humiditate, terrena portio uinculo priuata, dissoluitur.

Lapides uero ex pituita exsiccata, sed nondum plane consumpto omni humore: nam aliqui non consistenter si omnem humorem exuissent.

Gruntis fit à sanguine cum urina mixto, uitiat aliquo uase; sanguis enim extra uasa politus, in grumum concreuit. Hæc de contentis.

Quid significant urine.

Vlgaribus Medicis assentiendum non est, qui omnes corporis affectus ex urina se diuinare posse profitentur: quomodo enim ostendat earum partium morbos quæ sua excrementa per urinam non emittunt; propterea ridendus est Actuarius, qui membranarum cerebri, cordis, pulmonis, pectoris, intestinorum, uteri, artuum malæ ex vrina dignotionem proficitur. Nec tamen illi probandi sunt, qui uenarum duntaxat uitia cognoscere uolunt ex vrina: nam cum multæ partes se exonerent in uenas, ut caput, car non poterit urina morbos illarum significare, à quibus excrementa deciduntur: quando experientia docet, ipsumos vrinas capitis plenitudineti significare. Cum præterea pituita generatio in hepate fiat, non solum uitio hepatis, sed etiam quando uentriculus non satis concoxit, nec præparauit alimentum hepatis, poterit utique vrina etiam significare frigiditatem & cruditatem uentriculi, quod non semel docuit experientia. Præterea, cum excrementa quæ solent misceri cum vrina sæpe non misceantur, eo quod ad alia loca ferantur, indicabunt profecto etiam illarum partium affectus ad quas huiusmodi humores reuocari solent, quo pacto delirium prænuntiant urine quæ in febribus tinctæ mingebantur, & postea albæ & tenues minguntur: crassitudo subjugalis in vrinis cum flatum inclusum habeat, solet autem flatus superiora loca petere, prænuntiabit capitis dolorem. Itaque, vrina potest ostendere earum partium affectus quibus gignitur, & à quibus materiam capiat ex qua ipsa gignitur, aut ea à quibus colorem, crassitudinem, contenta, & reliqua conseruetur, in ea recipit, necnon partium per quas transit, in quibus retinetur, & per quas expellitur, & præterea illarum partium quæ priuant illam aliquo humore qui inmisceri solet; ac ubi omnia simul reperiri possunt, minus potest color in significando quam consistentia, & hæc quam contenta; quæ

A quidem sigillatim explicare non est nostri instituti, qui obiter hæc attigimus. Quare duo uerba solum explicabo de ultimo capite ex propositis.

Quæ consideranda ut recte iudicemus de vrinis.

VRINÆ omnes quas reddit æger seorsum colligendæ, ut quantum mingatur, intelligatur; hinc, cognoscitur si quæ natura excernatur, ultra portionem, quæ tunc perfecta coctione inspiciuntur, certiores præbent notas. Summouendæ quoque sunt causæ quæ iudicium impedire possunt: nam in diuerso uictu, aut medicamenti assumptione, mutantur & color & alia quæ in vrina adsunt: fallunt enim hæc, & opinionem præbent in terro morbi. Vult quoque Auicenna; non esse inspiciendam urinam, ex qua de coctione iudicium ferre uolumus post sex horas quibus reddita est, quia corrupta iam talis est; nec statim post mictionem inspiciendam, ut separatim fieri possit, neque uento exponatur, nec solis in umbra inspiciatur, quia solis uel lucernæ lumen fallunt, colligenda uero est in vitro claro, aut in crystallo, nec transfundenda ex est uno uase in aliud; pyramidalis debet esse figuræ uasa uirinaria. Et hæc sufficienter de vrinis.

C Febres autem assiduas, ex eo quidem maxime cognosces, quod nullum ex his signum habeant, quæ debere inesse intermittentibus docuimus, et si intra quattuor & viginti horas non desinant.

Nillum signum adesse in continuis ex his quæ sunt intermittentibus sano modo intelligendum est: nam quædam sunt symptomata quæ omnes febres necessario sequuntur, ut pulsus & respirationis mutatio, calor incrementum in partibus interioribus, & tandem in exterioribus, & multa alia quæ necessario qualemcunque febrem sequuntur; sed hoc intelligendum est potissimum de signis quæ statim apparent in uadente accessione febris, eorummodi sunt, horror, rigor, frigus: hæc enim si absint in febribus, necessario ostendunt illas esse continuas, cum autem adsunt, ut in semitertianis, alia sunt quaerenda inditia: nam ex his quæ in principio apparent distinctio fieri non potest. Et autem unum signum quod sit continua, si non finitur posteaquam inuasi spacio viginti quattuor horarum, nulla enim est febris intermittens, quæ illud spacium excedat: cuius rei ratio reddi non potest, sed experientia ita esse cognoscitur.

Quæ si inaequale habuerint incrementum, præter alias notas maiorem temporis diuturnitatem prænuntiant.

Inequale incrementum interpretantur nonnulli, cum corpus modo calidius modo frigidius sentitur; aut tunc fieri hanc inaequalitatem, stomacho, uel alia sensibili parte affecta; quæ interpretatio mihi probari non potest: nam hoc magis proprium esset intermittentibus febribus; si quidem in quotidiana stomachus, & etiam in tertiana ob bilis confluxum vomitum mouentem hoc accidit; melius ergo est intelligere incrementum inaequale, cum ita calor afficitur, ut in uenæ maior, nunc minor appareat, hoc enim indicat materiam difformem esse & aqua-

liter vinci non posse. At hoc videtur etiam commune esse febribus intermittentibus quæ ex diuersis humoribus consistunt, ut tertianis, quartanis, & quotidianis nothis. An fortè melius est intelligere inæquale incrementum, quod non respondet principio? nam in intermittentibus principium accessionis seruat proportionem cum incremento in longitudine, & status cum ipso incremento, & hic cum declinatione, & propterea cum cito hæc tempora transeunt, intermittentem iudicamus fore febrem; contra vero cum videmus principium breue fuisse, incrementum vero perseuerare, cum iam propinqui sumus viginti quatuor horis, iam prædicere possumus febrem fore continuam & id, eo quod incrementum caloris non seruet proportionem cum principio. Quare merito dicit huiusmodi inæquale incrementum ostendere maiorem temporis diurnitatem quam conueniat febribus intermittentibus quæ minore spacio quam viginti quatuor horarum finiuntur.

Atque adeo si & quod proprium est febrium, euident in pulsibus signum obtineant; at si neque ordinem, neque qualitatem, neque numerum seruent, argumentum erit tum earum magnitudinis, tum quòd ex genere intermittentiū non sint.

Signa quæ ostendunt morbos esse magnos, ostendunt quoque illos esse continuos. Artificiose ergo concludit, febrem esse continuam, si adiunt inditia quæ ostendunt eam esse magnam; id quod faciunt pulsus qui insignem habent inæqualitatem, & multo magis qui ordinem & numeros non seruant, præter inæqualitatem. Postularet hæc sententia longam disputationem de pulsibus, quam prætermitto tanquam ex Galeni libris diligenter explicatam, vt ad alia properare possimus, quæ ab eo facile intelligi non possunt.

Quod si tales permaneant, & tertio die accessio maior alique excrementa, & vrinae omnino cruda appareant, non possunt septimo eiusmodi febres indicari; si vero dies quartus tertio similis videatur, & febris velut langueat, nec facies, nec vniuersa corporis habitudo concidat, in longum tempus hoc febris genus protrahi solet. Atque hæc quidem sunt febrium differentia quæ accidentibus carent.

Hæc pertinent nõ amplius ad cognitionem febris continuæ, sed ad prædictionem, an scilicet ea quæ continua est, futura sit breuis vel longa, nec hæc communia sunt omnibus continuis, sed illis quæ accessiones habent, & eas quidè tertio quoque die, quales sunt continuæ tertianæ quare minus probati potest authoris sententia, qui præter institutum attingat nunc prædictionem, & eam propriam solum vni generi febrium, ut negligenter quoque hoc facit: nam multo plura huius rei sunt inditia, si quis singulos signorum fontes consulere velit. Sed his omisis, explicemus quæ ille scribit. Igitur si febris manet magna, cum pulsibus prædictis, & accessio superueniat tertio die maior quam primo, & vrinae cruda appareant admodum rubra, si-

A ne contentis, vel albæ (nam alia excrementa potius affata apparent in febribus continuis) non poterit febris septimo iudicari. Quod si dies quartus tertio fuerit similis in vehementia, & vrinae etiam tales fuerint quales apparuerunt in tertio, ostendit febrem non properare ad statum. Quod si facies & corporis habitus non minuitur pro ratione febris, hoc indicat materiam contumacem esse ad concoctionem & resolutionem; hæc autem omnia longitudinem febris protendunt.

Deinceps verò singularum curatio tradetur; ac primum quidem intermittentiū, deinde continentium, vt vocant febrium, ex intermittentiū quidem breuissima simul & mansuetissima tertiana est, longissima verò, sed tuta, quantum in se est, quartana. Quotidiana verò longa est, & periculo non vacat. Itaque victus rationem statim ab initio instituemus, vniuersum morbi tempus considerantes: nam in acutis, & qui ad statum celeriter perueniunt, si tenuiter omnino cibare velis, haud magnopere lades. In longioribus verò, nisi per initia liberalius cibaueris, aut vna cum morbo hominem necabis, aut intempestiue victus ratio mutanda erit: neque enim accedente statu vberior victus quam prius sed contra, omnium qui per morbum exhiberi debent tenuissimus in id tempus reseruandus est; hoc quidem omnium commune est.

Cognitionem morborum & causarum ipsorum sequitur curatio, quæ duobus perficitur, victu & remedijs: nam cum in egrotantibus aliqua sint secundum naturam, alia verò præter naturam, illa conseruanda per victum, id est, similem materiam, hæc mutanda per remedia, id est, contraria, postularetque docendi ratio ut prius ageret author de remedijs quam de victu, quandoquidem Medicus sibi proponit ab initio postea quam ægrum est contemplatus, eorum quæ præter naturam sunt, remotionem, & ex ipsis remedijs adhibitis deprehendit quomodo vires, & alia quæ consideranda sunt in victu instituendo se habeant in corpore; extracto enim sanguine, (vt de hoc remedio inter alia agamus) deprehendimus an humores in venis boni vel mali, & an virtus facile aut difficile patiatu evacuationem & dissolutionem corporis; quæ omnia ad victum instituendum plurimum faciunt. Agemus tamen primum de victu, quia Galeni hic interpretes sumus, qui in hac tractatione prædicit longitudinem & breuitatem, periculum & securitatem, quæ sunt in febribus: longitudinem quidem & breuitatem, quoniam ad status præcognitionem hæc faciunt, quæ ad victum instituendum pertinent; benignitatem vero, securitatem & periculum, fortè sine ratione commemorat, quia victum ob illa non mutat, de quo in præsentia agit; merito tamen incipit à curatione intermittentiū eo quod illæ sint faciliores; melius tamen si docuisset ante omnia, quid febris putrida in curatione exigat: nam hoc contempto, nemo intelligere potest an rectè fiat curatio specierum quæ sub eo genere continentur. Quam ob rem ne aliquid desit nostræ tractationi, rem hanc ag-

grediamur, sed prius paucis expediemus quæ hic adfert de prælictione & periculo ac securitate febrili. Terciana exquisita, de qua hic agit, inter omnes intermittentes est quidem brevissima, ex calidissimo & tenuissimo humore, nempe bile flava, & in corpore gracili, temporeque calido genita; mansuetissimam vero eam esse nescio quomodo dicere possit, quando quidem est vehementissima, ad Causonis naturam accedens, & ob id ab eodem authore inter acutos morbos recensentur: melius fortè, si dixisset tutissimam esse: ita enim alias omnes expendit quæ sequuntur; nam, inquit, quartana longissima est, sed futa, & quotidiana longa & periculosa, solius perenni & longitudinis tanquam de sola brevitate & securitate tertiana ante egerit, cui has comparat. Est porro quartana longissima, quia ex humore terteno constat, qui omnium difficillimè concoquitur & expellitur, siquidem concoctio calido & humido perficitur. Vitam dixit esse quantum in se est, id est, si sola sit, sine in signi vitio hepatis vel lienis, quod parere solet hydropem præcipuè in valde senibus in quibus concoctio est infirma, sine cuius robore tantum rebellis humor vinci non potest; quando hæc mala abunt, tuta solet esse, propter longa que habet intervalla, & quia breves solent esse accessiones. Ceterum, quotidiana longa est, sed non perinde ut quartana, hæc enim annos integros, illa verò vix integræ hyemem durare solet. Verum cur dicere potest eam periculo non vacare, si in Aphorismis cum Hippocrate docuit, febres omnes quando eunque intermittentes, periculo carere? an fortè penitus non intermittit quotidiana? sed cur ipse inter intermittentes eam hic censet? Sed his omisiss, aggrediamur tractationem de victu, in qua maior est & utilitas, & difficultas, quæ quidem in re repetenda sunt breviter quæ in Commentarijs nostris in primis Aphorismos scripsimus, quæ erunt hoc loco tanquam principia; quorum primum illud est: Victum indicari à nullo alio præterquam à concoctrice facultate, quæ ostenditur ex caloris naturæ qualitate & quantitate, ad eum enim respiciens Hippocrates, scribebat pueros, athletas & omnes, hunc & verè plurimum egere nutrimento, & pueros egere victu humido, & ob diversitatem, substantiam in qua calor hic residet, nempe ob spiritus, humores, partes solidas, triplici nutrimento est opus, spiritum, inquam, siue acre, potu & cibo. Denique ex differentijs quæ sumi possunt in calido nativo, & concoctrice facultate, inuenimus indicari omnes scopos victus. Nec obest quod vitalem facultatem in nutritione ægrotantium maximè spectemus, quoniam tunc nutritionem non querimus liberam, qualem postulant indicantia, sed quid pati possit æger violentiæ, ex impedita nutritione, dum pugnamus aduersus affectus præter naturam, per illorum remedia, quanto enim pulsus est validior, eo minus nutritus: id quod non fieret, si vitalis facultas nutritionem indicaret: nam indicantium quantitas, quantitati eorum quæ indicantur, & e contra, respondere debet. Indicat ergo concoctio victum, id est, nutritionem: eam vero contraindicant, authore Galeno, solum distantia status morbi, & morborum accessiones, in qua re cogor planè ab eo dissentire; nam id facit impletis morborum natura, in qua consideramus morbum vnum alio esse vehementiorem, eam enim efficit, ut tenuiore victu utamur in febre ardente, quam in tertiana exquisita, id quod non fieret, si solum distantia status (quæ æqualis solet esse in his febrilibus) suam præberet indicationem; de qua quidem contraindicatione agit Hippocrates cum scribit; Extremis morbis exquisitissimam curationem vitæque tenuissimam conuenire; & eam profequi-

A tur usque ad Aphorismum in quo scribit: Cum morbus in vigore fuerit, tunc tenuissimo victu utendum est; illic enim incipit agere de statu, & alijs temporibus morborum, non antea, ut Galenus putat. Sumimus quoque aliam contraindicationem à causis morborum, ad quam respiciens Hippocrates, scribit: Impura enim corpora quanto magis nutries, tanto magis lædes. Et ubi fauces ægrotant, vel tubercula in corpore nascuntur, excretionem inspicere oportet, quæ si fuerint similes sanis, tutum est corpus nutrire. Hanc quoque spectauit Galenus in enarratione 17. Aphorismi libri primi, ubi docet, propter abundantiam, defectum, aut corruptionem humorum; mutandam nutritionem. Quæ quidem si vera sunt, sequitur quidem ratione temporum morborum tenuius utendum esse in statu quam in alijs temporibus, quoniam in eo tempore morbus, & causa coniuncta morbi, maior vehementiorque est, & propterea naturam tunc maximè occupat: tunc enim maximè fit concoctio, à qua non oportet quantum permittit virium debilitas naturam reuocare, sed hoc verum non potest esse perpetuum, cum nonnullum in principio morborum debeamus tenuius alere quam in statu, ob paucas antecedentes, quæ tunc magis urgeat quàm coniuncta in statu, ut in quotidianis, quartanis, & nonnullis etiam continuis venit: si enim magna sit in ventriculo, & primis vrbis pituitosi humoris abundantia, quæ uentriculum grauet, & lipotimias, nausecam, capitis grauitatem, & alia huiusmodi accidentia adferat, in principio quotidiana, vel quartana ægrotatio iudicat tunc tenuissimè alendos esse ægrotos, quippe, cum ex pleniore victu hæc omnia mala augeri necessarium sit, in statu verò, cum iam homo liberatus est ab hac farina, remanet sola materia coniuncta, circa quam natura pugnare potest per intervalla febris, non multum impedita nutritione. In alia vero causa continuam oportebat esse naturæ actionem & pugnam, propterea tanto in principio tenuior adhibendus est victus, quanto causa quæ tunc urget naturam maior est, continuoque magis naturam occupat quàm illa quæ in statu nutritionem impedit. Non ergo solum statum distantem aut presentem spectare debemus in victu instituendo, sed ut diximus, vehementiam morbi, & causas morborum quæ facultatem concoctricem plus uel minus impedire possunt. Quod si liberius aliquid dicendum in principio profecto habendam maximè esse rationem futuri uigoris morbi, in victu instituendo ab initio in acutis morbis, qui continuo infestant; in febrilibus uero intermittentibus, maximè spectandum esse quid urgeat in quocunque tempore, ac pro illius ratione uictum adhibendum, ut & alia remedia adhibentur; non enim præsentem magno dolore sanguinem mittimus, aut purgamus, plus, uel minus ad statum futurum respicientes, sed ad doloris causam, quæ pro sui magnitudine quantitate remedium moderatur. Nutrat ergo Medicus suos ægrotos maximè in febrilibus intermittentibus, prout ostendunt morbi uehementia, & causa ipsius, quibus uictus, experietur non esse uitiatum uictum qui uigori conueniens esse debet; intervalla enim febrilium admittunt fieri concoctiones nutrimenti & nutritionem; in morbis uero continuis & acutis, nec contemendum est si quid inter iniuria morbi inedia; aut certe tenuem uictum exigat ob metum futuri status: cuius tamen ratio habenda est, si nihil tale est in principio. In longis uero febrilibus continuis, quæ omnes ex crassis multisque humoribus nascuntur, non errabis (meo quidem iudicio) si tenuius illas inchoante morbo quàm uigore: consumpta enim multitudine humorum quæ uerum corpus grauat, humor quem putredo inuadit,

fit, postea facilius uincitur. Ceterum, illud quoque doctum in nostris Commentarijs, tenuem, conseruantem, & plenum uictum non esse differentias quãtitatis uictus, sed generis uictus, appellarique tenuẽ, qui uires minuit, nec conseruare potest: conseruantem uero, qui quantum morbi permittunt uires tue tur, & in suo robore conseruat: plenum siue crassũ, qui eas auget. Ad hæc autem præstanda sumi possent genus nutrimenti, tum quãtitatem: uires enim minui permittet pũsana succus quantum concoqui potest assumptus, & ouum unum, uel carnis minima portio, non tamen pro pũsana hæc dabit Medicus ægrotis qui tenuiter sunt alendi: quidquid enim suapte natura crassius est, nutrit, siue crassim siue plenum uictum exhibet, in se continet plus solidæ substantiæ quæ difficilius coquitur quãm exigat nutritio ægrotantium. Eligenda igitur & danda sunt ea genera alimenti quæ sua natura sinunt aliquo modo debilitari uires, eo quod solidam substantiam paucam in se habeant, aptam ad nostram restituendam, sitque ut interim cum debilitatur æger ex hac nutritione, morbus, & illius causæ moriantur ex continua, & maiore concoctione, & actione naturæ.

Ad hæc uero, quæ intermittentibus propria sunt, considerare oportet: uelut statim in tertiana (neque enim malè ab his auspicabimur) distinguendum in primis est, num exquisita, & ut ita dicam, generosa, ac minimè exquisita, sed uelut spuria sit: tertiana enim exquisita, septem cum tardissimè circuitibus iudicetur, minimè periculosa est; alteram autem non exquisitam aliquando uidi Autumno incipere, & Vere desinere: postea, ut par erat, tanto tempore, tum quod ægrotus imperanti Medico non magnoperè pareret, non nihil etiam delinqueret, tum uero hyemis iniuria malè afficeretur, maxime Lien intumuit, & hypochondria flatu distenta sunt: tumor quidem decolor cum in facie, tum maxime in cruribus apparuit, adeo, ut adolescenti timuerimus, & maioribus uti remedijs necessum fuerit. Itaq; hæc febris nihil exquisita tertianæ simile habet; quare ab initio distingui oportere dico: nam quantum natura inter se differunt, tantum uictus rationem variari æquum est. Ut autem has optimè distinguas, satis mihi fuerit ea recensere quæ adolescenti acciderunt, quæ exemplum documentaq; tibi futura sint febrium non exquisitè tertianarum. Medium erat anni tempus inter Vergiliarum occasum, & quod hunc antecesserat, æquinoctium, in quo adolescentem circa ferè ipsam auroram febris cum horrore corripuerat, quæ neque in calore, neque in pulsibus tertianæ similis esse uidebatur; imò nec uomitus biliosus sequutus est, nec multus sudor; postridie uero ad horam circiter tertiam, paucus exijt mador, cum quo & febris euannit, sed adeo sensim, ut circa uesperam uix febris

A *expers æger uideretur; nimirum relicto tunc in pulsibus euidente admodum febris signo. Verum reliqua circa idem tempus, ac per totam noctem facillè omninò æger ferebat. Rursus uero circa tertij diei auroram secunda accessio priori in omnibus præter quãm tempore similis redijt, sequente enim nocte paulo ante lucem exhalato uapore febris deceßit. Circa quartj diei auroram, & reliquo toto Autumno, & Hyeme, quo tempore ægrotauit, tum reliqua omnia, tum accessions, & solutionis febris tempus, eadem permanserunt. Adolescens uero annos plus minus octodecim natus erat, aspectu albus, & pinguis, uitæ deditus otiosiori, priusque crebris tum crapulis tum lauationibus usus, ac satietatibus; proindè cibos improbè concoquebat. Accessit uero & huic pulsus durities, mediocris quidem in primo, & secundo die in tertio uero, & quarto, & sequentibus usque ad septimum, ad tantam peruenit duritiem, ut si quis soli pulsui credidisset multorum esse mensuram ægritudinem putasset, at talis permansit usque ad Vernum æquinoctium, in quo primum mollescere cæpit; postea rursus quadragesimo die ab hac tertiana prorsus liberatus est, paulatim pulsu emollescente, & accessione decrecente, urinisque probum quod desidet habentibus, quæ prius uehementer cruda omnes erant. Hæc quidem certe maximè contraria est exquisita tertiana.*

B Reuocantem longitudinemque morborum considerandam esse in uictu instituendo proposuit Galenus accu morbi breuiiores longioresque dignoscantur esse ex certis differentiis quæ in ipsis ponuntur, nescio quo modo in illas, incidit, quas tanquã notas, ut & omnia quæ pertinent ad historiam, & dignotionem febrium erant ponenda ab eo qui iam curationem est aggressus; sequemur tamen authorem cuius sumus interpretes. Dicit ergo tertianas quasdam esse legitimas, & exquisitas, alias uero esse spurias, & illas septem ad summum paroxisimis iudicari; has uero longissimas esse suapte natura, & ob errores qui committi solent potissimum ab ægrotis, & nonnunquam etiam ab imperitis Medicis, & assidentibus. Sed meo quidem iudicio, non ex tempore durationis legitime, aut spurie febres diiudicandæ sunt: id enim nihil conferret ad uictum instituendum, sed ex eo quod ostendere potest talem fore febrem, id autem faciunt causæ ipsarum febrium. Legitima enim est tertiana, & exquisita quæ ex sincera bile in corporibus biliosis, in tempore calidissimo gignitur: ea autem necessario erit breuissima, neque excedet septem accessiones; cuius ratio si quæ est, sumitur ex causis dierum criticorũ; ut enim morbi acuti quattuordecim diebus ad summum terminantur, ita intermittentes febres biliosæ septem paroxisimis concluduntur. Reliqua quæ pertinent ad propositam historiam per se patent.

Reliquas vero omnes intermedias, quae per-
multa sunt, ex definitis extremis haud diffi-
cile inuenies. Si enim quae initio comentationis
scripsimus, tertianarum signa omnium adfue-
rint, exquisitam tertianam esse testabuntur;
cuius accessionis tempus breuissimum quidem,
omnino quattuor aut quinque aut sex horarum
est, longissimum vero undecim aut duodecim,
atque etiam harum urinae tertio, aut omnino
quarto die concoctionis inditium ostendunt.
His igitur notis absoluta tertiana, & spuria di-
gnoscuntur. Ad hunc vero modum quartana
& quotidiana distinguuntur: cui enim omnia
insunt signa quae prius in febribus quartanis
scripsimus, germana exactaque quartana est,
sin omnis spuria, minimeque exquisita, & ex
quotidianis legitima quidem est cui omnia quae
diximus insunt; quae si non adsint, exquisita
non est. Itaque febres spuriae non tam longae
sunt, quam quartana, & quotidiana, sed quem-
admodum tertiana praecipit est, sic quartana &
quotidiana diuturna. Haec quidem in his quae
circuitu repetunt consideranda sunt.

Cognitis duabus extremis febribus tertianis,
nempe exquisita & spuria, facile erit di-
gnoscere intermedias, quae scilicet ab ex-
tremis recedunt. Eadem est ratio, & de alijs febri-
bus intermittentibus, etiam continuis: in omnibus
enim aliqua est species legitima & exquisita, alia ve-
ro spuria, & non exquisita, aliae vero quae plus vel mi-
nus ad alterum extremorum accedunt. Quod vero
dicere solet, de concoctionis inditijs apparentibus
in febribus, hoc loco explicare institui, quid scilicet
intelligendum sit cum scribit hoc esse dandum, ali-
udque faciendum cum apparent signa concoctio-
nis. Videtur meo quidem iudicio, nil aliud intelli-
gere, quam tempus illud morbi, quod incremen-
tum dicitur, in eo enim manifesta apparet conco-
ctio; siquidem principium terminatur signis eru-
ditatis, in statu perficitur concoctio, in declinatione
perfecta est. Hanc opinionem confirmat, quod
nunc scribit urinas in tertianis exquisitis tertio, aut
quarto die ostendere inditium concoctionis: nam cum
septimo paroxismo finiti soleat, aut etiam quinto
iudicari oportet ex concoctione finem morbi tertio
vel quarto die; sunt enim quae fiunt in incremento
inditium Crisis futurae in vigore morbi.

In alijs vero febribus urinas alii excremen-
ta, & vniuersam corporis habitudinem inspi-
cere oportet: calorem quoque, & arteriarum,
motum. Ad haec alia quaecunque Hippocrates
longaque experientia contemplanda esse iubet,
nempe regiones, anni tempora, aeris constitutio-
nes, aetates & temperaturas corporum, consue-
tudines, & antecedentes causas, quaeque una
cum morbis inuadunt, quaeque medio tempore
apparent.

Non solum in alijs febribus, sed in diuersis
haec consideranda sunt, & alia omnia indi-
tia quae a quattuor fontibus praedictis su-
muntur, quos cum nunquam sibi ante oculos pro-
ponat; ideo semper & passim infinitam rerum mul-
titudinem enumerat, quam cum videt adhuc multa
praetermittere, putat arte comprehendi non posse,
sed sola consistere experientia, & ad Hippocratem
omnium rerum magistrum rem esse relegendam.
At qui Methodo docet, capita proponit ex quibus
singula elicit inditium, quibus utitur in omni re signi-
ficanda sive febris sit huius, vel alterius generis, si-
ne alius affectus cuius notas quaerimus. De qua re
quoniam iam saepius egimus, transeamus ad re-
liqua.

Omnia quidem, ut euipia videri possit mon-
nita sunt, sed reuersa haud ita res habet, quan-
do quod maximum horum omnium est, dictum
autem breuissimum nondum explicatum est.
Quid vero hoc est? morbi, & virium quanti-
tas: res quidem quae verbo vno explicari potest,
ad usum maxima est: neque enim bene prae-
scere poteris, nisi horum cuiusque quantitate di-
ligenter explorata, non enim an morbus lethalis
sit, nec ne, nec quando vel mori, vel a mor-
bo vindicari, potius homo debeat, nisi omnium
quae diximus quantitatem diligentius contem-
platus in duo redegeris capita, nimirum in mor-
bum ipsum, & laborantis vires praescire recte
poteris: nam si vires adeo validae sint, ut mor-
bum euincant, necessario sanitati homo resti-
tuetur; sin contra, omnino morietur; non igitur
solum cuiusnam sit generis morbus, sed
& quantum ipse sit inspicendum est, hoc autem
non parua eget meditatio, atque peritia, cum
propter alia, tum quod nec scribi nec verbis ex-
plicari villo modo eorum cuiusque quantitas po-
test. Si quid igitur nostrum est, id non tam ex-
aliare vlla, quam ex crebra conicienda quan-
titatis exercet atone percipitur, quod ex operi-
bus, & discere, & docere possis. Quae vero qua-
litate distinguuntur, diligenter simul, ac di-
lucide, quam breuissime fieri poterit, scri-
bemus.

Quoniam aliter tractandi sunt morbi longi quam
breues, & salutes quam lethales, ideo au-
thor antequam curationem febrium aggre-
diatur docere vult rationem qua possit Medicus haec
praedicere. Constat autem haec methodus & ratio ex
cognitione quantitatis morbi, & virium aegrotantis:
nam ut inquit, si vires morbum vincant, morbus erit
salutatis: si vero vincantur, futurus est lethalis;
ac tanto quidem breuior erit salutatis morbus, quan-
to maius dominiuum vires obtinent; Contra vero
morbis mortalis tanto breuior erit, quanto ille magis
vires exuperat. Porro cognoscemus, ut docuimus
in opere nostro de signis pronosticis, morbum mag-
num esse ex sua natura & differentijs, necnon ex
suis causis, effectis, & similitudine: nam pestilentes
morbi

morbi continui, vehementes & vniuersales, erratici, magni, & inter alios lethales esse solent; alij vero minores & salutates. Sunt quoque perniciosi & breues qui ex malignis humoribus multis, & calidis nascuntur, & ex illorum magna & maligna putredine, necnon qui à magnis & violentis causis excitantur in partibus nobilibus; qualia sunt vulnera cerebri, cordis, hepatis, & in corporibus pessimè affectis, quique similes sunt ijs qui alios occiderunt, & symptomata magna maligna & continua inferunt; cuiusmodi est delirium, Syncope, pulsuum debilitates, & inæqualitates. Ceterum vires validas cognoscemus ex suis actionibus, vt animales ex integris sensibus, motibus, imaginatione recta, cogitatione & memoria: Naturales vero ex bonis concoctionibus, attractione, retentione, expulsionem, atque felici nutritione Vitales, ex animi constantia bonisque pulibus; quin etiam qualitates & excrementa quæ à nobis exeunt, idem ostendent. Idem quoque facient natia & acquisita temperamenta, habitus corporis, ætas, ratio victus qui præcessit, regio, & alia huiusmodi quæ tamquam causæ ostendunt subesse vires validas aut infirmas. Ex his, inquam, fontibus percipiet Medicus vitium & morbi magnitudinem & ex illis inter se collatis, & quantum nostra natura pertulerit, cæcus erit iudex magnitudinis & excessus morbi supra vires, aut vitium supra morbum: ex quibus pendet prædictio ad salutem vel mortem, idque cito vel tarde.

Exquisitam autem tertianam, ut in qua concitatur a bilis flava dominetur, quoad fieri maxime potest, humectare ac refrigerare oportet: nam contrariorum contraria sunt remedia, quæ quod superat, reprimant, quod autem deest, sarciant.

Si vniuersos scriptores de re medica legamus, inueniemus adhuc multa iuperesse in curatione februm putridarum, quæ ab illis excogitantur: debent qui non temerè aliquid facere aggrediuntur, methodoquæ omnia pertractare cupiunt, dicent enim qui practicam medicinam profitentur, mittendum esse sanguinem, propinandos esse syrupos, medicamenta purgantia exhibenda tum ab initio tum concocto humore; adhibebunt & vnguenta & epitemata; & cibi & potus & multarum aliarum rerum mentionem facient; & interim non docebunt cur hæc exhiberi debeant; nec quæ & quot præstare oporteat in curatione februm putridarum, ad quæ referenda sint particularia hæc auxilia. Hinc controuersie multæ nascuntur inter Medicos, quandoquidem nonnulli vniuersis putridis sanguinis missione competere scribunt, vt Paulus & Galenus in vndecimo Methodi, alij vero hoc remedium non commune vniuersis sed peculiare quibusdam putridis esse autumant, vt Galenus hoc Opere, in quo, vt videre est, in tertiana exquisita, nullam mentionem facit de sanguinis missione; in notha vero relinquit hoc remedium in arbitrio medici, quasi ipsius febris natura necessitatem non imponat ad venam secandam; in quartana quoque aliquando mittit sanguinem, aliquando non. Quare nihil perpetuum & stabile in usu huius remedij ponitur ab hoc authore in curandis putridis febribus; alij deinde pauciora remedia de feribunt, alij plura; Vnde, qui authoribus sese emanant, confunduntur cum ignorant cui nam assentiendum sit, & perpetuo coguntur dubitare, aut relinquuntur adhuc aliqua præidia omnibus collectis quæ ab omnibus traduntur scriptoribus. Docent

di uero ratio postulat vt tradamus quæ sint necessaria auxilia cibus putridis, vt putridæ sunt; quid vero postea singulis accedat ob peculiarem suam rationem dandam præterea sunt, quod in singulo remedio præmittunt nunc quantitatem, nunc qualitatem, aut modum, vel tempus, aut ordinem præsidiorum, quæ de scopis agendi nunquam considerant. Quin etiam illud maxime reprehendendum est quod à Paulo & Aetio & alijs recentioribus Grecis fieri videmus, qui remedia conuenientia vni duntaxat generi, ad vniuersas putridas extendunt: nam clisteres ex aqua multa quos communes faciunt omnibus; imbecilliores sunt in multis febris quam expediat, ac cum Paulus scribit eligenda esse quæ per os assumuntur non admodum calida, ad euacuandum & aperiendum. Hæc ex vndecimo Methodi sunt sumpta, in quo Galenus cõtinuarum & vehementer calidarum februm curationem docet: propterea non sunt illa referenda ad vniuersum februm genus: nam quotidianæ & tertianæ nothæ teste Galeno, requirunt piperis origani, hysopi, thimi, & aliorum præsidiorum quæ excellenti calore sunt prædita, vsu. Nec probare quidem possumus Galeni tractationem in hoc Opere, qui contempto eo quod est commune, aggedit curationem singulorum februm putridarum: nec fortè rectè docet in vndecimo Methodi; cõmunem omnibus curationem, sed proponamus ea quæ illo loco habet; scribit igitur, primo tradenda esse communia auxilia; deinde quæ singulis sunt propria. Dicit autem ea esse propria, quod quædam sunt febres quæ præsentibus habent putredinis causas, alia vero nequaquam aliæ præterea quæ putredinem habent diffusam per totum corpus, alia vero in vna duntaxat parte, & ea quidem sine inflammatione, aut cum inflammatione; Sunt & alia peculiaria: nam alia ex alia materia fiunt, quid uero illud sit commune, quod omnes putridæ postulant, ex natura rei quaerit; est enim in primis, inquit humorum putredo, quæ duo postulat; vnum, vt separemus eum humorem qui corruptus est, & putrefactus à corpore, id quod facit euacuatio per vrinam, deiectiones, vomitum, & sudores. Alterum est, vt refrigeremus reliquos humores à quibus qui putrefacti erant, sunt seiuncti, præstat autem refrigerationem transpiratio corporis & moderati inquit, motus; Hæc sunt quæ Galenus dicit indicari in omni putrida, purgandum scilicet, aut alio modo primo euacuandum quod putrefactum iam est, & refrigerandum reliquum. Verum si quis diligenter hanc methodi rationem expendet, inueniet illam non esse penitus absolutam & perfectam: nam etiam in externis rebus putredines sanantur primo separatione facta partis rei putridæ, à relicto quod putridum non est, id tamen in nobis cum putrescunt humores, fieri non potest: nam necesse est primo præcedere coctionem, deinde separationem; etenim, putredo humorum qui faciunt febrem, non est exacta putredo, sed generationi putis proportionem respondens, ut ille in primo libro de differentijs februm tradit, proinde vt nõ potest euacuari humor in abscessibus, nisi prius factus pure, ita necesse est putrescentem humorem qui crudus est, & dissimilis factus nature, prius concoqui & quantum fieri potest assimilari, postea vero cum victus iam est, & tamen inutilis remanet, ob dissimilem substantiam educi; quare rectius scribit in tertio Artis Medicinalis, putredinem quæ febres facit, exigere primo alterationem per concoctionem, quæ facit cessare putredinem, & euacuacionem concocti illius humoris.

Præterea refrigeratio debetur non solum humoribus qui relinquuntur post separationem putridorum,

rum, sed maximè ipsis putrescentibus, & uniuerso corpore quod feruet ex febre & putredine. Præterea refrigeratio per moderatos motus non fit in febribus, ut in rebus externis putrescentibus, quæ ex motu ventulantur & transpirant; quos enim motus adhibere potest Medicus decumbenti & ardenti corpori? si quidem motus omnis nos calefacit, quin etiam transpiratio facit quidem ad refrigerium, verum & ea quæ per os assumuntur, & alia multa præsidia ad refrigerandum sunt necessaria febricitantibus. Quid ergo dicendum & stabilendum tanquam commune omnibus febribus putridis? tria profecto sunt necessaria, concoctio, refrigeratio, & euacuatio putridi & concocti humoris, nam febris ipsa refrigerationem indicat necessariam, putredo vero humoris concoctionem & sui euacuationem exoptulat.

Quod si alia adsint præter febrem & humorem qui putrescere cepit, alia sunt præsidia addenda. Coniungi autem possunt cum his multa, & imprimis putredinis febrisque causa, inter quas quædam sunt efficientes, alia materiales, alia causæ sine quibus non, porro efficientes sunt non solùm obstructions internæ, ob cutis astrictiōem, de quibus solis mentionem facit Galenus 11. Methodi, sed etiam inflammationes partium quæ calorem & vapores putridos mittentes ad cor, putredinem humorum in eo, & in venis generant, quæ putredo cum immediatam causam habeat prohibitam transpirationem, necesse est, ut aperta uena densa & solida veluti per caminum expirent vapores illi retenti, qui gignuntur ex humore putrescente, & retinentur oclusis meatus, vel quod plures ex ebullitione & putredine consurgant, quam transmittere possit cutis, & meatus alij corporis naturaliter etiam affecti, quomodo fumus in cubiculo colligitur ubi ex luculento igne copiosior ille ascendit quam transmittere possint foramina camini facti solum ad emittendum fumum qui à mediocri igni generatur. Cæterum materiæ vitia quæ putredinem efficiunt, vel fouent, vel augent, pertinent ad illius quantitatem, & qualitates; ubi enim in corpore exuperant humores, suppeditatur materia ad nouam putredinem, & eam quæ accensa est oppresso calore natuo, augent, & fouent, impeditque concoctionem & euacuationem putrescentis humoris, atque ipsam refrigerationem impedito transitu remediorum, ubi crassi sunt humores & viscosi, ocluditur via aduersus transpirationem liberam, ex qua putredo augetur; inter causas sine quibus non, sunt foci & loci in corpore quæ materiã gignunt, & suppeditat venis, ubi sit putredo, ut est hepar in tertiana, ventriculus in quotidiana, lien in quartana, quarum partium vitia corrigenda sunt, alioqui nunquam febres sanari poterunt.

Sunt & alia contra quæ pugnandum est nonnunquam in febribus putridis, nempe symptomata, quæ causæ rationem habere possunt, intendendi scilicet, fouendique febrem, aut putredinem, aut sine quibus nequeunt hæc tolli, qualia sunt virium debilitas, sopor, vigilia, dolor, delirium, sitis, lingue asperitas, & in mulieribus, vteri suffocatio, deiecta appetentia & cetera huiusmodi quæ egrotos perinde vexant, ut cogamur nonnunquam alijs causis relictis succurrere: quo fit, ut non semper eadè sint adhibenda laborantibus ijs febribus auxilia, quoniam non semper eadem mala in ijs reperiuntur, sed nunc plura, nunc pauciora, nunc ea sola cum quibus putrida febris necessario consistit, ac ubi hæc inter se coniunguntur, accidunt sæpè angustie, nimirum repugnante vno aut pluribus ei, quod ab alijs exigitur, ac ubi multa adsunt inter se coniuncta, ab euacuatione exordium, sine qua reliqua fieri nequeunt,

A modo uirtus permittat, de qua paulo postea præcepta trademus: nunc vero tempestiuum est ut ad authoris dictionem interpretandam accedamus; igitur quod scribit, tertianam febrem exquisitam egere humectatione & refrigeratione, non comprehendit omnes scopos necessarios in curatione huius febris, nam si ea putrida est, necessario indicabit concoctionem putrescentis humoris, & postea euacuationem, & interim cum hæc fiunt, etiam refrigerationem. Quod si subsint alia causæ quæ possint aliam materiã suppeditare, & transpirationem prohibere, ex qua noua putredo fiat ut semper adsint hæc causæ, si modo nulla febris tertiana est, quæ vnico paroxismo finiri possit, necessario quoque aperienda erit vena, ut multitudo tollatur: aut si ea non adsit, ut transpirent putridi vapores in uenis & arterijs conclusi, quare cum dixit esse refrigerandum, tacere non debebat præcipuum remedium ad refrigerationem necessarium, scilicet venæ sectionem; nec ea uerenda quidem est, quod bilis huius febris sit causa, & graciles ut plurimum sint cum paucis sanguine, & eo quidem bilioso, qui hac tertiana laborant: nam (ut postea ostendemus) non ad sanguinis euacuationem semper uena secatur, sed ob ipsam transpirationem, quæ aliter nequit commode & citò fieri. Quod uero scribit humectandum esse, dubitationem habet: nam si putrescit bilis vel alius humor, exsiccationem potius postulare videtur, siquidem putredo humectantibus augeri dicitur siccantibus uero curari; Respondendum est, ueram putredinem & absolutam exsiccationem exigere, humorum uero putredinem in qua fit suppuratio in abscessibus, aut in uenis alterationem suppurationi similem, at non nisi per concoctionem emendari, concoctio uero humectantia maximè in materia siccata ut in alia omni, contraria requirit.

Flauæ autem bilis humorum omnium qui in corpore sunt humorum calidissimus & siccissimus est: itaque exinanendus est, vomitu quidem si ad ventrem repit; pari modo per aluum, si deorsum fertur, quod & spontè iustis tertianis accidit.

D **Q**uem uelit humorè biliosum euacuare non exprimit, an scilicet eum qui in principio accessionis solet moueri ad stomachum, an eum qui finita accessione, factis sudoribus, aut sine illis in corpore remanet tanquam cinis factæ putredinis; an uero illi qui concoctus remanet finitus omnibus accessionibus; an illi potius qui sub materia antecedente continetur. Constat profecto eum qui repit ad orificium ventris, vomitu esse ducendum in ipsa accessione; id quod si natura facile præstare non potest, commodè fiet exhibitio leui vomitorio ex aqua hordei cum syrupo acetoso, vel oximelite; quod si ad ventrem repat, nihil exhiberi potest ad naturæ auxilium, nisi finita accessione; tunc enim molliter elicti sollicitari potest aluus, & natura motus iuari. Qui uero post accessiones remanet in uenis, non est educendus antequam declinet febris, tunc enim aperti erunt meatus liberati ab obstructionibus, & facta concoctione post quam fieri potest separatio & expulsio; vacuandus est ergo qui materia est antecessens, & successine mouetur in singulisque accessionibus humorem suppeditat ad nouam putredinem nouæ accessionis causam; is humor euacuatus per minoratua diæta medicamenta, quæ re uera hos humores educunt qui crudi non sunt ut qui nullam ferunt putredinem, sæpè rescindunt omnes futuras accessio-

accessiones; quod si debilitet id faciunt, solum eas minuunt, aut certe eas augeti non permittunt, cuius generis sunt casia, manna, siropus rosaceus solutiuis, quibus admisceri possunt, si corpora sunt duriora, dracma vna aut duae electuarij rosati Mesue, vel de succo rosarum; nec Montanus audiendus est, qui in hac febre syrupum rosaceum solutum & thabarbatu ob illorum attractione damnat, & scamoniam omnia ob vehementiam actionis, singulare est remedium, cum multi integre sunt liberati post primam accessiorem draema vna vel scrupulis duob. pro natura egri radices asari puluerizati, & exhibiti & eposi cum infusulo pulli, vel aqua hordei, id enim per vomitum & alui mirtificae corpus expurgat, praesertim in his febris tertianis exquisitis, & etiam nothis.

Per vrinas quoque & sudores exigere oportet: sed commodè per inferna repurgatur.

Svdotes sponte sequuntur finem accessiõis exquisitae tertianae, nec opus est ad auxilium vehementi remedio, sufficit igitur aqua hordei cum saccharo tepidè bibita, quo tempore natura mouere incipit, aut in motu tardat inchoato; purgatio vero quae fit per vrinas, parum in hoc morbo potest, est enim vrinae materia aquosus vel pituitosus humor, non bilis, at si bilis, vt scribit Hippocrates in Aphorismis; per vomitum expurganda est, quam quartit hic commodiorem per inferna purgationem, in hoc quidem Galeno magis credendum est: nam nisi eum humorem natura tentet per vomitum educere, satius est enim per intestina deiecere, si quidem orificium stomachi tuto ferre non potest tam actis & mordentis humoris contactum.

At mollibus clysteribus venter subducendus est: vrina vero, potionibus ijs in quibus maduerit apium & anethum prouocanda.

Sunt nonnulli Medici adeo superstitiosi, ut vereantur in febris clysteres imperare qui vim habeant noxios humores purgare, existimantes turbati concoctionem si aliud excernatur praeter cibi excrementa. Verum experientia & ratio eam opinionem eludit: nam multos tertianarios delicatioribus folijs clysteribus liberaui, confectis ex rebus emollientibus, & casia, melle communis, adiecta etiam hiera picra, vbi humores erant rebeliores, & durior natura aegrotantis. Quid enim commodius fieri potest ad extrahendos noxios humores, qui potissimum venas mesaraicas occupant; quibus euacuatis, per consequentiam quandam expurgantur quoque hepar, & quae post ipsum sunt vena. Ceterum praestat vrinam prouocare frigidioribus remedijs quam apio & anetho in affectu tam ardente, cuius generis sunt semina communia à recentioribus Medicis dicta frigida maiora & minora, sed cum diu yetica haec, non nisi longiore tempore vacuent, leuem etiam portionem humoris peccantis, praestat per aluum purgatione molliri.

Et si concoctionis nota apparuerint, iam cum fiducia absinthium dabis; quod alioquin, stomacho quem erodens bilis infestat, summum remedium est; praesertim si eius comas, quantum visus flagitat in aqua mulsam maceratis.

Haec est purgatio quam Galenus adhibere solet in his & alijs nonnullis febris, ex qua nescio an aliquis vnquam liberatus fuerit; proest quidem ea ad stomachum leuiter expurgandum, vel potius abstergendum, quod in eo est biliosum, sed id putridos humores contentos in venis non attingit, & multo minus si (vt ille vult) humores putrescunt in habitu corporis quare praefenda est curandi ratio quam nostra secula inuenerunt inuentis ex nouo orbe mitioribus purgantibus medicamentis, antiquioribus Medicis incognitis. Est autem haec curandi à nobis obseruata ratio: primo enim si orificium stomachi laborat, exhibemus vel unciam cassiae, vel uncias tres manne, aut totidem syrups rosacei solutiui, alioquin prius sanguis mirtitur; Deinde leue hoc medicamentum adhibetur ad antecedentem materiam educendam; postea ad concoctionem eius quae putrescit, & refrigerationem alterius & vniuersi corporis syrups exhibent conuenientes, quales sunt syrups de endiuia, acetosus simplex, cum decoctionibus herbarum refrigerantium; postea vero declinante morbo, iam concocto humore, datur thabarbari infusio, cum syrupo rosaceo, cassia, vel diacatolieon, & reliquis huiusmodi quibus felicissima fit purgatio, & integra sequitur sanitas. Cauendum tamen est inter initia februm thabarbarum, propterea quod per vrinas bonam humoris partem elicit, transitus autem per eas partes facilis fieri non potest antequam soluta sint obstructiones; quam ob rem ego non vereor potius exhibere crudo adhuc morbo minoratiua, quae recipiunt cum lenitiuis electuarijs solutiuis. Quod vero scribit Galenus absinthium esse exhibendum cum mulsam, repugnat ei quod alio loco scribere solet, mulsam in biliosis facile in bilem mutari, quare praestat absinthium incoquere in aqua cum saccharo & herbis frigidioribus.

B Sed & balnea calida ex aqua potabili profunt, tum quod bilis aliquid educunt, tum quod sua qualitate mirifice iuuant; ea enim huiusmodi omnia humectant, & facultate refrigerant. Marina vero salsa, nitrosa, & sulphurea, plus quidem bilis exigunt, uerum minus quam ex aqua dulci utilia sunt; praestat uero nec ea utilia dicere, quando plus sua qualitate laedunt, quam uacuando profunt; equidem noni quendam, qui falso adductus inditio, hisce balneis usus est, ac deinde resiccato corporis habitu, eo uenit exitus, ut tabe interierit. Reliqua autem uictus ratio illi bilis uacuationem adaugebat; at contraria qualitas qualitati praeter naturam excedenti perpetuo obijcienda est, tanquam id longè commodius sit, quam quouis modo uacuare. Verum ipse nec hoc nouerat, neque ex alijs desiderat. In balneis igitur hoc praecipue consideretur, ut corpus abluatur ac humescat; proinde neque nitrum, neque sal, neque sinapis inspargenda sunt: id quod factitare plurimos uidere licet, aegrotos enecantes. Vbi autem calente oleo plurimum perfuderis in aquam ducere, ac proluere oportet: et si in ea natare uelint, his quantum possunt permittendum est;

qui verò balneis delectantur, neque sibi die lauare velis, peccabis, sed precipuè in memoria habeto, ut id opportunè fiat: nam si coctionis morbi signis apparentibus frequentius laueris, non erraueris.

Prosequitur alia remedia febrium tertianarum exquisitarum, quæ scilicet sumuntur ab his quæ extrinsecus nos afficiunt, ut est lauacrum ex aqua, & quoniam aqua potest esse dulcis siue potabilis, vel marina aut ex mineralibus alterata; præterea, quæ potabilis est, potest adhiberi calida, uel frigida, vel tepida acta, & ea quidem simplex, vel in qua sunt decoctæ aliquot herbarum, vel semina, vel radices aut fructus arborum, aut aliquid aliud quod mutat illius naturam vim, laudat hic solum potabilem aquam, & eam calidam, & solum damnat marinam, salinam, nitrosam & sulphuream; & potabilem quidem calidam iudicat accommodatam, tum quod bilis aliquid educat, tum quod humectet, & facultate refrigeret. Marinam vero, salinam, nitrosam & sulphuream, damnat, quod et si euacuet, relinquit tamen qualitatem præter naturam calidam & siccam inimicam febri, & aptam ad generationem bilis. Ceterum, potabilem & dulcem tunc uult adhiberi, ubi apparuerint signa concoctionis morbi frequentius, & bis etiam in die, permittiturque in ea mutationes. In quibus quidem præceptis, censura nostra adhibenda est. Rectè ergo non solum marinam, salinam, & sulphuream, sed etiam aluminosam relinquere debemus in his febribus, quoniam ipsam intemperie febrilem auget, naturam corrumpit, ex qua sequitur maior bilis generatio. Quare nullo modo prosunt huiusmodi quæ, siquidem bilis minimum euacuant, multum vero benignioris humoris, qui in uenis cum bile continetur. Damna set utique uerbo omnes minerales aquas ut qui alibi tradiderit & semper existimauit, eas omnes potentia calefacere & exsiccare, propterea quod raro aliter uisum est; tamen in agro Lucensi aqua balnei uillæ dictæ quæ bibitur ad omnes internos calidos & siccos affectus emendandos, & in agro Pisano, balneum aquæ quod extrinsecus in infinitis malis succurrit, miram habent refrigerandi & humectandi vim, ut sæpe uidimus, cum medicinam Pisis sub Cosmo Florentiæ Duce annos tredecim doceremus. Quod uero hic admonet in usu medicamentorum euacuantium semper adhibendam esse contrariam qualitatem humori peccanti & lædenti intemperaturæ, diligenter obseruandum est; Et hoc ipsum est, quod eos refellit Medicos, qui in dysenteria utuntur rhabarbaro, vel mirabolanis: satius enim illis esset propinare ægrotis Cassiam, mannam, syrupum rosaceum solutiuum, quæ euacuant temperantque acres humores, atque eos gigni prohibent. Nec illorum medicamentorum usum tuetur quod illi putent uacuandum esse cum astringente & exsiccatione quæ qualitates in rhabarbaro & myrabolanis sunt euidentes: nam fluxiones acrimie humorum quæ per intestina affluunt, non sanantur cum ea repugnantia, sed cum purgatione acrimie humorum, & simul refrigeratione & humectatione, & mixtione frigidorum humidiorumque medicamentorum. Iam uero ut inquit aqua potabilis prodest, sed calida meo iudicio exhibenda non est, sed tepida, si modo uerum est quod antea scripsit, obijciendam perpetuo esse contrariam qualitatem medicamenti, qualitati excedenti. Quod si ut paulo post supra dicta uerba scribit, præcipuè considerandū est in balneis, ut corpus abluat & humescat, utique calida aqua admoquenda non est, nec ta-

Amen frigida, ne vapores fuliginosi intus cohibeantur sit ergo tepida, quæ eos dissilari permittit, nec intempestam molesta aliquam caliditatem inducit, & ex natura aquæ perpetuo humectat. Nec tamen damnare admodum exsiccatis corporibus si quis incoqueret in aqua balnei folia maluarum, violarum, uitis, salicis, cucurbitæ, ad maiorem quandam humectationem & refrigerationem. Nec admodum quidem probè uinctiones ex oleo calente, ante ingressum balnei in biliosis febribus, quid enim calor olei & id ipsum met oleum boni potest in hac re præstare? impedit enim suo lentore ne humiditas aquæ possit intro penetrare & ne uapores faciliè transpirent. Natationem quoque qui febre laborat appetere non potest, & quilibet etiam leuissimus motus excalescatis & exsiccatis obest. Quiescant ergo illi in balneo ne ex motu aliquid caloris & siccitatis illis accedat, sufficitque una lautio in die quietis: nam post exacerbationem febris, corpus exhaustum & exsiccatum, ad refectionem & humectationem cibum requirit; deinde somnum. Ante uero accessionem, nemo balneum consulat ne crudi humores qui in ipsa accessione intus concoquendi sunt, crudi a balneo extra moueantur. Ceterum, quod scribit frequentius lauare posse ægrotos si concoctionis signa apparuerint non reddit certam auctoris sententiam quam tuto sequi possumus. Vult ne forte crudo omnino morbo lauare nos posse ægrotos, eo quod dicat sæpius eos posse uti balneo, cum iam apparent signa concoctionis? id uero minimè præstarem, neque alijs consulerem ut facerent: nam ubi integra est cruditas putrescentis humoris, fugere debemus omnem commotionem, præsertim eam quæ humores reuellit ab internis partibus, ubi concoctio uiget & ducit spargiturque per habitum corporis, propterea dicebat Hippocrates cruda non esse mouenda; Nec forte etiam tuto potest adhiberi balneum ubi cœperint apparere signa concoctionis, in qua nulla potest adhuc fieri utilis agitatio ab externis remedijs, præsertim quod febres tunc augentur omniaque uehementiora euadunt, & concoctioni maior locus paratur eam enim quanto magis ad flatum properamus, tanto magis naturam occupat. Quare ut breuiter dicam quod sentio, Balneorum in his febribus præcipuus debet esse usus declinante iam febre; in alijs uero temporibus ab illis abstinendum, nisi forte iam in summo uigore ac ardore & siccitate quæ solet relinqui post accessionem febris, requiratur illorum usus.

A uino uero antequam morbus concoquatur prorsus arcendi sunt; ubi autem coctionis initium habuerit, panicum, tenue, & dilutum initio dandum est: liberalius uero, ubi in propinquo morbi solutio est.

Postulat hic locus, ut diligenter expendamus potiones quæ exhibentur febricitantibus cibus temporibus, aut ad sitim extinguendam in ipsis accessionibus febrium. Sunt porro potiones huiusmodi quibus antiqui sunt usi mulla, oximel, uinum, aqua hordei, aqua sola, quibus nostra ætas addidit alias confectas ex saccharo mixto cum ipsa aqua sola, quibus nostra ætas addidit alias confectas ex saccharo mixto cum ipsa aqua sola, uel addito cynamomo, uel aniso, uel coriandro, & ut aliquid huiusmodi, quinetiam aquas stillatas, & ut uocant, ipsa etiam stillata, & consummata propinare solemus, & pro saccharo miscemus iulepos uocatos, necnon syropos, acetosum de simonibus, de acetositate citri, uel alium alterius generis, pro uoluntate ægrotantium, & affectionum

tionum diuersitate. Vtuntur quoque Britanni, & Flandri ceruisia, & biera ab eis vocata. Itaque primum docebimus, in quibus febribus dari possit vinum in quibus verò minimè, & in quo tempore morbi exhibendum sit, quibus concedi potest, sed non perpetuo, quibus verò perpetuo sit exhibendum, quale præterea vinum, an vnum & idem, vel diuersum sit propinandum; quæ postremò sit vera ratio quare vinum non concedatur in omnibus febribus, & in aliquibus non nisi in certis temporibus.

Sunt qui putant se optimos Medicos, aut certè omnem infamiam vitare posse, si in omnibus febribus statim circumcedant vinum, & panem vt vocant coctum in aqua cum aqua hordei imperare sciant, tanquam hæc sint sola, & præcipua febrium inter se discrepantium causas & natura, auxilia. Quos Galenus, & omnes veteres Medici resellunt, qui in quartanis, & quotidianis, vinum in toto morbi decursu imperant.

Alij verò nimium suauitati vini indulgentes, illud non vereantur exhibere in acutis etiam morbis; quos ratio & saniores Medici reprobant: nam si opponenda est qualitas remediorum qualitati affectionum, in ardentissimis febribus à vehementi putredine calidissimi humorum procreatis sæpe in æstate, nõ potest prodesse potio aliqua quæ calorem, vel intendere possit, aut certè non refrigerare quantum necessarium est. Quare in acutis febribus, nec in ipsa declinatione febris, conuenire potest vini potio, tantum abest vt illud sit exhibendum vbi concoctionis indicia solum apparere incipiunt. Nam si Galenus octavo Methodi scribit homines sanos biliosos melius concoquere cum frigidam bibunt, quid debemus existimare fieri in ardentibus febribus ex vini potu: hædet profecto ille concoctionem, & non iuuabit vt maiores nostri tradiderunt, qui vt ex hoc loco, & alijs patet, ad concoctionem vinum exhibent presentem enim vt diximus calidissimo affectu, à frigidioribus præsidia sunt petenda tum ad concoctionem, tum vero ad curationem. Vt verò in prædictis febribus continuis, & ardentibus, aut etiam exquisitis tertianis vinum non est concedendum, antequam vel soluta planè sit febris, vel certè multum declinauerit, ita vt periculum nullum sit incrementi caloris, & vires videantur ex morbo defatigatæ, spirituum generatione postulare, id quod maximè vinum præstat. Sic profecto, in febribus natis ex frigidissimis, & crassissimis humoribus, vinum in omni tempore morbi concedendum. Id quod fit in quartanis legitimis, in quibus vrinæ sunt aquosæ, in his enim non solum aquosum vinum, vel dilutum, sed etiam generosius, vt purum, exhiberi potest ad calefactionem extenuationemque, & concoctionem humorum, atque etiam ad rigores mitigandos. In nothis verò quartanis quæ sunt cum vrinis igneis, & rubris, & in quotidianis præsertim nothis, vinum non est dandum ante concoctionis notas, postea vero concedi potest plus, vel minus dilutum pro qualitate, & quantitate materie peccantis, & febris vehementia. Sed cur est, quod in his febribus requiratur concoctio ante vini exhibitionem, in illis vero minimè: id profecto non fit ob vini caliditatem, quippe cum medicamenta longè calidiora vino à maioribus nostris concedantur, cuius generis sunt medicamenta ex tribus piperibus confecta, & aqua mulsæ, in qua incocta sunt hyssopus, thymus, & aliæ herbe, & aromata longè calidiora, quam possit esse vinum suapte natura aquosum, & multa aqua dilutum quo contenti essent agrotantes. Igitur vini incommoda in febribus non nascuntur ex ipsius calore, sed ex illius substantia familiarissima nostris corporibus. Ex qua fit vt ab omnibus par-

atibus sapiatur, & deducatur per arterias, & venas vbi humores noxij continentur, qui ex eo vini motu liquantur, & agitantur, ad quæ sequitur concoctionis turbatio, quæ quiete maximè perficitur, & fluxiones humorum, vt ostendunt pleuritides, quæ vini, vel exigui portione lethales euadunt, & podagra quæ eadem quoque ratione crudescit: subleuantur pariter vapores ad caput à quibus dolor ingrauescit, aut nouus excitatur. Hæc incommoda quartanæ febres puræ, & simplices non sentiunt: vt quæ fiunt ex terrenò humore qui omnem motum, & agitationem respuit; quare meritò illi datur vinum per totum febbris decursum. Quotidianæ ex pituitosa materia, leuius ferunt hanc agitationem: facilius enim liquatur, & agitur pituita, vt ostendunt frequentes fluxiones pituitosæ, ex leui calore, vel frigore, vel ira, aut alia quacunque leui occasione, excitatæ.

In calidissimis humoribus omne contingit ex vino periculum: non enim solum humores agitat, sed etiam ipsos calefacit. In mixtis iudicio maiore opus est, ne nimia seueritate, nimia abstinence stomachum refrigeres, & humores reddas rebeliores ad concoctionem, aut liberaliore vini portione humores commoueas, & concoctionem pariter lædas. Quare iudicio & prudentia opus est, ne quid præter rationem fiat; Vbi autem vinum ruto exhiberi non potest, aqua vtendum est, vel pura, aut cum alijs mixta: pura & sola, in biliosis & ardentibus febribus, præsertim in adolescentibus, qui nullam in stomacho, aut hepate, vel liene imbecillitatem continent, ex usu erit. Quod si aliquid tale veremur malum, vel ob natiuam infirmitatem, vel ætatem, aut etiam ad voluptatem, aquæ frigiditatem, & insuauitatem, quibus sola iucunda non est, mitigamus, primum concoctione, deinde mixtione: in quo casu miscemus saccharum purissimum, uel iulepos uocatos, rosaceum ad maius robur stomachi, uel uiolacium, ad efficaciorum refrigerationem, & syrupum de granatis, uel uinum granatorum, uel syrupum de limonibus, uel succum ipsum limonis, uel citri mali, ubi haberi potest, cum saccharo. Quin etiam syrupus uocatus de acetositate citri, miram habet uim tum ad refrigerandum, tum ad reprimendam putredinem, & malignitatem humorum. Atque hæc portiones utiles, & iucundæ sunt, ut diximus, in calidis admodum febribus, pro uarietate ægrotantium, qui dulcia, uel acida, uel insipida appetunt. Nec uereri debemus, quod temerè nonnulli faciunt acidorum usum, & dulcium, credentes acida obstructions augere, dulcia uerò facile in bilem uerti: nam acida, ut Galenus docet 4. de Simpl. medic. uim habent incidendi, & penetrandi; quod si cum aciditate coniunctum sit aliquid etiam austeritatis, non propterea hoc habet eodem auctore, uim obstruendi, ut ostendit absinthium, quod in signem habet astrictiorem, leuem autem amaritudinem, quo Galenus in febribus utitur: nam uidetur ille scribere, quod astrictio omnis cutis meatus ocludit, ita si coniuncta sit cum aperiuntione, in ista assumpta feliciorum reddit aperiuntione, protulendo uim ipsam aperiuntiam, & roborando uasa, ut ipse docet in lib. 5. de Simpl. Dulcia uerò, mollia, ut ita dicam, quæ sunt calida & sicca, ea sunt quæ in bilem facile uertuntur, sed saccharina hoc uitio prorsus carent. Est enim saccharum calidum leniter, & insigniter humidum humiditate aerea & aquea, quæ sitim extinguit, & biliosos humores mitigat. Iam uerò si humores planè biliosi non fuerint, & febres non prius ardentes, sed mitiores, quales sunt nothæ tertianæ, & aliæ quæ ex mixtione calidorum, & frigidorum humorum consistunt, tum aquæ aliquid incoquendum est, quod plus vel minus calefacit, &

aque uiria emendet. Ac inter leuiores est hordeum, cum quo fit aqua hordei, & ubi ueremur flatuum generationem, hordeum coquendum est, donec rumpatur, ac misceatur cum ipsa aqua, quod in eo est siccorum, in alijs uero leuior etiam coctura sufficit. Incoqui etiam possunt pruna exsiccata, & liquiritiæ frustula, uel momentum cinamomi, aut coriandri semina. Ego autem iocundissimam præparo potionem, ex septem libris aquæ, media uncia coriandrorum præparatorum, drachma semis cinamomi, & uncijs duabus sacchari. In frigidioribus uero humoribus, & illis qui dulcibus delectantur, impono scrupulos duos cinamomi, & uncias tres sacchari, & hæc erat potio Iulij Pontificis de Monte, qua ille non solum in suis febribus, sed etiam in podagra utebatur.

De febre ex sanguine putrescente & synocha putrida.

EX varia tractatione Galeni de febre quæ fit ex sanguine putrescente, orta est magna questio inter Medicos, quam primum Auicennas contra ipsum Galenum excitauit, deinde Auer. auxit, postea uero inter recentiores Medicos magna est facta pugna, cum illorum quidam certarent pro Galeno, alij uero pro Auicenna & Auerroë, alij uero conati sunt omnes inter se conciliare. Quid uero sentiendum sit de hac re, tunc melius intelligetis, cum Galeni sententiam proposuerimus, ex qua hæc controversia est nata. Scribit igitur Galenus in nono Methodi, & undecimo, fieri febrem ex sanguine putrescente, & illam esse synocham, quod etiam confirmat in secundo textu 1. Com. 6. Epid. idem docent remedia, nempe sanguinis missio, quæ has febres (ut Galenus inquit) iugulat, quod non fieret, si alius humor à sanguine putresceret: nulla enim alia febris putrida sola sanguinis detractione extinguitur. In libro uero 2. de differentijs febrium, cap. 12. statuit idem febres quasdam fieri ex sanguine putrescente, at eas non uult esse synochas, sed accessiones habere, quæ proportionem tertianis respondeant, idq; ex eo fieri scribit, quod in sanguine sit pars una tenuis, alia crassa, & per putredinem fiat ut tenuis transeat in bilem fluam, crassa uero in atram mutetur. Hanc secundam Galeni sententiam, alia prætermissa, impugnat Auicennas his argumentis, & Primum; Si sanguis putrescens fit cholera, & fit febris ex bile, non amplius est febris ex sanguine sed ex bile, Causa ergo, uel tertiana.

Secundò. Et si concedatur, post putredinem sanguinis tenuiorem portionem transire in bilem, non tamen id propterea negat febrem fieri ex sanguine, cum ipse putrescit; Aliud enim est loqui cum sit putredo, aliud de eo, quod putredinem sequitur, sicut ille scribit; Aliud est loqui de ligno quod comburitur, aliud de eo quod combustionem sequitur: fit enim combustio ligni, & sequitur cinis, nec dispositiones quæ in cinere nascuntur, tribui debent ipsi ligno dum comburitur.

Tertiò. Et si ex calore sanguinis gignitur bilis, cū scilicet sanguis putrescit, non tamen propterea fiet febris, quæ tertianæ modo infestet, quoniam non solum oportet bilem gigni, sed etiam eam putrescere: quod enim à putrido (inquit) fit, non necessario putrescit, aut putridum dici debet. Quare, non solum necessarium est gigni bilem, sed etiam eam putrescere, quod non est semper necessarium: sicut uideamus in alijs humorum generationibus fieri, quando scilicet ex nimio motu, aut uigilia, aut alia causa calefa-

ciente, bilis gignitur, & tamen biliosa febris non fit, quoniam scilicet bilis non putrescit.

Quartò. Generatio bilis ex sanguine putrescente non fit in instanti, nec illius putredo: quare cum interim sanguis putrescat, necesse est aliquam fieri febrem putridam, quæ certè ex sanguine fit putrescente, quæ non potest habere accessionem tertianæ.

Galeni uariâ sententiam tuetur Fernelius duplici inuenta putredine: sanguinem. n. bifariâ putrescere, vno generali modo, cum uel caloris præter naturam segregantur quæ in eo sunt substantiæ dissimiles, & bilis flaua ac tenuis ab atra, quæ crassa terrenaq; est secernitur; quam degenerationem, uerius corruptionem, quàm putredinem uocari censet, ex hacque putredine accendi febrem, & eam non esse synocham, sed uel biliosam, uel melancholicam, alio uero modo putrescere sanguinem cum citra substantiarum diremptum & secretionem, totus corrumpitur magno fetore & graueolentia; atque ex hac sanguinis corruptione fieri synochum, & non biliosam uel melancholicam. In qua quidem opinione multi sunt errores; primum enim malè putit putredinem separari à corruptione sanguinis, quippè cum putredo omnis teste Aristot. corruptio sit, & corruptio quæ eadem habet causas quas putredo, non possit alia esse quam putredo, sanguis enim qui putrescit in quocumque loco, id patitur aucto colore ex prohibita transpiratione, quæ cum leuior est, leuiorem quoque facit putredinem, cum maior, maiorem, perfectam autem & maximam facit, cum maxima est: & hæc in gangræna & sphacelo apparet, ubi omnia sunt facta penitus dissimilia, ita, ut in nulla re similia fieri possint per concoctionem, quæ, ut antea ostendimus, ex Galeno putredini est remedium: ubi uero leuis est facta dissimilitudo, non requiritur generatio puris, sed leuis per concoctionem alteratio; quare tunc etiam sanguis qui putrescit in uenis non suppurat, ut qui in locis latioribus & non penitus conclusis cõtineatur; fit autem pus cum inculcatus sanguis locum constipat, & in eo non est spatium ad separandas res diuersas atque ita distillatio prohibetur, ut penitus non sit ineptus ad concoctionem, tunc enim heret integra putredo; necita tamen leuiter afficitur ut solum leues dissimilitudines emendare debeat, quare tunc fit pus, quod multum habet uerè putredinis, & multum concoctionis, & propterea in ea mutatione non fit separatio partium heterogenearum, sed ut in ueris putridis humidi consumptio per expirationem relicta portione terrestri: nam pus ipsum est ueluti cinis detelictus ex putredine facta dissolutione partis aeræ igneæ, & maxima parte aqueæ, quæ erant in massa sanguinis; seruatur autem cum terrena portio aliqua aqueæ materiæ miscetur sine qua non poterat fieri concoctio. Igitur ubi leuis est putredo, & locus amplus, fit segregatio quasdam humorum, qui sunt in tota massa commixti, & interim sit dissimilitudo aliqua; unde cum extrahitur sanguis, & ipse sanguis quartus humor & alij humores ostendunt in colore mutationem & fetorem aliquem; omnia tamen hæc per magis & minus, & per certos gradus putredinis dicuntur esse corrupta; propterea rectè Galenus in Comm. Aphorif. secundi libri, putredines quæ fiunt in humoribus: ita distinguit, ut quasdam possint redire ad suam naturam, alia uero minime; Intelligere autem oportet ad suam naturam, non prorsus (sicut acida uina quibus uirum pro exemplo, ex putredine facta, nunquam pristinam bonitatem per alterationem recipiunt) sed quod non ueniant ad integram putredinem, aut ad suppurationem; & ea alteratio quæ fit in leui ea corruptione per continuas bonas nutritiones tandem emendatur,

detur, vt vina ea acida, emendantur cum feruent & coquantur cum vuis, aut cum bono vino miscentur. Hæc satis ostendunt quare in quadam putredine fiat segregatio diuersorum humorum qui inter se sunt confusi, & cur aliquando fiat pus, aliquando perfecta putredo; Sed grauiores sunt errores quos committit Fernelius in hac re: nam segregatio quæ fit bilis flauæ ab atra, non facit febrem esse biliosam, aut melancholicam, quia vt recte scribit Auicenna, necesse est eum humorem putrescere qui febrem parere debet sibi respondentem. Præterea, absurdum est credere, ex ea putredine quæ est cum tanto fetore & graueolentia, & in qua totus sanguis corrumpitur, fieri synochum putridam, tantum enim malum, tam breui temporis spatio quod requiritur ad generationem synochæ generari non potest, nec tam breui temporis spatio solui per solam sanguinis missionem, vel aquæ potionem, aut sudores. Adde, quod sensus omnes non agnoscunt tantam fieri deprauationem in sanguine per istas febres, ut non possit iterum illius uitium emendari per concoctionem; nec deprehendunt tantam graueolentiam, nec omnes ipsius febres ex putredine consumptas; certè hic homo in omni sua tractatione semper affectat quæ terribilia sunt, & in magno excessu posita; verius dixisset synochas putridas ex leui sanguinis corruptione & putredine nasci, ob cubitam generationem & solutionem harum febrium, & ea, quæ in ipsis egrotis apparent.

Alij vero, inter quos est Altomarus, putant rem hanc se composuisse, cum dicunt ex sanguine putrescente generari febres, quæ quodammodo sunt biliosæ, & non biliosæ, eo quod bilis quæ ex putredine sanguinis elicitur, mitior sit à bilis, verum debebant illi videre Galenum statueri illas febres nunc synochas esse, nunc vero tertianæ modo affligere per accessiones, repugnat autem febrem esse synocham, id est esse sine accessionibus, & accessiones habere, ego vero non puto rem definiri posse, nisi prius quædam tractemus, inter quæ illud primum occurrit, quid nomine sanguinis intelligendum sit, deinde quid faciat putredo in sanguine, quomodo ille putrescat.

Porro, sanguinis nomen significat nobis aliquando totam massam humorum confusam, & compositam ex quattuor humoribus; aliquando verò quartum ipsum humorem propriè dictum sanguinem; Vtrumque sanguinem putrescere posse, ratio iudicat, si modo omnia putrescere possunt præter ignem. Nostri verò maiores non videntur agnoscere putredinem in sanguine quarto humore, vt patet ex Galeno, cum scribit per putredinem sanguinis tenuem illius portionem transire in bilem flauam, & crassam verò in atram: nam hoc solum intelligi potest de tota massa in qua continentur confusi hi duo humores cum reliquis, & per actionem caloris separantur, vt res diuersæ naturæ, purissimus verò ipse sanguis, vt qui æreus sit, non habet tantum terrenæ, aut igneæ substantiæ, vt possint duo humores tantoperè differentes à sua natura elici; Sunt etiam qui putent sanguinem cum nunquam putrescere, eo quod à natura defendatur, tanquam illius thesaurus id quod est ridiculum, non vim agit natura ex consilio, & vbi agentia sunt, & patientia, necesse est actiones fieri. Ego verò credo in eo fieri putredinem, sed difficilè admodum, & non ob hanc rationem, sed quia ærea est substantiæ, quæ facilè transpirat, & quia illius est pura materia, & non extremen tosa, ex purissima parte alimentum genita; quare necesse est omnes alios humores putrescere prius à sanguinea substantia, quod cum contingit, mors sequitur non ea expectata putredine, aut si primum pu-

Atredo sanguinem inuadit, vt fortè fit in malignis, & pestilentibus febribus, nullum tunc salutis est remedium. Ergo putredo quæ fit in sanguine, ex qua generantur febres simpliciter putrida fit in tota massa sanguinea.

Ceterum calor, qui prohibita transpiratione accenditur, & vitatur totam eam massam primò calefacit, & ex ipso calore necesse est mutari alias qualitates totius massæ, & singulorum humorum qui in ea sunt confusi, ad huius humoris proportionem, perseverante vero calore, incipit fieri separatio humorum inter se, & alteratio perseverat in tota eadem materia, & in hoc opere, tempore opus est maiore aut minore, prout exactior est hæc proportio, & mixtio: Vbi enim proportio seruatur, & exacta mixtio est, difficilior est segregatio, facilius vero vbi contrarium accidit: vnde partium similarium, & cadaueris putredo separat mixta per solam euaporationem, ob exactam & solidam mixtionem, humores vero ipsi qui continuo ex alimento gignuntur, & leuiter miscentur, actione caloris alterantur, & separantur, & separati rursus putrescunt, & per euaporationem ob exactam elementorum mixtionem pariter fit separatio, & resolutio vsque ad terrenum elementum; Facta vero separatione, quod est magis expositum ad putredinem, eam concipit; accidit autem hoc in eo humore, qui qualitates habet, & substantiam aptiores ad corruptionem si aptè natura; ut bilis citius, & frequentius putrescit atra & nigra; vel qui ex corrupto alimento genitus est, ex ea inquam portione alimentum, quæ est apta verti in sibi similem humorem, vel fortè etiam facilius patitur putredinem, quod in massa exuperat; id enim quod difficilè miscetur ob suum excessum facilius separatur, & actu iam factum quod prius erat potentia, iam promptius pati potest omnes alterationes, & ipsam putredinem. His quidem politis, vera agnoscitur Galeni opinio de febre synocha, & biliosa ex putredine sanguinis; quamdiu enim tota massa solum præter naturam calefit, fit febris synocha non putrida, vbi vero incipit fieri corruptio, & separatio diuersorum humorum qui sunt inter se confusi, tunc fit putredo ipsius sanguinis, & synocha febris, facta vero ipsa separatione, & putrescit aliquis humor ex separat, tunc synocha desinit esse, & assumit accessionem, & formam febris, quæ nascitur ex putredine talis humoris. contingit autem primum, vt plurimum putrescere bilem, & rationes dictas; vnde dicit Galenus ex sanguine putrescente fieri febres tertianæ modo affligentes, aliquando vero quartanæ modo infestantes, quia tardius, & difficilè atra bilis putrescit, quod experientia quidem docet: nam in vere solent fieri in bonis habitibus primum synochæ non putridæ, quæ non cognita, & malè curatæ transeunt in synochas putridas, ex illis rursus fiunt biliosæ & tertianæ, quæ si diu perdurent, consumpto humore bilioso, inuadente putredine atram bilem, succedunt quartanæ.

Cur vero non dixit etiam ex putredine sanguinis fieri pituitosas, cum pituita etiam misceatur cum alijs in confectione totius massæ humorum? an hoc fieri non potest, quia exuperante ab initio pituita febris quæ inuadit synocha esse non potest, vt quæ in corporibus bono sanguine abundantibus generari solet: perseverante vero calore, & putredine in ipsa massa, deficit ipsa pituita, bilis vero vtraque augetur per aduersionem, in eo vero quod superat, putredo facilius fit.

Supereft vt videamus an tota massa sanguinis putrescat in synocha febre, an duntaxat illius pars, & in quo loco, & quomodo pars quæ putrescit, corrigi possit. Putrescere totam massam in synocha putrida,

da, rationi est consonum, quandoquidem, omnis pars corporis eadem febre laborat, non tamen equaliter tota massa putrescit; id quod docet sanguinis missio, per quam sanguis qui effluit, inaequalem hanc putredinem ostendit: nam aliquando is qui primum exit, aliquando vero qui paulo postea, aliquando vero is qui in fine emanat, maiorem ostendit putredinem, id quod contingit vel ratione ipsius sanguinis: geniti ex diuersis alimentis, & diuersa concoctione, & in ipsis uenis reseruati; aliquando uero ratione ipsarum partium diuerso modo affectarum. Quibusdam enim hepar, alijs venosum genus, alijs carnosum, & quae in ipso sunt uasa, ut in lepra, & scabie male affecta, sanguinem ad se uenientem corrumpunt; aliquando uero differentia hae putredinis nascitur ob diuersam constipationem vel externam, aut internam ubi enim ea maior fuerit, maiorem fieri putredinem in his quae putrescunt necesse est. Igitur tota massa plus vel minus in synocha febre putredinem sentit. Reticulum uero est quod scribit Aetius, febrem fieri synocham ex sanguine putrescente in omnibus, vel maioribus uasis, continuam uero cum accessibus, si in paruis quibusdam aut particularibus putrescat, tunc enim fieri accessiones quae tertianae modo inuadant: non enim eadem est ratio de putredine sanguinis, & aliorum humorum; sanguis enim nisi inflammationem excitet, semper in uenis continetur, nec imaginari possumus aliquando in paruis, aliquando in magnis uasis fieri illius putredinem, nec habet materiam antecedentem sanguis, ut bilis & alij humores, qui per singulas accessiones à uenis maioribus in paruas, & habitum corporis transmittitur, ut Galenus uult fieri in febribus accessiones: neque enim satis est, sanguinem in paruis uenis contineri, si tertianae modo ex eo debet fieri accessio; At quibus indicijs, ex qua ratione agnoscere possumus sanguinem extra uenas effundi? cur igitur non fuit in toto habitu inflammationes? multa alia absurda sequuntur hanc stultam opinionem, a Galeni sententia penitus alienam, ille enim cum dicit ex sanguine putrescente fieri febrem tertianae modo inuadentem, uoluit hoc fieri, eo quod per alterationem, & putredinem tenuior portio sanguinis transiret in bilem, & non quod ipse sanguis contineretur in paruis uenis, quod si in fine secundi de differentiis febrium, scribit ex sanguine putrescente in inflammationibus fieri simpliciter febrem quae tamen habent accessionem tertianae; id intelligendum est posteaquam facta est generatio bilis ex putredine sanguinis, quod etiam contingit cum sanguis putrescit in uenis. Iam uero docendum est, quomodo corripitur putredo quae est in sanguine: si enim tota massa sanguinis putredinem sentit, putridum uero omne corruptum est plus vel minus pro ratione putredinis, id autem nunquam ad suam naturam redire potest, quanam erit salutis spes, & per quae remedia? Galenus in 11. Methodi, quod corruptum est, dicit esse separandum. Tota ne igitur massa extrahenda erit à corpore? In Commentario uero Aphorismi 17. libri secundi scribit, in sanguine fieri aliquando leuem corruptionem, aliquando perfectam, & hanc emendari non posse, illam uero posse; & id fieri separatione primum eius quod superest, idem enim contingit in humoribus sicut in uinis, quae cum prorsus sunt facta acida, non redeunt rursus ad uini naturam: quae uero habent leuem aciditatem, nondum tamen sunt acetum, ad pristinam naturam redire. Verum experientia docet, & in fructibus, & in alijs id quod uel leuissimam sensit putredinem nunquam per concoctionem redire ad pristinam naturam; nec unquam acidum uinum uel mutatione ex uino uase in aliud

A extracta fece per solam actionem caloris qui in uino est, redibit ad pristinam bonitatem; emendabitur tamen, si misceatur & concoquatur cum multis uuis, aut cum uino generoso, & nouo adhuc multo plurimo; sic profecto, cum sanguis corrumpitur, sedatis causis corruptentibus, & facta concoctione, & purgatis humoribus quae à medicamentis trahi possunt, reliquum quod superest, & praesertim sanguis quartus humor, nullum aliud habet remedium, quam generationem noui sanguinis, & omnium humorum ex bonis alimentis, & concoctionem; id quod apparet in contalescentibus extenuatis & consumptis ex febre putrida, quorum sanguis bonus esse non potest, ut qui putredinem senserit, sed paulatim bonus redditur per bonas nutritiones; Requiritur ergo ad emendationem sanguinis in quo facta est putredo concoctio, separatio, & mixtio bonae substantiae. Ex his igitur patet, ex sanguine putrescente fieri synocham febrem ut antea ostendimus ex Galeno; & si nondum ratio est inuenta, putrescente uero postea alio humore separato à putredine sanguinis, fieri tertianam aut quartanam, id quod docet experientia. An uero possint etiam febres synochae fieri ex alio humore quam ex sanguine, considerandum est; & quoniam alias tradit causas Galenus synochae febris, praestat hoc loco integram de hac re disputationem institui post ea quae iam diximus de causis febris synochae non putridae, ubi etiam quaedam docuimus quae communia sunt omnibus synochis. Diximus autem Galenum aliquando referre causam synochae febris in efficientes causas febrium, scilicet, in ea quae uehementer constipant cutem, quae cum leuiores sunt, diarias pariunt solum, aliquando uero causam petit à diuersitate subiectorum, ea enim, quae sunt corpulentia, plurimoque sanguine abundant, & excrementis calidis, aut subiecta esse talium febrium, non autem frigida, nec gracilia, nec malis humoribus redundantia tamquam causa huius febris à subiecto ducatur nonnunquam uero uult causam esse huius febris diuersam materiam, nempe sanguinem, ex eo enim ex calefacto fieri synocham non putridam, ex eo uero putrescente, putridam; Alibi uero uult id fieri ob diuersum locum corporis in quo continentur humores, ut capite 2. secundi de differentiis febrium ubi habet febres quae affligunt sine circumscriptione, fieri ex humoribus in uenis & arterijs omnibus maximè in maximis contentis id quod & 9. uidecimoque Methodi confirmat; necessarium, inquit, est, eam synocham esse, in qua humores in omnibus uasis, uel in maximis putrescunt; quod si in una parte putrescat, febris fit per accessiones infestans; scribit autem secundo capite secundi de febribus, synochas etiam exhibile fieri; ex quibus patet magnam esse in hac re difficultatem, in qua tametsi author nequit inuenire in quo quiescat. Verum, ut dicam quod sentio, ratio huius rei peti non potest à causis efficientibus, & uehementer constipantibus: nam ex tali constipatione non solum synochae, sed etiam ardentes & tertianae saepe fiunt, pro diuersitate corporum & humoris subiecti. Nec etiam diuersus locus causam reddit, nam si uerum est quod nos superius probauimus, in omnibus febribus putridis humores putrescere in corde, & in uenis omnibus, non fiunt synochae potius quam aliae febres, eo quod humores dicantur putrescere in magnis uasis, hoc enim omnibus est commune. Nec etiam ratio peti potest ex diuersitate corporum: nam in sanguineis, plenisque hominibus, non semper fiunt synochae, sed etiam tertianae, quartanae, & aliae febres. Videtur igitur superesse, ut causa petatur ex certa & propria materia febris synochae: sed quenam quae sit illa? quippe, cum Galenus plerumque scribat,

scribat, ex sanguine exalefacto vel putrescente synochas consistere, tamen locus est clarus in secundo de differentijs febrium etiam ex bile putrescente tales fieri febres, nulla ergo propria illis assignari potest materia si iam duo sunt humores causa huius mali, cur etiam idem non poterit facere melancholia & pituita quod bilis flaua? Itaque, vt proferam quod probabilius mihi uidetur, ratio huius continentis & vniformis tenoris febris, videtur sumi ex modo putredinis materiae putrescentis: nam si humor in quo accenditur putredo, & febris, totus simul putredinem concipit, ratio vult eam febrem esse synocham, si uero pars post partem putrescit, fit febris vel intermittens vel quae cum certis accessionibus afficit: nam si exiguum est quod putrescit, paruo temporis spatio illud concoquitur, & concoctum expellitur fitque hoc modo febris intermittens si subest causa generationis nouae materiae si uero insignis est portio materiae quae primum putrescere incipit, ex ea portione quae non potest non nisi per multos dies concoqui & expelli, continua fit febris: quod si materia antecedens adhuc disposita est ad putredinem, sed inaequaliter vel aliu de ea suppeditatur, ex portione quae per certa intervalla putrescit, accedunt nouae exacerbationes, nouae que febres. Quare Altomari opinio quae ponit ex paruo excessu particularis cuiuscunque humoris accendi synocham reprobanda est: nam ex pauca materia putrescente non continua sed intermittens fit febris, maxime si ex illius opinione necesse est putredinem spargi cito per omnia uasa, id enim re pauca materia accensa & putrescente fieri non potest. Igitur ex quo eunque humore ob modum putredinis febres fieri possunt continuae & intermittentes, & ex continuis synochae, & quae exacerbationes habent, sed cur est quod Galenus passim scribit, synochas fieri ex sanguine, quoniam frequentius hoc accidit, propterea quod plurima materia ex sanguine suppeditatur putredini, & ex eo quod postea relinquitur sine putredine, non fit noua putredo, quae faciat nouam exacerbationem, sed solum leue incrementum caloris, in his solum febribus quae semper augentur. Sic bilis, quia copiosa est, tenuis & acris, & ob id ad putredinem suspicienda apta, & post sanguinem multa in corpore, saepe continuas parit febres, & aliquando etiam synochas, cum totum id quod ex ea ad putredinem est aptum, est vniforme & aequaliter preparatum vt simul putrescat; cum vero inaequalitas in ea est, nec ab hepate, aut alio membro in uenas mittitur alia bilis variatur modus putredinis, vel noua materia suppeditatur uenis, continua fit per accessiones infestans, pituita uero, etsi copiosa est in corpore, tamen difficile putrescit tota, uel magna illius pars, sed pars post partem, ex quo febres pituitosae vt plurimum intermittentes fiunt, quod si continuae quoque fiunt id contingit ob causam praedictam; Atra uero bilis quia pauca est, vix suppeditare potest materiam ad continuam febrem generandam; ob id raro reperiuntur melancholicae febres continuae, nunquam continentis, aliquando forte continuae, cum accessionibus, cum multa scilicet materia simul putrescit, & ex residuo pars post partem putredinem concipit, sero uero humor (meo quidem iudicio) saepe parit synochas febres, quippe, cum copiosa sit illius materia, & vniformis, atque ob id simul facile putrescere potest; tales febres circa Autumnum spirante Austro in locis humidis, vt Pisis, saepe conspiciuntur, vt ostendit sanatio quae contingit maxime eductis serosis humoribus; Quod si leues aliquando fiunt in illis exacerbationes, id contingit vel ex portione bilis, aut pituitae simul putrescentis potius quam ex alio seroso humore. Quod si quis dicat, signa & curationem sy-

nocharum à maioribus nostris traditum, non conuenire synochis ex pituita, humore melancholico, & serosis humoribus, sed maxime sanguineis, & post illas biliosis, intelliget ille id factum esse, eo quod illi tradant, quod plerumque contingit, non autem quod rarius euenit.

De peste & pestilentibus febribus.

Hactenus egimus cum Galeno de febribus quae faciliorem habent tractationem, eas uero quae difficillimam habent naturam, & cognitionem, omnem in hoc opere auctor ille penitus omisit. Quod etiam facit in Methodo medendi, nusquam enim in his operibus febrium curationem docet; & forte haec est ratio quod in Methodo medendi, & in hoc opere, curationem instituat eorum morborum qui per indicationes sanantur: nam Methodus omnis medendi (vt ille in secundo libro illius operis tradit fit per indicationes; ea autem sumuntur à natura morborum & causarum quae exactè cognosci & explicari potest; natura autem febrium pestilentium vel ignoratur, uel certe exactè explicari non potest, ut postea ostendemus. In alijs uero operibus, sparfa quaedam & ille & Hippocrates tradit, quae profecto non sufficiunt pro re tanta enarranda. Ceterum, ex recentioribus Graecis qui omnes fuerunt firmi Galeni, & potius Grammatici quam Medici, vt qui de nulla re probationes adferant sed omnia pronuntiant tanquam leges ex alijs transcriptas, nihil inquam ab illis sumere possumus quod nos iuuare possit in re tam difficili enarranda. Ex recentioribus Medicis Fraecastorius, Montanus, Altomarus, & nonnulli alij, conati sunt hanc Medicinae partem excollere, & quantum profecerint, suis locis docebimus. Nihil etiam hic tractat de febribus hecticis, nihil de synochis non putridis, & putridis, nec de colliquantibus febribus, nec de erraticis, nec de lipiria, hepiala. Causas etiam circuitus febrium & longitudinis & breuitatis ipsarum non attingit; Omitit etiam tractationem de febribus inconstantibus & implacidis, & de recidua febricitantium, quae omnia maximam habent difficultatem & utilitatem. Nunc uero nos Dei implorato auxilio, rem aggrediamur, & primum febres pestilentes, quae tractationem habent omnium quae in arte nostra sunt difficillimam, tum saepe natura, tum quod raro fiant huiusmodi morbi, quare deest nobis experientia, ex qua vniversale colligitur. Primum igitur quod occurrit explicandum, est, an idem sit pestis & pestilens febris; deinde, genera istorum malorum & communes propriae; ipsorum differentiae ex quibus constituuntur & definiuntur, erunt explicanda, & ex illis elicienda erit definitio. Tertio loco, an unum sit genus, vel plures species pestilentium febrium, explicandum erit, & interim enumerandae omnes differentiae quae in illis reperiri poterunt. Quarto causas omnes istorum malorum persequeremur. Quinto signa inuestigabimus vniversa.

E Postremo, curationem & praedictionem prosequemur. Pestem pestilentialemque febrem idem esse credere quis posset, quod omnes auctores vniam & eandem tractationem faciant de utroque malo. Deinde, quod non videatur aliquis morbus pestilens qui sit sine febre. Verum huic opinioni repugnat Galenus quidem in 3. Comment. in 3. Epidemion tex. 57. Febrium quae proprie pestilentes vocantur inseparabile symptoma excrementa colliquantia affirmans, cum pestis citra febrem mortales etiam corripit. Vult enim ibi fieri morbos pestilentes si-

ne febre. Item tex. 20. tertij Commen. 4. Epid. scribit pestilentialem morbum non esse certi morbi nomen, quippe cum pestis sit morbus qui multos perimit quomodocumque inuadit. Verum si (vt postea docuimus.) pestis contagiosus est morbus, & qui contagiosus est & lethalis putredinem aliquam habet, vix statuere possumus pestem aliquam esse sine febre; possunt quidem grassari morbi qui multos occidunt more pestis, sed propterea non habent omnes conditiones quæ circumscribunt pestis naturam, de quibus iam agere tempestuum est. Receptum ab omnibus est, pestem esse communem morbum, siue uniuersalem & eum esse malignum, & contagiosum, atque multos occidere. Quæ definitio multas habet difficultates, propter illa quæ ipsam ingrediuntur; quare de ipsis sigillatim agendum, sed prius docendum, hæc omnia de peste dici. Scribit igitur Galenus initio lib. Epidemion Hippocrati pestem esse morbum Epidemicum, tum esse uniuersalem, & tex. nono, primo Acutorum pestem esse Epidemium morbum perniciosum, & lib. 1. Epidemion in principio, pestem esse morbum Epidemicum malignissimum. Ex quibus quidem patet, hæc omnia quæ diximus, prædicari de peste: nunc vero docemus singulorum naturam & usum, vt postea clariora reddantur quæ de peste dicuntur. Igitur cum pestis sit ex communibus, & uniuersalibus morbis, videndum est an rectè utroque nomine nuncupetur: rectius quidem communis quàm uniuersalis dicitur: nam uniuersalis est qui uniuersum corpus infestat: communis vero qui plures homines inuadit, etsi uniuersum corpus non afficiat. Docet item oppositum communis morbi differentiam hanc: nam communi morbo opponitur sporadicus, id est, sparsus qui non opponitur uniuersali & particulari uniuersali quidem opponitur sed non communi. Est igitur pestis communis morbus, sed non proprie uniuersalis.

Porro inter communes morbos quidam *ἐπιδημιοί* alij *ἐπιδημιοί* nuncupantur, illos vertunt nostri interpretes publicè grassantes, vel uulgares: hos vero publicos, sed parum feliciter: nam si quis vocabuli etymologiam sequuntur, epidemii significat morbos, qui supra populos sparguntur, quasi extrinsecus veniant: *ἐπιδημιοί* vero qui in ipso populo nascuntur, tanquam illi proprii ex proprijs causis, quæ solam communes sunt ei populo vel regioni in qua nascuntur ex aere, vel aqua aut victu communi, quo habitantes in eo loco omnes vti consueuerunt. Latina lingua propria non habet simplicia nomina, si tamen mihi liceret ea fingere, epidemicos vocarem extraneos vel peregrinos, aut alienos. Eudimios vero populares vel regionales. Febrem vero benignam aut malignam non aliter definire oportet, quàm benignam aut malignum morbum. At hunc definire non facile est, si antiquos nostros authores sequamur. Etenim Galenus lib. 1. prorrhetic. definit malignum morbum eum esse, qui cum periculum vitæ minetur spem tamen salutis non adimit. Verum hoc etiam magnis morbis conuenit, vt magnis febribus, magnis vulneribus, & inflammationibus. In 4. vero Methodi, maligna vlcera censet esse, quæ omnibus ritè factis, non tamen sanantur: At hoc etiam magnis conuenit, & non ex euentu sed propria eorum natura Medicus statim ab initio tales morbos digno scere debet. Quinetiam in lib. 1. de Medicamentis per genera, indicat vlcera illa esse maligna quæ dispositionem habent, quæ corrumpit boni sanguinis ad partem influentis naturam: tamen lib. 4. eiusdem Operis, maligna admodum vlcera vocari vult, quæ vel in parte malè affecta consistunt, aut quæ ex prauo succo proueniunt. Hæc variè scribit Gal. de mor

A bo maligno. Fracastorius vero nullo sibi authore proposito, nec vsu, statuit malignas febres esse, quæ pestilentes sunt non simpliciter, & eas esse quæ aliquando occidunt, aliquando vero salubres sunt: veras autem pestilentes vt plurimum occidere. Verum vt omnes maligni morbi non sunt pestilentes, ita nec febres malignæ omnes pestilentes sunt, essent enim omnes malignæ contagiosæ & communes à communi causâ nata. Quare malignos morbos, malignasque febres vocemus, vt res alias, quæ scilicet effectus edunt deteriores quam ipsorum essentia & natura ostendat. Si enim vocamus malignum hominem, qui a spectu & personæ præ se fert bonitatis & virtutis iudicia, interim tamen insigne aliquod malum edit: eadem ratione febres illas quæ exiguum

B habent calorem, tamen vitalem virtutem vt pulsus perdunt & linguam nigram reddunt absque siti, malignas appellamus: non enim respondent effectus, & symptomata essentia caloris & febris. Huiusmodi morbi & febres etiam si omnia rectè fiant, raro sanantur, quoniam à malignis & occultis nobis causis proueniunt. Tales autem causæ vel sumuntur ab ipsis efficientibus, vt à maligno aere, malignis humoribus, quales sunt atra, æruginosa & portacea bilis, vel ratione partis vel corporis affecti, quomodo videmus in certis corporibus ob naturam temperiem & compositionem omnes fere genus causarum ludentium malignos morbos inferre. Sic in nervis & articulis fiunt maligni morbi ob earum partium temperiem, compositionem, vel aliam indicabilem dispositionem, quæ formam habet statim ab ipsa natura factam vt morsus serpentum & aspectus basiliscii; vel per alterationem acquiritur; vt fit in generatione bilis atræ, æruginosæ ex flaua vitellina; putredo etiam certa facit malignas, solis agentibus & patientibus primis qualitatibus. Ita ergo de morbis & febribus malignis censendum est: nam differentia certæ tradi non possunt; quoniam (vt postea ostendemus) essentia talium morborum & causarum ipsorum, planè cognosci & explicari non potest; accidentia uerò quæ in ipsis nascuntur, variant pro causarum efficientium natura, & diuersitate subiectorum.

C Præterea, atra bilis alia mala in sefert quam portacea & æruginosa alia, huiusmodi humores quàm aer pestilens & malignus, aut venenata animalia, vel venena maligna, quæ nos inficiunt. Idem aer malignus in diuersis corporibus diuersa symptomata affert. Iam vero de contagiosis morbis & febribus agendum est: & primum dicemus quid sit contagio; deinde, quæ, & quot sint illius differentia; quæ causæ, generationis & contagionis modus. Nihil autem aliud videtur esse contagio (vt nomen ostendit) quàm infectio quæ ab uno in alium transit: nam virtutes & perfectiones animi & corporis quæ ab uno alijs communicantur non dicuntur per contagionem communicari; igitur vitiosum esse morbosum, quod per contagionem transit in aliud. Quinetiam animi vitia non videntur per contagionem, sed potius per malam disciplinam & consuetudinem malorum comparari. Sunt ergo corporis vitia quæ sunt contagiosa; verum si in vno corpore vel humor aliquis alios inficiat, vel malum alicuius partis in alias serpat, non dicitur hoc fieri per contagionem: tales enim affectiones serpunt vel communicantur & per communicationem dicuntur alijs communicari tanquam in contagione duo requirantur distincta corpora. Propterea ergo cōtagio est infectio quæ ab uno individuo in aliud transit. Præterea, cum omnis actio & passio fiat vel circum substantiam, aut circa accidentia contagio non fit in accidentibus, sed in substantia: si quis enim ab alio febriente calescat, aut ab igne, non

dicitur

dicitur per contagionem excalectus, sed qui in ipsa substantia passus est. Verum nec omnis substantia passio ab alia re facta contagio est: neque enim cum domus tota vel illius partes à vicina ardente domo comburitur, dicitur per contagionem affici; sed contagio ipsa minimas & insensibiles partes quæ primas compositiones ingrediuntur inuadit. Sic enim uidemus in febribus contagiosis affici humores & spiritus qui in nobis sunt, vel nos ipsos componunt. At vero cum res omnes corumpantur, vel à suis contrarijs, vt calidum à frigido; vel quod passiuæ qualitates dominantur super actiuas, vt Aristot. libro quarto Meteorologicorum docet, ex quo putredo fit, corruptio quæ fit à contrarijs, non est contagium, nec per contagionem fieri dicitur. Quare illa dicuntur per contagionem affici, quæ patiuntur in ipsa mistione, & fortè solum ex ipsa putredine: nam vix fortè aliquid inuenietur afficere per contagionem quod simul putrefactionem aliquam in nobis non inducat, vt ostendunt, scabies, lepra, phthisis, pestilentes febres, quæ omnes, vel euidentem, vel obscuram putredinem habent; quæ si planè iam essent probata per inductionem omnium affectionum contagiosarum, facile esset definire contagionem, quod scilicet ea esset putredo quæ ab uno in alium transit. Sed quoniam hæc nondum satis patent, diffiniamus contagionem esse corruptionem factam in particulis insensibilibus primò, ab uno in aliud communicatam.

De contagionis differentijs.

Primò contagionum differentia tres esse agnoscuntur: quædam enim solo contactu fit; alia verò fit ad distantiam, alia verò per fomitem contagiosa redduntur.

Contactu contagionem communicant, quæ cum ipsa infecta sint, eam quam patiuntur infectionem alijs impatiuntur, vt si quis peste affectus aut scabies, alios, quos attingit, inficiat. Per fomitem fit contagio, quando seminaria contagionis in rebus seruatur, & alijs communicantur, sicut contingit cum pestis datur hominibus à vestibus derelictis ab his qui peste laborarunt.

Ad distantiam verò fit contagio, vt accidit in lipitudine, & variolis puerorum quæ circumstantes pueros etiam sine contactu inuadunt. Iam vero contagionis causas aggrediamur, & quantum fieri potest maximam rei difficultatem enarremus. Constat profectò, contagionem nullam fieri vbi non sit putredo: nam infiniti sunt morbi sine febre qui contagiosi non sunt, & qui contagiosi sunt omninò putredinem aliquam habent, vt apparet in fructibus putridis qui per contagionem alios inficiunt; non tamè omnia quæ putredinem habent, sunt contagiosa: nã si ita esset, non esset tutum Medicis conueriari cum ægrotis. Tertiana, vel quartana, vel alia febre putrida laborantibus; oportet ergo putredinem esse sordidam & purulentam, si contagiosa esse debet; id quod docet scabies, tabes, pestilentes febres, quæ sunt cum bubonibus, & in febribus sordidis.

Iam verò ad hæc principia referamus causas omnium differentiarum contagionis; Et primo eius quæ fit per contactum, deinde aliarum. Huiusmodi contagio maximè apparet (vt diximus) in fructibus vt uuis, pomis, quorum si aliquid iam vitiatum sit, alia quæ tangit simul inficit. Et rectè quidem Fracastorius principium huius contagionis dicit esse putrefactionem: quod enim primò putrefactum est,

A alia putrefacit. Sed malè causam tradit eius quod primò putrefit, quia malè de putrefactione disserit. Vult enim putrefactionem esse dissolutionem missionis quæ fit calido nativo euaporante, & humido; & principium huius euaporationis esse alienam caliditatem, siue ea sit in aere, siue in circumfuso humido, nam vt ostendimus in Comment. in Artem medicinalem, putrefactio non est dissolutio missionis, sed corruptio, ad quam postea sequitur dissolutio. Præterea non est dissolutio, & euaporatio caloris: nã si calor liberè euaporaret, fieret marasmus, & nõ putredo, sed est prohibita transpiratio quamdiu .n. illa durat, putredo durat, & non omnis putrefactio fit euaporante innato calore, vt aquæ & terræ putrefactio, quæ nullum habent innatum calorem, nec semper aliena caliditas principium est putrefactionis: nã putrefactionis, & corruptionis principium, inquit Aristot. sunt passiuæ qualitates, quæ non parent actiuas, nempe humiditas, quæ cum prohibet calorem transpirare, illum auget, ille vero auctus humorem violentius dissipat, & tandem consumit, & sequitur ipsius à sicco separatio, & tandem etiam ipsius caloris consumptio, qui nequit in compositis sine humido consistere.

B Igitur cum calor regit humidum subiectum, libera fit transpiratio, & id quod transpirat vaporosum à corpore non est corruptum, vel putrefactum, propterea non potest alia quæ attingit putrefacere; & in contagionem trahere; Vbi verò prohibetur ea transpiratio, non dominatur calor, quare nascitur corruptio ipsius humoris, & missionis: sic enim corruptiones rerum fiunt, quando non obedit id, quod patere natum est.

C Igitur humor putridus vaporem putridum emit, qui in vicinum penetrat, & in similem contagionem res analogas trahit; Interim enim cum est in fomite, & rem primo afficit, contagio non est, vt aer nõ dicitur putridus per contagionem putrefacere, cum pestem affert hominibus, sed cum homo iam hominem inficit. Ceterum mirum esse non debet, ea quæ per fomitem contagionem spargunt, idem facere ob communicationem illius vaporis putridi qui exhalat à corpore putrefacto, & in fomite reueratus est, sic enim vestes derelictæ, ab his qui peste perierunt, alios inficiunt. Quod autem diu seruari possint huiusmodi vapores in fomite, putat causam esse Fracastorius subtilitatem vaporum, missionemque fortem & constantem: facit enim, inquit, subtilitas, vt facilè penetrent, & in rei meatibus condantur; propter autem validam missionem, durare diu possunt; Mistio autem hæc fit, vel ob durtiem rei, vel ob lentorem. Et hæc est contagionis causa, quandoquidem, inquit, omnia quæcunque per fomitem afficiunt, lenta & glutinosa sunt. Reliqua rectè quidem dicuntur, sed hoc vltimum minimè: aer enim inclusus in pannis pestiferis, absque hoc lentore penetrat per cutis meatus, atque in uenas & arterias, & cor ipsum penetrat, & putrefacit. Malè etiam existimat, ea solum esse apta ut fomites fiant contagionum, quæ rara sunt & calida, aut parum frigida, propterea ferrum & lapides non posse esse fomites contagionis, lanam uerò & pannos maximè: nam etsi difficilius recipiunt dura uapores putridos, & eos pauciores, tamen experientia docet, tutum non esse contrectare aliquid quod fuerit tactum ab his, qui peste perierunt, lenta ergo uel rara, aut quæ cumulo in se includunt uapores, ut pluma, maximè conseruant uapores pestiferos, alia uerò difficilius quidem, sed interim tamen tuta non sunt, propterea argentum & aurum non recipiunt prudentiores à pestiferis, nisi illa prius fuerint aeri exposita, & postea aceto

abluta. Aiuunt quoque nonnulli corpora mortua ex peste tractari posse absque periculo contagionis, eo quod inquitur mortuo homine non amplius ex-
 pitant uapores putridi; quasi non relinquatur adhuc in mistione partium calor elementaris qui per pu-
 tredinem dissoluit eadaver; Præterea, uapores qui exhalant uiuente adhuc homine, cur partim con-
 seruari non possunt in ipsa superficie cutis rugosæ & pilosæ sicut seruat in pannis in quibus uapor ille est receptus? Ceterum, contagio quæ fit ad distan-
 tiam, non aliam habet causam quam uapores putri-
 dos qui à corpore infecto expirant, & in aere reci-
 piuntur, qui si pauci sunt, & concludi manent in æ-
 re, eos solum efficiunt qui eos uapores cum aere reci-
 piunt in corpus, per insensibilem transpirationem,
 & cutis meatus, & per inspirationem; quod si
 multi fuerint, & per leuiore uentos atque humi-
 diore spargantur in uicinos, & non dissipentur, con-
 tagionem pariunt, quæ per successionem tandem
 distantes regiones inficiunt. Melius autem puto
 ita dici, quam sequi Fracastorium, qui uult hanc
 contagionem fieri per species quasdam spirituales.
 Cum enim possit ex rerum generibus nihil agere
 præter substantiam, & qualitatem, & substan-
 tiam dicat solum efficere motum localem, & rare-
 factionem, atque densationem, reliquas uero actio-
 nes à qualitatibus prouenire, qualitates uero quas-
 dam esse materiales; ut calidum, frigidum, humi-
 dum, siccum, lux, odor, sapor, & sonus, alias spiri-
 tuales quæ sunt species, & simulachra materialia ex
 quibus concludit, per manifestas qualitates fieri
 hanc contagionem.

*Quomodo febris pestilens differat à pradi-
 ctis malis, & sub ipsa sit pestis.*

Vulgus Medicorum credit malignas, conta-
 giosas, & epidemias, & pestilentes febres
 nihil inter se differere: cum enim uident ali-
 que in laborare febre quæ malam habet naturam, &
 remedijs non cedit ob suam malignitatem, eam fe-
 brem uocant malignam, pestilentem, & contagio-
 sos morbos pestilentes etiam nominant. Verum hæc
 multum inter se differunt: nam non omnis maligna
 febris est pestilens, nec omnis epidemius morbus pe-
 stis est, nec omnis contagiosus est pestilens, aut mali-
 gnus: nam pestem uult quidem Galenus esse commu-
 nem morbum epidemiu, at maligni possunt esse qui
 priuatim singulos infestant. Sunt & causæ diuersæ:
 nam pestilentes uult Galenus in lib. primo de differ.
 febrium omnino nasci ex aere ambiente scribitque in
 text. 29. primi Comment. sexti Epidemion, & in lib.
 tertio de præsignijs ex pulsibus, illam differe ab alijs
 ob exceedentem putredinem, malignas uero nusquam
 dixit omnes nasci ex aere, quandoquidem textu 22.
 secundi Comm. Protheticorum, eas ex phlegmo-
 ne hepatis, uentriculi, septi transversi, fieri tradit; quin
 etiam, in lib. de euchymia & cacochymia, eadem
 ex tenui humore nasci refert. In signis quoque differe-
 runt, ut ex 25. textu primi Comment. primi Epide-
 mion, & 25. secundi, & 77. eiusdem ubi signa mali-
 gnarum febrium tradit, quæ non conueniunt cum his
 quæ 29. primi Comment. textu Epid. enumerat. Ve-
 rum etsi ipse non docet quæ sit differentia, uideatur ta-
 men mihi ea esse, quod malignæ sint tanquam genus
 ad pestilentes, omnes enim pestilentes sunt mali-
 gnæ, non e contra, omnes enim pestilentes febres, ma-
 lignas uocant, & eas egere antidotis quibus cedunt
 quod malignarum febrium est proprium. Quæ si ita
 se habent, reijcenda est Fracastorij opinio, qui pesti-

lentes uocat, quæ ut plurimum occidunt, malignas uero
 quæ multos solum, omnes tamen uocari pestilen-
 tes. Sic pestilentes à contagiosis differunt, sunt enim
 omnes pestilentes contagiosæ, sed non e contra: nam
 scabies, lepra, tabes, & alij multi morbi, contagio-
 si sunt, non tamen pestilentes esse dicuntur. Mali-
 gnæ uero à contagiosis differunt, eo quod non om-
 nes malignæ sunt contagiosæ, nec omnes contagiosæ
 sunt malignæ, scabies enim contagiosus morbus
 est, non tamen malignus; & febres ulceraque non
 nulla maligna sunt, non tamen contagiosa. His ve-
 ro ita positis, iam uideamus quæ sint quæ constituent
 & definiant propriam naturam pestis. Quæ quidem
 in re, Montanus Veronensis, in Comment. suis ad
 Glauconem, statuit quodlibet genus morbi ferum,
 magnum, potens interficere hominem, pestem esse,
 & dici: nec necessario pestem includere quod sit unius
 salis & epidemius morbus, dummodo sit malignus,
 quandoquidem, inquit, pestilentes quædam febres
 nascuntur ab intrinsecis & proprijs causis, ut ab in-
 trinsecis humore taliter putrido ut uenenum sit fa-
 ctum; uel à cibo, uel alia re uenosa sumpta, & non
 solum ab aere extrinsecis. Afferit etiam ex Galeni lib.
 de bonis & malis succis, ex fame ortam esse pestem;
 & in lib. primo de diff. febrium capite 4. ubi ait fieri
 aliquando pestem ob eos qui sunt in corpore humo-
 res ad putrescendum paratos, cum leuem aliquam oc-
 casionem ad febris originem ab aere ambiente acce-
 perit animal. Cuius opinio repugnat omnino ipsi Ga-
 leno, & ceteris omnibus Medicis antiquioribus, at-
 que ei etiam quod communis usus tenet: nam pestis
 non potest esse nisi communis, & epidemius sit mor-
 bus, ut passim Galenus tradit. Præterea absurdum
 est, existimare omnes morbos malignos esse pestilen-
 tes, ut antea ostendimus. Nec obsunt quæ afferit de
 malis humoribus & malis cibis: nam Galenus in il-
 lis locis nihil aliud docet, quam quod ad omnes mor-
 bos & pestem etiam ipsam plurimum conferat ma-
 la dispositio corporis etsi ex eo sola non gignatur pe-
 stis, nisi in aere ipso sint semina pestilentia, quæ cum
 etiam parua sunt, nihilominus afficiunt male affecta
 corpora; oportet autem aerem admodum esse corru-
 ptum, ubi sana corpora peste corripuntur. Præterea,
 nullam facit mentionem contagionis in definitione
 pestis, cum tamen sit una ex præcipuis differentijs.
 Malè ergo aliam ponit causam quam aerem ambien-
 tem: ex quo fit, ut morbus sit epidemius. Videamus
 iam, quid ille Altonarus senserit de definitione pe-
 stis. Dicit enim ille, duo esse genera morborum: & il-
 lud quod commune omnibus est, pestem dici, quasi
 omnes communes morbi sint pestilentes: quomodo
 ergo differet pestis ab epidemijs qui omnium sunt
 communissimi? quasi Galenus non dicat solum illos
 esse pestilentes ex epidemijs qui multos occidunt, &
 non dixit omnes, ut iste bene docuit uir, qui uult pe-
 stem omnibus esse communem morbum, quasi nul-
 lus unquam aperte euadat in tactus. Præterea, à seip-
 so dissentit, cum postea definit pestilentem febrem
 esse prauam ac perniciosam & communem ac vulga-
 rem febrem, ex pestilenti aeris statu proficiscentem.
 Etsi in hac etiam, quam putat esse perfectissimam de-
 finitionem, ostendat se parum aptum ad res definien-
 das; quid enim intendit per prauum morbum? cur
 non dicebat malignum, uocabulo magis proprio ad
 rem hanc significandam: nam omnes morbi sunt prau-
 i, si prauus idem est ac malus non omnes tamen ma-
 ligni. satis etiam erat dicere, vulgarem morbum si-
 ue epidemium & non communem: nam in definitio-
 ne propinquum & non remotum genus sumendum.
 Præterea, omittit quod sit contagiosa febris. Ronde-
 leus interim cum reprehendit alios Medicos, quod
 male

male definiunt febrem pestilentialem, pariter ipse errat: putat enim ipse esse tertium genus Causonis factum ex sanguine melancholico, propterea definit febrem pestilentem, esse morbum epidemium perniciosum & contagiosum ex sanguine atro putrescente & ebulliente factum cum carbunculo externo, & cum inflammatione interna referente carbunculum. Verum non omnes febres pestilentis sunt cum carbunculo externo sed cum vlcibus multis malignis, vt docet Galenus ex Thucide in magna illa peste Grecorum, vbi nullam facit mentionem de carbunculis sed solum de putridis vlcibus nec constat an sit carbunculus quod extrinsecus exit in tumorem eleuatum, an aliud genus inflammationis quandoquidem per suppurationem saepe sanatur. Praeterea, cum pestis omnes aut plurimos certe inuadat diuerso victu vtentes, spargaturque ab una regione in aliam, credendum non est, omnes quos corripit atro sanguine abudasse. Ceterum, vt obiter diximus, Fracastorius uocat omnes pestilentes, quae vel plurimos, vel multos solum perdunt, & has proprie uocari malignas, illas vero proprie pestilentes. Verum, vt diximus, male uocat malignas omnes pestilentes. Praeterea hic omittit praecipuas differentias, quare ne omnes auctores prosequamur de ea re loquentes, definiamus ex Galeni locis superius citatis, & in vnum collectis, pestem siue pestilentialem febrem, esse morbum epidemium, malignum, & contagiosum: Cetera videntur in his contineri: nam si epidemius est, fit ab aere ambientante, si malignus, vt plurimum occidit. Si contagiosus est, ex communi praesertim causa, multos inuadit & spargitur per multos.

Nunc vero differentia ipsius pestis & febris pestilentialis quantum fieri poterit sunt enarrande, neque enim exacte illae explicari possunt, quoniam diuersas illius formas nec diuersas causas plane tenemus, & symptomata diuersa ferè in omni peste fiunt, tum ob diuersitatem causarum corruptentium aerem, & diuersitatem subiectorum. Quare praestat causas prius enarrare deinde differentias explicare.

Primum igitur videamus quoniam sit forma formalisque causa ipsius febris pestilentis, per quam ipsa est id quod est, & ab alijs differt. Constat autem pestilentem omnem febrem esse cum putredine, quoniam sola alterantia non emendant hoc malum, sed necessario sequitur aliquis abscessus vel aliqua excretio, & vt plurimum urinae conturbantur, crudaeque redduntur, quod non nisi ex putredine humorum fieri potest. Quod si quis obijciat Galeni auctoritatem & experientiam quod in nonnullis pestilentibus febribus urinae mingantur simillimae sanis, respondendum est, tunc putredinem non esse in humoribus, sed in spiritibus, cum quibus urina nihil habet commune vel potius quod illae non sint vere pestilentes vt quae non sint contagiosa, sed malignae tantum; ridendaque est illorum opinio, qui putant hoc fieri timiditate naturae quae non audeat contra uenenosam materiam pugnare, pugnamque aggredi: nam natura non agit ex consilio, & calor naturalis ipsius instrumentum non potest non agere, qui si non ageret inuenta ipsa etiam uenena, non sequeretur mors, quoniam ipsa non reduceretur de potentia ad actum. Docet praeterea alia, pestilentem omnem febrem esse putridam, nempe, causa ex qua illa nascitur, aer ipse, qui non nisi cum putredine concepit, tales febres parere potest. Idem confirmat Gal. cap. 5. primi de different. febrium cui scribit oes pestilentes a putredine ortum habere. Sed iam uideamus quoniam modo differat putredo quae pestilentem febrem committit ab alia quae reliquas putridas facit. Quidam putant has putredines differre loco, quod scilicet, in pestilenti febre humores pu-

trescant in corde, in alijs vero putridis nihil putrescat in corde, sed solus vapor putridus eleuetur ab humoribus alibi putrescentibus, & ad cor feratur misceturque cum his, qui sunt in corde, & eos solum calefaciat, non autem putrefaciat. Quae opinio nata est à Galeno, in lib. tertio de praesag. ex pulsibus; & quinto capite primi de differentijs febrium, quam opinionem nos alibi refellimus his argumentis, primum quod non posset vnquam accendi putrida incipiente putredinis causa à corde, quomodo ergo fieret febris putrida quae sequitur diariam factam ex ira, tristitia, & ceteris cordis passionibus, per quas cor ipsum primo afficitur, & ab illo deinde aliae partes afficiuntur putrida febre. Vnde quae so potuit vapor aliquis putridus eleuari praeterquam à corde mali principio? Putredo ergo in corde; auctoritas autem Galeni solum locum habet quando putredo incipit in alijs partibus, & ea communicatur per vapores putridos cordi, sed hoc modo non fiunt omnes putridae si modo diarias putridae sequuntur; Secundo si solum humores & spiritus aut partes solidae sunt excalefactae, & nullam habent putredinem, in corde erit semper diaria, vel haecica, aut synocha non putrida, cum putrida; Tertio sequeretur ex alia re putrida quam ex humoribus putridas febres fieri posse: nam si sufficit vapor putridus, ille ab excrementis alui ad cor eleuari potest. Quarto si cor est subiectum omnium febrium, & putridae dicuntur ex putredine humorum, necesse profecto est eam putredinem esse in corde. Quid praeterea obest quo minus humor possit putrescere in corde, quod abscessus, & alia maiora mala patitur? Postremo, idem probare licet ex Galeno, qui in primo capite primi de differentijs febrium scribit differentias sumptas à materia in qua calor accenditur maxime proprias esse, siue ipsum corpus cordis prehenderit calor, siue humores conditis in ipsius ventriculis; quod quidem quid aliud est, quam omnium febrium humoralium humorem ponere subiectum, adeo, vt eo excalefacto consistant febres, quae solum ipsius calorem expostulant? Ex eodem vero putrescente proueniant putridae febres. Ergo putridas febres a pestilentibus non debemus distinguere diuersitate loci in quo fit putredo. Scribit etiam idem auctor, pestilentes ab alijs differre ob differentiam putredinis: excellentem enim esse putredinem, & non qualemcumque quae pestilentem efficiat. Quae opinio etiam recipi non potest, primum, quod ingentes putredines fieri non possunt nisi ab ingentibus causis; At cum omnia subiecta, tam calida, quam frigida, humida & sicca, gracilia & crassa, senes & iuuenes pestis corripit, non potest in hac diuersitate corporum fieri una, & eadem putredo quae sit ingens, & excellens. Deinde ingentem putredinem sequitur ingens calor, & hanc difficilis spiratio, & pulsus ille differentiae quae ingentem calorem ostendunt. At eo auctore fiunt febres pestilentes nonnunquam cum exiguo calore, & exigua mutatione pulsuum, & respirationis. Adde, quod pestilentes febres dicuntur esse multo mitiores quam sint Causones, & cur causones omnes non essent pestilentes? cur praeterea non sentitur huiusmodi calor tam vehemens? nec dicendum est eum non sentiri quod sit haecica febris, nam statim ab initio haecica non potest fieri, imò fortè nunquam cum spatio quattuor aut septem dierum soleant perimere pestilentes febres; Deinde si haecica esset confirmata in omni pestilente, nullus vnquam euaderet. Non ergo differunt pestilentes febres ab alijs putridis forma caloris, ut Mōtanus putat, quod scilicet calor pestilentis assurgat ex humore putrescente in corde: in alijs uero putridis assurgat ab humoribus alibi putrescentibus, & miscetur

miscetur cum calore nativo cordis; nec differt ob excellentem putredinem, quandoquidem in omni pestilente ea non cognoscitur, & putridæ multæ sunt non pestilentes, quæ in hac excellentia non cedunt pestilentibus; Alij verò sunt qui dicunt causam pestilentium febrium esse malignam, & venenatam qualitatem, siue morbum in tota substantia, & non posse illarum causam redigi ad qualitates & causas manifestas; quam opinionem conantur nonnulli ita refellere præsertim Fracastorius, supponendo quod activa principia tantum sunt substantiæ & qualitas, & substantiam per se nihil aliud facere nisi locales motus, & rarefactionem, atque densationem; reliquas verò actiones à qualitatibus provenire, quæ ut inquit sunt, vel materiales, ut calidum, frigidum, humidum & sicum, lux, odor, sapor, & sonus, aliæ spirituales vocantur, quæ species sunt & simulachra materialium, & materiales quidem, inquit, omnia generare, si primæ sint qualitates, & alterare; alias verò in ter se non agere, sed sensus movere mediis spiritalibus. Quibus positis, argumentatur, & dicit, non esse opus occultas illas proprietates inducere, quia si sit à substantia & forma, debent dicere hoc fieri à forma, si sit à qualitatibus, illæ sunt notæ, & non occultæ. Verùm inquit non possunt fieri à forma cum ea non possit facere, nisi locales motus. Verum in hoc sistendum est, primum enim supponit falsum, scilicet substantias, & formas rerum non facere aliud quàm locales motus, & rarefactionem atque densationem, & esse ipsas qualitates primas quæ omnia generent: nam peto ab illo, cum homo generat hominem, si solæ qualitates primæ agunt, & non ipsius hominis forma, alioqui cur ab homine non gignitur asinus, vel alia species quæ habet similes qualitates? quod si differentia aliqua est in temperamento, illa tamen non potest esse causa generationis diuersæ speciei; & certè miror quod homo philosophus, neget formas rerum non esse causas generationis. Scio Aristot. in quarto Metheororum ponere primas quattuor qualitates esse causas generationis, & corruptionis, quod verum est, si intelligamus quòd ille facit simplicem generationem, quæ scilicet sit ex solis elementis: at ille propterea non tollit actiones animæ, & formarum aliarum rerum. Hoc igitur conuulso principio suo, corrumpit tota illius opinio, & confirmatur ea quæ ponit occultas proprietates; nam cum formæ rerum essentia ignoretur, explicarique non possit, dicunt nonnulli, id quod sit à forma, fieri ab occulta proprietate, & Galenus à tota substantia; quare, idem est dicere, aliquid fieri à forma, ab occulta proprietate, & tota substantia, siue & in hoc casu, à maligna qualitate, siue maligna putredine, nam maligni morbi putridi malignam quædam habent putredinem, cuius naturam nec agnosceret, nec aliter exprimere possumus. quare neque remedia illorum possunt ratione cognosci, sed sola experientia. Et dicantur illa à proprietate, & tota substantia iuuare. Quæ quoniam omnibus sunt nota, non amplius laborabo in re hac confirmanda. Eâ opinionem crassus ille Altomarus etiam vult confirmare: ait enim pestem non fieri ob venenatam, vel occultam qualitatem, vel abditas causas, cum ad manifestas qualitates istæ causæ redigi possint, nempe ad putredinem pravam, & malignam, sed dicat ille (quælo) quomodo fiat illa manifesta qualitas, quæ dicit esse malignam, & in quo illa malignitas consistat quæ differentiam facit inter hanc putredinem, & alias quæ alias febres non pestilentes pariunt? reuertitur igitur ad occultam proprietatem, & formam quandam diuersam. Quid ergo dicendum in re tam difficili & ardua? Cum enim febris pestilens sit con-

A tagiosa, occidatque ut plurimum, & antidotis si aliqua alia re, curetur, oportet profecto talem esse illius causam, quæ possit tria hæc parere; Dicam breuiter quod sentio: putredinem quæ facit pestilentes febres, differt ab alijs, quòd maligna primum sit putredo, cum antidotis segeat, ut quæ malignus sit morbus; deinde quòd fordida sit putredo, lenta, & glutinosa; id quod in primis docent, quod pestis sit contagiosa, & vlcera, & abscessus qui fieri solent in huiusmodi febribus, necnon faetor maximus, qui emittitur per habitum laborantium, & conturbatæ vrinæ, atque excrementa foetida.

Deinde causæ efficientes idem ostendunt, nempe aer Austrinus, nebulosus, & ut plurimum ex putridis, & fordidis vaporibus conquinatus; Deinde videmus variolas puerorum; & t. bes, ex purulenta, & fordida huiusmodi putredine consistere, & ob lento rem adherere, contagiosaq; esse huiusmodi mala; nec non suppuratio idem ostendit: nam exsiccantia maximè iuuant, & sudores copiosi, qui ostendunt materiam putredinis maximè esse impuram, & foetidam. Sed quid dicemus de febribus pestilentibus, quæ nihil videntur tale habere? quales sunt quæ exiguum admodum habent calorem, vrinas bonas & laudabiles, nullum faetorem referentes? Ego dicam profecto quod sentio, nostros auctores malè posuisse has febres inter pestilentes: quandoquidem tales multas videmus esse febres quæ priuatim singulos afficiunt à propriis causis natas, & minime contagiosas. Quare, rectè quidem illæ malignæ dici possunt, sed non pestilentes: malignæ quidem, quod occultam habeant causam, ut putredinem spirituum, cum qua non potest esse vehemens calor, & ea malignitas nascitur, vel ex malignis cibis assumptis, vel tandem per aduersionem humorum, qui tandem degenerant in bilem eruginosam, vel atram, & ea corpora in quibus reperuntur tales humores ex leui etiam putredine assurgunt vapores maligni qui spiritus cordis perdunt; Vnde vitalis virtus statim destruitur, & cum bonis vrinis ac sine faetore, & contagione pereunt laborantes, sine vitio humorum, quod concoctionem illorum turbare potuerit. Siue ergo foetidam & purulentam putredinem & malignam venenosamque dixeris esse formam quæ constituit pestilentes febres, non magnoperè laborabo.

D Nunc sequitur ut de causis efficientibus febres pestilentes disseramus, an vna & eadem sit scilicet, vel plures; & cum has causas querimus, illud inuestigamus quod eam foetidam putredinem vel malignam, quæ constituit naturam febris pestilentis, inferre possit. Quæ quidem in re duplex opinio nata est: quidam enim volunt causas posse esse tum extrinsecas, tum intrinsecas: extrinsecas quidem aerem vel cibum, vel aliam rem venenosam, quæ nos extrinsecus afficit, intrinsecam volunt esse humores, qui talem putredinem acceperunt ut uenenum sint facti. Alij uero uolunt, solum pestilentes febres fieri posse ab aere ambiente. Prioris opinionis sunt Montanus & Fracastorius; posterioris Altomarus & ego ipse; prioris opinionis auctores se tuentur primum probabili ratione, deinde autoritate: nihil enim obesse putant, si statuatur in nobis ex plenitudine, obstruccionibus, humorum malitia, foetidas fieri putredines, quæ pestilentem febrem in alios pariant, quales primo excitarunt in eo qui primo fuit affectus. Galeni autem autoritate nituntur, potissimum ex initio libri de cibis boni & mali succi, ubi refert, ex malo victu multos incidisse in febres cum ulceribus, carbunculis, fetidis deieccionibus & urinis; deniq; talia habuisse accidentia, qualia omnes auctores commemorant in his accidere solere qui pestilenti febre laborant.

laborant. Afferunt etiam quæ ille habet in primo libro de differentijs febrium, cap. 3. ubi refert multos ob potum aquæ feculentæ, vel lutulentæ, alios vero ex superfluis laboribus & vigilijs, aut cogitationibus, aut frequenti assumptione medicamentorum acrium, vel ciborum assumptione qui suapte natura sunt mali, uel tales sunt redditi ob malam repositionem, uel longiorem conseruationem, periisse ex putridis & pestiferis febribus. Verum opinio quæ tenet febres omnes pestilentes nasci ab aere ambiente præferenda est. Primum quod pestis omnis Epidemicus est morbus, qui vero Epidemicus est, causam omnino habet aere ambiente. Deinde etsi ex malo victu aliqui in lethales febres incidunt, & malignas, non tamen in contagiosas; quod si contagiosæ quædam sunt, ut febres puerorum, quæ sunt eum variolis, illæ certè non sunt lethales; etsi quædam sunt contagiosæ & lethales, ut tabes, certè istæ verè pestilentes non sunt, quia cum difficultate sunt contagiosæ; eos enim solum trahunt in contagionem qui diutius conuersantur cum ægrotis; verè autem pestilentes, nullis aut paucissimis parcunt, qui vel leuissimè attigerint peste laborantes, aut vestes ab ipsis contactas, aut aerem ab ipsis emissum inspirauerint.

Nec obstant quæ ex Gal. afferuntur; nam quæ habet in libro de cibis boni aut mali succi, docent generationem multorum morborum, quæ multa habent cõmunia cum peste, sed tamen propterea pestilentes non sunt febres; quæ vero adducunt ex primo de differentijs febrium, de malis cibis, & potione malorum aquarum, solum ostendunt generationem malorum humorum plurimum conferre ad generationem omnium morborum & ipsius etiam pestis, non tamen ex ipsis solis humoribus posse pestilentes febres procreari, nisi accedat aeris ea corruptio, quæ apta nata est generare pestilentes febres, quod ex discursu ipsius Galeni patet, & maximè ex ea sententia, in qua ita scribit: In pestilenti vero aeris statu, inspiratio ut plurimum est causa, sit enim hæc aliquando & ob eos qui sunt in corpore humores ad putrescendum paratos, cum leuem aliquam occasionem ad febris originem ab aere ambiente acceperit animal.

Ex quibus quidem patet, solum ipsum aerem inspiratum per se posse pestilentem febrem generare: ipsos vero malos humores qui sunt in corpore, reddere quidem corpus expositum ad pestem suspiciendam, sed ipsos per se non posse eam generare, nisi accedat illis pestilens aeris constitutio, quæ, ut ipse credit, facillime operatur in corporibus excrementosis, difficillimè vero in alijs. Igitur hoc tanquam certum ponatur, febrem omnem pestilentem ex aere uitiato nasci, cum morbus sit epidemicus, & contagiosus, qui fit non solum ex contactu, sed etiam ad distantia: neque enim contagio ea communicari potest nisi per aerem: aqua enim communis multis, potest cõmunes morbos id est eiusdem generis parere in multis, sed contagiosos non pariet, quia medium non est per quod ab uno in alium transire possit malum.

Sed iam videamus qualis sit ille aer qui pestilens esse potest, & quam affectionem in se recipiat qui talis est. Sunt qui putent aerem proprium alicui loco pestilentem esse non posse, proprium interpretantur ratione situs, uel temporum anni seruantis suam naturalem temperiem, & oportere aerem pestilentem fieri ex propria aliqua, & non solita celi constitutione, uel ex anni temporibus non seruantibus suam naturam; & magnam & diuturnam oportet esse eam alterationem in aere, quæ possit eum reddere pestilentem. Qui quidem suam opinionem tuentur ex hoc solum, quod ea loca in quibus aer

uel perpetuo, uel in certis anni temporibus pestilens est, breui temporis spatio omnes occidat.

Sunt tamen quidam loci ita malè positi in locis paludosis, & expositi Australibus ventis, in quibus pauci diu uiuere possint, quales nos nouimus loca maritima ditionis Pisanæ & Senarum, tamen morbi non fiunt in illis contagiosi: Metito ergo oportet nouam esse causam in aere quæ illum reddat pestilentem, de qua iam agendum est. Dubium non est, oportere aerem qui pestilens sit, putredinem in se continere, & non sufficere aliam quamcunque in eo alterationem, quæ apta quidem est alios parere morbos, pestem vero minimè, talem autem oportet esse putredinem in eo, quæ sit maligna & contagiosa: nec ratio aut experientia ostendere possunt, qualemcunque in hoc putredinem sufficere ad generationem harum febrium. Vnde verò sibi hanc putredinem ascribat aer, dubium est: quidam enim (ut Altomarus) volunt id solum fieri per mixtionem vaporum, & putant sufficere tales vapores qui sint nebulosi, & caliginosi, quod falsum est: nos enim hic Taurini essemus tertia ferè parte anni circa Autumnum, & hyemem in continua peste, cum aer sit maximè nebulosus, & caliginosus. Alij volunt vapores istos esse putridos, quales sunt qui ex locis paludosis ex stagnantibus consurgunt: verum experientia hanc opinionem refellit: sic enim loci maritimi Pisani, & multi alij, essent in perpetua peste. Cogimur ergo fateri, cum aer redditur pestilens ex vaporibus putridis, oportere illam putredinem esse admodum sordidam & malignam, qualis est natura pestis; propterea rectè scribit Galen. lib. 1. de differentijs febr. tales vapores eleuari ex multitudine cadauerum non crematorum, uel ex lacubus, & paludibus æstatis tempore, concurrentibus scilicet tunc duabus potentibus causis ex ipsis locis & anni tempore, ad sordidam putredinem excitandam. Sed ea opinio quæ ponit aerem solum putrescere posse per mixtionem vaporum putridorum, reuellitur ex Galeni libro 1. de febr. ubi scribit, posteaquam attulit causam putredinis aeris ex vaporibus; contingit, inquit, quandoque præcedere ambientis aeris caliditatem immo dicam, quemadmodum in ea pestilentia quæ Athenienses inuasit, ut Thucydides inquit: sed in tugurijs suffocantibus æstatis tempore habitantium corpora corruptione laborabant. Præterea, si putredo fit à calido & humido, cur Austrina constitutiones diuturnæ non poterunt absque mixtione vaporum per se afferre contagionem & putredinem in aere; Quinetiam aliquando visum est, aerem esse admodum purum, aut certè magis quam in alijs constitutionibus non pestilentibus, vigente peste, nec etiam accessisse tempora admodum humida & calida, quæ pestem Astrologi tribuunt sideribus quæ uim habent corrumpendi aerem non facta in eo magna aliqua mutatione secundum manifestas qualitates. Dicunt autem tunc portendi pestem, cum plures plantæ in unum coeunt præsertim sub insignibus aliquibus stellis fixis. Nec mirum esse debet, quod diximus absque euidenti mutatione in aere ad putredinem, putredines & pestilentes febres procreari: nam occulta quædam est & maligna illius putredinis causa ut putatur, in his qui à rabido cane sunt morsi, quæ morsum sequitur putrida & ardens febris. Eandem causam habent febres quæ sequuntur morsiones Viperarum, & aliorum animalium venenatorum.

Quid dicemus de Khatableta animalis aspectu qui homines in febres lethales inducit? Quid de morbo, uocato Gallico, qui ulcera & pustulas putridas excitat, an huiusmodi putredines excitantur à causis in quibus sensus deprehendat tantam esse humiditatem

ditatem, & caliditatem, quæ respondeant magnitudi ni putredinis, & malorum quæ putredinem sequuntur. Potest, & aer ipse pestilens fieri propter expirationem quæ fit ab ægrotantium putridis, & sordidis febribus, ea enim concepta in aere, alios postea inficit eo videntes. Quare ex hoc etiam constat non prius fieri pestem quam aer sit illius causâ; quòd si id quod expiratur à corporibus illis, non est pestilens, in aere tamè receptum tale fit. Desinant ergo illi authores contendere omnem pestem nasci à manifestis causis in aere positis, & eas esse solum euaporationem, & caliginem qualemcumque cum aere mixtam, ex qua aer redditur calidus & humidus. Sic ergo de causis efficientibus febres pestilentes sentiendum esse putò. Nunc verò de materia agendum est; Quæ quidè in re putant Montanus, & Fracastorius, & fortè etiã Galenus, pestilentes febres fieri posse in omni materia in qua alia omnia genera febrium constituuntur, nempe in spiritibus, humoribus omnibus, & partibus solidis; Vndè, nominant diarias, humorales, & heclicas pestilentes; A quorum ego opinione longè absum, nam in veris pestilentibus quæ contagiosa sunt, & non fiunt sine carbunculis, & abscessibus circa loca glandulosa, vel sine vlcibus, & putredine magna partium corporis, vt in peste scripta à Thucydide, dubium non est, putredinem semper esse in humoribus, nec in singulis quidem, sed vel in tota massa sanguinis, vel maximè in sanguine ipso quarto humore: nam inflammationes, & carbunculi talem habent materiam, & pro ratione diuersorum symptomatum quæ contingunt, requiritur diuersa materia: nam abscessus, & inflammationes, postulat vniuersam sanguinis massam, & ipsum sanguinem laudabilem, carbunculi verò sanguinem magis adustum, & melancholicum; idem ostendunt maculæ cutis rubentes, & grauitas, & sopor, virium maxima debilitas. Hæc ergo est vera materia febrium verè pestilentium quæ fiunt cum magna putredine, & fetore, & corruptione, & contagione: sordida enim putredo nequit absq; tali materia fieri; & id est quod Galenus scribit in primo de differentijs febrium, in pestilentibus febribus humores putrescere in corde, per humores sanè intelligens vniuersam humorum massam. Et in 3. de prætag. ex pulsibus, quando inquit hic calor fit putridus ad humores contentos in cordis sinibus vniuersim deflexit, multi horum fuerunt superfluites; Quod verò scribit eos perisse omnes quibus corpus cordis fuit calore eo putrido affectum, & pestilentes non paucas inde vique ab initio heclicas extitisse, dubium apud me est, nam scribit ille passim alibi nullas heclicas ab initio incipere; deinde mirum est, quomodo pestilentes febres quæ paucis diebus occidunt, heclicæ possint esse: nam heclicæ solent succedere alijs febribus magnis, & longis, & si causam habent statim suæ generationis, eam habent ex magna caliditate, & siccitate, non autem ex caliditate & humiditate, qualis est aer pestilens, nec pulsus illi apparent, & scribuntur vnquam nisi in pestilenti febre. Præterea, ostendere non possunt modum putredinis solidæ substantiæ cordis: nã Altomarus credit sufficere ad pestilentem heclicam generandam, si cordis substantia solida inficiatur, & coinquinetur (vt ait) ab aere pestilenti: nam ista infectio non putrefacit eam substantiam. Si verò intelligant verè putrescere solidam substantiam, debebat docuisse ex dissectionibus, non ratione fingere. Sunt qui velint (quod tamen ex Galeno probati non potest) etiam diarias fieri pestilentes, sed illi rectius dicerent posse fieri pestilentes, putrefactis spiritibus; nam reuera diariæ dici non possunt, quandoquidem diariæ omnes salutaris, & in sola calefactione spiri-

tuum consistunt. Tamen reuera ratio & experientia docent, malignas febres, quales sunt illæ quæ occidunt cum bonis vrinis, & pulsu paruo & frequentissimo, nec sunt contagiosæ, & propterea non sunt pestilentes, sed tantum malignæ: nam fieri nisi ex putredine spirituum non possunt. Corrupto enim calido nativo communi instrumento, maximè vitalis facultatis & aliarum, mirum non est statim corruere omne robur corporis, & præsertim ipsos pulsus: humoribus verò non putrefactis, aut leuiter, concoctio humorum non turbatur, propterea vrinæ mittuntur simillimæ vrinis sanorum. Confundunt ergo illi malignas cum pestilentibus, cum dicunt pestilentes fieri non solum in putredine humorum, sed etiam partium solidarum, & spirituum: nulla enim ratio cogit, ponere pestilentem febrem in partibus solidis, vel spiritibus; & malignæ omnes cum non sunt contagiosæ, cum bonis vrinis, sunt in spiritibus: aliæ verò quæ sunt cum vrinis malis & conturbatis, sunt profecto in humoribus, sed causam non habent putredinem ex acre ambiente, sed ex corpore ipso; & in malignis humoribus, quales sunt bilis atra, æruginosa, porracea & ista todes, propterea lenticulæ quæ apparent in cute, suo colore referunt nunc vnquam, nunc alium ex his humoribus. Ridendum verò est, quod scribit Altomarus, spiritus per se, & sua natura putrescere non posse, sed solum per mixtionem aeris pestilentis crassescere, & putredinem admittere, quali spiritus nostri sunt: lignis ipse, qui solus putrescere nequit, & non acrei & vaporosi, qui faciliè admittere possunt putredinem, etiam si non crassescant magis ex mixtione aeris, quæ si ipsi semper crassiores non sint acre, & sola crassities rei sit causa putredinis.

Cur vero nunc humores, nunc spiritus ipsi putrescant in his febribus, nulla alia potest assignari ratio nisi analogia quam habent res agentes cum patientibus: hæc enim ratione qui ophthalmia laborant, non inficiunt omnes partes eorum quos intuentur, sed solum oculos; & qui tæbe laborant, solos pulmones corumpunt; sunt & alia infinita exempla huius analogiæ ab alijs relata.

Quomodo vero aer pestilens generet in nobis febres pestilentes, breuiter doceo, quandoquidem Galenus scribit primo de differentijs febrium, hoc fieri per inspirationem maximè, tum etiam per transpirationem attracta illo modo aere in pulmones, & in cor, hoc vero per cutis meatus in ipsas arterias, dum dilatantur; & hoc modo contrahendo vestes peste laborantium, nascitur pestis, illo verò ex ipso aere perstifero inspirato.

Nunc vero sequitur, vt de subiectis magis expositis, & paratis ad pestem suscipiendam, agamus. De qua quidem re scribit Galenus, cap. 4. lib. 1. de differentijs febrium, ea esse maxime apta ad pestem suscipiendam, quæ sunt excrementosa, variisque excrementis plena. Præterea, in multis partibus obstructa, & plethorica, otiosaq; & crapulæ, reij. Venereæ dedita, cruditatibusque plena sunt; alia vero corpora ægrius affici apta; summa enim hæc est, quod corpus maxime careat excrementis, & optimè transpiret, vt à peste sit liberum magis. Sequitur Galenus eo loco, quod rationi videtur consonum, verum experientia aliter fieri sæpè docuit: est enim rationi consonum, vt corpora excrementosa, & quæ sunt calida & humida, magis sint exposita putredini. Verum pestes aliquando senes, debiles, cacochimos non attingunt, eos vero qui maximè sani, & optimo habitu præditi creduntur, maximè inuadit, & perimit. Aliquando aliter accidit, propter diuersitatem putredinis in aere conceptæ, quæ vt simplex non est putredo, sed maligna, & huius malignitatis multæ sunt formæ,

formæ, ideo analogia fit diuersa ad corpora patientia; præterea quod scribit de corporis transpiratione, dubitationem habet: nam si pestis nascitur ab aere qui nos extrinsecus afficit, & id potentius videtur facere posse, cum plures illi viæ sunt apertæ, sufficere videtur via quæ est per inspirationem, quam prohibere non possumus. In cutis verò meatibus raras non potest prodelle; Quare videtur mihi ita sentiendum esse, vt corpus non sit plus æquo vel astrictum, vel rarefactum, illud enim prohibet transpirationem semper necessariam ad sanitatem conseruandam, hoc verò nimia facilitate externum hostem nos ambientem, admittit, & recipit in viscera.

De differentia febris pestilentis, ab alijs febris putridis.

His ita declaratis, iam licet colligere quomodo differant pestilentes febres ab alijs putridis. Qua quidem in re, *Altomarus* in multis ponit differentiam; Primum, quod pestilentes semper ab aere nascantur, aliæ vero ab alijs causis, nempe internis, nunquam verò ab externis; quod diligenter est excutiendum: nam (vt antea diximus) Ex nobis nasci possunt malignæ febres, & etiam contagiosæ, sed quæ simul sint malignæ, contagiosæ, & lethales, non nisi ab aere ambiente fieri possunt. Deindè (vt verum est) verè pestilentes primam habere originem ab aere, ita aliæ omnes quæ ab vno in alium transeunt, non semper habent causam aerem ipsum, nisi velimus vapores qui exhalant à corporibus laborantium, vel conclusi sunt in vestibus illorum, ad aerem redigere, quod videtur mihi nimiam habere subtilitatem.

Falsum etiam est quod scribit, nunquam fieri alias putridas à causis externis, quandoquidem in dies docet experientia, externum frigus & calorem sæpè afferre pleuritides, anginas, quæ sunt cum febris putridis, & ipsas etiam putridas solas absque inflammationibus.

Secundam ponit differentiam, quod pestilentes fiant ab excellenti putredine, aliæ vero non, & id habet (vt diximus) ex Galeno; verum si uterque vult illas febres esse pestilentes, cum quibus urine minguntur simillimæ vrinis sanorum, non potest illa excellens putredo esse in omnibus pestilentibus; præterea, in Cause videtur fieri putredo quæ non cedit putredini pestis in excellentia & magnitudine putredinis; rectius si dixisset differre pestilentes ab alijs putridis, quod simplex sit in alijs putredo, in pestilentibus vero maligna & fordida.

Tertiam ponit differentiam cum Montano, quod in pestilenti putrescat in corde aliqua illius substantia; humor inquam, uel spiritus, uel solida substantia, in alijs vero putridis, solum pertueniat ad cor calor, & uapor putridus, Verum (vt antea ostendimus) in omni putrida putrescunt humores in corde, siue pestilens sit, siue non. Deindè, in illa pestilenti putrescit solida substantia non spiritus, & cum hi putrescunt, fit quidem maligna febris, sed non pestilens, quæ non potest fieri fordida & plena carbunculis, & ulceribus absque humoris putredine. Propria ergo differentia in hoc consistit, quod pestilentes febres fiunt à putredine aeris, maligna ex putredine totius massæ maligna & fordida.

De signis pestis.

Signa à nobis tradenda sunt quæ futuram pestem præfagiunt, quæ presentem monstrant, & salutem vel mortem portendunt in his qui laborant.

Sumuntur autem signa omnia prognostica, indicantia futuram pestem, à causis ipsius efficientibus, & efficientes ipsas declarantibus, & ab ipsa corporum dispositione, siue à causis patientibus; Porro efficientes sumuntur à cælo, aere, aqua, terra, & his quæ in ipsis fiunt. Dicunt enim astrologi tunc portendi pestem, cum plures Planetæ in una parte reperiuntur, ita, ut plures fiant uel Septentrionales uel Australes. Item, cum inuicem coniunguntur, tunc enim primum fiunt plurimæ humiditates in aere, sublatis multis uaporibus ex terra & aqua; deinde sequuntur siccitates, & putrefactiones multæ; quod si Planetæ plures in unum coniungantur sub fixis stellis, tunc sublequetur contagium.

Præterea, sunt quidam aspectus Planetarum qui eadem etiam portendunt incommoda. In aere uero hæc signa præfagiunt pestem. Primum, crebræ incensiones, quæ fiunt in suprema ipsius regione, cadentia sydera, cometa, trabes, capra, & reliqua huiusmodi; Hæc enim ostendunt putrefactionem fieri circa terram; quoniam huiusmodi incensiones fiunt ex materia unctiuosa & lenta, propterea monstrant tales quoque uapores esse, qui ex terra attolluntur, hinc putredines nasci oportet. Idem præfagiunt quæ in inferiore aeris regione apparent, Austri diuturni, & caligines quæ regionem aliquamdiu occupant, etsi sol obfuscatur ab aere fusco & puluerulento, & si venti aliqui veniant ex regione pestilenti.

Quod uero Montanus & Altomarus scribit, pestem quoque præfagiri cum aer turbidus & crassus redditur ex uaporibus crassis, terrenis, & turbulentis, ad eodè, ut per illos solis radij uix penetrare possint, caret ratione & experientia, id enim contingit in aere ex sola nebula; Quare, nos qui Taurini habitamus, ubi ea durat singulis annis per totum ferè Autumnum, esse mus in perpetua peste; oportet ergo vapores qui ex terra attolluntur, non esse solum crassos, sed malignos & fordides putredinis sobolem, quales sunt qui ex locis stagnantibus, & strage cadauerum, ex multo fimo & infectionibus, & multis excrementis relictis à stationibus magnorum exercituum emergunt. Item pestem maximè præfagiunt cum ea quæ aeri exponitur contrahunt facillè litum & putredinem. Terra quoque sua præbet indicia, cum plurima dissecta animalia profert, vt mures, ranas, muscas, papiliones, pulices, cimices, & exigua quedam animalia per aerem volitantia, ut ego vidi in solo meo natiuo, Castronuuo Astensi, anno 1519. videbantur enim in aere corrupto ab Hispanorum exercitu, uolitare magnæ turmæ paruorum muscarum, quales sunt quæ circa uina generosa generantur, moscigliones nos vocamus.

Idem prænunciant locustæ, quæ & putrefactionem factam ostendunt, & illam rursus pariunt, cum in terra moriuntur & putrescunt. Item, terræ motus qui emittunt vapores putridos, & serpentes, & alia animalia quæ in terra latere solent, si exeant, fugientes vapores intus putrefactos. Item, si animalia uolantia relinquunt suas sedes, & deserant oua, indicia sunt aeris iam corrupti. Aqua quoque dat sua indicia, cum loca uel iam sunt paludosa, uel talia sunt facta ex inundatione fluminum diu restagnantium. Item, cum mare pisces plurimos mortuos reiecit ad littora, & animalia multa quæ in superficie aque generantur,

nerantur, & apparent. Item, habitationes dant quoque sua signa: nam si parietes præter solitum humescunt & foetent, si cleæca plus solito malum spirant odorem, timendum est; quinetiam, penurix, & famēs, cogunt homines vesci herbis & alijs cibis malis, ex quibus putridi humores in nobis fiunt, & ex multis laborantibus aer inficitur, qui postea multos afficit. Item, crapula, & cruditates, idē ferē faciunt. Iam uero & corpora ipsa, quæ patiuntur, solent hoc malum prænunciare; Timere enim debent homines, quādo magna sit strages in alijs animalibus quæ nobiscum conuersantur, ut sunt boues, oves, & siluestria animalia multa inueniuntur mortua. Item cū arbores fructus suos non edunt solitos, aut eos corruptos, & cum circa folia ipsorum apparet color vitiatu, vel puluis inspersus. Item, ubi corpora nostra malè colorata, & ad mortum pigra sunt reddita, & præter euidētem causam, tristantur. Hæc omnia & familia, pestes præfagiunt futuras.

Signa pestis presentis.

Presentem uero pestem declarant ex aliorum auctororum opinione multa quæ propria non sunt & inseparabilia febribus pestilentibus, ac illa varia sunt, nec sibi constantia quæ tradunt: autunt enim, calorem magnum uideri ob insignem putredinem aliquādo uero esse similem calori sanorū; quoniam (inquit Montanus) deficit substantia calidi innati, sed quantum ea deficit, tantum, inquit, crefcit qualitas, & ex his duobus fit caliditas in toto, similis naturali: & quia deficit (inquit) substantia calidi innati, extrema frigent. Scribit & Altomarus, calorem huius febris differre à calore aliarum per excellentiam putredinis; quare (inquit) nec calidi, nec peruerentes uidebuntur quamuis intus ardeant; quæ paucis sunt resellenda, antequam ad alia signa accedamus. Igitur si excellens est putredo, quomodo potest calor esse similis calori sanorum? Aut quomodo possunt extrema frigere ex hac causa? quomodo etiam sequitur calorem esse secundum naturam si deficit substantia & augetur qualitas?

Si præterea excellens est putredo, quomodo calidi non apparebunt intus & foris sicut contingit in alijs febribus putridis? Dicendum igitur est, si febris pestilens est semper in humoribus, maximè in tota massa, uel in ipso sanguine, calorem esse insignem & copiosum cum magna euaporatione, sed non acrem. Quod si aliquādo extrema frigent, nec non est proprium indicium febris pestilentis sed internæ inflammationis coniunctæ cum tali febre, ut cum alijs etiā sæpè coniungitur. Quod si calor aliquādo est exiguus, qualis in sanis, hoc non contingit in febribus uerè pestilentibus, sed in malignis quæ sine insigni putredine & sæpè non facta in humoribus, sed ex maligna in spiritibus consistunt. Hæc ergo de calore febris pestilentis sint dicta.

In urinis quoque eadem est discrepantia & uarietas: nunc enim dicunt eas esse secundum naturam, aliquādo uero tenues, idque contingere quod natura debilis nequeat excrementa cum urina miscere; & quæ similes sunt sanis, dicunt esse pessimas, aliquādo dicunt esse turbatas, quia totus sanguis putrescit & ebulit; aliquādo dicunt esse nigras, aliquādo oleosas, aliquādo habere subsidentias malas, & eas esse tales quæ in medio uasis pendent. Quæ omnia egent animaduersione: nam si pestis fit ex torrida putredine sanguinis, necesse profecto est, illas esse crassas subiugales, pessimè olentes, & hoc debet esse commune omnibus uerè pestilentibus. Quod

A uero aliquādo postea sint nigra, uel flaua, uel oleosa simul, hoc contingit ratione diuersorum subiectorum, in quibus diuersi humores abundant. Falsum uero est, quod ponunt urinas fieri tenues, ob debilitatem nature expultricis: nam si concoctio generasset excrementa, robur non requiritur ad eorum expulsionem per urinam; pessimas autem esse illas urinas quæ simillimæ sunt urinis sanorum, & tales fieri in his febribus, absurdum est: nam in malignis febribus non pestilentibus, tales possunt fieri urines, quia leuis est in illis putredo, & sæpè in solis spiritibus, quorum uita non mutant humores. Bonæ autem urinae semper sunt bonæ, nec pessimæ esse possunt, ut Hippocrates satis docet in prædictione. sed ex bonis illis urinis in malignis febribus colligimus uitium non esse in humoribus, & illud non posse tolli per euacuationem, & alia remedia quæ pugnant aduersus notas causas; quare, per abnegationem & non habitum, & suam naturam, tales urines sunt malæ. In pulsibus uero sunt quoque sui errores: uolunt enim illi, pulsus aliquādo non excedere naturalem statum, & ferè similes esse naturalibus; aliquādo dicunt esse celeres, frequentes, & sæpius imbecillos. Ratio autem uult nunquam posse pulsus esse in his febribus bonos, & similes naturali, siquidem, putredo maligna in corde necessariò destruit uisceris robur: Erunt ergo pulsus parui, debiles, frequentes. Respiratio uero erit magna & difficilis, atque uelox, ob uehementiam putredinis & caloris, seruato robore animalis facultatis mouentis thoracem, quæ necessariò non destruit labefactata uitali. Est quoque respiratio cum graueolentia. Tradunt quoque illi: oculos esse igneos, & in ore colorem qualis conspiciatur in erysipelata, uel herpette, & eos cibum respicere, sitire præter modum, frigidam postulare, delirare, sopores, conuulsiones, uicera praua, & sineopes pati, uocem uitiari, stomachum morderi; cor palpitare, maximam esse inquietudinem, uomi bilem, deijci biliosa, tenuia, flatuosa, graueolentia colliquata & pinguis, quæ omnia sunt uel ratione subiectorum, aut diuersarum causarum quæ cum ipsa peste coniunguntur. Proprium autem ipsius est, quod in primis diebus carbunculi uel abscessus fiant in locis glandulosis. At uero illi cum plurimum laborant in signis colligendis, & symptomatis, omittunt interim præcipua indicia quæ sumuntur à causis ipsius pestis, & proportionem atque similitudinem: ubi enim aer est pestilens, ex hoc solo signo intelligere possumus, febres quæ tunc nascuntur pestilentes esse, etsi aliqui iam fuerunt correpti febre pestilenti, merito eos qui talia habent symptomata, qualia apparuerunt in illis, pariter eodem morbo correptos iudicare debemus. Ceterum, præfagiemus salutem aut mortem, maximè ex signis suapte natura lethalibus, uel salutaribus in omnibus, & ex his quæ in primo affectus uia sunt ostendere salutem, uel mortem.

De præseruatione à peste.

Sequitur nunc ut primum doceamus præseruationem à peste; Deinde illius curationem. De quibus alij tractant sine principijs, & cum generalibus scopis. Cõstat autem præseruatio omnis in hoc uino, ut cause quæ uim habent nocendi, eam amittant; id quod fit duobus modis, quorum Primus est, ut frangamus uim quæ est in ipsis causis efficiētibus; Secundus est, ut subiectum in quo agit, reddamus ineptum ad patiendum. Igitur, cum pestis omnis nascatur ex aeris ambientis corruptione, danda opera est, ut ipsum aerem atque illius iniurias fugiamus;

mitis; id quod fit multis modis, pro diuersitate cau-
 farum quæ ipsum afficiunt. Ergo, duo erunt modi,
 vnus vt in aerem salubrem nos conferamus idque Ci-
 to: quia in mora periculum est; Longè, quia spargitur
 aer in vicina loca. Tarde quoque redeundum est in
 loca vbi pestis grauitata est, quoniam diu perdurant
 seminaria aeris corrupti, & difficilè est illa in omni
 loco vbi habitamus, absumere quod si facultas non
 datur, recedendi, mutatio in aere tentanda est, non
 solum vt alij faciunt per primas qualitates, existiman-
 tes refrigerantia & exsiccantia vt quæ resiliant putre-
 dini, maximam vim in hac re habere: nam præter
 putredinem quæ est in aere concepta, ea adest mali-
 gnitas quæ nõ cedit illis remedijs. Quare solus ignis
 potest omnibus malis quæ sunt in aere succurrere:
 ille enim vt rectè Arist. omnia absumit, quia
 omnia habet pro materia; accendantur ergo ignes lu-
 culentissimi per omnia loca peste afflicta, & in singu-
 lis domibus ex lignis & herbis odoriferis, & resina-
 tis, qualia sunt pinus pica, terebintus, lentiscus,
 rosinatum, thimus, serpillus, salua, quercus, nu-
 ces spinæ, & alia huiusmodi odorata, calidæ & sic-
 cæ facultatis, quæ purissimum ignem concipiunt,
 & alunt. Proderunt etiam suffumigia ex gariophillis,
 nucis muscata, mastice, thure, myrrha, ammoniaco,
 storace, granis iuniperi, inter se mixtis, & cum the-
 rebintina redactis in globulos, qui postea super car-
 bones impositi, ignem vaporem emittunt. Quod
 si vehemens calor uiget, purgato aere prius per supra-
 dicta, proderunt flores & fructus, frondes, & alia re-
 frigerantia, & exsiccantia, ad aeris eas iniurias corri-
 gendas; spargantur ergo rose, nymphaea, uiolæ, flo-
 res salicis, & quercus. Item aqua rosea cum aceto
 mixta & sandalis & camphora. Præterea, teneantur
 in cubiculis citria mala, limones, poma citronia, &
 alia quæ sunt odorata. Atendus præterea est aer
 pestilens, clausis fenestris quæ respiciunt aerem qui
 venit ex locis infectis; quod si nullus talis locus est,
 sed in eo in quo habitamus uitium consistit, si quan-
 do aperiendæ sunt fenestre, illæ sunt aperiendæ, quæ
 spectant ad Aquilonem. Atque hæc sunt, & similia
 quæ aerem pestiferum corrigunt. Iam uero corpora ip-
 sa reddemus inepta, ad aerem eum recipiendum, &
 pestem admittendam, non purgatione, aut sangui-
 nis missione, vel inedia, aut reliquis remedijs exsic-
 cantibus nostra corpora, ut Galeno visum est libro
 primo de differentijs febrium, qui hæc præcipit, eo
 quod crederet pestilentes febres formam suam habe-
 re duntaxat in excellenti putredine, & illam maxi-
 me constare humiditate: nam vt hæc fortasse ante-
 quam aer sit pestifer, prodesse, ita iam præsentem pe-
 ste, nihil magis periculosum quam agitare humores,
 & rarefacere corpus, viresque debilitare; id quod do-
 cuit sæpè experientia, tutiores esse senes quam iuue-
 nes: cacochymos, euechymis: debiles quam fortes: eo
 quod cum his pestis analogiam habeat, cum illis ve-
 ro minime. Maneant ergo corpora in eo statu in quo
 erant antequam inuaderet pestis; Et vt non laudo te-
 nuem uictum, sic crapulam damno: si tamen ali-
 qua euacuatio admitti potest, concedantur pillule
 Ruffi, quæ recipiunt aloes partes duas, myrrha, cro-
 ci, ana partem vnã, vel ut alij volunt, aloes & am-
 moniaci, ana partes duas, mirrhæ partem vnã, &
 fumatur drachma vna bis, vt alij uolunt, uel ut nos,
 semel in hebdomada. Ridiculum uero est quod Alto-
 marus scribit, extenuanda esse corpora, sic enim mi-
 nus aeris attrahi: nulla enim ratio est, quæ suadeat
 talia corpora quæ biliosa sunt reddita, & rariora, mi-
 nore aere egere alijs. Munienda ergo sunt illa alia ra-
 tione: erit autem ea accommodatissima, si aer qui ex-
 pirat, vim habeat frangendi venenum quod est in

A aere extrinsecus, id quod facit alij usus: unde merito
 dicitur Theriaca rusticorum. Proderunt etiam luni-
 peri grana in ore retenta & masticata, & gentianæ ra-
 dix, & galanga, & cynamomum, gariophilli, & al-
 ia aromata, & semen Citri, hæc enim nos muniunt,
 ne extrinsecus aer facilè lædat, eo quod per exspiratio-
 nem eum corrigunt, & ipsum qui immittitur fran-
 gunt. Idem præstant odoramenta naribus admota,
 qualia sunt aqua rosarum cum aceto, gariophillis, san-
 dalis, & camphora simul mixtis, Decumbant tunc
 homines non in lectis ex pluma uel lana confectis,
 sed ex frondibus, rosis, mirtha, scordio, & alijs huius-
 modi; sic et induant corpora, nõ ex pluma, non ex pel-
 libus & pannis ex lana confectis, sed ex serico non vil-
 loso, cuius generis sunt quæ vulgo uocantur damasci
 ormesinum, rasum, siue latinum, & quæ sunt huius
 generis, hæc enim aerem & puluerem æternum non
 facilè admittunt; nec etiam laudare possum eos qui
 gaudium & letitiam omnibus remedijs præferunt in
 illius mali præseruatione: nam vt tristitia & omnes
 immoderati affectus animi obsunt, sic gaudium eo
 quod corpus & cutis in eo rarefit, & peruium reddi-
 tur aeri corrupto. Hæc de præseruatione, nisi adde-
 re velis qualitatem alimentorum quæ alijs præstare
 videntur. Quæ in re laudant omnes acetum & acida
 omnia, ut quæ frigida sint & siccantia, & propterea
 repugnant putredini; sed rectius laudanda essent au-
 stera & acerba, quæ insignem habent frigiditatem &
 siccitatem: nam præter acetum quod habet acerbita-
 tem admixtam, quæ purè fiunt acida frigida sunt &
 humida, vt Galenus docet in libro 4. de simplicibus
 medicamentis, præstat adhiberi in vsum ea alimenta,
 quæ sint temperata, & boni succi, pro natura
 hominum, & temporum anni, & aeris constituti-
 one, sic enim firmabitur corpus bonis humoribus
 instauratum.

De curatione febrium pestilentium.

I N nullo genere morbi maior controuersia est
 inter Medicos, quam in curatione febris pesti-
 lentis; quandoquidem non est reperire duos qui
 in vno & eodem remedio conueniant; Sunt enim
 qui tradunt nihil præsentem peste molendum, ante-
 quam natura viam aliquam monstrat: nam si sangui-
 nem, inquiunt, mittas, & sequatur abscessus, & car-
 bunculi, error uidebitur factus, eo quod natura mo-
 tus sit tardatus, aut quod ex parte sit missus quæ non
 seruat rectitudinè cum ea in quam decubuit fluxio.
 Ita in purgatione, & in uictu, & reliquis omnibus
 auxilijs controuersia extant, eo quod sæpè viderunt
 prodesse in vna peste, quod in alia obsuit. Et quoniam
 ignoratur propria forma ipsius pestis, præsertim ea
 quæ ex malignitate sumitur, ideo non possumus con-
 traria auxilia excogitare per indicationes; fallit quoque
 sæpè experientia, nec sufficit de simili ad simile tran-
 situs per analogisimū; cogimur tamen in re tam anci-
 piti omnia tentare, & primum, quæ ratio iudicat me-
 liora esse. deinde quæ experientia comprobauit alio-
 rum, qui euaserunt felici successu, & notaui fugien-
 da esse quæ aliorum periculo & malo cognita sunt
 obesse. Cum igitur ostensum sit pestem fieri ex putre-
 dine fordida, & malignitate nata ab aere ambiente
 corrupto, utroque modo, per putredinem, inquam,
 & malignitatem, sequitur, tria requiri præsidia in his
 qui in aere pestilenti uiuunt, quorum Primum est,
 prohibere ne aer qui iam malum peperit, illud au-
 geat, & foueat. Secundum, vt contra eam fordidam
 putredinem pugnemus. Tertio, vt contra malignita-
 tem remedia quoque adhibeamus; quod si interim in
 corpore

corpore sit superfluum quod augere possit has affectiones, vel symptomata adferre diuersa his que ad ipsa peste nascuntur, & ipsius causis, vnde sæpè aequale periculum imminet illis pariter succurrendum. At que hæc sunt indicantia. Videndum postea est, quomodo vires se habeant, an tales sint vt penitus contraindicent esse faciendum quod postulant indicantia, aut solum moderentur auxiliorum usus. Porro aeris inittias, vt diximus, euitabimus illius mutatione, quæ cito fiat, longè, & tardè: aut si mutari nõ possit oburgens malum, uel quia non adest facultas deficientibus ministris qui ægrum nolint contræctare, aut quod nolint eum recipere qui fruuntur aere adhuc salubri, contagionem timentes, corrigendus erit non solum per refrigerantia, & exsiccantia, vt alij qui febri maiorem rationem habent quam conueniat putredini, & malignitati in aere receptæ, sed maximè & primum per ignem qui aerem purgat, & omnia in eo recepta seminaria contagionis absorbit. Fiant ergo suffumigia odorata, & ipse ignis in medio cubicu h accedatur, atque ita purgato, aere, si febris postea videtur exigere refrigerationem, adhibeantur quæ eam inducant in aerem, per asperisionem aquæ rosæ, aceti cum sandalis, camphora, & alijs mixtis, & eum suffumigijs confectis ex ipsis rosis, mastiche, la dano, & prædictis. Ipsa vero putredo non postulat ea remedia quæ alij maximè commendant, deobstruentia scilicet, extenuantia, & incidentia, quæ maximi sunt usus, cum putredines ex internis causis nascuntur; ubi uero aer in causa est putridus qui per contactum & mixtionem putrefacit quoscunque inuadit, quid possunt prodesse huiusmodi auxilia? Essent ex usu si natura medicinæ dedisset ea quæ separare possunt aerem intus receptum à reliqua substantia nostri corporis, ena cum his quæ ab ipso iam sunt corruptæ, sed cunct nihil tale habeamus, cogimur tentare euacuationem humorum cum quibus ea contagio est implicata, quæ, etsi non sunt propria remedia sæpè tamen prodesse cernuntur. Videndum ergo primum, an sanguis mittendus sit, ex qua vena, & quantum, & quomodo, & quo tempore, & per quem corporis locum.

Qua in re, sunt qui putent omnem sanguinis extractionem obesse, propterea quod vires debilitet quas iam venenosus morbus affixit, & seruare oportet tantum quantum fieri potest ad concoctionem, & expulsionem tam venenosæ materiæ. Alij (vt Fracastorius) damnant sanguinis missionem facta vena, vt quæ venenum extrinsecus adueniens trahat in viscera; laudant autem admotionem cucurbitularum eum scarificatione, eo quod putent fieri veneni extractionem; Contra verò Montanus, hanc extrinsecam euacuationem per cucurbitulas vituperat, eò quod (inquit) tenuem solum sanguinem ad cutem commoueat scarificatam, cutem refrigeret obstruatque. Ego verò nec hos, nec illos probo: nam si, vt illi volunt pestilens febris sit ex insigni putredine, necessaria vti que semper erit sanguinis missio ad transpirationem quæ putredinem in omnibus putrescentibus excitat, qua ratione, venæ sectio quoque prodest: quia efficacius quam alia quæ sanguinem extrahunt interna viscera refrigerat, & vapores in venis, & arterijs contentos educit. Vena ergo secanda, si vires ferunt ratione ipsius putredinis, & multo magis si adiungitur multitudo, aut vrgent aliqua symptomata quæ validam reuulsionem suadeant, vt sopor, delirium, nec ea quidem omittenda est, etiam si lenticulares maculæ per cutem sint sparæ, nisi id contingat cõcocto morbo: nam vbi symptomaticè & circa initia morbi fiunt tam debiles expulsiones, tardati non debent magna auxilia, quæ cum omittuntur, in maxima di-

A scrimina in tam præcipiti occasione ægrotos præcipiant: sic enim in pleuritide, angina, podagra, & omnibus alijs fluxionibus, & morbofis expulsionibus, sanguinem non meretur mittere; at vbi apparere incipiunt bubones, aliter faciendum censeo: præmittenda enim tunc est omnis euacuatio, quæ cursu impedire potest magna fluxionis ad locum ignobilè per quem facta suppuratione, quicquid intus continebatur veneni, emitti potest.

Quarè, tunc cucurbitulæ loco tumenti adhibenda, vel galbanum, vel diaquilon magnum, vel aliquid huiusmodi quod fluxionem alliciunt, locum calesfaciat, vt fiat citius ebullitio, & suppuratio noxii humoris; ad quod multa conferunt pro diuersitate tumoris plus, vel minus calidi, & dolentis: sed in hoc casu, præter cetera usitata auxilia, experientia cõprobatur in vno ex meis fratribus, Iuriconsulto, qui septuagenarius adhuc sanus viuit: cum enim ille peste laboraret cum bubone sub axillis, ad motum fuit medicamentum confectum ex axungia veteri porci masculi, mixta cum costis foliorum ramicis, inuolutis cum petia madida, & coctis in furno, mirum est, quantum hoc remedium contulerit ad velocem suppurationem promouendam. Adhiberi possunt ad eundem usum, mixta cum costis foliorum ramicis, inuolutis cum petia madida, & coctis in furno, mirum est, quantum hoc remedium contulerit ad velocem suppurationem promouendam. Adhiberi possunt ad eundem usum, mixta cum costis foliorum ramicis, inuolutis cum petia madida, & coctis in furno, mirum est, quantum hoc remedium contulerit ad velocem suppurationem promouendam. Adhiberi possunt ad eundem usum, mixta cum costis foliorum ramicis, inuolutis cum petia madida, & coctis in furno, mirum est, quantum hoc remedium contulerit ad velocem suppurationem promouendam.

C Quod si vires iam labuntur, aut sopor vel delirium urgeat ægrotum, venæ ani per admotionem hirudinum aperienda sunt. Quod si hoc etiam fieri non potest, tunc cucurbitulæ paruæ, & frequentes cum scarificatione cuti affigenda, quod si post hæc auxilia caput vel delirio, vel dolore, vel dolore tentatur, vena aperienda est incisione vel per hirudines sub atriibus, vel in fronte, aut in naribus, aut in occipite. Ceterum, sanguis si vires constant, assatum mittendus, & non per vices (omnis enim mora in hoc malo lethalis est) tantum uerò detrahendum, quantum vrget plenitudo, putredo, & symptomata; quæ suadet sanguinem esse mittendum. Atque hæc quidem de sanguinis missione dicta sint.

D Porro, in purgatione sunt quoque suæ difficultates: nam sunt qui existiment, purgationem non esse tentandam in morbo hoc, cum quo perpetuò conuictus est alui fluxus. Alij verò quod tardius natura præstat, & irritata potius quam salubriter agens, per medicamenta accelerandum esse iudicant, & id quidem mitioribus remedijs; Alij uero etiam validioribus faciendum esse iudicant. Ego uero, vt arbitrator, inseparabilem non esse alui fluxum, ita eo absente censeo non omittendam esse purgationem, & in ipso etiam fluore, qui non fiat pro quantitate morbi, aliquid exhiberi potest quod leuiter venenosam materiam propellat: vbi uero aluus astricta est, tentanda est primum purgatio per mitiora remedia, alioqui etiã fortiora tentanda, omnia enim in usum duccenda sunt in tam graui affectu: nam, ut inquit Celsus, sæpè eos iuuat temeritas quos ratio sanare non potuit. Igitur inter leuiora purgantia, sunt qui præferant omnibus rhubarbarum, propterea quod excicat; & ob id damnant cassiam, vt quæ ob suam humiditatem putredinem augeat. Ac vt semel dicam, nõ solum in purgatione, sed etiam in præparatione humorum, & victu damnant omnia quæ vim habent humectandi, probant autem maximè frigida & sicca, tanquam maximè contraria putredini, quæ maximè excellit in febribus pestilentibus; à quorundem

dem opinionem ego longe absum, nixus non solum ratione, sed etiam maiorum nostrorum autoritate. Nam primum illud assero quod antea probavi, nullam tam excellentem putredinem reperiri in his magis, quam in alijs. Deinde, hoc etiam concessio, non sequitur necessarium esse siccitatem ad putredinem vincendam quae consistit in humoribus putridas febres committentibus: nam, ut Galenus scribit in 3. Artis Medicinalis, remedium huius putredinis est concoctio, quae putredinem finit manente adhuc substantia, ad differentiam illorum quae perfectissime concoquuntur, ut sunt alimenta quae assimilantur, & concoquuntur per substantiam & qualitates, & post concoctionem transit in nutritionem. In generatione vero putris & humoris putrescentis in febre, qualitates assimilantur, substantia vero inutilis relinquuntur. Quare recte dicit manere post concoctionem substantiam, quae eget euacuatione. Si igitur per concoctionem putredo corrigitur, non erunt exsiccantia praecipua & sola remedia: si enim materia mediocris est calida & humida, ut quae similia sint nostrae naturae, concoctionem iuuabunt: si vero calidior erit humor, & siccus, frigida & humida erunt remedia concoctionis. quomodo Galenus scribit in 8. Methodi frigidae portionem biliolis esse ex usu ad concoctionem; At si materia quae putrescit fuerit pituitosa, à calidis & siccis concoquenda erunt fumenda, quo modo Gale. diatrium pipereon in quotidianis & quartanis exhibet. puto quidem eos scriptores, inter quos fuit Montanus & alij omnes recentiores, eandem esse rationem existimasse de putredine humorum, quae est de putredine partium quae fit in gangrenis, & sphacelo, sed longe diuersa est ratio: nam in gangrenis perfecta est putredo quae non nisi exsiccantibus aut causticis sisti potest, humores vero putrescentes in quibus speratur concoctio, mixtam habent naturam inter ea quae perfecte sunt putrida, prorsusque dissimilia, & illa quae perfecte concoquuntur & penitus similia euadunt; unde tales humores nunc putridi, nunc concocti dicuntur, ut pus, ob qualitates similes concoctum dicitur, ob distantiam dissimilem & corruptam pus & putridum, à putredine enim pus deriuatur. Quod si humores illi qui febrem faciunt putridam, non concoquuntur, tunc sequitur mors, & aliquid fit in illis gangraenae simile. Sed huic malo nequeunt, etiam siccantia succurrere, nimirum quod humorum putredo sisti non potest, nisi per concoctionem; quod etiam contingit in non perfectis gangrenis; tunc enim ad sanitatem paratur iua, cum pro virulentia sordida & fetida, pus gigni incipit, quod ostendit in aliqua qualitate assimilationem, & tandem perfecte assimilatum euadit. Quod vero perfecte est putridum, nec per exsiccantia sanatur, sed ut dicitur, ense rescindendum est ne pars sincera trahatur. siccantia vero profunt solum ad prohibendam putredinem ne serpat, sed quicquid sit, ratio iudicat per concoctionem finiri putredinem humorum, & non conferre semper exsiccantia. Ad id. n. pertinet quod scribit Hippocr. Febricitantibus omnibus conuenire victum humidum; & quod habet Gal. in lib. ad Glauconem & passim alibi, exquisitas tertianas remedia postulare refrigerantia, & humectantia, quoniam quidem putredo in aliqua febre, ob putredinem postulat exsiccantia. dentur ergo medicamenta purgantia & alterantia quae possint retundere qualitates in humoribus excedentes, & ob excessus naturae dissimiles. Proderit ergo in aliquibus Cassia, ut in maximè biliolis & pituitosis, & manna; in serosis vero syrupus rosaceus solutiuus, thabarbarum uero in nullo humore unquam adhiberetur me auctore in principijs febrium, non quod sit violentum remedium, sed quia materiam bene coctam

A exigit, & vias expeditas, cum non solum per aluum; sed etiam per urinam corpus purget. In erudis vero humoribus agitatione facit, calefacit, exsiccat, & denique omnia turbat. Praestat igitur ab eo abstinere; & alijs utique quae carent his malis. In morbi vero declinatione, nihil rhabarbaro melius ad cineres ex putredine derelictos euacuandos. Facta autem leui purgatione ab initio, reliquum quod superest materiae preparandum ad concoctionem, id quod fiet per syrupos in peste commendatos, & herbas atque semina, & alia ex quibus liquores sunt miscendi cum supradictis syrups; eligi tamen debet ex tota hac materia quae respondeat naturae humoris peccantis, & quae potissimum roborat. Syrupi laudantur in his febribus de limonibus de succo acetosae, acetosus simplex, & compositus, oxisacchara, syr. de granatis, vel de acetositate citri, qui omnibus est preferendus, de corticibus citri, ubi febris non est vehemens, & cordis imbecillitati est succurrendum. Prodest etiam syrupus de buglossa, & de melissa in mitiore febre.

B Liquores autem fiunt ex citrio, acetosa, tormentilla, scabiola, carduo benedicto, scordo, valeriana, dictamno albo, corticibus, & seminibus citri, seminibus communibus frigidis, floribus cordialibus, prunis, tamarindis, buglossa, boragine, decoctis vel destillatis, & admixtis etiam non solum cum syrups, sed etiam cum antidotis commendatis in hoc malo & alijs venenosis affectibus, de quibus paulo postea agemus. Porro si malum mitescat, & concoquatur illius materia, in declinatione reiteranda erit purgatio per commoda praesidia, quippe, quae praeter rhabarbarum, agaricum, diacatholicon, syrupum, rosaceum solutiuum & compositum nostrum, commendatur triphera Persica.

C Hec ergo praesidia conferunt pestilenti febre, quatenus habet sordidam putredinem; quatenus uero constat quoque malignitate, ab antidotis auxilia sunt petenda, inter quae Galenus laudat in libris de simplicibus Bolus Armenam, ita, ut dicat eos solos fuisse adiutos in peste sui temporis quos haec terra seruauit. Verum nos non agnoscimus tantam esse in eo remedio vim in peste quae solet Italiam inuadere, id quod forte contingit ob diuersam huius mali formam: etenim pestis quam describit Gal. & Thucydides, erat cum magnis ulceribus & putredine membrorum; Bubonum uero nulla ab illis fit mentio. In nostris autem pestilentijs nec ulcera, nec putredines partium conspiciuntur, sed solum bubones cum maculis lenticularibus, quas Itali (Pedochios) vocant, quod forte sint similes ijs quae ex morfu pediculorum excitantur; Quare non mirum si putredo maxima in illa peste auxilium inuenit à terra frigida & sicca; nostrae autem quae diuersam habent formam, in sine iuuamentum non capiunt à re quae minimam contrarietatem cum causis huius mali habet: Attamen in tunc pestifero veneno omnia probanda quae inuenit Medicorum omnium industria, & casus atque fortuna; unde et si terra Lemnia non commendetur à maioribus nostris ut Bolus Armena, tamen nec illa quoque praetermittenda, ut quae apta nataque sit venenis, veuenosisque malis succurrere. Dantur haec cum oxierato praesente vehementi febre, vel cum vino albo in multa aqua temperato. Laudant et Theriacam, Mithridatum, quae ob febrim misceri debent cum zuccharo rosaceo, vel conserua de floribus citri, vel syrupo de acetositate citri, cum unicornu, cornu cerui uel cum his omnibus, minimum de vino quoque fumendo. Comendantur pariter troscisci de rosae, de absinthio; praeterea, electuarium de gemmis, de tribus sandalis, diamargariton frigidum.

E Laudant hanc potionem (quae fit ex libra una succi limonum, uncias quattuor aceti, uncia una Boli Armeni

meni simul mixtis & destillatis) ad quattuor uncias propinatam; Adde rem ego Theriacem aliquid, & unicornu, cornu, cerui, cortices citri, & zaccharum rosatum. Alia plurima sunt huiusmodi antidota. apud Scriptores de re Medica, sed quod ego noui experientia in fratre meo Iacobo Iurisconsulto, & in multis postea aliis profuisse ante quadraginta quinque annos id tradam à Mattiolo postea decriptum. Recipit cepam ex candidioribus excauatam in parte capillosa, & in cavitare plenam Theriaca, deinde tectam suo operimento ablato eo quod intrinsecus cavitatem faciebat, obruitur deinde cinere calido cepa theriaca plena, deinde cocta exprimitur & succus ad quattuor vel quinque uncias qui emanat propinatus. addit Mattioli succum citri, qui ut in paucis locis reperiri potest, ita si desit, compositionem non vitiat, & saepius comprobatum est; Aegrotos enim sopore iam correpta excitat, cor roborat, & à veneno defendit, noxiumque humorem propellit in glandulas, & denique verius de eo auxilio forte dici potest quod Galenus de bolo Armena tradit, nullam scilicet esse ponendam spem cui hoc non profuit remedium; cui tamen addo vnctiones olei de scorpionibus, à Medico Papæ Leonis decimi inuenti, & ob id Romæ oleum Papæ Leonis dicitur. id sibi vendicauit Mattioli, & iam oleum Mattioli nuncupatur; ex eo actu frigido, vngi debent cordis regio, loca glandulosa, & præsertim subaxillis loci omnes, in quibus arteriæ sentiuntur. Atque hæc quidem de remedijs aduersus pestem sufficiant: nam in ratione uictus nihil peculiare tradendum esse censeo, præter id quod vires, caloris qualitas, & uehementia humorum uitia, & symptomata suadent, quæ cum varia sint, ferè in omnibus ob corporum diuersitatem nihil perpetuum habere possum. Quare, hæc iudicio & prudentia Medici remittenda.

De febribus malignis & non contagiosis.

Febres malignæ & non contagiosæ causam habent quod malignæ sint formam occultam, siue quod sint (vt Galenus uocat) ex causâ quæ uenit à tota substantia, siue à maligna qualitate, id quod nobis ignotum est huiusmodi, sicut rerum formæ nobis ex propria sua natura sunt incognite, & tantum cognitæ ex suis effectibus appellantes. Quod vero huiusmodi febres non sint contagiosæ, causa est, quod non constat ex sordida putredine quæ sit in humoribus: & in his enim febribus aut nulla est in humoribus putredo, aut aliquando leuis; nulla quidem est, cum urinae penitus sunt urinis sanorum similes: est autem in humoribus exigua, cum urinae paruam aliquam mutationem ostendunt uel in colore, aut contentis, aut substantia, aut in his omnibus. Porro cum urinae laudabiles sunt, uitium non est in partibus solidis, ut tradiderunt maiores nostri, qui tunc putant esse hecticam febrè, sed est in spiritibus, corruptio & putredo: nam consumptionis partium solidarum, & generationis hecticæ nullum est indicium, quippe cum homines & egrotent & moriantur ex his febribus corpore integro, & inuadant statim ab initio nulla præcedente causa quæ uehementem calorem aut siccitatem, & ex his consumptionem afferre potuerit; nec pulsus quidem duri, etsi parui sunt & frequentes. At uerum spirituum ostendit subita generatio harum febrium, absque insigni causa euidenti, & quod actiones viresque corporis præsertim vitales subito collabantur; Pulsus enim, ut diximus) minimi & frequentissimi, animi delictus, deliria, extremorum frigiditas & humiditas, quæ etiam ostendunt spiritualem substantiam quæ in corde gigni

atur & per uniuersum corpus spargitur ut instrumentum commune sit omnium actionum, corrupta esse indicibili malignaque, quadam putredine, quam maligni humores subiecti, ut porracea, vitellina, eruginosæ, atraque; bilis, excitant ex uaporibus quos emittunt per arterias ad cor. Vel huiusmodi uitium nascitur in spiritibus, ex aere maligno inspirato, ut ferè quotannis uidi contingere Pisis in Autumno; Moriebantur cum adhuc regio illa esset paludosa ob stagnantes aquas in eo tempore aliqui in ciuibus, professoribus, & scholaribus, ut in prouerbiu iam abiret, singulis annis decimari academia ab his malignis morbis, quibus nullum remedium proderat: nam uacuantia non erant ex usu in spiritibus, corruptis, nec alterantia quæ non sunt apta emendare quod est corruptum: antidota uero tunc solum profunt, cum sunt analogæ causis malignis. Hanc uero analogiam casus & fortuna potius, quam ratio agnoscit; cum diuersa uariaque auxilia expectamus, ignoramus si fortè salus contingat quid ex illis contulerit. Quid ergo agendum in tantis incipiti casu? Consulo in primis uidentium quid fiat à causis euidentiibus, & quid ex illis euidens fiat, & illis repugnandum per propria auxilia quæ ratio iudicat prodesse. Febris igitur quæ adest, refrigerantia postulat, debilitas alimenta quæ spiritualem substantiam possunt restituere, inter quæ sobrietates ex optimis carnibus hordeo & seminibus communibus maximè probandæ; ita sanguis in minima tamen quantitate mittendus, ad leuem euaporationem, & sistendam putredinem febris causam. Deinde tentanda sunt Antidota superius descripta in febre pestilenti, & alia omnia, ut ex omnibus tandem inueniatur quod possit prodesse. Sed meo quidem iudicio nihil inueniri potest quod uino odorato tenui leui, id est uinoso, præferri possit, huiusmodi enim uinum dicitur seminata malignitatis, spiritualem substantiam restituit in uasis, corque ipsam afflictam statim penetrat, nec leui calore obesse potest febrim quæ exigua est, quæque facile tollitur sublato eo ueneno quod ipsius febris & mortis causa euadit.

De Febribus Hecticis.

Cum tria febrium genera ponant Maiores nostri, diutinas, humorales & hecticas, superest, ut de his agamus. Quæ quidem in re, Primum docemus quid sit febris hectica; Deinde, quot sint & quæ illius species & differentie. Tertio loco, quæ sint illarum causæ & quis generationis modus. Quarto, quæ sint signa quæ ostendant febrim esse hecticam, & species illius inter se distingui; Postremò agemus de curatione. Porro hecticas febres nominant duab rationibus & modis, uno, quod illarum dispositio difficile remoueat, sicut alia omnes quæ sunt in habitu; alio uero modo, quod habitum corporis occupet; oportet autem habitum corporis intelligere non proprie sicut sumit Gal. in 2. Artis Medicinalis secludens à nomine habitus viscera omnia, sed similes solidasque partes corporis; præcipua tamen ratio sumitur ex eo, quod difficile remoueantur, sicut ea quæ habitum contraxerunt: nam ideo morbi qui in partibus solidis consistunt, dicuntur esse hectici, eo quod difficile remoueantur; quomodo etiam putridæ febres nonnullæ, ut quartanæ, dici possunt hecticae, ea ratione, quod difficile perlanentur; Totum tamen hoc nomen præcipue sibi vendicauerunt febres de quibus agimus; illæ enim eo quod in partibus corporis omnium solidissimis & durissimis similibus dictis consistant, non autem in humoribus, aut spiritibus, ut alia, propterea hecticæ factæ sunt, & tales dicuntur esse.

Sed

Sed contra hæc dubitare quis posset: nam si omnis morbus qui est in intemperie, passio est similarium partium (vt alibi docuimus) cur non dicemus omnes febres esse heclicas? Ratio est, quod diuerso modo patiantur partes similes calorem in febr. diarijs putridis & heclicis: nam in diarijs & putridis calor febrilis conceptus est in parte simili cordis, & totius corporis, non in habitu, sed in dispositione; in habitu vero siue in facto esse, in ipsis humoribus & spiritibus, ita ut his ablatis, calor persistere non possit in ipsa cordis substantia; in febris vero heclicis, calor in ipsis partibus solidis non est amplius in dispositione, sed in habitu, qui non amplius pendet à calore spirituum vel humorum. Igitur heclicæ vt diffiniamus illorum essentiam, sunt non quæ quocumque modo calorem habent in habitu corporis, sed eum habent in facto esse, siue in habitu, quæ calorem habent in facto esse in partibus solidis ipsius cordis, nõ autem in humoribus, nec spiritibus; quod non ita est intelligendum, quasi calor febrilis accendi possit in alia re quàm in humore: nam ubi humor deest calori nostro, cogitur ipse marcescere & expirare, ut flamma candele, quæ humido destituta, pariter marcescit: sed ita intelligendum est, calorem heclicæ febris non habere subiectum eos qui propriè dicuntur humores in uenis commixtos & contentos, sanguinem, in quã vtranque bilem, & pituitam: nam humores qui reperiuntur in partibus similaribus, nõ simpliciter humores dicuntur, sed cum adiunctione; de quibus iam agemus, ex illorum enim diuersitate, species vel differentias februm heclicarum distinguunt maiores nostri, quæ res magnam profecto difficultatem hæcenus habuit; Primum, quod Galenus & Auicenna inter se de natura & numero istorum humorum non consentiant, deinde quod Galenus ipse etiam à seipso dissentiat; tertio, quod nullus eorum probet nec plures nec pauciores esse his humoribus quos ipse ponunt, nec etiam rectè de ipsorum natura & vi disputent. Postremò, quod nec ipse, nec Auicenna, aut alij qui eum sequuntur, probabilem ostendere possint suam opinionem quam ponunt de generatione & distinctione istarum februm; quæ omnia iam docere aggredior. Itaque, Galenus in septimo Methodi, capite quinto relictis humoribus qui in uenis continentur sub forma sanguinis & cum sanguine confusi, quattuor ponit siccitates, ex quattuor humorum inter se diuersorum consumptione; ac Primam dicit contineri in proprijs cuiusque particulæ exilibus arterijs venisque; Aliam uero quæ nascitur ex consumptione humoris, ex quo partes nutriuntur, & eum contineri in omnibus animalis partibus, & per eas eum esse sparsum totis modo; Tertia est siccitas quæ nascitur cum ea quæ constant ex humore concreto sicut caro & adeps, sunt liquata; Quarta est siccitas quæ nascitur vbi humor consumptus est quo constat solida similarium partium substantia. Interpretatur autem in fine decimi libri solidam similarium partium substantiam, id quod est in singulis partibus fibrosum, membranofum, duriusque.

Cæterum, Auicenna ponit etiam quattuor humores, eum scilicet qui continetur in foraminibus extremitatum paruorum vasorum; & secundum qui totis modo sparsus est per membra; Quartum ponit, quem dicit esse insitum ex primis principijs, cuius beneficio partes continuæ fiunt, & elementa inter se agglutinantur, vnde Glucen ab eo nominatur. In tertio uero humore discrepat à Galeno, hic enim dicit eum esse ex quo partes carnosæ & pingues constant, Auicenna vero omnibus dicit eum esse commune, nec ex eo partes aliquas fieri, sed esse illum iam concretum, & aptum ut nutrire possit & repo-

ni in locum humoris dissipati ex nostra substantia à calore, & propterea vocari cambium, quod iam (vt ita dicam nostra lingua) cambiari & mutari possit in locum substantiæ à nobis dissolutæ. Hæc de humoribus qui reperiuntur in nostro corpore, tradiderunt Maiores nostri, & qui eos postea sunt sequuti. Nunc uero uideamus, qui morbi fiant ex eorum consumptione. Scribit de hac re Galenus libro septimo Methodi quattuor fieri siccitates distinctas, sed cū agit de heclicis febris ea omissa humiditate quæ est in extremitatibus paruorum uenarum ponit heclicas fieri tres in tribus alijs humoribus, nec tamen aperte explicat quid humores illi patiantur in generatione cuiuscunque febris heclicæ, scribit enim in libro primo de differentijs februm capite 8. & 9. Primam speciem heclicæ fieri, & esse cum naturalis cordis tēperies primum eueri incipit, neque natia humiditas protinus aboletur, neque virtus plurimum laborat, sed primò fit velut quædam efferuescentia humiditatis. Tertiam speciem quæ dicitur febris marasmodes, fieri inquit, cum tale aliquid cor patitur, quale lucernæ fomes cum fuerit plurimum exustus, nam qui ita torrefactus est, frangitur atque dissoluitur, atque ex ariditate continuitatem amittit, adeò, ut neque si magnam olei copiam superfundas, flamma abundantior possit accendi: semper enim parua & debilis in ipsa palpitat flamma, ac continuè fit minor, donec ex toto extinguatur, non enim differt hæc febris à tabe quæ ætatis cursu accidit, in utroque enim affectu calor extinguatur ob humiditatis defectum: incipit autem (inquit alio loco) tabes, quando natius humor qui sparsus est per spatia inania corporis partium ex quo ille nutriuntur, & iam cordis substantia aboleri periclitatur, donec enim pars aliqua huius humoris referuatur, solum febris heclica existit, nondum etiã tabida; cum uero iam res eo peruenit, ut nihil ex tali humiditate superfit, tunc exquisita tabes existit, Media est inter has febris heclica quæ fit cum efferuescentiam illius humoris consumptione sequitur, qua in longum iam protracta, ipsæ similes particulæ quæ sunt veluti cordis elementa, sicciores reddantur, atque inopia alimenti tenuiores, ac tantum virtus laborat quantum siccitas atque caliditas in ipso corde inualuerit; Est uero in his latitudo multa per magis & minus distincta: nam quædam ad tabem magis accedunt, aliæ uero ad eam quæ facillè curatur. Scribit postea eodem libro, propriam esse febrim tabidæ siccitatem, cum sapius alioqui heclicæ febres sint sine illa, & non transmutentur ad tabem. In libro uero decimo Methodi capite vltimo, ita scribit: Heclica febris primum propriam partium humiditatem ex qua nutriuntur, depascit, hinc uero ad carnosum genus transit, quod citra tum fibrosas tum membranofas partes solidorum corporum hæret; deinde ipsas solidas populatur: appellat autem solidas partes, id, quod fibrosum & membranofum est in illis, carnosum uero genus carnem quæ contegit fibras, araneofas quæ sunt in ipsis partibus solidis. Locus alius est in libro secundo Artis Medicinalis, vbi agit de his humiditatibus, ubi scribit: Ipsæ solidæ corporis partes quæ uerè solidæ sunt, ac primæ, nullo modo possunt effici humidiores, at satis est si quis eas celerius exsiccare prohibeat, intercepta autem in illis spatia hac vel illa humiditate complere possibile; hæc uero est proprium partium similarium alimentum, quod ex appositione fit, & non per vasa trahitur.

Porro ex his locis nonnulli (inter quos est Altomarus) aggrediuntur diligentius heclicas febres inter se distinguere: nam ponunt primam speciem siue (vt vocant) primum gradum febris heclicæ in torido eo

humore quem ponunt spatium per spatia inania, & vocari naturam humiditatem, vel innatum spiritum, vel proprium partibus similaribus, illas enim ex eo nutari; hunc humorem dicunt pati in hac prima febre hectica, idque vario modo: nam aliquando dicunt illam consumi, aliquando vero dicunt eum solum calescere, & tunc esse hecticam sine siccitate, cum vero incipit consumi, tunc incipere marasimum, aliquando vero dicunt illam humiditatem protinus non aboleri post esse eurescentiam, & tunc partes similes quae sunt veluti cordis elementa, sicciores reddi, & alimenti inopia tenuiores, virtutemque laborare, & tunc esse incrementum febris hecticae; eam vero consistere, quando humor ille & carnosae pinguisque pars fuerint consumpta, & siccitas etiam peruenit ad partem fibrosam, & carnosam, & tunc omnino est tabida; scribuntque eam incipere, quando humiditas rorida fuerit consumpta, & carnosae & adiposae partes solum patiuntur quendam feruorem, incrementum vero Marasimum & simul eam primam hecticam, quando fibrosa & membranosa substantia cordis consumitur, tunc enim illa tale aliquid compatitur, quale lucernae lychnium plurimum exustum frangitur dissoluiturque, & ex aciditate continuitatem amittit, quae nec affusione alicuius humoris nec alia ratione restitui potest: Itaque vnum hecticarum febrium genus, & tria constitui posse statuunt; Vnum quidem quod comprehendit omnes febres quae substantiam solidam cordis occupant tria vero, prout tres sunt substantiae quae cordis substantiam constituunt, rorida, carnosae, & uere solida. Fernelius hecticam febrem dicit esse auctum calorem elementarem cordis, non autem diuinum, hunc tamen alterius uel tandem etiam exhauriri una cum omni substantia quae in corde est similis, eam enim consistere ex solida, humida, & spirituosae substantia alia: rursus humidam triplicem esse, carnosam, quae nihil est aliud quam concretus humor alimentarius, secunda humiditas est, inquit, primigenia, quae propria est innati calidi substantia, in qua & spiritus & calor innatus primum consistit tertia est aquae seu elementaris quae tanquam glutinosa solida substantia cohaeret & pectitur. Igitur reperit ille Primum febris gradum siue primam speciem esse in carnosae substantia cum ea scilicet incenditur & effluuit, nihil tamen de ea aut exiguum consumptum est; secundum vero gradum constituit, cum perseverans calor aut plurimam, aut totam carnosam hanc substantiam absumpsit; Tertius vero gradus est, cum absumptam carnosam hanc substantiam, calor febrilis primigenium humidum manifeste depopulatur, & tunc est vera febris cum marcore, per quam inlitus spiritus & calor qui eo humido innititur, omnisque hinc prodiens facultas, marcescant, & languent, caduntque omnes functiones, nimirum, cum hoc humidum ex femine sit contractum, & propterea resarciri nunquam possit, quod ex eo est consumptum. Haec sunt quae maiores recentioresque Medici de natura, subiecto, & speciebus febris hecticae memoriae prodiderunt; quae quanto diligentius perpendo, tanto clarior uideo illos ueniens Chimeram construxisse, quam aliquid docuisse quod agnoscat esse uerum, aut alicuius sit momenti in curandis agris hac febre correptis: nam hoc primum est maximum uanitatis indicium, quod nec ipsi auctores inter se de natura & differentijs humorum quos pati dicunt in his febribus, consentiant & quilibet istorum ferè à seipso dissentiat. Nam Galenus in 7. Methodi (ut diximus) quattuor ponit siccitates ex consumptione quattuor humorum inter se discrepantium; Alibi uero nunquam ponit di-

A distinctionem aliquam humorum quae eadem sit cum hac: nam in decimo Methodi, tres solum ponit humiditates, Vnam, ex qua nutriuntur partes; Secundam qua constat carnosum genus; Tertiam quo constat fibrosae, & membranosa partes, siue uere solida. In secundo uero artis Medicinalis alterius humoris mentionem facit contenti in spatij inanibus, quae alibi dicit esse siccitates eas quae conspiciuntur in singulis membris ob propriam circumscriptionem singularum particularum, & eum humorem illic dicit esse proprium partium similarium alimentum, qui quidem humor (ut satis constat) differt ab eo quo constat solida uere partes & alio quo constat carnosum genus, & illo qui continetur in extremitatibus uasorum quo uero etià differat a rorido humore patet: nam etsi ex utroque dicit partes nutrir, tamen roridum statuit contineri in omnibus animalis partibus, & per eas esse spatium totis modo, illam uero dicit solum contineri in spatij illis inanibus & non roris modo spatium. Adde, quod ipse in tertio de naturalibus facultatibus docet, ex nutrimento humorum quendam esse qui primo attrahitur, deinde apponitur siue adiungitur, postea agglutinatur, demum assimilatur, cur ergo sicut in eo adiungitur totis modo, dicit fieri febre uera sic in alijs non alias ponit hecticas ille ergo qui dux est & magister aliorum, non sibi consentit in numero istorum humorum; Ab eodem uero discrepat Auicenna, ut antea ostendimus, nam humorem eum quo dicit Galenus partes pingues & carnosas constare, Auicenna omnibus dicit esse communem, nec aliquid ex eo constare, sed esse concretum quendam humorem etiam aptum omnibus partibus ad illarum nutritionem. Fernelius uero solum ponit tres humores, quos nominibus primum, deinde natura differre facit ab ijs quos Galenus, introduxit: nam concretum quendam facit esse humorem, & eum alimentarium uocat; Alium uero dicit esse primigenium, qui sit propria innati calidi substantia, in qua calor & spiritus innatus primum consistunt; Tertium uero humorem ponit, quem aequum & elementarem appellat, quo solida substantia agglutinatur. Et haec de numero in certo istorum humorum. Discrepant etiam ipsi de natura, usu & passione istorum humorum, & somnia uerius sunt multa, quam ea quae ratione aut sensu deprehendendi possunt; nam ut primum de rorido humore agamus, quomodo asserere possunt ex eo partes aliquas constare, si ex eo illae nutriuntur, hoc enim indicat illum continuo regigni & consumi, ex tali autem materia non potest solidum aliquid componi nec etiam morbus aliquis in eo poni potest; continua enim illius additio & consumptio, nullum ponit subiectum quod stabiles passiones & diurnas recipiat; postremo, morbi sunt uiuentium & non nutrimenti passiones.

De eo uero humore quo dicit constare carnem, & adipem, maior est difficultas: nam primum male statuit vnum, & eundem esse humorem quo ad eam, & carnosae pars constat: nam materia adipis tota liquatur, & consumitur per morbos, caro uero ipsa siue maculosa sit, siue ea quam dicit reperiri in omni uiscere, & omni parte solida, per nullos morbos absumi nunquam omnino potest; Praeterea, docere debet qualis esset ille humor, & ex qua materia esset contactus, & quomodo differat ab eo quo solida partes constitui proponit: nam & in his maior adhuc subesse uanitas conspicitur: uult enim venam, & arteriam habere in se duplicem substantiam, carnosam vnam, fibrosam & membranosa aliam, quam uere solidam dicit esse, & has nullo modo fieri posse humidiores, nec posse pati colliuationem, & propterea si illae exsiccantur, hominem sanari non posse; ca-

igitur

igitur semper manere parē in his qui adhuc augen-
tur numero duntaxat, in his verò qui absoluti iam
sunt, etiam magnitudine; carnosae vero substantiae
magnitudinem in omni aetate variari tradit decimo,
& undecimo Methodi, idque accidere, quoniam fibro-
sa, & solida huiusmodi materia, ex semine ortum ha-
bet, carnosae verò ex sanguine, quare hanc restitui
posse, nimirum cui materia suppetat ex sanguine, il-
lam verò minime, cum desit ex semine materia con-
tra hanc opinionem haec dici possunt, primum quòd
in venis arterijs, stomacho, intestinis, & alijs parti-
bus, quas spermaticas vocat, non appareat fibrosa v-
na substantia, alia verò carnosae: nam si quis illarum
compositionem in minimas particulas dilacerare ve-
lit, inueniet quicquid in illis est in fibras dissolui. Pre-
terea, oporteret etiam in ossibus quae inter omnes par-
tes solidas sunt solidissime, & si quae aliae maximè
spermaticae, duplicem talem substantiam ponere, si
modo communis debet esse compositionis materia,
& ratio, quae quidem in illis nullis sensibus distingui
possunt. Deinde, absurdum est, credere in vena ali-
quid esse fibrosam quod ferre non potest siccitatē,
nec decrementum, in eadem verò esse carnem, quae
omnia est apta pati: nam si contemplari velimus in
dissectionibus eorum qui tabe, vel aetatis cursu perie-
runt, inueniemus protectò quicquid est in vena eod-
em modo exsiccatum & affectum. Quod verò scri-
bit, fas non esse vt fibrae singularum partium liquen-
tur sicut carnes, ratione caret, aut certè eam ipse de-
bebat afferre: nam si tota vena constat ex solo semine,
cui tota isdem passionibus non subijcietur substan-
tia quae in ea reperitur? nonne tota nutritur, &
augetur vsque ad certum tempus, nonne ex libro pri-
mo de differentiis febrium superius ex eo auctore
adduximus, particulas quae sunt veluti cordis elemē-
ta, sicciores reddi & inopia alimēti tenuiores. Quod
evidentius ostendit cum per marasimum perfectum
statuit Iyeni modo defectu humoris dissolui conti-
nuitatem solidae illius substantiae. Ex quibus quidem
constat, fibrosam eam suam substantiam pati posse
colliquationem, & consumptionem humidi, vanū-
que est ponere vnicam compositionem, vt ille facit
in corporib. nostris ex elementis, & statuere postea
aliquid in ea nihil posse pati, aliud vero omnibus pas-
sionibus subijci. Haec nolo diligentiore disputatio-
ne prosequi quod feci in Commentarijs in Artem
Medicinalem, quare ad illud transeo quod est pro-
prium praesenti tractationi, quid scilicet patiantur hi
sui humores in singulis febribus heceticis, nam & in
hoc non minor est inconstantia quam in praecedenti-
bus; Ponit igitur primam speciem heceticam (vt ex lo-
cis superius adductis patet) cum naturalis cordis tē-
peries euerti incipit, neque tamen natua humiditas
protinus aboletur, neque virtus plurimum laborat,
sed primo fit veluti quaedam efferuescentia, primum
enim naturalis cordis temperies euertitur, non solū
per febres heceticas, sed per alias omnes, siquidē mor-
bus affectus est praeter naturam, & is affectus natura-
lem corrumpit constitutionem.

Præterea natuam eam humiditatem intelligit ro-
ridam quae in ipsa efferuescentia necessario absumi-
tur, vt quae constet ex aerea aqueaque, & ob id tenuis-
sima substantia alioqui malè rotida diceretur esse; id
vero quod dicit plurimum non laborare virtutem,
non potest distinguere vnam speciem ab alia: nam
quod vni videtur plurimum, alteri videtur parum.
Amplius, cum rotidus ille humor continuo regnata-
tur, & absumatur, quomodo potest esse alicuius fe-
bris subiectum? id enim quod ex eo patit hodiernā
febrem, vel ab ipsa febre, consumitur, aut dabit in
nutrimentum cordi, quod vero recenter affunditur

ex noua nutritione, non statim aptum esse potest, vt
fit febris subiectum. Haec enim vt continuo affligit,
ita subiectum in ipso corde habere debet in quo he-
rere possit. Cur praeterea in septimo Methodi scri-
bit difficillimè curari hanc siccitatem quae nascitur
ex consumptione huius humoris? nam si ex eo nutri-
tur cor, necesse est illum fuisse à venis transmissum,
quid ergo obest quominus idem facile fiat, si ventri-
culi, & aliarum partium virtus nullam nondum in-
signem labem senserunt? Ac vero, maiora sunt absur-
da quae dicuntur de generatione Marasimi: nam (vt
diximus) non vult Galenus in adultis substantiam fi-
brosam, aut certè humorem ex quo constat id, quod
verè solidum est, vel minimum consumi posse, sed
aequalem magnitudine perseverare, augeti tamen do-
nec animal crescit, quod quidem sano modo intelli-
gendum est: nam si viuunt vt aliae partes similes,
necessè est vt subijciantur illis passionibus, in quibus
obnoxia sunt omnia viuentia, nutritioni inquam in-
cremento, & decremento; & mirum est si dicamus
illas augeti, & negemus postea minui: sed non pos-
sunt omnino minui, quia duplici constant substantia
vt postea ostendemus, quarum vna nihil pati potest
à causis quae in nobis sunt viuentibus, alia vero pati-
tur, & ob eam accidit diminutio; Est autem substan-
tia quae non potest consumi humor ex quo constant
glutinanturque partes, vt ex elementis constant; ea
enim nec per febres, nec cursu aetatis, aut per alios
morbos separari potest ab alijs cum quibus coniun-
gitur; sola enim putredo eam compositionem dissol-
uit, & humorem separat à terrena substantia, quam
cum alijs elementis glutinabat, vt experientia docet;
humor verò viuentibus proprius patitur à calore pro-
prio viuentibus; quare per morbos, & aetatis decur-
sum, quae calorem afficiunt, ex ipsius actione humor
ille euaporat, & eo penitus deficiente, simul perit cal-
or qui in eo tanquam in proprio subiecto residebat,
& illo tanquam pabulo utebatur. Sed dicit quispiā,
quomodo humor elementaris non proprius viuenti-
bus, sed communis etiam cadaueti, augeti potest,
nutriri, & cessante incremento non amplius minui-
tur, an augetur, & nutritur cum humore proprio ui-
uentibus, quod in nutrimento potentia contineatur
substantia utroque humori similis, sed posteaquam
ad summum incrementum partes, & uterque humor,
peruenerunt, perseverat nutritio utriusque substan-
tiae, sed dissolutio substantiae factae ex elementis fieri
non potest, quia cum corruptio nascatur dominan-
tibus passiuis, humor qui glutinat partes, non habet
uim dominandi, cum animal utroque calore regitur,
humor vero viuentibus proprius relationem non ha-
bet ad eum calorem elementarem, sed ad eum qui
proprius est viuentibus? Quare rectè dictum est à
Galeno, substantiam eam uerè solidam non posse
minui, si sola sit: minui autem uidetur ob consum-
ptionem humiditatis propriae viuentibus, quae cum
alia est confusa; Quomodo igitur Galenus ponit hu-
morem ex quo constant solidae partes, nec ipsas par-
tes minui posse, & interim asserit heceticas marasimo
des fieri consumpta ea solida substantia, ita ut fran-
gatur & ex ariditate continuitatem amittat? si enim
ea substantia hoc patitur, non solum minuetur, sed
etiam penitus corruptetur; & ubi quae so, & quando
unquam uidit in aliquo, t. be tales cineres? Praeterea,
Galeni opinio de distinctione horum humorum, &
febrium heceticarum, frenum & leges imponit febrī,
quomodo enim illa quae est apta, & nata omnem sub-
stantiam quae à calore febrili potest pati, consumere,
non statim aggreditur humorem rotidum, & cum
quo constat pinguedo, siue cambium ut uocat Aui-
cenna, non enim tantum crassitie, duritie, uel alijs
quali-

Qualitatibus inter se differunt, vt vnum profus consumere debeat, alio nondum intacto vt illi volunt; quod si omnes inuadit humores, & consumit plus, vel minus (vt rationi est consonum) erunt statim omnes febres heclicæ simul, nec vna alteri succedet. Amplius, quomodo vno penitus pereunte ex illis humoribus, vita per aliquos dies, imò menses durare potest, vt illi statuunt marasum tunc incipere, cum roridus humor penitus est consumptus? nam si ex eo rore nutriuntur partes, eo penitus absumpto necesse est animal perire, nisi alius in locum consumpti restituatur; quod si alius restituitur per continuam nutritionem, nihil mirum dicunt, quandoquidem id contingit in omni nutritione, vt scilicet semper in locum deperditæ substantiæ alia reponatur; quod si ros ille penitus deficit, cum incipit tabes, ex quo fiet cambium, & hoc deficiente, quomodo nutrietur verè solida pars? omnia ergò quæ in nobis sunt, momento temporis concident, cum tabes nõ solum diu est progressa, sed cum primum incipit penitus consumpto rorido humore, hoc enim absumpto, reliqui qui ab eo materiam suam sumunt ad nutritionem, & omnia opera quæ nutritionem sequuntur, & proinde vitam ipsam perdi necesse est. Adde, quod marasmus non esset passio omnium partium corporis si in illo patitur, quod solidum est, & id est fibrosum, & membranofum, quæ substantia, vel nõ est, vel exigua in cerebro, corde, pulmone, carne musculosa. Amplius in libro de differentijs febrium, nulla facta mentione de carnosa parte, ponit omnes febres heclicas in rorido humore, & in parte solida; in decimo verò Methodi vnam ponit in rorido humore, aliam in carnosa substantia, tertiã in solida. Plura contra istam opinionem dici possent: nam quod nulla ratione, nec principijs nititur, infinitas propemodum confutationes patitur; sed hæc sufficiant, ne diutius meam opinionem de hac re retardem; quæ hoc principio potissimum nititur, demonstrato in nostris Commentarijs in Artem Medicinalem, duos solum in nobis esse humores quibus constamus, vnum quo elementa inter se glutinantur, qui communis est partibus viuentibus & mortuis, quicquid enim constat ex quattuor elementis, humorem habet aqueum, cuius beneficio terra cohaeret, & in compositionem cum alijs assumitur, qui humor pati non potest per morbos aliquos, sed solum per veram putredinem, vt videmus cadauera ex se ipsis dissolui, & in cinerem redigi consumpto eo humore qui terram colligabat, & glutinabat. Morbi autem sunt viuentium corporum, & propterea nasci non possunt nisi à principijs viuentium; sunt autem viuentium principia duo, anima & corpus, & corpus quidem non omne, sed quod humorem in se continet viuentibus proprium, oleosum & pinguem, & præterea calorem proprium etiam viuentibus, qui eum humorem habet tanquam subiectum & pabulum, qui humor, (vt etiam illic ostendimus) à calore nostro plus vel minus, pro incremento ipsius caloris sui consumptionem, & dissolutionem patitur, ac pro ipsius diminutione minuitur robur, vita, & quicquid boni in viuentibus est, eoque penitus consumpto, calor suo pabulo destitutus, simul expirat, extinguiturque. Igitur in heclica febre calor, qui iam partibus solidis est in facto esse, nec amplius dependet ex alio humore contento in venis, eum inquam humorem consumere incipit, & tunc incipit heclica febris, postea vero profequitur eam consumptionem, donec penitus eum dissipauerit, atque in ea consumptione vnica duntaxat febris ponenda est, quæ habeat suam principium, & incrementum, & suo modo uigorem, & declinationem lethalem, nõ

A autem tres febres poni debent, alioquin cur non ponitur tres febres diarix in spiritibus, aut tres humorales, quarum vna nascatur solum ex calefactione, alia verò ex ebullitione, & alia tandem ex consumptione materiæ subiectæ ipsi calori, sicut volunt illi ex calefactione, ebullitione, & consumptione maiore, vel minore humoris roridi, tres febres heclicas originem suam sumere. Hæc nostra opinio habet suæ principia, sua indicia, suas causas, & curationem, possibilem, & denique rationi, & experientia quadrat, sequatur tamen quilibet eos auctores quos uelit, & inuentis frugibus iucundissimè, glandè, antiquissimo hominum cibo, uescatur, si modo putat ab antiquis nunquam recedendum.

B De causis & generatione febris Heclicæ.

Q Væ parient febre Heclicam particulatim tradit Galenus multis in locis, in quibus legitur ardentibus febres malè curatas, inflammationes uentriculi vel hepatis, necnon pulmonis vel thoracis affectibus & præsertim ex suppurationibus & tabe dysenteriam, lienteriam, diarrheam, & denique alios affectus qui parient febre diurnam, heclicam febre generare. Quin etiam easdem primo incipere, vt diarix, ex ira, tristitia, lassitudine, in corporibus calidis & siccis, & nunquam eas ab initio inuadere, si non excitentur à causis procatæcticis, in libro secundo de Crisibus memoriæ prodidit; Adidit tamen in libro primo de differentijs febrium, corpora humidiora nõ posse ab initio eas pati, sed solum sicciora, & maximè si cum siccitate coniungatur caliditas, & adiungatur uita laboriosa, uigilia, curæ, parcus uictus, tempus anni calidum & siccum, & regio pariter calida & sicca. Tradit etiam in eodem libro, tabidam febre aliquando fuisse natam ex diurna inflammatione, coli intestini & stomachi, uesicæ, & renum. Eandem quoque sequi, cum in dysenteria nascitur inflammatio, aut ex leuitate intestinorum, & alui longo profluuiio nata est primum febricula. Amplius, scribit 8. capite decimi Methodi, pulmonem, utpote humidum & laxum, non esse opportunum ad generandas febres heclicas, aliquando tamen eas fieri cum pulmo sicco & calido est temperamento, necnon eas incidere ex pectoris & mesenterij, ieiuni, & coli intestini, & uteri & renum affectibus; in septimo uero transuerso marasum se non uidisse, heclicam uero semel se uidisse absolutam: læpe uero citius interimentem quam planè esset completa. Quæ quidem paulo diligentius sunt expendenda: nam quod heclica febris facillè sequatur ardentibus febres, ratio dicitur & experientia, ea enim potentissima causa est ad calorem stabilem inducendum in humorem viuentibus proprium, & ad eum absumendum; idem efficere possunt longæ febres, præsertim si biliosæ fuerint: nam pituitosæ, & melancholicæ, (vt quæ non alant uehementiorem calorem) eam non habent uim. Ceterum, inflammationes uentriculi, intestinorum, mesenterij, hepatis, uteri, non uidentur parere heclicas, eo quod præueniat mors si uehemens est inflammatio; in leuiore autem malo leuicula febris nascitur, quæ uim non habet consumendi humorem inlitum solidis partibus. Sic etiam suppurationes & inflammationes pectoris si non liberantur antequam heclica fiat, occidunt; lienteria & diarrhea si sine febre infestant consumere quidem possunt substantiam nostram, sed heclicam nõ habent coniunctam, si nec febre ipsam habent; dysenteria si cum febre sit, potenter & facillè potest inducere heclicam, quoniam & sanguis ipse euacuatur per aluum, & per febre

brém dissoluitur insitus humor. Iam vero pulmonis inflammationes omnium maximè hecticam pariunt quod docent vlcera pulmonis, quibus superueniunt febres, quæ uel statim hecticæ fiunt, aut certè non multo postea quam incepit putrida, omnes enim qui ex febribus malis ex spūto sanguinis cum erosione moriuntur, cum tabida febre pereunt; quin etiam absque vlcere sæpè uidi ob contaminatum ex putredine uel callosis tuberculis pulmonem, statim hectica febre fuisse correptos, quod ostendebant vrinæ simillimæ urinis sanorum per uniuersum morbi decursum; & merito huius uisceris affectionem huiusmodi hecticas febres pariunt, ob maximam uiciniam cordis. Sed quomodo potest statim hectica febris gigni ex vlcere & leui inflammatione pulmonis, quæ huiusmodi ulcera comitari solent, cum febres ardentes non nisi post longum tempus uim habeant generandi hos affectus? an fortasse id accidit, quod exulcerato pulmone solida pars pati incipit, & humor uiuentibus propriis consumi, & uia aperitur per partem exulceratam calori, qui ueluti per continuitatem penetrat in substantiam cordis, atque ita illius humorem insitum statim afficit, & depopularur. Itaque quod ille tradit alio loco, hecticas febres non incipere posse ab alijs causis quam à procatartecis, experientia reprobatur, quæ docet ex uiceribus & putredine substantiæ pulmonis primam habere suam generationem, coniungitur tamen ab initio simul putrida sæpè leuissima, quæ non turbat concoctionem, sed proditur ex accessionibus; A causis uero procatartecis inquam hecticam natam uidi nisi contaminatus esset pulmo, aut intrinseca alia radix præter intemperiem calidam & siccam, quam ipse solam putat esse causam primariæ huius generationis. Quam ob rem in causis hecticæ febris, habenda maior est ratio aptitudinis subiecti, quam efficientium causarum, & e enim absque illa nequeunt ab initio hecticam parere; ubi uero corpus aptum est, leuissima etiam occasio eadem generat, ut diarias & putridas.

Signa Febris Hecticæ.

Signa hecticæ febris, ut & aliorum morborum, non oportet enumerare ex alijs Scriptoribus collecta, sed ex ipsa rei natura sunt elicienda; cum enim quattuor sint signorum fontes, eos consulere oportet, ita, ut cuiusque rei in fontibus inuentæ naturam consideremus & uim, sic enim faciliè inueniemus quod querimus. Igitur, cum dicamus hecticas non fieri nisi à calore depascente iam propriū & insitum humorē simillarum partium uiuentiū, certū est, calorem non posse esse uehementem, magna enim ebullitio fieri non potest in humore qui excidit à uasis, & iam solidior est; Est igitur paruus, equalis, & semper sibi similis: nulla enim est causa inæqualitatis, & dissimilitudinis, ubi non est putredo in æquali & simili materia; acris tamen est, ob materiæ siccitatem, sed non statim talis sentitur, sed cum diu tangitur corpus, quia ex profundo attollitur cum pauco uapore; pulsus parui quidem sunt, consumptis iam spiritibus, & humoribus qui in uenis sunt, & etiam ipsis solidis partibus; additur frequentia propter auctum usum; fiunt quoque uelocius assumpto cibo, & paulo maiores roborato natiuo calore, & restituito utrunque humore uiuentibus propriis; sic etiam calor paulo post assumptum cibum augetur & accenditur, præsertim, ubi iam multum progressus est morbus; accidit enim, ut re-

atè scribit Galenus, calorem augeri sicut fit ex calce affusa aqua, ea enim humorem alit cum quo calor uehementior confurgit.

Quòd si iam magna est consumptio illius humoris, sequitur siccitas, & ex ea durities in pulsibus. Quia uero febris hæc essentiam stabilem, & firmam habet in corde, necesse est in ea regione thoracis cui cor subijcitur, sentiri calorem acriorem, & eos cordis motus, quales diximus apparere in arterijs, quæ quoniam immediatè nascuntur ex substantia cordis, ideo calidiores quàm aliæ partes, pariter ut ipsum cor, tanguntur. Siccitas quoque uariat penes gradus ipsius febris: nam in principio, siue in prima specie ipsius febris, nulla apparet siccitas: propterea Galenus dicere solet, quasdam febres hecticas esse sine siccitate. Est autem ea euidentissima in tertia specie, unde ea dicitur tabes, qua qui detinentur, tempora habent collapsa, oculos concautos, nares acutas, & ut semel dicam, uniuersum illorum corpus est uelut sceleron cute contextum, & tunc mors propinqua est; & si quis eos post mortem dissecare uelit, inueniet quod sæpius sum expertus, illos nihil amplius sanguinis in uasis continere, & pulmonem rugosum & durum instar corij caprini excicati. In media autem specie iam aliqua apparet siccitas. Porro in respiratione non apparet aliquod euidens uitium, faciliè enim spirant ac si febre non laborarent, quoniam exiguus est calor, nec magna inspiratione, nec expiratione egent, ob paucos uapores fuliginosos, illi enim abundare solent, ubi adest putredo in humoribus. Quod uero ad alias actiones animales attinet, tradit Montanus, nullum esse in sensibus, uel imaginatione, uel ratiocinatione aut memoria uitium, quandoquidem, inquit, acutius qui ita laborant, has actiones exercent. Verum non uidet acutiem illam præter naturam esse, ut quæ nascatur à siccitate morbofa: propterea ex eo solum uitio deprehendimus iam præsentem esse febrem hecticam, aut instare; cum ægri acutius audiunt, uel præter solitum sententiosè loquuntur; unde Medici prudentes iubent ut astantes submissa uoce & clā loquantur de ægroto, scientes illos omnia diligenter obseruare & intelligere. Ridendum etiam est, quod scribit, spiritus in ipsis fieri frigidiores, & propterea omnia cruda circa cor, & pituitam propterea abundare: fiunt quidem spiritus pauciores deficiente subiecto humore & sanguine, sed non frigidiores, hoc enim repugnat naturæ febris & caloris, qui non posset in cute lentiri, nisi cum spiritibus exeat à corde; Spiritus ergo calidi, pituita uero in prima specie, nec etiam in secunda abundat, ut ostendunt excrementa alui simillima excrementis sanorum: sed hoc accidit solum in tertia specie, ubi & calor & spiritus deficiunt, sicut etiam fit in sensibus. Ait etiam Montanus, hecticos malè appetere cibos, potum autem frequenter, quod experientia repugnat: nam ut hi qui consumpti sunt perinde ut decrepiti in ediam ferre non possunt, nec exiguus ille calor deijcit appetentiam, nec sitim affert, hæc enim mala nascuntur ex magno seruore & ebullitione humorum; propterea uidemus eos qui quartana simplici laborant, nec cibum auersari, nec potum præter modum expetere, in quibus tamen uehementior quam in hecticis calor est. Excrementa uero alui inquit Montanus, sunt dura, aliquando liquida, & illa quidem fiunt, quando hectica nascitur uitio inflammationis hepatis, uel intestini gracilis, uel renum, tunc enim inquit, attrahitur quicquid humoris est in chylo; Liquida uero fiunt uitio stomachi; potius dicendum est, inflammationes illarum

illarum partium, vt quæ obstruant meatus liquida reddere excrementa, & vt raro vel nunquam fiunt heclicæ cum illis inflammationibus, ita rectius dicitur, tunc liquida reddi excrementa in heclicis, cum illi iam tabidi sunt facti, tunc enim deficiente calido, & spiritu influente, & infito singulis membris humore, necesse est alimentum malè concoctum, hinc cruditates, & aquositates. Quantum vero attinet ad vrinas, male ille quoque docet, vrinas nunc esse crudas & albas, nunc crassas, rubras, orobaceas, farinaceas, sanguinolentas: nam cruditas, & concoctio (vt alibi ostendimus) in vrinis, fit solum in febribus putridis; alia vero vrinae quas tradit non sunt signa heclicarum febrium, sed dispositionum quæ separatam habent naturam. Vrine ergo in heclicis non mutantur, vt sæpè experientia docuit. **B** Hæc sufficiant de signis febrium heclicarum: nam prædictiones quæ prænunciant salutem aut mortem venturam, ex iisdem fontibus eliciemus, sicut etiam illa quæ ostendunt putridam transire in heclicam, aut cum illa coniungi.

De curatione febrium heclicarum.

IN curatione febrium heclicarum primum illud videndum est, an ipsa febris sola sit, ita vt causam amplius nullam habeat à qua foveatur, quales solent esse illæ quæ nascuntur à causis præcætarcticis; an vero subit aliquis adhuc affectus, qui illam generauit, vel fouet, cuius generis est putredo, vlcera & inflammationes pulmonis, & aliarum partium commemorati affectus. Si adsunt huiusmodi cause, pugnandum est & contra eas, & contra febrilem dispositionem ab illis inductam. At si sola & simplex est febris, illud perpendendum est, an adhuc sit in principio siue in prima specie, vel in secunda, aut tertia: nam si in tertia est, res prolixè desperata est, quoniam calor defectu sui humoris profusus est factus inutilis ad concoctionem, & distributionem alimenti, propterea nec humidum ipsum amplius affundi potest ad consumpti restauracionem; nec calor ipse excitari potest, & diu conservari, quare mors prædicanda est; & nulla generosa remedia in illis tentanda sunt. Quod si febris adhuc est in prima specie, id est potius cum ebullitione humoris proprii viuentibus, quàm cum consumptione, facilis est curatio, sola enim refrigeratione morbi solutio fit; in media vero specie, siue in cursu huius mali, iam simplex non est febris ex solo calore aucto, sed coniuncta cum fecitate, quare non solum refrigeratione, sed etiam humectatione opus est, per omnia oportuna auxilia, quæ assumuntur in corpus, vel extrinsecus ad mouentur, vel fiunt à nobis, vel educuntur, aut retinentur, de quibus sigillatim dicere aggredior.

Porto inter ea quæ assumuntur dubium est, quæ nam conuenire possint: nam vt omnia quæ febribus competunt à nutritione conueniunt in prima specie heclicæ, ita dubium est quæ sint idonea alimenta in secunda & tertia, vbi non spirituosa, non humoralis, sed solida substantia consumptionem patitur. Solida enim oportet esse materiam quæ id efficiat, at ea est crassa & viscida, propterea Galenus in septimo Methodi, auriculas porcoctum, & extremitates illorum, & aliorum animalium commendat in his qui admodum sunt exsiccati & consumpti. Et recentiores Medici etiam extollunt testudines, caneros fluuiales, & alia quæ constant dura, & solida substantia. At vero, quæ talia sunt difficillimè

A concoquantur in omnibus qui non sunt optimo habitu præditi; in heclicis vero huius materie concoctio omnino est impossibilis. Quid ergo agendum? eligenda quidem sunt alimenta quæ in se habeant vim nutriendi cum humore, & tamen omnino difficillè non concoquantur, qualia sunt qui boni sunt nutrimenti, & ex præparatione faciliorem reddunt concoctionem, quæ enim liquida exhibentur, etiã si supra naturam difficilem habent concoctionem, tamen vincuntur, in nostris corporibus etiam debilitatis, & consumptis, cuius generis sunt, caro pullorum gallinaccorum, caponis, perdicis, phasiani, contusa, & cum iusculo eiusdem animalis mixta, & ita præparata vt bibi possit, cum qua etiam pituitæ succus, & lac anigdalinum misceri possunt, est enim in huiusmodi alimento quod refrigerat, humectat, nutrit, & fugit difficilem concoctionem, quin etiam oua sorbilia sunt admodum vtilia, & vna passa, & dulces amygdale, & pistacia, saccharum ipsum cum idoneis ferculis admixtum. Fiunt etiam, & consumata vt vocamus, & distillata ex prædictis carnibus, & ex carne testudinis, & canerorum fluuialium, & ex extremitatibus animalium, elicitur enim vi ignis humor tenacior, qui in illis infusus est, qui aptus esse potest ad illorum nutritionem, & interim quod est terrenum & durum, relinquuntur.

Vinum vero illis cõfert, sed non generosum, quod vim habet calefaciendi & exsiccandi, nec omnino aquosum, quod nullam habet vim nutriendi, sed quod mediocrem habet naturam, tenuitatem & leuè dulcedinem, quod enim tale est, facile rapitur in omnes partes corporis, & nutrit. Cuius generis est Trebianum Florentinorum, & Variatum Lucensium.

C Quantum vero pertinet ad ea quæ extrinsecus adhibentur inter omnia alia præsidia maximè commendantur balnea aquæ dulcis, tepida primum, deinde etiam frigida: nam etsi aqua humorem infusum non emendet, ut que sit excrementosa, tamen qualitatem exsiccantem retundit, ex quo calor febrilis remittitur. Iuuat etiam uapor aquæ ad apertionem, & distributionem alimenti, frigiditas uero ipsa densata superficie prohibet ipsius dissolutionem, & interim mitigat acrimoniam caloris febrilis. Et hæc de febribus dicta sufficiant. Reliquum est, ut de vi purgantium medicamentorum ut pollicitis fidem faciam, tractem, quod auspice Deo futura lectione proxima præstabo.

De vi purgantium medicamentorum.

ANtiqua est & adhuc non satis explicata quaestio de vi & facultate purgantium medicamentorum, quomodo scilicet humores noxij ab alijs separentur, & extra corpus euacuentur, est enim ab omnibus receptum medicamenta purgantia id facere per attractionem, & ad hanc ipsam illa moueri per similitudinem quam habent medicamenta ipsa cum humore qui educitur. Porto hæc similitudinem interpretatur Galen. aliquando per qualitates, aliquando per totam substantiam, qualis, inquit, apparet esse in magnete & ferro; similitudinè autem per qualitates ostendit esse in enidio & cnico, nã inquit similitudo vtriusque substantiæ & qualitatum, sunt enim illa alba vt pituita tactu visuque cognoscitur, & ex eo etiam quod vtrunque pituitam detrahat; similitudinem etiam aliquando interpretatur familiaritatem. Quod vero ferrum non atrahat ferrum, sed magnes ferrum, ratio, inquit est, quod oporteat ea quæ attrahunt similia & non eadem esse. Quod ve

ro magnes lapis ferrum trahat, onicus pituitam, & non e contra ferrum magnetem, & pituita onicum, ratio inquit, est quod magnes fortior sit ferro, & onicus pituita, quippe cum enidiū calidius sit pituita, iuuat autem ad attractionem calor. Ceterum inter purgantia medicamēta tradit idem author quædam habere venenosam qualitatem, & ea, si non purgant, corumpere, & tanquam in venenum uerti? Alia vero quæ non habent permixtam vim venenosam, non propterea nocere si non purgant, sed concoqui, & talem generare humorem, qualem trahere nata erant: Quæ quidem multis difficultatibus sunt implicata: nam in primis dubium est an separatio & euacuatio humorum fiat per attractionem medicamenti: nam motus quidam fiunt attrahente quidem alio id quod mouetur, alij vero alio eodem impellente, alij verò quod res ipsa quæ mouetur ab interno suo principio impellatur ut ignis sursum, terra deorsum possitque quispiam dicere facultatem esse expultricem quæ in nobis est, & solet quod noxium est expellere, cum sentit auxilium à medicamento contento in corpore tunc enim aggredi noxium humorem & illum excludere quem antea aggredi non audebat. Vel dicere possemus quod probabilius esset, ipsos humores sponte properare ad ipsum medicamentum, quomodo fiunt alij motus inter res duas; nam non semper is qui amat, trahit ad se amata, sed etiam qui amat, properat ad suam amantem, quemadmodum etiam flores cicorei sponte uertuntur, & sequuntur solis motum: in qua re non est credendum solem esse qui attrahat & moueat ipsos flores; quæ enim potest esse similitudo superiorum ad inferiora ut illa debeant trahere hæc? Rationi enim est consonum ut hæc sequantur illa; sic etiam magnes lapis semper conuertitur ad nostrum polum & propterea dirigit cursus errantium nauigantium. Præstat tamen dicere quod fiat attractio: nam alioqui cur humores non semper purgantur, cum medicamenta exhibentur non satis ualida; nam humores si sponte mouerentur ad medicamentum, non deberent tardare suum motum ob debilitatem medicamenti, cum sit etiam in debilibus ea uis qualiscunque ea sit, quæ medicamenta mouere dicitur vel quæ est causa ut humores ipsos moueant. Iam uero excutiendum est quod dicitur attractionem fieri per similitudinem qualitatum vel substantiæ: nam si intelligant similitudinem ipsam attrahere ridiculum est, sunt enim res ipse que attrahunt non ipsa similitudo, & ita certe intelligendum est; sed uidendum an res ipse trahant quia similes sunt rebus attractis per qualitates, vel per substantiam; præter enim non potest esse causa attractionis similitudo quæ est per qualitatem: nam uel qualitates sunt actu in rebus, uel potentia similes, non est autem intelligendum de similitudine actu, quia cassia nigerrima trahit pituitam albam, & bilem flauam, & agaricus albus trahit etiã bilem flauam, & pituitam; thabarbarum uero flauã purgat etiam hos humores. Quare accidit quod aliquando medicamenta habeant secundas qualitates humoribus similes primas uero nunquam habent, cum medicamenta purgantia potentia calida uel frigida sint, secundæ autem qualitates non sunt actionis causæ sed primæ: quare Gal. non debebat ostendere esse similitudinem inter pituitam, & onicum in colore qui nihil agit, sed in primis qualitibus; at pituita frigida onicus uero calidus. Non igitur de similitudine qualitatum in actu res potest intelligi, nec uero adest similitudo qualitatum in potentia: nam cassia calida est & humida, manna temperata thabarbarum, & agaricum calidum & siccum, hæc tamẽ om-

nia vacuant bilem calidam & siccam, & pituitã frigidam, & humidam. Præterea humores eodem modo dicitur attrahi à medicamentis quo modo alimentum trahitur à partibus, at hoc trahitur non quod sit simile in qualitatibus sed in substantia, quandoquidem quædam sunt medicamenta alterantia magis similia nostræ naturæ per qualitates, quàm nonnulla alimenta quæ intemperatiora sunt temperatis medicamentis, hæc tamen non trahuntur sed illa, quare merito dicebat Mesue medicamentum purgans trahit, non quia calidum, uel frigidum, sed quia tale, tamquam similitudo, aut uis purgandi non sit per qualitates. Sed iam excutiamus similitudinem eam quæ dicitur esse per substantiam; est autem quidquid est substantia, uel materia, uel forma, uel compositum ex his, quod autem non fiat attractio per similitudinem formæ, patet: nam alimenta nulla formam habent similem actu, uel potentia rebus quæ nutriuntur, ut satis patet in rebus quibus nutriuntur plantæ, alia animalia, & nos ipsi; mutantur enim alimenta in materiam nostram, quæ substernitur formæ, non autem in formam, & animam nostram, cum qua nullam habent similitudinem, nec proprietatem, at similitudo quæ est per materiam, non est causa attractionis, uel alterius motus, quippe cum principium omnis motus sit à forma; præterea medicamenta etiam ipsa purgantia, quàm habere possunt similitudinem cum humoribus, aut inter se ipsa, quæ ut plurimum differunt secundum primas & secundas qualitates, ita secundum ipsas formas quæ qualitates præcedunt ipsa differre oportet; non ergo similitudo in formis medicamentorum, & humorum temnenda est, nec etiam similitudo reperitur in compositis ipsis, nam ipsum compositum agit mediante forma quæ est in materia; potius igitur dicendum est illa attrahere propter familiaritatem quandam, quæ est inter medicamentum & humores, ita enim uidemus ob eandem familiaritatem trahi alimentum, & alia omnia quæ grata sunt, a rebus allici, & cum sequitur nutritio eadem retineri, & concoqui: in purgatione uero post attractionem sequitur expulsio, cum medicamentum non habeat uirtutem retinendi. Quod uero scribit simile attrahere simile, & non attrahi quæ sunt eiusdem naturæ, refellit Auicennæ argumentum, qui miratur cur ferrum non attrahat ferrum, si similitudo attractionis est causa, nam ut inquit Galenus ferrum est ferro idem & non simile, idem autem seipsum non appetit, nec in se ipsum agit, uerum ut in hoc recte scribit Galen. ita leuissimam adfert rationem cur reciproca non sit attractio inter ferrum, & magnetem, humores, & medicamenta, id enim tribuit fortitudini maiori, quæ est in re attrahente; sed dicat quæso, quæ maior fortitudo esse potest in magnete lapide, quàm in ferro ipso longè duriore: onicus, inquit trahit pituitam, & non trahitur ab illa, quia calidior, ex calore autem maius robur acquiritur.

Uetum hæc ratio non respondet in multis alijs; est enim bilis flaua longè calidior cassia, manna, sirupo rosaceo, tamarindis, & multis alijs quæ bilem purgant; est igitur alia ratio: nempe, quod quæ attrahuntur non habeant potentiam attrahendi, sed ut solum attrahantur, est enim ea potentia attrahendi solum in rebus quæ recedunt à natura elementorum, & maxime apparet in plantis, & illarum partibus, ab illis enim ferè omnis materia purgantium medicamentorum sumitur; non mirum igitur si ea quæ sumuntur à rebus animatis, tamquam à suis partibus, attrahunt, quæ uero sunt elementa corporis nostri hac uia non sunt prædita, Magnes autem lapis

vt

vt & metalla ipsa, etsi animata non sint, sunt tamen plus quam illa, quae penitus inanimata esse cognoscuntur, quippe cum crescant, & venas suas habeant propterea à nonnullis rectè ponuntur media inter animata, & inanimata: Ex his igitur patet, nihil probabilius reperiri posse de attractione purgantium medicamentorum, quam quod illa donata sint à natura, forma, per quam illa agunt, & apta sunt familiares sibi humores allicere, aut si istam familiaritatem auferre velis, quandoquidem inter magnetem, & polum nostrum, & inter flores cicorei, & solem cuius motum illi sequuntur, (& propterea à nostris *virasole* dicitur, nulla huiusmodi familiaritas exco-gitari potest) dicemus breuius cum Mesue, medica-mentum attrahit, non quia calidum, vel graue, uel contrarium, vel simile, sed quia tale factum est à vir-tute celesti medicamenti missionem regulante, & supra ipsam operante: & vt vno verbo dicam, inquit, hoc prouenit à propria forma rerum attrahentium,

quae quomodo agat ignoramus: Quod uero scribit Galenus inter purgantia quaedam habere vim vene-nosam, & illa si non pungant, corrumpere, & tam-quam in venenum verti. Alia uero concoqui, & mutari in humorem cum, quem attrahere solent, atque ita nutrire, expendendum est: nam purgan-tia nulla agnoscuntur habere vim venenosam; quo-modo enim eam habere possunt, si vt ille, inquit, tota substantia nobis sunt similia? quod si illa nocent, id faciunt, vel ob uehementem vim purgandi, vel ob caliditatem, & acrimoniam, quibus natura resi-tere non potest. Alia uero quae mitiora sunt, & si non nocent, hoc tamen non referendum est in id quod concoquuntur, & in nutrimentum vertantur, sed quod misceantur cum humoribus, & per-missionem retundatur, & vincatur illorum malitia: longè enim distat natura purgantium medicamentorum à nostra substantia, ita ut nihil familiare habe-re possit, cuius beneficio nutriatur nostrum corpus.





IOAN. ARGENTERII
CASTELLONOVENSIS
PEDEMONTII

PHILOSOPHI, AC MEDICI PRAESTANTISSIMI.

De calidi significationibus, & calido natiuo.



TEMPERATI, calidi, frigidi, humidi, & sicci, nomine in medicina nostra nihil est frequentius: nam nec temperiem nostri corporis, nec alimentorum, medicamentorumque vim, nec aliud ferè quicquam eorum de quibus agimus absque his nominibus exprimere possumus. Cuius rei utilitate adductus, vt omittā Theophrastum, qui de calidi significationibus libellū scripsisse dicitur, Galenus noster, integros ferè libros passim in suis operibus de significatione varioq; harum vocum vsu conscripsit: si quis enim (vt alios infinitos locos prætermittam,) libros de temperamentis, & tres priores de simplicibus medicamentis excutiat, nihil aliud ferè, quàm harum dictionum varias significationes in illis explicari inueniet. Quantum vero referat natiui calidi naturam, vimq; omnem tenere, satis ostendunt Philosophi, & præsertim Medici, qui vniuersas corporis, animiq; actiones ei tribuunt acceptas, nec non morborum generationem, curationem, & præseruationem sanitatisq; etiam tuendæ rationem fieri illius merito ostendunt: quod si Galeno credamus, non solum que diximus ei concedemus, sed etiam in eo animæ essentiam philosophica licentia statuemus: vnde etiam de hac re Author ille librum contra Lycum conscripsit, & infinitis alijs locis illius naturam, & vsum, quem corpori præstat explicare nititur; quæ si solita sua varietate sapius inter se non confudisset, si vincendi causa sui sæpè non obliuisceretur, & Methodo essent hæc pertractata quæ sparsim, nulloque proposito principio docentur, non erat profectò quòd de eadem re scribere cogitaremus. Verùm quum sæpius ex illius libris integram certamque horum explanationem colligere laborassem, sed interim vana omnia ob miram potissimum scribendi varietatem me moliri conspicerem, nisi adhiberetur docendi Methodus, qua vtilia à superfluis sciuncta, certo ordine connecterentur, cepi diligentius de hac re, tum legendo, tum alios docendo, mecum agere; Ac quum post multos labores viderem mihi in hoc negotio aliquid consequutus, quod eorum consilio, quorum maxime hortatu ad hæc scribenda primum me contuleram, arti nostræ fore vtile sperare possem, id alijs antea à me ad editionem conscriptis libris adnectendū

A esse duxi: præsertim quod viderem nonnulla de natiuo calido circumferri, parum meo quidem iudicio elaborata, & quæ rudioribus facile imponere possent; tum etiam quod Commentaria nostra in Aphorismos Hippocratis, quæ breui ut speramus in paulo maiore otio exposita, in publicam utilitatem euulgabimus, planè aliquibus in locis intelligi non possent absque eorum diligentiore quadam explicatione, quam expositoris officium in aliorum authorum enarratione non admittit. Quid vero in Galeni tractatione desiderari possit, vnicuique constare puto, qui aliorum opinione non ducitur, sed spectat quid præstare debeat, qui se ad aliquid scribendum confert: nam nec capita docet, quibus totius rei summa cõtineatur, & de eadem re varia semper tradit, quod apparet quum primo de Temperamentis libro, hominem singulasque animalis species calidas dici asserat eo quod medio illo quod in singulorum specie statuitur sint calidiores, quum initio eiusdem operis, & 2. de Simplic. calida vocari animalia censeat, propterea quod plus caloris in compositione quam frigoris sunt sortita. Postea vero quum de temperamento vermibus agit, minus in eo caloris quam frigoris inesse si propriam illius compositionem spectemus; Hominem præterea in toto genere substantiæ medium cõtstituit: nunc vero cutem internam manus & alia denique multa aut varietate confundit, aut certe dum arte non utitur, negligentius explicat, quod suo loco ostendemus.

De quibus calidi, aliorumq; prædictorum nomina in medicina dicantur.

Illud operepretium in hac tractatione esse duco, vt imprimis veluti antè oculos ponamus de quibus prædicta nomina cfferuntur: nam ex rerum diuersarum natura, licebit etiam aliquid capere ad varias vocum significationes, quibus illæ exprimuntur intelligendas: quandoquidem ferè ex diuerso modo, quo illæ qualitates corporibus in sunt, diuersæ significationes sunt excogitatæ, ne longa fastidiosaque percontatione, & distinctione quæteremus, quod intellecta propria uniuscuiusque significatione statim innotesceret: Propterea enim quod alio modo calidum inest primis elementis, quam in no-

P stris

stris corporibus, ideo varium calidi nominis vsu ex cogitarunt maiores nostri: qui artes conscripserunt, vt simplici calidi appellatione perciperent lectores quoniam modo singula corpora, quæ calorem in se continerent, calida intelligerentur; Quæ in se si quis omnia enumerare velit generatim, de quibus calidum, aliaque prædicta nomina, quæ solius calidi explicatione (ne superflua reddatur tractatio eorum quæ eandem rationem subeunt, comprehendemus) dicatur: inueniemus sanè, vel Elementa esse, vel humores, partes corporis, totum ipsum corpus, medicamenta, alimenta, aerem ambientem, & proinde regionem: Celi statum, & anni tempus, & ætates: hæc enim omnia, vel temperata, vel calida, frigida, humida, & sicca nuncupamus: nec de alijs hæc nomina in arte nostra afferri memini, aut si quæ alia fortè reperientur, alicuius istorum significandi rationem omnino accipient.

Calidum quid significet, & quot modis absolute dicatur.

Aristoteles calidum solam ipsam qualitatem, nempe caliditatem significare in Logicis tradit: At Medicis non solum id, sed etiam substantiam, siue corpus, quod ea qualitate est præditum significat, & optimè quidem: nam percontanti quid sit caliditas, corpus ve, quod eam habet, aptè respondemus aliquid esse calidum, vt albedo est quidpiam album, necnon etiam corpus, quod dealbatum est. Non solum corpus calidum dicitur quod caliditatem habet, sed etiam pro eo quod est calidius calidum vsurpatur: dicitur autem multis modis aliquid calidius Aristotele teste lib. 2. de partibus animalium. Nam calidius primo dicitur quod vehementius tantum calefacit; Item quod magis liquefacere liquabilia, & cremare, quæ cremari possunt. Præterea quod plus caloris in se continet calidius vocatur eo quod minus habet; Item quod lentè frigeat calidius alio est quod cito, & quod calefit citius eo quod lentius calidius censetur. Verum non solum his modis, sed alijs duobus præterea aliquid alio calidius dicitur: Nam calidius est quod plus habet substantiæ calidæ, vbi par est caliditas. Item calidius vocamus, quod alteri collatum huiusmodi apparet Gal. auctore lib. 1. de Temperamentis, & in Comment. illis aphorismi. Qui crescunt plurimum habent, &c. Porro calidum, quum de corpore dicitur vel absolute, vel non absolute intelligitur, inquit Galenus. Verum quum absolute nominis vario vsu tractationem confundat, vtile in primis esse duco, vt hominimã hanc ostendamus, & propriam instituto nostro significationem sumamus: igitur ἀπλῶς, i. absolute, siue absolute sermone, apud eum vno modo dicitur pro eo quod est protus, siue extremè, quomodo ignem absolute, absoluteque sermone calidum pro eo quod est summè calidum dici scribit; sumit item absolute pro eo quod est sine collatione ad aliquam rem priuatam, sed propriæ temperaturæ ratione huiusmodi est in qua calidum exuperat: quo pacto sanguinem calidum esse statuit absolute, temperaturæ suæ ratione, in qua calor frigus exuperat; Item absolute idem est quod sine additione illius, cuius res est; vt si queratur cuius temperamenti sit os non adiecto Leonis, aut alterius animantis, id absolute queri dicitur. Alio modo absolute idem est quod exactè, vt temperies animalis absolute optima non dicitur, nec media id est omnino optima, nec exactè media est: quum æqualem mixturem ex contrarijs exquisitam non habeat. Capitur, & absolute calidum pro eo, quod est extremè ca-

Alidum, quemadmodum ignem absolute, i. extremè calidum esse statuit. Præterea, absolute vsurpat pro eo, quod est sine distinctione, vt absolute non esse respondendum ait, vbi queritur an aliquid sit frigidum, vel calidum. Postremo absolute calidum idem est, ac si dicas collatione ad sui generis medium, quo pacto vermis absolute loquendo sicus, vel humidus intelligitur, quod talis statatur ad mediũ comparatũ, quod inter vermes constituitur, quomodo etiam magnum, & maius in libris de Pulsibus differre scribit, quod magnum absolute sermone dicatur, maius autem minimè: nam magnum, non sine collatione dicitur, non minus profectò quàm maius, sed id ad quod magnum dicitur non additur, quum ad medium sui generis respectu dici intelligatur: additur autem id ad quod dicitur maius. Tot ferè, aut pluribus etiam modis absolute aliquid dici apud Galenum cum ex alijs locis, tum ex primo illius libro de Temperamentis, intelligit vnusquisque, qui diligentius eum auctorem perlegat; qua sanè varietate nusquam expressa, dum videtur eodem modo absolute nomen vsurpare, tractationem longè obscuriorem reddit. Nos autem ne rudiores confundamus absolute calidum sumemus pro eo quod est sine collatione, sed suapte natura ab exuperante caliditate calidum euadit: non absolute autem idem sit, ac si per collationem dicamus.

Quæ absolute, & quæ collatione, quoque modo elementa, humores, anni tempora calida dicantur.

Inter ea, quæ calida dici superius posuimus, elementa, humores, anni tempora, absolute, proprieque mixture ratione calida, temperataque dici statuit Galenus, hoc solo discrimine quod in elementis calidi, frigidique nomen summam indicet in his qualitatem, in alijs vero contrariam excedentem: Dicitur enim ignis calidus, quod suapte natura summum habeat calorem, ita sicus, quod summam siccitatem obtineat; sanguis autem calidus, quod illius caliditas frigiditate vincat: sic hyems frigida, quod in ea exuperet frigiditas; ex quo intelligere vnusquisque potest summam vtramque qualitatem à Galeno elementis tribui; si enim calidum, humidum, frigidum, & siccum, summam indicant qualitatem, necesse est, vt quum ignis sicus, aqua humida, terra frigida, aer calidus dicatur, summam, extremasque has etiam qualitates illis inesse putemus: quod etiam in libro de elementis aperte testatur, vbi terram frigidissimam, siccissimamque: aquam nunc frigidissimam, nunc humidissimam vocat. Sed vtrunque res sese habeat, non enim nostri est instituti veterem de hac re questionem hoc loco tractare, Galeno auctore; in tegra manet proposita de his nominibus quum elementis accommodantur, significatio: summam intelligentes in illis esse, à qua denominantur qualitatem. Illud vero potius explicandum hoc loco censeo, quoniam modo ex anni temporibus liceat Ver appellare, an calidum scilicet, vel temperatum. nam magna de hac re apud antiquos Medicos, nec satis adhuc meo quidem iudicio explicata fuit controuersia, ut ex Galeni libro secundo de Temperamentis videre licet: nec alio commodiore loco a nobis ea tractari potest: Proinde paucis ultra uerior sit opinio expendamus.

An temperatum, vel calidum & humidum

Ver dici debeat.

ANtiquissimorum Medicorum opinio fuit Ver calidum, & humidum dici debere, quæ tamen multis rationibus comprobata uideri potest, tamen Galeno non placet, qui illis confutatis temperatum omnimodo esse contendit. Verum quum mihi aliorum argumenta tum ualidissimis rationibus, tum maiorum etiam autoritate confirmata, integra post Galeni confutationes esse uideantur, honestum esse dixi illis patrocinari, quos uerius sensisse credimus, & præiudicata opinione eius, quem colimus potius quam rationum momentis victos nobis persuademus; Ac quoniam multæ adferuntur utrinque rationes, & confutationes, operæ pretium esse puto, sigillatim singulas excutere, ut ex propinquo pugna cernatur, quæ primum enumeratione rationum alterius opinionis, & adhibitis postea confutationibus non perinde conspicitur.

Primum itaque illud statuatur eorum argumentum, quod ab Hippocratis autoritate ducunt, qui uer calidum, & humidum ubique statuit, id quod Galenus ne tantum testem habeant authorem, uolenta satis, & parum suis principijs consona interpretatione, factum esse putat, quod Ver cum Autumno contulerit Hippocrates, qua collatione calidum, & humidum esse apparet: nam si uerum est, quod libro primo de Temperamentis ponit tanquam principium ad temperiem anni temporum inueniendam, quod scilicet ea non ex mutua collatione, sed ex propria natura æstimari oporteat: fecit ergo Hippocrates quod facere non debuit, quum Veris temperiem ex collatione cum Autumno colligit: Deinde quum ex anni temporibus exuperantium humorum generationem, & morborum curationem probet, necesse profectò est, ut singulorum temperiem ex proprijs qualitibus, non ex hac collatione, quæ nihil ad hæc confert metiatur: non enim propterea quod uer calidus sit Autumno morbos frigidus, & siccos tollit, & sanguinem copiosum, calidos, humidosque morbos gignit: siquidem frigidum esse potest, quod frigidiori collatum calidum dicitur, quod calidos effectus nunquam pariet, quales Veri tribuit Hippocrates. Quinetiam quum statuatur Galenus Autumnum in calido, & frigido medium sed inæqualem & uer itidem temperatum, quomodo calidius Ver Autumno ab Hippocrate dici potest? Nec illud etiam obest, quod adfert ab eo saluberrimum dici, quod esse non possit, si calidum & humidum statueretur propterea quod huiusmodi Temperies omnium pessima existat, argumento quod Hippocrates calidam, & humidam temperatam, quam in Cranone nigiuisse scribit, omnium pessimam censuerit: etenim maximum caloris, humorisque excessum damnat Author, ut satis ostendit tempestatis descriptio, ubi largas crebrasque pluias æstumque vehementem contigisse commemorat; propterea non fit, ut si ualde calida, humidaque temperies morbosa sit, idem omnis excessus illarum qualitatum efficiat: quippè omnes insignes intemperies damnamus: quædam tamen paululum à mediocritate recedentes commedamus. Adferunt deinde illi uitam calido, & humido foueri, optimamque ob id eam temperiem esse, quæ tunc sit conseruatiua: At Galenus pessimam eo loco huiusmodi temperiem esse contendit, quam tamen alijs locis potissimum libro de sanitate tuenda eam nobis natiuam esse, ut potè ex semine, & sanguine utroque calido, & humido confectam tradat, &

A quantum maximè fieri potest diu humectantium, calescentiumque usu seruari iubet; Quod si aliquando alibi, ut libro sexto eiusdem operis, huiusmodi temperiem damnat, non eam certè quæ paruos habet excessus, sed quæ abundè in utraque qualitate exuperat reprehendit. Colligunt præterea illi philosophorum autoritate, qui Animalia calida, & humida esse statuerunt optimam huiusmodi temperiem esse: ut potè quæ animalibus alijs omnibus meliore conditione donatis propria existat; Quæ in re Galenus scribit calida, & humida animalia à Philosophis dicta non propriè mixtionis ratione, quum quedam frigida, & sicca hoc modo reperiri possint, sed collatione facta cum seipis mortuis, aut plantis: in quo primum sibi repugnare uidetur, quippè quum scribat initio primi de Temperamentis animalia calida, & humida dici, quòd hæc qualitates in illis contrarias vincat. Reticula præterea esset hæc Philosophorum opinio. Quum enim illi de natura ipsius rei disputent, & qualis unaquæque res sit ex proprijs principijs inuestigent, nunquam id inuenient, si ex huiusmodi collatione querant. At quos quæso profert Philosophos, qui ita senserint? oportebat me herclè nomina illorum non subtercere, quorum autoritate se tueri studeat. Nec plantarum etiam respectu animalia calida, & humida dici possunt, quum multæ plantæ animalibus sint longè calidiores, quandoquidem ex illis assumptis, aut admotis animalia ipsa perinde incalescunt, ut etiam ignea earum uideantur: & quid sanè obstat quo minus calida, & humida animalia ab illis sint dicta proprii temperamenti ratione, quæ admodum Aristoteli in libro de longitudine, & breuitate uitæ, & passim alibi placuisse uidemus: quando etiam operationes, quæ in illis fiunt ita esse conueniunt: Si enim in omni animali alimenta coquantur, eo etiam authore fiat concoctio calido, & humido uicente, necesse profectò fuerit in omni animali calidum, & humidum præpollere. Nec mihi profectò firmiore aliqua ratione uidetur ille propriam opinionem astruere: eo enim solo colligit temperatū esse quod tale uideatur, at quo modo appareat, non docet: non enim eo quòd non fit perinde calidum ut æstas, & humidum, ut hyems propterea temperatum esse dicemus, ut ipse colligere uidetur: quia in rerum excessu magna est latitudo: fierique potest, ut Ver non ita quidem calidum sit ut æstas, nec humidum ut Hyems, & tamen calidius, humidiusque temperato, quod illi probare nituntur, reperitur. Præterea, quum temperamentum puerorum tale esse dicat quæle est Veris temperamentum, alibi autem pubescentes temperatos, si Ver temperatum statuatur, idem esse temperamentum in pueris, & pubescentibus concedat oportet, & quum pueros calidos, & humidos dicat esse, Ver calidum pariter, & humidum ponat necesse est. Ostendunt præter alia prædicta Ver calidum, & humidum sanguinis generatio, quæ eo tempore plurimum augetur, etsi Galenus, ut positam sententiam tueatur, non ueretur sanguinè eo loco temperatum uocare: quem alibi ubique calidum, & humidum statuit, & corruat alioqui totius compositionis nostri corporis ex Elementis ratio, & in morborum generatione sibi aduersetur: nam quum nostrum corpus ex humoribus, hi autem ex Elementis constent, quorum qualitates, & naturam retinet, quid quæso respondebit aeri, si sanguinem negemus calidum, & humidum; quomodo præterea tueri poterit inflammationem esse intemperiem ex calido, & humido, conflatam, siquidem sanguinem ex quo fit, calidum, & humidum non ponamus. Nec illud dicendum est, ab eo intelligi sanguinem, qui unus est ex quattuor humoribus, quum calidam, & humi-

dam temperiem ei tribuit, non autem totam humorum massam, quæ à sanguine exuperante nomen sibi vindicauit, sit enim inflammatio ex tota ipsa humorum massa, nec possunt omnes humores verè exuperare, nisi peculiariter quartus ille humor, qui calidus, & humidus dicitur, excreseat; quomodo quælo etiam ostendet calidos, & humidos morbos verè gigni, frigidus autem, & siccus tolli, si illud calidum, & humidum non ita esset. Quid præterea humiditatem ab hyeme derelictam consumpsit, quid caliditas ex longitudine dærum facit, si aer eo tempore, calidior non redditur. Statuamus ergo Ver calidum, & humidum, & tamen saluberrimum vocemus, quum magni non sint, etiam morbosi in eo harum qualitatum excessus, sed parui, quod intelligere non potuit Galenus, siquidem omnis excessus planè in medio illud esse contendit; huiusmodi verò optima nobis est temperies, ut potè quæ ad naturales omnes actiones obeundas maxime sit idonea, alioqui pueritiam damnemus calidam, & humidam, & sanguinem omnium humorum optimum, & naturæ familiarissimum: item cibos calidos, & humidos, qui optimè nos alunt; & denique animalium naturam, vitamque nostram, quæ calido fouetur, & regitur Hippocratemque ipsam accusemus, qui Ver calidum, & humidum, saluberrimum tamen vocat. Sed hæc satis de hac re, ne videamur contentiosius pro veritate reuersus Medicorum Principem agere, qui certè hæc non ignorauit, sed vincendi causa ut existimo dissimulauit; redeamusque tandem ad alia, quæ in proposito negotio relinquuntur.

Quonam modo alimenta, medicamentaque calida dicantur.

Porro quum medicamenta, & alimenta ad vitam animalium referamus, merito sit, ut collatione facta ad ea, quorum sunt medicamenta, vel alimenta, calida vel temperata, aut alterius qualitatis dicantur: sic sanè illud vocamus homini medicamentum quod eum mutandi vim habet, alimentum quod nutrire potest; eaque calida, frigida, humida, siccata dicimus, quæ hominem calefaciunt, refrigerant, humectant, & siccant: temperata verò, quæ illius temperiem in eodem statu conseruant.

Totum & pars cuius temperamentum quarimus quot modis consideretur, & quibus illorum singula conferri possint.

Totum & partem de cuius temperamento agimus, vel ut genus, vel ut species, vel indiuiduum, vel ut medium generis, aut speciei, sumi potest: licet enim de Socrate petere cuius temperamenti sit ut animal est, ut Socrates est, vel ut medium in suo genere, vel in sua specie, quum genus omne temperatum non sit, sed solum quod in substantia continetur, ideo nihil quod in quantitate, uel qualitate, uel cæteris prædicamentis ponitur, temperatum, uel intemperatum dicitur, nisi quatenus substantiam significant: sed nec etiam substantia, nec corpus: non enim omne corpus, nec omnis substantia ex quatuor qualitatibus constat; Quarè nec querere possumus cuius temperamenti sit substantia, aut corpus, quum nullam hæc temperiem actu habeant. Primum ergo de quo querere possumus est corpus compositum, & animatum; uel compositum, & non animatum, uel etiam simplex, & Elementare, ut corpus uerbi gratia quod ignis dicitur,

A aptè enim sciscitabimur cuius temperamenti illud sit, quemadmodum etiam, qualem habeat temperiem animatum, uel non animatum corpus. Deinde, de omnibus speciebus, tum animati, tum inanimati querere possumus, ut de animali, plantis, lapidibus, & omnibus suis speciebus, & indiuiduis; De medio autem quod in genere substantiæ corporeæ ex Elementis compositæ statuitur: nam inter ipsa Elementa nullum medium ponitur, ad quod alia referantur nisi etiam fortè quis inter illa meliori conditione, & qualitatibus melioribus præditum credat, tum ad omnia genera inferiora, species; & indiuidua facta collatione, querere possumus; Est autem medium illud temperatum ex æquali portione omnium Elementorum, & iudicaturque optima illa temperies inter omnia corpora temperata, quæ exactam omnino, & æqualem elementorum portionem recipit. Petere ergo possumus cuius temperamenti sit huiusmodi compositum absolute, id est solè expendendo propriam illius temperiem, inuenieturque illud temperatissimum esse. Sic etiam ad omnia genera, species, & indiuidua collatum, tale iudicatur: semper enim temperatum dicitur quum exactissimam temperiem obtineat.

Ergo genus quod temperatum esse incipit, ad reliqua conferri non potest, quum nullam temperiem actu habeat, medium autem illius omnibus, aptissime confertur: ineptè siquidem peteret cuius temperamenti sit corpus, quod ex elementis constat, at aptissime quæret, qualem temperiem habeat quod

C partem ex elementis mixtionem accepit. Genus autem proximum primo, & species sequentes medio primi generis, & opposito generi, illiusque medio, quinetiam speciebus, & omnibus illius indiuiduis conferri potest, proprijs autem speciebus, & indiuiduis minime; medium autem illius omnibus ex Elementis compositis, ut si quis uerbi gratia querat, cuius temperamenti sit animal, ut corpus est compositum ex elementis, id quod sciscitari, idem est ac si querat, quale temperamentum obtineat collatum ad medium, quod statuitur inter corpora composita, quod cum ex æquali Elementorum mixtione constare dictum sit, ad illud collatum animal calidum, & humidum dicitur: & qui ad illud facta collatione querit de animalis temperamento, etsi collatione non faciat, perinde tamen est, ac si absolute querere aliquis dicatur, propterea ex pari elementorum mixtione, medium illud constare statuitur: nam perinde est querere, quo modo, & qua proportione Elementa mixta sint in animali, & quomodo se habeat temperies animalis ad corporis compositi medium, quod quum excedat in caliditate, & humiditate, calidum ob id & humidum dicitur: Ergo animal ad medium summi generis hoc modo relatum dicitur: ad medium autem animatorum corporum confertur quidem, sed quum ipsum met medium sit, contingit ut idem ad semetipsum referatur: inter animata enim animal optimi temperamenti confertur, quod illius officia, & actiones præcellant ea, quæ ab inanimatis proueniunt: ut autem animal ad medium summi, &

D sui generis, ita ad oppositas species, illarumque media, & indiuidua sub speciebus contenta referri potest, suis autem speciebus, & indiuiduis, eadem ratione, quam de summo genere adduximus: aptè enim quis petet, cuius temperamenti sit animal respectu inanimatorum, & medijs, quod inter inanimata ponitur, & specierum illorum, ut lapidis, & indiuiduorum, ut huius, uel alterius lapidis: cuius uero temperamenti sit, uel hominis, uel Socratis, ineptè quis sciscitabimur, uel calidum, aut frigidum esse dicit: quippe quum nullam temperiem illorum respectu actu

actu habeat; Ceterum, opposita genera, & summo generi, & medio illius, & opposito generi quod medium. eiusque speciebus, & indiuiduis optimè confertur, ut brutum animal genus quoddam est animalis, de cuius temperie querere possumus, quatenus est compositum ex Elementis, quatenus animatum, animal, uel hominis, uel Socratis respectu. Eodem modo species cum generibus suis medijs generum speciebus oppositis, & indiuiduis illarum conferuntur, cum suis uero indiuiduis ob prædictam rationem non item. Porro, indiuidua omnia omnium specierum ad omnia referri possunt, genera inquam omnia, species media omnium generum, omniumque specierum, & etiam ad eorum indiuidua optimè enim sciscitabimur cuius temperamenti sit Socrates, ut corpus est compositum ex Elementis, ut animatum, ut animal, ut homo; Item respectu medijs, quod in genere corporum compositorum ex Elementis animati, inanimati, animalis, plantæ, hominis, bruti, Socratis, uel alterius indiuidui respectu. Nec illud ignorandum est, omnia prædicta sibi ipsis mutatis conferri posse, ut animal uiuum, cum mortuo, uiuū & sanum cum uiuo, & ægrotò, & sic de reliquis. Ex quibus sanè licet intelligere, quæ possint, & quot modis singula alijs conferri, quod à Galeno nulla arte fuit comprehensum, quum solum quibusdam exemplis ostendat quædam quibusdam conferri posse, nec id in omnibus, nec certa aliqua Methodo, qua quid unicuique conferri ualeat, intelligamus, quod in primis meo quidem iudicio erat faciendum.

Ad quæ ex prædictis collatio fieri debent, quum de temperie singulorum agimus.

Iam uero quum omnia prædicta dicantur temperata, calida, frigida, humida, & sicca ex collatione, multis autem modis singula, ut ostendimus conferri possint, illud explicandum occurrit eius respectu de singulorum temperie pronunciamus. Quia de re Galenus primo de temperamentis ad hunc modum scribit: Si quis interrogetur quomodo calidum aliquid dicatur, si aptè respondere velit, & non decipi, necesse est cum omnia calidi significantia, & ea, ad quæ collatio fieri potest, enumerare, & postea sciscitari quo modo, & ad quid collatione facta, calidum illud vocare velit. Verùm hæc regula mihi parum artificiosa, & minimè necessaria videtur: nam non solum laboriosa esset huiusmodi enumeratio, præsertim quod ille (ut diximus) artem non doceat, qua inuenire ea liceat, ad quæ collatio fieri potest, sed etiam facit ut nihil in arte nostra de his rebus certo affirmare possimus: nunquam enim temperamenti calidi signa, causas, aut quicquam aliud de quouis temperamento pronunciarum possent, nisi semper repetita hac multiplici, & varia significatione: id quod quum nos non faciamus, nec ille etiam, aut alius de Medicina scriptor obseruat, constat iam positum esse id, ad quod referamus quod calidum, uel temperatum pronunciamus; quid autem illud sit, iam expendamus.

Porro ex interrogationis modo intelligimus sæpè ad quid statim sit respiciendum: agè enim si quis de Socrate ad hunc modum petat: cuius temperaturæ est hoc corpus, quis non uideret statim respiciendum esse ad medium, quod inter corpora statuitur, quod quum ex pari portione Elementorum conflatum statuat, calidum, & humidum pronunciamus est de quo agitur: quum in eo qualitates hæc præualeant. Si quis autem de eadem petat, cuius temperaturæ sit hoc corpus animatum, ad medium eadem ratione

quod inter corpora animata ponitur respiciens qui respondet, pronunciat: ac quum sit perfecta species medium, nempe animal, ut postea ostendemus quum de medio agemus, inter corpora animata optimè temperaturæ censetur, quoniam ipsum est medium. Sic sanè si queratur cuius temperaturæ sit hoc animal, quum inter animalia homo sit mediū, Socrates autem homo, optimè etiam temperatum dicitur. At, si quis interroget cuius temperamenti sit hic homo: protinus ad medium, quod in humana specie constituitur spectandum est, temperatusque iudicabitur, si idem sit cum medio: intemperatus autem si diuersus, & calidus, uel frigidus ab excessu scilicet illius qualitatis, quam ex suis signis exuperare agnoscat, appellabitur; Quod si ille petat cuius temperamenti sit Socrates, ut Socrates est, quum nihil aliud sit Socrates quam homo quidam, idemque querat cum alio, qui petebat cuius temperamenti esset quatenus Socrates homo erat, idem quoque respiciendum & respondendum illi erit. At uero, si quis querat quale habeat temperamentum respectu contrarij generis, contrariarum specierum, & indiuiduorum, ut inanimati corporis, bruti, Leonis, & huius uel alterius, optimi temperamenti semper censetur, quoniam semper medium est; respectu uero alterius indiuidui eiusdem speciei, ut Platonis, uel suimet mutati, talem pronunciamus esse, qualem excessus uarietasque naturæ ostendit, calidum uel bi gratia si caliditatis signa maiora appareant, quam in alio, ut iuuenem Socratem calidiorum seipso puero, quod sensus, & alia signa id ostendant. De aliquo leone uero si quis petat cuius temperamenti sit, ut corpus est compositum ex Elementis, eodem modo calidum, & humidum dicitur. Si uero postulet cuius temperamenti sit hoc corpus animatum, admoneatur esse respondendum quod sit temperatum, quoniam hoc animal. Si uero interrogetur de eo cuius temperamenti sit hoc animal, calidum & siccum pronunciamus, quoniam homine calidior & siccior est Leo; At si postulemus qualem habeat temperiem hic Leo, calidus uel frigidus, aut temperatus, prout cum temperie Leonis temperati medijs in sua specie consentit, uel discrepat. Si quis præterea querat cuius temperaturæ sit hic Leo respectu alterius Leonis, uel sui ipsius mutati, pari modo ab excessu nuncupabitur. Quod si cum alio animante conferatur, siquidem cum specie, quæ media est totius generis, nempe homine, idem reponendum quemadmodum diximus esse faciendum, quum quærebatur qualis esset illius temperies ut animal: nam eadem est diuersis nominibus explicata interrogatio, quum in utraque queratur qualis sit respectu medijs, quod statuitur in genere animalium, sitque illud homo, inueniturque male temperaturæ semper esse, & calidioris, & siccioris. Si uero cum alijs animalibus collatio fiat, aut melioris temperaturæ, aut deterioris, & calidioris, uel frigidioris inuenitur, siquidem animal animalis alio perfectiorem habet temperiem, & calidiorum, aut frigidiorum, id quod ex medio, quod statuitur in vnaquaque specie intelligitur: nam quæ medium habent perfectius, ea quoque perfectiore temperie donata censentur. Sumitur autem medium ut postea ostendemus in unaquaque specie, ex proprijs actionibus, unde meliorem temperiem ea speciem habere dicitur quam alia, quæ meliores edit actiones. Ceterum, quod de animali dictum est, idè de plantis dicendum est, & partibus illarum: ac ne eadem sæpius repetere cogamur, quum eadem sit planè ratio in plantis, quæ est in animalibus, sufficit in partibus docuisse eandem etiam esse rationem. Igitur si quis os tibiæ Socratis statuatur, & querat cu-

ius temperamenti sit hoc corpus, frigidi, & sicci dicitur esse, quod plus frigidi, & sicci habeat quam calidi, & humidi, vel ut medium, quod in genere corporum temperaturum ex æquali elementorum portione mixtum statuitur: At si quis petat cuius sit temperamenti hoc corpus animatum, vel pars animalis optimi, ut enim totum animal medium erat, sic & illius partes cum aliorum partibus collata, eodem modo ut hominis pars est, optimi temperamenti fuerit: ut vero os, & tibiæ os, & hominis tibiæ ad medium quod etiam statuitur inter ossa, & tibiæ, & hominis tibiæ ossa collatio faciendâ est: ut pars vero cuiusdam hominis facta interrogacione respondendū est facta collacione ad medium, quod est inter hominis partes: est autem ut postea ostendemus in hac re non cutis, sed alia pars; At vero quum simpliciter, & nō indicato ex interrogacionis modo eo quod spectare debemus; ut si quis petat cuius temperamenti sit Socrates, aut animal, aut si etiam sine interrogacione pronunciet de temperie alicuius rei, quemadmodum quum describimus signa animalis, vel hominis, vel Socratis temperati, non ita constat ad quid respiciendum sit, quum nihil de hac re Galenus tradat, quod omnibus sit commune: Mihi autem videtur quum de genere aliquo agitur, spectari medium summi generis, quod ex æquali mixtione Elementorum temperaturum ponitur: quum de specie medium proximi generis: quum de contentis sub specie, medium speciei: sic enim animal omnes scribimus esse calidum, quod in eo calor exuperet, qui pari portione in medio summi generis compositi coit; Leonem vero calidum, & siccum hominis, siue medij generis animalium collacione biliosos homines calidos, pituitosos frigidos: sic Socratem, & Platonem, quod bene temperato homine calidiores, frigidioresque sint: sic sanè in partibus genus aliquod partit ut os frigidum, & siccum appellamus, quod æqualem mixtionem non habeat, ut medium summi generis, sed in eo frigiditas siccitasque præpollat: Os Leonis calidum, & siccum quod in eo humanum os vincat, huius, vel alterius Leonis os frigidum vel calidum, si frigidius, vel calidius sit quā conveniat ossi temperati Leonis, ad quæ etiam respicientes bonæ vel malæ temperaturæ eadem esse dicuntur: atque hæc satis quidem de his ad quæ collatio fieri potest, & quæ cum alijs conferuntur.

De medio ad quod sit Collatio.

Conferri genera generibus, & species speciebus, & individua individuis, & hæc omnia medio cuiusdam, & denique varias fieri posse collaciones superius ostendimus: Quia in re nō est quod explicemus quid per genus, quid per speciem, aut individuum intelligamus: quandoquidem id etiam rudioribus per se constat: quid aut illud sit medium, qualisve nature, ad quod spectamus, & an vnum, vel plura statui debeant huiusmodi media, & qua ratione media esse cognoscantur, non statim omnibus patet. Quam ob re paucis hæc à nobis sunt percurrèda. Itaque illud esse mediū in hac re statuimus, quod optimam respectu aliorum temperiem obtinet: nam quum debeat illorum esse regula, necesse quoque est, ut optima conditione illud sit donatum; si quidem rectum oportet esse, quod sit sui index & obliqui; Quod si ita est, plura profecto media ponere oportet: alia enim temperies optima censetur esse in animali ut animal est; alia ut est corpus ex Elementis compositum, quippe, quū nihil in corpore huiusmo-

A di præter eam temperiem, qua corpus optimè temperatum est censetur; sic autem ea, quæ ex æquali elementorum portione conflatur: Ideo merito fit, ut medium, quod inter corpora composita, siue (ut Galenus inquit) in toto genere substantia ponitur, statuat æquali pondere Elementorum, siue æquali portione conflari; & proinde aptissimè vocari medium ad pondus, At in animali huiusmodi temperies, quatenus animal est, optima censeri non potest: nam quum animal factum sit ad actiones quasdam edendas, necesse est optimam illius temperiem iudicari, quæ ad perfectissimas actiones est aptissima, vnde in eo calorem, & humorem præpollere oportet, si modo gigni, augeri, nutritique debet. Verum quum varia sint animalium genera, illud quod perfectissimas inter omnia edit actiones, optima temperie præditum merito creditur: quod & aliorum regula, & medium, ad quod reliqua conferantur, statuendum est. Ac de his quidem duobus medijs egit Galenus, statuitque medium in tota substantia, siue corporibus compositis esse cutem internam manus hominis temperati: medium vero inter animalia esse hominem. Verum docendi ratio postulat ut modum doceat inveniendi medium illudque statuendi in omnibus; & ut etiam plura media, quam duo ponamus: non enim solum quid medium sit inter animalia, sed etiam inter animata, & bruta, & inanimata docendum est. Est aut (ut breviter dicam) in unoquoque genere species ea, quæ perfectior est: in speciebus autem ipsiis quod in ea præstantissimum reperitur: sic profecto in genere corporum compositorum animalium corpus, utpote quod perfectius sit inanimato, medium huiusmodi statuitur, & animal inter animata, quoniam ex speciebus animati corporis animal plantis est perfectius & homo inter Animalia eadem ratione, & temperatus homo inter homines: Inter bruta vero ponenda ea species medium quæ ob præstantiores actiones edendas melioris est comparata, sitque si velis leo inter plantas, non ita facile est aliquam inuenire, quæ reliquis præferat. Illud tamen inuolatum manet, eam constituendam medium quæ inter alias plantas actione præcedit: medium vero quod ad pondus statuitur, putatur esse cutem internam manus (ut diximus); quæ etsi exactam omnino partem Elementorum portionem non est sortita, siquidem præpollere in omni corpore quod nutritur, calorem oportet: tamè quantum sensus deprehendere potest (quod Medico sufficit) verè est medium: Porro nō sufficere ea duo media, quæ ponit Galenus cutem scilicet internam manus, & hominem temperatum, ex hoc constat, quod nullum sit medium ad iustitiam cui conferri possint hominis, & aliorum animalium partes quum ut partes considerantur, non autem ut corpora nam cutis medium est omnium corporum, quatenus ex Elementis constituantur; Quin etiam, cogit necessitas, quemadmodum homo totus reliquorum animalium medium censetur, quod talem habeat temperiem, quæ ad perfectissimas actiones sit aptissima: sic etiam partem aliquam statuere, quæ omnium partium hominis medium sit ad iustitiam: quæ etiam ob perfectissimas suas actiones, optima temperie constat credatur; Quum enim partem aliquam temperatiorem, melioremque conditione quam aliam esse dicimus, ut cor meliorem obtinuisse temperiem quam os, profecto cutem non spectamus: quum pari fortè recessu utraque pars à cute absit, nullamque actionem, sed solum usum corporei præstet, sed partem aliquam, quæ præstantissimarum actionum, sit author, omnino ponere oportet à cuius temperamento quæ defectunt, ut deteriores eduntur actiones, sic & temperatura, & conditione omni peiore ut partes sunt

sunt præditas iudicamus; estque si uelis cerebrum, A
vel cor, aut alia denique quam existimemus optimas
actiones edere.

Quonam modo ætates calidæ dicantur.

QUæ quotuè sint ætates, quando unaquæque
illarum incipiat, & desinat, qui humores in
singulis procreetur hoc loco tradere super
fluam esse duco, quæ commodiore loco alibi sumus
prosequuti. Quod uero ad rem præsentem facit, quo
nam modo scilicet calidum, frigidum, temperatum
intelligatur, quum de ætatibus dicuntur, & quæ ex
his nascitur controuersia, breuiter explicabimus.

Scribit itaque Galenus, ætates calidas, frigidæque
intelligi collatione facta ad eam ætatem, quæ om-
nium optima, temperatissimaque censetur; est au-
tem ea adolescentia, quam ideo temperatissimam
statuimus, quod ad corporis, animique actiones eden-
das omnium sit aptissima, ad quam sanè spectantes,
pueritiam calidam, & humidam, iuuentutem cali-
dam & siccam, consistentem, siue declinantem æta-
tem remittente iam sese omnium actionum robore
quæ caloris vigore perficiuntur frigidam, & siccam,
sed non magno excessu iudicamus, senes uero omnes
eodem temperamento, maiore tamen qualitarum ex-
cessu statuimus; inter quos, eos, qui in ultimis sene-
ctutis partibus consistunt, tum frigidos, & siccos, tum
frigidos, & humidos reputamus, quod frigiditatis ve-
hementi excessu malè eibus elaboratur, plurimaque
ob id in illis pituita, quæ superfluo humore, & fri-
gore solidas partes irrigat, corporisque omnes actio-
nes labefactat, ut iam non minus in humiditate, quàm
siccitate emendanda uersari Medicum oporteat; Quæ
ratione committitur Galenus, lib. 8. de Decretis Hip-
pocr. & Platonis, quam aibi uel frigidos & siccos,
uel frigidos & humidos simul senes pronunciauerit,
decrepitos, similem hyemi temperiem obtinere scri-
bit, quod scilicet desperata iam correctione siccita-
tis solidarum partium satis assequi putetur Medicus
si pituitosa, mucosaque excrementa, quæ non minus
quam ipsarum partium solidarum uitia obstant, e-
mendate ualeat.

De calore pueri, & iuuenis.

Pueritiam, iuuentutemque calidas dici, quod
in illis ætatibus calor mediocritatè excedat,
apud omnes constat; In qua uero ætate plus
sit calor non sine contentione ab antiquis Medicis
disputatum fuit, quum nonnulli pueros, alij uero
iuuenes calidiores censendos iudicarent; alij uero
(ut Galenus) utrosque hallucinari putent, quod equa-
lis in diuersis ætatibus sit caliditas. De qua quidem
re, operæ pretium esse duco, ut paulo diligentius aga-
mus, præsertim, quod recentiores multum Galenum in-
telligere non uideantur, ut Galenus etiam ipse quæ-
stionem (ut mea fert opinio) non diluat, & nonnun-
quam in hac re sibi euidentissimè repugnet. Quod au-
tem in recentiores Galeni quæstionem non percipiunt,
satis constat, quum enim ille proponat disquirendum,
utri calidiores sint, iuuenes ne, an pueri, putant illi
ab eo queri, an plus natiui calidi habeat puer quàm
iuuenis, de quo controuersia non est, quum omnes
agnoscant plus esse in pueris, quàm in alijs calidè in-
nate substantiæ: sed de quo dubitatur, est, sit ne cali-
dior unus quàm alius, id est an plures caloribus gradus
sint in uno pauciores, uel minores in alio; quod etiã
ex primo de sanitate tuenda patet, ubi scribit, puerum

eodem gradu calidum, ut iuuenem humidiores tam-
en illum. Ceterum, quàm benè Galenus aliorum
opinionem de hac re refellat, & propriam adstruat, tunc
potissimum intelligemus, quum aliorum rationes, &
mutuas confutationes cognouerimus.

Itaque, qui pueros calidiores iuuenibus esse con-
tendunt, his utuntur rationibus, quod illi abundant
humore natura calidissimo, nempe sanguine, quod
maximè augeantur, quod plura appetant, & plura,
feliciusque concoquant. Quibus alij, qui pro iuue-
nibus certant, respondent, ita tamen ut quædam ad-
mittant quæ falsa sunt, quædam uero negent, quæ
concedi debent. Quod enim calidissimo natura hu-
more abundant pueri, uerum quidem est, sed non
propterea calidiores esse probantur, quod alij conce-
dunt. Sanguine autem iuuenes magis quàm pue-
ros abundare, quod sanguinis profluuio crebrius ten-
tentur iuuenes, perperam credunt; neque enim fre-
quentius iuuenibus sanguis fluit, nec etiam si id con-
tingeret, propterea eos sanguine magis abundare
ostendunt, siquidem, sanguinis profluuia, non tan-
tum ob illius abundantiam, sed etiam feruorem, &
acrimoniam contingunt: quia enim in iuuenibus
sanguis feruet, & sursum à calore incitatus nimio
impetu effertur, uenas ob id aperit, ueluti urina eb-
ullientia uasa ebullitione magis quàm copia rum-
punt. Illud autem optimè negant, pueros non esse
calidiores, eo quod maximè crescant, mediocri-
enim caliditas ubi humida subest materia, quæ disten-
di facillè potest, augmenti est author; nec non etiam
rectè inficiantur calidiores pueros censendos, propte-
rea quod plura appetant, quando quidem appetentia
mediocrem, & non uehementiorem calorem sequi-
tur; fieri autem appetentiam à frigido, non à calido
malè putant, quum ab utroque, & melior etiam à
natiuo calore, quàm frigiditate proueniat. Quod
autem dicunt pueros plura appetere, non solum ad
nutritionem, sed etiam corporis incrementum, si
concedant appetentiam à calido uehementiore exci-
tari, necessario etiam concedent, eos, qui plura appe-
tunt, calidiores, siue nutritio, siue augmentum finis
statuatur. Quinetiam temerè putant eos censendos
calidiores, qui melius concoquant: bona etenim
concoctio à mediocri, halitiosoque calore in medio-
cri materia perficitur, meliusque ob id pueri conco-
quant, & si quæ duriora sunt facillè uincunt iuue-
nes, utpotè qui actiore, uehementioreque calore
sunt præditi.

Malè præterea ex uomitibus, & deiectionibus hu-
midis colligunt in pueris coctiones dæterius obiri, ni-
hil enim tam validum est, quod aucta supra modum
materiæ multitudine grauari non possit. Itaque, quum
pueri nullum edendi finem faciant, uim coëctricem,
quæ ex calidi natiui abundantia validissimam obti-
nent, ciborum multitudine opprimunt.

Qui uero pro iuuenibus pugnant, pueros frigidio-
res esse in primis probare nituntur; deinde, alijs ra-
tionibus contendunt iuuenes calidiores esse, eo enim
quod plurimum dormiant pueri, minus autem iuue-
nes, frigidiores illos, hos calidiores putant, nimi-
rum quod illorum opinione fiat somnus deuictio cali-
do ab humido, uel frigido, idque perperam, quum
genus quoddam somni, quale in ebrijs, & soporosis
affectibus apparet, hoc modo solum fiat: naturalis
enim recursu calidi natiui ad interiora potissimum
fit, uel illius mediocri dissolutione, ut etiam medio-
cri cerebri meatuum ab humore uel uapore, ocl-
sione, quemadmodum in Opere nostro, quod de Som-
no conscripsimus, ostendimus.

Colligunt tamen optimè pueros nec simplici-
ter, nec uehementes calidos, quum huiusmodi cali-

caliditas longiores somnos non admittat. Iuuenes autem calidiores esse, partim firmissimis argumentis, partim leuioribus probant: nam quod bile inter omnes humores calidissimo abundet, efficiunt quod uolunt, quum calor ex humoribus subiectis resulet, calidioresque humores uehementior sequatur calor, & ex calidior temperie calidiores procreantur humores: uiget autem in iuuenibus humor, & temperies alijs simpliciter calidior; Quapropter, & illi inter omnes aetates merito calidissimi extiterint. Quod uero dicunt in perfecto corpore, quale iuuenum est, perfectum elementum, ignem scilicet dominari debere, id solum probabile est, quemadmodum & illud, quod ad motiones, sensationesque & cogitationes aptiores, validioresque, conspiciantur: motus enim non tam caloris uehementiam, quod in instrumenti robur, quod ex siccitate accedit, prouenit, quemadmodum sane cogitationes sequuntur magis siccitate, quam uehementem calorem, quemadmodum senes prudentes, & ad cogitationes aptissimi censentur, qui tamen frigidi sunt, & sicci; Ex vitalibus autem facultatibus melius quod uolunt concludent, caloris enim uehementiam illorum uehementia potissimum sequitur. Ceterum ex naturalibus quaedam in pueris, ut conuocatrix, quaedam uero in iuuenibus, ut retentrix, & expultrix, quae robur instrumentorum requirunt, felicitus peraguntur.

Atque haec quidem sunt rationes, quae utrinque adferuntur, quas Galenus non admittit, hoc solo argumento, quod ex posterioribus, & effectibus priora colligant, quod lenissimum sane in Medicina praesertim nostra est peccatum, quandoquidem non alijs ferè argumentis utuntur Medici; quod etiam ipse facit, quum ex operibus actiones, facultatesque inuestigat, & temperamenta, morbosque ex suis effectibus distinguit, & medicamentorum naturam, nimque omnem ex eo, quod in corpore praesent, doceat; Quod si modum diluendae quaestionis quem tradit, probare possemus, facilius adduceremur, ut crederemus alios merito ab eo reprehendi: sed quum illi assentiri nequeamus, facit, ut aliorum rationes probabiliores esse putemus: uult enim ille totam controuersiam se nota omni ratione, solis sensibus committi; quandoquidem de sensibilibus rebus agitur, quatum iudex est sensus: iudicari autem à tactu aequalem, parentque omnino iuuenibus, & pueris caliditatem inesse, nec hos, aut illos simpliciter calidiores censendos, etsi diuersus occurfus in utroque sit, ita ut acrior, & mordacior in iuuenibus, in puero uero halitusosior caliditas appareat: atqui diuersus hic occurfus, si soli tactui rem committamus, nec rationem adhibeamus quae distinguat, quod ob subiectae materiae diuersitatem contingit, faciet, ut unum alio calidiorum putemus: etenim tactus ea calidiora semper indicabit, à quibus uehementius incalescit, quae autem acrior est caliditas, etsi parcum alia sit, uehementius tamen tactum afficit, nosque ea calidiora simpliciter uocamus, quae tactum amplius calefaciunt, ut Aristoteles etiam libro secundo de partibus animalium tradit cap. 2. statuamus enim uerbi gratia in ferro tres caliditatis gradus esse, totidem in aqua excalesceta, & iudicium tactui soli committamus, utrum quae so ex his duobus calidius iudicabit, ferrum profecto: ita etiam uapores qui à corpore febricitantium assurgunt, multo calidiores his, qui ab aqua multo calidiorum quam sint humores febricitantis attolluntur, propterea quod illi cum siccitate quadam sunt coniuncti, cum qua calor uehementius tactum offendit; Itaque si ignoremus parem esse in utroque corpore calorem, & sensibus id definire uelimus, incertissimam profecto omnium regulam quaeremus, nisi

ratio adiungatur, quae errantem tactum ob materiae subiectae diuersitatem corrigat: colliget autem ratio ab effectibus, & causis caloris, cum aequalis esse, aut in aequali in diuersis corporibus, in quibus similes, aut dissimiles cause, & effectus ratione caloris proueniunt: optimè etenim iuuenes calidiores pueris iudicabimus, eo potissimum, quod calidior humore redundent: Bilis siquidem ab ampliore quam sanguis calore eo etiam auctore 2. de facultatibus naturalibus, gignitur, tum quod ad iram sine proliuiores, puliusque maiores edant, & quae duriora sunt alimenta facilius uincant: Quae etiam libro primo de sanitate tuenda, scribat pueros, & iuuenes perinde calidos esse, eos autem qui ab initio temperie sunt frigidiores, & humidiores, calidiores euadere, quum par sit in utrisque ratio: ut enim in frigidis, & humidis, aetatis progressu uicta humiditate calor amplius redditur, idem profecto in pueris fieri existimandum est; quod si autoritate, testimonioque autorum haec in re certandum sit, scribit ipsemet Galenus; lib. 6. de morbis vulgaribus, iuuenes simpliciter calidiores esse; pueros autem ipsos non simpliciter, sed natiuo calido praepollere; quibus sane uerbis fateatur omnino, quod in quaestione fuit positum; & 2. de Temperamentis, nimia contendendi auiditate in antiquos Medicos commotus, aperte negat, dum contemnit omnes errare qui uel iuuenes, aut pueros simpliciter calidiores existimant: scio equidem, Sophistas didicisse etiam contradictoria simul ueri; quorum iudicium non moror, illis enim haec non scribo, sed his, qui non sectarum, nec antiquiorum scriptorum defensionem suorum studiorum finem statuunt.

Quod calidum innatum, & quot modis sumatur, quid uel significet innati nomen.

Doceat Galenus in libello quem scripsit aduersus Lycum, calidum innatum corpus esse: quod si ita est, constat calidum & calorem innatum inter se differre, Medicosque errare, qui quum de vno agendum est, alterius nomine abutuntur: est enim (ut diximus) calidum innatum corpus, siue substantia calida, calor autem qualitas ipsa quae illi substantiae est insita. Quid uero sit huiusmodi corpus, quod innatum dicitur calidum, Galenus indicat, sed uario modo; siquidem in Aphorismis definit nihil aliud esse, quam aeream, & aqueamque substantiam; in libro uero contra Lycum non idem esse in omnibus statuendum, sed in pueris semen, & sanguinem, in senibus uero sanguinem solum. Ceterum libro quinto de simplicibus, scribit calidum innatum ab Hippocrate uocari spiritum, posse tamen sanguinem cum spiritu intelligi, contineri autem in omnibus animalis partibus spiritum cum, quem alibi scilicet primo de differ. febr. cum sanguine permixtum in arterijs, & corde concludi, corporique uniuerso communicari tradit. At octauo de Placitis Hippocr. & Platonis caloris natui substantiam, quae idem est cum ipso calido innato, ex sanguine, & pituita consistere, caliditatem autem ex frigiditate contemperate. Quoniam uero alibi motu caloris natui oes corporis actiones perfici ita uult, calor autem absque suo subiecto non moueatur, sed sanguinis motu, nunc ad internas, nunc ad externas partes delatus, oes corporis actiones exerceat, sanguinem profecto, qui in nobis gignitur, innatum calidum fateatur oportet, id quod sponte sepius facit. At, quomodo innatum dici potest, quod ex alimentis longe post natiuitatem in nobis

his gignitur: quæ quum variè dicantur ab hoc auctore, & planè confundantur, distinctione est opus, & naturam rei consilire oportet, quæ quod verius est in hac re, doceat. Itaque quum nullum corpus vere innatum esse possit, nisi quod nostræ generationis est principium, & nobis insitum, siquidem alia omnia ex illis fiunt, & acquiruntur, vnde innata dici nequeunt; quod etiam optimè Galenus contra Lycum docet: constat sanguinem, & semen, ex quibus partes primo constituuntur, nec alia præter hæc calida esse innata: quæ quum aërea, aqua; substantiæ plurimum in se contineant, non mirum si aliquando calidum innatum aëream, aqueamq; substantiam vocet; At, quum sanguis ille, & semen desinant esse factis partibus corporis, nequeunt profecto illa amplius innata calida nominari. Quis enim dicet plurimum inesse calidi innati eo modo in pueris, quum semen, & sanguis, ex quibus illius partes sunt concretæ, non amplius sanguinis, seminisque naturam, & appellationem retineant, quo fit ut etiam substantiam eam calidam, quæ ex primis principiis in singulis partibus residet calidi nativi nomine donare nos oporteat. Quoniam vero calor, qui singulis partibus ex primis principiis est insitus, tepidus quidam calor est, & veluti potentia, substantiaque, ea insita facillimè, citoque dissoluta petiret, nisi alia ei similis, maiore tamen calore prædita afflueret, quæ verè insitam resisteret & conseruaret, illiusque calorem excitaret, ob id spiritum, & sanguinem, qui in nobis ex victu gignuntur, calidum nativum vocat Galenus, non quod verè naturæ sint huiusmodi substantiæ, quippe quum post natiuitatem in nobis proveniant, sed ob id ita dictæ, quod eas conseruet quæ verè sunt innata, spiritu enim à corde proficiscente admodum calido, deductoq; per arterias, & singulis partibus distributo, insitus in singulis membris calor excitatur, vegetusque euadit ad proprias actiones molientes: sanguine autem potissimum ab hepate emanante digesta caloris vi substantia reponitur, restaturaturque. Quam ob rem, optimè Galenus in libro de Venæ sectione, ex sanguine nativum calidum perseverantiam habere scribit, indicans sanè, influentem sanguinem non esse verum innatum calidum, sed ita dici, quod verè innatum conseruet, & foueat, id quod in libro de formatione fetus testatur, quum ait duplicem esse calorem innatum, vnum insitum singulis partibus, tepidum, & acri contentum in aliquo cubiculo similem: alterum vero à corde proficiscentem in singulas partes, illarumq; calorem augmentem: quomodo enim alioqui calorem à corde influentem innatum vocaret quum repugnet influere, aliquid, & insitum esse, nisi improprie innatum intelligeret, quod scilicet verè innatum augeat, cum quo eiusdem est natura: gignuntur namq; partes, augentur, & conseruantur ex sanguine; At vero, quum omnes actiones nativo calori tribuantur acceptæ, sit autem qui insitus est sit diximus, veluti potentia, qui vero aliunde influit, per se non agat, sed quum alteri coniungitur, non immeritò etiam innatum calorem, calidumq; vocabimus, quod ex nativo, & confluentem resultat. Quod si ita est, quid obstat, quo minus ex Galeni sententia quadruplicem substantiam repetiri credamus, quæ innati calidi nomine ab eo auctore donetur: est enim in primis sanguis, & semen, ex quibus vniuersæ animantis partes fiunt; Deinde calida substantia, quæ ex illis post generationem in singulis partibus relinquitur; Tertia influens, quæ nihil aliud est quam sanguis & spiritus, qui in nobis gignuntur, & à suis fontibus per arterias, & venas itaquam per riuulos quosdam in singulas partes sparguntur; Quarta, quæ ex innata substantia calida, &

A influente conflatur, ita ergo & calor innatus quadruplex, qui primis scilicet principiis est implantatus, & is, qui humiditati ex principiis derelictæ est insitus; Tertius influenti calido inest; Quartus qui influentem, & innatam substantiam sequitur, qui omnium actionum auctor censetur. At quum inter calida corpora, influentia spiritus plus momenti habere videatur ad omnium partium insitum calorem excitandum, quum etiam sanguis calorem ab eo suscipiat, non mirum si aliquando solus spiritus nativum calidum à Galeno esse dicatur; Quoniam præterea calor ingenitus mitis est, sanguis autem omnium aliorum humorum particeps, acrior ex bile redditur, ex pituita remissior, plusquam illius vigente etiam pituita quam bilis in corpore gignatur, non mirum si aliquando calidi nativi substantiam ex sanguine & pituita constare tradat, quod perinde est, ac si sanguinem pituitosum magis quam biliosum, aut melancholicum ad singulas partes nutriendas, illarumque calorem conseruandum, aptiorem diceremus: non tamen propterea Galeni tractationem probare possumus, qui quum de diuerso calido innato agat, nulla distinctione facta, lectorem confundat, dum nunc de vno, nunc de alio eadem scribit. Hinc inter Medicos ille controversiæ de nativi calidi natura quam nonnulli in spiritu, alij in sanguine, alij in sanguine, & semine, aut in sanguine, & pituita, vel sanguine, spiritu, aut in his omnibus ponunt, quasi eadem sit res, idemq; calidum, de quo Galenus agit; quæ omnia facta superiore distinctione facillimè doctis innotescant;

C Ceterum nativi, innatique nomen proprie acquiri opponitur, quomodo iuuenis calorem ætate acquisitum, non nativum esse dicimus. Opponitur etiam ei, qui est acrior & mordacior, ut quum dicimus nativum calorem temperatum esse, eum vero, qui acrior est, nativum non esse. Opponitur & nativus ei, qui est præter naturam, tanquam idem sit nativus, & secundum naturam, quomodo febrem defenimus esse calorem nativum uersum in igneum, quamquam omnes huiusmodi significationes à prima defectu videntur: quoniam enim qui insitus est, moderatus, temperatusque existit, qui vero acquiritur ætatis cursu, vel à morbois causis nascitur acris est, vel etiam præter naturam, ob id non nativos huiusmodi calores censemus.

De fontibus caloris, calidique nativi.

D E fontibus caloris, calidique nativi nunc agendum esse iudico, ut intelligamus, unde in singulas partes calorem deducere oporteat, quibusque locis potissimum sit succurrendum, dum vis caloris dissoluitur, pereuntque illius vitio partium corporis actiones. Quam in re varius est solet esse Galenus, quum nunc cor, aliàs non simpliciter cor ipsum, sed finitrum eius ventriculum fontem nativi caloris ponat, alibi vero ut 6. de morbis vulgaribus duos fontes illius constituat hepar, & cor; at in libro de Semine, tertium addit fontem, nempe, testes, quum alioqui reddi ratio nequeat, quæ castrata animalia frigidiora pinguiora debilioraque reddantur. Verum si calidum illud intelligamus quod verè nativum est, nullus illius fons statui potest; quis enim sanguinis, aut seminis eius, quo constat, fontem aliquem esse dicet, quando vnaqueque pars ex semine semel in vterum ejaculato, & menstruo sanguine conformetur, influentis autem alterius calidi nativi, ut spiritus præcipua est materia, ita cor, præsertim illius sinus sinister, fons rectè statuitur.

ritur. Eodem modo, & hepar, ubi sanguinem vna cum spiritu coniunctum nativum nuncupamus calidum secundum fontem ponere oportet, quum illic sanguis gignatur, qui per venas ut spiritus per arterias in singulas partes spargitur; Quid autem à testibus influat in corpus, an spiritus quidam calidi, an vis sola calorifica, certo affirmare nequeo; Illud tamen constat, singulas partes ab illis calorem quandam suscipere. Itaque veri calidi innati locus sunt singulae partes corporis, alterius autem insiti cor, hepar, & testes, cor tamen præcipuus fons, quoniam & spiritus præcipuam vim in calefaciendo habet. Ceterum rivuli qui à fontibus deducti per uniuersum corpus quam accipiunt à fonte vim spargunt, sunt arteria, & venæ. An vero etiam seminalia vasa ponere debeamus, per quæ calorem testes impartiantur corpori, an potius sine instrumento aliquo, veluti solis radij, ad omnes perueniant, alijs querendum relinquere, qui subtilius, & secretius hæc querere solent.

De vi, & officijs caloris nativi.

Vis & actiones calori nativo hæc tribuuntur, quod animal ab initio fingat, deinde auget, & usque ad mortem nutriat, quod roboret sit omnium facultatum, & vitalis etiam essentia, primum animæ instrumentum, authorque omnium actionum, quæ in corpore fiunt Naturalium inquam, Vitalium, & Animalium, quum, & arterias vi caloris nativi moueri, libro tertio de morbis vulgaribus scribat Galenus; ac inter tot nativi caloris officia, sexto eiusdem Operis libro, censet idem author, primum illud esse, quod nos alit; At non omnis nativus calor id facit, qui enim cum semine est, generationis solus est author, qui cum sanguine mestimo nullius rei, quum materia solum generationis sit sanguis; Qui vero influenti substantiæ est insitus nisi quatenus excitat eum, qui in singulis membris est, non agit; qui vero ex sanguine, & semine in humida, calidaque materia relictus est, per se est inuolidus, utpotè, qui solam ferè potentiam ad agendum habeat, cum influente vero mixtus, omnium nostrarum actionum author censendus est: sic sanè videmus dormientibus felicitet eocoqui cibos, sese tunc recipientes sanguine, & spiritu ad interna viscera, illarum partium calorem excitat, externarum vero partium actiones cessare, quod et si insitum calorem habent, influente tamen in alio opere occupato, destituuntur, quo recurrente, cessat somnus, succedit vigilia; in qua exteriorum partium actiones felicissime peraguntur. Esse autem illud præcipuum caloris officium, quod nos alit, non rectè creditur: nam quum nutritio requiratur ut, quod dissolutum est restarcatur, calorque ipse, & vires, quæ ab eo proficiuntur in singulis partibus conferuentur, merito illud dicetur primum esse illius munus, quod scilicet ad propriam conseruationem exercet; quod vero alimentum in minimas partes comminuat, & seruiat ad illius deductionem per uniuersum corpus, attractione, retentione, & ceteris actionibus nutritioni destinatis, hæc facit per accidens, ob nutritionem scilicet; ita, quum plus concoquit quam ad solam nutritionem absumi possit, in augmentum corporis abit quod relinquatur. Sic sanè somni, & vigilia, & motionum corporis author est, ut spiritus, sanguinisque affluxu excitetur, reparetur, roboretur; quod à singulis partibus dissolutum fuerat. Ceterum; hæc à calore fiunt, non tamquam à præcipuo agente (siquidem agendi vis ex proprio singularum partium temperamento pronenit sed quod tanquam coniunx

A instrumentum quod uniuerso corpori fertur, existat. Vnde merito etiam primum animæ instrumentum à Philosophis, & Medicis est appellatum, & nonnumquam commune totius corporis, quod de eo potissimum intelligendum puto, quod à fontibus suis ad singulas partes emanat: quippè quum peculiare sit, quod est singulis insitum, ad proprias uniuersusque actiones destinatum; Quod vero influit innatum calidum, dum nunc ad interna se recipit, nunc ad externa recurrit, commune omnibus instrumentum ad agendum euadit. Vitalis autem facultatis potius, quam aliarum essentia statuitur, quod ea vite author censeatur caloris beneficio, cuius fons potissimum ponitur. Animæ autem substantiam in calore ponere, ars Medica maiore quadam licentia permittit; verò tæ quæ nihil aliud agnoscat in corpore, præstantius eo, quod videt actionum omnium autorem; & vitæ tutorem, quo demum dissoluto, homo esse definit.

Quanam modo agat calor innatus.

Scribit Galen. in libro de Rigore, & tremore, nativum calidum motu ad exteriora interioraque sua munera obire; id quod de influente, non de eo quod est insitum singulis membris, quod immobile esse intelligere oportet: Sanguis autem, & spiritus, dum nunc ad exteriores partes prorumpit, nunc vero ad internas sedes reuocantur, aut uniuersum corpus aequaliter occupant, omnes actiones perficiunt: nam per vigiliam, cogitationes, frictiones, balnea, calidiorumque aerem, aut ab alijs denique auxilijs ad corporis superficiem concitati, omnibus actionibus quæ illic obeuntur seruiunt, dum innatum calorem singularum externarum partium excitant, & faciunt. Per somnum, orium, taciturnitatem, dum in internis sedibus continentur, pariter quoque illi subministrant; per exercitationes intus, & foris aequaliter vim suam impartuntur, quum uniuersum corpus illorum particeps euadat. Quæ verò sit huius motionis, perpetuæque successione causa, nunc tradendum est. Quia in re experientia quotidiana fides concedatur, nostra scilicet opera nunc extra duci, & frictiones & balnea ostendunt: nunc ad interiora contrahi per timorem, cibi exhibitionem, per corporis verò exercitia, ut equitationem, navigationem, gestationem, aequaliter uniuersum corpus occupat; At spontè etiam nihil interim conferente nostra opera eum moueri certissimum est, quum per animi corporisque langores dissolutus, ad interna viscera se recipit, & perfecto somno ab internis partibus ad externas exeritur, nobis etiam nolentibus, & vigilare coactis. Quam ob rem optimè Galenus in libro de Tremore, innatum calidum substantiam per se, & semper mobile esse statuit, & merito quidem: quum enim calor sit, necesse est eum ad superiora, exterioraque suo impetu efferri; quoniam vero in substantia est ex calido, & frigido temperata, & ipse etiam calor non igneus, sed ex aqua frigiditate, & aëra caliditate temperatus, ad interna humoris, frigiditatisque vi reuocatur: vnde nec intus perpetuò contineri repugnante calore, qui in sublime attollitur, nec extra vehementius concitari, aut illic perpetuò versari, retrahente frigiditate, & humiditate potest; quod ostendit alimenti copia, & inopia: nam ingestio alimenti, auctoque humore, atque ita eo prævalente, cogitur ad interiora viscera se recipere, qua ratione potissimum ingestio cibo somnus obteperente calore externas corporis partes, quo confecto, cuiusque humore, proprio motu iam impulsus, emittat


& veluti extra euolat, vbi tamdiu versatur, donec illi suggeritur ab internis fontibus humor copiosus, quæ secum ille trahit, quo dissipato, & dissoluto, præ imbecillitate nequit amplius in remotissimis à fontibus locis consistere: vnde rursus cogitur ad intimas corporis sedes se recipere, non pabuli causa, sic enim intellectu eum præditum crederemus, sed quod (vt diximus) in sanguine, & spiritu consistat, quibus dissolutis deficientibusque, in externis partibus vna cum illis cogatur se contrahere, id quod maximè ostendunt timores, per quos recurrente sanguine cum spiritu, vna etiam & ipse calor cum illis eò fertur, externasque partes exanguas & pallescentes relinquit.


Quibus modis innatus calor conseruari, auerig; possit.


Medicum nihil magis studere oportet, quàm ut innatum calidum, caloremve tueatur, quandoquidem, illorum beneficio perficiuntur omnes corporis actiones, tolluntur morbi, sanitasque diutissimè firma, & incolumis perseuerat; At si beneficio influentis calidi quod est insitum, & verè natiuum conseruatur, augeturve, illius in primis rationem habere oportet, quæ duobus sanè constat, vt scilicet procuremus sanguinis spiritusque boni, & plurimi generationem, & conseruationem, tum etiam, vt genitos opportunè nunc intro ad interna viscera, nunc extrà ad exteriores partes, & per vniuersum denique corpus ducantur. Gignitur sanguis bonus, & plurimus ex bono proboque nutrimento; spiritus tum ex sanguine, tum etiam, si Galeo credamus, ex aere inspirato; At sanguis vt nutrimento regignitur, & augetur, sic etiam conseruatur, quum alioqui veluti ignis consumptis lignis spontè absumatur caloris insiti vi. Accipit & à spiritu vigorem, vnde natura sanguinis, spiritusque vasa, quæ per corpus sparguntur, contigua ferè semper esse voluit, vt ex sanguine spiritus nutrimentum sibi mo-


Aliretur, & sanguis spiritalem vim vicinitate arteriarum facillè succiperet. Porro spiritus aeris externi consortio eget, non solum vt re simili sed etiam vt illius beneficio refrigerari, conseruarique possit: quum enim caloris officio fuliginosa excrementa in corpore gignantur, quæ putam, benignamque spirituum naturam vehementi suo colore corrumpunt, idè extra emitti illa oportuit, in aerem ambientem, & ex eo frigidiorè substantiam attrahere, qua feruor ille conceptus ex continua ebullitione & excrementorum mixtione temperaretur; Hinc respiratio, arteriarum motus, corporisque vniuersi transpiratio à natura animali comparata sunt, vt vndiquaque illud frui posset externi aeris consortio: nam qui in corde est spiritus, & calor, respiratio, qui in arterijs illorum motu seruat: qui vero in singulis animalis partibus residet, tum respiratio cordis participatione, cum arteriarum propriarum motu, tum etià transpiratione seruat roboraturve, argumento quod constricta cute, & sic prohibita transpiratione, intus calor, & spiritus accendantur, & corrumpantur: & quemadmodum ignis ventilatione accenditur, ita cordis, arteriarumque motu duplici tanquam propria naturali; exercitatione calor instauratur, & temperatus conseruatur. Agitur, moueturque variè innatus calor, innatumque calidum ab his quæ efficiendi corpus vim habent: nam assumpto cibo, & potu, ad interna viscera reuocatur, vt otio, & quiete, extra ducitur, vt etiam per animi cogitationes, & quæ cuti admodum euocandi vim habent; per vniuersum vero corpus æqualiter spargitur, quum corpus variè exercemus, aut vitalem animæ partem paulo validius concitamus, per iram, gaudium, concertationes; obruitur materiæ copia, redundantibusque in corpore excrementis, inopia alimenti elanguescit. Quam ob rem is optimus caloris natiui custos fuerit, qui salubrem vitendi rationem non ignorauerit: sic enim agnoscat, quando illi materia sit opus, quando motu, & in omnibus denique agendi scopis optimè se geret.


F I N I S.













ARGENTERIUS

OPERA

1606





